27.a.1.7

[illegible] pie de. don Luis Baçan y por su muerte se traspasó y en don [illegible] el
[illegible] su [illegible]. [illegible] de la comp.ª de Jesus de granada
enero de 1631 años. que murió el dicho don Luis

Nº [illegible]

Mº de Mínimos

5
23-115

[illegible]
38
99

27 a. 1. 7.

[illegible] lepino fue de don Luis Baçan y por su muerte le trajo yendo no el p.[illegible] [illegible] su Rex.[illegible] a este colleg.º de la comp.ª de Jesus de granada por 18 de nobiembre de 1631 años que murio el dicho don Luis

N.º 11-1776

M.º de Minimos

3

23 - 115

Biblioteca [illegible]
2
[illegible] 68
99

62-12.620

# F. AMBROSII CALEPINI BERGOMAtis lexicon adauctum & recognitum.

## Ad Lectorem.

Habes Candide Lector Calepini Lexicon vere eruditionis quaſi examen quoddam. Nam author genuinã apũ in adcumulando penore, & addentium aceruo (vt Flaccus ait) induſtriam ſecutus. Quicquid in. M. Varronis, Nonij Marcelli, Feſti Pompeij, Seruij, Donati, & aliorũ commentarijs habetur, hoc libro, ceu vno faſce cõplexus eſt, Cui nuper pręter ipſius authoris locupletationem hoc indice ☩ ſignatã & Iodoci Badij annotationes hac notula ✠ inſignitas, Magna vocabulorũ vis ex Nicolao Perotto, Multiſq; alijs grãmaticis & dictionarijs, quę hoc ſigno ✱ indicatur, cum gręcorum interpretatione acceſſit.

## CALEPINVS AD LIBRVM.

*Mos eſt putidus & nouus repertus,*
*Ingens materia ut queat uideri,*
*Præclaruſq; liber, bonuſq; totus,*
*Verſus addere nominis probati,*
*Mentitis titulis rubore nullo*
*Obſcuriq; uiri, rudiſq; uatis,*
*Auctor ſic quaſi tũc bonuſq; fiat.*
*Nullis mobile ueritas fideſq; eſt*
*Iis demptis liber exeas aperta*
*In uulgus facie, fauore nullo,*
*Et Graijs galeatus & latinis.*
*Nam (credas) alij magis q̃ ipſe*
*Quærent auxilium, petas ab illis,*
*Sed ſi flatus olet, proba, legaſq;.*

PARISIIS.

1533

Veneunt a Ioanne Petit in vico diui Iacobi ſub ſigno Lilij aurei.

¶ Ad clariſſimum ſapientiſſimum Theologum, dominum Magiſtrum Egidium Viterbienſem totius Auguſtiniani gregis Eremitarum paſtorem digniſſimũ Ambroſius CALEPINVS BERGOMAS eiuſdem relgionis de obſeruantia nuncupatę minimus. S. D.

QVum hominem, ſenem pręſertim, bullam quod dicitur, eſſe, nõ ignorarem meque ingraueſcens ætas colligendas iam eſſe ſarcinas admoneret, dictionum interpretamēta olim quidem a me ædita proximis vero annis incudi reddita, & aliquanto diligentius amuſſitata, collegi, efficique vt caſtigatiora & vberiora in manus hominum exire poſſent. Hoc vero quicquid eſt operis quamuis & ipſe nomini tuo dicare exoptarem. Idq; ipſum religioſi quotquot Bergomi degũt, collegę noſtri pro ſua, quiſq; in te pietate a me certatim contenderent, hęrebã tamen, neq; ingenij tui iudcium pręſertim (vt ſecundus ait) laceſſitum ſubire audebam. Neque enim ſic toto (vt dici ſolet) cælo errabam vt non viderem eum eſſe te, quem quaſi Lucillianum illum Perſium omnium doctiſſimum metuere etiam eruditi debeant. Quis enim, quęſo vel vnicam odem tuã Egigidij Romani laudes continentem legere potuit, vt te ſummum in poetica non agnoſceret. Quis librum de eccleſię incremento a te conſcriptum, & diuina Ponti. Maxi. Voce laudatum non admiratur? Quis vero eloquentię tuę flumina ęquauerit? Quis ad populos te concionantem audiuit, qui non voces tuas Pauli eſſe tonitrua exiſtimauerit? Quis tuę illiꝰ dialecticę ſubtilitatis ceratinas, & ſoritas effugerit? Quem porro lateat quantum in his, quę phiſica, quęq; itē metaphiſica nominatur. Quãtum deniq; in ſacrarum literarum ſtudijs ſemper excellueris? Quid plura vnum intelligebam cui nihil non lectum, nihil non intellectum eſſet. Sed bene quod quem ſumma doctrina formidabilem effinxerat, eundē vitę ſanctitas amabilē reddidit. Neq; enim mihi, quamuis a te lungiſſime conſtituto neſcire permittitur quam bonus commiſſi tibi gregis paſtor exiſtas, vt languentes foueas, vt demiſſos erigas, vt ſalubribus medelis, aut venienti morbo occurras, aut eundem ſi forte irroborauerit amoueas. Noſter ordo (quod diu exoptauimus) te authore eſt integratus, te magiſtro ſibi reſtitutus, te intercedente, ſummis priuilegijs honeſtatus. Quę cum animo voluerã facile perſpiciębam, te qui vniuerſos ita diligeres, ſingulos non contemnere, hoc deniq; quaſi addita obrepſit audacia, me q; illuc impulit, vt ad te quaſi ad numen aliquod cõfugerem, & qualeſcunque vigilias meas tibi dicarem. Quod factum meum boni conſulas obſecro memineriſq; me quaſi non poſtremæ notę villicum hac ipſa dicatione rationem ocij mei exhibere tibi voluiſſe, quem tu vel vt diligens paterfamilias inſpicere nõ grauaberis vel certe, vt bonus paſtor, ne puſille quidem ouis fœtum tibi contemnendum putabis, ſed vmbra potius tui nominis proteges Quod ſi, vt ſpero, feceris ad ſummum votorum meorum perueniſſe mihi videbor, ac tuo quaſi colophonio, ſuffragio, vt in veteri verbo eſt, adiutus, in ſingulis etiã tribubꝰ puncta oĩa tuliſſe me exiſtimabo, nec ętatis tantum noſtrę oblatratores, ſed & celebratum illum veteribus Momum contemnam. Vale pater R. & congregationem noſtram ac pręſertim Bergomēſem cõuentum habe commendatiſſiſſum. Nam & te, vt debent, omnes mirifice amant ac reuerētur & me decrepitum iam ſenem, atq; oculis captum mira pietate complectuntur, Bergomi Calendis Octobris. M.D.IX.

¶ Ambroſij Calepini vita ex additionibꝰ in librum quem Ioannes Trittemius de eccleſiaſticis ſcriptoribus edidit decerpta.

AMbroſius Calepinus Bergomenſis, ordinis diui Auguſtini, quo tempore Ludouicus Sportia Medilanenſibus dux præerat floruit, diuinarum & humanarum literarum indagator ſtudioſiſſimus, Vnde opus pergrãde ſua induſtria magno labore ex innumeris prope auctoribus collectum de vocabulorum notitia, ac prępoſitionum interpretatione gręca & latina cum auctorum atteſtatione nobis commune fecit. In quo non ſolum quę ad literaturã & poetarum, & oratorum cognotionem plurimum conferũt ſed etiam quæ ad medicos, philoſophos, necnon doctores eccleſiaſticos pertinēt vocabula, docte ſatis eleganterq; explicuit, explicata in veriorem lucem, quam in quibuſdam alijs codicibus conſimilibus, legenda reliquit. Quę profecto doctis pariter & indoctis non mediocre attulerunt ſubſidium, hinc enim factum eſt vt quę apud barbaros iam barbara euaſarant, latina fiant. Quæ vero apud doctos in dubiũ reuocabantur, nunc pateant diſcuſſa dubietatis nebula.



¶ Abdomē. pe. ꝑ. ſignificat pīguedinē, q̃ ſpinę adhæret, & ī q̃ renes iacēt, dictũ ꝙ abditũ ſit. Iuue. Mõtani quoq; vēter adeſt abdomīe tardꝰ. Co. Cel. li. iiij. Ip̄a aũt ilia īter coxas & pubē in imo vētre poſita ſunt, a qbꝰ ac pube ab domē ſurſũ verſꝰ ad p̄ cordia ꝑuenit. Pla. ī cur. Pernã, abdomē, ſuis glãdiũ. Quidã abdomē ītellligũt ſumē, hoc ē ſuillas cũ lacte ſuo mãmas, a lacte iã fugato & abdito ex vicino, ſũpta occaſiõe quũ abdomē interiꝰ ſit, ſumē vero exteriꝰ. Pl. li. xj. Huiꝰ & ſumē optimũ ſi mõ fœtꝰ nõ hauſerit, eiectitię deterrimũ. Antiq abdomē vocãt. ¶ Abduco, is, pe. pro. ſignificat īñ ſeu extra duco. Salluſt. Reliquos Catilina ꝑ mõtes aſꝑos magnis itineribꝰ ī agrũ Piſtoriēſē abducit. Lact. li. iiij. ꝓ violēter ducere poſuit atq; abigere. Poſtremo capti, abductiq; Babylonē pœnas īpietatis ſuę graui ſeruitio ꝑpēderũt. Sic Curt. quũ ait, armētũ oē abductũ. Interdũ abducere eſt a loco vel a ꝑſona abſtrahere, alienare. Qu. Metel. Me īterea nec domeſticꝰ dolor nec cuiuſq̃ īiuria ab Rep. abducet. Ci. li. j. Tuſc. ꝑ trãſlationē dixit. Magni ē īgenij reuocare mētē a ſēſibꝰ, & cogitationē a ꝯſuetudine abducere. Interdum ponitur pro ſimplici. Liuius. Flauius ſupplementum omne ab Roma abduxerat.

☧ Abecedariꝰ. q ꝑ alphabetũ aliqd ordinat. Aug. In p̄s Qd̄ multo diligētiꝰ factũ ē q̃ nr̄i, vel Latīe, vel Punice quos abecedarios vocãt, pſalmos facere cõſueuerunt.

☧ Abel hebraice, latine luctũ dicere poſſumꝰ. Nã quia primꝰ oīm hoīm luctũ parētibꝰ intulit, hoc noīe ab eis diuina quadã ꝓuidētia fuit appellatꝰ. ¶ Abeo, is, iui, itũ, diſcedo. Liui. li. j. Hęc locutꝰ ſublimis abijt. Iñ abitꝰ & abitio pro diſceſſu. Terē. in Heau. Propter eã hęc turba, atq; abitio venit. Et abire dr̄ qd̄ nos paulatim deſerit. Idē in Adelph. Mēſes abierũt decē. i. effluxerũt. Et abi dicimꝰ quaſi hęrēti, morãtiq;. Idē. Vos iſthęc intro auferte, abite. Qñq; abire denotat motũ ad quē qd̄ eſt ire, q̃uis & motũ de quo īcluſum habeat. Hiero. lib. j. Reg. Abijt tergo Dauid, & viri eius in cellam.

¶ Abelline penultima pro. dictę ſũt auellanę ab Abellino Campanię oppido vbi abundant.

✠ Abemo cõpoſitũ ab ab & emo ſignificat q̃ſi adimo, qd̄ dictũ videtur, pro abimo. Plau. Abemito veſtē. Cc.

¶ Aberceo, es, ex ab & arceo ſignificat prohibeo. Plautus. Atq; eam abercet domo.

☧ Ab epiſtolis, qui pręeſt epiſtolis, vide in litera a.

¶ Aberro, as, valde erro, longe digredior. Lact. li. iiij. A quo hi duo riui ſi aberrauerint, areſcãt neceſſe ē. Ci. lib. v. Tuſcul. Sed redeat, vnde aberrauit oratio. Inde abertatio profugium. Idem Caſſio. Verumtamen aliam aberrationem a moleſtijs non habemus.

¶ Aberũco, as, cõponit̃ ex duabꝰ p̄poſitionibꝰ. ſ. e cũ rũco, & ab cũ erunco. Rũcare vero eſt vellere, nã ꝓprie de hęrbis dr̄ quũ euellunt̃. Colu. li. ij. Frequētē tñ exigũt ſarritionē & rũcationē, vt hęrbis liberent̃. Erunco ſimiliter. Idē de medica. Quũ ſeueris eã, ſępiꝰ irrigato. Paucos deiñ poſt dies vbi cœperit fructicare, oēs alteris gñis hęrbas erũcato. Aberũco aũt per trãſlationem. Cic. de fi. bo. poſuit pro auerto, depello, euerto. Dij malint meliora, atq; vtinã amentiam aberũcaſſint meam.

✠ Quod Ci. ab Lucillio ſumpſit, vbi ſcribēdum docet Cornuco, aberũcaſſint a verbo aberũcaſſo. Liui. li. viij. Placuit ad aberuncandam deorum iram victimas cædi.

☧ Abeſſa, nomen iudicis Iſrael.

¶ Abfore pe. cor. ſignificat abfuturũ eē. Quę duo ꝑ b, ſcribunt̃, ne ſi ꝑ geminũ ff. ſcriberent̃ cõpoſita quis crederet ex ad, q̃ oppoſitũ ſignificaret. Nã vt illa nõ futurũ dicũt, cũ ab tp̄s deſignet ſic iſta cũ ad, vēturũ tēpꝰ deſignãt. Ouid. Eſſe quoq; in fatis reminiſcit̃ affore tēpꝰ. Licet Stra. li. j. The. accipere videat̃ in ſignificatiõe p̄ſentis Sēſit manifeſto numine ductos. Affore qd̄ nexis ambagibꝰ augur Apollo. Sic abforē ꝑ ab eſſem, afforē ꝓ adeſſem. Ver. Atq; vtinã rex ipſe Noto cõpulſꝰ eodē. Afforet Aeneas. De alijs a Fore cõpoſitis vide in dictiõe Forē. ¶ Abgrego, as, pe. cor. ab grege duco, vel ex pluribꝰ gregibꝰ ꝑtes ſubduco. Huic ꝯtrariũ ē aggrego, qd̄ ē addo, & quaſi in gregē duco. Diſgrego vero & ſegrego ꝓ diſiũgo poni ſolēt, qbꝰ cõtrariũ ē cõgrego.

¶ Abhinc vna pars, & cũ accuſatiuo ſignificat añ hac. Terentius in And. Interea mulier quędã abhinc triennium ex Andro commigrauit huic vicinię. Sic dicimꝰ abhinc decem annos, pro ante decem annos.

¶ Abhorreo, es, rui, mõ cũ actõ, mõ cũ ablatiuo iũgit̃. Liui. li. iiij, Parũ abhorrēs famã ãpliatã. Sue, de Aug. Nã pumillos atq; diſtortos, & oīs gñis eiuſdē, vt ludibria naturę maliq; ominis abhorruit. Lac. li. iij. Nõ ē ſapiētia, ſi cœtũ hoīm abhorret. De ablatiuo abũde reperiunt̃ exēpla Nec mirũ ſi accuſatiuũ regit & ablatiuum, qm̃ eiꝰ ſimplex horreo dupli ci ſignificatiõe fũgit̃, hoc ē horridꝰ ſum. Hier. Horrebãt ſacco mēbra deformia. Et timeo. Ver. l. iij. Geor. Nec varios horret ſtrepitus. Et in altera, ablatiuo, in altera, accuſatiuo cõſtruit̃. hoc facit aborreo cuiꝰ ſignificatio duplex eſt, dupliciq; caſu cõſtruit̃. Quũ em̃ actõ iungit̃ ī ſimili fere ſignificatione ſumit̃, qua horreo. Tũc em̃ quaſi rē ꝓximã, audire vel aſpicere id ꝑtimeſcimꝰ execramurq;. Cũ vero ablatiuo, tũc ꝓcul nos eē ab eo, qd̄ nõ placet, vel qd̄ refugimꝰ demõſtramꝰ, vt ſi dixero, hãc rē abhorreo ſignificat execror, & pati neq̄o. Abhorreo ab hac re. i. alienus factus ſum, vel ꝓcul eē volo. A multis em̃ ꝓcul eē volumꝰ, vt a rebꝰ veneris, licet nr̄is ſēſibꝰ, plęrũq; odioſę nõ ſint. ſed animi moderatiõe ab illis abeſſe ſtudemꝰ, ne nobis officiãt. Forte decepit Laurē. Vallã ab p̄poſitio, q̃ ablatiuũ exigere videt̃. Sed ſi hoc in plęriſq; verbis fiat, nõ tñ in oībꝰ ſicut in aboleo, abluo & huiuſcemodi. q̃ accuſatiuũ nõ ablatiuũ poſtulãt. Ambro. lib. j. officiorũ hoc verbo vſus eſt abſolute, quũ inquit. Legimus officium dici a nobis poſſe, nec ratio ipſa abhorret. i. aliena eſt qñquidem ab efficiendo dictũ putamus. quaſi efficium.

¶ Abhorreſco, valde timeo, ſeu ī horrorē habeo, & q̃ſi videre nõ patior. La. de ira. Quē terra ꝯtremiſcit, cœlũq; & mare, & latebrę Tartareę, & dęmões abhorreſcũt.

✠ Abhortor. CC. Idē vult quod adhortor, ſed contrarium putem, idemq; fere, quod dehortor.

✠ Abathar in ſacris literis, nomē eſt ſummi pontificis.

☧ Quod nobis ſonat pater meus, peccato vigilans.

Abios, nomen regis Iudæ.

¶ Abies, etis, pe. cor. arbor dicta, ꝙ p̄ cęteris arboribꝰ lõge eat. Hãc qdã gallicã vocãt ꝓpter cãdorē. Hęc arbor pulcherrima ī trabibꝰ, vt inq̄t Pli. li. xvj. Pręcipua aũt dos eſt criſpãtibꝰ & ītorto quodã diſcurſu vęnaꝝ p̄cioſis Põdꝰ ſuſtinere in ędificijs valida eſt. Abies etiã ī trãſuerſũ poſita renitit̃ põderi, nec temere rũpit̃, priuſq; carie, q̃ viribꝰ deficit. Abies arboꝝ altiſſima rectiſſimaq; ē cuiꝰ ꝑs inferiore nodis ē, & Sappinꝰ vocat̃, ſuperior nodoſa duriorq; eſt, & Fuſternã vocãt, qñ p̄cipit Cato pręlũ ex ſapino faciēdũ ītelligi vult ex abiete enodi, q̃ pars a terra eſt. Huiꝰ diminutiuũ eſt abiecula græce dr̄ ἐλάτη forſan ἐλάω impello, ꝓduco, ꝓlongo,

¶ Abiegnus, a, um, quod eſt materiatum ex abiete, vt abiegnę trabes.

¶ Abietarius faber lignarius negociator, ab abietibꝰ, & alijs lignoꝝ generibꝰ, vt apud Exod. Faciãt opera abietarij. Hi etiã materiarii dicunt̃ a materia cuius nomine ligna, quę ad ędificandũ fulciendumq; neceſſaria ſunt intelligendo eſſe declarat iuriſconſultus.

¶ Abiicio, abiicis, pe. cor. & per geminũ ii, qa mutat̃ a, in i, quę tñ in p̄terito conuertit̃ in e, Eſt aũt abiicere a ſe longe iacere, reiicere, vilipēdere. Lactan. li. iiii. Docerentq; iuſtitiam, quã populus perfidus abiecerat. Vnde abiecti dicuntur viles, ac contempti.

¶ Abiecto, iectas, freq̄ntatiuũ, ſignificat freq̄nt̃ abiicio

¶ Abigoigis, pen. cor. ex ab & ago, ſignificat rē, ꝓodioſam, moleſtam, damnoſamque a loco fugo, vt abegi canes a cœnaculo, & aues a ſegete. Quãdoq; abigere eſt

abducere. & hoc ſiue vi, ſeu dolo fiat. Liu. Herculẽ ĩ ea loca, Gerióe interẽpto, boues mira ſpecie abegiſſe, Refert̃ qñq; ad hoíes, qñq; ad res ſpirituales. Plaut. Abigã ego iã illũ aduenientẽ ab ędib⁹. Leo papa. Abigat̃ ꝑpe terrenarũ caligo rationũ. Huic ſimile eſt amoueo, ſed mitius. Plau. Amoueo a forib⁹ maximã moleſtiam. Qñq; ſignificat ſimpliciter antepellere, vt fit cũ boues ad paſcua mittunt̃. Varro libro ſecũdo, itaq; greges ouium longe abigunt̃ ex Apuleia in Samnium ęſtiuatum.

¶ Abige⁹ & abactor vtrumq; ab abigo. Et eſt abactor, quicunq; greges abdducit. Nã abactores vocant̃ pecuariorum animalium fures latrunculive. Abigei aũt vt auctor eſt Vlpianus, ꝓprie dicunt̃, qui pecora de paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, & quodam mõ deprędantur. & abigendi ſtudium quaſi artẽ exercẽt, equos de armẽtis, vel oues de gregibus abducentes. Cęterũ ſi quis ouem aberrãtem, vel equos in ſolitudine relictos abduxerit, nõ eſt abigeus, ſed fur potius. Scribit & Claudi⁹. Quantitas diſcernit furẽ ab abigeo. Qui enim vnã ſuẽ ſurripuerit, vt fur coercebitur, qui gregem vt abigeus.

¶ Abigeatus, tus, ipſe abigendi actus: ſiue crimen abactionis intelligitur.

¶ Abyla pen. pro. poteſt tamen eſſe dichrona, Stephanus Bizantius multa in libro de populis, & vrbibus, & Dionyſius Libycus. ἀλλ᾽ ἤτοι πυμάτη μὲν ἀγχιάλῳ ἐπὶ βάρῳ γείτων ὠκεανοῖο προσεσπέρου ἐν δὲ ἀκρησιν ἀλύβη κεῖται μία, τῆς δ᾽ ὑπένερθε ταρτησσὸς χαρίεσσα.

✠ Sed vltimus Iberię termin⁹ Oceano proxim⁹ eſt ad Heſperõ, qua pręſertim vna ex columnis Abyla viſit̃, infra quam vrbs amœna Tarteſſos.

¶ Vbi multa Euſtachius ſcribi. Et notãdum eſt alybã dici a Gręcis, & nõ abylã, niſi dicam⁹ eſſe metatheſin, ſed vt ſi lubeat omnino per ypſilon ſcribi oportere clarũ eſt, mons eſt excelſus Calpę, q in Hiſpania eſt oppoſitus, quos ambos Herculis colũnas dicũt aliter gades.

☧ Abilon, proprium nomen iudicis Iſiael.

☧ Abimelech, nomẽ eſt iudicis Iſrael. q̃ſi pr̃ meus rex.

¶ Ab ĩtegro penultima naturaliter correpta, ſinnificat denuo, quaſi res perfecta rurſus inchoetur.

¶ Abinteſtato aduerbiũ, ſignificat ſine teſtamento, vt talis vel talis ab inteſtato deceſſit. i. ſine teſtamento.

¶ Abiudico, dicas, pe. cor. ſignificat rem de qua cõtrouerſia eſt ꝑ iudiciũ aufero alieno ve, vnde ager abiudicat⁹ a Liuio dictus, quẽ Romani per iniquũ iudiciũ inceperãt eripuerantq;. Marcus. Tul. Cic. in Ver. acti. ij. Nulla res cuius q̃ tã patria, atq; auita fuit, q̃ nõ imperio iſtius abiudicaretur. Cic. de ora. xii. totũ abiudico. Huic cõtrariũ eſt adiudico, qđ eſt per ſententiã, & iudiciũ tribuo aſſigno ve, vt eſt illud. Et adiudicauit fieri petitionem eorum. Paſſim huiuſmodi exempla inuenire eſt.

¶ Abiungo, iungis, ſeparo. Ver. li. iij. Georg. It triſtis arator Mœrentem abiungens fraterna cęde iuuẽcum. Huic cõtrarium eſt Adiungo adiungis.

¶ Abiugo abiugas, pe. cor. ꝓprie a iugo alieno, ſed per trãſlationẽ ſignificat a re, cui dicat⁹ ſum diſiũgo. Pacu. Quę res ab ſtabulis abiugat certũ eſt loqui. Huic cõtrariũ eſt adiugo, qđ eſt iuxta iugo, qđ fit quũ duo boues ad vnũ iugũ iũgunt̃. Plau. per trãſlationẽ dixit. Mater eſt aía adiugat volũtatẽ. Et Lactãti⁹ de opificio dei. At eñ ꝓuiſum eſt in ſingulis qbuſcũq; fingẽdis, quatenus ex miniſterio mẽbrorũ ad neceſſaria vitę & vterentur, quatenus adiugatis corporibus, & lata ſoboles vniuerſas generatim conſeruaret animantes.

¶ Abiuro, as, pe. pro. ſignificat rem mihi creditã iureiurando nego. Plau. in cur Egõ a Lenone quicq̃ mancipio, accipio, quib⁹ ſui nihil eſt niſi vna lingua qui adiurauit ſi qđ creditũ ẽ. Et adiurare ẽ cõtra ius aliqđ tenere Ver. li. viij Abſtractęq; boues adiuratęq; rapinę.

¶ Abiurati dicunt̃, qui vinculo quodã amicitię aſtricti ſunt. Hi ab alijs deuoti appellant̃. Pli. in prologo. Scito ꝯferẽtẽ me autores dephẽdiſſe ab abiuratiſſimis & ꝓximis veteres trãſcriptos, neq; noíatos. i. ꝯiũctiſſimis.

¶ Ablacto ablactas, a lacte remoueo. Hye. in li. j. Reg. Non vadam, donec ablactetur infans.

¶ Ablaqueo ablaqueas, a laqueis expedio, ſed in freq̃ntiore vſu ſignificat, qđ Vulgo dr̃ diſcalceo, qđ fit quũ circũ arbores fodim⁹ terrã, & radices ſuperiores recidimus, vt magis fructificent. Columella lib. iij. Vinea vet⁹ neq; ablaqueanda eſt, ne radices quas in ſummo habet inareſcant, neq; aranda, ne radices abrũpantur. Palladius. Ianuario menſe locis tẽperatis ablaqueãdę ſunt vites, qđ Itali ex codicare appellant. i. circa vitis codicem, dolabra terram diligenter aperire, vt ſolis teporibus, & imbribus prouocentur.

¶ Ablatiuus caſus quandoq; pro genitiuo ponit̃, Ver. Illa ferax oleo eſt. Quandoq; pro accuſatiuo, vt gratior & pulchro veniens in corpore virtus.

¶ Ablego, gas, pe. pro. ĩde aliquo mitto. Liui. li. j. Pueros venatũ ablegauit. Dr̃ & de aĩalibus. Columella. li. vij. Itaq; quũ ablegabunt̃, in ea loca perducenda erũt, quibus nullũ impaſcitur pecus. ¶ Ablepſia ἀβλεψία, latine cęcitas, & inconſiderantia, & habet accẽtum in penultima. λέγεται καὶ τυφλότης, ὅτι α στερητικὴ ἐστὶ καὶ βλέπω τὸ ὁράω, i. dicitur, & Typhlotes. i. cęcitas. Siquidem a priuatiua eſt & blepſo, aſpicio.

¶ Abligurio abliguris, pe. cor. liguriendo abſumo. Terẽtius in Eunucho. Itidẽ patria qui obligurierat bona.

¶ Abloco ablocas, pe. correpta, alijs loco afficto. Vide in dictione, loco.

¶ Abluo abluis. Vide in dictione lauo, as.

☧ Similiter abluo, quæ & in eius ſimplici luo.

¶ Abnego abnegas, pe. cor. maxime nego qđ maxime profiteri debeo, vt fidẽ, pietatẽ, & huiuſmodi, qđ vulgo renegare dicit̃. Lactã. lib. v. Nec enim poterunt retinere pietatem, qui communem omnium patrem deum tanquam prodigi, atq; rebelles liberi abnegaſſent.

¶ Abnepos pe. cor. filius pronepotis, quaſi ſeinnctus a nepote. Eſt enim inter ipſum & nepotem, pronepos.

¶ Abnormis, ſine norma. Horatius lib. ij. Sermonum. Ruſticus abnormis ſapiens.

¶ Abnuo abnuis, nui, nutum, ex ab & nuo, & eſt ſigno capitis aliquid ſemel nego, quãuis & oculis, & manib⁹ id fieri poſſit. Nuere eñ apud veteres pro velle ponebatur. Vñ nutus, & numen, quod eſt dei nutus. Hoc eſt imperium, & poteſtas. Ver. Meo ſine numine venti audetis. Nutus vero ſignificat, quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Idẽ. Annuit & totũ nutu tremefecit olympum. Ponitur & pro volũtate. quę ex huiuſmodi ſigno declaratur, ſiue affirmando, ſiue negãdo. Liui. Sub vmbra Scipionis ciuitatẽ dominã orbis terrarũ latere, nutus eius ꝓ decretis patrũ pro populi iuſſis eſſe. Pli. li. j. epiſtolarũ docet nutũ dici, quando annuimus, renutum quando recuſamus. Sic eñ ait. Nã ego quoq; ſimili nutu, ac renutu reſpondere voto tuo poſſum. Sueto. vero in Veſpaſi. nutũ accipit pro renutu, quum ait. Adoleſcẽtulum fragrantem vnguento, cum pro impetrata pręfectura gratias ageret nutu aſpernatus, voce etiam grauiſſima increpuit, Maluiſſem aliũ oboluiſſes, literaſq; reuocauit. A Nuo fit Nuto nutas frequentatiuũ, qđ eſt ſępe capite huiuſcemodi ſignũ facio. Quandoq; etiã nutare ponitur pro moueri, & quaſi ruinã minari, tractũ a motu capitis, qđ inclinando affirmare, & cõcutiẽdo negare ſolemus. Vñ nutare ędificia dicimus, quũ male ſolidata ruinã minitant̃. Transfert̃ etiã ad aĩm, & ꝓ titubare. i. dubitare ſumit̃, in quã partẽ vertẽdũ ſit. Abnuto pe. producta, eſt ſępe ſigno capitis abnuentis quippiam nego. Plautus in Captiuis. Quid mihi abnutas? Cõtraria huic verbo abnuo ſunt. nuo, annuo, pro aſſentior, & nutu aſſẽſum pręſto, faueo. Innuo ſigno aliquo voluntatem meã oſtendo, ſiue affirmem, ſiue negẽ aliquid. Terẽtius. Nihil niſi abiens mihi innuit. Renuo, refuto. Nonius inter nutare, nuere, & nictare hoc intereſſe ſcribit, ꝙ nutare capitis ſit inclinando, aut in gyrum mouẽdo. Nuere nariũ, vel labiorũ. Nictare oculorũ patefaciendo eos, aut claudendo, vel vtrũq; vel alterũ. Plau. in Aſin. Nec illa illi homini nutet, nictet, annuat. Hoc eſt nec capite ſignum faciat, nec facienti aſſentiatur, nec oculis quicquam indicet.



☧ Aboccis oppidũ egipti quod cũ alijs. P. petroni⁹ Romanus equeſtris ordinis p̃fect⁹ expugnauit auguſti temporibus, fertur illic accolis auditũ aufferri fragore vbi Nilus ſe pręcipitat.

¶ Aboleo aboles, pe. cor. leui, vel lui, letum, vel litũ, ſignificat caſſo, tollo, abrado, deſtruo, vt ne odor quidẽ eius relinquatur. Lactã. lib. j. Decretum eſt, vt hi libri abolerentur.

¶ Aboleſco, ad nihilum redigor. Colu. lib. iiij. Eadẽq; nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit.

¶ Abolla, veſtis ſenatoria, q̃ſi abulla, ꝙ vndiq; ſit bullata. Alij accipiũt abollã pro panno ꝯfecta, veſte duplici: vt ſcolaſtica, & gręce diploide, q̃ etiã qñq; pro veſte militari ſumitur, vt eſt apud Iuuenalẽ. Noſcit cui dederat Tyriam Criſpinus abollam. Quãdoq; pro veſte Cynici philoſophi. Nã Gręci milites, & philoſophi palliati, ſeu chlamydati incedebant. Vnde Martianus de Cynico philoſopho. Cęrea quem nudi tegit vxor abolla grabati, quamuis χλαμὺς κλαμύδος λέγεται ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν τροπῇ τοῦ ν εἰς μ. σημαίνει δὲ ἱμάτιον τὴν θερμότητα

✠ Hoc eſt Chlamys chlamydis dr̃ a verbo chlięnein, quod eſt tepefacere, litera n, in m, cõuerſa, ſignificat autem Palliũ, caliditatem. Ita ſcribit Nicolaus Actiacus, & Moſchopul⁹, & proprie chlęna dicit̃. i. ſagum, ſupra ueſtiſq;, neq; chlamys ſignificat id genus indumenti, quod vulgus appellat zuponem, nam Gręci non habebant, nec in Grędia etiam iſtis temporibus vtuntur, vt oſtendit Homerus vbiq;, & ideo vide ne erres, ſed vtebantur (vt ita dicã) vno correpto, vt videm⁹ in Grędia.

¶ Abdominor, pe. cor. ex ab & ominor, de quo infra. Eſt aũt abominari execrari, faſtidire, & quaſi pro malo omine habere. Pli. abominamur recedẽte aliquo ab epulis ſimul verri ſolum, aut bibente conuiua menſam. vel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimum iudicatur, gręce dicitur βδελύττομαι, μύσομαι.

☧ Et abominari eſt exhęredare. vt in Pſalmo. Virũ ſanguinum & doloſum abominabitur dominus, vbi Auguſtinus: Abominati dici ſolent exhęredati.

¶ Aborigenes, pe. cor. quaſi ſine origine dicti ſunt populi antiquiſſimi, qui primi tenuerunt agrũ, qui nũc populi Romani eſt, quia vagi & ſine laribus erãt aut quaſi ꝙ primi viſi ſint tanq̃ editi ſine patribus, aut ꝙ ex varia gentium colluuione mixti erãt. Hi poſtea aduentu Aeneę phrygibus iuncti Latini vno nomine appellati ſunt. Poſſunt tñ & aliarũ vrbium aborigines dici primi cultores, ac ſi ſint terra geniti homines a principio ibi commorantes ἐκλήθησαν πρωτογενεῖς καλοῦνται ὄνομα σύνθετον ἀπὸ τοῦ πρότερος καὶ τοῦ γεννάω, λέγονται καὶ ἐγχώριοι.

✠ Hoc eſt gręce Protogenees. i. primogeniti aborigines dicuntur, nomine compoſito a proteros. i. prior, & gennao. i. genero. Dicuntur etiam Enchorij. i. indigenæ, quo vocabulo Ambroſius Hexameron. v. vtitur.

¶ Aborior, rieris, vel aboriris, abortiuum facio. Varro: Vinũ quod ibi natum ſit in quodã loco, ſi pręgnãs biberit, fieri vt aboriatur. Gellius lib. xj. Nituntur vt fœt⁹ quoq; ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur. Hinc abortus aborta abortum, & abortus, tus: dictus ꝙ non ſit tempeſtiue ortus. Pli. Extat in monimentis medicorum, & quib⁹ talia conſectari curę fuit, vno abortu duodecim puerperia. Nonius, Aborior etiã aborſum facit, quod tamen ab abordior magis eſt, & hanc inter abortum & aborſum ſignat diſtantiam, ꝙ aborſus ille dicend⁹ ſit, qui eſt in primis menſib⁹, quũ cõceptui exordiũ factũ eſt. Abortus prope tempus pariendi, tũc eñ moritur quod naſcitur, gręce ἐκτιτρώσκω. i. abortio dicitur, & inde ἔκτρωμα ἐκτρώματος abortius dicitur ab ἐξ καὶ τιτρώσκω. i. ab ex & τιτρώσκω vulnero.

✠ Differt etiam abortus ab eiectione, ꝙ hęc grandioris fœtus ſit, abortus intra. xl. diem contingit. Hinc gręci ἐκτρωσμὸν dicunt.

¶ Abortiuus, tiua, uum, pe. pro. quod abortum facere poteſt. Plin. Oſcitatio quidem in enixu lętalis eſt, ſicut ſternutaſſe a coitu abortiuum.

¶ Abortiuum, idem quod abort⁹. Hie. ad Pamma. Dũ crebris abortijs, & experta fœcunditate concepta iam deſperat liberos, paſſa eſt aliquid de Rachelis exẽplo.

¶ Abortio abortionis, idem quod abortiuum. Geli⁹ li. iij. Cũ abortio quibuſdã, nõ partus videretur intẽpeſtiuitas. Per trãſlationẽ. Cic. pro Cluẽtio poſuit. Sed hæc ſolutio legatorũ, non merces abortionis appellanda ſit.

¶ Abortio abortis abortiui, immaturũ fœtũ ædo. Col. li. viij. Nec tñ ea ſola cauſa abortit, ſed etiã glãs, quum citra ſatietatẽ data eſt. Eſt & abortior verbũ deponens.

¶ Aborto abortas, eſt eiuſdem ſignificationis cũ abortio. Nã ſignificat abortiuum facere. Iulius Firmicus li. vj. Matheſęos. Abortauit filios geminos.

☧ Abraham, nomen primi patriarchę, & latine pater excelſus interpretatur, quum deus ab ijs q̃ vident̃ ad inuiſibilia protrahens, non vocaberis inquit Abram, ſed Abraham erit nomen tuum, quia multarum te gẽtium, patrem poſui. Secundum tamen declinationem latinã. Abraamus dicitur, ſed aſpiratur Hab a quibuſdam.

☧ Abpatruus, Propatruus, & Patruus maximus idem ſunt. i. pater abaui, & proaui. Cc.

¶ Abrado abradis, pe. pro. de aliquo quippiam aufero. Colu. lib. iij. Arida & vetera, quę falce amputari nõ poſſunt, acuta dolobra abradito.

¶ Ab re quaſi præter rem, præter rationem, hoc eſt indecens præter propoſitum, ſine cauſa. Suetoni⁹ in Auguſto. Et quando ad hoc ventũ eſt: non ab re fuerit ſubtexere, quæ ei priuſq̃ naſceretur in ipſo natali die deinceps euenerint, id eſt præter propoſitum, ſine ratione, ſiue inconueniens. Liuius. Hæc ſi omnio diuini humaniq; iuris memoria aboleuit noua peregrinaq; oía priſcis, ac patrijs p̃ferẽdo, haud abs re duxi verbis quoque ipſis, vt tradita, nuncupataq; ſunt referre.

¶ Ab re tua ſignificat a negocijs tuis familiaribus, ſeu contra commodum tuum. Terentius in Heau. Tantum ne ab re tua ocij tibi, aliena, vt cures, quæ nihil a te attinent. Huic contrarium eſt. ex rę tua, quod eſt ex vtilitate & commodo tuo, ſicut e republica ex vtilitate & commodo publico. ✠ Idem dicitur E re, hoc eſt ex vtilitate, vt. ff. Si certum petatur, in prin. e re eſt. &c. vbi miſere ſudat interpres dubitans an legendum ſit here pro heriliter.

¶ Abrenuncio abrenũcias, ex ab & re & nuncio. ſignificat a me renunciando, amoueo, renuo. Et tam datiuo, q̃ accuſatiuo iungitur.

✱ Abrincatui populi ſunt Gallię Celticę ĩ ducatu Normanię, quæ olim Meuſtria, ſedes eſt epiſcopalis.

¶ Abripio abripis, pe. cor. quaſi aufero eſt. Nã de his dicit̃ q̃ auferri poſſunt, vt veſtis, liber, & huiuſcemodi.

☧ Cicero lib. iij. offic. Qui abripiunt ab alijs vt alijs largiantur. Aliquando abripere eſt vi. abducere, vt virum mulierem, iumẽta. Terenti. in Eunucho. Ex attica hãc abreptam. Cicero ad Quirites. Nec patiamini mea meis liberis abſtractum, a coniuge abreptum, ab aris, fociſq; innocentem proiectum vitam degere in exilio. Nã ab proprie rei ablationem denotat. Huic contrariũ eſt arripio, quod ex ad & rapio componitur, quę attractionem ſignificat. Vnde & pro accipio ponitur. Cicero in Catone. Nõ cani, non rugę repente autoritatem arripere poſſunt ſed honeſte acta ſuperior ętas fruct⁹ capit autoritatis extremos. Aliquando ſignificat, vehementer ad me rapio, vt ſi quum celeri quadam animi corporiſq; vehemẽtia ad nos trahimus. Liui. lib. j. Tũ Tarquinius

neceſſitate iã etiam cogente vltima audere, ipſe multo & ętate, & viribus validior medium. Seruium arripit elatumq; e curia in inferiorem partem per gradus deijcit. Aliquãdo ſubito eleuo. Plautus in Curcu. Vix foras me arripui. Aliquando celeriter rapere, inuadere. Vergili. Hanc arripere velis.

¶ Abrogo abrogas, pe. cor. infirmo. Seruius. Abrogat̃ legi, quum prorſus tollitur lex, derogatur quum pars ſuſtollitur. Cicero ad Herennium. Illa defenſio tenuis eſt, quum oſtenditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat cui legi abrogatum, vel derogatum ſit. Dicimus autẽ abrogatur legi, & abrogatur lex. Interdum abrogare eſt per rationẽ auferre. Cui contrariũ eſt arrogare. Liui. lib. iij. Vt qcquid vi Tribunitia arrogatũ eſſet, id comitijs ibi arrogaretur. Interdum eſt ſimpliciter auferre. Ci. lib. j. ad Herennium. Nã & periculoſum eſt, nequando plus minus ve dicamus, & ſuſpitionem affert auditori meditationis & artificij, quę res fidem abrogat orationi. Abrogati quoq; (vt ſcribit Gellius) dicuntur qui quum ſui iuris ſunt, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, eiuſque rei ipſi authores ſunt.

✠ Sed arrogatos potius hos dicere oportet, quia & arrogatio dicitur actio.

¶ Abrotanũ, pe. cor. herba calidę virtutis. Horatius. Abrotanũ ęgro Nõ audet, niſi qui didicit dare. Sed Actius Amilinus lib. i. ſimplicium multa de abrotano, & Galenus de ſimplici medicina, & Dioſcorides.

¶ Abrodietus cognomẽ fuit Vlyſſis pictoris nobiliſſimi, qđ latine ſignificat delicatũ atq; elegans. Talẽ autẽ ſe ipſe putauit, Herculemq; Lyndi fecit, aſſeuerãs eum a ſe talem pictum, qualem ſępe in quiete vidiſſet.

¶ Abrotonion, nomen mulieris ἀβρόντο τρυθερόν, quod eſt glabrum, ſiue delicatũ, latine amplexibus apta dr̃.

✣ In quo vocabulo id lubet adnotare, quę apud Græcos in on, exeunt, apud nos in um, exire. In um autem exeuntia oia eſſe neutra, pręter mulierum propria, quę fœmina ſunt, vt Glyceriũ, Philotiũ, Euſtochiũ, & ſimilia. Licet ergo vtriq; ſexui cõueniant, vt Scortũ, & Mãcipiũ. Et pluralia in a, pro hominibus ponant̃, vt ſeruitia pro ſeruis, Miniſteria pro miniſtris. Et licet flumen notent, vt Rhenũ, Cruſtumiũ. Aut fructuũ nomina pro arborũ nominibus ponant̃, vt poma apud Tibullũ, aut q̃uis animalia (quę pauciſſima ſũt) & aut maſculina, aut fœmina, aut cõmunia eſſe debẽt, ſignificent, vt oſtrea tamẽ quia in um, exeunt, aut ſingulariter per um terminentur, ſupradicta omnia cenſebuntur neutra.

¶ Abrumpo, incido, interrumpo, diſijcio, auello. Ver. li. iij. Georg. Nec ſomnos abrũpit cura ſalubres. Vnde loca abrupta diuulſa, atq; ob id inuia dicunt̃. Diu⁹. Hienimus lib. i. Regũ. Perrexit Saul ab . iunt eſtigandum Dauid, etiam ſuper abruptiſſimas petras. Huius ſignificatiouis eſt prędrumpo.

¶ Abs ſignificat id, quod apud Gręcos ἀπὸ. Et in litera a tactum eſt gaudet pręponi incipiẽtib⁹ ab q, & t Terentius. Abs quiuis homine beneficiũ accipere gaudeas, Sic diligor abs te dicimus.

✣ Abſarus amnis Armenię in Pontũ deflués, qui cum Pariedris montibus Armeniam minorem claudit. Cc.

¶ Abſcedo, cedis, pe. pdu. ex abs & cedo, ſignificat recedo. A quo abſceſſus & abſceſſio, q̃ fere idẽ ſignificãt.

✣ Quum tamen acceſſus & acceſſio ſępe differa-. Nã acceſſus eſt aggreſſus, acceſſio incrementũ, & interdum aggreſſio. De quibus alibi latius dicemus.

¶ Aliquando tamen abſceſſus dicitur concurſus mali humoris i aliquã partẽ corporis, ex quo ſuppuratio fit, quam Gręci vocant apoſtema.

✣ Abſcido, abſcidis, penul, producta ex abs & cędo.

✠ Sed æ diphthongũ vertit̃ in i, productum, ſignificat inde ſeco, vt eſt illud. Et abſcidit auriculã eius dextrã.

✣ Quod tamen media correpta quidam pronunciãt, tã quam ab abſcindo ſit pręteritũ, cuius media interdum corripitur, vt Aeneidos tertio. Heſperium Siculo latꝫ abſcidit, aruaq; & vrbes. &c. Quinetiam frequentior eſt vſus verbi abſcindo, q̃ abſcido, cum contra pręcido frequentius q̃ prẹſcindo reperiatur.

¶ Abſcindo abſcindis, inde ſcindo. Iuuenalis. Quid tñ expectant Phrygio quos tempus erat iam More ſuper uacuam cultris abſcindere carnem?

¶ Abſcio, abſcis, abſcire, eſt de memoria exire.

✣ Deſcire autem, vt ſuo loco dicemus, eſt ab obediẽtia prioris ducis diſcedere & deſciſcere, eſt deficere.

¶ Abſcondo abſcondis, abſcondi, abſconditum vel abſconſum, occulto. Vnde abſconſum abditum occultum.

¶ Abſimilis, multum diſſimilis. Columella libro quarto. Materiam fructumq;, niſi ꝙ duplicem, non abſimilem minor germanę gerit.

✣ Frequens autem eſt huius vocabuli cum negatione vſus, vt haud, non abſimilis. &c. Quæ locutio figurata eſt, & fere per liptotem plus innuit, cum minus dicat. vt hic. Nõ abſimilem dixiſſe videtur, pro plane & multum ſimilem.

¶ Abſẽtio, ſentis, abſenſi, abſenſũ, ſignificat diſſentio.

✣ Nam qui minime conuenit abſentire videtur.

✣ Abſens & Abſente nobis. Vide Abſum.

¶ Abſynthium hęrba amara, a qua populi quidã cognominati ſunt, qui iuxta pontũ habitant, vbi mons eiuſdẽ nominis habetur. Oui. lib. v. de Triſtibus. Cana prius gelido deſint abſynthia Ponto. Gręce ἀβσύνθιον τοῦ ἀβσυνθίου. vulgo dicunt medicum, vel aſſenzo.

✣ Theodorus tamen ψίνθιον ſcribit.

¶ Abſis abſidos ſiue Gręcorum Hapſis, fornix & curuatura proprie in cruribus ἀπὸ τοῦ ἅπτειν. i. tangendo, licet multa ſignificet, quia rotę cum voluũtur contingant terram. Sed in cœlo Abſides capiuntur pro circulis. ἀψὶς ἄψιδος pro macula retis, vt Homerus libro. v. Iliados, eſtq; curuatura rote, ſcilicet lignũ ſupra rotas tenens ſcalas. Immo curuatura rotarum, in qua figuntur radij, vt libro ſecundo Heſiodus ἄξονα δ', ἑπταπόδην τάμνειν· μάλα γάρ νύ τοι ἁρμενὸς οὕτω· εἰ δέ κεν ὀκταπόδην ἀπὸ καὶ σφῦραν κεν τάμοιο. τρισπίθαμον, δ' ἄψιν τάμνειν δεκαδώρῳ ἀμάξῃ. i. & axem ſeptem pedum, valde enim vtiq; tibi ſufficiens ſit, ſi aũt octopedalem etiam malleum abſcinderes trium palmorum aſpidem decem lignis compacto currui, ita ſunt de verbo ad verbum traducta. Sed quoniam locus iſte Heſiodi eſt dubius, videamus interpretem. Manuel itaque moſcopulos interpres ibi ſic ſcribit. εἰς κατασκευὴν δ' ἄψιδος τέμνε ξύλον τριῶν σπιθαμῶν ἕνεκα ἁμάξης δωδεκαδώρου ἢ ἵνα ποιήσῃς ἅμαξαν τοῦ τέσι τὸν τροχὸν τῆς ἁμάξης δεκαδώρων τὴν διάμετρον ἔχοντα.

✣ Hoc eſt. Ad apparatum autem abſidos, diuide lignũ trium palmorum gratia currus duodecim palmorum, vel vt facias currum, ſiue reuolutionem currus duodecim palmotum, habentem diametron. Sed Demetrius Moſchus dicit, quid eſt dicere hoc intellige autem tu textum, qui eſt clariſſimus ſic, trium ſpithamarum latitudine diametri in circunferẽtia rotę incide curuaturã rotarum, quia non ſunt graues bobus ad trahendũ. incidedico currui compacto ex decem lignis, i. qui curr⁹ fit ex pluribus lignis, & decanus eſt numerus, qui eſt perfectus. nam δοῦρα dicitur lignum, ſed dorice ου vertitur in ω, & dicitur δῶρα lignum, quamuis ſit etiam genus menſurę. Spithama eſt menſura a cuſpide pollicis ad extremitatem annularis digiti.

¶ Abſiſto abſiſtis, a loco, ſiue inde diſcedo. Ver. Nec prius abſiſtit, quã ſeptem ingentia victor Corpora fundat humi. Huic contrariũ eſt aſſiſto. Sed cũ locus exprimitur, abſcedo tantũ ſignificat. Item lib. vij. Centũ ęrei claudunt vectes, ęternaq; ferri, Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Quandoq; abſiſtere ponitur pro deſiſtere, deſinere, abſtinere. Liui. li. ix. Legatos miſere ad conſulẽ Romanũ, vt receptis equitibus, qui cauſa belli eſſent, abſiſteret obſidione. Claud. Abſiſte rogari.



✣ In quorum vltimo exemplo nõ videt̃ ita verbi proprietas obſeruata, vt in ſuperioribus. Nam ſiſtere non eſt abſolute ſtare, aut preſentem eſſe, ſed facere ſtare, aut adeſſe. Vnde eſt illud poetæ. Annã chara mihi nutrix, huc ſiſte ſororẽ. Quocirca abſiſtere nõ tam eſt deſinere, vt in Claudiani exẽplo, pro quo ſæpe deſiſtere vſurpatur, quã abſcedere, vt in Liuiano dicto.

✠ Abſoleo, abſoles, pe. cor. Abſolere eſt ab vſu recedere, vnde abſoletus locus neglectus & ſordidus dicitur.

✠ Abſoluo, uis, quod ligatum erat non ligatũ facio, ſed dicimus a vinculis peccatorũ noſtrorum abſoluat nos omnipotens & miſericors dominus. Interdum ſignificat perficio, finio. Gellius libro. ij. Septima fere hebdomade, id eſt nono & quadrageſimo die totus homo in vtero abſoluitur. Item Abſoluere eſt parcere, & precio reddito dimittere, liberare. Liuius lib. ij. Late deinde leges, quæ conſulem regni ſuſpitione abſoluerẽt, id eſt liberarẽt. Sed quũ de peccato, ſiue de peccati pœna agitur, genitiuũ regere poteſt. Cicero lib. ij. ad Herenniũ Cæcilius iudex abſoluit iniuriam illum qui L. Accium Poetam in ſcæna nominatim læſerat. Plinius lib. xiiij. Inuenimus Egnati vxorem quũ vinum bibiſſet e dolio interfectam fuiſſe a marito, eumq; cædis a Romulo abſolutum. Item euadere. Plautus in Amphitrione. Curauit vno vt fœtu fieret, vno vt labore abſoluat ærumnas duas. Item expedire, vt apud eundem in Cur. Sequere hac, te abſoluam, qua aduenisti gratia. Et in Epiſt. Te abſoluam breui.

¶ Abſonus, na, num, penultima correpta quod eſt parui ſoni, & fere ſine ſono, vel non recte ſonans, ſiue nihil congruens, ſed aduerſans. Liuius lib. j. Hæc ferme Romulo regnante domi, militiæq; geſta, quorum nihil abſonum fidei. Cice. proprie. Sed ſunt quidam aut lingua ita hæſitantes, aut ita voce abſoni.

¶ Abſono, abſonas penultima correpta, diſſono, male ſono. Vide in ſono.

¶ Abſorbeo, bes, bui, bitum. & abſorbo, bis, abſorpſi, ptum. valde ſiue in totum ſorbeo deuoro.

¶ Abſq; præpoſitio ſeparatiua eſt, vt abſq; pecunia difficile eſt vitam traducas. Aliquando eſt aduerbium. Terentius in Ecyra. Quam fortunatus ſum cæteris rebus. abſq; vna hac foret hanc matrem habens.

✣ Vbi potius legetur abſq; vna hæc foret, quã hac foret. Nã ſenſus eſt abſq;, ideſt niſi hæc vna ſcilicet res, videlicet cõiunx ex alieno (vt tunc putabat) patiens eſſet. Et licet abſq; eſt ſeparatiua præpoſitio, ab tamen & abs paſſionem aut diſceſſionem notant, vt diligor abs te, diſcedo abs quolibet improbo. Cæterum ab abs & au nihil differre videntur præterq̃ in conſonantia. Nã vni verbo in diuerſis temporibus non mutata ſignificatiõe præpoſita per cõpoſitionem comperiuntur. Dicimus enim in præſenti & eius temporibus aufero, auferebam auferam, aufer, auferrem. &c. In pręterito autem & inde deductis abs, vt abſtuli, abſtuleram, abſtuliſſem, abſtulero, abſtuliſſe. Porro in ſupino, & ab eo natis ab, vt ablatum, ablatũ, ablatio. &c. Mirum autem eſt, ꝙ particula, quæ cum alijs ſignificationem auget, ſiue affirmatiuam, et atq; ſiue negatiuã, vt neq;, quũ abs poſita mutet nã abſq; fere idẽ eſt qđ ſine, ſed de his ſatis ASC.

¶ Abſtemius, qui ſe a temeto, ideſt vino abſtinet, componitur ex abſtineo & temeto. Sed nota ꝙ aliter ſentio q̃ latini in hac dictione, quoniam μέθυ Gręce dicit̃ ebrietas. Vnde per litterarum tranſpoſitionem addendo tõ Latini dixerunt themeton, ergo prima eſt longa & cũ th ſcribi oportet, quia fortaſſe aliquis interrogaret, quęreretq; inde θῆμιος cum ἀπὸ γίνεται ἀπὸ θῆμιος, id eſt themios cum apo fit apothemios, ſed eliſa o vertitur in π, tenuis in ſuam aſpiratam, & dicitur ἀφθήμιος aphthemius. Non ergo temeton dicitur, ꝙ tentat mentem, neq; ſic ſcribi debet abſtemius, niſi ob eam regulã latinorum ꝙ gręca pce in latinũ detorqueãtur, poſtea in fœminino dr̃ Abſtemia. Ouid. lib. xv. Clitorio q̃cunq; ſitim de fonte leuauit. Vina fugit, gaudetq; ſuis abſtemi⁹ vndis.

✠ Abſtemus a Cypriano ponitur pro excommunicato quum ait. Qui non tantũ ab his iſtic abſtemus, ſed abs te illic nuper de eccleſia pulſus eſt.

¶ Abſterreo, abſterres, ſigni. amoueo, repello, phibeo

¶ Abſtineo, nes, pe. cor. ex abs & teneo, ſignificat tempero, & fere cõtineo. Terẽtius. Nõ manũ abſtines maſtigia. Iungitur quandoq; genitiuo. Horat. lib. iij. Car. Mox vbi luſit ſatis abſtineto Dixit irarũ. Quãdoq; ablatiuo cũ prępoſitione. Plau. in Amp. Qui poſſum hinc fortis a me vt abſtineat manũ. Iuſt. lib. j. ſine prępoſitione dixit. Contentiq; victoria imperio abſtinebant.

¶ Abſtinentia eſt virtus, qua ab alienis abſtinemus, nihil cuiquã eripientes. Abſtorqueo vide Torqueo.

¶ Abſto, ſtas, abſtiti, ſtitum, & abſtatũ, ſignificat longe ſto. Ouidius tamen libr. x. Metamor. Abſtit pro abſtitit dixit. Halcione lachrymas, & quę par admonet abſtit. Ab vtiq; vel abs, ideo priuationem ſignificat, quoniã quantũ poſſunt latini, vel a græcis accipiunt, vel græcos imitãtur. ὥσπερ τῷ παραδείγματι σιτίον καὶ σὺν ἀπὸ γίνεται ἀπόσιτος ὀνομαστικῶς ἀλλὰ κοινῶς, οὕτως φορτίζω ἀποφορτίζω φάσκω ἀποφάσκω. ✣ hoc eſt. Vt in exẽplo. Nomẽ ſiton, id eſt cibus, & cũ apo fit apoſitos nõ poetice ſed cõmuniter, ſic phortizo, id eſt onero, apophortizo, id eſt exonero, phaſKo, id eſt dico, apophaſKo, id eſt nego. Et nota ꝙ ſto ſtas in cõpoſitione facit apud grauiſſimos authores in pręteritis aut reſto, reſtas, reſtaui. Vt Propertius. Si qđ reſtauerit vmbras. Sic etiã multi alij antiqui ſcriptores, ſed ne in tã friuolis longior ſim pro manifeſto approbatoq; relinquim⁹, ſed ſit vt lubet. Manifeſtũ eſt ꝙ abs venit ex Græco, vt vidim⁹ ſupra, & etiã ꝙ ſto ſtas ab eodẽ fonte Græcorum deducitur. Vt ἵστασθαι ἵστω κατὰ ἀφαίρεσιν.

✣ Id eſt hiſtao hiſto per aphęreſim, ſto latini dolauere.

¶ Abſtraho, quaſi per vim, aut arte aliqua aufero. Cic. lib. j. Tuſculanarum. Certe ſi tunc occidiſſemus mors nos a malis, nõ a bonis abſtraxiſſet. huic cõtrariũ eſt atraho

✠ Abſtractũ ab abſtrao fit, vnde dicitur id quod ab alio trahitur. Diffiniturq; a logicis hoc modo.

✠ Abſtractũ eſt quod ſignificat formã aliquã cũ excluſiõe ſubiecti, vt albedo. Cõcretũ eſt quod ſignificat eãdẽ formã cum hęrentibus ſubiecti: vt albũ a concreſco quod ſignificat coniungor in aliqua re. Et hec aliter dicuntur denominãs & denominatũ, vt eſt apud Ariſtotelem, in Antepredicamentis.

¶ Abſtrudo abſtrudis, penultima pducta, ex abs & trudo, ſignificat abſcondo, vel claudo, ſed Seruio authore differũt, ꝙ abſcondere ſit de induſtria. Abſtrudere a natura. Verg. Vt vanis ſilicis abſtruſum excuderet ignẽ, Plaut. in plo. aul. Atq; aulæ timens domo ſublatã varijs abſtrudit locis. Idem ibi in argumento, Auro formidat Euclio, abſtrudit fores, ideſt claudit. Legam obſtrudit. ¶ Abſtulit, ab aufero præteritum eſt, ſignificatque Aſportauit, ademit, eripuit, vel a tollo.

¶ Abſum, lõge ſum, diſcedo eſt eadẽ ratio in hoc verbo cõpoſito, quã dixim⁹ in verbo illo abſto abſtas, quoniã abs more græcorũ mutat ſignificationẽ in dictionibus, & facit per contrariũ ſignificare, ſum, id eſt pręſẽs exiſto, ſed abſum, ideſt nõ ſum hic, Salluſt. Neq; anim⁹ neq; corpus a vobis aberit. Aliter Liuius. Romana caſtra (inquit). xx. milliũ ſpatio aberant, hoc modo Colu. lib. vj. Tabulata inter ſe min⁹ trinis pedibus abſint. i. diſtantes ſint. Hinc abſens, ſicut a pſũ pſẽs. Vlpia. Abſentẽ accipim⁹ eũ: q non eſt in eo loco: in quo petitur. Non enim trans mare abſentẽ deſyderamus. Et ſi forte extra cõtinentiã vrbis ſit: abeſt. Cæterũ vſq; ad continentiam non abeſſe videbitur ſi loco latitet. Abeſſe autem non videbitur, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed qui a latronibus detinet̃. Paul⁹. Abeſſe res videt̃ ſi veſtimentũ ſciſſũ reddat̃, vel res corrupta reddita ſit veluti ſcy-

phi colliſi, aut tabula raſa pictura, qm̃ eorũ rerũ preciũ non in ſubſtãtia, ſed in arte ſit poſitũ. Itẽ ſi eã dominꝰ rẽ, quæ ſibi furto aberat, ignorans emerit, recte dicitur res abeſſe: etiã ſi id poſtea ita eſſe ſcierit, quia videt̃ res ei abeſſe, cui preciũ abeſt. Abeſſe etiã ſcribit Caius, quę in rebꝰ humanis nõ ſunt. Dicimꝰ autem more Attico. Abſente nobis, & p̃ſente nobis, ꝓ abſentibꝰ, & p̃ſentibꝰ nobis: ſicut aperite aliquis actutũ, apud Terentiũ in Adel. & Plautꝰ in Amphi. Nec nobis p̃ſente quiſq̃ aliquis auſi ſunt. Ab abſens fit abſentior & abſentiſſimꝰ. Aug. lib. iiii. cõfeſ. Mente atque ſenſu abſentiſſimus.

¶ Abſentaneus, abſentanea, abſentaneum, quod in abſentia fit. abſentia vero ab abſens fit.

¶ Abſento, abſentas, abſentem facio, ſeu abſens ſum, Claudianus. Et dura de matre queri, quæ tale receſſu Maluerit damnare decus laudemque dearũ Colloquio patris procul abſentauerit aſtris.

¶ Abſumo, abſumis, pen. produ. profundo, conſumo, quaſi inde ſumo. Ouidius lib. i. Faſtorum Quærere vt abſumant abſumpta requirere certant. Pliniꝰ lib. xxvj. Corpora defunctorum cõdita in eo abſumi cõſtat intra quadrageſimũ diẽ. Iuſtinus. Huius tẽporibus aquarum illuuies maiorem partem Græcis abſumpſit. Auguſti. lib. iij. Ciuita. dei, pro maior poſuit, ꝙ qui moriũtur de medio tolluntur. Lucretius (inquit) anteq̃ annus terminaretur, aſſumptus eſt. Huius contrariũ eſt aſſumo qđ eſt accipio, & ad me ſumo. Cicero. Neque id onus inuitus aſſumpſit. Per tranſlationem ſignificat attribuo, vt apud eundem. Si id mihi aſſumo, videor id mihi meo iure quodam modo vendicare.

¶ Abſurdꝰ, da, dum, quod eſt diſpar, diuerſum, abhorrens, inconueniens, ſtultum, deforme, odioſum, iniquũ Cicero in Lęl. Auaricia vero ſenilis quid ſibi velit non intelligo. Poteſt enim quicq̃ eſſe abſurdius, q̃ quo minꝰ viæ reſtat eo plus viatici quærere?

¶ Abſyrtus Colchorum regis filius, quem Medea ſoror lacerauit iuxta fluuium Abſyrtum, in quem conuerſum ferunt poetæ. Sed aliud ſcribit Orpheus in Argonauticis lib. ij. & aliud Apollonius, Rhodius & Luciliꝰ Theon, & Sophocleus eius interpres libro. iiij. Argonauticorum. Plurimi fuerunt, qui apud Græcos Argonautica ſcripſerint, & dicunt Iaſona Medeam ad Phęacas adduxiſſe adhuc intactam, & Abſyrtus Frater grandi multitudine armatorum ſororem eſt & Iaſona ſubſecutus, adeo ꝙ Arete vxor Alcinoi regis Phæacum & ipſe rex determinauerint reddi ſi intacta eſſet, quo cognito ſecum dormiuit, & eo modo habuerunt recedendi facultatem. Fuit inſuper Abſyrtus ſcriptor Græcus mirificus, qui ſcripſit de medicandis equis, & de cura animalium, & eorum medicina: eumq; pulcherrimum, & emendatiſſimum habet Antonius vice comes, vir vt magnificus ita bonarum literarum ſtudioſus Mediolani & ſtudioſorum fautor ſummus.

¶ Abſyrtides, inſulæ ſunt in adriatico mari. Pliniꝰ hi. libro. iij. Abſyrtides a graijs dictæ a fratre Medeæ, ibi interfecto nomine Abſirto. Pompo. in Adriatico ſunt Abſorus Caleduſa Abſyrtis Iſſa.

¶ Abundo, as, ex ab, & vndo (vt quidã aiunt) Vnde fiunt & exundo & inundo. Eſt autẽ abũdare, affluere, & ſupra modũ aliquẽ quippiã poſſidere. Tractũ ab amnibus, q quo magis augẽtur imbribꝰ eo maioribus & crebrioribꝰ vndis erigũtur. Dicitur etiã quis abundare, q ſucceſſu ꝓſpero affluit. Terẽ. in Phormione; amore abundas Antipho. Dicimuſq;, ego abũdo pecunia, & pecunia abunda mihi. Auguſtin. libro conf. Nã id furatus ſum, quod mihi abũdat. Statius in Achileide, cũ accuſatiuo, modo ſanguine Teucros vndabit cãpos. hic abundãs pro diuite, pecunioſo, potente, profluente.

¶ Abundãtia, opulentia, ſatietas. Abundãter & abundans aduerbiũ. Abunde ab abũdo ſignificat copioſe ſatis, ſuperq;. Exundare, valde vndare, ſiue alueum exire. Ambroſius. Cito lutũ colligit amnis Exũdãs. Inundare intus, vel valde vndare, ideſt implere. Idem. Deniq; ebrij putabantur, quibus ſpiritus ſanctꝰ inũdabat. Quãdoq; abſolute ponitur pro creſcere, & extra alueũ verſari. Plinius. Anteq̃ Nilus inundaret. Quandoq; ꝓ abluere, & accuſatiuo iungitur. Idẽ. Agros & ſata inundauit. Hinc inundatio pro diluuio, & per tranſlationẽ pro abundantia, & multitudine, vt apud Eſaiam Inundatio camelorum operiet te.

✣ Abuolo, volando diſcedo ſicut auolo. Cc.

¶ Abutor penul. produ. in vſum conſumo. Plautus in Aſinaria. Vbi illa quæ dedit ante abuſa, ſi ea durarent mihi mulier, mitterentur ad te. Sæpius tamen in malã partem, perperam ſiue nimis licenter vtor ſignificat, vt fit quum vtimur aliqua re contra id ad quod eſt inſtituta, vt ſi in templo negotia ſæcularia tractemus, dicamur templo abuti. Cicero. Noli abuti nimis patientia noſtra. Donatus. Vtimur cum honore, abutimur cũ iniuria. Vtimur his rebus, quæ nobis vtentibus permanent. Abutimur his quæ nobis vtentibus pereunt. Ex quo vſus, & abuſus videntur contraria. Nam vſui eſt ager, domus. Abuſui vinum oleum, & huiuſmodi. Cicero. Non debet inquit ea mulier cui vir bonorum ſuorũ vſum legauit, cellis vinarijs plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus enim, nõ abuſus legatus eſt. Per trãſlationem vero de tẽpore, & labore dicitur abuti, quum fruſtra tempus in aliqua re magno cum ſudore poſitum contriuimus. Terentius. Nam in ſcribundis prologis operam abutitur, id eſt tempore & labore. Dicimus autem abutor hac re & hanc rem. Plautus in Bach. Nos aurũ abuſos. Hinc abuſus, abuſa, abuſum. Abuſus, abuſus, abuſui, & abuſio. Abuſiue aduerbium, quod eſt improprie & contra naturam vſumq;.

¶ Abydos penul. produ. vrbs Aſię, a Mileſis condita. Gyge Lidorum rege permittente, qui totius Troadis imperium habuit. Cui Seſtos in Europa opponitur, intercedẽte Auguſto, mari a caſu virginis Helleſpõto nũcupato. Id quũ Aſiã ab Europa diuidebat Xerſes põte cõiũxit. Hinc Abydenꝰ, na, num, veluti Leander Abydenus dictus eſt. Vnde & muſeus. σηςὸς ἔην καὶ ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντου γείτονες εἰσὶ πόληες. Et ſubdit, ἤμελλε σηςὸν ἔναιεν ὁ δὲ πολίεθρον, ἀβύδου, ἀμφοτέρων πολίων περικαλλέες ἀστέρες ἀμφω ἤικελοι ἀλλήλοισι.

✣ Hoc eſt Seſtos erat & Abydos contra, prope Pontũ vicinæ ſunt vrbes. Et ſubdit. Hæc quidem Seſton habitabat, ille opidum Abydi ambarum vrbium pulchra ſydera, ambo inter ſeſe ſimiles.

¶ Aegre aduerbiũ ſignificat moleſte, dolẽter, iniquo animo. Ter. i Hecy. Sed reprimã me ne ęgre qcq̃ ex me audiat. Itẽ ęgre, male, difficulter. Ver. li. iij. Geor. Ergo ęgre raſtris terras rimãť. Col. li. j. Seruos quoq; q ſecuturi patrefã. ſũt, nõ ęgre pedib⁹ ĩgredi. i. ſuite vel difficulter. ¶ Aegroto, as, pe. pro. infirm⁹ ſũ, a quo ęgrotatio, q̃ ſic ab ęgritudine diſtiguiť, vt docet Hiero. ſuper Ioel, q̃ ęgritudinẽ animi dicim⁹, aliq̃ corporis nõ ęgritudo, ſed ęgrotatio dr̃. Idẽ ad Iuliañũ diaconũ, Quã q̃ ita me iugis tã corporis ęgrotatio, q̃ aĩæ ęgritudo cõſũpſerit, vt morte imminẽte, nec mei pene memor fuerim. Cic. Sed ꝓprie vt ęgrotatio in corpore, ſi ęgritudo in aĩo nominať. Vñ ipſe lib. iiij. Tuſc. diffinit quid ſit ęgritudo. Stulta ęgritudo eſt qua afficiũtur in malis opinatis, animoſq; demittũt & contrahũt, rationi nõ obtẽperãtes. Inueniť tñ ęger dici etiã de corpore, & ęgrot⁹ de animo. Salluſt. Antoni⁹ pedib⁹ ęgeť, qui prelio adeſſe nequibat. Hora. in Ser. Quo me ęgrotare putes animi vitio. Ab ęgroto fit coęgroto. Hiero. q̃ ſi ipſa languerit, coęgrotãdũ eſt, & nõ ab eius lectulo cedendũ.

¶ Aegrimonia pe. cor. idẽ eſt quod ęgritudo. Plaut. in Rud. Tantiſper dum abſcedat a me hęc ęgrimonia.

✣ Aegula, ſpecies ſulphuris ſufficiẽdis lanis vtilis, quoniam candorẽ ac mollicem pręſtat. Cc.

¶ Aegypt⁹ regio. ♉ Ab Aphrica vt Plin. ĩqt Canopico diſterminatur oſtio, ab Aſia vero Peluſiaco. Quãobrẽ quidã inter inſulas Aegyptũ annumerauere. Qui tamẽ Aſiã dimenſi ſunt inter Aſię regiones Aegyptũ quoq; dinumerauerũt. Aphricę ꝓxima ab Aegypto Danai fratre ſic appellata, prius ęria dicta. Hęc teſte Pli. li. v. ab oriẽte rubro mari, aſſiriæq; cõiũgiť: ab occaſu Cyrenã & aphricę reſiduũ habet, a meridie vſq; ad ęthiopiã ꝓtẽditur a Septẽtrione, habet mare ęgyptiũ. Ei⁹ inſignes vrbes ſunt Thebę, abydos, alexandria, Babylõ, & Mẽphis. In hac, vt plato inquit, nunq̃ viſum eſt pluere, ſed Nili inundatione fœcundať. Eius figura triquetra eſt, quã efficit Nilus ita ſe diuidẽs. ab ægyptus fiunt adiectiua. ægyptius, a, um, & ægyptiacus, ca, cum.

✣ Vnde ægyptia ficus in ægypto eſt, cuius arbor moro ſimilis folio, magnitudine, aſpectu: pomũ fert nõ ramis ſed caudice, id eſt trunco ipſo. Eſtq; ficus prędulcis ſine granis interioribus, fœcundiſſimo prouẽtu, ſcalpendo tñ ferreis vnguibus, aliter nõ matureſcit, ſed quũ id factum eſt quarto die demetitur, cuius loco naſcitur ſeptenus, ſubnaſcitur etiam ſi nõ ſcalpatur fœtus quater eſtate, prioremq; expellit immaturum. Cc.

¶ Aegyptini penultima producta, dicuntur æthiopes quia ægyptijs ſunt finitimi.

✣ Aello vna eſt harpiarũ. aella gręce, ꝓcella turbo. Cc.

♉ Aelius Stilo nomen autoris, de quo Plin. & Suetoni. Hic, pręconius dictus a præcone.

¶ Aelius & aelia noĩa ſunt ꝓpria Ro. carẽt aſpiratione

¶ Aelia, regio in aſia inter Myſiam & Ioniam. Eſt & vrbs quædam Calabriæ, a qua ælianus, a, um.

¶ Aelurus pe. pro. latine Catus, & Felis dr̃. ariſto. li. de animalibus, aeluri & ichneumones tot numero pariunt quot canes. aelianus, aelulorum mas quidem libidinoſiſſimus eſt, fœmina autem amãtiſſima prolis, fugit coitũ cum maribus, q̃m ſemen emittunt calidiſſimũ, & quaſi ignẽ genitalia adurẽs. Hoc cernens mas cõmunẽ fœtum dilaniat, illa vero prolis deſiderio, mares libidine ardentes adit rurſus. Gel. lib. xix. aelurorum quoq; oculi ad eaſdem vices Lunę, maiores fiunt aut minores.

♉ Aeleon, mons oliuarum æleon.

♉ Aelon Græce, ſuauitas latine dicitur ἄγλον.

¶ Aemiliam gentem appellatã dicunt a Mamerco Pythagore philoſophi filio, cui propter vnicam humanitatem cognomen fuit Aemilius. Nam aemiliam Gręci ſermonis lepiditatẽ vocant Hęc familia aemiliana Romæ honeſtiſſima fuit. a qua Aemilianus appellatus eſt Scipio aphricanus minor quaſi Aemilij filius, qui per adoptionem inſertus fuit familiæ Scipionum. aemilia via vſq; perducta eſt.

¶ Aemiliana ædificia erant extra Romã, de quib⁹ Cornelius Tacitus, Plus infamiæ ad incendiũ habuit, quia prædijs Tiglini aemilianis proruperat.

♉ Aemochares cognomen Martis fuit, quaſi ſanguine gaudens, αἱμοχ latine ſanhuis dicitur.

¶ Aemilia regio Italię, quę & flaminia, & Romandiola etiam dicitur. In qua ſunt vrbes ariminum, Cęſena, Saſſina, Rauenna, Fauẽtia, Imola, Forum Liuij, Bononia, & Ferraria. ¶ Aemonia pe. cor. regio quę poſtea dicta eſt Theſſalia ab aemone Deucalionis filio, pri⁹ Pyrrhea dicta a Pyrrha, Deucalionis vxore. Quidam tamẽ cum aſpiratione ſcribunt, Hæmonia.

¶ Aemulor pe. cor. (vt apul. inquit) ab amo deſcendit, vñ & primã vocalẽ accepit a mare ſignificat, inuiderep antiphraſin. aemulari igr̃ inuidere eſt a contrario ſenſu vt in actibus apo. Et patriarchę emulãtes Ioſeph venderũt in egyptũ. In Eſaya. Effraim nõ ęmulabiť Iudã, & Iudas nõ pugnabit cõtra Effraim. aliqñ ęmulari ſignificat imitari, Vñ ęmulus: dr̃ eiuſdẽ rei ſtudioſus & ſectator Hoc qui aliquẽ imitatur & ſequiť, quod non niſi amore fieri poteſt. Cic. ꝑ Marcello. Illo aemulo atq; incitatore ſtudiorũ meoꝝ atq; laborum Differunt tamẽ ęmulatio & imitatio, q̃ imitatio ſimplex ẽ, & liuorẽ nõ admittit, ęmulatio autẽ, habet quidã imitãdi ſtudiũ, ſed



cum malitiæ operatione, licet hoc ſine vitio eſſe poſſit, vt quũ meliorẽ videamus conamur nõ inuidia, ſed amore ipſius virtutis, reddere nos pares aut ſuperiores. Vñ eſt illud. Stimulos dedit ęmula virtus. aliquãdo æmulari eſt participẽ eſſe, vt Noli æmulari in malignantibus.

¶ Aemulus qui æmulatur. Cc.

¶ Aenaria inſula a ſtatiõe nauiũ æneę dicta, vt ait Pli.

¶ Aenna ciuitas eſt in meditullio & vmbilico Siciliæ collocata, quę quũ ob prefecti ſęuitiã a Romanis deſciuiſſet, Quiad cõciõnẽ cõuocatos ænnẽſes vltima internecione, clã ſubmiſſis militibus armatis, deleuit.

♉ Aeanũ opi. Macedo. q̃ Aean⁹ Helymi fili⁹ Tyrrhenoꝝ rex cõdiderit. Autor Steph. a quo aeanic⁹, ca, cũ.

♉ Aenienſes populi ab Aenia Periborũ opido, quos in Epyro græco modo ἀνιους modo ἀινιᾶνας nominant.

¶ Aeneas pe. pro. nomen viri Troiani a Vergilio celebrati, dictus Aeneas vt quidam putant ab ἀινέω is. qđ eſt laudo. Nam ἄινος laus latine dicitur, qui tamen ꝓcedere nõ poterũt in rei veritate ſic: non dico citemus totam Gręciã, ſed vel ſolũ verſiculũ Homeri adduxerimus, quẽ volo legant. τω̃ δ' ἦ καὶ ἐνέας ὄνομ' ἔσεται, καὶ τάς λοιπά. ab Aenea dicti ſunt Aeneade Troiani.

¶ Aenea vrbs in regione Creſſea. Liui. lib. xl. Proficiſcũtur a Theſſalonica Aeneam ad ſtatutũ ſacrificium.

♉ Aenea ciuitas quæ poſtea dicta fuit Ianiculũ condita a Romulo Aeneæ vt inquit Diony. Ianiculũ vero dictũ fuit, vt feſtus ait, quia per eũ populus Roman⁹ tranſire cœperat in agrum Ethruſcum. Nam & Ianus ab eundẽ dictus eſt, vt Cicero lib. de natura deorum ait.

✶ Aenaria inſula a ſtatione nauium Aeneę dicta, vt inquit Pli. Hęc & Inarina Pithecuſaq; dr̃, nunc Iſchiade nomine opidi coxendicis imaginem præferẽtis, in mõte Thraciæ.

¶ Aeni, vt author eſt Ptol. iſula eſt iuxta Arabicũ ſinũ

¶ Aenum genus vaſis, ab ęre, quod & cacab⁹ ſiue caldaria dicitur. Diuiditur quandoq; diph ton. per diheręſim, & tunc vt Seru. docet aſpiratio interponitur. vt apud Horat. Sub noctem gelidam lignis calefactat aheanum. Vergilius. aut folijs vndam tepidi deſpumat aheni. Gell. citat codices peruetuſtos, in quibus ait ſe vidiſſe, ita fuiſſe ſcriptum, vt ſuperne inter a & e h fuerit adnotata ahena. Huius diminutiuum eſt Aenulum.

✣ Et Aenulum. Perot. dicit Verg. ſcripſiſſe Aenain illo. Et luce coruſcus aena. ſine h, quod facile credo, non enim neceſſe eſt quoties diphthongus diuiditur h, interponi, eſt tamen nota diuiſionis.

¶ Aeneus, ænea, æneum, penul. correp. idem eſt quod æreus, & ſimiliter dihæreſim quandoq; patitur. Horatius in epiſtolis. Si recte facies hic murus aheneus eſto. Aliquando ponitur pro forti. Horatius. Incluſam Danaen turris ahenea.

♉ Aenaticus, ca, cũ, ab vrbe Aenea Thraciæ opido, de qua Theophraſt⁹. Circa Aeneã inquit ficus arbor ſcabiẽ nõ ſentit, hui⁹ incolę dicũtur Aeneades & æneatę.

♉ Aeneades, ab Aenea vrbe Thraciæ, qui & Aeneatæ nominať. ¶ Aeneatores dicti ſunt tubicines ab Aenea tuba. Ammianus li. xix. Cũ ſupereſſet exiguũ noctis aeneatorũ clangore ductores vrbẽ, vt mox caſuram terribili corona cinxerunt. Et li. xxiiij. Aeneatoꝝ accẽtu ſigno dato ꝓgrediẽdi ad pugnã, ad arma concurſum eſt.

¶ Aenobarbus, dict⁹ eſt Domiti⁹, q̃m Caſtor, & Polux quũ de victoria nunciarent Domitio, ipſeq; minime crederet narrantibus, malas barbamq; manibus permulſerunt, & æs ex fuſca in flauam conuerterunt: Vnde a barba rutila æneiq; coloris, Oenobarbi dicti. Quod poſtea Domitiorum cognomen fuit.

¶ Aenigma, atis, obſcura allegoria, vel quæſtio obſcura, q̃ difficile intelligitur niſi aperiať, vt illud in lib. Iu. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, Ab ἀινιττω, obſcure loquor, innuo. Innuitur eñ quidam, quod pluribus explicandum eſt.

¶ Aenigmatiſtes, qui ænigmata facit ſeu ꝓponit. Hie. contra Ioui. Sed quid ad noſtrum ἀινιγματισὴν, ænigmatiſten, cuius libros multo difficilius eſt noſſe, q̃ vincere. Huius ſignificationis eſt ænigmaticus.

¶ Aeolus penul. breui. Iouis filius.

♉ Qui in hoſpites benign⁹ fuiſſe Liparẽ & Aeolias ab eo nominatas inſulas in ora Siciliæ tenuiſſe perhibetur & in his Strongilen, ex cuius fumo quinam flatus futuri eſſent in triduum prædicebat, Vnde ventorum rex putatus eſt. Fuit & alius Aeolus Tuſcorum rex. Latine varius, ſiue doloſus dicitur.

¶ Aeolia, regio duplex eſt. Vna in Aſia Græcorũ colonia media inter Myſiã & Ioniã. Alia ab Aeolijs ſeptẽ inſulis inter Siciliã & Italiã, quaꝝ noĩa ſunt hæc. Hiera, Strõgile, Didyme, Eriphuſa, Phœnicuſa, & Enonymos. Strabo lib. vj. Pli. li. iij. Solinus, Mella. de Aeolijs q̃ alijs noĩb⁹ a noſtris Vulcaniæ, Epheſtiades a græcis nũcupanť. Dictę Aeolię ab Aeolo Iouis filio. Dr̃ et Lipara a Liparo. Auſonij regis filio, q ea añ Aeolũ rexit.

¶ Aeolus, a, um, poſſeſ. vt Aeolium mare dictũ eſt qđ Aſiatico litori adiacet, ab Aeolijs pulſis olim colonis. Nam antea Myſium dicebatur.

¶ Aeon Græce, Aenum latine dicitur.

¶ Aepolus, penultima correpta. Caprarius, Aepoliũ caprarum grex.

¶ Aepy, vrbs Neſtoris in montibus ſita. Nam Aepy, ſublime denotat. Aepis altus.

¶ Aequus, a, um, planus ab aqua, q̃ ęquam ſuperficiẽ habere videať, ita vt imaginẽ tanq̃ ſpeculũ reddat. Per tranſlationem ponitur pro iuſto, quia nullã in partẽ inclinatur. Equus pro animali non diphthongatur.

¶ Aeque aduerbium, ſignificat iuſte. Seneca. Iudex q parte inaudita altera aliquid ſtatuit, etiam ſi ęque ſtatuerit, haud ęquus fuit. Interdum ſignificat tam vel tantũ, vel ſimiliter, vt tu es æque bonus, ac doctus. Suetoni⁹ in Cæſa. Nihil æque ac iudicis acerbitas profuit. Vergillius libro. ij. Georgicoꝝ. Negant alios æque ſerpentibus agros Dulcem ferre cibum

¶ Aequo, as, explano. Pli. Aequato deiñ pauimẽto in funditur oleũ. Et æquare eſt cũ ęqtate diuidere. Vergi. Operũq; laborẽ ptib⁹ ęquabat iuſtis. Aliqñ cõtinuare. Idẽ. Fœlix ſi protinus illũ æquaſſet nocti ludum. Hui⁹ compoſita, Adæquo, coæquo, exæquo, & perequo, q̃ ſecundum vim prępoſitionum ſignificant.

¶ Aequamentum, æquatio eſt, quod & liberamentum dicitur: Nam æquimentum aliud ſignificat.

¶ Aequanimis pe. cor. qui eſt ęqui animi, q nec ꝓſperis extolliť, nec aduerſis frãgiť. Hinc ęquanimitas, quę eſt fauor & ꝓpiti⁹ anim⁹. Terẽ. in Adel. Facite ęquanimitas veſtra poetę ad ſcribendũ augeat induſtriam. Aequanimiter, moderate, patienter, æquo animo.

♉ Aequi boniq; facio ſignificat in bonã partem accipio. Apul. lib. j. de aſi. au. Iſtud quidẽ quod polliceris æqui boniq; facio. Poteſt etiã accipi ꝑ nõ magnipẽdo. Ter. Cęterũ ęquidẽ iſtuc Chreme ęqui boniq; facio. Liu. Ne ſerpat latius contagio eius, malignos ęqui boniq; facimus. Cicero ad Atticũ ſine copula dixit ęqui boni facit honeſta locutio quam veteres frequenter vſurpant ſiue particulaq; vel ac, vt bonis, malis, bonum, æquum, æq boni conſulere, ac plura his ſimilia.

¶ Aequitas, modo planitiẽ, modo iuſtitiam ſignificat.

♉ Qua ſecundũ deũ bene viuemus, vt in Pſal. Omnia mandata tua æquitas. Huius cõtrariũ eſt iniquitas. Eſt & ęquitas pars quędã pietatis, quam Cic. ęqualitatem vocat quum omnes coęquatur. Nam de⁹ qui homines generat, & inſpirat, oẽs ęquos. i. pares eſſe voluit, eandem conditionem viuendi omnibus poſuit, omnib⁹ immortalitatem ſpopondit, nemo apud deum ſeruus, nemo dominus, vbi nõ ſunt vniuerſi pares æquitas nõ eſt & excludit inęqualitas ipſa iuſtitiam, cuius vis omnis i ea eſt vt pares faciat eos, q ad huius vitæ conditionem

pari ſorte venerunt. Eſt etiam ęquitas quæ ad bene iudicandum pertinet. Specu. ait. Aequitas, eſt iuſtorum, condecentiumq; remiſſio, moderatio commercijs, ordo naturalis animę, quo ad honeſta, & turpia. De hoc etiã vide in dictione Iuſtitia.

¶ Aequęuus, coętaneus, ab ęqualitate ęui dicitur.

¶ Aequalis, planus. Vñ ęqualis cãp9. Q̃ñq; pro ſimili ponitur & ex æquo. Pli. Quũ & ipſe ęqualẽ fortunam expert9 fuiſſem. Q̃ñq; pro coętaneo. Cic. in Cato. Nec cum ęqualibus ſolũ, qui pauci ad modũ reſtãt. Differũt tamẽ abinuicẽ, ꝙ ęquales ſũt eorũdẽ annorũ. Coętanei in eodẽ tẽpore, ſed diuerſis annis & diſparib9. vt Cice. & Auguſtus fuerũt coœtanei, licet Cicero maior natu fuerit, ſed nõ ęquales. hic ęqualitas, ſimilitudo, paritas ſeu ęqtas, de q̃ paulo añ. Aequaliter, ſimiliter, pariter.

¶ Aequabilis, idẽ quod ęqualis. Cicero. Et vox reducitur in ſonum quendã ęquabilem, atq; conſtantem. ☧ Hinc ęquabilitas vitę dr̃, in qua nulla eſt perturbatio non varietas, & diſcrepantia, quaſi æqualitas dicta.

¶ Aeqlaneũ, ex toto dimidiũ ſignificat, dictũ a lotione lanę q̃ dr̃ ęqlaneo redire cum dimidiũ decidit ſordibus.

¶ Aequilibrium, ęquatio libræ, quod & Aequamẽtũ & libramẽtũ dr̃. Trutina cum ꝓ bilancis ſeu ſtaterę lingua ſumitur. Gellius. Nã cui mẽbrũ ab alio ruptũ eſt, ſi ipſe itidem rumpere per talionem velit, quęro, an efficere poſſit rumpendi pariter membri ęquilibrium. In qua re primũ ea difficultas eſt inexplicabilis. Quin ſi membrũ inquit alter imprudens ruperit. Quod enim ꝑ imprudẽtiã factum eſt retaliari per imprudentiam debet.

¶ Aequimanus penultima correpta, qui vtraq; manu vtitur, & ita lęua operatur dextra.

✣ Aequimelium locus Romæ vbi domus Melij ſolo ęquata fuit. P. enim Melius ob frumenti largitionẽ in ſuſpitionẽ affectæ dominationis venit, & quum ad populi fidem fugeret, ab Seruilio Hala magiſtro equitũ depꝛehenſus, & occiſus eſt, domuſq; eius diruta, & area ęquimelium dicta. Ex Cornu & Liuio.

¶ Aequinoctium, ex ęqualitate noctium dicit̃. ꝙ tunc dies, & nox horarũ ſpacio ęquales ſint. Duo ſunt autem ęquinoctia, Vernale ſcilicet & Autumnale, Vernale fit quarto Idus Martias vel circa. viij. Calendas Aprilis, & in octaua parte Arietis conficitur, Autumnale decio octauo Calendas Octobres ad vergiliarum occaſum diebus quadraginta, quia annũ olim in duas tantum partes diuidebant: hoc eſt in æſtiuum: & hyemale ſolſtitium, ab ęquinoctium fit adiectiuum æquinoctiale: vt temp9 æquinoctiale.

¶ Aequidiale dictũ ab antiquis quod nunc dicimus ęqnoctiale, quia nox diei potius q̃ dies nocti annumerari debet. Sic etiam ęquidium quod nunc ęquinoctium.

¶ Aequipolleo, les, per duplex. ll. parem poteſtatẽ habeo. Vnde ęquipollentia æquiualentia.

¶ Aequiparo, as, pe. cor. ſignificat cõparo, ſiue ęquo.

¶ Aequiualeo, les, pe. cor. quaſi ęque poſſum.

¶ Aequiuocum pe. cor. eſt quod Gręci dicunt homonymon, & a Martiano vocatur pluriuocum: quando pluribus rebus eadem eſt appellatio.

¶ Aequor ab aqua nomẽ deductũ, ꝙ ęquã ſuperficiem habeat, quũ nõ fluctuat, & ꝓprie denotat ſuꝑficiẽ. Ambro. li. Hexa. Et quũ ſit altitudo diuerſa, indiſcreta tñ dorſi ei9 ęqualitas. Vñ & ęquor appellatũ arbitror ꝙ ſuꝑficies eius ęqualis ſit, quia aquę licet fluctuãtes velut mõtes erigãtur, ſedatis tamẽ ſurſum tẽpeſtatibus adæquãtur. Hinc dicim9 ęquora cãpi & ęquora ponti Cicero lib. ij. Acad. ab æquo. i. plano vocabulũ accepiſſe cõfirmat, ꝙ tã plane videt̃ q̃ mare ęquũ. De cãpo Vergi. lib. iij. Georg. At prius ignotũ ferro q̃ ſcidimus ęquor. Idẽ de mari. Aequora põti. Nec ſolũ de mari, ſed etiam de fluuio dicitur, vt apud eundẽ, Virideſq; ſecant placido ęquore ſyluas. Accipit̃ tñ q̃ñq; pro ipſo mari: vt Bis denis Phrygiũ cõſcendi nauibus ęquor. Quandoq; ꝓ aere. Aſpice bis ſenos volitantes æquore cygnos. Ab æquor fit æquoreus, a, um.

¶ Aer proprie dicitur medium ſpatium inter cælum & terrã. Eſt eñ inanitas plus multo habens admiſtũ raritatis q̃ inferiora elementa. ☧ Vel vt Piſces ait. Aer eſt elementum cuius omnes loci mutationes, ſcđm naturã ſunt. Vergil. Nãq; canebat vti magnũ per inane coacta Semina. Dict9 aer vt quidã autumãt, ἀπὸ τοῦ αἴρειν ab eo ꝙ ferat terram, vel ꝙ feratur. Sed credo potius dici ἀὴρ ὅτι ἄημι τὸ πνέω. i. quoniã ἄημι eſt ſpiro. vnde producit vltimam. Luc. lib. j. Aer & longi voluent Titana labores Qui corripiunt ipſi viderint, nec Claud. dicit Lucidus vmbroſo miſcebitur aer auerno, quia ſenſus eſſet cõtrarius & ſyllaba falſa, ſed dicit Axis, vel orbis. Hic autẽ aer partim ad terrenã, partim ad cęleſtem materiã pertinet. Nam ille ſubtilis vbi ventoſi ac procelloſi motus non poſſunt exiſtere, ad cæleſtem pertinet partem, iſte vero. ☧ Qui volucribus permeatur, & ſtadijs quadraginta (vt Poſſido. ait.) A terra diſtat, quum ſit turbulentior & exhalationibus humidis corporeſcat, terræ deputat̃, quiq; ex ſe multas ſpecies reddit. Nam commotus ventos facit, vehemẽtius concitatus ignem & tonitrua, cõtractus nubila, conſpiſſatus pluuiam, congelatis nubib9 niuem, turbulentius congelantibus denſioribuſq; grandinem, diſtentus ſerenum efficit. Aliquando aer dicitur ventus, ſpiritus, vel flatus modicus. Verg. Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras. Aliquando dicitur ſonus. Var. Anima vt concluſa in veſica quando eſt arcte ligata ſi perculeris, aera reddet.

¶ Aerius, a, um, per i, vel Aereus per e, modo ſignificat altum vt aeria turris, modo qđ cõſtat ex aere, vt corp9 aeriũ, fulgor aerius.

¶ Aeripes pe. cor. celer quaſi aerios pedes habẽs. Quidã tamen cõpoſitũ nomen putant ab æs æris. Vergil. ſynęreſin facit. Fixerit aeripedem ceruam.

✣ Aeranthemis hęrba florens vere, quæ chamemelon dici debet, ſed vulgus chamomillã vocat, ab Aſclepiade de Anthomis dicta. Cc.

✣ Aerituſæ iaſpides aeri ſimiles. Cc.

✣ Aeromantia, diuinatio ex aere. Cc.

¶ Aerope pe. cor. Atrei vxor ex qua Thyeſtes duos filios ſuſcepit: Et non eſt diphthongus. Nam ſcribitur a græcis ἀερόπη. Ouid. li. ij. de triſt. Si non Aeropem frater ſcelerat9 amaſſet, Cõuerſos ſolis nõ legerem9 equos.

✣ Aero vide æs, vnde venit.

¶ Aerũna ἀπὸ τοῦ αἴρω æro leuo tollo. ☧ Alij ab ęre deriuant, hoc eſt a pecunia, ꝙ ęris gr̃a labores & curas ſub eam9. Virg. Quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Nã laborẽ & ſolicitudinẽ ſignificat. ☧ Proprie tamẽ ęrũnę & per diminutionẽ ęrũnulę dicũtur furcinulæ, quib9 viatores ſarcinas ſuas religatas tabella interpoſita ferre cõſueuerint. Quę qm̃ a Mario inſtitutę ſũt muli Mariani poſtea vocati ſunt. ☧ Vñ Fronti. lib. iiij. Strategematõ. C. Marius recindẽdorũ impedimentorũ gr̃a, quib9 maxime exercit9 agmẽ oneratur, vaſa & cibaria militũ in faſciculos aptata, furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus, & facilis requies eſſet. Vnde & in ꝓuerbiũ tractum eſt, Muli mariani. ☧ Hinc factum eſt vt labores oneroſi, ęrũnę dicãtur. ☧ Cic. lib. ij. de fi. Labores nõ fugiẽdos, ęrũnas nominauerũt. Vñ labores Herculis, ęrumnę ſunt appellatę. Plau. in Perſa. Superauit ęrũnis ſuis ęrũnas Herculis. Auſ. Prima Cleonęi tolerata ęrũna laboris. Ci. li. iiij. Tuſ. Aerũna ẽ ęgritudo laborioſa. ☧ Similiter ęrũna dr̃ miſeria, calamitas, ĩfœlicitas Vñ ęrũnoſum dr̃ quod eſt laborib9 ac miſerijs afflictũ. ☧ Aęrumnalis adiectiuum, vt labor ęrũnalis. Apul. lib. de aſi. au. Mox in vrbe latia, aduena ſtudiorũ quiritium indigenam ęrumnali labore aggreſſus, excolui.

¶ Aes ęris ſumit̃ ꝓ omni metallo, ſed præſertim ꝓ eo quod eſt coloris rubri, deductũ nomẽ putãt aliqui ab auri ſimilitudine. alij a græco deriuant αἶα terram. Var. ab aſſe. Accipit̃q̃ ꝓ pecunijs, quoniã ęs fuit in pretio magnis aurũque iacebat, vt ait Lucre. Nunc (verſa vice) iacet ęs, aurum ſummo ſucceſſit honore. Et primo ex ęre pecunia ſignata. Ouid. de Faſt. Aera dabãt olim, meli9 nũc omen in auro eſt: Victaque cõceſſit priſca moneta nouę. Cato. Fũdũ ęrib9 ſuis emptũ poſſidebãt. Seruius rex primus poſt vrbẽ cõditã ſignare ęs cœpit, cuius in altera parte nota fuit Ianus geminus, in altera roſtrum nauis. Nã quia Saturnũ claſſe deuectum hoſpitio Ianus acceperat, & ab illo peritiam ruris edoctus, feram illam ac rudem ante fruges cognitas, vitam in melius redegerat, regni eum ſocium fecit, & quoniã naui fuerat aduectus, in ſignando ęre ex vna quidem parte, ſui capitis effigiem, ex altera, nauis roſtrũ impreſſit, vt quantũ in eo eſſet, Saturni memoriæ conſuleret, ne accepti beneficij immemor eſſe videretur. Ponitur etiam quandoq; pro tubis, quoniam ex ęre fiunt. Vergilius. Aere ciere viros. Vnde ęneatores, tubicines dicuntur.

¶ Aereus, a, um, quod ex ęre eſt, ſicut Aheneus.

¶ Aera, ę, numeri nota eſt. puta in moneta notabat̃ numerus, quẽ ipſa valebat. Lucil. Hęc eſt ratio ꝑuerſa ære numeri eſt ſubducta improbe. Aſtrologi quoq; initium a quo ſupputationes incipiunt ærã vocãt. Dicta æra ex eo ꝙ oĩs orbis ęs reddere ꝓfeſſus eſt reipublicę. Aera etiã gręca dictio eſt, quæ apud nos loliũ ſignificat, (vt inquit Dioſc.) Hinc ærine9, a, um, quod ex ęra factũ ẽ. Dioſco. Panis vero cũ melle & ęrinea farina. i. loliacea.

¶ Aerarius, a, um, qđ eſt ęris ſiue ex ęre. Pli. li. xxxiij. Laudationẽ eandem in ęrarijs metallis & proximam in argentarijs fieri compertum eſt. Inde.

¶ Aerarij Tribuni, a tribuẽdo ære. Nam vt Var. ſcribit tributa erat eis pecunia, quam in littibus redderent. Idq; quod attributũ, dicebatur æs militare.

¶ Aerarij milites dicti ſunt ab ęre, ꝙ ſtipẽdiũ facerent ęs enim, ſtipem quoq; dicebant. Vnde ſtipendium.

¶ Aerarium, æris repoſitorium, hoc eſt nummorũ ſimiliũq; rerũ precioſarũ atq; opũ quę vtilitatẽ reip. afferũt, erant, ſic dictũ ꝙ æra in eo principaliter inferebantur. fiſcus eſt regis aut principis.

¶ Aeto, as, ſignificat ęs miſceo, ęre adultero, ſiue ære orno. Vñ ęratę fores apud Ver. Priſ. A metallorũ quoq; nõib9 ſolẽt naſci verba, vt ab auro, auro, as. Ab æro, as. Vnde auratus & æratus. Huius verbi cõpoſita ſunt Obæro & ſubæro. Perſ. Nequa ſubærato mẽdoſum tinniat auro.. ¶ Aeroſus, a, um, ex quo æs fit. vt lapis ęroſus, quẽ alio nomine Cadmiã nũcupãt. Et æroſa ab antiquis Cyprus inſula dicebatur ꝙ in ea plurimũ æris naſcitur, vel ꝙ primo ibi inuentum ſit æs.

¶ Aerificiũ quod ex ære factum eſt. Var. Politæ enim quaſi ærificio videbantur.

¶ Aere diruti milites vocabantur, quib9 propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur.

¶ Aeruſcare veteres dixerunt pro pecunias vndiq;. ☧ Fallacijs colligere, qđ faciũt Chaldęi q diuinãdo ęra lucrãt̃, & cibũ q̃ſtioq; ex mẽdacijs captauit, a quo verbo fit ęa ſtator. ¶ Aerugo pe. ꝓ. idẽ qđ rubigo, & ꝓprie in ære vel argẽto, & videſcit. Rubigo vero in ferro & ſegetibus, de quo loco ſuo. Pli. lib. xxiiij. refert æra exterſa celeri9 rubiginẽ trahere q̃ neglecta niſi oleo perũgãt̃. Aerugis ĩ medicia magn9 vſ9, cuius vis eſt collirijs oculorũ aptiſſima. Apud Hora. & Iuue. accipit̃ ęrugo ꝓ pecunia quę ex ære fit. Hinc ęruginoſus, a, um, quod eſt ęrugine plenum. Senec. lib. de breui vitę. Maiorẽ dierũ partem in ęruginoſis lamellis conſumit.

☧ Aes ęris de quo ſupra accipim9 pro omni metallo & ꝓ pecunia. Vide cũ dicim9 ęs. ☧ Noſtrũ dr̃ quod nobis alij debent. Aes alienũ quod nos alijs debem9. Aes ſuũ quod alij, ei de quo loquimur, debent. ☧ Aes prim9 rex. Ser. Tullius ſignauit nota pecudum. Vide pecunia. Argenteus nũm9 primo ſignat9 eſt anno vrbis. d. lxxxv. ☧ In Cypro inſula prima ęris inuentio.

¶ Aes militare dicebat̃ qđ Tribunis ęrarijs attributũ erat, vt militibus redderetur. Plau. in Aul. Cedit miles æs petit. ¶ Aes ductile, quod facile ducit̃, attenuaturq; in laminas. Aes Caldariũ qđ fundit̃ tm̃, & malleis fragile eſt. ✶ Aeſalon genus eſt accipitris a Gręcis ſic vocatus qui ſolus omni tẽpore abeat, cęteri hyeme abeunt.

¶ Aeſchines pe. ꝓ. nomẽ ꝓpriũ oratoris gręci. Demoſthenis ęmuli. Fuere etiã alij ſeptẽ hoc nomine vocati.

¶ Aeſchylus pe. cor. nomen poetæ tragici. Hora. Poſt hunc perſonæ pallęq; repertor honeſtę Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpitã tignis. Hic quum eſſet caluus & in aprico forte quieſceret, teſtudo ab aquila in altum delata, quũ decidiſſet, caput eius cõfregit interemitq;. ☧ Aeſchyron nomen autoris pręceptoris Galeni. Fuere & alij hoc nomine.

✶ Aeſarus flumen eſt iuxta Crotona.

¶ Aeſculapius gręce Aeſclepiades nomen eſt Apollinis filij qui medicinæ artem vel laude vel opere ampliauit Ob eamq; rem in deorum numerũ receptus fertur. Cuius fertur. Cuius duo filij Podalyrius & Machaõ bello Troiano Agamennonem ſecuti non mediocrem opẽ commilitonibus attulere.

¶ Aeſculus pe. cor. arbor glãdiferã, cui9 fructu quũ in primęua ętate hoĩes veſcerẽt̃, ab edo ꝓ comedo, deduci putat̃, q̃uis edo primã breuẽ habeat. quidã tamẽ ſine diphthõgo ſcribũt ab eſca nomẽ trahentes: ꝙ ante vſũ frumenti hęc arbor mortalibus victũ prębebat. Hinc Aeſculeus, a, um, quod eſt materiatũ ex æſculo. Palla. Aſſeres quernę cum ęſculeis non miſceantur. Eſculum neutri gñis & ſine diph. ciuitas in agro Piceno.

¶ Aeſis ciuitas Vmbriæ a qua Aeſinates populi. Plin. lib. xj. Caſeũ inquit Aeſinatẽ ex vmbria. Ptole. quoq; hanc vrbẽ Aeſiam ab Aeſi fluuio nominat.

¶ Aeſopus pe. pro. nã Gręci ſcribũt per ω nomen fabulatoris clariſſimi. Inde Aeſopianus. Hiero. Iuxta Aeſopianã fabulã. Hic miſer vita, miſer morte, & miſer forma. vñ Maxi. Planudi9 de ipſo ita ſcribit. αἴσωπος ὁ μυθοποιὸς γένος ἐξ ἀμορίου τῆς φρυγίας, τὴν δὲ τύχην γέγονε δοῦλος, ἐτύγχανε δὲ ὢν συμόνον δοῦλος ἀλλὰ καὶ δυσειδέστατος τῶν ἐπὶ αὐτοῦ πάντων ἀνθρώπων εἶχε, καὶ γὰρ φοξὸς ἦν σιμὸς τὴν ῥῖνα σιμὸς τὸν τράχηλον, πρόχειλος μέλας ὅθεν καὶ τοῦ ὀνόματος ἔτυχε ταυτὸν γὰρ αἴσωπος τῷ αἰθίοπι. ✣ Id eſt Aeſopus genus quidã traxit ex Amorio Phrygiæ, ſed fortuna nat9 eſt ſeru9, fuit autẽ nõ ſolũ ſeru9, ſed et deformiſſim9 omniũ ſuę ętatis hominũ: nam acuto capite fuit, preſſis naribus, depreſſo collo, prominentibus labris, niger, vnde & nomẽ ſortitus eſt. Idem enim Aeſopus quod æthiops.

¶ Aeſtimo, as, pe. cor. ſignificat liceor. taxo. cõpoſitũ ab ęs & τιμὴ pretiũ quaſi ęre taxo. Et cõſtruit̃ cũ ablatiuo, vel genitiuo horũ nominũ tãti, quanti, quãtiuis, tantidem, quanticũq;, magni, parui, pluris, minoris, maximi, plurimi, nihil, & ſiqua huiuſmodi reperiãtur. Licet etiã ablatiui horũ nominũ ſine ſubſtantiuis iuncti huic verbo inueniãtur. Boet. in prolo. lib. Top. Ingratũ qdẽ ſi magna Trebatij merita qb9 ipſe vſus fuerit ꝑuo ęſtimare videret̃, quũ nullã eis gratiã reſtituendã putaret. Hyero. in Leui. Si ſtatim ab anno incipiẽtis Iubilei voluerit agrũ quãto valere poteſt, tãto ęſtimabit̃. Frequentius tamẽ cũ genitiuis iungitur. Cicero. lib. Acad. Alia pluris eſſe ęſtimanda, alia minoris. Liuius vtrunq; caſum cõplex9 eſt. Mãcipia minora annis. xx. q̃ poſt ꝓximũ luſtrũ decẽ milibus ęris aut pluris veniſſent, ea quoq; decẽ, tanto pluris quã quanti eſſent, ęſtimarent̃. Similẽ ſignificationẽ habẽt, Pendo, facio, curro, eſt, intereſt, & refert cũ pretiũ iungitur: quia ꝓ ęſtimo, ſiue ęſtimatur ponũt̃, vt nihili pẽdo & huiuſmodi. ☧ Dicit̃ etiã ęſtimare, rem alicuius dignitatis facere. Sene. Data magno ęſtimas, accepta paruo. Et in Ti. de ira. magno ęſtimata ira deiecit. ☧ Inuenitur ẽt ęſtio ſñ ablatiuo vel gtõ Hyeroñ. in Leuiti. Si pauper & ęſtimationẽ reddere nõ valebit, ſtabit coram ſacerdote, & quantum ille æſti-

mauerit,tantũ dabit. Sciendũ quoq; ꝙ in ſacris literis vt Fulgentius docet,duobus modis æſtimatio poni ſolet. Nã q aliqd certiſſime ſcit,& q putat aliquid eſſe qđ non eſt,æſtimare dr̃. Ad æſtimationẽ incertæ ſcientiæ ſeu cognitionis pertinet quod dicit̃ Aeſtimabat ſe videre. Nomine autem æſtimationis certiſſima ſcientia ponitur in lib.ſapientiæ. Scit prẹterita,de futuris æſtimat ideſt certiſſime ſcit. Et apoſt. Aeſtimo ꝙ non ſunt cõdignę paſſiões hui⁹ tẽporis ad futurã gloriã, id eſt certo ſcio. ✤ Aeſtimatio ab antiquis æſtimia dicebatur. Ab æſtimo fit exiſtimo diphtongo in i longam cõuerſa quaſi ex æſtimamatione ſtatuo, atq; decerno. Prius enim rẽ ęſtimam⁹.i.cõſideram⁹, deinde qualis ſit exiſtimam⁹.i.iudicam⁹. Teren. Nã ea res dedit exiſtimãdi copiã quotidianæ vitę cõſuetudinẽ. Quin. Velauit ei caput,& ſuo cuiuſq; animo dedit æſtimandum.

¶ Aeſtimabile,quod facile æſtimari poteſt. Cuius contrarium eſt inæſtimabile.

✤ Aeſtimata pœna.quæ certo ære cenſebatur,vt ouis decuſſis.i.decem aſſib⁹:bos centuſſis.i.cẽtũ aſſib⁹.Cc.

¶ Aeſtas ſignificat tẽpus quod incipit ab æquinoctio vernali,& finitur æquoctio autũnali,cõſtatq; ſenis mẽſibus,& tot⁹ annus in ęſtatẽ hyemẽq; diuidit̃. Particularius tamẽ ponitur ꝓ quarta anni parte. Hoc eſt ꝓ tribus mẽſib⁹, qui incipiũt ſole Cãcrũ ingrediente. Nam ſole ingrediente Libram autumnus eſt, ĩgrediẽte Capricornum hyems,ingrediente Arietem ver.

¶ Aeſtiuus,a,um,pe.pro,quod eſt æſtatis. Greg. Aeſtiuũ tẽpus,quod corpori meo valde contrarium eſt.

¶ Aeſtiua dicuntur loca vmbroſa nemoroſa in quibus per æſtatẽ,vitatur ſolis ardor. Sta. Et vmbroſi patuere ęſtiua lycęi. Quandoq; ponit̃ pro ipſis gregibus in ęſtiuo cõmorãtibus. Verg.lib.iij. Geor. Nec ſingula morbi Corpora corripiunt,ſed tota æſtiua repente. Quãdoq; ęſtiua appellãtur loca,in quib⁹ armenta & greges & milites ęſtate ſunt,ſicut hyberna vbi habitãt in hyeme. Quandoq; vocantur quę æſtate fiũt. Vnde Pli.li.xviij Aeſtiua æſtate quę ante Vergiliarũ exortum ſeruntur, vt milium panicum.

¶ Aeſtiuo,as, ſicut hyberno,as, & eſt æſtiuare ꝑpter ęſtũ euitãdũ alicubi morari. Pli.lib.xij. Intra ſepẽ eam ęſtiuãt paſtores opacã,pariter & munitã vallo arboris.

¶ Aeſtus,us,calor & ſolis flagrãtia. Ver.lib.iij. Geor. Aeſtib⁹ in medijs vmbroſã exquirere vallẽ. Ponit̃ iterdũ ꝓ ęſtiuo tẽpore. Idẽ. Propriuſq; ęſtus incendia voluunt. Inde ꝑ tranſlationẽ æſtus quãdoq; dicitur deſyderiũ,cupiditas,libido,amor,& huiuſmodi. Pręterea ęſt⁹ vocatur impetus marinus vel cõmotio,ꝙ feruore quodam id fieri videatur. Nam ẽſt maris acceſſus vel receſſus.i.inquietudo. Sic etiã dicitur vis ventorũ, procella vel fluctus. Plaut. in Aſi. Quo magis te in altũ capeſſas tam ęſtus te in portum referet. Lucre.lib.iij. Frigus vt a pluuijs calor abſolet ęſtus ab vndis.

¶ Aeſtuo,as,ferueo,flagro. Amb. Pſalmi de torcularibus inſcribũt̃,eo ꝙ in his myſteria dominicę paſſionis ſpũſancto ferueñte ardẽti⁹ ęſtuarũt. Aliquãdo ęſtuare eſt fluctuare agitari. Aug.lib.viij.de ciui.dei. Oẽs turbellas & tẽpeſtates animi quib⁹ dęmones ęſtuare atq; fluctuare aſſerit,nos vera religio deponere iubet. Hui⁹ cõpoſitũ eſt exęſtuo,quod eſt extra ęſtuo, quod exũdo in cremẽto. Ver. Fũdoq; exęſtuat imo. Iuſt.lib.i. Quę materia in his locis paſſim e terra exęſtuat. Hiero. Ad coitũ ſemp exęſtuãt. Sueto. Foſſas oẽs in quas Nilus exæſtuat oblimatas lõga vetuſtate militari opere deterſit.

¶ Aeſtuoſus,a,um,quod eſt calore plenũ. Colu.li.iiij. Cęlũ neq; niuale vinea vel rurſus æſtuoſum deſiderat.

¶ Aeſtuaria loca dicũt̃ ꝑ q̃ mare viciſſim tũ accedit, tũ recedit,ſiue,marinis aquis referta ſunt ex inundationibus pelagi. Plin.lib.iij. Illirici ora mile amplius inſulis frequẽtat̃,natura vadoſi maris,ęſtuarijs tenui alueo intercurſantibus clare ante oſtia Timaui calidorũ cũ æſtu maris creſcentium iuxta Iſtrorum agrum.

☿ Aeſalõ pe.co.gen⁹ accipitris,ali⁹ q̃ buteo. Pli. Aeſalõ ꝑua auis oua corui frãgit. Aethna inſula quã et Chryſam vocatã ait Achim⁹,ob metallũ auri quo ꝑpollebat inſula. ¶ Aetas grẹcũ eſt ἀιὼν ἀιῶνος. Inde latine ęuum ęui,ęuitas ętas per ſyncopẽ,ſed ętas plęrunq; gñaliter dr̃. vt ętas ſenectutis,ętas iuuẽtutis. Sex enim ſunt hominũ ętatis grad⁹: Infantia pueritia,adoleſcẽtia,iuuentus,grauitas atq; ſenect⁹. In his ſex ſpatijs philoſophi vitã deſcripſerũt humanã quib⁹ mutatur & currit & ad mortis terminũ ꝑuenit. Varro quinq; grad⁹ facit. In primo vſq; ad annum.xv.pueros dictos.ꝙ ſint puri,ideſt impuberes. Scđo ad.xxx.annũ adoleſcẽtes ab adoleſcẽdo nominatos. In tertio qui erat vſq; ad.xl.annos,iuuenes appellatos,eo ꝙ remp.in re militari iuuare poſſent. In quarto autẽ gradu,vſq; ad.lx.annũ ſeniores nuncupatos,ꝙ tunc corpus ſeneſcere incipiat. Inde vſq; in finẽ vitę vniuſcuiuſq; quintũ gradũ factũ,in quo q eſſent ſenes appellatos,ꝙ ea ętate corpus iã ſenio laboraret. Horũ tamẽ ſinguli trifariã diuiduntur,vt prima pars viridis ſit,deinde adulta,poſtea pręceps. vnde Verg. Viridiſq; iuuẽta. Alij diuidunt,ętates mundi, Prima ab Adam vſq; ad Noe. Secũda a Noe vſq; ad Abraã. Tertia ab Abrahã vſq; ad Dauid. Qarta a Dauid vſq̃ ad tranſmigrationẽ Iudęæ in Babiloniã. quinta deinde vſq̃ ad aduentũ ſaluatoris in carne. Sexta quę nunc agitur,vſquequo mundus iſte finiatur. Interdũ ętas accipitur ꝓ anno. Verg. Vbi quarta acceſſerit ętas. Var. Aetatẽ vix decimã egreſſus. Interdũ pro.xxx.annorũ ſpatio. Cic. Tertiam iam ętatem hominũ viuebat. Sic Plutar. oſtendit ętatem eſſe ſpatiũ.xxx.annorũ ſecundũ Heracletũ. Interdum pro centum annis. Oui. Annos vixi bis centum,nunc tertia viuitur ętas. Ponitur & pro quouis tẽpore humanę vitę longiſſimo. Dicit̃que ętas,vt inquit Apuleius per ſyncopẽ quaſi ęuitas ab ęuũ. gręci ętates γενεὰς dicunt. Aetas mala,dicta eſt ſenectus. Plau. Conſitus ſum,ſenectute onuſtum gero corpus,vires reliquerunt,vt ætas mala eſt,mors mala eſt,ergo ecõtrario bona ætas iuuentus appellatur. Cice. quod ſi ipſis voluptatibus bona ętas fruitur,libentius primum paruulis fruitur rebus.

☿ Aetas media vocat̃ illa q̃ eſt inter iuuẽtã,& ſenectam quam Auic. vocat ętatem pulchritudinis quę fere eſt a triginta vſque ad quadrageſimum annum,eadem dicit̃ ętas conſiſtendi. Hippoc.in Aphori. Secundo conſiſtẽtes facile inediam ferre dicit.

¶ Aetate aduerbiũ ſignificat diu. Plaut⁹. Aetate ambobus ſint obnoxij. Idem. Aetate velim ſeruire, Libanum vt conueniam modo.

¶ Aetatula diminutiuum,ideſt ætas modica.

¶ Aeternus quaſi ęuiternus perpetuus, a quo ſempitern⁹,quaſi ſemper etern⁹. Aeternitas ꝑpetuitas.

☿ Quę nulla tẽporis quãtitate menſurari,nullo temporis ſpacio deſignari poteſt quũ oẽ cõtineat ęuũ & cõtineat̃ a nullo. ☿ Differunt tamẽ ęternũ & ſempiternum ꝙ ſempiternũ dicũt deũ eſſe qui ſemper fuit,eritq̃. Aeternos homines qui principiũ quidem habuerũt, & tamen animo ſunt immortales atque perpetui.

¶ Aeterno,as,perpetuũ facio. Varro. Literiſq; ac laudibus ęternare. Sunt tamen qui ęternus & ęterno aſpirent quando ab ęther deducant.

¶ Aethna nomen eſt montis in Theſſalia.

¶ Aethalia inſula in Liguſtico mari. Vide infra in dictione æthalia.

¶ Aetiologia cauſæ redditio. Nam ἀιτία cauſa eſt,& logia λογία ratio,ὅτι ἀιτία καὶ αἰτιάομαι ὥσ᾽ ἀπὸ τοῦ λέγω λόγος καὶ ἀπὸ τοῦ τρέχω,τρόχος.i.quoniã ἀιτία cauſa & αἰτιάομαι accuſo vt a λέγω.i.dico λόγος dictio. & a τρέχω curro τρόχος tota reuolutio.

¶ Aether ſumm⁹ eſt,vbi ſtellę ſunt. Gręce αἰθὴρ,ponit̃ ab aliqb⁹ ꝓ elemẽto ignis. Nam ſecũdum Var. Cœlum diuiditur in ęthera & aera,terra,in aquã & humũ e quibus ſummũ eſſe ęthera,ſecundũ aera, tertiam aquã infimã terrã eſſe ſcribit. Aug.li.vi.j.de ciui.dei. Aether lõge a terra alteq; ſuſpẽſus,aer vero ętheri terręq; cõtiguus. Ouid.lib.j.Meta. Hæc ſuper,impoſuit liquidum & grauitate carentẽ Aetherea, nec qcq̃ terrenæ fæcis habẽtẽ.a ἄιθω ardeo. ¶ Anaxago. ętheris nomine ignẽ ſignificauit ꝙ ſuperiora igne plena ſint. Ari. ęthera cælũ dixit ex ἀεὶ ſemper & θέω voluo curro, quaſi perpetuã volubilitatẽ indicet. Nam lib.j. Meteorologię ſic ſcribit. Corpus enim circulare quod ſemper curreret ſimul diuinum quippiam ineſſe opinantes ętherẽ nominari ſtatuerũt. Vnde Ouid. ad Cæſarẽ. Sic habites terras,vt te deſideret æther. Alij accipiunt ꝓ aere. Apul. Aqua,tellus,æther,ignis. Verg. Reſonatq; fragoribus ęther. Ab ęther fit ęthere⁹,a,um,quod eſt ętheris. Idẽ ętherea quos lapſa plaga Iouis ales apto turbabat cęlo.

¶ Aethera,rę,gñis fœminini noĩatiuus format⁹ ab accuſatiuo grẹco ętherẽ vel ęthera:ſicut lampas,lampadẽ vel lampada,hęc lampada. Thorax thoraca,hęc thoraca. Et ponitur pro aere. Vnde canimus. Quem terra, ponthus, ęthera:colunt,adorant,prædicant.

¶ Aethra,ę,ſplendor ętheris. & pro aere ponit̃. Verg. lib.iij. Nam neq; erãt aſtroꝝ ignes neq; lucidus ęthra. Hoc etiã nomine dicta eſt Theſei mater. Alia fuit mater Pithei:de qua Ouid.in epiſtola Ariadnes.

¶ Aethruſci dicti ſunt vt quidã putãt ab Aethria ciuitate quam Diomed.cõdidit,poſtea Atria dicta, ſiue ἀπὸ τῆς αἴθρας καὶ ἀσκεῖν, id eſt ab ęthra & aſcein: propter auguriorũ peritiã,quaſi de cęlo ſeruãtes,& exercentes ęthera. Alij ἀπὸ τῆς αἴθρας ęthras quæ ſerenitatẽ ſignificat,maxime ꝙ Hetruria ab omni aeris caligine nebulaq; remora videatur, Seruius vero Hetruriam dicit eſſe Italiæ prouinciã ꝙ eius fines protenſi ſunt vſq; ad primam ripã Tyberis. Heterũ enim alterũ,ὅρος finis dicitur, Roma enim antea vnã tãtũ Tyberis ripã tenebat. Vnde Iuue. Imperij fines Tyberinũ virgo natauit. Li. lib.j. Pax inter Hetruſcos & latinos ita conuenerat vt Hetruſcis Latiniſq; Albula,quẽ nũc Tyberim vocant, finis eſſet. Sunt tamen qui ſine diphtõgo & ſine aſpiratione ſcribãt,qm̃ prima eius dictionis corripiatur. Martia. Quãtũ ſollicito fortuna parẽtis Etruſco. Hos autẽ q corripiũt ſequemur,& per h in principio ſcribemus.

¶ Aethiopia,vt author eſt Ambro.lib.de parad. abiecta latina interpretatione,ſignificatur ab ęthiope Vulcani filio cui prẹfuit,ſic dicta,vt ait Pli. Vel a grẹco αἴθω cremo & ὤψ ops,aſpectus,facies. Nam ſolis vicinitate torret. Eſt enim ibi iugis æſtus. Quicquid eius eſt ſub meridiano cardine eſt. Circa vero occiduũ mõtuoſa eſt. arenoſa in medio. Ad orientalẽ plagã deſerta. Cuius ſitus ab occiduo atlantes montes. Ad orientẽ vſq; in Aegypti fines porrigitur. A meridie oceano. A ſeptẽtrione Nilo flumine clauditur,plurimas habẽs gẽtes diuerſo vultu & monſtruoſa ſpecie horribiles. Ferarũ quoq; & ſerpentiũ referta eſt multitudine. In ea enim rhinoceros,chamęleon,pardus, baſilicus, dracones ingentes. Quidã bifariã diuidunt Aethiopiã, & vnã qdẽ Aſiæ, alterã Aphricæ aſſignãt. Altera ad orientem vergit,altera eſt ſub ipſo meridie.

✱ Aethiopis herba ſiue radix:folia habet philonio ſimilia magna multa & hirſuta ab radice cuius ſemẽ ad multa vtile eſt Vide Dioſ.

¶ Aethiops, Vulcani filius,q a ſe ęthiopiã denominauit. Et ęthiops dr̃ q ex ęthiopia eſt, q & ęthiopicus & ęthiops dr̃ ſecũdum Ser. necnõ & ęthiopiſſa, Sunt qui ęthiopes dictos putent a Cus filio Cham: Cus eñ, Hebraica lingua ęthiops interꝑtat̃. Hi quõdã ab Indo flumine cõſurgẽtes iuxta Aegyptũ inter Nilũ & Oceanũ in meridie ſub ipſa ſolis vicinitate inſederũt,quorũ tres ſunt populi. Heſperi, Garamantes, & Indi. Heſperi, ſunt occidentes, Garamãtes,tripolis, Indi, orientes.

☿ Aetius,nomen authoris in medicina,cui⁹ ſedecim libri extant & quẹdã epiſtolę. Dictus Aetius,ideſt aquilinus,na,ἀετός aquila dr̃ ab ἀΐξ aquilla. Inde verbũ ἀΐσσω cum impetu irruo. fuit ex Anthiochia, Syriæ diſcipulus. Ennomiſtribus Cõſtãtini imperatoris, Atheos cognominatus,quoniam diceret nullum eſſe deum, vt alij quidã antiqui philoſophi.

☿ Aetus,ti,aquilę genus eſt,etiã ſignificat cauſam,vel poti⁹ libros de morib⁹: vñ Aetia Callimachi, τοαίτιον q̃ noſtri pene eodẽ argumẽto,quo faſti cõſtabãt. Quĩt.li. iij. cauſa quoq; ex cauſa,i. αἴτιον ex αἴτιον naſci videtur.

✤ Aetites gemma eſt quæ aquilę colorem habet caudę candicantis. ✱ Et reperitur in nidis aquilarũ & aiunt binos reperiri marẽ & fœminã,nec ſine ijs parere quas diximus aquilas & ideo binos fœtus habet tantum: ſũt qui Gagatem vocent,eſtq; ad multa vtilis. Vnde cam zoroaſtres magus omnibus prætulit. Cc.

¶ Aethna,mons Sicilię,ꝑpetuo clarus incendio,a poetis decãtatus. In cuius aſcẽſu eſt opidũ eiuſdẽ nominis quod mõtẽ aſcenſuros excipit atq; tranſmittit,multũq; diſtat ab Enna ciuitate,quũ mõs litori adiaceat Catanẽſi. Enna vero in medio inſulæ ſit conſtituta. ☿ Pompo. Famam habet ob Cęreris templũ, Enna prẹcipua montium, Hęc alio nomine Adrianum dicitur quam fluui⁹ eiuſdem nominis alluit:vt ait Stepha. ☿ Quare autem Aetna flãmas euomat Trogus lib.iiij.explicat. Sic Sicilia terra eſt cauernoſa & fiſtuloſa,quo fit vt ventorũ flatibus pateat: Vnde ignis cõcipitur,intrinſecus ſulphur habetur & bitumen. vbi ventus per ſpiramenta cauernarum incubuit,diu luctatus,concipit ignem, Sic ætnę durat incendium. Motus ergo ventorum, cauſa incendij eſt. Ab ætna fit ætneus,nea,neum.

¶ Aetolia Grẹciæ regio in tertio ſinu Europe Epiro Acarnanię & Locris finitima, Grẹci αἰτωλίαν dicũt, vñ debet ſcribi ſine h, dicta ab Aetolo Martis filio. Hinc ætolus,a,um,pe.pro. Verg.lib.xj. Non erit auxilio nobis ætolus & Arpi. Similiter Aetolicus,vt ager ętolic⁹

¶ Aethon equus Phœbi dictus eſt,ſiue Hectoris. Fuere aũt vt in fabulis fert̃.iiij.equi ſolis: Phlegon ſcilicet Pyrois, Heo⁹,& Aethõ:qb⁹ ſignificãt quatuor diei horæ. Nam Phlego,inflammo ſignificat. Pyrois,ardens. Heous,ſplendens. Aethon,ardens vel ſplendidus.

¶ Aeuum grẹcę αἰών propie tempus & ętas longa ſiue ꝑpetua u interiecta(vt inquit Apul.) Inde ęuitas & ęuitern⁹ ſcđm Priſ. quod per ſyncopem ętas & ętern⁹ dicitur ꝓ ſenectute longęuitateq;. Hinc deducuntur coæuus, ęquęuus, grandęuus, longęuus & primęuus.

## A ANTE F.

AFfabilis pe.cor.ex ad & fabilis, qui ſe fabilem ad audiendũ prębet. hinc affabilitas.

✤ Affabrum pro fabre factũ dixere veteres. Cc. Sunt qui vtantur nomine affaber pro artificioſo.

¶ Affabre pe.cor.aduerbiũ,ſignificat artificioſæ: ſicut infabre ſine artificio. Pacu. Barbariẽ peſtẽ nr̃is nauib⁹ obtulit noua figura,factam commiſſam in fabre.

☿ Affaniæ ſunt nugæ verba futilia ac mera mendacia a fundo inclinatum nomen. Apul.lib.iiij. Hęc alia ſimiles affanias,fruſtra ablatrantes eos retorſum adducunt pagani. Nęnias quoq; vſurpant. Sido. Et Hiero.nõ lõge ab hac ſignificatione affaniarum.

¶ Affatim aduerbiũ prima,non media acuta, vt Quin. lib.iiij.docet,ſignificat abunde,large,non dicibiliter. Liui. Affatim edi,bibi,luſi, Hierony. Affatim diues eſt qui in Chriſto pauper eſt. Et hæc ab Affaris deducuntur.de quo in dictione faris.

✤ Afer aut potius Apher. vide in Africa,quod ſcribẽdum putem aphrica qui ex africa ortus eſt.

¶ Afficio,is,pe.cor.ex ad & facio ſignificat: affectionẽ quãdã ſiue diſpoſitionẽ induco. Et ad animũ & ad corpus ſiue in bonũ ſiue in malũ pertinet, vt hæc res afficit me gaudio.i.affert mihi vel ĩducit ĩ me gaudiũ. Hęc

res afficit me dolore. Affeci te lętali vulnere.i.intuli tibi vel induxi in te lætale vulnus. Inuenitur quãdoq; abſolute poſitũ, vt multa ſũt q̃ afficiũt hoĩem.i. affectiões ſiue affectꝰ ĩducũt. Cor.Cel. Pulmo totꝰ afficiť.i.maceratur, lędiť corrũpiť. Et afficior quaſi animor.i.iſtius aĩ ſum. Cice.in Lęl. vt eodẽ modo erga amicũ affecti ſimꝰ quo erga noſipſos. Poſtea ſequitur. vt quemadmodum in ſe quiſq;, ſic in amicum ſit animatus.

❡ Affectus, a, um, participiũ quũ abſolute ponitur ſumiť ꝓ languẽte. Proper. Iuppiter affectę tandẽ miſerere puellę. Li.lib.v. Vires corporis affectæ. Affecta ędificia. &c. hmõi dicũť q̃ nõ ad finẽ ipſum, ſed ꝓxime ad finẽ ſunt deducta. Cic. Bellũ affectũ videmus, & vt vere dicã, pœne confectum. Idem ſignificat profligatum.

❡ Affectus, us, ſiue affectio eſt. vt lætitia cupiditas affectiones a Cic. affectus ab alijs appellantur. Et affectiones ſi rectæ ſunt, virtutes vocãtur, ſi a recta ratione auerſæ ſunt, vitia fiunt & perturbationes. Cice.in Rhet. diffinit. Affectio eſt quędã ex tẽpore aut ex negotiorũ euentu, aut adminiſtratione, aut hominũ ſtudio cõmutatio rerũ. Aug.lib.ix.de ciui.dei. Quæ ſnnt ſententiæ philoſophorũ, de his animi motibꝰ quos græci πάθεα noſtri autẽ quidã ſicut Ci. affectiones vel affectus, quidã vero de gręco expreſſius paſſiones vocant. Poetę ꝓ deſyderio accipiunt. & eſt honeſta locutio. Res tibi dantur ad affectũ, i. quemadmodũ cupis. Iuue. Si res ampla domi, ſimiliſq; affectibus eſſet.

❡ Affecto, as, ſignificat cũ affectu & anxie quęro. Ver. Viãq; affectat Olympo. Cic. ad Heren. Nõ tã affectanda q̃ ſuperiores, ſed tamen adhibenda nõnũq̃. Hinc affectata oratio quæ nimis anxie & curioſe quęſita eſt, & affectatio, curioſitas, & nimia diligentia. Affectate curioſe. Aliqñ affectare eſt afficere. Plau. in Cac. Tria flagitia aut damna, quibus patrẽ & me teq; amicoſq; oẽis affectas tuos. Eſt etiã affector deponẽs. Varro. Affectatus eſt regnũ. ☿ Affectata fœmina vel in bonã partẽ dicitur velut honorata, vel in malã ad extremũ periculũ adducta. ✥ Affero. Vide fero. ☿ Affigo, is, ĩ dictiõe figo

❡ Affines. ab eo ꝙ duo in agris vicini ſunt, In hominibus cõſanguinitate cõiũctis dicũť cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, ꝑ nuptias copulãť, & altera ad alterius cognatiõis finẽ accedit, ex ad & finis. Nomina eorũ hæc ſunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Victricus, Nouerca, Priuignus, Priuigna, Gradus affinitatis, & q dem viri pater vxoriſq; ſocer, mater eorũ ſocrus appellatur. Filij vxor, Nurus, Filiæ vir, Gener. Vxor liberis ex alia vxore natis, Nouerca dicitur. Matris vero ex alio viro natis, Victricus appellatur. Eorũ vterq; natos aliunde priuignos, priuignaſq; vocant. Viri frater, eſt Leuir. Viri ſocer, dicitur Glos. Duorum fratrum vxores Lauictrices dicuntur. Poteſt etiam ſic definiri. Socer eſt vxoris meæ pater. Ego illius ſum gener.

☿ Socer magnus, dicitur vxoris meæ auus, Ego illius ſum progener.

☿ Et retro. Pater meus, vxoris meæ ſocer: Hæc illi nurus. Et auus meus, ſocer magnus eſt: Illa illi pronurus, Itẽ proſocrus mihi, vxoris meę ſocrus eſt: illa huic nurus. Et auia mea, ſocrus magna eſt: vxor mea illi pronurus eſt. Priuignus, eſt, vxoris meæ filius ex alio viro genitus: Ego illius Victricus. Et in contrarium vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur: Liberi mei, illi priuigni. Hos inter ſe quia affinitatis cauſa parentum, liberorumq; loco habentur, in matrimonio copulari nephas eſt.

❡ Affirmo proprie iuxta firmo, q̃uis plærumq; pro aſſeuero perſiſto ponatur. Hinc affirmatio, quę eſt enunciatio alicuius de aliquo, vt Socrates eſt. Hieronymus in prolo. Salo. Nonnulli ſcriptorum veterum hunc eſſe iudæi Philonis affirmant.

❡ Affligo, gis, penultima producta. Vide in dictiõe Fligo. Huius frequentatiuũ eſt Afflicto, afflictas, quod eſt ſæpe affligo. Vnde & illud Architæ. O te infœlicem q̃ te afflictarem, niſi iratus eſſem. Cicero lib.iiij. Tuſ. afflictatio, ęgritudo cum vexatione corporis.

❡ Afflo, as, ad aliquid aſpiro. Liui. Afflabat vis frigoris acrior. Vide latius in dictione Flo.

❡ Affluo abundo, vt affluo diuitijs. Dicit Cicero ad voluntatẽ diuitię affluũt mihi. Aliquãdo affluere uehemẽter eſt decurrere. Colu.lib.j. Ne quũ a vertice torrens imbribꝰ cõceptꝰ affluxerit, fundamenta conuellat.

✥ Affore. Vide Fore.

❡ Africa. λέγεται δὲ ὅτι ἀμβροτός ἐστι τὸ στερητικὸν καὶ φρίκη καὶ φρίττω ὅτι θερμότης μεγίστη αὐτοῦ ἡλίου.

✥ Id eſt dicitur ab α priuatiua particula, & φρίκη. i. horror, & φρίττω horrore concutior, qm̃ maximus ibi ſolis calor. Sed pe.cor. regio ſic dicta, vt Ioſeph, libro antiqui. (inquit) ab Afro vno ex poſteris Abrahę de Cethura, qui dicitur duxiſſe aduerſus Libyã exercitũ, & ibi deuictis hoſtibus conſediſſe. Incipit a finibus Aegypti pergens iuxta meridiẽ per Aethiopiam vſq; Atlantẽ mõtem, a ſeptentrionali parte, mediterraneo mari coniuncta clauditur, & in Graditano freto finitur. Habet prouincias Lybiam Cyrenenſem, Pentapolim, Bizantium Carthaginem, Numidiam. Sunt qui Africam diuidant in maiorem & minorem. Et minorem ab occaſu Numidiam habere ab ortu Cyrenaicam, a ſeptentrione mediterraneo mari terminari. In ea olim fuiſſe Carthaginẽ, Vticam, Aipponem, Rhegium, & fluuium Bragadam. Maiorem vero eſſe, quæ a meridie incipit, & vſq; ad occaſum protenditur. Hinc Africus, ca, cum, vt Africus ventus, qui ab Occidente flat contra Vulturnum, dictꝰ ab Africa, vbi primum incipit. Africanus, na, num. vt gens Africana, & Scipio Africanus.

✥ Quum igitur aphrice, aut aphrico deducatur rectius per ph. africa ſcriberetur. Videtur autẽ differre apher ab aphricano, ꝙ Apher gentile nomen proprie eſt, q̃q̃ Maro dicit armentarius apher. Aphricanus denominatiuum, vt Scipionum a deuicta Aphrica. Bad.

❡ Africanę abſolute dicũť pãtherę, q̃ & varię qm̃ id genus in ea regione creberrimũ fuit. Pli. Senatuſconſultũ fuit, ne liceret Africanas in Italiam aduehere.

☿ Africo, cas, pe.cor. Vide in dictione Frico, fricas.

## A ANTE G.

AGlaia vna eſt ex gratijs ſeu charitibus, quod nomen interpretatur lætitia.

❡ Agamus pe.cor. latine dicitur ſine viro, ſeu ſine vxore: Gamos enim nuptiæ.

☿ Agatho de Syculis tyrannus fuit, qui ex ſordido genere natus patre ſcilicet figulo, quum libidini latrocinioq; operã dediſſet, gregariã militiã exercuit. In quo ꝙ manu ſtrenuꝰ eſſet, & in cõciõibꝰ ꝑfacũdꝰ breui ex cẽturione tribunꝰ militũ euaſit. Et primo qdẽ bello cõtra hoſtes pugnãs magna ſuę virtutis ꝑbuit experimenta adeo vt in demortui regis locum fuerit ſuffectꝰ. Nec ita multo poſt interfectis Syracuſanis nobilius, cũ Carthaginẽſibꝰ bellũ geſſit, deinde ſpe ampliandi regni in Italiã traiecit, vbi quũ deceptꝰ fuiſſet, ex indignatione morbum contraxit, ex quo etiam vita functus eſt.

☿ Agamennon nomen proprium viri.

❡ Agathos penultima correpta, bonus latine dicitur, inde dicitur Agatha.

❡ Agathuſa inſula vnguento nobilis, Atelos a Callimacho nuncupata. Cc.

❡ Agathyrſi populi Scythis vicini, vt inquit Hieron. Qui multum habet auri ſine auaritia, ſine inuidia. Hos Pli. ſcribit habere capillos cæruleos. Vñ & picti dicũť, quoniam verſicoloribus veſtibus induuntur. Verg. lib. iiij. Creteſq;, Dryopeſq; fremũt, pictiq; Agathyrſi. Dicti Agathyrſi ab Agathyrſo Herculis filio.

❡ Agathyrſum, ſiue Agathyrſa ciuitas. De qua Sillius. Defuerãt Agathyrſa manꝰ, geminoq̃ Lacone Tidaris.

❡ Agalma, tis, apud nos indicat ſimulachrũ & laruam, & ſtatuam.



☿ Agameſtor, nomen eſt Athenienſium regis.

☿ Agamennon, proprium nomẽ Argiuorũ regis, quaſi valde mennon, hoc eſt manens, perſeueranter enim cõſtanterq; in rebus permanſit.

✥ Agane nomẽ nymphę ab nimio ſplendore, ἄγαν enim dicitur nimis, valde: ἄνω ſplendeo. Cc. Aut contra ab a particula priuatiua, & γανάω ſplendeo.

❡ Aganippe, es, fons Bœotię a Cadmo mõſtratꝰ muſis ſacer: quaſi valde ab equo formatꝰ. ἄγαν agan valde. hippos, equus: q fons potꝰ, dictꝰ eſt ꝑſtare facundiã. Hinc Aganippis, idis, denoĩatiuũ, & Aganippęꝰ, a, um. Oui. lib.v. Faſt. Dicite q̃ fontes Aganippidos Hippocrenes Grata Meduſei ſigna teneti ſeq. Prop. Par Aganippeæ ludere docta, lyrę. ☿ Agatho, nomen filij Priami.

❡ Agapetus penul. produ. nomen viri, & latine diciť dilectus, ab agapo diligo.

☿ Agape ἀγάπη habet duo noĩa apud latinos, charitatẽ. ſ. & dilectionẽ. Augu. de verbis dñi loquẽs de epulone diuite cõtra raptores, qui amore dei aliena diſtribuunt, dicit in perſona taliũ, ego ſimilis illius diuitis non ſum, agapes facio. ❡ Agar nomẽ ancille Abrahæ, & interpretatur aduena. A qua Agareni populi: qui nũc Sarraceni, a Sara vxore Abrahæ.

❡ Agaricon pe.cor. fungus eſt in arboribꝰ naſcens colore cãdido medicinę vim habens. Naſciť circa Boſphorum, q̃uis & in Gallia etiam Ciſalpina inueniatur.

☿ Agarꝰ vrbs & amnis in Sarmatia, a quo & nomẽ Agarico radici datum creditur.

❡ Agaſo penultima producta, equorum vel aſinorũ ductor. Pli. lib. xxxv. Pinxit & in vna tabula, quaq; maxime inclaruit, agaſonem cũ equo. Liui. Accerptos ab agaſonibus equos, cũ rex aſcenſurus erat, admouebant. Eſt & Agaſo nomen proprium ſerui. Hor. Si patinã pede lapſus Frangat agaſo.

❡ Agea pe.pro. via in naue dicta, ꝙ in ea maximę q̃q; res agi ſoleant. Ennius, Multa foro ponens, ageaq; longa repletur. Fori fororum dicunt etiam.

❡ Agenealogetos, latine ſine nuptijs dicitur, imo vilis gñe. ✥ Age. Vide poſt ago.

❡ Agenor pe.pro. nomẽ regis Phœnicum & Beli filij. Hic genuit Taygetam, & Europã filias, filios vero Cilicem, Cadmum, & Phœnicem. Agenor etiam dictus fuit Antenoris filius.

☿ Agenetos penultima pro. ἀγένητος ſignificat increatum, ingenitum.

❡ Agelaſtus, latine mœſtꝰ, & ſine riſu: Quo noĩe dictꝰ eſt Craſſus auus Craſſi in Parthis interẽpti, quẽ tradunt ſemel tm̃ in vita ſuſriſiſſe. Quod factũ eſt cum vidiſſet aſinum carduos comedentẽ, dixiſſetq; ob id: ſimiles habent labra lactucas. Factum hoc dictumq; feſtiuiſſimum riſus ſubſecutus eſt, quoniã ἀστερητικὴ καὶ γελάω, ὅφερ καὶ ἀγέλαστος. ✥ id eſt quoniam a priuatiua & γελάω, id eſt rideo, vnde ἀγέλαστος non ridens.

☿ Ageſilaus Lacedemonius Archidami filiꝰ poſt mortẽ Agidis fratris ſui rex ꝯſtitutꝰ Thiſaphaonẽ in Aſia, q principatũ tenebat inter Perſas vicit, & Atheniẽſes, & Bœoticos apud Coroneã vrbẽ Pelopõneſi, breui ſtatura corpis, & altero pede claudꝰ fuit, ſed virtute ꝑditꝰ

❡ Agis vel agides, Lacedęmoniorum rex, qui cũ Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit.

☿ Agaue, nomẽ ꝓprium filię Cadmi, & Hermiones, & Echionis vxoris, q̃ verſa in furiã Pentheũ ꝓpriũ filiũ laniauit. ❡ Agilla, vrbs Tuſcię, alias Cerete vocata, & Agillina a noĩe cõditoris, quẽ Ver. li. viij. ex Lydia veniſſe oſtendit, cũ ait. Haud procul hinc ſaxo incoliť fundata vetuſto Vrbis Agillinæ ſedes, vbi Lydia quondã Gens bello præclara iugis incedit Hetruſcis.

❡ Ago agis, grecũ eſt ἄγω, μέλλον ἄξω, ago duco, futurũ ducã, egi, actum, multa ſignificat. Nã agere eſt operari Plau. in Amph. Dũ hęc aguntť. Ver. li. iij. Alpheũ fama eſt huc Elidis amnẽ Occultas egiſſe vias: proprie tñ ad animũ referť. Vñ de rep. dicimꝰ agere, quia vt inquit. Var. in huiuſmodi re, eſt cura animi. Qñq; agere eſt inducere, ſeu impellere. Lactan. li. vj. Tres ſunt affectus, qui hoĩes in omnia facinora ꝑcipites agũt, ira, cupiditas, libido. Qñq; audire. Teren. in And. Hoccine agis an non. i. audis, vt exponit Donatus. Sic Plau. Vos agite ſpectatores. Qñq; ducere, viuere, Terẽ. in And. Primũ hęc pudice vitã parce, ac duriter agebat, lana ac tela victũ quęritans. Qñq; dicere. Idẽ in Adel. Sed eſt ne hic ipſius de quo agebam. Qñq; pronũciare. Cicero de optimo genere dicendi. Diſerti deformitate agẽdi, multi infantes putati ſunt, vt iam nõ ſine cauſa Demoſthenes tribuerit primas, & ſecũdas, & tertias partes actioni. Qñq; cogitare. Verg. Id quidẽ ago, & tacitus Lycida mecum ipſe voluto. Quãdoq; effingere, vt Ago ſtultum, id eſt fingo, ſiue reprę ſento me ſtultũ. Vñ actores comœdiarum dicuntur, qui diuerſorum hominũ geſtus agunt in ſcęna. quandoq; ire, vt, nudus ago. Pomponiꝰ Mella, Exercent bellando animos, corpora ad conſuetudinem laborum maxime ad frigora nudi agunt, antequam puberes ſint. Idem paulopoſt, Lino alij veſtiũtur aut lanis, quas vt diximus ſyluę ferunt harundinũ, alij auium ferarumq; pellibus, pars nudi agunt, pars tantũ obſcœna velant. Vale. Maxi. non ſic locutus eſt, ſed in eo ſenſu. Experiri volui an ſcires cõſul agere, id eſt fungi conſulis officio. Idem Pub. Rutil. non publicanus in Sicilia egit, ſed operas publicanis dedit. Cum accuſatiuo vero frequentius: Vnde dicimus, Agit publicanum, Agit ſenatorem, Agit amicum, pro eo quod eſt facit officium publicani ſenatoris & amici. Horatiꝰ. Lętũ agit conuiuam: Et ſubauditur ſe. Quod Ver. poſuit Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat. Eſt quando agere ſignificat extendere, porrigere, vt vera gloria radices agit, atq; etiam porrigitur. Item ſurſum ducere ab imo pectore. Vnde & pro mori vſurpatum eſt addendo animam. Sene. epi. xxvj. Quid egeris tunc apparebit cum animam ages. Item agitare: Plautus, Aedepol eam agam verberibus. Ver. Prodigijs acti cœleſtibus oſſa piabũt. Item tractare. Martia. Semper agis cauſas. Aliquando conſtruitur cum prępoſitione. Cicero in Lęl. Cũ enim ſæpe mecum ageres, vt de amicitia aliquid ſcriberem. Et non agitur de pecunia, ſed de capite. Agis me cum tabellis obſignatis dicitur quando quiſpiam diuerſa dicit ab ijs, quæ alias approbauit. Tunc enim ſolemꝰ tabulas illius manu ſcriptas, obſignataſq; proferre ad coarguendum, quibus continetur quid alio tempore ſenſerit. Quod eſt conuincis me teſtimonio literarum mearum. Item ſuccedere, ſiue in bona conditione eſſe, aut mala. Vale. Maxi. Bene egiſſent Atheniẽſes cum Milciade, ſi eum poſt trecenta milia Perſarum Marathone deuicta in exiliũ protinus miſiſſent. Frequentiꝰ per impersonale vtimur hoc modo bene melius optime tecũ agiť, Male mecũ actũ eſt, & peius peſſimeq; cũ illo. Cic. cũ illo vero quis neſcit actum eſſe pręclare, mecum incommodius? Sed cũ dicimꝰ actum eſt, Res acta eſt, ſemper in malam partẽ ſumitur: vt, actũ eſt de republica. i. extincta eſt: res mea tua illius acta eſt. i. abſumpta, ſiue deperdita, ſiue elapſa eſt. Terẽ. in Heaut. Vnam ei cœnam, atq; eius comitibꝰ dedi. Qđ ſi iterũ mihi ſit dãda, actum fiet. Idem hęc res eſt, perij Actũ agere ꝓuerbiũ eſt, quod in ſumma rerum deſperatione ponitur. i. nihil agere. Idem in Phor. Actum, aiunt, ne agas. Quod enim iure ſemel iudicatũ fuerit, reſcindi, & iterũ agi non põt. Poniť interdũ agere ꝓ vertere. Verg. Ipſe ter adducta circũ caput egit habena. Pro vrgẽte, perſequi. Idẽ. Paſtor agẽs telis. Pro iurgari. Cic. perinde ac ſi furti cũ eo egiſſet. Pro regere. Ver. Tros Tyriuſq; mihi nullo diſcrimine agetur. Pro antepellere, vt & potum paſtas age tityre. Prouehere, producere. Varro, Nõ hos Pactolus aureas vndas agẽs eriperet vnquam e miſerijs. Pro fo-

ras pellere,fugare,vt mẽbris agit atra venena. Pro repẽdere,& hoc duntaxat verbis oſtẽdere id habuiſſe gratũ. Nã gratias habere eſt in animo,cũ memorẽ accepti beneficij mentem animũq; habeo,& inuicẽ gratificãdi voluntatem. Referre eſt verbis,ſed reddere gratias eſt facto,vt,ſi a me ſubleuatꝰ aliquo beneficio,viciſſimq; aliquo mõ me ſubleuaueris,grãs retuliſti, reddidiſtiq;. Et licet Seneca nolit malas gratias referri poſſe,ſed reddi. Cice,tñ in Sall.ait. Nã ꝙ iſta inuſitata rabie in vxorẽ, & filiã meã inuaſiſti,q̃ ſe facilius mulieres abſtinuerunt a viris,quã tu vir a viris,ſatisdocte ac perite feciſti. Nõ eñ ſperaſti me mutuã tibi gratiã relaturum,vt viciſſim tuos cõpellarẽ. Referre tñ hic verbo etiã dr̃ nõ ſolũ facto. Refere igitur gratiã tam in malũ, q̃ in bonũ dicit̃, cum ſit facto beneficiũ,aut iniuriam acceptam cõpenſare. Rectiuſq; huic verbo gratiã q̃ gratias iungimus, cũ habere aut agere gratias non gratiã dicamꝰ. Liuius, Satiatus tandem complexu filij,renunciate(inquit) gratias regi me agere:Referre gratiã aliam nunc non poſſe, quam vt ſuadeam non ante in aciem deſcendat, quã in caſtra me rediſſe audierit. Cicero, Cui pro me ſenatus gratias agendas putauit,ego a me gratiã referendã nõ putem. Reſpondere quoq; officijs eſt ſatiſfacere, gratiaſq; referre. Cicero, Immortales tibi ago gratias agãq; dum viuam: Nam relaturum me affirmare non poſſum. Tantis enim tuis officijs non videor mihi reſpondere poſſe. Preterea agere pertinet ad oẽs actus humanos. Nam qui ſedet qui ſtat,qui cogitat,qui iacet,qui morit̃, aliquid agere dicitur,ita vt nullus qui modo viuat eſſe vnq̃ poſſit ſine actione. Quippe viuere agere eſt,vnde & vitam agere dicimꝰ. Cõponit̃ Ago cũ ad, vt Adigo: cum ab,vt Abigo:cum am,vt abigo:Con,vt Cogo:Circum,vt Circũago,qđ eſt Circũduco:De,vt Dego: Ex, vt Exigo:per,vt Perago:Pro,vt Prodigo:Re,vt Redigo:Sub,vt Subigo,a quo fit Proſubigo:Trãs, vt Trãſigo. Sunt etiã qui putent,caſtigo,fuſtigo,mitigo, leuigo,litigo,& nego,cõpoſita eſſe cũ ago,vt ſit caſtigo,caſte ago:mitigo,mitem ago:leuigo leuẽ ago.i.planũ:fuſtigo fuſte ago:litigo,lite ago. Sed cũ ſit prime cõiugationis,habeãtq; q̃dã i,productã,nõ vident̃ ab ago compoſita. Ab ago ſunt actor,actio,actus,a,um,& actus,us.

¶ Agere reũ eſt accuſare,peragere reũ eſt cõdemnare.

¶ Agere forum,eſt iura reddere,& cauſas audire.

¶ Agere cum populo,eſt populum rogare,vt ſuffragijs ſuis quid iubeat aut vetet.

✣ Agere animam,eſt emittere ſpiritum.

✣ Agere gratias,eſt geſtu & verbis ſe gratũ ſignificare.

✣ Agilis proprium viri,quem poete,cũ Tyrinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

✣ Agilis adiectiuum. Videatur infra.

¶ Age aduerbiũ adhortantis ſingularem numerum deſyderat. Agite pluralẽ. Agedum vtrunq;. Quin. Agedũ ſi videt̃ extra portas ꝑſpicite. Proper. Nos agedũ. Dicimus & Agitedũ,ſed in plurali ſemper. Liuius.li.vij. Agitedum ite mecum.

✣ Agito,as,pe,cor.crebro facio. Sallu. Ita varie poẽm exercitũ letitia moeror luctus atq; gaudia agitabant̃. Et agitare,ſtimulare,ↄpellere,quo pacto agi ſolẽt equi cũ eos calcaribus vrgemus. Plautus, Nã iam agitabo quadrupdem calcari. Itẽ obſeruare. Verg.lib.ij. Geor. ipſe dies agitat feſtos. Itẽ perturbare,moleſtare. Sall. Rẽpu. agitauere honeſtis cũ noĩbus ali ſicuti populi iura defenderent. Plau.in Curg. Tũ te igit̃ morbꝰ agitat hepatarius. Itẽ ſectari ſeu ſectando interdũ pulſare. Ver.lib.j. Geor. Sepe oleo tardi coſtas agitator aſelli Vilibus,aut onerat pomis. Itẽ inſectari qđ vernacula dicimꝰ lingua darla caza. Cic.lib.iij.offi. Sunt ne igit̃ inſidie tendere plagas etiã ſi excitaturꝰ nõ ſis nec agitaturꝰ:Ipſe eñ fere nullo inſequente ſepe incidunt. Itẽ exercitare. Lact. Niſi virtus agitet̃ proficimus parũ. Item continuo ducere ſeu facere. Sallu. Iã tum vita hominum agitabatur ſine cupiditate. Itẽ cruciare,vt apud eundẽ. Agitabatur magis,magiſq; in dies ferox animus inopia rei familiaris & conſcientia ſcelerũ. Itẽ ſepe adminiſtrare. Salluſt. In pace vero beneficijs magis,quã metu imperiũ agitabant. Itẽ ſepe cõſyderare,cogitare,recogitare. Idẽ,Sed q̃ mẽte agitaui oẽs iã,antea audiſtis. Terent.in Phor. Ego quoq; id quidem agitans mecum ſedulo inueni(vt opinor)remediũ huic rei. Itẽ. Solicitare. Sall. Minari interdũ ferro,niſi obnoxia foret. Poſtremo ferocꝰ agitare q̃ ſolebat. Itẽ ſepe oſtendere. Idẽ,Ciceronem ad coelum tollere,veluti ſeruitute erepta gaudium & leticiam agitabant. Huius compoſitum eſt exagito.

♁ Agea pe.pro. Via in naui,dicta ꝙ in eã maxime q̃q; res agi ſoleant. Ennius, Multa foro ponens,ageaq; longa repletur. Fori,fororum dicuntur etiam.

¶ Agelas vel citius agelades,pe.cor. nomen ſtatuarij generoſi,& Polycleti magiſtri.

¶ Ager ab ago,is,ꝙ in eo aliquid agat̃, vel vt Donat. inquit,ꝙ in eo ſunt multa agenda. Quintilianus aũt.li.j.ſcribit grecũ eſſe. Nam ἀγρὸς latine rus dici poteſt. Significatq; ager quandoq; circũiectũ territorium alicuiꝰ vrbis,ſeu prouincie. Salluſt. Reliquos Catilina per montes aſperos in agrum Piſtorienſem abducit. Vnde dicimus ager Campanus,ager Brixianus. Et includit in ſe nemora,ſaltus paſcua,lacꝰ,flumina,& omnia que in territorio illo ſunt,& ſingularem tantum numerum habet. Quandoq; ſignificat partem quandam ipſius territorij vrbis,q̃ priuatim ab aliquo poſſidetur,quã etiã poſſeſſionem dicere ſolemus,vt cũ dicimus. Hic emit vnã pulchram poſſeſſionẽ. Et eſſe videtur rus in quo & domus & oĩa que in agro ſunt generaliter continet̃.i. quæ pro captu ipſius partis eſſe poſſunt. Et ſic agrũ puto ſignificare rus. Vñ Terẽ.in Eu. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et ſequit̃. Neq; agri neq; vrbis odium me vnq̃ percipit. Vbi ſatietas coepit fieri commuto locum. Idẽ in Heau. Agrum in his regionibus meliorem neq; pretij maioris nemo habet. Et paulo poſt,Talenta duodecim coegit,agrũ hunc mercatꝰ ſum,hic me exerceo. Ex his innuit̃ ſub agri nomine,& domũ,& oĩa alia que in agro continent̃ cõprehendi, idẽq; eſſe agrũ rus & poſſeſſionẽ. Notandũ tñ ꝙ nec rus nec ager villa eſt, ſed villa in rure,ſiue agro dicit̃ eſſe. Qñq; ager ſignificat locũ in rure quẽ colimus ſiue arando,ſiue conſerendo,& ſingularem pluralemq; numerũ habet. Colu.li.j. Nã vbi ſedulo colitur ager,plerũq; compendium nunq̃ niſi coeli maior vis aut predonis inceſſit, detrimentum affert. Liuius lib.iiij. Peſtilentẽ annũ inopia frugũ neglecto cultu agrorũ,vt plerũq; fit,excepit. Interdum tamen ager dicitur cãpus,quia vt ait Varro, Primum ex agro plano fructus capiebant. Eſt aũt campus planities terre ampla & grandis. Locus vero anguſtior area vocatur. Interdũ dicit̃ fundus,ꝙ pecudum & pecunie videatur eſſe fundamentum. Agellus diminutiuum ſignificat paruum agrum. Terent.in Adel. Agelli eſt hic ſub vrbe paulum quod locitas foris,huic demus qui fruatur. Hinc fit aliud diminutiuũ agellulus. Ambro. Qui fidei exercet militiam,ab omni vſu negociationis abſtinere debet agelluli ſui contentus fructibus.

✣ Ageſilaus dictus eſt Dis,ſeu græce Pluton. CC.

¶ Agrarius,ij,qui agros poſſidet. Cic.in Pli. Num rurſus reprobos decoriabit? nũ ſollicitabit rurſus agrarios? Agrariꝰ a Liuio etiã dicitur ſuffragator legis agrariæ.

✣ Quomodo & in Philipp. capi videtur.

¶ Agrarius,a,um,qđ ad agros pertinet vt lex agraria. Liuius.lib.ij. Tum primum lex agraria promulgata eſt.

¶ Agripete pen.cor.qui petunt ex agrorum diuiſione portionem,quæ viritim dabatur.

¶ Agreſte dicitur qđ ruſticum eſt, & ad agros pertinet. Vñ agreſte vocamꝰ,quod in agris non in hortis naſcitur. Ver. Cũcta tibi Cererem pubes agreſtis adoret. Idẽ Dicendũ & q̃ ſint duris agreſtibus arma. Item agreſtis



dicitur,qui ſylueſtrem vitã agit & feram:ſicut apud Grecos, Agrios dicitur ferus. Vñ in compoſitione Onager, dictus eſt aſinus ferus.

¶ Agricola,penultima correp.qui agri cultor eſt. Idem agricultor dicitur.

♁ Agricolator,idem quod agricola.

¶ Agger,eris per duplex gg,maſ.ge.ſigni. proprie lapidũ,aut terre coaceruationẽ,que facto vallo propiꝰ ponitur. Improprie dicit̃ cuiuſlibet rei coaceruatio, vnde foſſe aut valles impleri poſſunt. Quin & muros & munimenta aggerẽ dici voluit. Seru. Ver. Quin intrant portas,atq; ipſis prelia miſcent Aggeribus. Et agger dicit̃ media vie eminentia ex aggeratis lapidibus ſtrata. Idẽ Qualis ſepe viæ deprehenſus in aggere ſerpens.

¶ Aggero,as,pe.cor.ſignificat accumulo. Coll. Omnes arbores fructifere circũfoſſe,aggerari debent. Amb. Et eñ dũ augere opes,aggerare pecunias,occupare terras poſſeſſionibꝰ cupimꝰ,ꝑſtare diuitijs:iuſtitie formã eximus. Hinc fiunt ↄpoſita Adaggero. Colu.li.vj. Deiñ terrã circa arborẽ adaggerato vſq; ad ipſum ĩſitũ. Exaggero vehementer aggero,& per tranſlationẽ augmẽto extollo ve ſignificat. Aug.li.iiij.de ciui.dei. Quid ſi cõmemorare voluiſſẽ,& exaggerare illa mala nõ q̃ ſibi inuicẽ hoĩes faciũt. ſicut ſunt vaſtatiões,euerſiõeſq; bellãtiũ,ſed q̃ ex ipſiꝰ mũdi elemẽtis,terrenis accidũt rebꝰ.

¶ Aggero,is,pe.cor.ſſi,ſtũ,iuxta gero. Amb.li.j.offic. Fouent ocium, aſtutia & improbitate aggerũt diuitiarum aceruos,ſed exoluent feram licet nequitie ſue poenam.

¶ Agilis pe.cor.leuis,dexter,q ſe facile agit,vel ꝓnus aut voluntarius eſt ad agendũ. Hora. Oderũt hilarẽ triſtes,triſteq; iocoſi,Sedatũ celeres,agilem gnauumq; remiſſi. Coll. Symmachꝰ malo inquit vnius agilẽ induſtriã q̃ decem hominum negligentẽ, & tardam operã. Hinc agilitas,dexteriras,corporis celerias. Colu.li.j. Eiuſdẽ agilitatis homo frugi melius q̃ nequam facit.

✣ Agileus dictus Apollo,ꝙ agiles Attica lingua vici vocãtũr. Apollinis autem ſacrificia in vicis publicis inſtituta ſunt fieri ex Apollinis reſponſo. Vide Agya.

¶ Agina,pe.pro. eſt in qua inſeritur ſcapus trutinæ,i. in quo trutina agitur & vertitur,ab agendo dicta.

¶ Aginor,pe.pro. vilia negocior. Aginator,qui paruo lucro mouetur.

♁ Agyographa ſcryptura,ſacra ſcriptura. Agyos grece latine dicitur ſanctus.

✣ Agglomero,implico,adiũgo,a glomero, quod a glomus,ſeu glomer deducitur. Cc.

¶ Agglutino pe.cor.ad aliquid glutino,copulo. Plautꝰ in Aul. Ita mihi ad malũ male res plane ſe agglutinãt.

¶ Aggrauo,as.pe.cor. valde onero, vel valde grauis ſum. A quo aggrauaſco,quod eſt valde grauis fio.

¶ Aggrego,as,pe.cor. Vide in dictione Abgrego.

¶ Aglyphos penul.correpta,latine non ſculptꝰ. Nam α ſine γλύφω ſculpo.

¶ Agnati pe.pro. dicunt̃ qui per virilis ſexꝰ perſonas, cognatione eiũcti ſunt,quaſi a patre cõgeniti,inqt Caius iureconſul. veluti frater eodẽ patre natꝰ, filiꝰ fratris nepos ve ex eo. Inter agnatos & cognatos hoc ĩtereſt, ꝙ in agnatis ↄtinent̃ cognati,ĩ cognatis nõ vtiq; agnati,vt puta. Frater patris,i.patruus eſt agnatus & cognatꝰ. Matris vero frater,i.auunculus cognatus eſt,ſed nõ agnatus. Gentilitas vero & agnationem & cognationẽ cõplectit̃. Agnatum etiã dicimꝰ,quicquid vltra debitũ natũ eſt. Vnde agnaſcentia & agnata membra appellantur,q̃ abundant. Plini. Mẽbra animalibꝰ agnata, inutilia ſunt,ſicut ſextus homini ſemper digitus.

¶ Agnomen penultima producta,dicit̃ ab Agnatione, in qua quis natus eſt.

¶ Agnoſco,ex ad & noſco,ſed d. euphoniæ cã mutat̃ in g,licet annomino per duplex nn,ſcribat̃. Et agnoſcere quidẽ dicit̃ de propinquis,& ſanguine coniunctis,vt Verg. Agnoſcitq; ſuos,letuſq; ad moenia ducit. De hoc etiam in dictione Cognoſco. Ab γνόω,noſco. Mellon.i. futurum γνώσω noſcam.

¶ Agmẽ ſignificat multitudinẽ. Ver. Vocat agmina ſeua ſororũ. Interdũ ordinatã multitudinẽ. vt eſt exercitꝰ incedẽtis,vt, Longũ per valles poſcitur agmẽ. Interdũ impetum,vt apud eundẽ, Et leni fluit agmine Tybris.

¶ Aggredior,ad aliquẽ gradior. Et hoc quandoq; amice. Plau.in Aſi. Etiã tu here hunc amoue abs te atq; me aggredere. Qñq; hoſtiliter,vt ſit aggredi,ĩuadere. Sall. ex lateribꝰ ceteros aggredit̃. Iuſti. Quos ex improuiſo aggreſſus facile fudit. Eſt eñ aggredi gradatim ire, & cũ inſidijs: proprium gladiatorũ,qui gradatim eunt ad dimicandum. Fit etiam qñq; aggreſſio verbis. Ver. Talibus aggreditur Venerẽ Saturnia dictis. Aliquãdo aggredi ponitur pro incipere. Lact.lib.v. Oẽs tñ illud arguebant ꝙ illo potiſſimũ tẽpore,id operis eſſet aggreſſus,quo furebat odioſa crudelitas. Aliqñ pro tentare. Sall.in Iug. Oẽs aſperitates ſuperuadere, naturã etiam loci vincere aggreditur. Sciendum eſt ꝙ hec verba aggredior,adorior,alloquor,& ſimilia, ad præpoſitione eis adiuncta cũ accuſatiuo ſolo elegantius ponuntur, q̃ ſi ſimplicia eorum accuſatiuo,ad præpoſita iungantur, vt aggredior hominem,non gradior ad hominem. Dicimus etiam aggredior te dictis, quaſi cum calliditate. Verg. Talibus aggreditur dictis.

♁ Aglaophotis herba eſt que admiratione hominũ,propter eximiũ colorẽ nomẽ accepit,in marmoribꝰ Arabie naſcẽs Perſico latere qua de cauſa & Marmaritis appellatur. Magos vtiq; ea vti cũ velint deos(vt ferunt euocare) ἀπὸ του ἀγλαόσου,i.ſplendidus clarus floridꝰ & φοτας greci poete hominem vocant.

✣ Aggretus apud Ennium pro aggreſſus legit̃ Aggretus fari,&c. Cc.

♁ Agraphus pe.cor.latine nõ ſcriptus vel non pictus.

¶ Agrigẽtũ,vrs Sicilie,vnde Empedocles philoſophꝰ & Phalaris tyrannorum ſeuiſſimus originẽ duxerunt.

♁ Agrigẽtinus,a,um,poſſeſſiuũ pe.pro. vt tyrãnꝰ Agrigentinꝰ,& ſal Agrigentinꝰ,qui in igne fluit̃,& in aqua vel alio liquote crepitat,veluti torreatur,vt ait Soli.

♁ Agrippina nomen. Neronis matris,& Caligule imperatoris ↄiunx. Alia fuit Agrippina Octauiani Auguſti filia. Eſt & Agrippina nomen ciuitatis apud Coloniã, quam edificauit Agrippina Neronis mater.

¶ Agrippinẽſis Colonia dicta eſt ab agrippina Nerõis matre,que vt vim ſuam externis quoq; nationibꝰ oſtentaret,in opidũ Vbiorum,qui ſunt in Germania inferiore,in quo genita erat,Coloniam deduxit.

¶ Agrippe,ſeu Agrippe ab egro partu, vt docet Gel. dicuntur,quorũ in naſcendo nõ caput,ſed pedes primi extiterunt,qui partus difficillimus & egerrimus habet̃, ab egritudine & pedibꝰ appellati. Confixos aũt pueros eſſe in vtero. Varro ſcribit,capite infimo nixos,ſurſum pedibus elatis,non vt hominis natura eſt, ſed vt arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellant ramos,caput ſtirpem atq; radicem Quando inquit contra naturã forte conuerſi in pedes brachijſq; plerũq; diductis retineri ſolent,ægrius tunc mulieres enituntur.

♁ Fuerunt aũt multi ſic appellati quorũ vnꝰ fuit Menenius Romanus cognomẽto Leuatꝰ,qui de Sabinis triũphauit,& populũ qui a patribꝰ ſeceſſerat,in grãm reuocauit. Alter Syuiꝰ Agrippa Tyberini filiꝰ ſubmerſo pre xj. Latinorũ rex,& regnauit annis.xl. cui ſucceſſit Romulꝰ filiꝰ in regnũ. Aliꝰ Agrippa fuit Ariſtoboli filiꝰ & Iudeorũ rex,regnauitq; annis.vij.ãno prĩo.C. Ceſaris hic dictus eſt Herodes Agrippa,& res preclaras geſſit, vt Ioſep.retulit. Alius Herodes Agrippa ſecundus Iudæorum rex. Alius Agrippa cognomento Piſtor.

¶ Agrios,latine dicitur agreſtis,ferox immitis.

✣ Agrion nardum Creticum,quod quidam Phum vocant eſtq; folio holeris atri. Cc.

¶ Agnꝰ,ꝙ ſit hoſtia pura & ĩmmolatiõi apta. ἁγνὸς pu-

rus caſtus, inde Chriſtꝰ ſeruator noſter, agnꝰ dei dr̃. Eſt etiã arbuſcula, qua viȩ oẽs ornabant̃ Athenis in feſto Palladis dicta autem ab α priuatiua & γεννάω genero, quoniam inducit caſtitatem. Vide in dictione Hagnus.

¶ Agogus pe. prod. latine dr̃ ductor, dux viȩ, ἀγωγὸς ἀπὸ τοῦ ἄγειν ὅπερ πολλὰ σημαίνει. ✣. i. Ab ἄγειν verbo qđ multa ſignificat. ☿ Grȩci etiã agogas vocãt fere quos nos iudices. ¶ Agolũ pe. cor. paſtoralis baculus, quo pecudes aguntur. ¶ Agon locus certaminis Romȩ, qui circꝰ Flaminius dicebat̃ & plerũq; ponitur pro ipſo certamine. ☿ Vt apud apoſtolum. Oĩs qui in agone cõtẽdit, ab omnibus ſe abſtinet. ☿ qñq; etiã pro ſtudio eſt, & Agon victimarij verbũ pro Agone. Ouid. lib. j. Faſt. Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros Semper agat ne rogat, nec niſi iuſſus ait, & Sed li. iij. controuerſiarũ, Carnifex manum tollat, deinde reſpiciat ad patrẽ, & dicat agon? Quod fieri ſolet victimis. ☿ Fuit quoq; propriũ viri nomen ex Teio. De quo Pluthar. Agon inquit eius ſuffixas clauis argenteis crepidas ferebat.

✣ Agonatia Aegonij dei feſta. Vide ĩ dictiõe Agonia.

✣ Agonẽſis porta, quȩ & Collina porta dicebatur. Cc.

☿ Agonos pe. cor. nõ generãs, inſeminis, improlis. Et Agonia per omicron orbitas carentia prolis.

¶ Agonia pe. cor. orũ, & agonalia, orũ, vel. ium. Ludi qui fiebant in honorẽ agonij dei, ab α ſine, & γωνία angulus quia locus in quo huiuſmodi ludi fiebãt erat ſine angulo. Oui. li. j. Faſt. Et prius antiquus dicebat Agonia ſermo. Sũt q agonia dicta velint ſacrificia, quȩ fiebãt in mõte, quoniã agones mõtes vocitarẽt, Vñ mons Quirinalis Agonꝰ, & Collina porta Agonenſis eſt appelata, ſed etiã ἀγωνία timor, ſolicitudo, concertatio: vt Iſocrates in Euagora, & ἀγονία ſterilitas quædam pariendi.

¶ Agonia, æ, pen. cor. hoſtia q̃ ĩmolabat̃. Antiqui eñ agonias ab agendo hoſtias vocabant, & ſic habet accẽtũ in antepenultima. Rurſus Agonia cũ accẽtu in penulti. acipit̃ pro timore & ſolicitudine & concertatione, q̃ mẽtẽ vexat, vt in Euan. Et factus in agonia ꝓlixiꝰ orabat.

¶ Agonius dicebatur deus, qui p̃ſideret rebꝰ gerendis. Et agonis dies erat, quo rex agoniam hoſtiam immolabat. Et agonius, moleſtiam inferens dicitur.

¶ Agoniſma, atis, certamen, vt de diuo Anaſtaſio legitur. Suũ agoniſma gratãter ſuſcepit. Proprie tñ palma, ſeu premium, agoniſma dicitur.

¶ Agoniſta, qui in agone contendit. Grȩce ἀγωνιστής dicitur certator, pugil.

¶ Agoniſticus, a, um, certatorius, quod ad agonẽ pertinet. Aug. in pſal. interpretatione, Agoniſtica iſta vana & ludicra non debet affectare chriſtianus.

☿ Et agoniſticꝰ dicit̃ qui certat, vnde monachi, qui certant aduerſus diabolum & vincunt, agoniſtici dicuntur.

¶ Agonotheta pe. cor. munerariꝰ, quaſi agonis diſpoſitor, ſeu p̃fectꝰ, qui p̃miũ certantibꝰ in quolibet ludorũ genere proponit, qualis Aeneas apud Ver. ☿ Spartianꝰ in adriano pro agonotheta reſedit. Componitur enim ſic ἀγών ἀγῶνος certamẽ & τιθεὶς τεθέντος poſitꝰ diſpoſitor. Aug. Nõ audis athletã domini ab agonotheta petẽtem adiutorium pugnȩ. Hie. Iſte agonotheta nõ propterea nos pugnare voluit, vt nos poſſit benedicere.

¶ Agonizo pen. pro. neu. & Agonizor depo. ſignificat dimico, cõtendo. Hie. in eccle. Agonizare pro aĩa tua & pro iuſtitia. Cyprianus ad Moyſen. Omnis qui agonizatur in omnibus continens eſt.

¶ Agoranomus pe. pro. apud Plau. ȩdilẽ ſignificat, qui in Capt. ait. Euge edictiones ȩdilitias hic quidẽ habet mirũq; adeo eſt niſi hunc fecerũt ſibi ȩtoli agoranomũ. Dictus agoranomus a foro rerum venaliũ, cui regulam preſcribit Sed ſi grȩcam linguam audire volumꝰ aliud ſignificat, qm̃ ἀγορὰ καὶ ἀγορεύω τὸ φθέγγομαι καὶ ἀπὸ τοῦ νέμειν νόμος, i. forum, & ἀγορεύω dico, loquor, & a νέμειν diſtribuo, νόμος lex, quaſi qui fori ius haberet.

☿ Nã ad prȩfectum fori & obſoniorum quȩ in foro venduntur pertinet, vt iuſto & moderato pretio diuẽdant̃. Hos Pla. lib. vj. de legibus curatores appellat rerũ venalium: qui fori, venditioniſq; curam habent.

¶ Agorȩus a noſtris nundinarius vilia emens ab agorazo emo. Hora. Daunie defende decus camœnȩ Lenis agoreȩ. Agora eñ forũ rerũ vȩnaliũ dr̃, qđ etiã pro concione, ꝓ prȩtio rei, ꝓ re vẽdita, & ꝓ foro iudiciali qñq; ponit̃. ☿ Agyia per y, ſequente i, latine dicit̃ via, vñ fit agyȩus quo nomine dictus eſt Apollo, quia ſolebant in vijs publicis ſacrificare Apollini.

¶ Agyrini, ſiue Agyrinenſes dicti ſunt populi ab vrbe Agyrio, ſiue Agurio.

✣ Ah, Aha, nunc doloris, interdum admirationis, aut indignationis vox eſt. Cc.

✣ Ahahe aliquando eadem vox & aduerbium eſt, & interiectio & nomen. Cc.

¶ Ahenus, a, um, idẽ qđ ȩreus. Verg. Et luce coruſcus ahena. ☿ Ahorta vena eſt. Nã duȩ ſunt venȩ primȩ, q̃ ex corde ſanguinẽ recipiunt, maior, ſcilicet & ahorta: reliquȩ earum ſoboles ſunt.

✣ Ahenum, vas eſt quo aqua ad potandũ calefit. Cc.

✣ Aiaces duo, hic Telamonius ille Oileꝰ fuit Et Aiax nomen vnius ex elephantis Antiochi. Cc.

Aio, is, it, aiebã, bas, bat. Ai, aiſti, ait, aimꝰ, aiſtis. Aug. Vos adijcientes in malo aiſtis. Plautus in Aſi. Me vnice vnum ex omnibus, atq; illam amare aiebas. Meuiꝰ. Vel ai, vel nega Cicero de fi. bo. Quaſi ego id curẽ qđ ille aiat, aut neget.

✣ Aitibernalis tabernȩ continuus habitator. Cc.

¶ Aius deus a Romanis dictus eſt ab eo ꝙ aiebat. Nã olim Romȩ audita vox eſt, ſilentio noctis clarior hũana voce, q̃ iuberet magiſtratibꝰ nunciari Gallos aduẽtare, & vt ꝓuiderent, ne Roma a Gallis caperet̃: Ex eo dictꝰ eſt deꝰ Aius, i. loquens, ſicut docet Cice. lib. ij. de diui.

¶ Aizon herba eſt q̃ ſemper viuit, quaſi ſemper viuum ἀεὶ enim ſemper ζώω viuo dicitur.

☿ A natura humida, & ſemper viridis durare põt, folio carnoſo, leui atq; oblongo. Duo eius genera ſunt, maius in fictilibꝰ vaſculis ferit̃, ꝙ aliqui Buphthalmõ. i. bouis oculũ a ſimilitudine vocant, alij zoophthalmon. i. aĩalis aculum, ambitu enim effigiem oculi imitat̃. Alij ꝙ amatorijs conueniat erogenneton γεννάω enim gigno ἔρως amor. Alij hypogeſon, quoniam fere in ſubgrandibus naſcitur. Grȩci enim partes tecti prominentes γεῖσα vocant hȩc a Latinis etiam ſedum aut digitellum.

## A ANTE L

ALa, qua aues volãt. A cuius ſimilitudine ala etiã dr̃ locus ille cõcauus ſubter brachium in homine, quia in eo pili quaſi pennȩ naſcunt̃. Pli. li. xj. Elephas tñ ſub armis duas. ſ. mammas, nec in pectore, ſed citra in alis occultas: Hinc hircinꝰ odor ille concipitur. Proprie tñ vocat̃ axilla, a qua fit ala, cõtra Priſcianũ, qui vult axillã per diminutionẽ fieri ab ala, & maxillam a mala. Ciceronis hȩc ſunt verba, Quinetiã verba ſȩpe contrahuntur non vſus cauſa, ſed aurium. Quomodo autem veſter axilla ala factus eſt, niſi fuga literȩ vaſtioris, quam literã etiã e maxillis & axillis, & vexillo & pauxillo conſuetudo elegans latini ſermonis euellit.

✣ Ciceronem non recte capit. Sed hoc nomen quidam aſpirant. Dicitur & aſella, vt in ſacris literis. Abſcondit piger manum ſub aſella. Præterea ala dicta eſt equitum turma, ꝙ pedites tegat alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra ſiniſtraq; tanquam alæ in auium corporibus locantur. Verg. lib. iiij. Dũ trepidant alȩ ſaltuſq; indagine cingunt. Iñ dicti ſunt equites alares vel alarij.

☿ Alȩ etiã nauium dicuntur, vt, Velorũ pandimꝰ alas.

¶ Alarius, a, um, quod eſt alæ equitum turmæ. Vñ Alarij equites.

¶ Alatus, a, um, ab ala auium, quod habet alas.

¶ Allatus vero per duplex ll, apportatus.



¶ Alauda, auis q̃ olim Galeria vocabatur, quia apicem habet, hoc eſt plumã elatam in capite ad ſimilitudinem galeri, ſiue galeȩ. Varro appellat Galericũ, & a Grȩcis Corydalus dr̃. Poſtea gallico vocabulo Alauda vocata eſt legio quȩdam apud Romanos: Galli eñ hoc nomine ſignificant galeã. Vñ milites qui galeis vtunt̃ dicti ſunt alaudȩ. Scribit Plin. lib. xj. Alaudam auiculam appellatam quandã Galeritam gallico vocabulo etiam legioni nomen dediſſe. Ideoq; Cȩſar cũ ex gallis legionem conſcriberet, alaudam appellauit. De qua legione Cice. ad Atticum ſcribit, Antonius cum legione alaudarum ad vrbem pergere, pecunias municipijs imperare. Militaria enim vocabula traducta ſunt ab ipſis rebus, q̃ ita nominãtur proprie, quarum rerum in acie ſtruenda ſui cuiuſq; vocabuli imagines oſtenduntur.

¶ Alabarches, latine ſali p̃fectus, vt eſt apud Ioſephũ in vltimo antiquitatum libro. Et fuit apud Aegyptios Iudȩos honoris appellatio.

¶ Alabandȩ Ioniȩ ciuitas Apollonio rhetore nobilitata. Hinc Alabandes & Alabandicꝰ & Alabãdẽtis, q̃ ſic ab inuicẽ differũt ꝙ Alabãdicus, ſiue Alabãdiacus nomẽ eſt poſſeſſiuũ. Vñ Alabãdicos libellos ꝓ barbaris & ineptis grȩci capiũt. Alabãdes, ciues opidi dicunt̃. Vñ carbunculos perfectos alabãdes quaſi municipes appellant impolitos atq; rudes Aabandicos.

✣ Alabãdica roſa ab albicãtibꝰ folijs ẽ, dr̃ viliſſima. Cc.

¶ Alabaſtrum, genus marmoris perlucidi, & coloribus diſtincti, ex quo fiebant vaſa vnguẽtaria. Mar. Qđ Coſmi redolent alabaſtra fociq; deorũ. Dr̃ alabaſtrꝰ, quẽ Plinius ſcribit ſeruãdis vnguẽtis maxime idoneũ naſci circa Thebas Aegyptias & Damaſcũ Syriȩ, quo priſci Romani ſicut aliqui magnates nunc Romȩ p̃ſtãdo ꝑ feneſtras lumine vtebant̃. Similiter alabaſter dr̃. Cice. li. ij. Acad. Quibꝰ etiã Alabaſter plenꝰ vnguẽti putreſcere videt̃. Et lapis Alabaſtrides pen. prod. Pli lib. xxxvj. Hunc aliqui lapidem Alabaſtriten vocant, quã cauant ad vaſa vnguentaria. Hunc lapidẽ etiã vocãt onychẽ. Sunt etiam myrothecia & narthecia vnguentorum loculamenta, ſed vt puto tales dictiones improprie capiunt̃ a latinis: grȩca eñ lingua manifeſta eſt. ὅτι α στερεῖ καὶ λαμβάνω. i. quoniam a priuat, & λαμβάνω ſumo. in numero plurali τὰ ἀλάβαστρα proprio pyxides vnguentorũ & vnctionũ ſine anſulis: Callimachus tñ in hymno Palladis in genere maſculi. poſuit, itaq; ab odoribus potius quam odores a lapide dicuntur.

Alabia grȩce ἀλαβία latine innocentia dicitur. Sed eſt dictio in grȩco & in latino corrupta, grȩce eñ ſcribi debet ἀβλαβεία ὅτι βλάβη κακουργία ἐστὶ, ἀπὸ τοῦ βλάπτειν ✣ quoniam βλάβη maleficiũ eſt a nocẽdo, & ideo latine debet dici ablabea penul. produ. quoniam ει diphthongꝰ mutatur in e, longũ, vt κυθέρεια cytherea πηνελόπεια penelopea. Et ſignificat innocentiam.

¶ Alacer & alacris pe. cor. dr̃ is qui ingentis eſt ſenſus, hoc eſt qui viget ſenſibus vniuerſis, vt inquit Aſco. qđ eſt indicium erecti animi atq; ſublimis, & cui ſenſus oĩs in ſuo loco degit. E contrario Lacer dicit̃ amputatis in corpore membris, hoc eſt auribus, oculis, manibꝰ, quod ad animũ ſȩpe tranſfertur. Illud quoq; intelligitur, aliud eſſe alacrem, aliud lȩtum. Donatus, Alacer dicitur non lætus, neq; triſtis. Interdũ ponit̃ pro celeri & prompto, quaſi ſit alis acer. Teren. Quid tu es triſtis? quid non es alacer? Cic. li. j. ad Herẽ. Si huic ſit remiſſum multos alacriores ad maleficia futura. Idẽ, Nã cũ feras beſtias videamus alacres & erectas euadere, vt alteri beſtiȩ noceant, nõ eſt incredbile putãdũ. &c. Interdũ ꝓ lȩto, & veluti in ſpem aliquã geſtiẽti. Hinc alacritas, vigo, & animi erectio, necnõ & lȩtitia geſtiens, q̃ ſecundũ Do. proprie eſt mutatio quȩdã vultus geſtiẽtis in ſpem aliquã, & media eſt inter lȩticiã atq; triſticiã. Interdũ dicit̃ voluntaria celeritas, ſeu promptitudo ardor ve. Liui. li. iij. Poſtq̃ ingenti alacritate clamor eſt ſublatꝰ, qđ bene vertat, geſturũ ſe illis morem, poſteroq; die in aciẽ eductuꝝ affirmat. Cic. lib. j. Tuſ. Pro lȩticia geſtiẽte, q̃ in malis habenda ſic accepit, Vir igitur temperatus, cõſtãs ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate, nulla libidine vexatus. ✣ Inde alacritas, & alacriter. Cc.

¶ Alania regio eſt Scythiæ, Europeȩ, quæ ad Mœotidas paludes pertingit.

¶ Alanus penultima pro. Scythiæ fluuius, a quo Alani populi dicti ſunt, iuxta quos ſunt Toxolani. Amianus ſcribit Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerũt. Hi carnibus veſcuntur, & panem non manducant Martia. Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo. Iul. Capi. Alanos in parte Daciȩ collocat.

☿ Alauorſi populi ad ſeptẽtrionem vltimi.

☿ Alaricus, nomen Gothorum regis, quis Rhomã obſedit, deſtruxitq;. Fuit & alter Alaricus Gothoꝝ rex quartus creatus, anno domini. D. ccclxiiij. qui etiam Romanam vrbem cœpit, ſed poſtmodum per fraudem in die Paſchæ occiſi ſunt Gothi.

¶ Alba, nomen eſt duarũ vrbiũ, quarũ vna eſt in Latio, a qua Albani pp̃li, & Albanus mõs, ſub quo Aſcaniꝰ ciuitatẽ hãc Albã condidit, q̃ vt Liuius ſcribit a ſitu porrectȩ ĩ dorſo vrbis lõga alba vocata eſt. Vulgatior fama eſt ab omine porcȩ ibidẽ inuentȩ, dũ a Troia cum patre ꝓfugo veniſſet. Altera eſt ad lacũ Fucinũ, a qua Albenſes dicuntur: q̃uis etiam Albani quandoq; vocentur.

¶ Alba etiam ſacerdotis camiſia vulgo dicitur.

✣ Alba dea, eſt quȩ & Albuna, & Leucotea dicitur. Cc.

¶ Albana vrbis fœlicis Arabiȩ eſt, ſicut docet Ptol.

¶ Albanus nomen eſt montis, & lacus non procul ab vrbe, vnde vaticiniũ fuit nunq̃ Romanos Veium capturos, ni primo ex Albano lacu emitteretur aqua. Itẽ Albanus nomen eſt duarum vrbium, quarũ vna eſt in Macedonia mediterranea: Altera in maiori Armenia, vbi diuus Bartholomȩus fuit decoriatꝰ. Hoc etiam nomine dictus eſt fluuius Albanȩ.

¶ Albanus, a, um, quod eſt ab alba Latij vrbe. Vnde Albani patres.

¶ Albania regio in oriente a colore pp̃li vocata, eo ꝙ albo crine naſcant̃. Hȩc ab oriente ſub mare Caſpiũ ſurgens per orã Oceani Septẽtrionalis vſq; ad Mœotidas paludes per deſerta extendit̃, In ea Albania ciuitas & Albanus fluuius. Apud hanc habent̃ canes ferociſſimi, qui tauros & leones occidũt. ☿ Hȩc Nomadico generi proxima eſt inter Hiberiã & mare Caſpiũ, ab ortu ſolis mari cõiũcta, ab occaſu Hiberiȩ finitima. Boreale latus munit̃ Caucaſeis mõtibus. Auſtrale Armeniã cõtingit. Stra. xxvj. linguas Albanorum fuiſſe tradit, & totidẽ aliqñ reges. Fuere & ſub ĩperio Perſarũ, poſtea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Troianꝰ imperator his regem dedit. Nunc ſub magno Cairo degere credũtur. Ab his Albani orti ſunt, quorum pars hodie in Pelopõneſo pars in Macedonia ſedet, iuxta Dirachium, quorũ dux fuit Georgius Scanderbech, qui multa pro Chriſti nomine aduerſus Turcas prȩlia geſſit.

✣ Albanum vinum, vtile erat neruis. Cc.

¶ Albia, fluuius Boemiȩ, orit̃ in mõtibꝰ, qui Moraniã Boemiamq; diuidũt, & magno aquarũ auctu media ferme diuidunt Boemiam, in occidentem prius mox in Septẽtrionẽ fluens, vbi exit Boemiã per anguſtas fauces mõtiũ in Saxoniam penetrat, & in Oceanum voluitur.

☿ Albius nomẽ imperatoris Romani dictꝰ, ꝙ exceptꝰ ſit vtero candidiſſimus contra conſuetudinẽ puerorum, qui naſcendo ſolent rubere, cũ inuoluti ſecũdi rubentes erumpẽte menſtruo perliti profluuio ſanguinis pariter egredientis. Hinc illud ſatyri poetȩ. Modo primos incipientem Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.

¶ Albus, a, um, a grȩco ἀλφὴ, qđ candorẽ ſignificat. Sabini alpũ dicũt. Et color qui opponitur nigro. Plaut. in Menȩ. Dic mihi hoc qđ te rogo, albũ an atrum vinũ potas? Interdũ albꝰ ponit̃ ꝓ pallido, vñ & ex albeſco palli-

dus fio. Interdũ pro bono, ſicut ecõtrario nigrũ pro malo Perſius, Per me equidẽ ſint oĩa protinus alba. Hora. Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. Iuue. Maneãt, qui nigrũ in candida vertunt. Sed hęc per tranſlationẽ.

¶ Albũ ſubſtantiuũ dr̃ qđ greci vocant λεύκωμα, tabula gypſata, in qua iudices notari, prętorũq; iura ſcribi ſolebãt. Si quis vero albũ corrupiſſet, puniebar̃, quia p̃toris maieſtas contempta videbar̃. Paulus, Si familia alicuiꝰ albũ corruperit, non ſimiliter hic edicitur, vt in furto. Iudex (inquit) Seneca lib. iij. de beneficijs ex turba electorum, quẽ cenſus in albũ, & equeſtris hęreditas miſit. Hoc & Pyctacium quoq; dr̃, vt in Alexandro Cęſare. Lampridius vulgo matris appellata. Similiter ea tabula dr̃ albũ, in qua ſingulorũ annorũ acta literis mandabanr̃ a põtifice maximo, proponebaturq; domi eius, vt poteſtas eſſet populo cognoſcendi. vnde Annales maximi nominanr̃, vt author eſt Cic. lib. ij. de Ora. Eſt & albũ, decurionũ & cytharœdorũ. Nã in. ff. titulus eſt de albo ſcribendo, vbi docet Vlpia. quo ordine Decuriones in albo ſcriptos eſſẽ oporteat, vide etiam. Pyctacium.

¶ Albariũ, dicitur illud quo ędificatꝰ paries incruſtatur poſtea illinitur tectoriũ cũ paries pingendus nõ eſt, qđ fit ex calce, etenim cum pingendum eſt non illinitur.

✣ Albẽſes populi ab alba oppido iuxta lacum Fucinũ.

¶ Albidus, a, um, pe. corre. quod aliquantulum albũ, vt granum extrinſecus albidũ, intus candenti ſimile conſpicitur. Auguſt. li. xxj. de ciuitate dei, pro albo poſuit. Lapides igne candẽte percocti, & ipſi fiunt cãdidi: Et quis ille magis rubeat illi albedo colore niteſcant, congruunt tamẽ illi luci quod album eſt, ſicut nigrum tenebris. Hinc ſubalbidus parum, ſiue aliquantulum albus. Pli. Ramos habet candidos, folia ſubalbida.

¶ Albedo, Albitudo, & Albor pro candore accipiũtur. Plaut. in Tri. Et item alterum ad iſtanc capitis albitudinem Calliclem aiebat vocari.

✣ Albi calculi dicebanr̃, quibus Cretenſes, dies lætos, quos in vita agerent numerare ſolebãt. Nã candidos lapillos ad hoc officium eligebant, quemadmodũ ecõtrario infœlices, atq; ĩfauſtos dies nigris lapillis ſignabãt, & ex candidorũ numero, vitę tempus metiebanr̃. Malos enim dies in annorum numeros non redigebant.

✣ Albicer atę ficus pediculo minimo latiſſimę. Cc.

✣ Albicera, oliuę genus.

¶ Albor albedo. Hiero. in Leui. Q đ ſi ſurſum fuerit in alborẽ cõuerſa, ſacerdos eum mũdum eſſe decernet. Alborem etiam Apitius vocat, quod eſt album in ouo, qđ Plinius albuginem appellat. Medici albumen.

✣ Albingaunium, & abium, intemeliũ Ligurię opida quędam: cum Ligures partim Ingaunij. partim Intemelij dicerentur, eorũ colonię ad mare deductę, altera Albium quaſi alpium Intemelium, altera vero Albingaunium vocitata eſt. Cc.

¶ Albugo pen. prod. macula in oculo. Plinius lib. xxj. Q ua alligata oculo, albugines tolli dicũtur. Idem, albuginem vocat album in ouo.

¶ Albumen pen. prod. quod eſt in ouo album. Vitellus vero ꝙ croceum eſt in ouo.

¶ Albeo, es, albus ſum, vt campi niuibus albent. Hinc albeſco, albus fio. Ver. lib. j. Geor. Sępe etiã ſtellas vento impendente videbis Pręcipites cœlo labi, noctiſq; p ymbras Flammarum lõgos a tergo albeſcere tractꝰ. Huius compoſitum eſt exalbeſco.

¶ Albico, as, pe. cor, aliquãtulũ albus ſum. Pli. li. xxij. Solidũ ſemẽ cõijcir̃ in oculũ, nec turbat, ſed in ſe caliginẽ cõtrahit, mutat colorẽ, ſed ex nigra abdicare incipit, & tumeſcit. Similiter accipiuntur vellico, fodico, candico, nigrico, nutrico, q̃ formanr̃ ab ſuis verbis inſco, deſinentibus diminutis literis e, & s, & mutata e, in i, vt albeſco, albico, candeſco, candico. Deſcendũtq; ab actiuis & neutris, vt nutrio, nutrico, vello, vellico, fodio, fodico, quæ ſine dubio diminutiua ſunt. Nã fodico minꝰ eſt q̃ fodio, quod non ſomniculoſe legentibus patebit. In ſignificatione verborum in ſco Priſci. interpretatus eſt albico dicens pro albeſco, & Horatij affert exemplum. Nec prata canis albicant pruinis. Sunt qui ea apparatiua nominent, quoniam apparentiam ſignificent.

¶ Albo albas, albũ facio. Cuius paſſiuum eſt albor, albꝰ fio. Vnde & dealbo, & dealbor, quod eſt multum, ſiue a ſummo vſq; deorſum album facio. Curt. Cic. Nec ſolere duos parietes de eadem fidelia dealbare. Et illud, Lauabis me, & ſuper niuem dealbor.

¶ Albogalerus pileum capitis, quo flamines Diales vtebantur. Fiebant enim ex hoſtia alba Ioui cęſa.

✣ Alboſia ſcuta dicebantur, quę & decumana, ꝙ eſſent ampliſſima. Cc.

¶ Alburnus, Lucanię mons a candore verticis dictus, & portus eiuſdem nominis apud Lucaniam.

¶ Alburnũ, adeps arboris. Plin. Humor & cortici arborũ eſt, qui ſanguis earũ ĩtelligi debet. Eſt eñi in toto corpore arborũ, & reliquorũ animaliũ cutis, ſanguis, caro, nerui, venę, oſſa, medullę. Pro cute cortex, humor ſanguis, proximi plęriſq; adipes. Hi vocanr̃ a calore alburnum. Hinc exalburno, as, quod eſt alburnũ detraho. Idẽ Et reliqs arboribus ſicciſſima Lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color.

¶ Albunea, fons & nemꝰ iuxta Tibur. & Anienẽ. Ver. lib. v. Lucoſq; ſub alta. Cõſulit Albunea nemorum, quę maxima ſacro Fonte ſonat.

♁ Nomen eſt dictum, ſiue a colore aquę ſulphureę, ſiue ꝙ Albunea latine ſit, quæ græce dicitur Leucothea.

¶ Albegmina, partes extorum, quę dijs immolabantur a candore eorum dicta.

✣ Album pretoris, & albũ Iudicũ dicebar̃ qđ, q vel fœdaſſet, vel vitiaſſet, vel quocũq; ſcripturę gñę turbauiſſet, capitaliter nõ expectata ordinis ſñtia, puniebar̃. Cc

¶ Albula pe. cor. fluuiꝰ ab albo colore aquę, qui poſtea Tyberis a Tyberino Syluio Albanorũ rege ibi extincto dictꝰ eſt. Liui. Pax ita ꝯuenerat, vt Hetruſcis Litiniſq; fluuius Albula, quẽ nũc Tyberim vocant, finis eſſet. Itẽ Albula dicta eſt aqua q̃dã ĩ agro Tyburtino, q̃ vt Strab. teſtar̃ vulneribꝰ meder̃. Mar. Canaq; ſulphureis Albula fumat aquis. Dr̃ & albulę pluraliter. Idẽ, Quod ſiccæ redolet palus lacunæ, Crudarũ nebulæ quod Albularũ.

¶ Albion, inſula Britanniæ dicta ab albis rupibꝰ, quas mare abluit. Poſtea Anglia dicta. Vide in anglia.

♁ Eſt & albion vrbs ingens, ſiue opidũ intemeliũ, cuiꝰ habitatores intemelij vocanr̃, inter Monoeci portũ & albiganeum, albera primo dicebatur. Fuit etiam Albiõ nomen filij Neptuni, qui inuaſit Herculem.

¶ Albis fluuius, qui in duo ſpatia Germaniã diſterminat, vt teſtar̃ Strab. li. j. De hoc Luca. li. ij. Fũdat ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis, & ĩdomitũ Rheni caput. ¶ Albinga, opidũ Ligurũ colonia ad mare deducta, cuiꝰ incolæ Ligures, Ingauni vocanr̃. Ex hoc loco ad Monœci portũ ſtadia ſunt. lxx. Dr̃ & Albigaunũ.

¶ Albeus, per diminutionem albeolus cum accentu in antepe. tabula luſoria. Cice. de fi. bo. Aut albeolum poſcere aut quęrere quempiam ludum. Pliniꝰ. M. Meſſala conſul pridie Calendas Octobres diem natalis ſui egit, tranſtulit albeum cum teſſeris luſorium, e gemmis duabus latum pedes tres.

✣ Albuna. Vide in dictione Alba dea.

♁ Alemenes, pen. cor. nomen ſculptoris, qui Phidię diſcipulus fuit, vt Plinius lib. iiij. ſcribit.

¶ Alcęus cũ diphthon. nomen poetę lyrici Mytileni. Hic magnificus breuis diligens, & plurimum Homero ſimilis. fuit etiam auus Herculis, qui inde Alcides.

¶ Alces, is, ſeu Alces, æ, grecorũ more, aĩal eſt e Gallia

♁ Figura colore & quantiate mulę ſimilitudinẽ p̃tẽdẽs, ſed labiũ ſuperius adeo protẽſum habet, ꝙ niſi retrogradu incẽdẽs, hęrbas in terrã capere nõ poſſit: Eſt ĩ Tranſalpina inuentu rarũ, olfactu e longinquo venatorẽ ſentiens, ſtatimq; in ſpecꝰ & latibula ſe cõdens, media ĩter camelum & ceruum ſimilitudine. Sed mares ex his ĩ ſupercilijs habent cornua. De his animalibus Cęſar li. vj. & Iul. Capitolinus mentionem faciunt.

♁ Plinius, Septẽtrio fert equorũ greges. ferorũ ſicut & aſinorum, Aſia & Aphrica Pręterea allecen proceritas aurium & ceruicis diſtingat, iumento ſimilem.

¶ Aceſte, es, ſiue Alceſtis alceſtidis, fuit Perillai filia Admeti Phereorũ regis cõiunx q̃ maritũ tanto amore dilexit, vt pro eo perire non recuſauerit. Cum enim maritus ęgrotaret, oraculo nunciatũ eſt ei, poſſe eũ adhuc viuere ſi foret aliquis ex affinitate vel amicitia qui ꝓ eo ſponte mortẽ ſubiret. Ceteris id abnuentibus, ſola vxor ꝓmiſit. Iuue. Spectant ſubeuntẽ fata mariti Alceſten. Hiero. Alceſtim fabulę ferunt pro Admeto ſponte defunctã, ſed multa eſſent dicẽda. Vide tragœdiam Euripidis Alceſtim, quæ tyxis cuſtodita eſt.

¶ Alcinoę pe. cor. duę fuiſſe legũr̃. Altera Ceycis vxor q̃ viſo cadauere mariti in litꝰ eiecto ſe deiecit in mare, iuſſuq; Amphitrytes in aues cõuerſę fuerũt ambo. Altera fuit Eueni fluminis filia, q̃ poſtea Marpeſia dicta eſt.

¶ Alcedines ſunt quędã aues dictę quaſi algedines, ꝙ frigidis temporibꝰ in mari pariant. Plautus. Nã Hercule tu periſti niſi illam mihi tam tranquillam facis q̃ mare eſt olim cũ Alcedo pullos educit ſuos. Dicta eſt a gręcis Alcyone, es, vel Alcyon, onis. Amb. li. Hexa. Alcyõe eſt auis maritima q̃ in litoribus fœtus ſuos edere ſolet, ita vt in arenis oua ponat, medio fere hyemis: nã id tem poris fouendis habet deputatũ partibus, quando maxime inſurgit mare, litoribuſq; vehementior fluctꝰ illidir̃, quo magis repentinę placiditatis ſolennitate auis huiꝰ eluceret gr̃a. Nãq; vbi vndoſũ fuerit mare, poſitis ouis ſubito miteſcit, & omnes cadunt ventorũ procellę, flatuſq; aurarũ quieſcũt, ac placidũ ventis ſtat mare, donec oua fouet Alcyone ſua, ſeptẽ dies fœtus ſunt, quibꝰ decurſis educit pullos. Ilico alios ſeptẽ adiũgit dies quibꝰ enutriat partus ſuos donec incipiant adoleſcere. Tantã aũt gratiã miniſcula auis diuinitꝰ indultã habet, vt hos quatuordecim dies nautę pręſumptę ſerenitatis obſeruent, quos & Alcyoniadas vocant, quibus nullos motus procelloſę tempeſtatis horreſcant. Ferunt hanc auem paulo maiorem paſſere, pennis, purpureis candidis admixtis, collo gracili & procero roſtro ſubuiridi, longo, & tenui, raro viſam. Ariſto. lib. viij. de animal. Alcyonum duplex genus eſſe ſcribit, alterum vocale harundinibꝰ inſidens, alterum mutum ampliori corpore. Ab Alcyone fit alcyonius, a, um, vt Alcyonij dies. Fitq; a græco als quod mare ſignificat, licet aſpiretur.

¶ Alcamenes, pe. cor. nomen ſculptoris proprium qui ſicuti Pli. li. xxxiiij. ſcribit, Phidię diſcipulus fuit.

✣ Alcedonia dicũr̃ ab alcedine, ſicut ab alcyone alcyonides. Plau. Trãquillũ eſt, Alcedonia ſunt circa forum.

♁ Alchech, Arabice eſt animal qđ multi Arabici Hircã vocant, naſcitur ex leone & pardo & nimium ferox eſt.

¶ Alcmane Lydias Sardenſis poeta lyricꝰ filiꝰ Damantis claruit. xxvij. Olympiade cũ apud Lydos regnaret Ardis pater Aliattę. Et cũ nimio amore puellã quãdã deperiret, amatorios cantus primꝰ inuenit. Ferr̃ Phthiriaſi morbo interijſſe, quoniam, φθείρω ἔφθειρ φθεὶς φθεῖρος καὶ φθειρίασις, i. φθείρω corrũpo, vnde φθείρ, i. pediculus, & φθειρίασις, i. pedicularis morbus, quoniam ex patrefactione humorũ in poris carnis, pediculi oriantur.

✣ Alcinoe vna ex Pleiadibus.

¶ Alcinous pe. cor. nomen iuſtiſſimi Phęacum regis a poetis laudati, cuius ędes fuerunt magnificẽtiſſime extructę, & viridaria bifera erant. Vnde Papi. Quid biferâ Alcinoi referam pomaria voſq; Qui nunq̃ vacui pro diſtis in ęthera rami. Dicir̃ etiã alcinus. de quo in Odyſſea multa Homerus, quæ nota ſunt.

¶ Alcides pe. pro. Hercules grȩca ſignificatiõe a virtute appellar̃. Nã ἀλκη alec virtus robur fortitudo dicir̃.

♁ Vel dr̃ alcides, vt ait. Herodo. ab Alcęo auo paterno Andromedes & Perſęi & Amphitrionis patre.

✣ Alcibiadõ herba ſic dicta ꝙ vti ea ad formã cõciliandã ſolitꝰ ſit Alcibiades, magnis folijs & aſperis, radice ruffa oblõga, naſcẽs p̃cipue ĩ aridis & arenoſis locis. Cc.

¶ Acibiades pe. cor. nomẽ Atheniẽſis ĩperatoris ſummi, qui genere & forma p̃cipuus oĩbus rebus aptus fuit: Diues p̃terea, affabilis, patiens, & omni deniq; virtute p̃ditꝰ. Et quod mirũ eſt vitijs etiã pleniſſimus fuit. Eiꝰ vitã Plutar. luculẽter ſcripſit. Proditũ eſt, ꝙ in illũ vniuerſa ciuitas Athenienſiũ oculos, in illũ ſuſpẽſa ora conuerterant, & quaſi de cęlo miſſum cõtuentes, admirabãtur. Fuit hic ex primatibꝰ, qui cũ eſſet procliuis ad luxũ & ad cęteras voluptates ad bonã diſciplinã traductus eſt a Socrate. Nã diſcendi ſtudio & ſapientię amore pellectus, extemplo cunctis amatoribus adulatoribuſq; repulſis ad Socraticam diſciplinam animum vertit, nuſq̃ recedens a latere philoſophi ſapientiſſimi.

¶ Alcmena pe. pro. nomẽ ꝓpriũ fuit matris Herculis.

♁ Electrionis filia Amphitrionis thebani vxor q̃ Ioui Herculẽ peperit gręce dr̃ ἀλκμήνη ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, i. a robore. qm̃ mulier multũ prę ſe tulerit animi cõſtantię ad viros ꝓxime accedẽs. aliqñ poſt, c, ponir̃, u. Alcumena ꝓut verſus exigit ♁ de qua q velit multa intelligere legat τὴν ἀσπίδα τοῦ ἡσιόδου, ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν ἤλυθεν ἐς θήβας μετ᾽ ἀρήιον ἀμφιτρύωνα ἀλκμήνη θυγάτηρ λαοσσόου ἠλεκτρύωνος. ✣ Aſpida Heſiodi, ſola relinquens domos & patriã terrã venit Thebas poſt regẽ Amphitryonẽ Alcmena filia populũ arcentis Electrionis. ♁ Alcon nomen proprium Cretenſis ſagittarij cuiꝰ filiũ cũ dracho inuaſiſſet tãta arte direxit ſagiptã, vt ea currens in ſerpentis deficerat vulnere, nec tranſiret in filiũ, Fuit hic Alcon Erictęi Athenienſium regis filius qui ex Attica in Euboeam fugit.

¶ Alea ludus tabulę ab Alea quodã milite in ocio Troiano. Horat. in epi. Quẽ damnoſa venꝰ quẽ p̃ceps alea nudat. Et cũ alea dicar̃ omnis ludus in varietate fortunę cõſiſtens. Vñ Mart. de nucibꝰ. Alea parua nuces, & nõ dãnoſa vider̃, Sępe tñ pueris abſtulit illa nates. Factũ eſt vt nõ ſolũ pro fortuna, ſed etiã pro periculo periculiq; dubitatiõe ſumar̃, & ille dicar̃ aleã iacere, q ſe periculo fortuneq; cõmittit. Liu. In dubiã ĩperij ſeruitijq; aleã imus. Eſt & alea nomẽ vrbis ab Aleo cõditore. Papy. in ſyl. Aut aleę lucis vidit Tegęa ſacerdos. Plau. in vita Cęſaris ἀνερρίφθω κύβος, i. iactꝰ ſit cubꝰ, vel taxillus.

¶ Aleator & aleo, onis, q ſępe alea ludit. Catul. Niſi impudicus & vorax & aleo vel heluo, Nunc aleator dicir̃.

¶ Aleatoriũ apud Sidonium ſumitur pro ludo aleę. Ait enim. Atq; illic aleatorium laſſis cõſumpto ſphęriſterio ſatiat. Sueto. vocat aleatorium forum.

✣ Alebria veteres vſurpabant pro eo quod eſt, bene alentia. Cc.

¶ Alecto vna eſt ex furijs infernalibus & latine inceſſens interpretatur, ab a priuatiua & λήγω deſino, quia cupiditas nunquam ſatiatur.

¶ Alectorius lapis & alector quin in ventriculo galli inuenir̃, gallꝰ eñi gręce ἀλέκτωρ dr̃. ✣ Vide alectorias.

♁ Pli. lib. vl. Allectorias in ventriculis gallinaceorũ inuentas criſtallina ſpecie magnitudine fabę quibus Milonem crotonienſem vſum in certaminibus inuictum fuiſſe videri volunt.

✣ Alemãni dicti ſunt a Manno Teutonis dei filio. Germanię vocabulum nuper a Romanis additum, quoniam cum primum Rhenum deuictis Gallis tranſgreſſi fuiſſent, videntes eos & feritate animorum & proceritate corporum & colore flauo, forma præterea & moribꝰ, & viuendi vita Gallis ſimilimos Germanos hoc eſt fratres Gallorum eſſe exiſtimarunt. Cc.

¶ Alemani penultima producta populi inhabitãtes iuxta Lemanum lacum.

¶ Ales, q̃libet auis ab alis gerendis, ſicut volucris omne

volatile,& tam maſc.q̃ fœ.gene.proferꝛ. Ver. Nãq; volans fuluus Iouis ales in æthera. Poniꝛ quandoq; pro veloci,vt alite planta. In genitiuo plurali alitũ & alituũ ſecundum Priſ. Ver.lib.xj. Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat. Auis,eſt quę parit oua & pennis eſt prædita,præter veſpertilionem.

¶ Alecula diminutiuum ab alec. Colu.libro.ix. Datur cammarus & riualis alecula, vel ſiqua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

¶ Alec. Vide infra in dictione halec.

¶ Aletudo,pinguedo corporis.Cc.

¶ Alexãdria vrbs Aegypti nõ lõge a Nili oſtio,vt Solinus ait,ab Alexandro Macedone,vñ illi nomẽ,cõdita: Vrbs fertiliſſima,quã Dinocrates architectꝰ metatꝰ eſt,mirabili ingenio quindecim miliũ paſſuũ laxitate ad effigiẽ Macedonię chlamydis orbe gyrato laciniofam, anguloſo dextra lęuaq; ꝓcurſu. Mareotis lacus ad meridianã vrbis partẽ,Euripo Canopico oſtio immittiꝛ. Habuit olim ſcholas oĩm diſciplinarũ liberaliũ. Fuitq; ob cõmoditatem maximũ totius orbis emporiũ. ꝫ Cõſtructas aũt fuit ante ſeruatoris aduẽtũ anno.xx.ſupra.ccc. intra ſpaciũ ſeptẽdecim dierum,vt teſtatur Iuſti.li.xj. cum ſex mil.murorũ paſſibus. ꝫ Sunt & alię Alexãdrię. Vna in Scythia ſuper Tanaim. Alia ĩ Aſia, & alię alibi ſecundũ Ptol. ꝫ Alexander & Alexãdrus,nomẽ ꝓpriũ regis Macedonici,cuiꝰ clariſſima geſta & ab hiſtoricis, & in ſacris literis traduntꝛ. Hic longe omniũ excellẽtiſſimꝰ fuit,cui ex rebus actis & auctis magnũ inditũ eſt nomẽ,ne vir vnicã gloriã adeptus ſine laude vnq̃ nominaretur. Nã ſolus cõdito ęuo,poſt hominũ memoriã inexpugnabili ĩperio orbis auctꝰ fortuna ſua maior fuit,ſucceſſuſq; eius ampliſſimos,& prouocauit vt ſtrenuus, & ęquiperauit vt meritus,& ſuperauit vt melior, ſoluſq; ſine ęmulo clarus adeo,vt nemo audeat virtutẽ eiꝰ,vel ſupare fortunã,vel optare. Fuere & alij Alexãdri, quorũ vnꝰ Aphrodiſeus interpres Ariſtotelis,ſed tali ingenio,vt Ariſtotelẽ carpat,de hoc Suidas, & Stephanus meminerũt. Aliꝰ fuit Alexãder grãmaticꝰ ex opido qđ Goticõ dꝛ,qui de varia hiſtoria,ſiue materia.xxiiij.volumina ſcripſit peritiſſimꝰ ętatis ſuę vir. Alius Alexander Aſiæ rex,& Syrię dictus Balam. Alius iudęorũ rex, qui Aeneus dictus fuit,& regnauit annis.xxvij.

¶ Aleopetra,inſula in Mœotide.

ꝫ Alepia inter Celtas opidũ mandubiorum in ducatu Burgũdię finibuſq; Heduorũ dioceſis Hœdueñ. nũc in formã vici redactũ ꝓ cuius tuitione dũ a Ceſare ]expugnareꝛ,ad trecẽta milia militum ab vniuerſis galli ciuitatibꝰ & ob vĩdicãdã eorũ libertatẽ illuc aduẽtaſſe ferꝛ.

¶ Alexicacõ,remediũ quod fit ad depellẽda mala. Sic Hercules dictus fuit Alexicacus ab eo ꝙ defenſor eſſet hominum. hoc & Amulentum dicitur.

ꝫ Alexipharmaca,vt Suidas ait medicamẽta ſunt auxiliatoria. Alexiteria idem quod Alexipharmaca.

✣ Alfulę ficus.Cc.

¶ Alga herba quæ naſcitur in aquis marinis dicta a mari ab algore aquę,ſiue ꝙ pedes alliget,quia craſſa eſt folijs ex parte ſupernatãtibus. Verg.li.vij. Lateriq; illiſa refunditur alga.

¶ Algor,oris. Algus.us,& Algus,gi.i.dolor, triſticia, per trãſlationẽ poniꝛ pro frigori. Plau.in Aul. Inopiã, luctũ,mœrorẽ,paupertatẽ,algũ,famẽ. Luc.li.iij. Solicite euolitant morbis algoq; fameq;. Plau.in Rud. Vel ſuda vel peri algu,vel etiam ęgrota.

✣ Algenſes Pelagię,ab alga dictæ.Cc.

¶ Algeo,es,alſi,vel axi,ſum,a gręco ἀλγέω ὅθεν τὸ ἄλγος ἄλγος,doleo,patior,vt ſit frigꝰ,dolor quidã membrorũ rigore ꝯtractus. Poniꝛ tñ algere pro frigidũ eſſe, Aug.li.xxj.de ci.dei. In ęſtibꝰ diei ſic alget,vt bibi nõ poſſit. ✣ Algidenſe Raphani genus,a loco,longum & tranſlucidum.Cc.

¶ Algidus pe.cor.mons ab vrbe.xij.paſſuũ millibꝰ diſtans,ab aſſiduo frigore ſic dictus. Hora. Quęq; Aduentinũ tenet algidũq;. Et ab hoc quoq; ſylua Algida dicta eſt huic mõti ſubiacẽs. In Cuius ĩgreſſu Regillꝰ lacꝰ eſt.

¶ Algedon latine cruciatus dicitur.

ꝫ Alguaſen hęrba ſimilis lilio,& dꝛ lilialis, cõfert morſurę canis rabidi ꝓpter quod, gręce Alguaſen dicitur.

¶ Alius,a,ud,genitiuo alius pe.pro.vel alij æ,ij,datiuo alio,æ,o. Cic. Si res totę alię rei neceſſe eſt ſimiliter ſit. Et idẽ eſt qđ diuerſꝰ,vt alia eſt facies eiꝰ a facie mea. Accedit qñq; ad vim cõparationis. Quin. At quãto alius fuit ille infœliciſſimus iuuenis affectus? Quomodo autem differat ab alter vide in dictione Alter.

¶ Alias res agis.i.non intẽdis ad id quod diciꝛ,vt nulla ſit in eis attentio,aut nugatorias res agis.

¶ Alias aduerbiũ,ſignificat alio in loco,vel aliter, vel alio tꝑe,vel aliqñ. Plini.lib.xxxiiij. Alias fragile & eroſum,rotarũq; vſibus & clauis maxime fulgendũ. Gell. Neq; id tamen ſemper eſſe fieri dixiſſet,ſed alias ocyus fieri alias ſerius,id eſt,aliquando.

¶ Alibi alio loco. Aliubi pro alicubi. Nam dicimus ſolẽ totum aliubi,aliubi dimidium hominibus adimi.

✣ Alicubi,in aliquo loco.

✣ Alicunde,ex aliquo loco. Vide aliquo.Cc.

¶ Alienus,a,um,qñq; alienatus dicitur. Sal. Poſtq̃ alienum ſe videt. Quandoq; diuerſus,diſſimilis,diſpar,diſſonus. Idem Neq; ſolũ illis aliena mens erat. Quãdoq; non conſcius,vt apud eundem. Ille eos in domũ Decij Bruti perducit,quæ foro propinqua erat,neq; aliena cõſilij,propter Semproniam.

¶ Alieno,as,alienũ vel aduerſariũ facio,ſeu a propoſito remoueo repulſando. Plaut. Me alienabis nunq̃ quin veſter ſim.i.a ꝓpoſito remouebis. Saluſt. Neq; falſa ſuſpitiõe alienatum eſſe ſentiebam.i.repulſum. Terẽ. Ita nos alienauit.i.aduerſarios fecit. Paul. Iurecõ. Alienationis verbo vſucaptionẽ cõtineri putat. Vix eſt eñ vt nõ videaꝛ alienare qđ patiꝛ vſucapi. Eũ quoq; alienare dicimꝰ,qui nõ vtẽdo amiſit ſeruitutes. Huius verbi cõpoſitũ eſt abalieno,quod eſt abinuicem ſeparo. Ci.in arte veteri,Si auditoris ſtudium defatigatio ab alienabit.

¶ Alienigenus,a,um,pe.cor.nomẽ cõpoſitũ a genere & ſignificat qđ eſt externũ,vel alieni generis, vel inter alienos genitũ. Vale.li.j. Adijci noſtri duo eiuſdẽ generis alienigena exempla non abſurde poſſunt. & libro,ij. dandum eſt aliquid loci,etiam alienigenis exemplis.

¶ Alienigena,com.ge.vel ſecundum Probum omnis generis ſumitur in eodem ſignificato cum alienigenus. ꝫ Gel.lib.ij.c.xxiiij. Neq; vitio alienigena, ſed patrio vſu roſo. Sic eius cõpoſita a gigno,vt agmẽ Troiugena.

¶ Aliger alatus,vnde Cupidinem alatum, & aligerum poetæ vocant.Cc.

¶ Aliter aduerbiũ,fit ab alis huius alis pro alius, ſicut declinabant antiqui,& ſignificat contrario modo. Ver. Dijs aliter viſum. Teren.in prol. And. Verũ aliter euenire multo intelligit,id eſt,contra.

¶ Aliunde,ex alio loco.

¶ Alioquin & alioqui vtroq; mõ diciꝛ,& habet pe.pro. ſignificatq; aliter ſeu alio mõ,vel ꝙ ſi nõ,vel p̃ter hoc, vel etiã Pli. Hos tibi dedicaui libellos. Nã nec ingenij ſunt capaces,quod alioquin nobis perq̃ mediocre erat.

¶ Aliorſum,verſus alium locum,in aliam partẽ. Terentius in Eu. Vereor ne illud grauiꝰ tulerit,neue aliorſum atq; ego feci acceperit.

¶ Aliquis,quaſi alius quis,& habet vim pluralẽ,quãuis ſingulariter dicaꝛ. Nõ eñ eſt aliquis niſi de multis. Vnde & apud veteres vario genere,numeroq; proferebaꝛ. Teren. Aperite aliquis actutum oſtium. Idem eſt dicendum de quiſquam,quiſpiam,& vllus.

¶ Aliquo,ad aliquẽ locũ. Aliqua,ꝑ aliquẽ locũ. Aliunde,ex aliquo loco. Aliquorſum,verſus aliquem locum.

¶ Aliquotiens,ſeu vt quibuſdam videtur Aliquoties, ſine n,ſignificat aliquot vicibus,ſiue aliquando.



¶ Aliquot tantũ pluraliter declinatur, & ſecũdũ Don. ſignificat idem quod nec multi,nec pauci.

¶ Aliquantus,a,um,ponitur pro aliquot. Ambro. Factum eſt autem, vt per aliquantos annos ad conſtãtiam hoc factum ab ijs qui viderãt,narraretur. Hiero.ad Pãma. Cum aliquanti ex vrbe venientes in eadem lectitarent,quę ſero me excepiſſe referebant.

¶ Aliquantulus diminutiuũ,quantitatẽ ſignificat. Auguſt.lib.j.dei. Illi autẽ infirmiores,qui terrenis his bonis quãuis ea pręponerent Chriſto, aliquantula tamen cupiditate cohærebant.

¶ Aliquantum modo nomen eſt, vt aliquantum ocij, quaſi aliqua quantitas, modo aduerbium, vt tu es aliquantum ocioſus.

¶ Aliquãtiſper aduerbiũ,ſignificat aliquanto tẽpore.

¶ Aliquando ſecũdũ Priſ.cũ accẽtu in antepenultima, ſed temporibꝰ noſtris nõ ſeruaꝛ etiã a doctiſſimis viris neq; in Verg. vel Ouid. aut Luca. vel alijs poetis antiquis ĩueniꝛ in vſu illã corripi poſitura,habet autẽ tria tẽpora,pręſens,pręteritum, & futurum, & ſignificat aliquo tempore,ſicut & quandoq;. Ponitur & pro tandem Cice. Valerio,Aliquando nos reuiſas.

¶ Aliquatenus pe.cor.ſignificat vſq; ad aliquam partẽ ſiue ex aliqua parte aut aliqua ratione. Quinti. Verum hoc aliquatenus tẽpoꝝ mutatio eſt conditione. Augu. lib.xiij.dei. Corpus ideo eſt mortale,quoniã a vita quã habet deſeri poteſt,nec per ſeipſum aliquatenus viuit.

¶ Aliquid ſubſtãtiuũ eſt,vt aliquid vtile. Aliquod adiectiuum,vt aliquod templum.

¶ Alica pe.cor.potio dicta,ꝙ corpus alat. Hæc fit ex zea.q̃ a nr̃is ſpelta dꝛ. Tũdiꝛ granũ eius in pila lignea, vel lapidis duritia cõteriꝛ.excuſſis inde tunicis condiꝛ medulla. Hinc alicarij,qui eam conficiunt venduntve.

¶ Alicariæ meretrices in Campania appellatæ, ꝙ ſolitæ eſſent circa piſtrina alicariorum verſari.

¶ Alicaſtrum etiam videtur dici ea forma ab alica deriuari,ſicut ſiliquaſtrum a ſiliqua.

¶ Alipedes penultima cor. equi veloces,quaſi alas in pedibus habentes.

¶ Aliptes vnctor. Et is erat cuius curæ tradebantur,hi qui in ſacris certaminibus pugnarẽt. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν.i.vnguẽdo. ἀλείφω vngo, ἄλειφα vnctio, ſiue pingue dꝛ,tamen græce diciꝛ. ἄλειφαρ ἄλειφατος, καὶ ἄλειμμα vnguentũ. Marti. Nec capit immeritas ſordidꝰ vnctor opes. Dꝛ etiã aliptes,qui vulnera curat. At medicꝰ q male valentibus & in lecto iacentibus medetur,Clinicꝰ appellatur. Item aliptes fuit fons apud Epheſum.

¶ Aliuta veteres pro aliter ſcripſiſſe manifeſtũ eſt, ex gręco transferẽtes. Hinc eſt illud in legibus Numę Põpilij. Si quis aliuta faxit,ipſus loqui Ioui ſacer eſto.

¶ Allia ge.fœ.nomen fluuij,qui a Cruſtuminijs montibus prę alio defluens alueo,Tyberino amni miſceꝛ.xl. ab vrbe lapide,vbi magna ſtrage Romani a Gallis ꝓfligati ſunt. Hic Allienſis dies dictꝰ eſt tãq̃ infauſtus Romanis. Huiꝰ noĩs prima ſemꝑ ꝓduciꝛ ſyl. Maior & horrificis ſeſe extulit Allia ripis. Ouidi. Hęc erat in Faſtis cui dat grauis Allia nomẽ. Luc. Et damnata diu Romanis Allia Faſtis. Sic Verg.li.vij. Quoſq; ſecãs, infauſtũ interluit Allia nomẽ,vbi Ser. dicit aliud.I.eſſe ĩterpoſitum. Nam ꝙ Luca.li.vij.dicat. Nõ iſtas habuit pugnę Pharſalia p̃tes,Quas alię clades nõ de flumĩe Allia intelligẽdũ eſt,quũ ibi oñdat oẽs clades, quas romani ſuperioribꝰ tꝑibꝰ paſſi ſũt nõ eſſe cũ Pharſalica clade cõparãdas,q̃ alias ſupauit. alię igꝛ quũ ibi prima correpta ſit,eſt ab alius,a,ud. ¶ Alliũ genꝰ oleris qđ comediꝛ, qđ nomẽ qdã ab olẽdo,quidam ab halãdo deriuãt. De hoc infra,quũ ab halãdo aſpirari debeat. Similiter & haleatũ gręce dꝛ σκοροδόρον & σκοροδορίδιον purgamenta Allij. Eſt & hoc nomine vrbs inter Pyrgum & Oſtiam.

¶ Alliatum ab allio,pulmentarij & intinctus genus eſt Plautus,Sine alliato fungi fortunas meas.

✣ Aſcen. Ego ſic intelligo. ſine,ideſt permitte,mihi alliato,ideſt allio nutrito aut illito.&c.

¶ Alo,is,lui, itũ, Vñ alitus vel altus ſignificat nutrio alimentis ſuſtẽto. Sal.in Iugur. Et omnẽ ętatẽ Arpini altus. In rebꝰ tñ incorporeis alere frequẽtiꝰ ꝓ creſcere poniꝛ. Quint. Sed alere facundia vires augere eloquentię. Verg. Hos ſucceſſus alit.i.augeſcere facit. Et licet altũ vel alitũ ſupinũ faciat,tñ vt docet Diomed. melius dꝛ alitus,q̃ altus,vitandę ambiguitatis gratia.

✣ A longe, procul.

¶ Alliguris eiuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici.

¶ Alimẽtũ,quod datur ad vitæ ſuſtentationẽ. Scribũt Iurecõſulti,alimenta legatis cibaria & veſtitus & habitatio debebitur,quia ſine his ali corpus non poteſt.

¶ Alimentarius,a,ũ,quod ad alimẽtũ pertinet, vt lex alimentaria,quæ prouidebat vt filij alerent parentes.

✣ Alimodi veteres dixere,ſicut alirei,pro aliter.

¶ Alimonia,pe.cor.idem quod alimentum.

ꝫ Almus,a,um,diciur omne quod nos alit,ab alẽdo.& proprie Tellus alma eſt,ab eo quod nos alat. Abuſiue etiã alijs nominibus datur epitheton. Vnde & Cæres alma a Ver. dicitur cuius frugibus homines aluntur. Almus dies pro tranquillo dicitur. Verg. Pręterea ſi nona diem mortalibus almum Aurora extulerit. Lux alma a Do. illuſtris & clara dicitur. Alma apud Hebręos nomẽ ambiguum eſt,ſignificat enim(vt Hierony. inquit)& adoleſcentulam,at abſconditam.

✱ Ergo alma virgo,puella, iuuencula, adoleſcentula, vt Exo.ij.in Hebręo,perrexit alma.i. puella, & vocauit matrẽ pueri,& Eſa.vij. Ecce virgo cõcipiet & pariet & p̃s.lxviij. In medio iuuẽculaꝝ tympaniſtriaꝝ,& moueꝛ a vocabulo Alẽ.i.puer,iuuenis,adoleſcẽs. Alma abſcõdita,a verbo alã,vt Iob.xxviij. Abſcõdita ẽ ab oculis viuẽtiũ.& ſecreta dꝛ q̃ nũq̃ viroꝝ patuerit aſpectibꝰ ſed magna parentum diligentia cuſtodiaq; ſit ligata.

¶ Alma ſancta ſiue pulchra,vel alẽs,ab alendo dicta.

✣ Almities almarum rerum habitus.Cc.

✣ Allino,vide Lino.

¶ Altilis & in plurali altilia,p.cor.quicquid domi, vel in villis,vel in viuarijs ſaginatur,ſiue ſit auis,ſiue quadrupes,ſiue piſcis ab alẽdo,quaſi alititis. ꝫ vt altilis gallina quæ alita eſt. Macro. altilem ſanguinẽ dixit nõ qui alitur,ſed qui alit,quaſi alentem. ꝫ Et non ſolum ꝓ pingui,ſed etiam pro opulento ponitur. Plaut.in Ciſt. Prohibet diuitijs maximis,dote altili atq; opima.

¶ Alũnus dicitur filius,vel diſcipulus,qui ab aliquo velut a patre aliꝛ,ſiue victu ſiue moribꝰ,ſiue doctrina Ci. Dolobellę. Mihi vero glorioſũ te iuuenẽ cõſulẽ florere laudibꝰ,quaſi alũnũ diſciplinę meę. Idẽ in Verg. Italia autẽ alũnũ ſuũ ſeruitutis extremo ſummoq; ſupplicio fixũ videret. Ser. pro educato,& educatore ponit ab alẽdo deductũ. Aug.lib.vij.de ciui.dei. Iouẽ alũnũ cognominauerũt,ꝙ oĩa aleret. ꝫ Idẽ li.j.de vera reli. Velint nolintve ipſi quoq; hęretici & ſciſmatũ alũni. Sic Pli.li. iij.in actiua ſignificatione dixit de Italia. Terra omniũ terraꝝ alũna,eadem & parens numine deũ electa. Cu. lib.iij. Oro quęſoq; ne humanaꝝ reꝝ terminos adeũtẽ alũnũ cõmilitonẽq; veſtrũ ne dicã regẽ,deſeratis. Fallitur ergo ſuper hac alumni ſigificatione. Lau. Vall.

ꝫ Alumnatus educatus. alumnari enim alere & enutrire ſignificat. Apul.lib.viij.de aſi. Quos ad tutelę pręſidia curioſe fuerant alumnati.

¶ Aluus locus corporis ex quo ſordes defluũt,ab abluendo ꝙ in eũ cibi qbꝰ alimur e vẽtre effluãt eluãꝛ delabantur. Sal. Inſimulans ſibi aluũ purgari. Proprie aluus eſt venter fœminę ab alẽdo dicta. Vẽter eſt qui videtur Interdũ dꝛ vas cauatũ,vbi aliqd reponiꝛ. Et eſt tã maſ. q̃ fœ.ge,cuiꝰ diminutiuũ eſt aluulꝰ. Vide ẽt infra aluus.

¶ Aluini dicti ſunt Lienterici ſiue cæliaci a gręcis dicti,qui aluo langueſcunt. Pli.lib.xxj. Vinea Punica aluinis impoſita multum prodeſſe dicitur.

¶ Aloe aloes grecū eſt,& ſignificat herbā amariſſimi ſucci. Iuue. Plus aloes q̄ mellis habet. grece ἀλόη

☿ Herba reſiſtens vermibꝰ & putredini,ac viſui vtilis. Gignit̃ in India & in Arabia arbor odoris ſuauiſſimi.

¶ Aloeus nomen Gigantis,cuius filij dicuntur Martē vulneraſſe,a quo patronymicum Aloides.

☿ Alogia cū accētu in pe. dr̃ cū ita epulis indulgetur,vt a rationis tramite deuietur. Vñ animalia ratione carentia aloga dicūtur,quibus ſimiles ſunt ventri dediti,propter quod immoderatum conuiuium quo mens, in qua ratio dominatur,ingurgitatione veſcendi ac bibēdi quodammodo obruitur, alogia nūcupatur. Aug. ad Caſula. Attendite q̄admodum dominici diei nō paruo prādio reficiatur,ſed alogia delectatur.

☿ Aloia Pli. dicit eſſe animal mulę propemodū ſimile, carens flexura poplitū in interioribus cruribus. Ideo inter dormiendum non cubat ſed innititur arbori.

☿ Alogiani heretici fuerunt ſic vocati tanq̄ ſine verbo. Logos eñ grece verbū dr̃,quia domini verbū recipere noluerūt, Ioannis euangelium reſpuentes.

¶ Alopecia morbus in capite humano & barba ex vitio hūoꝝ,q fit cū ꝓfluuio capillorū, dicta a vulpe. quā greci vocāt ἀλώπηκα, ἀπὸ τοῦ ἀλῶναι, i. a capiēdo,qm̄ difficilis ſit captu, quū animal ſit aſtutiſſimū, ꝙ ea crebro id genus morbi patiat̃. Pli. L inqua herba eſt,q̄ circa fōtes naſcit̃,cuiꝰ radix cōbuſta & trita alopecias emēdat.

✣ Alopecus,qui alopecia laborat.

¶ Allabor pe. pro. iuxta fluo,ſiue iuxta nauigo. Claud. Siculis allabitur horis. Hinc Allapſus,us, Aug. li. x. cō. Vbi per diē fuero,multitudo alapſu blāditur mihi. Hic & allapſus,a,um,participium.

¶ Allegoria cum accentu in pe. dicitur alieniloquium, vel potius inuerſio,vt aliud verbis,aliud ſenſu oſtēdat. Verg. Claudite iam riuos pueri,ſat prata biberunt,hoc eſt deſinite iam plura canere,quia ſatis audiuimus. Eiꝰ ſpēs ſūt. vii. Ironia,antiphraſis,enigma, charientiſmos parœmia,ſarcaſmos,aſteiſmos. Sed ita dr̃ qm̄ ἄλλα ἀλλ' ἄλλο ἀγορεύω γένομαι, i. aliud dicimꝰ,& aliud intelligimus.

¶ Allego,is,p. cor. aſcribo,annuo eo quaſi iuxta lego. Vnde apud Iul. Capitolinū ſcribitur. M. Antoniū philoſophū multos ex amicis in ſenatu allegiſſe cū ędilitijs ac prętorijs dignitatibus. Liui. lib. x. Ceteꝝ quia de plębe allegebantur,eadem ægre paſſi patres. Hinc allecti dicebantur,qui propter inopiā ex equeſtri ordine in ſenatoriū numerum aſſumpti fuerant. Nam patres dicebantur,qui erant Patricij gñis. Conſcripti qui ſenatui ſunt ſcriptis annotati. Allectus vero ab allicio idem eſt quod attractus.

¶ Allego,as,pe. pro. ad hoc mitto. Vel ad aliquē locū mitto,ſeu ſimpliciter mitto. Plaut. in Caſſi. Quin eo ipſa me allegauit,qui iſtam accerſerē. Et allegare eſt adducere. Pli. Tū multa allegauit,q̄ ad rē ꝓpoſitā pertinere minime videbantur. Item deputare,conſtituere,cōmittere. Plautꝰ. in Caſſi. Filius autem armigerum allegauit ſuum,qui ſibi eam vxorem poſcat.

¶ Alleluia, duæ dictiones ſunt,quibꝰ ſignificat̃ laudate dñm. Allelu eñ (vt Aug. ait) imperatiui modi eſt,& ſignificat laudate. ia vero vniuerſalem vel vniuerſaliter ſcilicet dñm. ✱ ia potius & verius dñm ſignificat. Hie. ia apud Hebręos vnū eſt de decem nominibꝰ vt in illo pſal. vbi legimꝰ. Laudate dñm qm̄ bonus eſt: Pſalmo. Hebręo eſt alleluia,& ſunt duæ partes Hebraicæ.

¶ Allicio,is,pe. cor. allexi, ctū. ex ad & latio ſignificat atraho. Inuenitur & alliceo allices allicui in eadē ſignificatiōe. Piſo. lib. hiſto. i. Aulus vnius premio multoꝝ allicuit animos. Sępius tñ in tertia cōiugatiōe,q̄ in ſecūda vtimur. Infinitiuo autē difficulter dignoſcitur cuius magis ſit cōiugatiōis,quale eſt illud Cic. lib. i. Tuſ. Fieri autē poteſt,vt recte quis ſentiat,& id quod ſentit,polite eloqui nō poſſit. ſed mādare queq̄ literis ſuas cogitatiōes,q eas nec diſponere,nec accurate illuſtrare poſſit, nec delectatione aliqua allicere lectorem,hominis eſt abutentis intemperanter & ocio & literis.

¶ Allecto,as,frequentatiuum ab allicio ſignificat per blanditias attraho. Colu. lib. ij. Ad aquam duci oportet ſibiloq; allectari,quo libentius bibant.

¶ Allicefacio,is,eiuſdē ſignficatiōis eſt,a quo allicefio Suet. in Vitel. Pronꝰ vero ad cuiuſq; & quacūq; de cauſa necē atq; ſuppliciū. Nobiles viros cōdiſcipulos & ęquales ſuos oībus blāditijs tm̄ nō ad ſocietatē imperij allicefactos,vario genere fraudis occidit.

¶ Alleuo,as,pe. cor. in altū tollo,vel de imo,& vbi qd iacet,atq; proiectū eſt ſurſum leuo. Quint. Vidi multos quoꝝ ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarent̃. Inde per trāſlationē ad qualitatē fortunę,vt idē. Nō petit vt afflictū alleuetis,niſi & ꝓbauerit ſe infœliciorem. Eiuſdē ſignificationis eſt ſubleuo. Suet. Dumq; ſurgit inter manus ſubleuantium extinctus eſt.

¶ Alleuio,as,pondus aufero diminuove.

¶ Allex & allux dicitur pollex ſcandens proximū digitū. ꝙ velut inſiliſſe in aliū videt̃. Nā grece ἅλλομαι. i. ſalio. ¶ Alleotheta latine dici poteſt aliter poſita,ἀλλοίως enim aliter θετὰ poſita. A Priſciano dicitur variatio. Nā alloeos diuerſus ac varius dicitur ἀλλοιόω permuto,ἀλλοίωσις,permutatio,Confundit autē numerum,vt,Pars in fruſtra ſecant. Caſus vt tu mihi quodcunq; hoc regni,ꝓ hoc regnum. Genus. Verg. Dulce ſatis humor depulſis arbutus hædis,Lenta ſalix fœto pecori,mihi ſolꝰ Amithas. Ad dulce enim,quod eſt neutrum,tam maſculina q̄ fœminina reddidit.

¶ Allido,is,pe. pro. impingo,quod eſt interficiēdi cauſa cōtra aliquid iacio. Lactā. lib. iiij. Et in cōſpectu ſuo vexari acerbiſſime coniuges ſuas cernerent, violari ac proſtitui virgines,diripi pueros,allidi paruulos.

¶ Alligo,as,pe. cor. proprie ad aliquid ligo. Col. li. iij. Arbuſtinā vitē anteq̄ putes alligare diligenter oportet Inde alligator & alligatura. Idē,infra inciſionē & alligaturā falce acuta leniter vitē vulnerato. Per trāſlationē dr̃ alligari,obſtringi,obnoxium fieri. Terent. in Eunu. Hic furti ſe alligat. Similiter quis dr̃ alligari ad aliquid, ſine quo eſſe non poſſit. Vnde dicimus adoleſcētē alligari ad amicā,qui vix ab ea diſcedit. ✣ Alligurio & Allino eiuſdem cum ſimplice ſignificationis. Cc.

¶ Allobroges,pe. cor. populi Gallię trāſalpinę,q narbonē ſibꝰ aſcribūtur,quoꝝ metropolis eſt Viēna. Hos quidam volunt eſſe,qui deprauato vocabulo a Sabatijs montibus Sabaudienſes,pro Sabatenſes appellantur. Alloquor,alloquiū,allocutio,vide in dictione loquor.

¶ Allophylꝰ,a,um,pe. cor. dici pōt alienigena,alteriꝰ tribus,Nā cōponit̃ ex ἄλλο qđ eſt aliud,& φυλον quod eſt genus,gens,natio. Amb. lib. offic. Aduerſarios ſuos Hebręi allophylos. i. alienigenas latino appellabāt vocabulo. Hoc noīe dicti ſunt Paleſtini,q & Philiſtęi ꝺ dicunt̃ & Allophili peregrini. Vñ in ſacris literis nō eſſe vexādos allophilos,nā & vos peregrini fuiſtis ī alieno ſolo. Hiero. Allophylos,i. alienigenas īterꝑtati ſūt, nō gñali noīe omniū gētiū q̄ nō ſunt de gñe Iudęoꝝ, ſed ſpeciali gētis ſuę q̄ nunc dr̃ Paleſtina mutata phe litera iuxta Græcorū cōſuetudinē in pill: ſicut & apud nos ꝓ Hebraico phaſca,græcum & latinum paſca celebratur.

¶ Allodium hęreditas,proprietas dicitur.

¶ Allubeſco,is,ſiue adlubeſco lubens facio,obędio,faueo,conſentio. Vnde allubeſcentia,obedientia.

¶ Allucinor. pe. cor. vana ſomnio. Allucinatio, lucis alienatio,vel aberratio,quod & ad oculos mētis trāſfert̃ quum minus recte intelligit̃,obducta quadā caligine in animo. Fit autē a gręco ἀλύω, quod tarditatē ſignificat & animi ſtuporem.

¶ Alludo pe. ꝓ. blādior,cōgratulor,. Lactātiꝰ. lib. iii. Aut homini alludūt aīalia: metaphorice alludere eſt ea dicere,q̄ ad aliū ſenſum latēter referuntur. Vergil. Nec plura alludēs,ea vox audita laborū. Prima tulit finem,



Alludere vere ad hiſtoriam dicitur,hoc eſt ad rei fidem verba componere. Et alludere ſumit̃ pro eo quod vernacula lingua dicimus vendezare. Tibullus, Ima videbatur talis alludere palla.

¶ Alludio,is, & alludior deponēs ex ad & ludius, qui pro ioculatore capitur.

¶ Alluo,is,iuxta luo,iuxta fluo,ſeu deorſum aliquid lauo. Curtius, Montē leniter alluit pręteriēs amnis. Hinc fit alluuio,onis,alluuies & alluuiū ꝓ immoderata aquarū violentia,vel pluuialiū,vel fluuialiū ſimiliūq; quę nō tm̄ agros cōfundit,ſed qñq; eripit,& nōnunq̄ funditus deſtruit. Sed cū pars alicuius agri impetu fluminis aggregatur in alium agrū tunc cedit in poſſeſſionē eius cuius eſt ager. Vñ Luca. Illos terra fugit dominos. his rura colonis Accedunt donāte Pado. Circumluuio autem eſt,quū ꝑtē alicuiꝰ agri rapidꝰ amnis in alueū ſuū impulerit,& in modū inſulæ circūluit̃, ſi iure vicinioris erit. Valla, Alluuies ſordida aqua, q̄ alluit, vbi lutū cū aqua nō multa. Liui. lib. j. In ꝓxima alluuie,vbi nūc ficꝰ Ruminalis eſt,quā romularē vocatā ferūt,pueros exponūt Proluuies ꝓprie ſordis ꝓfuſio. Verg. lib. iij. Fœdiſſima ventris ꝓluuies. Illuuies eſt etiam immūditia in homine aut veſte,aut re quauis alia inſita,ſeu iniecta. Terē. in Heau. Pannis obſita,neglecta immūda illuuie. Ver. lib. iij. Dira illuuies, immiſſaq; barba. Eluuies proprie dr̃,quod expurgat̃ pręſertim aquarū fluxu, q̄uis & alterius humoris dici poſſit. Pl. Quod in tutis notat̃ opidis q̄ minus quatiūtur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Lact. li. vij. eluuiē poſuit, ꝓ aquarū inundatione quum ait, Eluuie aquarū euertentur ciuitates. ☿ Eluuio ꝑ trāſlationē a Cicerone ponit̃ in oratione ꝓ domo ſua, Iccirco tu ad labē atq; eluuionē ciuitatis ſine ſumma vi peruenire potuiſti. Colluuies ſordes cœni, aut cuiuſuis rei coactæ. Colu. lib. j. Tū etiā nātiū ſerpentiūq; peſtes hyberna deſtitutas vligine, cœno & fermentata colluuie venenatas emittit. Colluuio idē eſt quod Colluuies. Sed per tranſlationem,q̄ proprie dixit Cic. O præclarū illū diem,quum in illlud diuinum animorum conſilium cœtūq; ꝓfiſciſcar,cumq; ex hac turba & colluuione diſcedam. Proprie dixit Hierony. ad Helio. Neget & ſacrilegium eſſe,qui in libidinem ſe dedit,qui membra Chriſti & hoſtiam viuam placentē deo cum publicarum libidinum victimis,nefaria colluuione violauit. Diluuium quod varie diluit. Et hęc nomina a Luo deſcendunt,& iuxta prępoſitiones eorum ſumuntur cū fluxu aquæ vel humoris alterius,aut commixto cœno aut alijs ſordibꝰ.

✱ Alnus genus arboris fluuialis,ex qua primum factæ ſunt lintres,dicta ꝙ anne alatur. Naſcitur enim iuxta fluuios,quę apta nauigijs,ꝙ aquis obruta,vt inquit Vitru. Diu nō corrūpitur. Luca. Et fluctibus aptior alnus. Vnde & pro naue quandoq; poni ſolet. Verg. Tunc alnos primū fluuij ſenſere cauatas. Claud. Qui dubijs auſus cōmittere fluctibꝰ alnū. Scribit Ariſto. In ſola Creta ſteriles nō eſſe. In alnos ſorores Phaetōtis mutatas ait Vergi. Si Vtriq; in populos.

✣ Alonge aduerbium ſignificat procul.

¶ Aloſę piſces ſunt Clupearum generis Tyberi iuxta Romā laudatiſſimi,qui alio nomine apud Ariſtotelē & Strabonem Chryſſæ dicuntur.

☿ Almopia Macedoniæ pars,a quo Almopij populi.

¶ Alpes a candore niuium dictę ſunt,qa ꝑpetuis fere niuibꝰ albeſcūt,nā ἀλφὸς latine macula ſiue impetigo transfert̃. Vñ Strabo lib. iiij. ſcribit Alpes alio nomine Albiū vocari,gallica vero lingua Alpes,vt īqt Ser. alti mōtes ſūt. Sūt autē mōtes altiſſi, q Galliā trāſalpinā a ciſalpina diuidebant. Nunc vero ꝓmotis finibus termini ſunt Italiæ,qui gallica lingua excelſos mōtes ſignificant. In longitudinem. c. mile paſſuū patent,a Supero mari ad inferum, vt celſus tradit. Liu. vero tria milia ſtadiorum. Hos primꝰ Annibal fecit peruios. Incipiūt,vt inquit Strabo,a Sabatijs. A pēninꝰ a Genua. Inter Genuam vero & Sabatiam ducenta & ſexaginta ſtadia interſunt. Ab Alpes fit Alpinus,a,um,pe. pro. Pli. Gentes alpinę,& venti alpini,qui ab Alpibus flant. Vnde & Ciſalpinus,& tranſalpinus,a,um,compoſita.

☿ Alpina arbor eſt Laburnum nec vulgo nota candida materię cuius florē cubitalē apes non attingunt.

¶ Alphos latine impetigo ſiue vitiligo dr̃,q̄ ſuperficiē corporis immutat,& modo nigra modo cādida eſt.

☿ Eſt autē maxīe vbi color albꝰ eſt fere ſubaſp,& nō cōtinuus,vt q̄dā quaſi maculę diſperſę eſſe videantur.

¶ Alphabetum nomen compoſitū ex alpha & beta, q̄ ſunt primæ literæ grægę.

¶ Alpheſibœꝰ nomē paſtoris,ab alpho inuenio,quaſi inueniens boues.

¶ Alpheus nomen viri & nomen fluminis Helidis Arcadię ſub mare in Arethuſam Sicilię deſinentis.

☿ Strabo in ſexto ait Alpheū ſumere originem in pelopōneſo. & ꝑ mare ſubter terrā in Arethuſam fontē terminari. Eſt etiam cognomen Petri monachi viri tā grecis q̄ latinis literis in primis eruditiſſimi. Finxerūt poetę Arethuſam fuiſſe venatricem,& amatam ab Alpheo. & fugiſſe volunt ſtuprum per ſubterraneos cuniculos in Ortygiam,& Alpheum fuiſſe inſecutum. Alpheus fluuius ab alphis,ideſt vtiliginibꝰ maculis dictus eſt,quia eius aqua maculas tollit. Pauſanias autem quaſi in principio libri quīti de Græcia illuſtrata ita ſcribit, τὸ ὕδωρ εἶναι τοῦ ἀλφειοῦ πλῆθος τε πολὺ καὶ ἥδιστον. Et ſubdit περὶ δὲ τοῦ ... πολλὰ λέγεται ὅτι ἀνὴρ εἴη θηρατὴς ... εἶναι δὲ αὐτὸν ἀρεθούσης,id eſt aqua eſt alphei copioſa videnti,& ſuauiſſima. Et ſubdit, De quo multa feruntur, ꝙ vir eſſet venator,& Arethuſam adamauit: Et multa alia ſcribens declarat hanc fictionem.

✣ Alphus vide in albus.

¶ Alſioſi dicuntur qui ſunt naturę frigidæ,quiq; a frigore lęduntur. Plinius, Abrotonium & adoniū alſioſa eſſe memorantur. Varro, Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus ſi ſpectat quod eſt alſioſum. Idem, Quod eſt alſioſum id vt pleraq;,lapide aut teſta ſuſterni oportet caprile quo minus ſit vliginoſum.

¶ Alter alterius,vel alteri,rę,ri. Terē. in Heaut. Hoc ipſum alteræ dū narrat forte audiui. Et ad vnū de duobus dr̃,vt Annibal in tranſitu alpiū amiſit alterū oculū. Siue ad vnā duaꝝ partiū. Cice. Duplices ſimilitudines eſſe debent,vnæ reꝝ,alteræ verborū. Sueto. Nec ceſſauit ex eo alterū alter criminari. Verg. Aurea mala decē miſi,cras altera mittā. Alius de pluribus, vt alij virtutē præponunt,alij voluptatē,alij indolentiā. Interdū tñ alius de duobus dr̃,vbi diuerſa cōcedūtur, vt alia eſt facies mea,alia tua, Alter ad vnum de duobus refert̃. Itē, alter ponitur pro ſecundo de duobus pluribusve, vt altero menſe repudiaui vxorē. Et hic eſt alter annus belli Punici,i. ſecūdus a belli punici origine. Aliqñ ꝓ ipſis duobus,vt vnus aut alter. i. vnus aut duo. Et alter non eſt ſecūdus,ſed tertius,ſicut docet Donatus. Teren. in Andria, Sed poſtq̄ acceſſit amans prętiū pollicēs vnꝰ & item alter: Nam tres ſimul aderāt. Et Vergil. Alter ab vndecimo. Aliquando ponitur pro alio. Plinius. Tabulas plures pinxit,e quibus vnam in foro,alterā in comitijs,duas in Pōpeij porticibus videmus. Aliquādo pro aduerſo,& non bono,vt in augurijs,altera quum appelletur auis,quæ vtiq; proſpera non eſt.

✣ Altercum ſiue altercagenum apud Arabas herba eſt quæ a Græcis ὑὸς κύαμος,id eſt faba porcina (vt vult Apollinaris) appellatur.

¶ Altero,ras,pe. cor. vario & quaſi alterū facio. Ouid. in Faſt. Ille ſuā faciē trāſformat,& alterat alter. Sūt qui dicant hoc verbum in oratorum vſu non eſſe,& philoſophis ægre concedi extra quam pro eo quod eſt alterno vt Ouid. in Meta. Alterat vndas.

✣ Alteras veteres dicebant pro alias. Cc.

¶ Alter,eris,ſiue alteres,eris,p. ꝓ. & gene. maſc. ſigni-

ficat maſſam plũbeã,qua ad exercẽda corpora in gymnaſijs vtebanẽ. Mar. Quid pereũt ſtulto fortes altere lacerti, Exercet melius vinea foſſa viros. Dictus alter eſt ab ἅλλομαι quod eſt a ſalio. Nam circunducebant alteres dum ſaltando ſe exercerent: Solet tamen aſpirari.

✣ Altellus Romulus dictus eſt, quaſi in terra altus a lupa ſiue ꝙ telis aleref, ſiue ꝙ rebꝰ geſtis excelſus ac glorioſus eſſet, ſeu ꝙ a Tatio Sabinoꝝ rege in colloquium poſtulatus alternis vicibus audierit ac locutꝰ fuerit. Nã ſicut a Macro, macellus, a vafro, vafellus, ita ab alterno altellus fit ſecundum aliquorum opinionem.

¶ Alternis aduerbiũ ſignificat viciſſim, nunc vnũ nũc aliud. Verg. Alternis dicetis, amant alterna camœnæ.

¶ Alterno, as, viciſſim alteꝝ duoꝝ pono, quod vernacula lĩgua dicimꝰ, mo luno mo laltro ſcambaire. Gallice mettre lũg apѕ lautre. Col. li. vj. Dabimꝰ operã in ordinibꝰ diſponẽdis pari vernaculas & acinas alternemus. Hĩc alternatio ꝓ vicẽ ſucceſſio, & cõpoſitũ ſub alterno.

✣ Alterpex a veteribus ꝓ duplici poſitũ inueniẽ. Cc.

¶ Alternatim aduerbium ſignificat per vices.

¶ Alteruter quiuis e duobꝰ, ſiue alter ex duobꝰ. i. o luno o laltro. Gallice lung ou lautre. Cic. in Verg. Video neceſſe eſſe alterutrũ. Cęlꝰ Ci. Põpeiꝰ Cic. Põpeiꝰ dr̃ valde ꝓ Apio laborare, vt etiam putent alterutrũ de filijs ad te miſſurũ. Hiero. in geñ. aliter poſuit quum ait, Diuiſiq; ſunt alterutrũ a fratre ſuo. Aug. li. j. Aca. Etiã aliter quare dehinc pro alterutra parte ne a me quicq̃ expectetis. ideſt nec pro vna neq; pro alia parte.

✣ Altertam pro alterutram veteres poſuerunt. Cc.

¶ Altriſecꝰ pe. cor. aduerbiũ ab alter formatũ ſignificat aliũde. Lactã. li. de opifi. Aures duas, quaꝝ duplicatas incredibile eſt quãtã pulchritudinẽ prę ſe ferãt, ꝙ tum pars vtraq; ſimilitudie ornata eſt, tũ vt veniẽtes altriſecus voces facilꝰ colligãẽ. Itẽ ſignificat iuxta alterã ptẽ Plau. in Pſeud. Aſſiſte altrinſecꝰ atq; onera hũc maledictis. Idẽ in Rud. In enſiculo mei nomẽ pr̃is, poſt altrinſecꝰ eſt ſecuricula itẽ aurea literata. Hiero. ad Pamma. Vbi ꝓprietas ſinguloꝝ eſt, ibi altrinſecus diuerſitas.

☿ Quãdoq; in altiori parte. Apul. lib. iij. Tectũ ſcãdulare cõſcẽdit quod altrinſecꝰ ędiũ pte pflabili ad oẽis orietales peruiũ & lib. v. Altrinſecꝰ ędiũ horrea ſublimi fabrica perfecte magniq; congeſta gazis conſpicit.

¶ Altercor, caris, ſignificat mutuo iurgia iactare, criminari, & clamoſe inficiari, & quaſi aduerſã partẽ tueri. Dicitur & alterco. Teren. Scio cũ patre tuo dudũ altercaſti Hinc altercatio, quę (vt docet Quintilianus) cõſtat aut intẽtione, aut depulſione.

¶ Altinum pe. pro. vrbs olim in littore Venetię florẽtiſſima fuit, a qua Altinates populi dicti ſunt.

¶ Altus, a, um, poteſt eſſe participiũ ab alo, is, & nomẽ quo ſignificaẽ pars ſuperior, & quãdoq; inferior. Altitudo enim nomen eſt menſuræ, vñ dicimꝰ altũ cælũ, & altũ mare. Quinetiam altũ poniẽ pro cælo & mari. Verg. Hæc ait, & Maia genitum demittit ab alto. Idẽ. Vix e conſpectu Syculæ telluris in altum Vela dabant lęti. Et altum vocamus profundiorẽ maris partẽ, & a terris remotiorẽ. Sal. Et piſcatoria ſcapha in altum nauigat. Per trãſlationẽ quoq; ponitur pro excelſo ac glorioſo. Ver. Te ſine nil altũ mens inchoat. Et ꝓ veteri Idẽ, Altius omne expediã prima repetẽs ab origine factũ. Et pro magno, vt, Sic pater ille deum faciat, ſic altus Apollo. Et pro obſcuro ac recõdito, vt quid me alta ſilentia cogis rũpere? Et illud, Manet alta mẽte repoſtũ Iudicium Paridis. Hinc fiunt cõpoſita, altiſonus pe. cor. qui ex alto ſonat, altitonãs pe. cor. q ex alto tonat. Vñ deũ altitonantẽ dicimꝰ. Altiuolans pe cor. qui in altum volat.

✣ Ab altus fit alto verbũ quod ſignificat extollo, quod non eſt in vſu, ſed compoſitum eius Exalto.

✣ Altile pinguefactum, ab alendo dictum.

¶ Altanus pe. pro. ventus, qui in alto, id eſt pelago eſt

¶ Altimeter pe. cor. inſtrumentum quo metiuntur alta,

¶ Altare ab oltitudine dictũ eſt: Nã antiqui in ędificijs a terra eleuatis, ſacra faciebãt dijs ſuperis, in terra dijs terreſtribꝰ, in effoſſa dijs infernalibꝰ. Altare ſuperis tãtũ cõſecratũ erat. Ara tã ſuperis q̃ iferis, igr̃ cõe nomẽ.

¶ Althęa cũ diphthõgo, nam Gręce ἀλθαία dr̃ malua agreſtis, ſiue Maluauiſcꝰ, qa glutinoſa eſt dicta Althęa ex noie pluriũ iuuamentoꝝ, dr̃ a quibuſdã Ariſtalthea ab excellentia effectus. Naſcitur in locis humentibus, cuius radices decoctę & diligenter mixtę porcino adipi ad ſubleuãdum dolores vel tumores vulnerũ valde vtiles cõprobantur. Eſt & Althea propriũ Meleagri mr̃is nomẽ. Sunt qui ſine hi, & ſine diphthõgo. ſcribant altea ea q; cauſa ſic appellari dicãt ꝙ in altum creſcat.

¶ Alueus ſiue aluus (vt Var. teſtatur) eſt cauata cortex vel vimineũ vaſculũ manufactũ, in quo quod propter cõcauitatẽ reponiẽ. Hero. ad Demet, Habeto lanã ſemper in manibus, vel ſtaminis pollice fila deducito, vl̃ ad torquẽda ſubtegmina in alueolis fuſi vertãẽ, aliarũq; neta aut in globũ collige, aut texẽda compone. Apud Iul. Capitolinũ legimꝰ, Quũ ĩ Cęſariana familia paruuli in teſtudis alueis lauareẽ, nato Albino Ceionũ poſthumũ eius patrẽ munere teſtudinis a piſcatore cũ omine accepto illã ad excaldatiões pueriles dicaſſe. Vñ & locꝰ, vbi apes mellificãt, aluęꝰ ſiue aluꝰ dr̃ a mellis alimonia, vt Var, Exiſtimat. Pli. li. xj. alueos ex cornuſpectatos eſſe i. apũ aluearia. Dr̃ & aluęꝰ vẽter cuiuſlibet rei inanimatę. Vñ & ꝓ fluminis foſſa, ꝑ quã labiẽ flumẽ, qñq; ſumiẽ Verg. Aſſuetę ripis volucres & fluminis alueo. Aliquãdo pro naui, ſiue pro ipſius nauigij receptaculo, vt apđ Proper. Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina, portabat ſanctos alueus ille viros. Liui. lib. xxj. Alueos informes raptim faciebãt. id eſt, nauiculas. Declinatur & hoc alueum. Feſtus. Nauſtibulum alueum eſt ad nauis ſimilitudinem factum.

¶ Alueolus & alueolũ cũ accẽtu in antepenultima diminu. eſt pro vaſe cõcauo, vt eſt apud Danielẽ ꝓphetã. Abacuch intriuerat panes in auleolo, vt ferret meſſoribus. Item accipitur pro loco, in quo pullos pariunt columbi. Colu. lib. ix. Oua in alueorũ ligneũ cõferat. Item pro tabula luſoria quę alio noie dicitur latruncularia, & aleatoria, ab aleis & latrunculis. i. calculis, & triuialiter ſcachis, quibus hinc biſſeno puncto, illinc quadris diſcoloribus vtimur ad ludum. Iuue. Laterna Illud enim noſtris datur alueolis. &c.

¶ Aluearũ quod & alueare, & per apocopẽ aluear ſumitur pro loco vbi ſunt aluei. Quãdoq; etiã ꝓ alueorũ copia eodem in loco collocatorum mellificantium.

¶ Aluus ab aluendo dicta eſt, & proprie dr̃ qua ſordes effluunt ſiue eluuntur. Pli. lib. xx. Pepones qui vocanẽ refrigerant maxime in cibo, & emolliunt aluum. quãdoq; capitur ꝓ vẽtre qui apparet. Col. lib. viij. Niſi obeſã ingluuie atq; diſtentẽ in pabulis aluũ demerſerit & refrigerauerit. Item aluus vbi apes mellificant. Var. Si ex aluo minus frequentes exeunt.

☿ Alluuies & alluuio, quęre in dictione Alluo.

¶ Alumen pe. pro. ſalſugo terrę. Efficitur hyeme ex aqua & limo, & ęſtiuis ſolibus maturaẽ, dictũ a lumine ꝙ lumen coloribus tingendis pręſtet. Plin. Sale, aceto, alumine poſtea exharenatur.

¶ Aluta pe. pro. pellis a luteo colore dicta. Cæſar libro iij. Anchore pro finibus ferreis catenis reuinctę, pelles ꝓ velis alutęq; tenuiter cõfectę. Itẽ aluta dr̃ pellis mollior, & ad calceos & ad cætera opera facienda concinnata. Sumitur etiam quandoq; pro ſacco ſeu marſupio. Iuue. Appoſitam nigrę lunam ſubtexit alutæ.

¶ Alutarius coriarꝰ, hoc eſt pelliũ & coriorũ cõcinnator. Plaut. Hic alutarius cerdo. Proprie tamen allutarij tenuiorũ pelliũ dicuntur. Coriarij craſſiorũ. Et alutarꝰ piſcis vocatur a Plinio ob ſimilitudinem alutæ pellis.

¶ Alutamen alutamentumve a veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.



¶ Alyba regio non longe a Myſia, vbi argenti fodinę eſſe ab Homero traduntur.

✣ Aliſius Bacchus dicitur ἀπὸ τοῦ λύω, ideſt ſoluo. Cc.

A ANTE M.

¶ Am prępoſitio gręca, q̃ plerũq; cõpoſita inueniẽ, ſignificatq; circũ. Cato ſeparauit quũ dixit. Am terminũ. Verũ qñ cõponiẽ cũ dictione incipiẽte ab a, e, i, u, interponitur b, euphonię cauſa, vt ambages, ambigo, ambeſus, ambio, amburbiũ, ambarualis, ambuſtus. Si vero cũ c, h, f, q, mutatur, m, in, n, vt: anciſus, anhelo, anfractꝰ anquiro cum, p, remanet integra, vt amputo.

¶ Amalthęa pe. pro. nomen fuit nutricis Iouis; Nam ipſa cũ ſorore ſua Meliſſa Iouẽ puerum caprino lacte ac melle pauiſſe fertur. ☿ Fuit & nomen Sibylle.

¶ Amanuenſes a manu vocabulũ formatum, quo dicti ſunt ſerui, qui & a manu dicũẽ, quorũ, opera & manu in ſcribẽdo peinde ac ſcribarũ, vtimur. vide in littera A.

¶ Amando, as, alio mãdo, ſiue alio deputo, quũ quis alio mittitur, & a loco vbi eſt, remouetur. Cice. ꝓ Roſcio Amãdauerat hunc ſic, vt eſſet in agro, ac tantummodo aleretur ad villã vt cõmodis omnibus careret. Admando vero ſignificat ad aliquẽ vel aliquo aliquid cuipiam committo. Plau. in Penu. Reuertor rurſus denuo Cartaginem, ſi quid admãdare vultis, au curarier, argentum mihi qui dederit, nugas egerit.

¶ Amanthes populi ſunt in Aphrica, Trogloditis proximi, apud quos tũ ſalis, tũ carbũculorũ gẽmarũq; copia eſt, ☿ vt ex ſale domos ſibi extruere dicãẽ, autor Solinꝰ

¶ Amaracus pe. cor. Cynarę regis Cypri puer, qui caſu lapſus, dũ ferret vnguẽta, fregit alabaſtrũ: Deinde quũ nimio dolore cõtabuiſſet, verſus eſt, in ſanſucũ que ex eius nomine Amaracus cœpta eſt appellari. Verg. Vbi mollis Amaracus illũ Floribꝰ & dulci aſpirãs cõplectiẽ vmbra. Hęrba eſt quam vulgo Maioranam vocant.

¶ Amaracinũ pe. cor. ſiue ſanſucinũ oleũ, quod fit ex amaraco. Pli. lib. xxj. de ſanſuco loquens, Fit ex ea oleũ quod ſanſucinũ vocaẽ, ſiue amaracinũ ad excalefaciendos emoliendoſq; neruos. Lucre. Poſteſq; ſuperbos vngit Amaracino, & foribus miſer oſcula figit.

☿ Et iterũ Sicut Amaricini blandum ſcatęq; liquorem.

✣ Amaracinum ſiue ſanſuccinũ, quod ex amaraco ſiue ſanſucco, hęrba eſt notiſſima, quã vulgo Perſã vocant. Hinc factum eſt prouerbium, Nihil cum amaracino ſui quod illi ſimile eſt. Nihil cum fidibus Graculo.

¶ Amaranthus, flos eſt ab immortalitate nomẽ trahẽs Vnde immortales Amaranthi, nunq̃ eñ marceſſit. Fitq; ab α priuatiua particula, μαραίνομαι, ſiccor, tabeſio.

¶ Amaritudo & amaretudo & amator, ꝓ eodẽ accipiũẽ. Nã ſignificãt inſuauitatẽ & aſperitatẽ. Et ꝑ trãſlationẽ animi ſolicitudinẽ. Ver. in Georgi. Triſtia tẽtatũ ſenſu torquebit amaror, Sunt qui legant amaro.

☿ Amarigma latine ſplendor dr̃, amariſſo ſplendeo.

¶ Amarulentus, amaricatꝰ, afflictus ex maleuolentia. Gell. amarulẽtus librum maledicẽtiſſimum conſcripſit.

¶ Amarico, as, pe. cor. amarũ. i. aſperũ facio & quaſi ex acerbo. Aug. Ipſi amaricauerunt deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt.

¶ Amareſcere, id eſt amarum fieri. Pallad. Amigdalus ſi rodatur, amareſcit.

¶ Amaramis (vt refert Ioſephꝰ) fuit nomẽ pr̃is Moſis

¶ Amanus pe. prod. mons Ciliciæ, ſiue (vt quidam putant) Cappadocum, qui & taurus dicitur.

¶ Amath nomen filij Chanaã, qui (authore Ioſepho) Amatheos inſtituit, qui & amathi dicuntur.

¶ Amaſenus pe. pro. fluuius Volſcorum. Eſt & alius in Sicilia eodẽ nomine, de quo Ouid. xv. Metamorphoſ. Nec non ſicanias voluens Amaſenus arenas.

¶ Amaſias nomen proprium Iudęorum regis, quo ſignificatur populum tollens.

¶ Amaſis pe. prod. nomen propriũ regis Aegypti, cuius tumulus fuit vna pyramydum, dicente Luca lib. vj. Nõ mihi Pyramidũ tumulis euulſus Amaſis. Hic legẽ condidit vt quiſq; quotannis apud pręſidem rationem vitæ redderet, demonſtraretq; vnde viueret, aut quo q̃ſtu ſuſtẽtaretur: qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legẽ Solõ ab Aegyptijs trãſtulit ad Atheniẽſes.

¶ Amauroſes latine dicũtur oculorum obſcuritates, cũ ſine vllo euidenti vitio lumen eripitur, ſicut hebetudo.

☿ Amaxa plauſtrum in cœlo, ideſt Septentriones quia ſimile plauſtri videtur. Septentriones vero. vide in dictione Septentriones.

¶ Amaxei ſiue amaxariei aurigæ moderatoreſq; vehiculoꝝ. Nam græci ἅμαξαν currum appellant. Et qđ nos Septẽtriones in cælo vocamus, illi Amaxam vocant, quia ſimile plauſtri hoc ſydus vocatur. Scribit Iul. Capitolinus ꝙ Maximinus Amaxas manibus attraheret, thedam onuſtam ſolus moueret.

✣ Amaxitꝰ locꝰ eſt ĩ Troade, poſtea Crebenia dictus.

¶ Amaxobij populi inter Sarmatas, q & ipſĩ nomẽ acceperũt a plauſtris, q̃ habẽt ꝓ ſedibꝰ, & in qbꝰ vitã degũt Amaxã eñ Græci plauſtrum, & βίον vitam dicunt.

¶ Amaxonitæ, Sarmatæ dicuntur ab vſu plauſtrorum, interdum nimia hyemis tempeſtate demerſis in humũ ſedibus ſpecus habitantes totum bracchati corpus, & niſi qua vident, ora veſtiti. Cc.

¶ Amathus pen. cor. vntis. Cypri ciuitas eſt, vt ſentit Pli. Veneri ſacra. Ver. lib. x. Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos atq; Cythera. Oui. Piſcoſãq; Gnidõ grauidãq; Amathũta metallis. Iñ fit Amathũtęꝰ, a, um, pe. ꝓ. Idẽ li. x. Luctãtes vitulos Amathũtęaſq; bidẽtes. Similiter Amathũtiꝰ, a, ũ, Ver. in Ciri, Nã te iactari non eſt Amatęũtia nr̃i. ✣ Amathuſa, Cyprꝰ ipſa dicta eſt. Cc.

✣ Ammathyea nympha eſt, quaſi per arenã currẽs ἄμμα harena, θέω curro.

¶ Amazones pe. cor. Scythicæ fœminæ iuxta Tanaim primũ ĩhabitãtes, deiñ ad loca iuxta Thermodoõta fluuiũ deuenerũt q̃ magnã Aſiæ partẽ occupauere. Dictæ Amazones eo ꝙ mãmis careãt ab α ſine μαζὸς mamma. Mos eñ fuit Amazonibꝰ, interfectis maribꝰ quos genuiſſent ſeruare fœminas, earũq; infantiũ mãmas dextras inurere, ne impedimẽto ſint ad pugnã cõferendã & ne ſagitaꝝ iactꝰ impediaẽ. Vel Amazones ab α & μάζης. i. pulte ſeu pane, quaſi ſine pane, eo ꝙ nõ pane veſcereẽ, ſed carnibꝰ. Alij ab ἅμα & ζῆν cũ aſpiratiõe ĩ principio tãq̃ in cõmune viuentes, dictas putãt. Haꝝ regio Amazonia dr̃. Alię fuerũt Amazões, q̃ in Aphrica floruerũt q̃ ob id Libyę dicũẽ. De quibꝰ ſcribit Diod. lib. iij, q̃ olim aduerſus Gorgonidas fœmineũ duxerũt exercitũ eaſq; occiderũt. De his Aeſchylus tragicꝰ in Prometheo ita ſcribit, ἔνθ᾽ ἀμαζόνων στρατὸν ἥξεις στυγάνορα ... ποτὶ κατοικιοῦσιν. i. interim Amazonũ exercitum cõſtituis triſtẽ viſu, q̃ Themiſcyrã qñq; inhabitarũt. Euſtachiꝰ multa in cõmẽtarijs Diony. Libyci, ſed Steph. Byzãtiꝰ in lib. de populis & vrbibus aliã rationẽ dicit, cur voceẽ Amazones, ait eñ ἀμάζονες δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῆς νύμφης ἀμαζονίδος θυγατρὸς τῆς σαμόρνης. i. Amazones vero appellatę ſunt a Nympha Amazonide filia Samornæ, & multa alia. Alij ab Amazone puella Dianę ſacerdote & regina Epheſi.

✣ Ambegni a veteribꝰ bos & veruex appellabãẽ, quũ ad eoꝝ vtraq; latera agni in ſacrificium ducebanẽ. Cc.

✣ Ambeſt, ab eſt tertia perſona, quod ſignificat circũ eſt, nullamq; aliã habet declinationem. Cc.

¶ Amarylis, idis, nomen fuit ruſticę proprium, de qua Verg. latine autem, dicitur amor.

¶ Ambio, is, iui, vel ij, itũ, ex am & eo is, ꝑ mutationẽ e, in i, & b, ĩterpoſita, ſignificat ꝓprie circũeo, cõcludo. Verg. Quę rapidꝰ flãmis ambit torrẽtibꝰ ãnis. Iul. Firmicꝰ Põpeij poſt tot triũphos ad Nili flumĩs ripã, ceruices ĩuictas & regias, & quas toties purpura triũphalis ambierat. Per trãſlationẽ vero ãbire, poniẽ ꝓ blãdiri, interpellare, circũuenire, Ver. li. iiij. quo nũc reginã am

bire furẽtẽ Audeat affatu. Q̃m vero Romani dum honores & magiſtratus quęrerẽt circuire ſingulos ſolebãt prẽſare dextras, rogareq; vt ſe ſuffragijs adiuuarẽt, factũ eſt vt ambire capiat̃ pro honores quęrere. Interdũ etiã ſignificat ſimpliciter deſyrare. Hieron. ad Damaſ. Cãpẽſes cũ Tharſenſibus hęreticis copulãt̃. Nihil eñi aliud ambiũt, q̃ vt autoritate cõmuniõis noſtrę fulti, tres hypoſtaſes cũ antiquo ſenſu prędicẽt. Aug. li. viij. cõf. Quęſo te, oĩbus iſtis laboribus noſtris quo ambimꝰ peruenire, quid quęrimus? Terẽt. vero in And. Niſi vides niſi ſenis amicos oras, ambis, ideſt nihil agis. Et ambire rogare. Horat. lib. Car. Te pauper ambit, ſollicitat te ruris colonus. ✤ Ambidentes oues dictę a veteribꝰ inueniuntur, quæ & bidentes. Ce.

❡ Ambitus, a, tum, pe. pro. participium circundatus. vt Ouid. Iuſſit & ambitæ circundare littora terræ.

❡ Ambitus, tus, pe. cor. nomen ꝓprie circuitꝰ. Luca. lib. primo. Lethaliſq; ambitus vrbi. Dr̃ & ambitus locꝰ inter vicinoꝝ ędificia duoꝝ pedũ & ſemis ad circuneũdi facultatẽ relictꝰ. ex quo honoris ambitꝰ dici cœptꝰ ẽ Sall. Legibus ambitus interrogati, pœnas dederãt. Eſt eñi ambitus crimen affectati honoris: Nã qui vera virtutis vi ad honorẽ aſpirare nõ poteſt, is ambitione contendit, quę vt inquit Sal. multos falſos fieri coegit. Hic latę leges ad ambitũ puniendũ, qualis lex Calphurnia. Capitur interdũ pro ſpecie quadam fauoris & captatione miſericordię. Quin. Si iuuenis innocentiſſimꝰ iudices vti vellet ambitu triſtiſſimę calamitatis poterat allegare vobis amiſſam in oculis omniũ cogitationũ temeritatẽ, ideſt miſericordiã captare ex cõmemoratiõe malorum. Et ambitus dicitur, quod gręci periodon vocãt, quum ſententiã certa quadã deſcriptione definit̃: Sed hęc conſtat ex mẽbris, quę cola dicũt̃: & cęſis, quę commata appellantur.

❡ Ambitio circuitio. Ambr. Sinꝰ in quo Chriſtꝰ requieſcit nõ corporis gremio pręparatur, nec veſtimentoꝝ ambitione cõponit̃, ſed virtutũ operatione colligit̃. Sumitur & pro honoꝝ, & laudis immoderata cupiditate. ‡ Et vt Dona. ait, eſt magnaꝝ reꝝ deſyderiũ & appetitus. ‡ Eſt enim in animo, q̃uis etiã ipſa ambiẽtis actio. ambitio dici poſſit. Quint. in lib. j. Et licet ipſa vitium ſit ambitio, frequenter tamen cauſa virtutum.

❡ Ambitioſus, qui immoderate appetit honores, & miſericordiã fauorẽq; imptit. Quint. lib. j. Non ſum ambitioſus in malis, nec lachrymaꝝ cauſas augere volo. vtinã eſſet ratio minuẽdi. Ouid. li. iij. de Põto. Sed tñ hoc factis adiungo prioribus vnũ, Pro nr̃is vt ſis ambitioſa malis. ❡ Ambages pe. pro. ſignificat verborũ circuitꝰ Vir. lib. ij. Georg. Non hic te carmine ficto, Atq; ꝑ ambages, & longa exorſa tenebo.

❡ Ambagioſus, a, um, quod abundat ambagibus. Gelliꝰ. Neq; pręcepta dicũt, ſed lubrica atq; ambagioſa cõiectatione nitentes inter falſa & vera.

❡ Ambactus, circumactus, circunductus, & lingua gallica ſeruus appellatur. ‡ Ceſar lib. vj. Eorum vt quiſq; eſt genere copijſq; ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clienteſq; habet.

❡ Ambeſus pen. pro. Vide in dictione Edo.

❡ Ambarualis ex ambio & arualis: quod & ab aruis eſt cõponitur, ſacrificiũ dr̃, ꝙ arua ambiat victima, qđ fiebat de porca grauida. Vergi. Terq; nouas circum fœlix eat hoſtia fruges. Feſtus tñ ab ambo videt̃ cõpoſitionẽ deducere dicens. Ambaruales hoſtię appellabantur, q̃ pro aruis a duobus fratribus ſacrificabantur.

❡ Ambiani ſiue ambianenſes populi ſunt Galliæ Belgicę quos Pli. lib. iiij. Bellouacis coniungit.

❡ Ambigo, is, pe. cor. ex am & ago, proprie ſignificat circũago circũdo. Aug. Quibus muris ambigere. Vnde ambactus & ambages. Item ambigere eſt dubitare, vñ ambiguũ. Itẽ diſcordẽ eſſe, litigare. Terẽt. in Heau. Simo & Crito vicini nr̃i hic ambigũt de finibꝰ, me accepere arbitrum.

❡ Ambiguũ dubiũ, ꝙ in ambas agi partes aio poteſt: licet & de pluribus intelligi q̃nq; poſſit. Cice. li. j. ad Heren. Ex ambiguo cõtrouerſia naſcitur quũ ſcriptũ duas ſentẽtias aut plures ſignificat, hoc modo, Tulliꝰ meus hęres terentię vxori meę. xxx. põdo vaſoꝝ argẽteoꝝ dato q̃ volet, poſt mortẽ eius pręcioſa vaſa & cęlata magnifice petit mulier. Filiꝰ ſe q̃ ipſe vellet in. xxx. põdo ei debere dicit. Conſtitutio eſt legitima ex ambiguo, inde ambiguitas. ❡ Ambo ex gręco ἄμφω videt̃ deductũ & nõ dr̃ niſi q̃ñ pręceſſerint duę dictiones, vt Plato & Ariſto. ambo philoſophi. Vel cũ hęc dictio duo, vt vidi duos hoĩes, ambos mihi amicos. Vel quũ de his loquimur, quę tm̃mõ ſunt duo, vt perdidi ambos oculos, & ambas manꝰ. ❡ Ambidexter dr̃ q ita lęua manu vtitur vt dextra. grece ἀμφοτερόδεξιος. Hic cõtra Ioui. A ioth ille iudex ἀμφοτερόδεξιος. i. ambidexter. Hic ẽt Scæua dr̃ a latinis. Scribit Alber. li. ij. de aĩali cauſã ꝓpter quã qs agiliore ſit ſiniſtra, q̃ dextra, quia videlicet hepar & cor virtutes ſuas mittũt ĩ ſiniſtrũ latꝰ, & a dextro remouẽtur. ❡ Ambraica vrbs ĩ Epeiro Pyrrhi regia, ab Ambrace rege Hãc Augu. Nicopolim a victoria noĩauit. Fuit hęc ciuitas ornatior reliquis ciuitatibꝰ. Hinc Ambraciẽſis & Ambrociates ſiue Ambraciota. Vñ Theõbrotꝰ Ambrociata dictꝰ ẽ q quũ Platonis librũ de ęternitate animaꝝ plegiſſet, pręcipitem ſe dedit in mare.

❡ Ambrices pe. cor. ſunt tegulę quę tranſuerſæ aſſeribus & tegulis interponuntur, inquit Feſtus. vbi per aſſeres, cantetios etiam intelligimus. Imbrices vero tegulę quibus in curuum domus tegitur.

❡ Ambriſus pe. cor. nomen eſt duarũ vrbiũ, quarũ vnã Strab. locat in Phocyde, alterã in Bœtia. Quidã etiã Amphryſum recte dici affirmãt. Pauſa. Ambroſon quãdoq; vocauit, ab heroe ſumpto nomine.

❡ Ambrones gentes quædã gallicę, quę ſubita inundatiõe maris quũ ſedes ſuas amiſiſſent, rapinis ſe alere cœperũt. Hos cũ Cibris Teutoniciſq; Mariꝰ deleuit. Hic tractũ eſt, vt turpis vitæ homines, Ambrones dicãtur.

❡ Ambrumq;, gemma nigri coloris.

❡ Amburo pen. pro. circũuro. Plaut. in Epid. Nam ille quidẽ Vulcani irati eſt filius, quaqua tangit, omne amburit, ſi propius adſtes æſtu calefacit.

❡ Ambulo, las, notæ ſignificationis eſt, vt qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat. ‡ Aliq̃n ambulare eſt animi cauſas ſe exercere. Plau. Abijt ambulatũ. i. abijt vt ſe exerceat animi cauſa. Huiꝰ cõpoſita ſũt, abãbulo qđ eſt aſcẽdo: anteambulo, añ alios ambulo, a quo anteambulones dicti ſunt ſtipatores & ſatellites, qui honoris gr̃a aliquẽ comitãdo principẽ ſolẽt precedere. Suet. in veſpa. Dũ eũ idẽtidẽ ꝑ cõtumeliã anteambulonem fratris appellat. Mart. Sũ comes ipſe tuꝰ, tumidiq; anteambulo regis. Deãbulo vide alibi, Inãbulo: ſpatior. Et ꝓprie inãbulare eſt Peripateticoꝝ, qui deãbulãtes diſputare cõſueuerũt. Obãbulo, aduerſꝰ alios ambulo, & q̃ ſi ambulãti me oppono. Perãbulo ꝑ aliquid ſiue ad finẽ vſq; ambulo. ❡ Ambulator q huc & illuc ambulat. Col. Villicus vt ait Cato ambulator eſſe non debet.

❡ Ambulatio ambulãdi actꝰ & locus ad ambulãdũ vel per quã ambulamꝰ. Col. Ambulatiões meridicorũ ęquinoctiali ſubiectę ſint, vt hyeme plꝰ ſolis, & ęſtate minimũ recipiãt. Huius diminutiuũ eſt ambulatiũcula. Cic. Cum vna me hercle ambulatiuncula atq; vno ſermone noſtro omnes fructus prouinciæ non confero.

❡ Ambulacra pe. pro. ambulationes ſunt. i. actus ambulãdi. Et aliquãdo dicũtur ſpatia ad ambulandũ, vbi cõmode ambulari poteſt ad tedium propulſandum.

❡ Ambubaię, Porphyrione autore, ſunt mulieres vagę ac viles, quibus nomẽ ab ebrietate balbutientium verborum videtur eſſe inditum. Nonnulli Ambubaias tibicinas Syriaca lingua putant dici. Hor. Ambubaiarũ collegia pharmocopolę. ‡ A memoria, vide ĩ litera A.



❡ Amen dictio Hebræa, quã nos fideliter ſecundũ Aquilæ interpretationẽ dicere poſſumꝰ, ductũ aduerbiũ ex nomine fidei. Secũdũ vero. lxx. interpretes idem eſt ac ſi fiat diceremꝰ: Vnde in fine libroꝝ, (In quinq; ſiqdẽ pſalteriũ apud Hebręos diuiſum eſt) fiat fiat tranſtulerunt, quod in Hebręo legitur, amen amen: quo ea vere quę ſupra dicta ſunt memorentur. Vnde apoſtolus aſſerit, non poſſe aliquem reſpondere amen, ideſt concedere quę dicta ſunt, niſi intellexerit ea prędicatione.

❡ Ambroſia latine immortalitas dicitur, ab α priuatiua & βροτὸς mortalis: vel quia mortales eã non comedunt, vel quia qui comederẽt efficerent̃ immortales, ſed μ interponit̃ ad euphoniã. Fabulę ferunt eſſe deorũ cibum nectarq; potionẽ, ex quo illud Epigrãmatiſtę. Iuppiter ambroſia ſatur eſt, & nectare viuit. Cice. lib. j. Tuſcula. Non eñ ambroſia deos aut nectare, aut iuuentute pocula miniſtrante lætari arbitror. Ambroſios, diuinus & immortalis dicitur Dioſco. Ambroſiam Artemiſiam dicit, cuius verba ſunt hæc, ἀμβροσία ποίη ἐστὶν ἣν ἔνιοι βότρυν οἱ δὲ ἀρτεμισίαν καλοῦσιν, ideſt ambroſia hærba eſt, qua nõnulli Botryn, alij Artemiſiã vocant, Alij Apium ſyluaticum. Plin. Botryn vocat odore non iniucundo. Idem ſcribit hęrbam eſſe vagi nominis, & circa varias hęrbas fluctuantem. ‡ Ambroſius proprium nomen, diuinus ſeu immortalis dicitur. Eſt & adiectiuum Ambroſius, a, um, pro immortali. Vergil. Ambroſiæq; comæ.

‡ Amella hęrba quę naſcitur iuxta Mellam Galliæ fluuium a quo nomen accepit, Amellus flos eius.

❡ Amens, qui a mente ſua diſceſſit, hoc eſt qui ſine cõſilio animoq; eſt, quo ſapimus. Lucr. Cõſiliũ, quod nos animũ mentẽq; vocamꝰ. Hinc amentia. Teren. in And. Cur meã ſenectutẽ ſolicito huius amentia? Quidam dementẽ ab amente ita diſtinguunt: ꝙ demens ſit qui nõ cogitat quid agat aut loquat̃, amẽs qui prorſus inſanit.

❡ Amentũ omne ligamen ſignificat. Plinius. Corneliæ Gracchorum matri ſedens ſtatua poſita fuit, ſoleiſq; ſine amento inſignis, in Metelli publici porticu. Amentum etiã dicitur locus quo media haſta religat̃, vt eijci longius poſſit. Sili. libro. xiiij. Haſta iuuatur Amento. Hinc amentatas ſoleas, & amentæ haſtæ dicuntur. Et amentare apud Luca. pro iacere aut circundare & amẽto munire. Iaculum amentauit habena.

❡ Ames, itis, maſcu. gñis pertica aucupalis. Horat. in Epod. Aut amite leui parua tendit retia. Pallad. Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ.

‡ Amerinum opidum Italiæ, cuius crebram in Roſciana facit Cice. mentionem, vnde amerinus, a, um, Verg. Atq; Amerina parant lentę retinacula viti.

❡ Amerinę pe. ꝓ. ab Amerio Italię opido, vbi pluria erat ſalix ameria, quã nunc, vulgꝰ agnũ caſtũ appellat.

❡ Aminęum genus vitis a regione Aminęa dictum. Nam Aminęi fuerunt, vbi poſtea Falernus.

✤ Aminęa vua & Amineę vites. Vergi. Sunt & Amineę vites firmiſſima vina. A regione autẽ ita vocabantur, & Aminęi fuerunt, vbi nunc Falernum eſt, vt Ma. teſtat̃. Quod facit vt mirer Seruiũ tm̃ Grãmaticũ ſcripſiſſe aminęũ dictũ quaſi ſine minyo, hoc eſt ſine rubore quoniam natura album eſt.

❡ Ametor pen. prod. latine dicitur qui caret matre.

❡ Ametros latine immẽſus, immodeſtus, Ametria immodeſtia, ab α priuatiua & μετρέομαι καὶ τὸ μέτρον.

❡ Ameria ciuitas in Vmbria, añ Perſicũ bellũ annis nõgẽtis. lxxiiij. cõdita. Ibi fiebãt ſalices Amerinæ dictæ.

❡ Amethyſthꝰ cũ duabꝰ aſpiratiõibꝰ & ypſilo gemma purpurea ẽ, a colore violę dicta, quaſi minĩe ebria, ab α priuatiua ꝑticula, & μεθυσεὶς ebriꝰ, ſiue μέθη ebrietas tãq̃ Amethiſthinꝰ color ſit ſobriꝰ. Ratio noĩs eſt, ꝙ cũ vſq; ad vini colorẽ accedat, priꝰ tñ q̃ id deguſtet in violam deſignit. Fulgor in ea purpurę eſt, nõ ex toto ignꝰ ſed in vini calorẽ deſinẽs & violę ſimilis. Hic Amethyſthinus, a, um, pe. cor. vt amethyſthina. Pl. Amethyſthinũ colorẽ dicimꝰ, q̃ in viola & ipſe ĩ purpureũ micat, quẽq; Ianthinũ appellauimꝰ. ‡ Amethyſthos etiã genꝰ vuę, q̃m vt ait Pli. Sobila ſit & temulentiam ſola non facit.

✤ Ametum & ameta, pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius in lacu aueruo, mulierem fuiſſe ametabundam ſcripſit, hoc eſt amentem.

❡ Amico, is, pe. cor. iui, itũ, ſupinũ debet facere, amixi etiã ꝑteritũ & ſupinũ amictũ facit. Vñ amictꝰ. Eſt autẽ amicire veſtire. Hora. Et piper, & qcqd chartis amicit̃ ieptis. huiꝰ cõpoſita ſũt examicio, & circũamicio Perſ. Iã reliqua examicis patruelis. Pſal. Circũamicta varietatibus. Veteres amicibor dicebant. Plautus. Subnixus alis me inferam, atq; amicibor glorioſe.

✤ In Perſio legetur examitis ne erres.

❡ Amictus, cta, ctum, participiũ, idem quod veſtitus. Cicero lib. ij. Philip. Sedebat in roſtris collega tuus amictus toga purpurea in ſella aurea coronatus.

❡ Amictus, us, ui, veſtis q̃ ſupponit̃ alijs veſtibꝰ quaſi palliũ. Tibull. Fruſtra iã veſtes, fruſtra mutant̃ amictus. Sunt qui amictum accipiãt pro veſte magis interiore.

✤ Amictorium veſtimentum puellare cãdidũ & ſubtiliſſimũ ex lino. De quo Mart. Mãmoſam metuo, tenerę me trade puellę, Vt poſſint niueo pectore lina frui. Cc.

❡ Amiculũ genꝰ veſtis a circuitu dictũ, ꝙ inſtar pallij humeris circũinijcit̃. Vale. Max. Detracto ẽt Ioui olympio magni põderis aureo amiculo iniectoq; ei laneo pallio dixit, ęſtate graue eſſe aureũ amiculũ, hyeme frigidũ, Laneũ autẽ ad vtrunq; tempus anni aptius.

‡ Amiculum nigellum dicitur a Var. veſtitus lugubris. Amiculatus dicitur a Solino, Indutus amiculo.

❡ Amicinũ ꝑ. ꝓ. vtris pediculꝰ, ex quo vinũ diffundit̃.

❡ Amiſon penul. produ. ciuitas Ponti nobiliſſima.

❡ Amitto, dimitto, ſeu abire ꝑmitto. Plau. ĩ Cap. Filiꝰ meꝰ illic apud vos ſeruit captꝰ aulide, eũ ſi reddis mihi poſtea vnũ nũmũ ne duis, & te & hũc amittã. Hic alio pacto abire nõ potes. Oui. de Põ. Nec nocet amiſſo ſubdere calcar equo. i. laxis habenis abire ꝑmiſſo. Itẽ amittere ſignificat ꝑdere. Sall. Iã pridẽ equidẽ nos vera rerum vocabula amiſimꝰ, qa bona aliena largiri liberalitas, malaꝝ reꝝ audacia fortitudo vocat̃. Itẽ amittere alio mittere. Teren. Heau. Et prius pecuniã omnẽ q̃ abs te amittas filiũ hui quãtã feneſtrã ad nequitiã patefeceris. Item ignoſcere. Idẽ in Eunu. Vnã hãc noxã amitte, ſi aliam amiſero vnq̃, occidito. Item adimere. Plautus. in Aſi. Cur ergo minitaris te tibi vitam eſſe amiſurum.

❡ Amiternum vrbs Campaniæ, ex qua Criſpus Salluſtius natus perhibetur.

Amita. ꝑ. cor. pr̃is mei ſoror, qa ſimiliter a me tertia ſit atq; auia videri poſſit, Vel qa a pr̃e meo amata eſt: Nã plꝰ ſorores a fratribꝰ, q̃ fratres diligi ſolent: ꝓpter diſſimilitudinẽ perſonaꝝ, quæ ideo minꝰ diſſentiõis habẽt quo minꝰ æmulatiõis. Maior amita dicebat̃ aui & auiæ amita, ſicut & maior auunculus aui & auiæ auunculus.

❡ Amitini. ꝑ. ꝓ. dicũt̃ qui ex ſorore & fratre ꝓpagãt̃.

❡ Amor plꝰ eſt q̃ bñuolẽtia, licet plęrũq; ꝓ eodẽ accipiãt̃. Ex amore eĩ naſcit̃ bñuolẽtia, ſicut oñdit Cicero. Amor eñ ex quo amicitia nominata eſt, prĩceps eſt ad bñuolẽtiã cõiungendã. Differt eñ amor a charitate, ꝙ amor ſit genus, charitas ſpecies. Illud ad oẽs pertinet, hoc ad homines tm̃. ‡ Eſt autẽ amor, vt inquit Aug. li. de Amicitia, animę rationalis affectus, per quẽ ipſa aliquid cũ deſyderio quærit & appetit ad fruendũ, per quẽ & finit̃ eo & cũ quadã ſuauitate interiori amplectit̃, & cõſeruat adeptũ. ‡ Amor ſingulari numero, plęrũq; honeſtꝰ eſt, vt amor fraternꝰ, amor pr̃is in filiũ. Cic. Incẽſus ſum amore ĩcredibiliũ virtutũ tuaꝝ: Poteſt tñ & in venereã ꝑtẽ accipi. Et tũc ſecundũ Aug. cupiditas, aut libido vocat̃. Verg. Oẽ adeo genus in terris hominũq; ferarũq;, Et genꝰ ęquoreũ pecudes pictęq; volucres, in furias ignẽq; ruũt, amor oĩbus idẽ. Amor ĩgt Plautꝰ, melle & felle fœcundiſſimus eſt: guſtu dulce dat, ama=

rũ ad ſatietatẽ vſq; aggerit. Amor formæ ait Senec. rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus: fœdũ, minime cõueniẽs aíæ ſoſpiti vitiũ, turbat cõſilia, altos & generoſos ſpiritus frãgit, a magnis cogitationibꝰ ad humilimas detrahit, amores vero plerũq; laſciui ſũt, licet quãdoq; etiã de honeſta voluptate dicãtur. Cic. li. j. officio. Formã quidẽ ipſam Marce fili, & tanq̃ faciẽ honeſti vides: quę ſi oculis cernerẽt, admirabiles amores ſui excitaret. De laſciuo Hierony. de Salomone loquens, amoribꝰ fœminarꝫ infatuat̃. amor quoq; pro cupidine, quẽ veteres deũ, amoris eẽ putauerũt, accipi ſolet propter. Quicunq; ille fuit, puerum qui pinxit Amorem.

✣ Amymone Danai regis filia fuit, quę dũ ſe in ſyluis iaculando exerceret, Satyrũ percuſſit imprudẽs, qui impetu in eũ facto, vim ei voluit inferre: Quapropter implorato Neptuni auxilio, ideſt ab eo paſſa eſt, qđ a Satyro formidarat. Itaq; pręgnãs facta Naupliũ peperit. Hanc in ſmaragdo Alexãder ſculpi voluit. Cc.

¶ Amare maioris vis eſt, q̃ diligere. Cice. Dolob. Quis erat qui putaret ad eũ amorẽ, quẽ erga te habebã, poſſe aliquid accedere? tñ tñ acceſſit, vt mihi deniq; nunc amare videar, ante dilexiſſe. In eodem ſenſu idẽ Cicero ad filiũ, Sed tñ vt ſcires eũ nõ a me diligi ſolũ, verũetiã amari. Teren. tñ cõtrariũ poſuiſſe videt̃, quũ inquit nõ pol quo plus quẽq̃ amẽ, aut plus diligã habeo. Proprie tamen parentũ eſt diligere, vt pater diligit filiũ. quod ſi amo abſolute ponatur, capitur pro amore captus ſum, hoc eſt eſſe in amorato. Plau. Amat filius certũ eſt. Cõpoſita huius verbi ſunt adamo, deamo, redamo, & peramo: pe, correpta, quod eſt valde, vel vſq; ad finẽ amo. Cicero libro primo de legibus. Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore.

¶ Amator & in bonã, & in malã partẽ accipitur. In bonã. Cicero ad Atticũ, Bibliothęcã tuã caue cuiq̃ deſpõdeas, q̃uis acrẽ amatorẽ inueneris. In malã, vt amator mulieꝛũ. Amator, qui ꝓcliuis eſt ad amãdũ naturaliter Amãs ex cauſa amat, amator fĩgi põt, amãs vere amat.

¶ Amatorculus, diminutiuũ. Plau. Nã qui ſedulo mundiτer nos habemꝰ, vix ægre amatorculos inuenimus.

¶ Amanter aduerbium ſignificat beniuole, vel cũ amore: vt, expectatum meum aduentum abs te amanter videbam. Amice vero ſignificat, quod amicus facit, vel facere debet, vt, amice facis.

¶ Amatorius, toria, rium, quod ad amorem pertinet. Vnde carmina amatoria. Hinc amatorie aduerbium, quod eſt, ad ſimilitudinem amantis.

¶ Amatorium ſubſtantiuum, genus quodam veneniꝰ amorem, vel inſaniam ingerentis, quæ & philtra græce dicimus.

¶ Amatorie dicta fuit vna ex muſis, q̃ Erato græce dr̃. Ouidius, Vilis Amatorie, vilis mihi candida Clio.

¶ Amabile, qđ eſt dignũ amari. Plau. Cõpara labella labellis, bella es atq; amabilis. Cuius cõtrariũ eſt inamabile. Martialis, Inamabilis ſciurus, & frequẽs Phœnix.

¶ Amabundus, qui abunde amat. Copiam enim in bũdus terminata, denotant.

¶ Amabo cum accentu in antepenultima, interiectio amãtis eſt, ſicut ſonat verbũ, comicis valde familiaris. Plau. Noli amabo verberare lapidẽ, ne lędas manum. ♉ Quidã exponunt gratũ erit. Gel. lib. xij. Amabo mi filij quieſcas neq; differas, neq; criminare aduerſus iuuenem. ¶ Amaſius vel amaſia, qui vel quæ amat, vel amatur, ſicut amans quum eſt ſubſtantiuum.

¶ Amãs ꝑticipiũ ſignificat eũ vel eã qui vel quę amat pudice vel impudice. Cice. Nihil difficile amanti puto: Amo autẽ, & ſemꝑ amaui nimiũ ſtudia, & mores tuos. Terẽ. in And. Poſtq̃ acceſſit amans vnꝰ, & item alter.

✣ Amaſſo pro amauero ſcripſit Laberius.

✶ Amanthus, lapis alumini ſimilis q̃ nihil igni deperdit, veneficijs oĩbus reſiſtit, priuatim magorũ, eodẽ ex argumẽto appellãt qm̃ amplexꝰ eſt terrã, oculorum medicamentis vtiliſſimus.

✣ Amerimnos, quaſi ſine cura & ſolicitudine, ἀμέριμνος enim ἡσυχία, id eſt requies dr̃ tranquillitas, indolentia.

¶ Amicus ab amãdo dr̃, & honeſta in re eſt, Eſt em̃ q amat, & indiſſolubili familiaritatis iure cõiunctus. Pau. Amicos appellare debemus nõ leui noticia cõiunctos, ſed quibus fuerint iura cũ patrefamilias, honeſtis familiaritatis quęſita rationibꝰ. ♉ Aug. Amicos illos dicimꝰ quibꝰ cor nr̃m, & quicquid eſt in illo cõmittere nõ formidamus. ♉ Huius cõtrariũ eſt inimicꝰ. Amica quando ad virũ refertur inhoneſta in re eſt, quaſi cõcubina. Tu vero nõ amicꝰ es, ſed amator eius: qm̃ amator eſt qui ad tẽpꝰ & venerẽ amat. & amor huiuſcemodi amatio dicit̃. Terent. Here putaui hunc Pamphilum amicũ, amatorẽ virum. Donat. Amicus animi eſt, amator corporis. Amator ad tempus, amicꝰ in perpetuum. Plau. Nimis pœne inepta atq; odioſa eius amatio eſt.

✣ Amecus, ameca per e, literã veteres ſcribebãt. Cc.

¶ Amicus, ca, cum, ſi iũgat̃ cũ re inanimata ſignificat vtile ſiue gratũ: vt, amicus pratis humor, amica frugibꝰ æſtas amicũ plãtis ſydus, Hinc fit cõparatiuũ amicior, nõ amicitior, ſuperlatiuũ amiciſſimus. Item amice amicius amiciſſime. Item inimicꝰ, inimicior, inimiciſſimꝰ.

¶ Amiculus diminutiuũ. Hora. in epiſt. Diſce docẽdꝰ adhuc quę cenſet amiculus. Amicula diminutiuũ ab amica. Pli. Miſerat etiã epiſtolas Romã ad amiculã quãdam. Sueto. in Caligu. Quoties vxoris vel amiculę collum exoſcularetur. Hęc enim diminutiua plena blanditiarum, & amoribus accommodata ſunt.

¶ Amicitia ab amicus fit, quæ eſt ſtudiorũ omniũ volũtatumq; conſenſus. Cuius contrarium eſt inimicitia. Ennius, Amicitia atq; inimicitiam in fronte prõptã gero: ſed in frequentiore vſu inimicitię dicuntur.

✣ Ammon gręci, nos arenã vocamꝰ, Vnde eſt frequẽs Illud apud eos prouerbiũ de ijs qui fruſtra laborãt in re difficili ἄμμον μετρεῖν, ideſt arenã mẽſurare. In tẽplo Iouis Ammonis arę erant, vbi ſub arietis forma Iupiter colebatur, quod hoc modo tradunt inſtitutũ. Quũ liber pater per deſertũ Lybię exercitũ duceret, vniuerſa iam Aſia deuicta & ſiti admodũ laboraret, imploraſſe a patre auxiliũ dr̃. quo facto aperuiſſe ei extemplo arietem, quẽ dũ fugiẽtẽ ſequit̃, ꝑueniſſe illo duce ad fontẽ amœniſſimũ, quapropter deſyderio potitum exiſtimaſſe arietem illum fuiſſe Iouẽ, eiq; tẽplũ mirę magnitudinis in arena conſtituiſſe, & eum vocaſſe Ammonem, Iouẽ arenarium. Sunt qui dicant lingua Aegyptia Ammõ, ideſt Iouem dici, hinc corrupto nomine Ammonem vocitatum. Alij tradunt Amnonem dictum ab Ammone quodam paſtore, qui primus illic templum ędificauit. Cc.

¶ Amomum pe. prod. arbor eſt, vt Pli. lib. xij. ſcribit; forma, e vite labruſca, frutice, vęnoſo, palmi altitudine ♉ Hęrbę folijs ſimilis brionię, & triplex eſt. Armencũ, Medicũ & Ponticũ. Aetius tamen Amelinus inſignis Medicus ita ſcribi, ἄμωμον ἔοικε τὴν δύναμιν ἀκόρῳ πλὴν ὅτι, ξηρότερόν ἐστι τὸ ἄκορον πεπτικώτερον δὲ πῶς τὸ ἄμωμον, hoc eſt amomum viribus acoro ſimile eſt, ſed ſiccíꝰ acorum, digeſtiuum vero magis eſt amomum.

¶ Amodo cũ accentu in añpe. ſignificat poſthac. Apul. Nemo me amodo tã mane egredientem ſolũ videbit. ♉ Siue ab hoc tp̃e, vt in euãgelio, Si me cognouiſſetis, & patrẽ meũ cognouiſſetis, & amodo cognoſcetis eum.

¶ Amœbęus in prima cũ œ, & in ſecũda cũ ę, genꝰ carminis, in quo qui canũt, vtũtur ęquali numero verſuũ, & ita ſe habet ipſa reſpõſio, vt aut maius, aut cõtrariũ aliquid dicat, vt eſt apud Vergil. Vis ergo iter nos, qm̃ ἀμείβομαι eſt adinuicẽ reſpondeo, retribuo, & migro, & plura ſignificat, iñ ἀμοιβαῖος mutuus viciſſitudinarius.

¶ Amœnũ cũ œ, diphtõgo locus voluptatis, ab a, ſine & munus, ꝙ ſit res grata, ſed ſine fructu. Vel vt inquit Ser. a mœnio, munio, vel fructũ capio. Vnde qui nihil prętãt, immunes vocat̃. Feſt. ab amo deriuat, quum ait



¶ Amœna loca, dicuntur quæ ad ſe amanda alliciunt. Hinc amœnitas & amœnitudo.

¶ Amœno, as, delectatione afficio. Cyprianꝰ ad Don. Et dum in arbores & vites, quas videmus, oblectante proſpectu oculos amœnamus: animam ſimul & auditus inſtruit, & paſcitur obtutus.

¶ Amolior amoliris, ex a & molior, qđ eſt a mole, ſignificat amoueo: Et ꝓprie de his dicitur, quę cũ magna difficultate ſubmouent̃. Terent. per trãſlationẽ in Andr. pro recedo poſuit, Proiñ hinc vos amolimini: Nã mihi ĩpedimẽto eſtis. Admolior cũ, d, ſignificat ſupra pono.

¶ Amorrhei ppl̃i dicti ſunt ab Amor patre Sichen, vel ab Amorrheo filio Canaam.

♉ Amorphus latine dicit̃ informis ſine forma ἄμορφος.

¶ Amoueo, es, pe. cor. i. de alio moueo ſicut remoueo. Plau. in Amph. per trãſlationẽ. Amoui a foribus maximã moleſtiã. i. abegi, ſiue abire cõpuli: quia prius dixerat, Abigã ego iam hunc venientẽ ab ędibꝰ. Quo item modo Terentius in Adel. vſus eſt. Ego hũc amouebo.

¶ Amneſtia cũ accẽtu in penultima, latine præteritorũ obliuio dicitur in perpetuũ, quaſi lex obliuionis μνήστεια memoria dicitur μνήμη memoria, & μνέω cum ἀμνηστέω. i. immemor fio, obliuiſcor.

¶ Amnis fluuius ab am circum, & natare fluere qm̃ flexuoſo meatu labit̃, vel ab ãbo Oĩa enim flumina circũeunt. Ideoq; cornuta pinguntur. Tamẽ ego credo ꝙ potius a gręco deducat̃, cũ & Callimachꝰ dicat in hymno Dianę, δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας. i. da mihi famulas, Amniſias viginti nymphas, q̃uis interꝑs Callimachi ſcribat ἀμνισός ποταμὸς κρήτης ἀφ᾽ οὗ κρητικάς. ✣ id eſt Amneſus fluuius Cretę a quo Creticas.

✶ Amnenſes vrbes ꝓpe ãnes ſitę, vt a mari maritimę.

♉ Amnicus, a, um, ſignificat fluuiale, vt ſtipes amnica apud Apuleium.

¶ Ampelus, pen. pro. inſula, ſeu promontorium eſt, ſicut ſcribit Stra. in Samo ex aduerſo Drepani mõtis Icarij. Sed & iuga omnia quæ totã Samũ faciunt montuoſam, eodem nomine vocant Ampelos.

¶ Ampelos gręce, vitis vel vinea, cum accentu in antepenultima. Tñ ἀμπελολεύκη ampeloleuce, vel a qualitate coloris, vel ꝙ eius radix contrita, & corpori infricta teneriorem & cãdidiorem cutem reddat. Nam & ſuccꝰ baccarum eius, lac vberibus ſiccis reddit.

♉ Ampelos agria, labruſca, id eſt vitis agreſtis.

♉ Ampelomelęna vitis nigra, quã alij Brioniã, alij Chirranam, alij Cynechantem, aut Aproniam vocant.

¶ Amphi latine circum, ſiue vndiq; aut vtrinq; ſignificat, & inde multa componuntur.

¶ Amphibolum pe. cor. ambiguum dicitur. Ex ἀμφὶ vndiq;, & βουλὴ conſilium, ſenatꝰ conſiſtoriũ, vel ἀμφὶ καὶ βάλλειν, id eſt vtrinq; percutit, vt vult Theodorꝰ Gaza in quibuſdam locis Homeri.

¶ Amphiblia penultima correpta, ambiguitas.

¶ Amphibologia, pe. pro. dubiũ dictũ figurę, quę fit vitio cõpoſitiõis cũ in ambiguo poſita eſt ſentẽtia. Et mõ fit per accuſatiuũ, vt Aio te Aecida Romanos vincere poſſe. Mõ per verbũ cõmune, vt cũ dicimus, Cato iniuſte criminat̃: Incertũ eſt em̃ an ipſe ab alio criminet̃, an ipſe aliũ. Mõ per participiũ, vt vidi ſtatuã aureã haſtã tenentẽ. Mõ ꝑ homonyma, vt ſi quis dicat aciẽ, nec exprimat oculi, vel gladij, vel exercitꝰ. Põt etiã fieri alijs modis. Cõponiturq; ex ἀμφὶ, & λογία ſermocinatio, q̃ſi ſermo ille ſñtiã dubiã ĩdicet de ea tradũt multa dialecti.

♉ Amphicyrtos dicitur Luna vtrinq; gibbis prominentibus, cum in Solis triquetro circulo ſemiambitur.

¶ Amphilogos ſimiliter ſermo dubius dicitur.

¶ Amphibia animalia ĩ terris, vel in aquis viuẽtia. Amphibion gręci dicunt qđ eſt duplicis vitę. Colu. lib. ix. Venio nunc ad aues quas gręci vocant ἀμφίβιον, quia nõ tm̃ terreſtria, ſed aquatilia quoq; deſiderant pabula: nec magis humo quam ſtagno conſueuerunt, ab ἀμφὶ καὶ βίος vita, ꝙ in ambobus elementis degant. Ambro. Quinetiã cũ plęraq; pedes habeant, & ambulandi vſum eo ꝙ ſunt amphibia, quę vel in aquis vel in terris viuant, vt ſunt phocę, crocodili, eqti, fluuiales: ἀμφὶ circũ βίος vita.

¶ Amphibrachus penul. cor. pes eſt ex prima & vltima breuibus media producta, ſic dictus, ꝙ in vtraq; parte breuem habeat βραχὺς enim breuis dicitur, vt Cupido.

✣ Amphiſibenę & Amphiſbenę ſerpentes dicuntur, q̃ cõſurgunt in caput geminum, quorũ alterũ loco ſuo eſt, alterum loco, quo cauda: quę cauſa eſt, vt capite vtrinq; venenum fundente ſerpat tractibus circulatis. Luca. Et grauis in geminum ſurgens caput amphiſibena. Cc.

¶ Amphimacrus, & amphimacer penultima correpta, pes ex tribus ſyllabis conſtans prima & vltima longis, media correpta, vt Pallidi, ſic dictus ꝙ vtraq; parte longam habeant ſyllabam, μακρός enim longus, Eſt enim contrarius amphibraco.

¶ Amphimachus penultima correpta, nomen viri proprium.

¶ Amphilochus penultima correpta, philoſophꝰ Athenienſis, qui de agricultura ſcripſit.

¶ Amphitheatrum penultima producta, dici poteſt vndiq; ſpectaculum, ꝙ ex duobus theatris ſit factum. Nã duo theatra ſunt. Theatrum enim hemicycli formã habet. Ponitur autem pro loco ſpectaculi, vbi pugnabant gladiatores θεάομαι ſpecto ἐλληνιστὶ δὲ θέατρον, id eſt græce, autem theatrum.

✣ Amphitanę gẽmę ſũt marginibꝰ auro rutilãtibꝰ. Cc.

¶ Amphytrion Herculis genitricis coniunx. Vnde & patronymicum Amphitryoniades a poetis dicitur.

¶ Amphitrite, es, pe. pro. Oceani & Doridos filia, quæ fingitur a poetis eſſe vxor Neptuni, & ſignificat mare, ab ἀμφὶ circũ, & τρεῖν terrere. Mare enim circũ ſe nauigãtes pereũdi terrore inſequitur. Heſiodꝰ in Theogonia.

♉ Amphitryo Alcmenę Herculis matris coniunx ab amphi circum, & τρύζω gemo, vel τρύχω vexo, quoniam hæc incurrit. Plaut. tamen Amphitruo ſcribit: quia vetuſtiſſimi Romani peregrinas literas non admittebant, vt Phruges non Phryges.

¶ Amphitapæ veſtes vtrinq; villos habẽtes, ab ἄμφω, quod ſignificat duo. Var. Alterum bene acceptum dormire ſub amphitapa bene molli.

¶ Amphimala, ꝙ vtraq; parte ſint villoſa, ſicut amphitapetes: Erant tunicæ gauſapinæ ex vtraq; parte pilos habentes, quę & gauſapia dicebantur. Erant & Amphimaſchela ab axillis dicta & ingenuis dicata ſicut heteromaſchala ſeruitijs. Autor Iuli. Pollux. Nam ex altera tantum parte villoſum heteromallon vocabant, & mallorem quoq;.

¶ Amphora, penultima correpta, genꝰ vaſis vinarij duas anſas habentis, ſic dicta, ꝙ ex vtroq; latere capta feratur, ab amphi, & φορέω fero ꝙ ſit vas portatile, & huc illucque feratur. Sunt autem amphoræ, quas & Ceramia, & Metretas, & latine quadrantalia vocãt: Alię minoris menſurę, vt Italicę: Alię minoris duplo, vt Antiochicę. Cados autem a græcis quoq; pro amphoris quandoq; acceptos fuiſſe ſcribitur. Nam & cadus Anthiochicus amphoram capiebat Italicam. Apud Feſtum, continebat congios octo, id eſt, ſextarios. xlviij. Sextariꝰ vncias. xx. ab ἀμφὶ καὶ φορέω τουτ᾽ ἐστι φέρω ꝙ ſit vas portatile huc & illuc. Verum aliter ab alijs traditur. Quidã enim aiunt. Amphoram capere quantum teſſera quoquo verſus in area pedum. iiij. Pes. xvj. conſtat digitis, duplex amphora, modius eſt, qui græce Medimnus dicitur. Eademq; triplex ſextarium efficit. Sextarij dimidium cotula vocatur, & hemina. iiij. vero ſextari Chenica complent. Ita ſex congij, qui latine chus dicitur. Inde forſitan ſextarij nomen quod eum ſexies congius capit. Scribit tamen Pollux Cotulam chenicis eſſe tertiam partẽ. Chenicas. VIII. & XL. modimno contineri. Sed & hemina ſex impletur cyathis vnde Budeũ in aſſe. Ciathũ

vero pōdus fere dragmę,x.ſicut Oxibaphi.xv. Ciathi ꝑs quarta Miniſtros: Huiꝰ tertia, Cyamę,q̄ duo cochlearia capit. Sunt & Artabę,q̄ terne denos capiũt modios, & omnium maximus Culleus,quẽ.xx.amphorę cōplẽt.

℄ Amphorarius,qui mercedis gratia amphorã portat. quem Gręci Amphoreophoron dicunt.

℄ Amphoterodexios, Gręci ἀμφωτεροδέξιος,i. ãbidext.

℄ Amphion pe.pro. Iouis & Antiopes, vel ſecũdũ aliquos Mercurij filius,a quo ſuſcepta lyra adeo dulciter canebat, vt ſaxa ad ſtruẽdos muros Thebanos traxiſſe dicat. Hor. Dictꝰ & Amphion Thebanę cōditor vrbis, Saxa mouere ſono teſtudinis. Q đ ideo fictum, quia eloquij ſuauitate homines rudes, & incultis moribus ad obſequij ciuilis pellexit diſciplinam, quod idem Hor. expoſuit: nam quũ dixiſſet ſono teſtudinis, addidit, & ꝑce blanda. Ferũt hunc inueniſſe muſicam. De Amphione lib.j. Apollonius Rhodius in Argonauticis.

✥ Amphinome nympha a circũpaſcẽdo, quod fieri in a qua videmus ἀμφὶ enim circũ & νομὸς paſcuum. Cc.

✥ Amphitoe nympha eſt circũquaq; currens, ἀμφὶ circum & θέω fluo. Cc.

✥ Amphithus vnꝰ ex Caſtoris & Pollucis aurigis. Cc.

✥ Amphiro nympha ab vndecunq; fluendo ἀμφὶ enim circum & ῥέω curro. Cc.

℄ Amphyctiões publicũ gręcię cōcilium. Vnde decreta Amphyctionũ citat Demoſthenes in oratione Cteſiphontis. Conſtabat amphyctionum cõuentus ex ſeptẽ Græciæ ciuitatibus, vt docet Stra. lib. ix. Vnde aũt amphyctionẽ nomẽ deducatur, docet Dionyſ. li. xiiij. Amphyctionẽ Heleni filium cōmentũ eſſe Amphyctionicum conciliũ cui ab ipſius nomine nomen indiderunt. Hinc Amphyctionicꝰ,a,um, vt leges Amphyctionicę, quibus ad concordiam colendam inuitabantur.

℄ Amphryſus pe. prod. fluuius Theſſalię, iuxta quem armenta regis Admeti Apollo pauiſſe traditur. Lucanꝰ lib. vj. Qui flumine puro Arrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi. Hinc amphryſiacus,ca,cum. Papinius, Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi. Eſt & nomẽ duarũ vrbiũ Vide ſupra in dictione Amphryſus.

℄ Amphyſſa nomẽ vrbis in Locris, ab Amphyſſa Macraris & Apollinis filia.

☿ Amphipolis ciuitas qua Thraciã Macedonia contingit, dicta ꝙ eam Strymon amnis circũfluat.

℄ Amphimerinō pe. cor. febris eſt quotidiana, & ex humoribus corruptis, prefertim pituita coaleſcit. Ephimerinon vero vnius diei febris eſt.

℄ Amplector, eris, amplexus, a quo amplexor, aris, frequentatiuũ, qđ a Priſciano inter cōmunia numerat. Eſt aũt amplecti circũnectere. Luciliꝰ, Quin amplexet qui velut ego non ſinã me amplectier. Cic. pro Cluen. Autoritatẽ cenſorũ amplexator. Plautus in Ciſtel. Anus ei amplexa genua. Gellius, Eumq; complexus, atq; exoſculatus eſt. Eſt & Amplexus,us,ui, nomen.

℄ Amplũ dicitur magnũ, ſpatioſum, quod late patet, & per multa diffunditur, quaſi omni ex parte plus magnũ dicitur, quod in cumulũ ſui, & magnitudinem creſcit.

℄ Amplitudo, vt Cic. li. ij. artis veteris ſcribit, ẽ potẽtię aut maieſtatis, aut aliquarũ copiarũ magna abundantia.

℄ Ampliꝰ aduerbiũ ſignificat plus. Et qñq; iungit ablatiuo. Cęſ. cōm. vij. Ita vt nõ ampliꝰ quatuor digitis ex terra eminerent. Q ñq; actõ. Verg. Noctẽ non amplius vnã Falle dolo. Q ñq; nominatiuo. Cęſ. cōm. v. Ampliꝰ octigentę, quę vno erant tempore a litore diſceſſerant.

℄ Amplio, as, & amplifico, as, pro augeo ſumuntur pro traho. Cic. li. iiij. ad Heren. Aut iſtũ hominẽ nefariũ ampliaueritis. Liui. lib. iiij. ab vrb. ſcribit Poſthumiã virginẽ veſtalẽ ampliatã, deinde abſolutã pro collegij pontificũ fuiſſe ſententia, hoc eſt per ampliationẽ in ſecundã actionẽ interpoſita dilatione ꝓtractã, vt ſcilicet bis cauſam dicere poſſet. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam aut ſtatim ſententia dicabatur a iudicibus ſi abſoluendus eſſet reus, aut amplius pronunciabatur ſi videret eſſe dãnandus, & tunc iudices dicebãt. Non liquet, hoc eſt obſcura cauſſa eſt. Hinc ampliatio naſcebatur, quæ appellata ab eo videtur quaſi amplius dicendi pronũciatio, quia qui ampliabatur, interpoſita dilatione rurſus ad agendã cauſam redibat. De hac ampliatione intelligit. Cic. tertia in Ver. acti. cũ ait. Et ſi lex ampliandi facit poteſtatem, tamen ſibi turpe exiſtiment non primo iudicare. Idem pro Cinna, Cum ampliandi poteſtas eſſet, dixiſſe ſibi liquere.

℄ Ampliuagus,a,um, pe. cor. qđ in amplũ vagatur Ci. li. iiij. ad Her. Ampliuagas imagines reddũt fallit Ambroſiꝰ. ℄ Ampluſtrę in pl'ali ãpluſtra vel ãpluſtria nauiũ ornamẽta. Sed ꝯtra cōmunẽ corruptelã ſine, m, ſcribendũ opinor, attentꝰ deriuatiõi ab α priuatiua, & πλέω nauigo, qm̃ ſine gubernaculo illo puppis non ſit per mare nauigandũ, prętereà eſſet prima longa propter duplicẽ cõſonãtẽ. Et ideo Cic. corripit in Arat. Nauibꝰ abſumptis fluitantia quęrere apluſtra. Itaq; ad indigẽtiam nauigationis naui adhibentur. Feſt. Nauiũ ornamenta', q̄ quia amplius, quã neceſſaria eſſent etiã ampluſtria dicebantur, ſic apluſtra vel apluſtrea ſine, m, & prima ad placitum. Idem. Fulgent Arctoę ſtellis apluſtria puppis.

℄ Ampulla per duplex, ll, olearij vaſis genꝰ, quo in balneis vtebant. Apuleius in floridis, Hippias prędicauit ampullã quoq; oleariam, quã geſtabat ſemet ſibi fabricatam. Cice. lib. iiij. de fini. Si ad illam vitam, quę cũ virtute degatur ampulla, aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam vitam potius cui hęc adiecta.

☿ Ampulla etiã vas quo vtebantur in itinere faciendo. Per trãſlationẽ dixit Horatius, Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba, pro eo qđ eſt verba turgentia, & ſufflata abijcit. Sunt enim ampullæ ventoſę & turgidæ. Ampulla etiam vas vitreum eſt. Sueto. in Domi. Prandebatq; ad ſatietatem, vt non temere ſuper cœnam præter Matianum malum, & modicam in ampulla potiunculam claret. Ampullor ampullaris, ab ampulla pro ſuperbia. Idem. Et ampulatur in arte.

✥ Ampulacea pyri genus. Cc.

℄ Amputo ãputas, pe. cor. circũputo, ſeu aufero. Hie. ad Euſe. Alię virili habitu, veſte mutata, erubeſcũt fœminę eſſe, quod natę ſunt, crinem ãputãt, & erigunt facies eunuchinas. Idẽ in ꝓlogo Iudith, Multorũ codicũ varietatẽ vitioſiſſimã ãputaui. Sola ea q̄ intelligẽtia integra verbis Chaldęis inuenire potui latinis expreſſi. Hic fit aliud cõpoſitũ qđ eſt perãputo, & ſignificat perfecte ſeu totũ puto, ĩcido. Colu. lib. viij. Ferro q̄ cautiſſime circũſecari oportet, ne dũ ãputat etiã qđ infra eſt, aĩal vulneremꝰ. Id eñ cũ ſauciat, venenatã ſaniẽ mittit, q̄ repſſum vulnus ita inſanabile facit, vt totũ pamputandũ ſit.

☿ Ampron ἄμπρον latine funiculus, qui per iuga iumẽtorũ tendit, aut quo trahi ferrive ſolẽt a iumentis onera. Verbũ aũt ἀμπρεύειν proprie ſignificat iter curru facere. Per abuſionẽ vero tranſlatũ eſt ad veterina, iumentaq;.

℄ Amula pe. cor. genꝰ vaſculi ad aquã geſtandã, qđ religionis & expãdiorũ malorũ gr̃a geſtat. Dictũ q̄ſi amola a molliendis periculis. Huiꝰ diminutiuũ eſt amulula.

☿ Amuletum pe. pro. oẽ genus remedij aduerſus cũcta mala medicamẽta, & ꝑſertim cõtra veneficia putat potẽtiſſimũ, a molliẽdo, nõ ab amula vaſe dictũ. Pli. infantibus alligat ſuccinum amuleti ratiõe, formã vaſculi habens Gręci ἀποτρόπαια hęc vocant ἀπὸ τοῦ ἀποτρέπειν, qđ eſt amolliri, ſummouere, depellere, dictio frequẽs apud Pli. ✥ Amulius Procę filius, & Numitoris frater, regnũ fratri abſtulit, atq; omnem fratris ſtirpem virilem necauit. Fratris quoq; filię Rheę Siluię per ſpeciem honoris cum veſtalem eam legiſſet, perpetua virginitate ſpem partus ademit Liuius. Cc.

✶ Fuit & alter Amuliꝰ ĩſignis hũilis rei pictor huiꝰ erat Minerua ſpectantẽ aſpectans quacũq; aſpiceret, paucis diei horis pingebat, id quoq; cũ grauitate qđ ſp togatꝰ.



℄ Amurca ſordes olei, quę pręcedunt: Nã q̄ ſequuntur fęces vocantur. Hoc nomẽ per, c, ſcribitur, ſed profert per, g, vt fit in Caius & Cneus. Hinc examurcatꝰ, quod eſt ſordibus purgatus. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam.

✶ Gingiuis & oris vlceribus, dentium ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Itẽ ignibus ſacris infuſa: & his quę ſerpunt pernionibus, nigræ oliuæ amurca melior.

℄ Amuſſis per duplex, ſſ, fabrorum & lapicidarum regula qua ad dirigenda ligna ſaxaq; vtunt. Sed late pro omni ordine ponit. Vñ amuſſim aduerbiũ, & ab eo compoſita adamuſſim & examuſſim, i. recte, caſtigate, regulariter. Gellius lib. j. Ad hęc ſcripta omnia antiquiora, tam curioſe expectabat, aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium eſſe factum adamuſſim diceres. Examuſſim, examinate ad regulã. Plaut. in Amph. Si vera hęc loquitur, examuſſim eſt optima. Hinc emuſſicata dicuntur, quæ adamuſſim facta ſunt.

℄ Amyclę pluraliter nomẽ eſt vrbis Laconię Tyndari regia, in qua nati ſunt Caſtor & Pollux. Alia eſt ĩ Italia inter Tarracinã & Fundos in paludibꝰ a Laconibꝰ cōdita, vt inqt Seruiꝰ. Hinc Amyclęꝰ, Amyclęa, Amyclęũ. Amyclęi ciues cũ Pythagoricã ſectã ſequerent vt abſtinerent cęde animaliũ, nec vicinę paludis ſerpẽtes interimerẽt, ab illis deleti ſunt. Sed cũ falſo nunciatus eſſet aduentus hoſtiũ, poſtea cautũ eſt ne quis amplius nũciaret. Inde ex improuiſo captę ſunt Amyclę. Hinc ꝓuerbium Loqui volo, nam ſcio Amyclas tacendo perijſſe.

☿ Amycus pen. cor. nomen fuit Bebrycum regis, cuius meminit Plinius libro. vj.

℄ Amydon pen. cor. ciuitas Phœniæ, de qua auxilia miſſa fuerũt Troianis. Iuue. Eſt hic Amydone relicta.

℄ Amygdala, læ, pe. cor. nux gręca, græcaq; eſt dictio, quæ & Thaſia dicitur. Hiero. libro nume. Qui folijs dilatatis ĩ amygdalas deformati ſunt. Amygdalum etiam neutro genere dicitur pro fructu. Pallad. Gręci aſſerunt naſci amygdala ſcripta ſi aperta teſta nucleum ſanũ tollas, & in eo quodlibet ſcribas, & iterum luto, & porcino ſtercore inuolutum reponas.

✶ Sũt pręterea amygdalę dulces & alię amarę qđ ſi has dulces fieri velis, ſtipitem circunfodito: & vna parte circunforatã defluentem pituitam abſtergito, radix earum decocta cutem in facie corrigit, coloremq; hilariorẽ facit: nuces ipſę ſomnum faciunt & auiditatem.

✥ Amygdalites hęrba ex genere tithymali, a ſimilitudine amygdali, nec vllius latiora ſunt folia. Cc.

℄ Amygdalꝰ pro arbore. Colu. li. iij. Amygdalꝰ ſi parũ ferax erit perforatam arborem lapidem adigito. Hie. in Eccleſi. Amygdalus florebit, & impugnabitur locuſta. Hinc Amygdalinus, a, um, penulti. cor. Seren. Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

℄ Amyris genus arboris eſt, vt inquit Hiero. quod latini putantes myrrham dictum, vnguenta interpretati ſunt. De cuius arboris notitia hoc ſolum ad nos peruenire potuit, quia odorem ſolum habeat ſuauem, nullum tamen afferat fructum.

℄ Amylum penul. cor. latine ſine mola factum. Vulgo amydum dicitur, nam α priuatiua particula eſt, μύλος mola, quaſi ſine mola. Fit ex triticeo lacte expreſſo, cũ triticum per aliquot dies in aqua purgatum eſt.

℄ Amythaon, Melampodis pater fuit, qui inter medicos præclarus habitus eſt. Similiter & Chiron.

℄ Amyſtis (vt aiũt) potio quędã eſt apud Thracas. Alij volunt eſſe ſpeciem poculi, eo ꝙ neceſſe ſit vno ductu potionẽ haurire. Hora. lib. j. car. Baſſum Threicia vincat Amyſtide. Forſan ab α priuatiua, & μιγῆναι miſceri, & ſic per, i, latinum in principio eſſet ſcribendum.

☿ Amyrum Theſſaliæ opidum.

✶ Amyxrus penu. cor. quaſi abſq; raſura ab, a ſine ξυρεύω rado: Nam imberbis colebatur Iupiter.

## A ANTE N

AN aduerbiũ interrogãdi, & ꝓ nunquid ponit. Ci. An vero Romulus ille, aut poſtores, aut cõuenas cõgregaſſe, aut Sabinorum connubia cõiunxiſſe, aut finitimorũ vim repreſſiſſe eloquentia videt? Sed aliqñ tranſit in vim cõiunctionis, cũ ſermo dubitatiuꝰ eſt. Et tunc fere ſubiũctiuo iungit, vt neſcio an viuat pater, dubito an viuat pater. Dubito an vera loquaris. Sed quãdo ſermo opinionis eſt, per indicatiuũ potiꝰ loquimur, vt opinor ꝙ pater aut mortuꝰ eſt, aut grauiter ægrotat.

℄ Anna per duplex, nn, Interiectio eſt deprecantis, & nomẽ mulieris propriũ, quod interpretat, gratia eius.

℄ Ana per ſimplex, n, dictio gręca ex, & apud nos modo ſurſum, modo re ſignificat ἀνά.

℄ Ana etiã eſt aĩal Orientis fortiſſimis dẽtibꝰ, acutis & lõgis vnguibꝰ, diligẽs multũ ea q̄ ſũt ſui gñis, & gregatim vadens, q̄ ſunt alterius ſibi non permittens cõiũgi.

℄ Anabaſius ἀναβάσιος, aſcenſorius. Hieronymus contra Rufinũ, Idcirco ne Cereales & anabaſij tui per diuerſas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent.

℄ Anabacthra, pulpita, gradus ſuperiores ſcãſiles, aut inſtrumenta ſcabellorũ, aut ſubſellia. Dicta anabacthra, ab ἀναβαίνω, qđ eſt ſurſum aſcendo. Iuue. Et quæ cõducto pendẽt anabacthra tigillo ἀναβάθρα, ſcala, vel pulpitum.

℄ Anabolagium, ſeu anaboladium gręco vocabulo dr, eo ꝙ de inferioribus ad ſuperiora eleuet, pectoriq; iũgatur. Vñ & ꝓ amictorio ponit, quo humeri operiunt, qđ Sindonem vocant ἀναβάλλομαι veſte reijcior.

☿ Anabula vt ſcribit Plinius, aĩal Aethiopicum capite cameli, collo equi, cruribus bouis ꝑtendẽs ſimilitudinẽ, per totum corpus nitentem, habens rubedinẽ albis maculis immixtam. Eſt & miri decoris longo collo, & altis anterioribus & poſterioribus cruribus.

℄ Anacitis, idis, nomen deę cuiuſdam, quæ a Lydis colebatur, quę a Strabone Anaitis dicitur. Erat & Anaitis quædam Armeniæ regio. Pli. li. v. Fluit Euphrates Derſenem primum mox Anaitidem, regiones Armenię a Cappadocia diſcludens.

℄ Anaximenes phũs fuit Emyſtrati filiꝰ Anaximãdri diſcipulus ſucceſſorq;, qui eo die obijt, quo Sardis capta fuit. ℄ Anauros fluuiꝰ Theſſalię, quaſi abſq; aura dictꝰ. Lu. lib. vj. Quiq; nec humẽtes nebulas, nec rore madentẽ Aera, nec tenues vẽtos aſpirat Anauros. De hoc fluuio, vel potius torrente Apollonius poeta in Argonauticis lib. vj. plura ſcribit, etiam in nono verſu a principio, ex Pelio monte Theſſaliæ fluit. Sunt qui dicãt Nilum hoc nomine vocari, quod ſit ſine aura.

℄ Anacephaleoſis pe. pro. breuis recapitulatio, in qua repetitio rerũ ſummatim fit. Hiero. cõtra Ioui. Rurſum in iudicium volumine, quaſi viuens reſurgenſq; deſcribitur, & ſub anacephaleoſi opera illius prędicant Græce ἀνακεφάλαιον, Caput dicitur in ea ſignificatione, qua nonnulli capitulo vtuntur nomine in vſum recepto.

℄ Anacharſis phũs ex ſcytharũ gñe ſapiẽtię admirãdę vt ſcribit Cic. li. v. Tuſ. Apud ſordidiſſimos Scythas ſapiẽs floruit Solonis tẽporibꝰ, cuius imaginibꝰ inſcriptũ eſt, lĩgua, vẽtre, pudẽdis abſtinẽdũ eſſe. Pli. tradit Anacharſim ĩueniſſe rotã figuli, cuiꝰ circuitu vaſa formant. Sed ſi vt inqt Sene. apud Home. lõge antiqior inueniat figuli rota, nõ video quomõ Anacharſis eſſe author huiꝰ rei potuit. Ibat nudis pedibꝰ, dormiebat ĩ terra, & famẽ pro pulmẽto habebat Hic leges aranearũ telis, q̄ ſimillimas eſſe dicebat. Interrogatꝰ aũt quo pacto abſtemiꝰ fieret, rñdit, ſi ebrioſorũ motꝰ ſibi añ oculos ponat.

℄ Anacliteriũ, lectulꝰ, vulgo Mataraciꝰ, ſuper quo quieſcimus interdiu, qualia celebrant Florẽtię Tuſcanica. Et apud Lãpridium in Heliogabalo accubita, ab alijs Sibadia dicunt, ἀνὰ καὶ κλίνω καὶ κλινικλέχος. ☿ Spar. ĩ Ceronio. Nam lectum eminentibus quator anacliterij fecerat minuto reticulo vndiq; incluſum.

℄ Anadiploſis pe. pro. dici põt reduplicatio, ex ἀνά, q̄ in ꝯpoſitione ſignificat re, & διπλωσις a verbo διπλόω,

duplico,duplicatio. Eſt enim cõgeminatio dictionis in vltima parte ꝓcedentis verſus & prima ſequentis. Ver. Certent & cygnis vlulę ſit tityrus Orpheus,Orpheꝰ in ſyluis,inter delphinas Arion.

¶ Anachoreta,pe.pro.eremita. Anachoreſis Eremus, vñ monachi Anachoritę, eremũ incolentes, qm̃ κωρος locus dicitur cũ ἀνὰ verbũ ἀναχωρέω ſecedo. Dicitur aũt anachoreta ab eo q̄ ꝓcul ab hominibus receſſit. Eſtq; Anachoreta ſeceſſor, Anachoreſis ſeceſſus, vl' ſeceſſio. Caſſianꝰ in Colu. Cuius ſectatores Anachoretę.i.ſeceſſores merito nuncupantur eo q̄ nequaq̃ cõtenti hac victoria,q̃ inter hoĩes occultãs,inſidijs diaboli calcauerũt aperto certamine,ac manifeſto cõflictu dęmonibꝰ ꝓgredi cupiẽtes,vaſtos eremi receſſꝰ penetraſſe nõ timeãt.

¶ Anacreon nomẽ viri ꝓpriũ poetę Lyrici, a quo metra Anacreontica dicta ſunt. Teus patria fuit a Teo Ioniæ ciuitate. Ex qua etiã Hecateus hiſtoricus & apud Hor. Fides Teia. Amauit puerũ noĩe Bathyllũ viſenda pulchritudine ſpectabilẽ,de quo Hor. Nõ aliter Samio dicũt arſiſſe Batyllo Anacreõta Teũ. Perijt acino vuæ paſſę ſtrangulatus.

¶ Anęmos pe.pro.latine exanguis dicitur, nam αἷμα ſanguis a gręcis dicitur,& a particula eſt priuatiua inſeritur autem n,ne collidantur inter ſe vocales.

✤ Aneticus, Aſię lacus eſt arundinibus abundans. Cc.

♁ Anãneſis pen.produ.latine commemoratio dicitur.

¶ Anaglypha pe.pro.nomen habent ab aſperitate, vt Triglypha cęlaturis inęqualibus eminẽtibuſq;,ob id q̄a nõ ſunt lęuia,ſed aſpera,& phębia voce Relęuia dicunt̃ ἀνὰ em̃ ſuper γλύφω ſculpo. Hiero.in Eſa. Sed & portas fuſas anagliphias anaglyptes ſculptor. Anaglyptice ars ſculpẽdi. Plin. Nũc anaglypta in aſperitatẽq; inciſa circũlata auro. Mar. Et mẽſis anaglypta paternis. Hĩc anaglypticꝰ,ca,cum. Sidoniꝰ Anaglyptico metallo dixit.

✤ Anagyros,hærba eſt,quam nonnulli Nauteam vocant. Cc.

¶ Anagnoſtes latine lector dicitur. Nã ἀναγνώσκω lego, Anagnoſis recognitio lectio.

¶ Anagogẽ,ges,penulti.produ.latine receſſus dicitur ſubtilis,ſiue excelſa aut ſuperior intelligẽtia, ab ἀνὰ καὶ ἄγω ὅθεν ἀναγωγή,ductio.

♁ Aneta vrbs Carię contra Samũ,a qua fiũt adiectiua. Aniticus,a,um,ſiue Anęticus,a,um,& Anęus,a, um, vnde Menelaus Anęꝰ Peripateticæ familię,hiſtoriarũ quoq; ſcriptor egręgius. Et lacus Anęticus & Anæus.

¶ Anaitę populi habitantes in Anęa ciuitate.

♁ Anancaeon ἀναγκαῖον neceſſariũ latine dicit̃ figura, cũ volumus oſtendere neceſſitudinẽ,aut naturę, aut tẽporis,aut alicuius perſonę,quale eſt illud Democharis. Nihil valebat aſſidua pro fratre, ac miſericors deprecatio cum iudicaret tyrannus,cuius crudelitas omnem naturę neceſſitudinem extinguebat vide Rut. Lupum,

¶ Analecta,purgamẽta cœnarũ,& quiſquilię ciborum, quas ſub mẽſa cadẽtes,vt aſporrare poſſint ſcoparij verrentes pauimẽtũ colligũt. Mar. In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe,Ocia ſed ſcopis nunc analecta dabunt.

¶ Analeſia dicta eſt eo q̄ ſanas ꝑtes capitis ſenſu priuet: Fit vel naſcit̃ ex negligẽtia ſtomachi, aut ex nimio cibo,aut ex luxuria,aut potus frigidos bibendo, vel nimium cogitando,vel ex indigeſtione ciborum.

♁ Analetica,corum,reſolutoria. Vnde Ariſtoteles librũ priorum,& librum poſteriorum, in quibus reſoluuntur argumenta,analetica vocauit.

¶ Analogos latine ꝓportionalis ſimilis. Analogia pe.pro.proprietas ꝓportio,ſiue conuenientia, ſimilitudo. Cic. Q̃d analogiã ſtoici,nos appellemus conuenientiã ſi placet. Quint.li.j.inſtitu. Analogia ꝓcipue quã proxime ex gręco transferentes in latinũ proportionẽ vocauerunt. Hęc eſt eius vis, vt id quod dubiũ eſt ad aliquid ſimile de quo non q̃ritur referat, vt incerta certis ꝓbet vt ſi q̃ratur,funis maſculini an fœminini gñis ſit ex eius diminutiuo cognoſcit̃,quia funiculus gñis maſculi eſt.

✤ Ananchitides, gemma qua nicromantia euocari dicunt homines. Cc.

¶ Anapeſtus,pes ex duabus ſyllabis breuibus,& tertia longa. Cõponitur ex ἀνὰ re,& παίω ferio,eo q̄ repercutiat dactylum ſono reciproco a gręcis antidactylꝰ,quaſi dactylo contrarius. Cic.lib.ij. Tuſ. Nõ adhibetur Spartchis vlla ſine anapęſtis pedibus exhortatio.

¶ Anaphe pen.cor. Inſula ſponte in mari enata, vt ſcribit Pli.lib.ij. Ammianus quoq; Emerſerunt inquit Delos,& Hiera.& Anaphe,& Rhodus. Dicta Anaphe ab Argonauthis quia tempeſtate laborantibus,& intrimeſtri luna ex inſperato comparuiſſet.

¶ Anapologetos latine inexcuſabilis.

¶ Anaphora,ſeu Epanaphora pen.cor.figura quã nos relationẽ ſeu repetitionẽ dicere poſſumus,q̃ fit quoties per ſingula mẽbra eadem pars oratiõis repetit̃ hoc modo, Verres calũniatores apponebat, Verres de cauſa cognoſcebat, Verres pronunciabat: Aana em̃ re,& phora latio. Anaphoricos relatiuus,anaphoro refero. Hęc fit cũ eadẽ dictio bis ſępiuſue per principia verſuum repetitur, vt apud Verg. Nate meę vires mea magna potentia ſolus. Nate patris ſummi,qui tela typhoea temnis. Hanc quidẽ Epanaphoram vocant. Anaphorę etiam ſcanſiones,ſeu aſcenſiones ſignorũ vocant̃,ab oriẽte circũ actu mundi quotidiano factæ. Quia nõ ęquales vbiq; ſcanſiones ſunt ex inclinatiõe cœli varia, nũc maiores, nunc minores. Firmicus, Sed iſtis tandiu vitijs laborabit,quo ad ſigni eius fuit anaphora completa.

¶ Anathema,atis,pe,pro. ſeiunctio quędã dr̃, & alienatio, vt eſt apud apoſto.ad Rom̃. Optabã ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis. Rurſus anathema dicitur ab ἀνὰ καὶ τίθημι,ἀνάθημα oblatio ſacrificium.

¶ Anathematizo,zas,deuoueo,deteſtor.

¶ Anapis pe.pro. Sicilię fluuius leniter decurrens: decem ſtadijs procul a Syracuſis labitur, vt ait Plutar.

¶ Anarchꝰ ſine principe vel principio. Amb.li.Hexa. Dedit ergo principiũ mũdo,dedit etiã creaturę infirmitatẽ,ne anarchon.i.principio carentem crederemus.

¶ Anaſtrophe pen.cor.inuerſio vel reuerſio dicit̃. Eſt enim vt docet Diome.duorum verborum ordo præpoſterus, vt Italiam contra,pro contra Italiam,

¶ Anas fæmi.ge. ✠ auis aquatica vulgo nota q̃ dũ roſtro pennas purgat,flatũ pręſagire dr̃. Mart. Tota tibi ponatur anas,ſed pectore tm̃, Et ceruice ſapit, cætera redde coco. Dicta anas ab aſſiduitate natandi. Ex anatũ genere quædam Geamaniæ dicunt̃,q̄ plus cęteris nutriant. ✠ Ferunt eſſe in Ponto q̃ veneno viuãt & ob id Mitridatem miſcuiſſe ſanguinẽ earum in antidotis anates anſeres cetereq; aquaticę hęrba ſideritę ſe purgant. Huius diminutiuum protulit Plaut.in Aſi. Dic igit̃ me anaticulam,columbam,vel caſtellum. Cic.lib.ij.de fin. maſculino genere dixit. Serpere anguiculos,volare merulas,natare anaticulos, cornibus vti videmus boues. Hinc Anatinus,na,num,penul.prod. Plautus in Rud. Vt fortunati ſunt fabri ferrarij,qui apud carbones aſſident,ſemper calent, vtinam fortuna anatina nunc vterer, vt cum exiſſem ex aqua,arerem tamen. Eſt & Anas nomẽ fluuij in Hiſpania. Et Anatem morbũ dixerunt, quo vetulæ laborant.

¶ Anatarius,taria,tarium,quod ex anate eſt, anatariæ plumæ. Siue anatarium quod ad anates pertinet, vt anataria aquila,quæ anates venat̃. Anatarius anatarij, qui anates cuſtodit paſcitve.

¶ Anataria aquilarum genus quod anatibus maxime inſidiatur.

¶ Anatomias vel anatomia. Gręci diſſectiões vel cõſectionẽ dicũt, Inde anatomia fieri dr̃ cũ humanũ corpus diſſecat̃, vt venę,nerui,& cętera a medicis cõſpici poſſint ab ἀνὰ,& τέμνω icido. Inde etiam ἐπιτομή,breuitas abbreuiatio & ἐπίτομος breuis cõpendioſus circũciſus.



¶ Anaxarchus nomẽ propriũ philoſophi Abderitę ſectatoriſq; Democriti. Hic habuit inimicũ. Nicocreontẽ Cypri tyrannũ,a quo cõprehenſus cõiectuſq; in pilum ptiſanę,ſiue mortariũ ſaxeũ,q̃d gręci ὅλμον vocãt,ibiq; ferreis malleis cõtuſus,adeo toleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, vt verbum illud memorabile cõduplicauerit, Tũde tunde Anaxarchi follem, Anaxarchũ enim non tundis. Ad vltimũ amputationẽ linguę minitantę tyranno,protinus dentibꝰ abſciſſam & cõmanducatam linguam in os eius,ira patulũ conſpuiſſe dicitur.

¶ Anaxagoras pe. cor. Clazomenius philoſophus fuit in phyſicis ꝓcellens. Hic nõ mõ gñis gloria & diuitijs verum animi quoq; magnitudine clariſſimus fuit, quippe qui totũ patrimoniũ ſuis ſponte reliquit. Et cũ ab eis negligẽtię inſimularet̃. Quid ergo inquit nõne vos iſta curatis? Mox abſcedens ad ſpeculaudum rerum naturã ſe contulit ſtudio doctrinarum flagrans, rei & priuatę & publicę oĩno negligens,& incurioſus, adeo vt cuidã ſe ita ꝓpellãti, Nulla ne tibi patrię cura eſt? dixerit, Mihi vero patrię cura & quidẽ ſumma eſt,digitũ in cœlum intendens. Hic cum poſt diutinã peregrinationẽ in patriam reueniſſet, Poſſeſſioneſq; deſertas vidiſſet: Nõ eſſem inquit ego ſaluus,niſi iſtę periſſent,qui pluris faciens culturam ingenij quam prędiorũ, famigeratus fuit inter philoſophos, Lampſaci perijt.

♁ Anaximander milleſius philoſophꝰ Thaletis ſodalis primꝰ terrę mariſq; circuitꝰ deſcripſit,& ſpherã inſuper cõſtruxit, vt inquit Laer. Hic dixit finitam rerũ omniũ generationis atq; corruptionis cauſſam eſſe. Præterea cylindri formę eſſe terram aſſerit tantę profũditatis, vt ad altitudinem profunditas tertia inueniatur.

¶ Anaxilides nomen philoſophi,de quo Hiero. con. Ioui.ſcribit,q̄ in li.ij.philoſophię,ferat Petitionẽ matrẽ Platonis phantaſmatę Apollinis oppreſſam,& ſapientię principẽ nõ aliter arbitret̃,niſi de partu virginis ęditũ. ♁ Anaximenes pe.pro.philoſophꝰ fuit Emiſtrati filius Anaximandri diſcipulꝰ ſucceſſor,q eo die obijt, quo ſardis capta fuit. Hic principiũ rerũ aera opinatus eſt,quẽ gñe infinitũ,qualitatibus finitũ ait,cuius cõdenſatiõe ac rarefactiõe cũcta gigni putauit. Motũ vero ab ęterno eſſe dixit. Terrã ex aere cõſtipato primũ oĩm factã,latã,magnã iccirco nõ abſq; rõne ſuper aerem contineri ſolem,lunam,cęteraſq; ſtellas a terra ortũ habere.

♁ Anaxios latine indignꝰ, vnde ἀνάξιος ςέφανον Anaxios Stephanon,id eſt indignus corona.

¶ Anaxus fluuius,qui fluit per Feltrenſem agrum.

¶ Anacęſa dicta ſunt ab antiquis vaſa,quę cęlata vocamus,q̄ circuncędendo talia fiant,ipſumq; cęlare verbũ ab eadem cauſa dictum eſt d,cum l,permutata.

¶ Anceps a caput compoſitum eſt,cum genitiuũ in tis faciat,ſicut alia cõpoſita biceps,itis,triceps, q̃driceps, multiceps,& pręceps. Nam quę in pis exeunt a capiendi ſignificatione veniunt, vt princeps,manceps,municeps,& huiuſmodi. Dictus eſt ergo anceps, quaſi dubij capitis. Eſt enim anceps duplex. Lucil. Nemo hos ancipites ferro efferri cardines. Interdum Anceps dicitur, quod ex vtraq; parte acutum eſt. Idem, Vecte atq; ancipiti ferro effringam cardines. Interdũ ponitur pro ambiguo. Verg. Anceps pugna diu.

¶ Anchiale ciuitas Cilicię,de qua Strab. Poſt zephiriũ inquit Anchiale ſupra mare Sardanapali opus. Ex hac vrbe fuit Athenodorus,qui non a Sardanapalo, ſed ab Anchiale Iapeti filia conditã vult,Cydmi matre,a quo nomen vicino flumini.

¶ Anchiſes nomẽ propriũ patris Aeneę,& Capys filij.

✤ Anchites lapis eſt,ſic dictus q̄ vanos metus a mẽte depellit. Cc.

¶ Ancillę dictę ſũt ab Anco Martio,q̄ is bello magnũ fœminarũ numerum cœperit,ſiue q̄ antiqui ãculare dicebant miniſtrare. Ex quo dij quoq; ac deę feruntur coli,quibus nomina ſunt anculi & anculæ.

¶ Ancillula diminutiuum eſt.

¶ Ancillor,aris,miniſtro,vel dedico me adminiſtrãdũ, ac ſeruiendũ more ancillarũ,quę ſuis miniſtrant, ac ſeruiunt heris. Cicero in Salluſt. Non em̃ vni priuatim ancillatꝰ ſum,ſed quantum quiſq; reipu.ſtuduit tantũ mihi fuit aut amicus,aut aduerſarius.

¶ Ancile per ſimplex l,pe.ꝓ.ſcutũ breue, nõ rotũdũ, ſed ita ex vtroq; latere erat reciſum, vt nullus angulꝰ videri poſſet,& ſummũ infimumq; eius latus medio pateret. Dictũ ab am,& cęſum,quaſi anciſum, Vel ab ἀγκών q̃d eſt cubitus,vel ab ἄκος remediũ,qm̃ peſtilentię remedium fuit. Fertur Numę pompilij tempeſtate de cœlo deſcendiſſe, vnamq; ęditam vocẽ,omniũ potentiſſimã fore ciuitatẽ,q̃diu in ea manſiſſet. Itaq; facta ſunt eiuſdẽ gñis plura,quibꝰ id miſceret̃,ne internoſci cœleſte poſſet. De hoc Ouid.lib.iiij.Faſt. Ecce leui ſcutum verſatũ leniter aura Decidit,a populo clamor ad aſtra venit. Et lib.v. Atq; ancile vocant,q̄ ab omni parte reciſum eſt, Quaq; oculis ſpectes,angulus omnis abeſt. Liui.lib.j. Alios itẽ duodecim Marti Gradiuo legit,tunicę pictæ inſigne dedit,& ſuper tunicã ęneũq; pectori tegmẽ cœleſtiaq; arma q̃ ancilia appellant̃ ferre,ac per vrbẽ ire canẽtes carmina cũ tripudijs ſolẽniq; ſaltatu iuſſit. Hor. li.iij.car.hoc ancilũ declinauit,magis autoritate ſua fretꝰ,q̃ regula declinãdi ſic, Anciliorũ nominis & togę. Iuue.vero adiectiuum poſuit cum dixit,clypeis ancilibus.

¶ Anculi & anculę,dij deęq; ancillarum putabantur.

¶ Ancus,q aduncũ brachiũ habet,& exporrigi nõ põt, ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος,i.a cubito incuruo, Vñ quartus Roma. rex Numæ ex filia nepos ſic cognominatꝰ eſt a cubito, quẽ incuruũ habebat. ♁ Hic domuit latinos bello, Auẽtinum & Martium montes vrbi addidit noua mœnia opido circundedit,& carcerem primus inſtituit.

¶ Ancona,ſeu ancon more gręco cubitꝰ vel curuus dr̃, Quo noĩe dicta eſt vrbs Piceni ſup Adriatico mari poſita q̃ Habet portũ quẽ Traianꝰ inſigni opere extruxit. Soli. Anconẽ quis ignorat a Siculis conditã? Pli.li.iiij. A Siculis Ancon colonia promontorio Chimerico appellata eſt in ipſo flectenti,ſe orę cubito. Et ancones nõ ſolũ in hominibus,ſed in parietibus & promontorijs cõflexa in cubitos,aut confracta in humeros dicunt̃, vt autor eſt Victr. Nã de humeris Papi. Cõſedit virideſq; humeros. Sunt & in montibꝰ articuli. Pli.in calce operis.

♁ Anconici ſunt,qui vulgo ἀγκῶνες appellãt̃, ſicut ſunt in colũnis cellarum vinariarum quibus incũbunt ligna quæ cupas ferunt,ducta eſt autem ſimilitudo verbi a cubitis vbi flectuntur manus,quibus incũbũt recũbentes, qui græce ἀγκῶνες vocantur. Aug. Vnde in quibuſdam tranſlationibus apud Exodum ſic legitur, Facies duos anconicos columnæ vni conſiſtentes.

¶ Anchora pe.cor.dens ferreus,quaſi anca, curua manus dicta,q̄ per hominis manus ſcopulos cõprehẽdat. Anchorã primi Pyrrheni inueniſſe ferũtur. Hoc nomẽ Ser.aſſerit contra regulã recipere aſpirationẽ. Tñ ego aperte video eſſe nõ latinã dictionẽ, ſed gręcã, ἄγκυρα ἀπὸ τοῦ ἀγκύλου καὶ ῥέω.i. a curuo & fluo,ſed q̄ latine cũ ch,ſcribat̃,ratio eſt,quoniam κ tenuis vertitur in χ ſuã aſpiratã. Anchorarius,a,um,q̃d ad anchoram pertinet, vt funes anchorarij. Hircius, Storias autem ex funibus anchorarijs tres fecerunt. Anchorarius, qui curam anchoræ habet, vt eam vel demittat,vel eleuet.

✤ Ancuſa hęrba cuiꝰ radix in vſu eſt,digitali craſſitudine,ſcindit̃ papyri modo,manuſq; inficit ſanguineo colore,ꝓparat lanas ꝓcioſis coloribus,varijs ęgritudinibꝰ prodeſt imprimiſq; leprę & lentigini ſi liniatur. Cc.

¶ Ancyra nomen duarum vrbiũ,quarũ altera eſt Phrygię,altera Galathię. Hinc ſynodus Ancyritana in iure pontificio ſępe nominatur. Dicta ancyra ab anchoris nauium captarum a Mithridate, quas Ptolomęus Aegypti rex,ſuppetias Gallogręcis miſerat.

♁ Anclabra vaſa ſunt,quibus ſacerdotes vtebant̃. An

clare ſeu ãtlare verbũ grecũ ſignificat haurire. Vñ exãclare ſeu exantlare, exhaurire. Nã ἀντλέω haurio. Liuiꝰ, florem antlabant liberi ex carcheſijs: quum vinũ ſignificare vellent ex poculis hauriri.

¶ Andrago pe. produ. mulier animum virilem habẽs, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἄγειν, ab homine agendo.

✣ Andes vicꝰ nõ ꝓcul a Mantua Vergilij patria vnde dictus Anudinus. ¶ Andron ſpacium inter duos parietes, in quod pluuia deſcẽdit. Plin. Tã alti abditiq; ſecreti illa ratio eſt, ꝙ interiacens andron parietem cubiculi hortiq; diſtinguit. Quidam accipiunt pro loco in domo anguſtiori, in quo viri plurimum verſantur, vt gynecũ in quo mulieres. Eſt etiam hoc nomẽ, ſicut ſcribit Ptolemæus, opidum inferioris regionis. Nili.

¶ Andros inſula vicina Samo cum opido eiuſdẽ nominis, quę aſię adiacet ex oppoſito ad Epheſum. De qua Oui. lib. xij. Meta. Et totidẽ natis Andros fraterna petita eſt. Hæc primo dicta fuit Cauros, poſtea Antãdos. Hinc Andrius, Andria, Andrium.

¶ Andricus pe. cor. Cilicię mons, vt inquit Stra. Quo etiam nomine dictum eſt flumen apud Plin. lib. v.

¶ Andronitis pen. pro. locus in domo, vbi ſoli viri habitant, ſicut Cynęconitis vbi ſolę mulieres. Victru. lib. vj. Andronites dicuntur, & in his viri ſine interpellationibus mulierũ verſantur, quoniã ἀνὴρ ἀνέρος καὶ ἀνδρὸς virum denotat, vnde ἀνδρόγυνος androgynus ſemiuir, & effœminatus vir.

¶ Androdamas lapis eſt qui & Argyrodamas dicit̃, argenti nitorem habens, vt adamas, ita vocatus ꝙ impetus hominum, & iracũdiã domet. ἀπὸ τοῦ ἄνδρας δαμάζειν, id eſt a domandis viris.

✣ Androgeus ꝓclaræ indolis adoleſcens Minois Cretenſium regis filius fuit, qui ab Atheniẽſibus & Megarenſibꝰ per inuidiã occiſus eſt, ꝙ paleſtra cęteros ſuperaret, quapropter ſuſcepto a Minoe aduerſus hos populos bello, primo Megarenſes ſubegit, deinde Atheniẽſes ſibi tributarios fecit, & in Androgeo memoriã pueros Athenienſes Minotauro cœpit obijcere. Cc.

¶ Androgynos pe. cor. qui vir eſt & fœmina Hermaphroditus, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ γυνή, i. ab homine & fœmina. Aug. lib. xvj. de ciui. dei. Androgyni quos etiã Hermaphroditos nuncupant, quãuis admodum rari ſint in quibus ſic vterq; ſexus apparet, vt ex quo potius debeant accipere nomen incertum ſit.

¶ Androgynæ ſunt populi in Aphrica, vt lib. vij. Pli. ſcribit vtriuſq; naturæ, inter ſe vicibus coeuntes: Dextera mamma his virilis, lęua muliebris.

¶ Andrachne hęrba eſt quæ portulaca dicitur.

¶ Andegauia regio Gallię Turonibus ac Bituricenſibꝰ finitima, Oceanoq; proxima.

¶ Androchus nomen proprium filij Codri Atheniẽſiũ regis, qui Epheſum cõdidit, & Ionũ regiã ibi cõſtituit.

¶ Andromõ nomẽ eſt eius, qui Colophonẽ ędificauit.

☿ Andabaię gladiatores erant qui oculis clauſis digladiebantur. C. Treba. quem antea ne andebatam quidẽ defraudare poteramus.

¶ Andromache pe. cor. Hectoris Troiani vxor, quæ a virili pugna nomen ſortita eſt. ἀνδρὸς μάχη enim viri pugna interpretatur, quaſi viris depugnans. Fuit enim virili animo ſepta, & quædam veluti virago.

¶ Andromede pe. cor. Cephei, & Caſſiopes filia a Perſeo amata, & in vxorẽ ducta. Quę Mineruę bñficio iter aſtra collocata dr̃ ꝓpter Perſei virtutẽ, ꝙ eã ceto ꝓpoſitã a piculo liberarat. Orit̃ in parte piſciũ duodecima.

¶ Andronas, ſeu vt Stra. inquit Andrias epulas viriles vocãt gręci. Nã virilia cõuiuia a mulieribus erãt diuiſa publico inſtituto, ne matresfamilias virorũ moribꝰ accũberent, vt Parthi, vt Trogus ait fœminis non conuiuia tantum virorũ, ſed etiam conſpectum interdicebãt. Anethum cum h, genus hęrbę boni odoris. Hęc ructus mouet, tormina ſedat, & ſingultus cohibet.

✶ Anemone hęrba in ſabuloſis naſcẽs folia ſimilia apio cacumine aſparagi nunq̃ flos ſe aperit niſi vẽto ſpirãte, vnde nomen accepit ἄνεμος enim. pen. cor. ventus eſt flos anemone phęnicius qui copioſiſſimus purpureꝰ & lacteus prodeſt capitis doloribus, de qua Dioſco.

¶ Anfractus ab origine duplici fluxũ habet, hoc eſt ab ambitu & frangendo. Sunt enim anfractus obſcuri cauernarũ receſſus, & curui fluxus in ſe recurrentes, cuiuſmodi ſunt, quę ſubterraneo meatu inopertos ſpecus deducunt, & flexus viarũ, qđ ad alia quoq; transfert̃. Ambr. Tenaces ſermonis accepti ipſos anfractus aurium ipſe vſus nos docet. Siquidẽ vel in concauis montiũ, vel in receſſu rupium, vel in anfractu fluminũ vox auditur dulcior, & reſponſa ſuauia referens Eccho reſultat.

✣ Angaria pe. cor. dictio Perſica, vt inquit Suidas proprie ſeruitus coacta, vnde ſi quis cogitur plus ſoluerere publicanis, quam liceat, angaria eſt.

☿ Angario, as, cogo, vt illud ĩ euãgelio, & angariauerũt Symonem quendã Cyrenenſem, vt tolleret crucem dei.

¶ Angelꝰ, latine nũciꝰ. Nã officij nomẽ eſt nõ naturę. Semper em̃ ſpiritus ſunt, ſed cũ mittunt̃ vocant̃ ãgeli.

¶ Anger genus ſerpentis, qui cruciator & ſpathariꝰ dicitur. Eſt & nomęn fluuij in Illyrico.

¶ Angor corporis vel animi cruciatus. Sic anxietas & anxietudo. Ci. li. de rep. Quartaq; anxietudo prona ad luctum, & mœrens ſemper ſe ipſo ſolicitans.

¶ Ango is, anxi anctum facere debuit, ſicut plango. At Dio. Anxus ꝓteritũ ab angor dixit nõ anxius, qđ nomẽ eſt. Ideo anxum ab ango ſupinũ eſſe cõuenit, qđ tamen minime legi. Eſt aũt angere, cruciare, ſuffocare, premere, vexare. Et ad animũ, & ad corpus. & ad vtrumq; promiſcue pertinet. Ad animũ Gel. Milo ꝓſtabilis hõ ſapientię, qm̃ vſq; debuerit contra legem, contraq; ius, pro amico ꝓgredi, eaq; res in fine quoq; vitę ipſo animũ anxit. Ad corpus Colu. lib. viij. Cauẽdũ eſt vt tenerior ſeparet̃ a validioribus, quia robuſtus angit imbecillũ. Ad vtrũq; promiſcue Gel. Dum Pyrrhus rex intra Italiam eſſęt, & vnam atq; alteram pugnã aſpere pugnauiſſet, ſatiſq; angerent̃ Ro. & pleraq; Italia ad regẽ deſciuiſſet. Pla. ꝓ abſumo poſuit in Aul. Tũ anxiſſe aquã ſi quis petet. Quidã hoc verbũ ab an & ago cõpoſitũ opinantur, quod ſignificat crucior. Nã qui cruciantur in diuerſum angi videntur. Alij gręco ἄγχω, quod eſt ſuffoco, ſtrangulo, a quo ſynanche deducitur morbus fauciũ acutus, ſortitur apud græcos diuerſum nomen prout ſpecies diuerſæ. Cum enim neq; rubor vllus apparet, corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſoluũtur, a ſue cui hic morbus cum homine communis eſt, ſynachen vocant. Cum vero lingua facieſq; cũ rubore intumeſcunt, vox nihil ſignificat, oculi vertuntur, facies pallet, ſingultuſq; eſt, a cane Cynanchen nominant, quod latrare, qui id morbi patitur, non loqui videatur, vbi vero tumor tantum & rubor eſt, cętera non ſentiunt̃ id paraſynanchen id eſt citra ſynanchen appellant, a latinis vno nomine Angina dicitur, dicimꝰ autem Ango te animi & animo. Plaut. in Epi. Angas te animi.

☿ Angeronia vocitata eſt voluptatis dea, q̃ & volupia dicebat̃, cui ſacra a Romanis inſtituta ſunt, cũ angina ciuitas vexaretur, ab angore tollendo ſic dicta. Eius feſta Angeronalia ſunt vocitata. Putabant em̃ ab hac dea populum eo morbo præmiſſo voto fuiſſe liberatũ, huic pontifices in ſacello Volupię ſacrum faciebant.

¶ Angina pe. pro. genus morbi acutiſſimi, quo fauces anguntur ac ſtrangulantur, qui & tonſillę dicitur. Imperitũ vulgꝰ medicorũ Squinantiam vocat, cũ Hippocrates & Galenus ſynanchẽ appellitarint. Plin. Tonſillas ſeiungit ab angina. Dicta angina ꝙ angat. Plaut. Vellẽ me in anginam verti, vt huic, aniculæ fauces pręoccuparẽ. Macer, Subuenit ãginę melli vinoq; iugatę. Feſt. Anginã vinariã habere dicuntur, qui vino ſuffocantur.

¶ Angiportus quarti ordinis, & angiportum vtroq; mõ



dr̃, quẽ alij dicunt eſſe viam ſine exitu, alij vicũ anguſtũ & flexuoſum in modũ anguis. Var. li. j. de ling. lati. Qđ exitum nõ habet ac peruiũ non eſt, angiportũ, & id anguſtum, ab angendo & portu & ab anguſto portu. Alij a gręco anchi, quod ſignificat prope, quia non lõgius extenditur. Alij ꝙ inter portus ſit anguſtus locus, hoc eſt inter domos: quas vel portꝰ, vel ĩſulas veteres dixerũt. Alij arctas vias, quas gręci στενωπούς appellãt. Feſt. Angiportus eſt iter cõpendiariũ in opido, quaſi anguſtꝰ ad portũ aditus. Nam q̃ ſunt latiores fereq; militares prętorię cõſulares plateę nominant̃, vt inquit Vict. Vlpia. Angiportũ a portu dictũ eſt, portus vero ꝯcluſus & munitus locus eſt, quemadmodũ & ſtatio, ab importãdis exportandiſq; mercibus nomen habens. Teren. in Adel. Id quidẽ angiportum nõ eſt peruiũ. Et in Phorm. Sed hinc concedam in angiportũ hunc deſertum.

¶ Anguſtus, a, um, ſtrictus, a quo anguſto, as, quod eſt ſtringo. Vnde & coanguſto, vt apud euange. Et coanguſtabunt te vndiq;.

¶ Anguſtia, ſtrictitudo, quę tam ad animum, q̃ ad corpꝰ pertinet. Ambroſius, Et inter anguſtias animi & corporis anhelo cruciabatur ſpiritu.

¶ Angilę, populi in Aphrica ad Garamantas. Fertur eorum fœminas nocte, qua nubunt omnium ſtupro patere, in reliquum pudicas eſſe.

¶ Angulus pe. cor. locus eſt quem duo parietes iungũt. Dictus ꝙ ibi anguſtus ſit locus. In geometria vero Angulꝰ eſt ad punctũ vnũ ab alterutra ſuperficie, aut linea abſoluta contractio: Idioma aũt ſcripturarũ eſt, vt angulum pro regno ponant eo quod populos cõtinẽs quaſi in tota domo fortiſſimum ſit, vnde & Chriſtus duorum populorum parietes continens, lapis dicitur angularis.

☿ Angularis & hoc angulare, quod eſt quadrum vt lapis angularis.

☿ Angulatim aduerbium, ſignificat per angulos.

☿ Anguloſus, plenus angulis. Cc.

¶ Anglia, q̃ Britannia ab eruditis dr̃, inſula inſignis in Oceano, q̃ vndiq; a circunfuſo mari ꝯplexa eſt nuſq̃ iuncta cõtinenti, ſed ab omni orbe nr̃o diuiſa, q̃ quondã ab albis rupibꝰ, quas mare abluit, Albion dicebat̃. Hãc primum Troes incoluerũt, qui Troia diſiecta fugerunt exciſam patriã, Palladiſq; oraculo claſſe in hanc inſulã migrauerũt, atq; gygãtes tunc inſulã tenẽtes multis victos pręlijs expugnauerunt. Hanc poſtmodũ lõgo tẽporum tractu Saxones qui ſunt illuſtres Alemanię populi oppreſſere, agroſq; & opes ĩter legatos Saxonũ regina Angela diuiſit. Atq; vt lĩguę pariter & gẽtis memoria ĩ deuicta inſula ſẽpiterna foret, ab Angela, cuiꝰ ductu victa eſt, Angliã tellurẽ illã vocauit, q̃q̃ plęriq; Angliã, veluti noſtri orbis angulũ ꝓdicẽt dictã. Situs ipſiꝰ eſt vt ꝯtra aſpectũ Gallię & Hiſpanię ſita ſit. Eiꝰ ãbitꝰ q̃drageſies octies & ſeptuaginta quinq; milibꝰ paſſuũ ꝯſtat. De hac inſula, vide in Britoniũ hiſtoria, & in dictiõe Britãnia.

✣ Anguinus Cucumis dictꝰ eſt oblongus, & ad anguis ſimilitudinem contortus, qui & erraticus dicitur. Cc.

✶ Neq; anguis venenatus vt refert Pliniꝰ niſi per mẽſes luna inſtigatus, ineſſe ei multa remedia creditur & ideo Aeſculapio dicatus atq; anguis Aeſculapius Epidauro romam aduectus.

¶ Anguis tam fœ. q̃ maſ. gñis pro ſerpẽte in aquis degente. Val. li. j. L. Sylla ꝯſul ſociali bello cũ in agro Nolano ante ꝓtoriũ immolaret ſubito ab vna parte arę prolapſam anguem ꝓſpexit. Frequentius tñ maſc. genere profertur. Vñ & anguiculus diminutiuum facit, vt apud Ci. ſerpere anguiculos. Anguis qñ ſenuerit perdit aſpectum: Et ſi voluerit redire ad iuuentutem ieiunat. xl. diebꝰ, vt laxet̃ pellis eius, & ſic anguſtũ foramẽ ĩquirit, vt dum nititur exire, inde pellem ſenectutis dimittat.

¶ Anguimanus cũ accentũ in antepen. vocati ſunt elephanti, quia proboſcis quã manum diximus vocari, ad omnem partem vertitur. Luc. lib. v. Auguimanus belli docuerũt vulnera Pœni. Sufferre & magnas Martis turbare cateruas.

¶ Anguifer penul. cor. quia gręcis dicitur ὀφιοῦχος. Itẽ anguitenens.

¶ Anguillę piſcium ſolę exanimes nõ fluitant, Nõ ouo nõ coitu eas ꝓcreari ſcribit Ariſt. Dictę anguillę ꝙ ſpecie anguẽ repręſentent. Var. Ex parte a ſimilibꝰ aliqua rebus ſunt tranſlata, vt anguilla & lingula.

¶ Anhelo, as, pe. pro. ex am & halo, m, in n, mutata, ſignificat anxie halo. Vñ & pro ardẽter cupio ꝑ tranſlationẽ poni conſueuit. Aug. Ibat ſpirans & anhelans cędes

¶ Anhelitus, us, penul. corre. ipſe ſpiritus anxie actus.

¶ Anhelitus, a, um, pe. pro. Verg. Et ſenibus medicant̃ anhelis. Amb. Anhelo cruciąbatur ſpiritu.

¶ Anhelator, qui id vitij patitur, hoc eſt qui eſt ſuſpirioſus & pneumaticus, quod vitiũ conſiſtit in ſpirandi difficultate. Plin. lib. xxij. Anhelatoribus & in tuſſi vetuſta cum porro ex aceto datur.

✣ Anicetum, ab aliquis aniſum dicitur, genus obſonij. Gręci enim ἀνίκητον inuictum & inuicibilem dicunt.

✣ Aniciana inter pyrorum genera reponuntur.

¶ Animꝰ & aĩa in hoc differunt, ꝙ anima ſit vitę. In homine aũt quatuor aĩas eſſe ꝯſtat. Vitalẽ. ſ. q̃ in vermibꝰ eſt, qui tm̃ mouentur. Senſualẽ vt in brutis animalibꝰ, in quibꝰ eſt ſenſus, & timoris, & gaudij. Intellectualem, q̃ eſt in hominibꝰ tm̃, qui & cogitare, & iudicare poſſũt. Et q̃ infra oẽs eſt, phyſicã, hoc eſt naturalẽ, vt ea q̃ in arboribꝰ & hęrbis, q̃ etſi nõ mouent̃ vitã tñ habẽt cũ naſcantur creſcant & pereãt. Animꝰ cõſilij, licet hęc a poetis plęrũq; abuſiue vſurpant̃. Nã anima in homine eſt, qua viuimus & ſentimus mouemur. Ita vt cõtineat vim vegetãdi, mouendi. & ſentiendi, q̃ omnia cõia ſunt nobis cũ cęteris animantibus. Nã ipſa aluntur creſcunt, & gignunt, mouent̃ ꝓterea & ſentiũt. Animꝰ vero eſt quo homines ſumus, quo ſapimꝰ & intelligimꝰ. Quę vis nõ eſt educta de potẽtia materię, ſed a deo, immortalis de nihilo creatur eodem tẽpore, quo & infundit̃ in corpus noſtrũ. Aug. Animus eſt ſubſtantia quędã rationis particeps, regendo corpori accommodata. Cice. lib. j. Tuſ. ſic differit, Animũ autem alij animam etiam fere noſtri declarant nominari. Nam & agere animã, & efflare animam dicimus. Et animoſos & bene animatos, & ex animi ſententia. Ipſe autem animus ab anima eſt dictus. Sciendum tamen eſt ꝙ animus pro anima plęrũq; ſumitur, vt apud eũdem in Caton. Qui ſi in hoc erro, ꝙ animos immortales credam, libenter erro. Et iterum. Si mihi perſuaſi, ſic ſentio cum tanta celeritate animorũ. &c. Eius contrarium eſt inanimis, qui anima caret. Similiter exanimus, ſiue exanimis. Semianimus, qui ſemiuiuus eſt. Sumitur pro ingenio, ſiue intellectu. Saluſt. Omnes, homines, patres Con. qui de rebus dubijs cõſultant, ab omni odio, amicitia, ira atq; miſericordia vacuos eſſe decet. Haud facile animꝰ verũ ꝓuidet, vbi illa officiũt, neq; quiſq̃ oĩm libidini ſimul & vſui paruit. Vbi em̃ intenderis ingeniũ valet. Si libido poſſet, ea dominatur, animus nihil valet. Aliqñ pro voluntate ſiue affectu & delectatione, vt apud eundẽ. Ita ſemp imperium ad optimũ quẽq; a minus bono trãſfertur. Plau. in epi. Captiuã adoleſcentulã de ꝓda mercatꝰ eſt. Quid ego ex te audio? hoc quod fabulor. Cur eam emerit? Animi cauſa. Quot ille animos habet. Varro li. de re. Ruſt. Dic illud alterũ genus ornithonis, qui animi cauſa cõſtitutus a te ſub caſino fert̃. Hinc fit vnanimis, qui vnꝰ eſt animi. i. voluntatis. Qñq; ꝓ ſpiritu, ſiue flatu ac vento Lactã. li. de opi. Alij ſanguinẽ animã eſſe dixerunt, alij ignẽ, alij ventũ, vñ anima vel animus nomẽ accepit ꝙ gręce ventus ἄνεμος dicitur. Cice. li. j. Tuſ. Si anima animus eſt, fortaſſe diſſipabit̃. i. vẽtus. Et iterũ. Siue illi animi ſint animales. i. ſpirituales. Terẽ. in Adel Animũ recipe. i. ſpiritum ſiue flatum recupera, ſeu quieſce. Nõnũquã pro ira. Vnde illud, Pone animos & pulſus abi. Sed

rectius de anima dr̄. Plin. Ergo & hęc animi aſperitas, ſiue potiꝰ animę dulciore ſucco mitigaṫ. Interdū ꝓ memoria. Verg. Omnia fert etas animū quoq;. Sępe etiam ꝓ fortitudine. Vñ animoſus, magnanimus & puſillanimus. De aīa vero & a qua animaṫ corpus & a qua animꝰ eſſe dr̄. Sall. At nobis eſt domi inopia, foris ęs alienum, mala res, ſpes multo aſperior, deniq; quid reliqui habemus pter miſerā animā. Iuue. I nunc & ventis animā cōmitte, dolato Confiſus ligno, digitis a morte remotis. Quatuor aut ſeptē ſi ſit latiſſima tæda. Similiter aīa poniṫ ꝓ mēte. i. ꝓ animo. Macro. Tūc em̄ aīa libera eſt & nulla corporis cōtagione impedita. Aliqn̄ poniṫ pro vēto ſiue ſpū aut flatu & oris odore. Ver. Quātū ignes, animęq; valent. Hora. Impellūt aīę littora Thracię. Plau. in aſi. Dic amabo an fœtet anima vxoris tuę? Ver. Animas & olētia Medi Ora fouēt illo. Gręci aīam ψύχην vocāt quaſi ἀναψύχην ꝙ reſpirādo refrigeret. Cā em̄ corporis viuēdi eſt reſpirādi & refrigerādi vim exhibens, vel quaſi φυσικὴν, ꝙ. ſ. phyſim. i. naturā. Autor Plato in Cratylo Orige. in li. Periarchō. Teren. Hoc vbi audiui ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi. Acceſſi, aſtiti, animā cōpreſſi, aurē admoui. Plaut. ne quid emittat aīę dormiēs. Et aīa capiṫ ꝓ ira. Plau. Animā cōprime. Hinc animoſus & animatus pro iracundo. Sumiṫ & pro aqua. Idē Ni ego illi puteo ſi occepſo animā oēm intertraxero. Var. poſuit animā pro ſono. Et Phrygias audire animas. Ver. ꝓ ipſo hoīe. Ite ait egregias aīas q̄ ſanguine nobis Hāc patriā peperere ſuo. ☿ Pręterea aīa teſte Aug. eſt ſpūs ītellectualis rōnalis ſemp viuēs, ſemp in motu, bonę malęq; volūtatis capax ſecūdū benignitatem Creatoris, ac ſecundū ſui operis officiū varijs noībꝰ dr̄. ſ. anima dū vegetat, ſpūs dū cōtemplaṫ, ſenſus dum ſentit, animus dū ſapit, mens dū intelligit, ratio dū diſcernit, memoria dū recordaṫ, voluntas dū vult: differūt iſta nō ſubſtantia ſed noībꝰ, vna anima eſt, proprietates diuiſę, in ſpiritu tm̄ & aīa poteſt eſſe differentia. Nā omnis anima ſpiritus, non omnis ſpiritus anima.

¶ Animula diminutiuum ab anima. Ser. Sul. In vnius mulierculę animula iactura facta eſt.

¶ Animal ab aīa eſt, & eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, & Animalis & hoc aīale, qđ eſt ex aīali, ſiue qđ habet aīam. Vñ veteres aīales deos dixerūt qui de animalibꝰ eſſent facti, vt penates. Et animalis dr̄ ſpiritualis. Ci. li. Tuſ. Siue illi animi ſint animales. Huius ꝯtrariū eſt exanimalis, qui nō eſt animal, vel quod ſine anima eſt. Plautus in Bac. Nam neq; bellona mihi vnq̄ neq; Mars credit in illū exanimalem faxo, ni ve exhęredē fecero vitę ſuæ. Hinc animalitas pro ipſa animalis eſſentia.

✣ Animalis hoſtia dicebaṫ vbi anima ſacrificabatur.

¶ Animās ge. fœ. & aliqn̄ neutri. Ci. de natu. Animantiū alię corijs tectę, alię villis veſtitę. Et ſignificat qđ habet aīam, ſicut qn̄ eſt adiectiuū. Cic. iiij. ad Herē. Sed inuentio ſimiliū faciliꝰ erit ſi quis res ſibi oēs animātes & inanimātes mutas & eloquētes. Differūt inter ſe animātia & animalia. Nā animātia ſuperiorē tenēt locū, & animalia ſub ſe hn̄t atq; cōplectunṫ tanq̄ genus ſpeciē. Sūt em̄ q̄dā q̄ animā habēt nec ſūt animalia, ſed animātia, ſicuti ſatis & arbuſtis animā alētē ineſſe tradūt, quā philoſophi recētiores vegetatiuā appellāt, itaq; viuere & mori illa dicimꝰ, nec aīalia tm̄ ſed animātia nūcupanṫ vt docet Sene. lib. viij. epiſto. moral. Interdū tm̄ animātia dicunṫ animalia. Vnde dicimus Animantium tria eſſe genera. Terrenum, volatile, & aquatile.

☿ Animęquior qui eſt animę vel animi ęquioris. i. pacatioris, fit ab animęquius, a, um, quod eſt patiens & omnia aduerſa æquo ferens animo.

¶ Animoſus habens in ſe vehementiā animi, ſiue q eſt elati ſpiritꝰ. Oui. Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. Cic. in Caton. Ex quo fit vt animoſior etiā ſenectꝰ ſit q̄ adoleſcētia. Et animoſus dr̄ iracūdus. Verg. Quos animoſi Euri aſſidue frangūtq; ferūtq;. Et ea pars animę in qua irę ſedes eſt, vocaṫ animoſa. Et animoſus pro nodoſo. Verg. Luxuriatq; toris animoſum pectus.

¶ Animulus dimi. Plau. Mi animule mi Olympio.

☿ Animoſitas, vt inquit Speu. eſt impetus violentus. i. rationales animę abſq; ratione & ordine mentis.

¶ Animo, as, fortē reddo, delibero, & q̄ſi animū īduco, ſiue animū īcito. Et ſic ab animꝰ deſcēdit. Clau. lib. iij. Qualis peſtiferas animare ad pręlia taxos Torua Megęra ruit Hie. ad Euſto. Sic ordinata, ſic rōni cōformia mādata ſororibꝰ p̄feras, vt etiā deprauatę, ſuperbę mētes animenṫ ad obediētię ſemitas. Macro. Animati ſūt ergo veteres ad faciēdū diſcretionē. Aliqn̄ animare eſt animā inducere & viuificare. Tūcq; ab aīa ſiue ab aīo cū ꝓ anima capiṫ fit. Lact. li. j. Id incōueniēs eſt deo, q verus pater eſt, ꝑ quē ſumꝰ, & cuiꝰ toti ſumꝰ, a quo fingimur, animamur, & illuminamur. Col. li. ix. Diebꝰ quibꝰ animanṫ oua, & in ſpeciē volucrū cōformanṫ. Iñ fit animatꝰ & inanimatꝰ. Cic. li. ij. offi. Partim inquit ſunt inanimata, vt aurū & argētū. Apul. in flor. Primꝰ duas tybias vno ſpiritu animauit. i. viuificauit & ſonū emittere fecit. Participiū tm̄ p̄ſentis tēporis animās, ſicut paulo ante dictū eſt ſignificat qđ habet animā, vt apud eundē lib. j. offi. Principio generi animantiū oī a natura tributū eſt vt ſe vitam corpuſq; tueatur. Huius verbi cōpoſitum & contrarium eſt exanimo quod eſt anima priuo.

¶ Animatus etiā ab animo fit, ſicut a tunica tunicatꝰ, a galea galeatꝰ, cū animꝰ ſumiṫ ꝓ volūtate. Cice. D. Bru. Ita paratꝰ ſeu aīatꝰ eſſe debes, vt nihil facias niſi iuſſus. i. eā volūtatē hr̄e debes, & animatus qui habet aīam ſicut paulo ante dictū eſt cuius cōtrariū eſt īanimatꝰ, qui non habet animam. Aliqn̄ animatus dicitur iratus. Idē Ego vero nihil ita animato homine miſerius dicerem.

✣ Animitus quemadmodum oculitus & medullitus.

¶ Animaduerto. i. animū illuc verto, hoc eſt ſenſus in illud qđ fit intēdo, cogito, ītueor, ꝯſydero. Hie. li. iiij. ꝶ. Animauertite quot occaſiōes q̄rat. Plau. Animaduerte hoīem ſubalbidū. Cic. j. de. di. Experrecta nutrix aīaduertit dormientē circūplicatū ſerpētis amplexu. Aliqn̄ aīaduertere ſignificat punire, oppugnare, verberare, irā exercere, ſed cū accuſatiuo mediāte in, vt aīaduerſū eſt in quoſdā, inquit, Suet. Iñ animaduerſiōes dictę, & animauerſi ipſi puniti. Pau. Corpora animaduerſorū qbuſlibet pereūtibꝰ ad ſepulturā dāda. Plau. Is cū in herum animaduertiſſet grauius. i. irā ꝯuertiſſet. Terē. in And. aliter poſuit. Ea primū animaduertēda iniuria eſt. i. caſtigāda & vindicāda. Hinc aīaduerſio qđ mō cōſyderationem, mō punitionē ſignificat. Et aīaduerſor punitor Apu. Exponā breuiter quod animaduerſor meus fecit.

¶ Ania, Romana mulier q̄ cum eam propinquus moneret, vt alteri viro nuberet: Eſſe em̄ ei & ętatē integrā, & faciē bonā: Nequaq̄ hoc faciā inquit. Si em̄ virū bonum inuenero vt ante habui, nolo timere ne perdā. Si malū, quid neceſſe eſt poſt bonum peſſimum ſuſtinere?

¶ Anio, enis, pe. pro. nomē fluuij in agro Tyburtino q e ſublimi in vallē ſubiectā p̄ceps ferṫ. Hora. Et p̄ceps Anio & Tyburti lucus. Hinc Anienus, a, um, Proper. Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes. Anieni nomen indidit Anius rex Hetruſcorū, qui inſequens Cethegū filię raptorem, cum eum aſſequi nō poſſet in fluuiū inſilijt, ibiq; extinctus vt Anio vocaretur, effecit.

✣ Aniſum, de quo Pli. Aniſum a Pythagora inter pauca laudatur ſiue crudū, ſiue decoctū. Itē viride aridū ve, omnibus quę condiuntur quęq; intinguntur, deſyderatum, fœtorem tollit manducatum, mox vino collutum, vultum iuniorē pręſtat. Appetentiā ciborum facit. Idē. Aniſum Liguſtici vicem pręſtat in condimentis.

¶ Annitor, pe. ꝓ. ꝯtra nitor, opitulor. Sal. Poſtea Piſo in citeriorē Hiſpaniā q̄ſtor Propretor miſſus eſt annitēte Craſſo quicū infeſtū inimicū. Cn. Pōpeio nouerat. Et anniti eſt valde ſiue intētius niti, & conari incūbere ad aliqđ agēdū. Cic. in Lęl. Sic natura ſolitariū nihil amat ſemperq; ad aliud tanq̄ adminiculum annititur, quod in amariciſſimo quoq; dulciſſimum eſt.

¶ Annaſcor iuxta naſcor. Gell. Dentes quoq; & in ſeptem primis menſibus, & ſeptenos ex vtraq; parte gigni & cadere annis ſeptimis, & geminos annaſci annis fere bis ſeptenis. Hinc agnatus & agnatio, in quibus ſubtrahitur n, quæ pro d poneretur, & ponitur g.

¶ Annoto, as, penul. cor. iuxta ſiue ad aliquid noto inſcribo, ſigno. Lactan. lib. v. Et auſus eſt libros ſuos nefarios ac dei hoſtes annotare.

¶ Annus a circuitu temporis, quū veteres am pro circū ponāt, & narc fluere. Ser. ab anulo dici exiſtimat, ꝙ in ſe redeat, quaſi anulus. Verg. Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus, ſed tunc Verg. περιφραστικῶς expreſſit ἐνιαυτὸν. Nā mēſibus in ſe currentibus voluitur. Sol enim per duodecim zodiaci ſigna excurrens, annū conficit, vnde apud Aegyptios ante inuentas literas dracone picto ſuam mordēte caudam qui in ſe recurreret indicabatur. Alij ab annouatione deriuant, ab ἀνὰ & νεόω, renouo, quia ſemper renouatur. Alij a Gręco ἔννον. Vnde apud nos dicimus trienniū illi τρίεννον. Eſt autē triplex annus Lunaris, xxx. dies habens. Solſtitialis qui. xij. cōtinet mēſes. Qui dr̄ ſolis anfractꝰ, cū pactis. ccclxv. diebus & quadrāte ad eadē ſyderū loca redit. Qui etiam annus vertens dicitur: Et magnꝰ annꝰ quē cē voluerūt omnibus planetis in eundē locū recurrentibus. Et hoc fit ſecundum Cic. Hortenſium poſt annos. xij. milia nōgentos quinquaginta quatuor ſolſtitiales

☿ Anni vero quatuor ſunt tempora diuiſa in ternos mēſes, & ipſorū temporū faciunt talem diſcretionē, vt primo menſe Veris, nouum dicatur. Verg. ſecundo adultū tertio præceps vel extremum. Vnde eſt extremæ ſub caſum hyemis, annū primo Eudoxus, poſt Hipparcus deinde Ptol. ad vltimum Cæſar. depręhendit.

✣ Annus Saturni a quibuſdam dicitur qui eſt quadragita annoꝝ. Annus arcadū trimeſtris fuit. Aegiptij Lunæ ſenio annū terminābāt, apud quos etiā ſingula milia annorum quidam vixiſſe produntur.

✣ Anna dea ab annis quibus pręſidebat vocata eſt, & illi mēſe Martio priuati & publice ſacrificabāt, quo eis annare & perennare liceret. Fuit em̄ Beli filia, ſoror Didonis, q̄ poſtq̄ mortuā ſororē vidit, & Cartaginē ab Hierba Getuloꝝ rege occupatā, relicta ſede patria ad Battū regē q Mellitę inſulę īperabat, curſū arripuit. A quo iure veteris hoſpitij benigne excepta duos & vltra annos ibi māſit. Sed quū Pygmalionē fratrē iā cum armis aduentare intellexiſſet. Battꝰ veritꝰ potētiā illiꝰ, Annā vt inde abiret hortatꝰ eſt. Mox igiṫ mare ingreſſa dum Camerā nauigare cōtēderet vi tēpeſtatis acta in Laurētē orā ꝑuenit, vbi iā Aeneas pacatis rebꝰ, & ducta vxore Lauinia īperabat. Hic tū forte ſolo Achate comitatꝰ in litore nudis pedibꝰ ambulabat. Qui quū errātē Annā aſpexiſſet, & vix ſibi perſuadere poſſet eā eſſe, tādē agnitā cōpellat. Timuit illa principio, ſororis caſū ante oculos ponēs poſtea vero ab illo benigne inuitata in regiā cū eo ꝓfecta eſt. Cui mox Lauinia amorē coniugis ſuſpectū habēs tēdere inſidias cœpit. Sed Anna in ſomnijs a Didone monita vt infauſtā domū relinqueret, ſtatim per feneſtrā exilijt, cūq; citato curſu ad Numicium amnē ꝑueniſſet in eū ſe p̄cipitē dedit. Ora deinde luce magno clamore eam quęritātes per Laurētē agrū ꝓfiſciſcuntur, apparent veſtigia pedū vſq; ad Numiciū amnē vltra nihil videtur. Quod dū admirandis ſecum animis volutant, ipſa loqui viſa eſt, Placidi ſum nympha Numici, Amne perēne latens Anna perenne vocor. Quapropter lęti cōuiuia celebrarūt, eam pro dea venerātes, quem ritum poſtea longiſſimo tempore ſeruarunt.

¶ Annales dicūṫ res geſtę q̄ de anno in annū in hiſtorias redigūṫ, nr̄i tp̄is eſſe poſſunt. Vñ Vergil. Et vacet annales nr̄oꝝ audire laboꝝ. Hiſtoria res geſtas narrat & ab ętatis nr̄ę memoria remotas. Ci. li. j. de orat. Erat em̄ hiſtoria nil aliud niſi annaliū cōfectio. Gel. ſic habet Recte annales hiſtorias appellaueris. Sed non cōtinuo qcqd hiſtoria fuerit annales appellare poſſent. Sunt em̄ vtraq; reꝝ geſtaꝝ narratio. Earū ꝓprie reꝝ ſit hiſtoria quibꝰ gerēdis interfuit is q narret. Annales vero cūres geſtę pluriū annoꝝ ſeruato cuiuſq; anni ordine memorię traduntur. Quum autem non per annos, ſed ꝑ dies ſingulos res geſtę ſcribuntur, Diarium vocatur.

☿ Pręterea hiſtoria non ſolū res geſtas longo ordine explicat, ſed & conſilia quibus geſtæ ſunt, ponit, & cōciones facit & acies inſtruit & ſitus locoꝝ demōſtrabit. Annales ſinguloꝝ annoꝝ geſta breuiſſima notāt. Vñ annales Piſonis, & Salluſtij hiſtorias dicimus.

¶ Annalis & hoc annale, quod ad annos ꝑtinet. Vñ legē annalē dixerūt q̄ p̄ſcribebat legitimā ad petēdū magiſtratū ętatem, Cice. lib. de legibus. Ciuitatē annali lege ſeruanto. Dicitur & tempus annale quod eſt anni. Var. Et quoniam tempora duorum generum ſunt, vnū annale quod ſol circuitu ſuo finit. Alterum menſtruum quod luna circuiens compręhendit.

¶ Annarius, a, um, idem ꝙ annalis, vt lex annaria ab antiquis dicebatur, quia finiuntur annui magiſtratus capiendi, vt inquit Feſtus.

¶ Annilis & hoc annile pe. ꝓ. dr̄ quaſi ſenilis & ætate grādi. Col. li. j. Parētē oīm terrā, ſicut muliebrē ſexum ętate annili iā cōfectā, ꝓ generādis eſſe fœtibus inhabilem. Anilis vero per ſimplex n, ab anu vetula fit.

¶ Annicularis & hoc anniculare, idem eſt ꝙ annilis. Auguſt. Delirare tibi video auare, quum hæc loquor, annicularia tibi videntur hæc verba.

¶ Anniculus, a, um, qđ eſt vniꝰ anni, vt anniculꝰ puer annicula puella, anniculū iumātū. Nec de aīalibꝰ tātū, ſed etiā de inaīatis, vt anniculū vinū. Pli. li. xiij. Ergo plātaria inſtituūt, anniculaſq; trāſferūt, & iterū bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutiuum, vt bimulus puer, quia intra hos annos adhuc paruus eſt.

¶ Annuus, a, um, quod vniꝰ anni ſpatio cōtineṫ ſicut diurnus qđ diei: annuū quoq; dicimꝰ qđ fit ſingulis annis. Verg. atq; annua magnæ Sacra refer Cereri. Annua abſolute dicūṫ alimēta in ſingulos annos. Iuue. Sunt q̄ tortoribꝰ annua pręſtēt. Vlpia. Si cui annuū fuerit legatum relictum ſine adiectione ſummę id videri relictum Suet. de Tybe. Peculio conceſſo a patre præbitiſq; annuis fraudauit per ſpeciem publici iuris.

¶ Anniuerſariꝰ, a, um qđ ſingulis vertētibꝰ annis fieri ſolet. ſeu qđ ſingulis annis ſtatuto tp̄e reuertiṫ, ſicuti ſacra anniuerſaria. Scribit. Val. Max. ꝙ Antipater Sidoꝰ poeta omnibus annis vno die natali tm̄ corripiebaṫ febre. Sueto. de Augu. Quaſdam & anniuerſarias, ac certo tempore recurrentes experiebatur.

¶ Annuatim aduerbium ab annuo. Plin. lib. ij. Hiero. teſte, qui tradit ſingula milia talentum annuatim turis penſitaſſe Arabes regibus Perſarum.

¶ Anniuerſalis & hoc anniuerſale, anni circulus.

¶ Annoſus, a, ū, quod eſt vetuſtū, quaſi mltoꝝ annoꝝ.

✣ Anno, as, annum ago, a quo fit cōpoſitum perenno, quod ſignificat annum perficio.

¶ Annona, æ, pe. ꝓ. ab anno inclinari videṫ, & eſt ꝓuētus frugū vniꝰ anni, quaſi alimonia nō frumēti ſolū, ſed etiā aliaꝝ rerū. Col. li. ix. Vel lactis ānona ꝓmittit. Abuſiue tm̄ ꝓ ipſo victu capiṫ. Ci. li. ij. de diui. Putarā annonā in macello cariorē fore. Iuue. his opibus nunq̄ cara eſt annona veneni. Annonam etiam veteres menſtruā vel annuā mercedē, ac ſtipēdiū nominarūt. Verg. de re mil. Torques aureus ſolidę virtutis p̄miū fuit, quem q meruiſſet p̄ter laudem duplas cōſequebatur annonas: hinc annonaria prouiſio, & annonarię leges dictę ſunt.

☿ Annonarius, a, um, quod ad annonā ꝑtinet, vt lex annonaria quā Clodiꝰ tulit, & ſūme popularis fuit. Vegetius annonarias expenſas vocat, eas frugū pabuliq; ſpecies quas prouinciales militibus expendunt.

☿ Annotinus,a,um,pe.pro. ſimiliter quod ad annonã pertinet,vt naues annotinæ quibus annona comportatur,vt apud Cæſarem in commentarijs.
¶ Anus,us,ge.fœmi.& prima cor. vetula dr̃, ab anno rũ multitudine vocata,cũ antiqui cõſonãtẽ nõ geminarent. Vel ab α,& νοῦς ſenſus,vel intellect᷒,ab νοέω intelligo,inde νόος & ꝑ ſynereſin νοῦς ꝙ iã ſit ſine ſẽſu. Hic ſit anilis & hoc anile,qđ' eſt an᷒ vl̃ qđ' ad anũ pertinet.
¶ Anicula dimi. ꝓ vetula. Dr̃ & anicilla, vt docet Var.
¶ Anus,ni,gen.maſ.& pri.ꝑ.pars poſterior verend a.
☿ Hieron.apud li.re.i.facietis per ſimilitudines anorũ. Quo nomine dictus eſt & fluuius quidam.
¶ Annul᷒ ꝑ duplex nn,paru᷒ ann᷒ dr̃, per ſimplex aliud ſignificat.ſ.paruas nates,vt eſt dimi.ab anus ani.
¶ Anul᷒ ꝓ digitorũ ornamẽto a circuitu vocatus eſt ſiue a rotũditate quaſi annus. Greci a digitis dactylon appellauerunt,a noſtris dicitur etiam digitus.Plau.in pe. Atq; vt opinor digitos in manibus non habẽt,quid iſ quia incedunt cum anulatis auribus. Apud nos priſci vngulum & vnguinũ vocabant,poſtea & noſtri & Greci ſymbolum dixere. Nam ſymbolus nota eſt & ſignum & anuli militię notę erãt. Condulum quoq; & condaliũ veteres anulum nuncupauere. Plau.in Tri. In thermopolio condalium es oblitus.Et paulopoſt. Inter eos ne homines condalium te redipiſci poſtulas?Mos fuit veterũ gerere anulum in digito ſiniſtræ manus qui eſt minimo ꝓximus.Cauſa eſt qm̃,vt Macrob.ſcribit inſectis humanis corporib᷒ repertũ eſt neruũ quẽdã tenuiſſimũ ab eo digito ad cor hominis peruenire.Et ideo viſũ veteribus,vt ille digitus anulo tanq̃ corona circũdaretur.
✣ Anulatus ab anulo.
✣ Anellus dimi.ab anulo.Hora in Ser. Sæpe notatus. Cum tribus anellis modo læua priſcus inani. Cic.Cuius imaginẽ non modo in tabulis noſtri familiares,ſed etiã in poculis & in anellis,habebant.
☿ Anularius artifex qui anulos facit, Anulare quod ad anulum pertinet,vt digitus anularis.
☿ Anulatus,anulis ornatus.Plau. Quid iam,quia incedunt cum anulatis auribus.
¶ Anomalum pe.cor.dicitur inęquale,quia diſſimile ẽ ab α,ſine νόμος lex,quaſi extra regulã. Anomalũ etiã dicitur aſperum,varium.Anomalia inęqualitas,& græcum eſt,ἀνωμαλία.
¶ Anonymum pe.cor.ſine nomine & obſcurum.Legimus autem populos eſſe in Aphrica Athlãtes dictos,q ſunt anonymi,hoc eſt ſine proprijs nominib᷒,q in vniuerſum Athlantes tantum vocitantur,ſic ſemper ꝑ ypſilon in pe.ὄνομα vertitur,vt Hieronymus.
¶ Anophitus penul.cor. latine dicit̃ deſuper nat᷒, ab ἄνω καὶ φυλόδεν τόφυτον.
¶ Anodina vocantur quę leuationẽ doloris ſomnũ acerſendo moliunt α,priuatiua& ἄλγ dolor pariendi,ſed interponitur ꝑ ,ne collidantur vocales,vt reeo redeo
¶ Annibal nomen viri Carthaginenſis in re militari ꝑ ſtatiſſimi,q minor cũ.xxv.annis eſſet imperator elect᷒ Hiſpaniam bello ſubegit,Alpes tranſiuit,quæ inuiæ vi debantur Romanorũ duces tribus prelijs vicit, Romanoſq; maxima clade,apud Cannas affecit, Græce tamẽ dicitur,ἀννίβας ἀνίβον.
¶ Anquirere circum quærere eſt.
¶ Anquina pe.prod.funis nauis,quo ad malum antẽna conſtringitur. De qua Cinna. Atq; anquina regat ſtabilem fortiſſima curſum.
¶ Anquiromachus pe.cor.genus nauigij,dict᷒ ꝙ celeritate ſui anchoris & inſtrumẽtis reliqs nauiũ vehẽdi ſit apt᷒. ¶ Anſa,vaſis auris vtriq; ꝑminẽs,qua.ſ. manib᷒ teneri ſolet.Ver. Et grauis attrita pẽdebat cãthar᷒ anſa
☿ Anſa quoq; manubriũ vel quicquid oĩno a toto corpe exit.Vñ ponit̃,ſſq; ꝑ fibula,ſeu fixula quæ calceis inſuitur.Tibul. Anſaq; compreſſos alligat acta pedes.
¶ Anſula dimi.ab anſa,quo vſus eſt Aug.lib.viij.cõf. pro anulo quo fiũt catenę,licet ꝑtrãſlationẽ.Ex voluntate(iqt)puerſa facta eſt libido. Et dũ ſeruit̃ libidini facta eſt cõſuetudo. Et dũ cõſuetudini nõ reſiſtit̃ facta eſt neceſſitas,quib᷒ quaſi anſulis qbuſdã ſibimet inexis vñ catenã eppellaui,tenebat me obſtrictũ dura ſeruitute.
¶ Anſanctus dicitur omni ex parte ſanctus.
¶ Anſer,ocha ab anatando,auis eſt q̃ nocturnas excubias celebrat:Vigilias em̃ ſuas cãt᷒ aſſiduitate teſtatur. Hĩc Anſerin᷒,a,um,qđ' eſt anſeris.Pli. Tubera & q̃cũ q; emoliri op᷒ ſit efficaciſſime anſerino adipe curantur.
✣ Antachates gemma quæ pro achate eſt myrrham redolens & ob id mulieribus grata.
☿ Antanachaſſis ad verbũ trãſferri poteſt ex aduerſo refractio,figura cũ ad qđ' ab altero dictũ eſt non ea mente qua intelligit̃,ſed in aliã aut cõtrariam accipitur.
¶ Antandros Phrygiæ vrbs ad meridiẽ poſita quã habitauere. Leleges finitimi Cilicibus. Aborigines olĩ cũ habitarẽt Acarnaniã a duce Lelege Leleges appellati ſunt. Et ab eius nepote Teleboo Teleboi. Hi migrauerũt in Aſiã & dicti fuere Cares. Sed de hoc lati᷒ ĩ dictione Leleges. De hac Ver. Claſſẽq; ſub ipſa Antãdro. Antãdrũ vero ſaxũ magis q̃ iſula inter tenedũ & Chiũ qua Aegeus ſinus panditur ab extra nauigantibus.
¶ Antacites,pe.cor.amnis aſiæ,a quo piſces Antacęi ſalſamentũ nobile.Importãt̃ Antacęi & ex Boryſthene vt inquit Herodo.& in hodiernum diem a Mẹoti lacu preſtantiſſimi quotannis inuehuntur.
¶ Ante,modo aduerbiũ,modo ꝑpoſitio eſt. Auerbium quãdo nulli deſeruit caſui,& ſignificat antea. Ver. Ante leues ergo paſcẽt in æthere cerui.Hoc em̃ accidit multis ꝑ ꝑpoſitionib᷒. Nec mirũ,qñ aduerbijs etiã quibuſdã liceat vim ꝑpoſitionis aſſumere, vt pridie calẽdas, pridie nonas.Itaq; apud,circũ,añ,poſt,& reliquę tũc ꝑpoſitiões iure appellãtur, qñ caſib᷒ adiunctę tranſlatione facere oſtendũtur,quod eſt propriũ ipſarũ.Quando vero ſine caſibus ,ſunt aduerbia. ☿ Sciendũ ꝙ añ,& poſt quũ caſibus pręponuntur accuſatiuũ exigũt,vt añ multũ,poſt multũ.Quũvero caſibus ſubijciũtur ablatiuum. Plau.in Aſi. Vix anno poſt exegi,añ vero quũ eſt ꝑpoſitio ſeparari & cõponi ſolet.Separata qñq; pſonã,qñq; locũ, quandoq; temp᷒ denotat,vt ante ora parẽtũ,ante tẽplũ,añ duos annos. Cõpoſita plerũq; ſignificat ſicut ſonat & cõponit̃ cũ dictiõe incipiẽte ab a,vt añabulo. a,c.vt añcapio.e,vt añeo,f,vt añfero,g,vt añgradior,l vt añlucan᷒p,vt añpono, ſ, vt anteſto. Ab añ fiũt deriuatiua,Antiqua,antiquus,antes,antẽna & huiuſmodi.
¶ Anti præpoſitio græca quæ in compoſitione plærũ q; contradicit,& aliquando ſignificat re,& aliquãdo ꝓ. Extra cõpoſitionẽ conſtruitur apud eos cum genitiuo Et tunc apud nos ſignificat pro.
¶ Anterius,ante hac,& ab hoc tempore. Fit em̃ ab añ, ſicut a poſt poſterius,& a ſub ſubterius,quo vſ᷒ eſt Boetius.Sidonius ad Domitium. Quænam potiſſimum anterius caulibus noſtris culina fumaret.
¶ Ante alios,ſuper alios,plus alijs,prius alijs,vel preter alios.
¶ Anteambulo,as,Vide in dictione Ambulo.
¶ Antarcticus pe.cor.quartus circulus cœli, eo ꝙ cõtrarius ſit circulo quem arcticon nominamus. A noſtris dicitur polus meridionalis.
¶ Antæ,arum,tantum pluraliter,oſtiorum latera dicũtur a quibus antipagmenta.
¶ Antea aduerbium eiuſdem ſignificationis cum ante componitur ex ante & ea, vt oſtendit Priſcianus, quis tantum tempus denotet.
¶ Anteeo,is,tam datiuo q̃ accuſatiuo iungitur & ſignificat antiuado,pręcello. Plaut.in Amph. Virtus omnibus rebus anteit.Salluſt.in Iugur. Et quum omnis gloria anteiret,omnibus tamen charus erat.
¶ Anteus apud nos idem & quod contrarius.
¶ Antę᷒ cũ diph.& ſine h fuit gygãtis nomẽ Neptuni



ex terra filij magno ac ꝓcero corpore,quippe qui cubitis.xl.adoleuerit in Libya apud Lixũ opidũ a flumine Mauritanię eiuſdẽ noĩs ita vocatũ,qui loc᷒ antęi regia dicitur,robore ac fortitudine nemini cedẽtis. Quoties mẽbra labore defecta eſſent tactu terrę recreabat̃,quem Hercules paleſtra pectori aſtrictum expirare coegit.
☿ Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem apud Tygeriam opidum Lybię effoſſo ſepulchro Antei cadauer inueniſſe. Euſebi᷒ lib.de tẽporibus ſcribit Antęum paleſtricę artis fuiſſe doctiſſimum, & quorumcunq; certaminum,& ob id oſtendit ſe arbitrari fictũ ꝙ fuerit filius Terræ,& ꝙ viribus reſtauraretur ab ea.
☿ Antheus cũ h,Antenoris filius fuit,quem Paris amauit,& imprudẽs interfecit. Quo nomine dictus eſt vn᷒ ex Aeneę ducib᷒,de quo Ver. Anthea Sergeſtũq; vocat. ¶ Antarium bellum quod ante vrbem geritur.
¶ Añcapio,is,ꝑuenio anticipo. Sal. Cõſul optimũ factura᷒ noctẽ q̃ iſtabat añcapere ne qd ſpatio nouaret̃.
¶ Antecedo pe.pro.pręcedo,anteuado,& conſtruitur tam cum accuſatiuo quam cum datiuo. Decius Brutus Ciceroni,Biduo me Antonius anteceſſit itinere multo maiora fugiens q̃ ego ſequens.Cicero pro Archia,Celeriter antecedere omnibus ingenijs contigit.
¶ Antecello,idem eſt quod pręcello. Cice.pro Corne. Qui eloquentia cęteris antecellis.
¶ Añcœniũ,cibus qui añ cœnã ſumit̃.Vulgo merẽda.
☿ Apul.lib.ij. Prorſus gladiatorię veneris antecœnia qua forma dr̃ pacoenium. ☿ Añceſſũ ſiue añceſſiũ dr̃ id qđ' pri᷒ dat̃ vt poſt aliqd recipiat̃.Seneca.li.iiij.de bñ. Vñ vos apud me iſtę expẽſorũ accep torũq; rationes diſtingunt̃. Ego quũ cui debeã ſcio,alijs poſt lõgã diẽ repono,alijs in añceſſũ eſt,alibi,Sed non ero difficilis bene credi tibi ſcio. Itaq; in anteceſſum dabo.
¶ Antefero pe.cor.añpono,Ci.Cecinę.Quũ vel iniqſſimã pacẽ iuſtiſſimo bello añferrẽ.Amb. Fuit ſapiẽtiæ. deo credere ;nec filij gratiã añferre authoris pręcepto.
¶ Antefixa dicuntur quæ ex opere figulino ſub tectis affiguntur ſub ſtillicidio.
¶ Antegradior,anteuado.Cice. Quicquid eſt quod deceat,apparet quũ antegreſſa eſt honeſtas.
¶ Antegerio,veteres pro valde & pro ſtatim vtebãtur quaſi anteq̃ res gereretur.
¶ Antegenitus primogenitus.
¶ Antehac nõ modo ſignificat añ hoc tẽpus, vt Terẽ. in And. Nã quod antehac fecit nihil ad me attinet.i.añ hoc tꝑs ſiue hacten᷒,vel vſq; modo,ſed etiã añ illud tẽpus ſicut poſthac nõ tm̃ poſt hoc,verũ etiã poſt illud tẽpus.Sal.Sic erat accenſa libidine, vt ſępius peteret viros q̃ peteretur,ſed ea ſpe antehac fidem perdiderat.
¶ Anteloquor, prius loquor,a quo antiloquiũ primus indicendo locus,ſiue prior locutio. Macrob. Hic aſſenſi omneis,Pretextato anteloquium detulerunt.
¶ Añluco,as,ſiue añlucor pe.ꝑ.ſignifi.añ lucẽ vigilo.
¶ Añlucan᷒,a,um,qđ' eſt añ lucẽ.Cic.M.Catoni,Ex añlucano tꝑe vſq; ad horã diei decimã magna multitudine hoſtiũ occiſa:Idẽ cõtra Catil. Quorũ ois induſtria vitæ & vigilandi labor in antelucanis cœnis exprimit̃.
¶ Antelucani venti qui aut ex fluminibus,aut ex aliquo ſinu feruntur.
☿ Anteluculo aduerbiũ ſignificat hora antelucana.i.matutina & añ ſolis ortũ,quaſi añ lucẽ.Apul.li.j. Optimũ itaq; factu viſum eſt anteluculo furtim euadere.
☿ Añluco aduerbiũ idẽ qđ' añluculo quaſi ante lucem.
¶ Antica,Vide in dictione Poſtica.
¶ Anticatones dicti ſunt duo libri,quos Cęſar cõtra Catonẽ ſcripſit.Sueto.Reliqt & de analogia duos libros& anticatones totidẽ,nomẽ eſt cõpoſitũ ex greço & latino,Nam vt Quintil. inquit,ex peregrino & noſtro componuntur dictones,vt epitogium & anticato.
¶ Añmalorũ,hyphẽ eſt.i.ſubunio,qa ſub vno accentu duę dictiões ꝓferũt̃. Eſt em̃ vnitas,quaſi compoſitio,
Nam ſignificat præteritorum malorum.
¶ Antemodo,pe.pro. velũ qđ' poteſt facili᷒ obliquari, quo nautę in ſummo tempeſtatis diſcrimine vtuntur.
¶ Antẽnę,cũ,m,añ n,vrbs ante amnẽ,dicta ꝙ eã amnis pręterfluat,quaſi añ amnẽ poſitæ,de qua Verg.lib. vij. Antemnæq; Tegmina tuta cauant lapidum.
✣ Antenor Troianus fuit patriam prodidiſſe exiſtimatus quia & legatos qui propter Helenam venerant ſuſcepit hoſpitio,& Vlyſſem habitu falſo cognitum nõ indicauit. Hinc Venetiam venit, vrbemq; in ea condidit Antenoream primo dictã,a qua Antenoridæ vocitati, poſtea Patauium,deinde paduam.
¶ Antenna,per duplex nn, lignum per tranſuerſum in malo poſitum in quo velum alligatur,a circum tenendo dicta. Plinius libro primo. Non antennas ſolum verum ipſa nauigia contorta frangens.
✣ Perotus per m & n ſcribendum innuit dicens dictũ ꝙ ante ſe habeat amnem. Quemadmodum Interamna dicta eſt vrbs Vmbrię ꝙ inter amnes poſita. Verg. Cornua velatarum obuertimus antemnarum.
¶ Ante oculos minus eſt q̃ coram. Nam & coram ꝓximitatem ſignificat,ante oculos poteſt etiam longe intelligi. Terẽ. in Eun. Quæ mihi ante oculos coram.
¶ Antę,lapides ſunt qui vtrunq; latus oſtij muniunt, alio nomine paraſtadę,auctore Vitruuio.
✣ Anterminum,ideſt circum terminum.
¶ Antes nomẽ ab añ deductũ,quo ſignificat̃ eminẽtes lapides,ſiue vltimæ colũnę quadratę quib᷒ ſuſtinet̃ fabrica. Hinc dicti videntur, Antiani magiſtrat᷒ in vrbibus qui ſemeſtrẽ magiſtratũ exercẽt,q velut antes colũnę tot᷒ vrbis onere incũbẽte eã ſuſtinẽt ad quẽ etymologiã etiã extreos ordies vineaꝝ poſſum᷒ trahere q añ ſtant. Vergil.lib.ij. Geor. Iã canit extremos effœt᷒ vinitor antes. Alij macerias accipiũt quib᷒ vineta claudũt̃, q̃ fiunt de ſiccis lapidib᷒ ſic dictæ a lapidib᷒ eminẽtiori bus qui interponuntur ad maceriam ſuſtentandam.
¶ Antepono,is,præfero.Cice.in Lel.vt amicitia omnibus rebus anteponatis.
¶ Anteſinanus ,ſignorũ hoc eſt vexillorũ ꝓpugnator, ſiue defenſor. Nã ſignũ ꝓ vexillo ponitur, Liui᷒ li.iiij. Signa nũc reſiſtẽtia deſeritur ab anteſignanis, nũc iter ſuos manipulos recipiũtur. Signifer eſt qui vexillũ defert. Ideo Liu.ibi nõ ſolũ de anteſignanis,ſed ſignifero ita loquit̃.Ita primo ſtati ꝑlio cũ dictator equitatu imiſſo anſignanos hoſtiũ turbaſſet legionũ, iñ ſigna inferri ꝑpere iuſſit,ſigniferũq; ex ſuis vnũ cunctãtem occidit.
☿ Apud Vege.anteſignani dicuntur cãpigeni,qm̃ eorũ opera atq; virtute exercitij genus creſcit in campo.
✣ Anterotas nonnulli dicũt quaſi mutuos amores.Cc.
¶ Anteſto,as,cũ datiuo cõſtruitur,Gel.li.ix. Qui & viribus & magnitudine,& adoleſcẽtia ſimulq; virtute cæteris añſtabat.i.añcellebat.Sed hoc ꝑ trãſlationẽ. Nam proprie ſignificat ſicut ſonat. Vnde antiſtes & antiſtor.
☿ Antiſtitiũ excellẽtia & apex & quaſi dignitatis faſtigiũ, Martia.capel. Antiſtitio præminebat Athanaſia.
¶ Antiſtes,itis,ex añ & ſto,tã fœ.q̃ maſ.ge. qui in aliqua re excellit,vt ſi dicam᷒ Cice.eloquẽtię antiſtes quã ſi anteſtãs princeps. Vale. Max.li.j. Ne deę vetuſtis ritibus perita deeſſe antiſtes. Liu.li.j. Poticij ab Euãdro edocti antiſtites ſacri. ☿ Dr̃ etiã hic antiſtes & hęc antiſta. Plau.i Ru. venereęq; antiſtę. Antiſtes quoq; fũt prĩmarij ſacerdotes,qui & prothomiſtę & archiflamunes& achimandritę,ab eo quod anteſtant & præpollent.
¶ Antiſtor pe.cor.quaſi anteſtator. Colu.li.iiij. Neq; em̃ ſingulis totidẽ antiſtitores poſſit dare,qui obſeruẽt quiq; pręcipiant ne acerbę vuę demetantur.
¶ Anteſtor,aris,ante iudicem ſtatuo.
¶ Añpagmẽta ſũt valuaꝝ ornamẽta,ꝙ añ valuas appigantur.i.affigãtur,vel ꝙ appingãtur antis,ſeu valuis.
¶ Añexctatũ tota vna dictio ,aduerbiũ,& ſignificat ante q; expectaret̃ ei᷒ aduẽtus. Vergil.libro.iiij. Geor. An-

te expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.

¶ Anteuenio ꝓuenio. Salluſt. in Iugur. Ac ꝑ tramites occultos exercitũ Metelli añuenit. Plau. in Tri. datiuo iunxit pro coram venio, Tẽpori huic hodie anteueni.

✣ Anteuorta dea eſt Romanorum ꝙ pręterita noſſet.

¶ Anteuerto, Pręcedo, pręuenio, anticipo. Ci. in Lęl. Id ipſum quũ tecũ agere conarer, Fannius anteuertit. i. ꝓfatꝰ eſt. Amb. ad Simplicianũ. Ita mens boni ſpeculatrix conſilioꝝ ſuoꝝ eſt, priuſq̃ examinat quid decorum atq; hõeſtũ. Iniquitas vero opere cogitationẽ añuertit.

¶ Anteurbanus, a, um, quod eſt vrbi propinquum. Vnde anteurbana pręd ia, dicuntur vrbi propinqua.

✣ Anthedon, Meſpili arboris genꝰ, huic pomũ minus cęteris, ſed odore ꝓſtãtiꝰ & qđ diutiꝰ ſeruet, flos amigdalę foliũ magna ex parte feſſum, qđ añq̃ decidat, rubeſcit vehemẽter: Nõ fuit in Italia hęc arbor Catonis tempore. Cc. ☿ Anthericeũ Balſami genus tenui & capillacea coma. Anthericees enim ariſtę dicuntur. Cc.

✣ Anticanis Sydꝰ qui. & ꝓciõ a Gręcis dr̃, ꝙ añ maiorem canẽ oriat̃, ita dictꝰ, hic in lacteo circulo defixis pedibꝰ ęquinoctialẽ circulũ tãgit, ſpectat occaſum, vt inter geminos & cãcrũ cõſtitutꝰ, occidit exortu Capricorni, exorit̃ cũ Leone, cõſtat tribus in totũ ſtellis. Cicero, Anticanem Procion grato qui nomine fertur. Cc.

¶ Anticipo, as, pe. cor. ante capio pręuenio, vt eſt illud Strictior Aeoos pręceſſerat Aura iugales, Aeſtiuũ ſuadens anticipare diẽ. ¶ Antię ſunt muliebres capilli in fronte demiſſi, ꝙ ante faciem ſiti ſint.

✣ Antia vxor fuit Prœti Argiuoꝝ regis Abantis filij.

✣ Antia lex dicebatur quam Antius Reſtio tulit, quæ licet optima eſſet, luxuriæ, tamẽ obſtinatione nullo abrogãte obliterata eſt, propter quod Reſtionem ipſũ tradunt, q̃diu poſtea vixit foris non cœnaſſe ne legem a ſe latam contemni videret. Cc.

¶ Anthinũ mel vocatur quod vere factũ eſt, quum ex floribus faui cõſtruantur, quos Gręci τὰ ἄνθεα appellãt. Mel vero æſtiuum, vocatur horæum, ꝙ Græci omneis fructus æſtiuos nominant horæos, quoniam id tempus per excellentiam horam vocant.

¶ Antium vrbs Latij Volſcoꝝ caput, Romanoꝝ colonia, dictum ꝙ ante alias vrbes in ipſo litore ſita ſit, ad ocium rerumq; vrbanaꝝ vacationem accommodata.

✣ Inde Antiates dicti Anticyricon genus eſt hęrbę ſimilis erigeronti quæ in Anticyra inſula creſcit. Cc.

☿ Antidora pen. prod. ſunt remunerationes, Vlp. ti. de pe. hęre. Plane ſi antidora acceperunt, dicendũ eſt quatenus locupletiores factos quatenus acceperunt, velut genus quodam hoc eſſe permutationis.

¶ Antidotũ pe. cor. ex cõtrario datũ remediũ, ſiue medicamẽtũ qđ cõtra venena dat̃. Nã & ipſa antidota fere venena ſunt, vt ſit antidotũ quaſi venenũ cõtra venenũ ἐξ ἀντὶ καὶ δίδωμαι, i. cõtra & do. Nã cõtraria cõtrarijs curantur. Quinti. lib. vij. Tyrãnus ſuſpicatus a medico ſuo datũ ſibi venenũ, torſit eum. Et quũ id dediſſe ſe negaret, accerſit alterũ medicũ, ille datũ ei venenũ dixit, ſed ſe antidotũ daturũ. Dicitur & antidotus genere fœ. Gell. lib. xiiij. Huius regis Antidotus celebratiſſima q̃ Mitridates vocatur. Hieronymus cõtra Rufinũ. Apud medicos quoq; quædã antidotus noctios humores temperans ex amaritudine nominat̃ quæ dulcis oſtẽditur.

¶ Antidotarius, liber in quo de antidotis tractatur.

¶ Antidoſis pe. prod. latine retributio, ſignificat enim quicquid alicui ex aduerſo datur, ἐξ δίδωμαι, μ, δώσω, id eſt ex do futurum dabo.

✣ Antipatia a Latinis temperatura.

✣ Antiphus viri proprium filij Theſſali.

¶ Antipodoſis item retributio, ex anti & apo quæ re indicant, & doſis datio. Figura eſt cum media primis & vltimis conueniunt, vt veſtrum hoc factum reprendo. P. C. non meum ac pulcherrimum quidem factum, verum vt dixi, non meum, ſed veſtrum.

☿ Anthichthones populi qui habitant in zona hyemali, hos Martianus ſeiungit ab Anticis & Antipodibꝰ, q infernatẽ nobis obuerſam habitãt. Pompo. tamen videtur anthichthones pro antipodibus accipere.

¶ Antici populi qui habitant cõtrariã zonã Anthichthonibus.

☿ Antiſterion appellatur menſis Aprilis a copia florum q ĩ eo luxuriãt. Alio noĩe & a græcis Targiliõ vocatur.

☿ Antipelargoſis pe. cor. græce πελάργωσις Latini beneficiorum retributio dicitur. Vnde pelargos dicta eſt ciconia, quæ retribuat parentibus gratiam.

¶ Antibacchius pes Bacchio cõtrarius: Cõſtat ex duabus longis & vltima breui, vt natura.

¶ Antigenes pe. cor. nomen pueri ruſtici, & interpretatur ex ſe genitus.

☿ Antigonus pe. cor. nomẽ ꝓpriũ regis Macedonũ & Alexandri magni frater, qui primus poſt Alexãdrũ in Aſia regnare cœpit & duo de viginti annis regnauit. Hic multa bella geſſit in quibus occubuit. Fuit alius Antigonus rex Aſiæ. Alius Antigonus tertius eiuſdẽ nominis Macedonum rex, alius fuit Iudęorum rex.

☿ Antilepſis græce dicitur quam Latini interceſſionẽ vel interiectionem nominant.

✣ Antigonia Troas ipſa dicta eſt, poſtea Alexandria, colonia Romana.

✣ Antilena qua pectus equi aut iumenti ſeu alterius animalis cingitur, ſicut poſtilena quę ſub cauda ponitur.

✣ Antilochus Neſtoris filius maior natu, qui ab Hectore percuſſus in bello Troiano cecidit.

¶ Antilochus pe. cor. Neſtoris filius quẽ in bello Troiano Memnon Auroræ filius interemit: Vnde patris ꝑ ce motus Achilles Memnona occidit.

¶ Antigraphium, latine exemplar dicitur.

¶ Antilogia, dici poteſt cõtradictio, refragatio vel quaſi contraria oratio.

¶ Antiloquium exordium.

¶ Antiaxona pe. cor. quaſi contra axem poſita, anti cõtra ἄξις axis Græci ἀντιάξονα.

¶ Antimachus pe. cor. cũ ch, aſpirato nomen viri, latine cõtra pugnans. Mache enim pugnam ſignificat.

¶ Antiquus ꝓprie vetꝰ. Ver. Antiquaſq; domos auiũ. Deductũ, vt Var. docet, ab añ & ęuũ. Sed differũt ab inuicẽ, Nã antiquũ dr̃ qđ eſt prioribꝰ ſęculis factũ, vetus quia obſcurũ. Plau. in Muſt. Antiquũ & vetꝰ. Qm̃ vero q̃ antiquiora ſunt, fere meliora eẽ cõſueuerũt, vt mores vinũ & ſimilia. Plau. Qui vtũt̃ vino veteri ſapiẽtes puto, & q libẽter veteres expectãt fabulas: Ideo factũ ẽ, vt antiquꝰ qñq; ꝓ meliꝰ vſurpemꝰ. Cice. in Lęl. Hoc qdẽ ꝓpriũ amicitię ſed antiquior, & magis a natura ꝓfecta. Et antiquꝰ ponit̃ ꝓ nobili ac venerabili. Verg. Terra antiqua, potẽs armis. Et exprimit̃ ſemp cũ quadã dignitate vel cum quadam contumelia. ☿ Ab antiquꝰ fit antiquitas ꝓ vetuſtate. Antique antiquitus aduerbia.

¶ Antiquarius, rerum antiquarum peritus. Iuue. Ignotoſq; mihi tenet antiquaria verſus. Item antiquarius dr̃ qui verba ab vſu remota & cõmẽtarios põtificũ & vetuſtiſſima fœdera & exoletos ſcrutat̃ authores, vt ex his cõtrahat q̃ nõ intelligãtur, vt q̃dã ſolꝰ ſcire videat̃. Et antiquarius idem quod antiquꝰ, & qui litteras antiquas ſcribit. Aug. ſuper Lucam, Quemadmodum qui videt literas in codice optime ſcripto & nõ nouit legere laudat quidem antiquarij manum admirans apicũ pulchritudinem, ſed neſcit quid ſibi velint illi apices.

¶ Antiquo, as, euacuo. aboleo, & ad ſtatũ priſtinũ reuoco. Li. Oĩm reꝝ cauſa vobis antiquãdas cẽſeo iſtas rogatiões. Et antiquare ẽ cõfirmare. Liu. De plębeo ſenatu antiquabãt. Itẽ antiquare, ẽ ad ſtatutũ priſtinũ reuocare

¶ Antiphates pe. cor. nomen proprium regis Læſtrigonũ de quo Verg. lib. vij. Et primum Antphaten, is enim ſe primus agebat. Dicitur & antiphateus.

¶ Antiphona, pe. pro. nõ autẽ corre. ſed accentꝰ in ante penul. vox reciproca duobus choris alternati pſallẽtibus. Antiphonas gręci primi cõpoſuerũt, & apud Latinos diuꝰ Amb. inſtituit. Exhinc in cũctis regionibꝰ occiduis vſꝰ ĩcrebuit. Ide autẽ pe. eſt lõga, qm̃ eſt ω mega ἐξ ἀντὶ καὶ φωνή vox cõtra cõmunẽ vſum, ſic Iacobꝰ, contra vero Amb. & Greg. de quibus plura eſſent dicẽda.

¶ Antiphraſis pe. cor. ſermo ꝑ cõtrariũ intelligẽdꝰ, vt Parcę, quia nemini parcãt. Anti. contra φράσις locutio.

✣ Antiphrates gemmæ ſpecies quæ in lacte decocta id myrrhę ſimile facit.

¶ Antiſtrophe ἀντιστροφή dicitur quum inter coniuncta duoq; inter ſe pendeant fit alterna conuerſio, vt ſeruus domini, & dominus ſerui.

¶ Antipariſtaſis pe. cor. a gręcis dr̃ per quã vbi calidũ eſt inde frigus excedit, Vbi frigidum eſt, inde calor expellitur. Hic putęi per hybernum tempus calent, quia illo ſe calor contulit cedens frigori ſuperiora poſſidenti Aeſtate contra.

¶ Antipodes pe. cor. dicũt̃ qa cõtra nos poſiti ſũt contrarijs veſtigijs, quos tñ Aug. li. xvj. de ciui. dei negat eſſe, ſic ſcribẽs. Qui vero & antipodas eẽ fabulãt̃. i. hoĩes a cõtraria pte vbi ſol orit̃ qñ occidit nobis, aduerſa pedibꝰ nr̃is calcare veſtigia. nulla ratione credendum eſt.

¶ Antiptoſis pe. pro. latine dici poteſt ꝓ caſu. Figura qñ caſus ꝓ caſu ponit̃, vt: Vrbẽ quã ſtatuo veſtra eſt. Cõponit̃ enim ex ἀντὶ pro, πτῶσις caſus ab πίπτω καὶ ἐν τῷ παρακειμένῳ πέπτωκα, id eſt cado, & in pręterito cecidi.

✣ Antiſtrephon reciprocum argumentum eſt.

¶ Antitheſis pe. cor. Figura quũ vna litera ponit̃ pro alia, vt olli pro illi, Cõponit̃ enĩ ab ἀντὶ quod eſt pro, & θέσις poſitio, quaſi pro altero poſitio.

¶ Antiſtœchon itẽ dr̃ ꝓ litera. Nã anti, pro, & ſtœchõ litera, vt ſella pro ſedda, & magalia pro magaria, l, ꝓ, r, Nam magal pro magar dicitur, quod Pœnorum lingua villam deſignat, græce ἀντίστοιχον.

¶ Antithetõ pe. cor. obiectũ vl' cõtrapoſitũ. Figura, cũ cõtrarijs opponũtur cõtraria, vt apud Ouid. Frigida pugnabãt calidis, humẽtia ſiccis, Mollia cũ duris, ſñ põdere habẽtia põdꝰ. Nã anti, ꝓ vel cõtra, theton poſitum. Perſ. Carmina raſis Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras. Aug. lib. xj. de ciui. dei. Antitheta q̃ appellant̃, in ornamẽtis elocutiõis ſunt decẽtiſſima, q̃ latine appellant̃ oppoſita, vel quod expreſſius dr̃ cõtrapoſita, vt apud apoſtolũ, Per arma iuſticiæ a dextris & a ſiniſtris ꝑ gloriã & ingnobilitatẽ, ab ἀντὶ καὶ τίθημι, i. cõtra & pono.

¶ Antipophora pe. cor. figura q̃ fit quũ tacitę obiectioni reſpondetur. Nam anti contra, ὑποφέρω hypophero ſubduco vel ſuffero quaſi cõtraria ſubductio.

¶ Antiſthenes pe. cor. nomẽ philoſophi, & cõtraualẽtiã ſignificat. Hic cũ gl'oſe docuiſſet rethoricã audiſſetq; Socratẽ, dixiſſe fert̃ ad diſcipulos, Abite, & magiſtrũ q̃rite, Ego enĩ iã reperi. Statimq; vẽditis q̃ habebat & publicæ diſtributis, nihil ſibi ꝑter palliolum reſeruauit.

¶ Antitypum pe. cor. latine exemplar, ſimilis formæ, vel contrarium.

¶ Anticira pe. cor. inſula ad ſinũ adiacens Maleacũ & Oetã mõtẽ, cuius meminit Strab. li. ix. vbi authore Pli. Elleboꝝ tutiſſime ſumit̃. Oui. li. iiij. de põ. Ibide dixiſſem purgantes pectora ſuccos, Quicqd & in tota naſcit̃ Anticyra. Vñ quoties ĩſanũ hoĩem ſignificare voluerũt anticyra egerę ſcribũt ho. Si tribꝰ anticyris caput ĩſanabile nũq̃ Tõſori Licino cõmiſerit. Eſt & Anticyra ciuitas iuxta Cyrrã ĩ Phocide regiõe ĩ Corĩthiũ cõuerſa ſinũ ab Anticyreo quodã Herculis ętate, Caparyſſꝰ ab Homero dicta. ¶ Antipr̃ pe. cor. nomẽ ꝓpriũ poetę Sidonij, Seu ex Tyro Phœnicię ſtoicę ſectæ, q poſt Panetiũ de officijs ſcripſit. Hic quo die natꝰ fuit, eodẽ ſemp febre laborauit oĩbꝰ annis. Et cũ diu vixiſſet, poſtq̃ ętatis ſuę tp̃s deſtinatũ appropĩquaſſet, eo die & eodẽ morbi gñe cõſũptus eſt. Hic antipr̃ nobili epigrãmate in Sapho, decimã inter muſas eã cooptat Fuere & alij huiꝰ nominis, inter quos fuit Caſſandri Macedonum filius.

¶ Antinous, Aegypti ciuitas ab Hadriani Amaſio ſic dicta, vt ſcribit Hierony. lib. contra Ioui.

¶ Antęus gygas Libycus quem Hercules occidit, hũc fabulæ fingunt quaſi filius terræ fuerit, propterea ꝙ cadẽs in terram fortior ſoleret aſſurgere, Fortior & victor quum cecidiſſet, erat.

¶ Antheus cum h, vnus fuit ex Aeneæ ducibus, Vergilius, Anthea Sergeſtumq; vocat.

¶ Anthypatea diſcordia, ſicut Sympatea concordia nobilium, vt docet Plin. lib. xxxiij. ὕπατος conſul.

¶ Anthypatus latine proconſul.

✣ Anthomis hęrba eſt quam nonnulli leuchantemida alij leuchanthemum, alij acranthemida, nonnulli melãthion vocant, hanc medici recentiores barbare Chamomillam vocant. Cc.

✣ Anthos vnꝰ ex filijs Neſtoris eſt, & ἄνθος anthos latine flos, hic Carduelis anthꝰ dr̃ ꝙ flore paſcatur. Cc.

¶ Antonomaſia cũ accẽtu in pe. dici poteſt ꝓ noĩe, id eſt vice nominis poſitio. Diome. Antonomaſia eſt vocabulũ quod ſine nomine poſitũ loco eius fungit̃, vt eſt Arma virũq; cano, vbi intelligit̃ Aeneas. Fit autẽ tribꝰ modis. Ab animo, vt magnanimꝰ Anchiſiades. i. Aeneas. A corpore, vt ipſe arduus, ideſt Polyphemus Extrinſecus vt infœlix puer atq; impar cõgreſſus Achilli hoc eſt Troilus, inde antonomaſticos denominatiue.

☿ Antiochus nomen ſecundi regis Siriæ Seleuci filij, ſed huiꝰ nominis primi. Quo nomine dicti ſunt alij Sirię reges, hic dictus eſt Anthiocus Sother & regnauit annis. xx. Secũdus Anthiocꝰ huius filius dictus Thrios & regnauit annis. xx. veneno ab vxore Laodicea extinctus. Tertius Antiochus Galericus. Antiochus quartꝰ rex cognomento magnus regnauit annis. xlvj. Dictus eſt etiã Hierax ꝙ accipitris more in rapiendis alienis vitam duceret. Hic Ptolemeũ Philometorẽ pręlio ſuperauit. Quintꝰ Antiochꝰ Sirię rex dictus nobilis ſiue illuſtris, q regnauit annis. xj. Hic hieroſolymã deſtruxit, & multa mala intulit Iudęis. Sextus Antiochus Sirię & Aſiæ rex, dictus eſt Eupator. Fuit & alius Antiochꝰ Aſcalonita philoſophus Ciceronis Brutiq; præceptor.

☿ Antimetabole latine dici poteſt ex aduerſo mutatio. Figura qua verba declinata repetuntur, vt non vt edam viuo, ſed vt viuam edo.

¶ Antiochia vrbs in Siria quę prius Metropolis Epiphane & Reblata, ab alijs Theopolis hoc eſt dei ciuitas eſt appellata. Hãc Seleucus Nicanor in ſuoꝝ memoriã cõdidit, olympiade. cxix. quã Orõtes fluuiꝰ ĩterfluit ab occidẽtali regione lauat mœnia eius Bafar fluuius. Strabo. in Seleucia Sirię quatuor inſignia ſunt opida, ob id & tetrapolis dicta regio, Antiochia Epidaphne. Item cognominata. Seleucia Pieria. Item Apamea Laodiceaq;. Alia eſt Antiochia ad Perſicũ littus ab Antiocho, cui Soter cognomen fuit condita. Ab Antiochia fiunt adiectiua Antiochenus & Antiochenſis.

☿ Antiopa Nictęi filia & Lyci Thebanorum regis vxor a quo repudiata, in maximis calamitatibus fuit.

☿ Antiphium nomẽ loci, dictũ quia Phio aduerſum ſit.

¶ Antirreſis penul. prod. latine contractio dicitur.

☿ Antinomiam græci vocant quod nos contrarietatem dicimꝰ ἀντίος ου contrarius ἀντωνομία, as, pronomen.

☿ Antonius nomen viri proprium.

¶ Antoniorum familia Romę nobiliſſima vetuſtiſſimaq; fuit, vtpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

¶ Antropos pe. pro. Nã gręce ἄνθρωπος ὅτι ἄνω καὶ τρέπη, ideſt quoniam ſurſum vertatur, latine homo dicitur.

¶ Anthropophagi populi Scythię qui humana carne veſcuntur, φάγω enim comedo ſignificat. Hi populi ſũt ad Oriẽtẽ ac Septẽtrionẽ Maſſagetis finitimi, & circa hos triſtiſſima ſolitudo & mare, quod Tabin vocant.

¶ Anthropophormitę dicti ſunt q ſimplicitate ruſtica

deum habere membra putantur. Vnde & anthropomorphitica hæreſis.

❡ Anthraces penul. prod. latine carbones. Anthraceus carbonarius Anthracia pruna. Anthracinus color niger a carbone q̃ carboni ſimilis ſit, ſiue q̃ huiuſmodi color fit ex tritis in mortario carbonibus. Var. de vi. pa. Propinquę adoleſcentulæ & iam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequuntur luctum. Rurſus Anthrax, ſicut ſcribit Hieron. ad Dama. genus eſt lapidis fulgidi atq; lucentis, quem nos carbunculum interpretamur, & quem in. xij. lapidibus inuenimus.

✣ Anthrachitis gēma eſt in qua veluti ſcintillę diſcurrere videntur.

❡ Antlia, æ, vas ſiue machinula ad hauriendā aquam excogitata. Nam ἀντλῶ latine haurire dicitur Mart. Cuna laboratas antlia tollit aquas. Et Feſtus. Antlare haurire, a græco ἀντλέω καὶ ἔνθεν τ' ἄντλημα καλέομεν, id eſt haurio & hinc hauſtorium vocamus, deſcendit. Liuius. Florem antlabant liberi ex carcheſijs.

❡ Antrum, crypta, latine, ſpecus vel cauerna, quaſi atrum (vt īqt Amb. lib. Hexa.) q̃ atro inhorreſcat ſicut atq; offuſcatiōe tenebrarū. Nā atrū vocāt ingētē quādā cōcauitatē in orbē ductā. Sed miror cur tātus vir dictiunculam etiā puerulis manifeſtā græcā ἐκ ἄντρου τὸ ἄντρον latinam eſſe voluerit, neq; Suidam citare aut alios græcos oportere. Eſt etiam nomen fluminis in Britannia.

❡ Antus animal eſt, de quo Plin. lib. x. ſcribit q̃ equorum hinnitus imitetur.

☧ Anthuſa latine florens dicitur.

❡ Anubis pe. pro. genitiuū facit Anubis vel idis, & lingua Aegyptiaca dicitur canis, in cuius forma colebatur Mercurius, vt inquit Ser. Verg. Omnigenūq; deū monſtra latrator Anubis. Ouid. ſine titulo. Per tua ſacra precor per Anubidis ora verendi Dioſc. ſcribit Anubin filium fuiſſe Oſiridis q̃ canē geſtabat tāq̃ armorū inſignia Ex quo Aegyptij canē venerantur, & Anubin deū canino capite effingunt. ❡ Anxius ſollicitus mœſtus, ab ἄγχω, μ, ἄγξω. Vnde anxietas & anxietudo. ☧ Cicero Quartaq; anxietudo prona ad luctū & mœrēs ſemper.

❡ Anxifer, pen. cor. quaſi angonem anxietatemq; ferens. Cicero libro. ij. Tuſc. Nunc dolorum anxiferi torquent vertices, nunc ſerpit ardor.

❡ Anxurus pe. cor. dr̄ quaſi abſq; raſura, ab α ſine & ξυρῶ rado. Nā imberbis a Campanis colebatur Iupiter. ſed n interponitur ad Euphoniam, vt ἀμβροσία.

❡ Anxur tā maſ. q̄ neu. gn̄is, vrbs eſt quā olim Trachinā nūc Tarracinā dicunt. Mar. Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis. Horat. Milia tum pranſi tria repſimus, atq; ſubimus Impoſitū ſaxis late candētibus Anxur. Dr̄ autē Anxur, vt Ser. docet, quia illic colebaṫ Iupiter Anxurus q̄ſi ἄνευ, i. ſine, & ξυρὸν nouacula, qa barbā nūq̄ raſiſſet.

❡ Anyger & anygrus fluuius Theſſaliæ De quo Ouidius Fundit Anygrus aquas.

❡ Anypodetos ἀνυπόδητος Græci vocant qui pedibus ſunt nudis.

## A ANTE O

AOnia regio Thraciæ ab Aone rege Nept. filio dicta, quē factione ſuorū ex Apulia pulſū in Bœotiā tradūt veniſſe, ac de ſuo nomine mōtanā regionē Bœotiæ vocitaſſe Aoniā. Aoneſq; eius mōtes dicūtur. Hic Aonius, a, um, Ouidius. Separat Aonios Acteis Phocis ab aruis. Similiter Aonides patronymicum pro poſſeſſiuo. Iuue. Aptuſq; bibentis Fontibus Aonidum.

❡ Aorſi populi nō pcul ab Iaxarte fluuio qua in hircanū mare influit (vt īqt Ptol.) Alios Pli. in Europa collocat Aorſos. Scribit Strab. Aorſos Tanaim accoluiſſe.

❡ Aornos, fuit petra apud Indos pceps & inuia, monumētis hiſtoricorū celebrata, quaſi auibus inacceſſa. A em̄ priuationē ſignificat, ὄρνις auem. Scribit Plutar. Alexādrū quū intellexiſſet hanc petrā teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe nunc locus iſte facillimus eſt captu.

## A ANTE P

APanea, inſula eſt a Tygri fluuio circūfuſa, ſic dicta, vt ſcribit Pli. ab Antiochi matre. Eſt & Apamea Bithyniæ opidū, quod Nicomedes cognomēto Epiphanes Pruſij regis filius de matris Apames noīe Apameā vocari voluit, quæ Myrlea a Myrlo Colophoniorū duce dicebatur.

❡ Apamia cū, i, vrbs minoris Aſiæ eſt, & vna Phrigiarū vrbiū maxima fuit. Vrbs fuit nomine Celenis, quã deſtructa Antiochus Soter homines tranſtulit in eam q̄ poſtea Apamia dicta eſt, & vrbē appellauit de noīe matris Apamiæ Artabazi filiæ, quæ Seleuco Nicanori nupta fuit. Eſt & alia vrbs eius nominis in Parthia.

☧ Apage & apagete dictio comica aduerbialiter ſūpta ducta a verbo græco ἀπάγω quod ſignificat abduco, abigo, remoueo. Plaut. in Curg. Apage hanc caniculā. Apul. Apagete fœtorem extremæ latrinæ.

❡ Apageſis pe. cor. aduerbiū grecū comicū, familiariter corripientis eſt, quod ſignificat adhuc ſi vis & remoue. Apul. Apageſis iam cruentos deos.

❡ Apanthropos penultima prod. latine inhumanus dr̄. Apanthropia inhumanitas.

☧ Apalactizo, as, calcibus inuado. Per trāſlationē puīfacio, cōtēno. Plau. in epi. Auxilia mihi & ſuppetiæ ſūt domi, apalactizo inimicos omneis, alij dicūt apolatizo.

☧ Apedes aues dictæ a paruitate pedum, quod genus auicularum pennis plurimum valet.

☧ Apedibus qui & adpedes dicuntur, Vide ſupra in litera A. ☧ Apeliota vētus quē ſubſolanū dicimus, dr̄ & Apeliotes. ☧ Apalæſtros greci vocant ignaros paleſtræ.

☧ Apatos ἀπάτορος latine dicitur ſine patre, quo nomine dictus eſt deus pater, q̃ ex nullo ſit procreatus.

☧ Apathes latine dr̄ ſine paſſionibus, ſine vlla animi pturbatione ſeu impaſſibilis. Pli. ſcribit, quoſdā ſapiētiæ ſectatores eſſe toruitate quadā naturæ dura, & inflexibili pditos, humanis affectibus caruiſſe, quiq; ipſi apathes nominantur, Vnde apathia animi tranquillitas.

☧ Apate genus intubi ex Theophraſto, quē Theodorus fraudē conuertit, quia guſtantes amaritudine decipiat.

✣ Apatinæ lapæ genus, alio noīe Philāthropos appellaṫ, q̃ veſtibus hominū adhærēs eos amare videatur, Cc

✣ Aparctias ventus ab Arcto flans. Cc.

✣ Apauortene regio eſt Scythiæ, in qua eſt Hircania prouincia. Cc.

❡ Apella dici poteſt ſine pelle: Quo noīe vocati ſunt Iudæi circūciſi. Hora. lib. Ser. Credat Iudæus Apella.

❡ Apelles, is, vel etis, ſecūdū Priſ. nomē pictoris eximij patria Coi, q̃ oēs prius genitos futuroſq; poſtea ſuperauit, & picturę plura ſolus ꝑpe cōtulit q̄ cæteri. Fertur Alexandrū Macedonē a nullo pingi voluiſſe q̄ ab Apelle De hoc Oui. Si nūq̄ venerē Cous pinxiſſet Apelles. Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

✣ Apeliotes ventus ab oriente verno (id eſt æquinoctiali) veniens alio nomine Eurus dictus. Sic dictꝰ ἀπὸ τοῦ ἡλίου, id eſt a ſole, q̃ ſub ſole ſpiret.

❡ Apenninus per dupplex nn, a penna quæ eſt ſummitas, Vel apœninus cū œ diphthō. vt ſcribit Ser. quaſi alpes pœni, quem annibal primus ſuperauit. Hic Italiam diuidit, incipitq; a Genua, & ſupra Carnos incumbit. Liu. li. xxj. Penninum dicit diſputans.

❡ Aper porcus ſylueſter, ab ἀφρὸς ſpuma, q̃ ſpumā ore emittat, Vel dr̄ a feritate quaſi aſper, q̃ hirſutus ſit, ſeu q̃ in locis aſperis habitet, vt inquit Var. ☧ Vel a græco remota prima litera κ: Illi enim κάπρον dicunt.

✣ Aper Mænalius dictꝰ a Mænalo monte Arcadię. Cc.

❡ Aperio, ex ad & pario, vt īquit Priſ. abiecta, d, quia d ſequēte p, nōnūq̄ abijciṫ. Et ſignificat patefacio. Terē. Fores aperi. Habetq; a cor. Iuue. Protulit vt mos eſt & apta palluit agna. Q nq; detego. Hic Macr. ait iuniores ſolitos eſſe nō tā honoris q̄ valetudinis cauſa maioribus caput aperire. St. Sic fatus apto enſe vocat ſocios, p trāſlationem aperire ponitur pro exponere. Plautus. Age iam, & hoc ęnigma aperi nobis. Item pro nudare Cice. Veretur enim ne ſi quo caſu acciderit, vt partes corporis quędam aperiantur, aſpiciantur non decore. Item p vulnerare. Iuue. Fuſte aperire caput, candelam appone re valuis. Huius verbi compoſita ſunt adaperio, quod ē valde aperio. A quo adapertile pe. cor. quod aperitur vł aperiri poteſt Verſatilis axis, qui verſatur vel verſari poteſt. Ouid. de triſt. Aſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri. Exaperio foras, vel valde aperio.

❡ Apeſus, untis, pe. cor. mōtis nomen eſt qui Nemeę ſuperiacet vbi Theſeus Ioui primum operatus credit. Dictus ab heroe, cui Apheſas nomen erat. Papi. Mons erat audaci ſeductus in ethera dorſo, Nomine Lernæi dicunt Apeſunta coloni Gētibus Argolicis olim ſacer. Ab hoc monte Apeſuntius Iupiter dictus fuit.

❡ Apes vel potius apis in noīatiuo ſingulari. Col. lib. x. Nam quāto gradior apis atq; rotūdior, tanto peior. Ouid. lib. xiij. Meta. Nō apis inde tulit collectos ſedula flores. Hoc nomē cōpoſitum exiſtimant plęriq; ab, a, ſine & pes, q̃ ſine pedibus naſci videaṫ id genus volucris, Dicente Ver. Trūca pedū primo. Sed quū non ſeruet analogiam, ſicut cętera cōpoſita hipes, edis, tripes, edis, cōpes, edis, magis ſimplex iudicandū eſt. Creanṫ apes ex bobus, ſicut crabones ex equis, fuci ex mulis, veſpæ ex aſinis. ✣ Inde apecula ſiue apicula diminutiuum. ☧ Aphedātes populi in Moloſſis, inquit Stepha. ab rege cui Aphedas nomen fuerit.

☧ Aphratta per dupplex tt, ſunt aperta intectaq; nauigia. Cicero ad Atti. Hos Rhodiorum Aphrattis tranquillitates occupaturi eramus.

☧ Apheteria Græci dicunt carceres, vnde equi emittūtur ad curſum. Sunt & Apheteria, vt inquit Suidas organa ad expugnandas vrbes accommodata.

☧ Aphedas nomen regis Athenienſium.

✣ Apharrema alicæ genus grandiſſimum

✣ Aphidas vnus ex centauris.

✣ Aphidna ſiue aphidne. vna ex vrbibus Athenięſibus.

❡ Aphytia vrbs Pallenes.

✣ Aphyracora, electri ſpēs, & pdulcē ſuauitatē dicit.

❡ Apis, idis, vel apis, qui etiam dictus eſt ſerapis a quibuſdā Oſiris. Aug. li. xviij. de ciui. dei. Rex argiuorū Apis nauibus trāſuectus i Aegyptū, quū ibi mortuus fuiſſet, factus eſt Serapis oīm maximus Aegyptiorū deus. Nois autē huius cur nō Apis etiā poſt mortē, ſed Serapis appellatus ſit facilimā rationē Varro reddit. Quia em̄ arca in qua mortuus ponit, qđ oēs iā ſarcophagū vocāt, σορὸς foros dr̄ grece, & ibi eū ſepultū venerari cœperūt, priuſ q̄ tēplū eius eſſet extructū, velut Soroſapis vel ſorapis primo, deīn vna litera vt fieri ſolet cōmutata Serapiſdictus eſt. Apud Aegyptios etiā apis bos dr̄ & p numine colitur. Luc. Et ſacer in cineres magni mactabitur.

Apis. Ille autē quē mirabili vanitate decepta Aegyptus in honorē eius diuitijs affluētibus alebat, qm̄ eū ſine ſarcophago viuū venerabaṫ, Apis non Serapis vocabaṫ. Quo boue mortuo qm̄ q̄rebaṫ & reperiebaṫ vitulus coloris eiuſdē, mirū quodā & diuinitus ſibi pcuratū eſſe credebāt. Eſt etiā Apis vicus in Aphrica, qa nobilis religione Aegypti locus eſſet. Fuit etiā apis nomē regis Argiuorū q fuit filius Iouis & Niobes Phoronei filię. Ferunt hūc poſt cētēſimū annū regnaſſe apud Argiuos, cūq; ſibi Egialeū fratrē pfeciſſet Aegyptū trāſfretauit, & Memphim ciuitatē cōdidit, accepta in coniugem Iſide.

❡ Apianus, a, ū, qđ apes auide ſumūt. Vñ apianę vuæ dictę ſunt quas, vt inqt Colu. muſcæ infeſtantur, nunc vulgo a muſcis muſcatellæ dicunṫ. Græci ſtitā vocāt ēt a quodā ſapore quaſi caſtoreo. Plin. lib. xiiij. Apianæ apes dedere cognomen pręcipue earum auidæ.

❡ Apiarius qui curat ſiue q poſſidet apes. Pli. li. xxxj. Prouētū em̄ ſperāt apiarij large floreſcēte thymo.

❡ Apiarū, locus vbi apes cōſidēt, hoc eſt vbi aluei apum tenentur, qđ meliſſō a meliſſis hoc eſt apibus etiā & mellariū noiaṫ. Col. lib. x. Non eſt dubitandū quin in edificio iunctū apiarū maceria circūdemus ſed in ea pte q̄ terris latrinæ ſterquilinijq; & balinei odoribus libera eſt.

❡ Apicula diminutiuum, parua apis, Plin. li. vij. Quadrigā ex eadē materia quā muſca integeret alis fabricatā, & nauē quā apicula pennis abſconderet. Dicitur & apecula ab apes nominatiuo, quæ Merops etiam vocatur, Vergillius. Meropes aliæq; volucres.

❡ Apiaſtra illa auis dicitur quæ apes comedit.

❡ Apium herba folia habēs petroceli no ſimilia, ſed maiora ex qua fiebāt apud antiquos coronę victoribus ſacri certaminis Nemeę, Iuue. Gaudētes fœdo peregrina ad pulpita ſaltu Proſtitui Graięq; apium meruiſſe coronę. Ab apij etiā corona quam. L. Apius in Achaia meruit; Apiorū gētē Romę eſſe cognominatā legimus. Quidam hoc nomen ab apice deducunt, quia antiqui apicem capitis apio coronabant. Hanc herbā greci σέλινον Selinō dicunt, cuius multa ſunt genera. Quod enim ſponte in humidis naſcitur Heleoſelinum dicitur, ἑλ ⊕ em̄ dr̄ palus, vno folio eſt nec hirſutum, quod in ſiccis hipposelinum, quo equi libenter veſcuntur, pluribus folijs eſt ſimile heleoſelino. Id & petroſelinum & oluſatrum ſiue oliſatrum nuncupatur. Tertium oreoſelinū, quaſi mōtanum apium, cicutę folij, radice tenui.

☧ Apius cognomen familiæ Romanæ, de qua modo in dictione apium viſum eſt.

☧ Apias gręce, latine arbor pyrus dicitur.

❡ Apiaſtrum herba eſt quę a meliſſis meliſſephylō appellatur hoc eſt apium folium. Et a melle dicitur melliſſena. Nullo magis flore gaudent apes.

❡ Apicæ oues dictæ ſunt quę non amplo corpore ſūt, nec multam lanam habent circa corpus totum.

❡ Apia via Romæ ab apio Claudio ſic vocata.

❡ Apinæ pe. cor. nuces vocātur, quę cutē verius q̄ putamen adeo mollem habent, vt ſimul mandantur.

❡ Apina arbor quaſi minime pinus, q̄ pinus picea dicitṫ q̃ picęę potius q̄ pino ſimilis ſit. Apina etiam Tricaq; duo opida Apulię fuerūt q̄ Diomedes euertit tāta ignominia, vt in puerbiū ludibrio trāſierint. Quoties em̄ rē nullius precij oſtēdere volumus Apinas & tricas nominamus. Mar. Sunt apinę tricęq; & ſi quid vilius iſtis.

❡ Apidanus pe. cor. fluuius Theſſalię. Lu. li. It gurgite vaſto Apidanus nunq̄; celer niſi mixtus Enipheus.

☧ Apitanon latine imperſuabile. Auguſti. At deo grās de Iona qui dicitur in vętre Ceti & triduo fuiſſe, quod apithamon eſt & incredibile.

❡ Apex proprie virga in ſummo flaminis pileo, in cuius extremo modica lana eſt, qđ primū conſtat ad Albā Aſcaniū inſtituiſſe. Plerūq; tñ ſumitur p ſumma verticis pte, q̃ lōgē ſit a pedibus. Aliqñ etiā p cęli, ſiue galeri ſeu mōtis aut literę ſūmitate. p diſtictiōis nota. Pro honore, vł p aliqua re cuius ſūmitas eſt acuminata. Col. li. v. Eiuſq; velut apex pñs īminēs mucro vocaṫ. Ponit & p ſacerdotiū, ſeu pōtificū infula, quā vulgo mitrā vocant. Val. libr. i. At Sulpitio inter ſacrificandū e capite apex prolapſus, eidem ſacerdotiū abſtulit. Cicero vero trāſtulit ad authoritatem magnā. Apex inquit ſenectutis, eſt authoritas quanta fuit in. M. Cælio Metello.

❡ Apiculus diminutiuum paruus apex, quod & apiculum dicitur Feſto. Apiculum filum quo flamines velatū apicem gerunt.

❡ Apexabo inteſtinū ſanguine plenū admixto pīgui, ſit dictū, q̃ i ſūmitate qdā quaſi in capite apicem habet.

❡ Appio nomē fuit grāmatici celebris, Pliſtomei filius cui cognomē Mochus gñe Egiptius fuit, floruit tēporibus Dionifij Halicarnaſſei q̄ vt Se. ſcribit ſub. C. Ceſare tota circūlatus eſt Grecia. ✱ Hunc. T. Cæſ. per contemptū Cymbalum mundi appellabat, qm̄ publicæ famæ tympanum potius videri poſſet. Immortalitate a ſe donari ſcripſit, ad quod aliqua componebat. De hoc

etiam Ioſephus ſcribit, ꝙ eſſet malus & indoctus, totiuſq; vitę tẽporibus importun⁹ calumniator omnium, cor aſini habens. Tu vide Ioſephum.

✤ Apiris, infinitio. Cicero, quarum in incurſionem nõ ſolum videamus, ſed etiam cogitemus infinitionem ipſam, quam apiria vocant. Cc.

✤ Apiſtos gẽma quę igne excalefacta ſeptenis diebus colorem tenet diſtinguentibus eam, quibuſdam rubentibus venis. Cc.

℄ Aphęreſis pe. cor. & antepenultima cũ æ diphthõgo dici poteſt abſciſſio. Figura quę a principio dictiõis literam vl' ſyllabam aufert, vt pone metũ pro depone, ἐξ ἀπὸ καὶ αἵρομαι τὸ εἰς φ κατὰ τὴν δασεῖαν ἀποβλητὸν τοῦ ο, id eſt ex ἀπὸ, & αἱρέομαι π. in φ aſpiratum, & abiecto ο.

℄ Aphrica, regio ab α ſine φρίκη frigus, quaſi ſine frigore. Hanc tertiam orbis partem plęriq; dixerunt.

℄ Aphros latine ſpuma. Inde Aphroditen Venerem dicimus quia de maris ſpuma concepta fertur.

℄ Aphronitrum, ſpuma nitri.

℄ Aphrodiſia, dicuntur venereæ voluptates.

☿ Aplaſtos latine dicitur ſimplex, vel ſine dolo.

℄ Aphilos pe. cor. dicitur qui nullum habet amicum.

℄ Aplanes pe. pro. dicitur non vagus, inerrabilis. Macrobius. lib. primo de ſom. Hic enim cœlum quod aplanes ſphera vocitetur, partem vnam, ſeptẽ vero ſpheras quæ vagæ nominantur.

✤ Apliſiæ ſpongiæ vocantur, quia elui nõ poſſunt, nã dum viuæ atq; illotæ ſunt, nigricans color eſt illis.

☿ Applaudo ſignificat allido. Apull. libr. vj. Incaſſis in cauſa poſteriorꝫ pedũ calcibus, protinus applaudo terrę. Aliquando applaudere eſt alicui plaudere membro aliquo, vel in laudẽ, vel in vituperiũ. Hiero. Quãq; labia torqueatis, trahatis capillum, applaudatis pede, fidem eccleſiæ apertiſſime confitebor.

☿ Applodere fulgetris apud Plini. eſt fauere, teſtariq; honorem illo motu.

℄ Applodo, is, penul. ꝓdu. Vide in dictione Plodo.

℄ Appluda pe. ꝓdu. a quibuſdam interpretatur furfur a quibuſdam ſorbitionis genus liquidiſſimum. Plin. docet Appludam vocari purgamẽta milij & pãnici & ſiſanię quũ in frumẽto palea dicaẽ. Dicta appluda ab applodẽdo, ꝙ ꝓpter tenuitatẽ, quia minutiſſima eſt ſpũ deijciatur. Neui⁹. Ne hercle appluda eſt hodie q̃ tu leuior.

℄ Aocrotus pe. cor. ἀπόκροτος durus, aſper, rigidus. Firmi. libro. vij. Naſcẽtur ſerui miſeri, apocroti, oligochronij & infœlices.

℄ Apocalypſis, latine reuelatio. Ex ἀπὸ quæ re in cõpoſitione ſignificat, & καλύπτω velo.

℄ Apocope, pen. cor. amputatio. Ex ἀπὸ quæ re vel ab & κόπτω ſcindo, amputo. Figura quando vltima litera vl' ſyllaba tollitur, vt peculi pro peculij.

☿ Apocopi dicta ſunt a Iul. Materno caſtrati, quaſi abſciſſi amputata virilitate.

℄ Apocryphus, pha, phum, penultima correpta, latine abſconditus ſecretus. Ex ἀπὸ, quæ exaggerant rem, & κρύπτω abſcondo. Illa vero ſcriptura dicitur apocrypha cuius occulta origo eſt, & in qua licet inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falſa, nulla eſt in ea canonica veritas.

☿ Qui vero ſunt apocriphi libri, quere in decre. diſtin. xv. c. ſancta Romana eccleſia.

℄ Apocriſarius latine dici poteſt reſponſalis. Ex ἀποκρίνομαι, quod ſignificat reſpõdeo, reijcio, refello. Et ponitur pro legato Apocriſis reſponſum.

✤ Apocynon oſſiculũ in ranæ ſiniſtro latere, quod ſi in aquam deiectũ fuerit ſtatim feruere ferunt, amorem eo, & iurgia ſi in potionẽ addatur, cõcitari. Sic dictum quoniã canũ impetus in eo cohibeantur. Cc.

℄ Apodixis euidẽs ꝓbatio, demõſtratio, ſiue experimẽtũ. Vñ Apodixes grãmaticæ, vulgo dicũẽ geometricæ probationes. Ambroſius. Crudeliſſima omnium fœminarũ ad ffliũ meũ apodixẽ tuæ artis magicæ demõſtrare! Gellius, Apodixis apodixim vtriuſq; callens cũ ea quæ dubia aut obſcura ſunt, per ea quæ ambigua nõ ſũt illuſtrãtur, ſed cũ in lingua cõmuni ſcribatur δείκνυμι de monſtro per ει in principio, καὶ, μ, δείξω. locus ille debe em ẽdari apodexis per e, in penultima.

℄ Apodyterium, latine ſpoliatoriũ, Loc⁹ in quo loturi aut ſudaturi veſtes deponebant, quas capſarij ſeruabãt Nã ἀποδύειν exuere dicitur. Plinius ad Apollinarem, Inde apodyterium balinei laxũ, & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptiſteriũ amplum, atq; opacũ δύνω καὶ δύω ingredior, quaſi veſtem ingrediamur, ἀπὸ priuat, ideſt ex veſte exeo.

℄ Apologus pe. cor. fabula in qua bruta animalia loqui introducuntur. Nam eſt quędam ex humilibus reb⁹ cõpoſita forma ac ſpecies ad videndũ, quę & apologia dẽ. & apologatio, Plaut. priuſq̃ abis pręſente te, huic apologum agere vnum volo.

℄ Apologia, reſponſio, vel ſatiſfactio, defenſio, ſeu excuſatio, quę & apologeticon & apologema, atis, dicitur Vnde apologeticus liber, ideſt ſatiſfactionalis. Hieron. ad Pãma. & Oceanum, Quis prudentior, doctior, eloquentior Euſebio, & Didymo aſſertoribus Origenis inueniri poteſt, quoꝝ ſex voluminibus τὰς ἀπολογίας, i. defenſiones ſcribens, ita eum vt ſe ſenſiſſe confirmat.

℄ Apophoretum, ἀποφόρητον penultima producta, munus quod dari ſolebat Saturnalibus, quem morem hodie quoq; ſeruamus menſe Decemb. in natalitio ſeruatoris die. Suetonius in Domiti. Dabat ſicut Saturnalibus viris apophoreta, ita per Calendas Martias fœminis. Idẽ in Cal. Agitato cithio comeſſatione quadam. in apophoretis vicies. HS. contulit. Dicta apophoreta a φορέω quod ab ijs, quos ſalutabant. referentur, ἀποφέρειν enim modo auferre, modo referre ſignificat. Apophoreta etiam dicuntur vaſa a referendo. Athenæus, Vaſa q̃ conuiuijs opponebantur, vt ſecum ea ferrent, donoq; haberent ἀποφόρητα vocabant.

☿ Apocleti, penultima ꝓd. ſenatores, ſanctiuſq; concilium, quod ex delectis conſtat viris, qui & decuriones dicuntur. De apocletis frequens mentio fit apud Liui. dicti ἀπὸ τοῦ ἀπόκλητος, i. vocatus ꝙ ad ſenatũ vocareẽ.

℄ Apocataſtaſis ἀποκατάστασις latine inſtauratio: Apocaſticus inſtauratus.

℄ Apophaſis, penultima correpta. negatio abnuentia, depulſio, Ex ἀπὸ re & φάσις reſpõſio, dictio, fama, Apopharica negantia, vt quũ quis accuſatus, ꝙ hominẽ occidit, reſpõdit, nõ occidi, latine deprecatio & depulſio.

℄ Apoſiopeſis, penultima correpta a Cicerone dicitur reticentia, a Celſo obticentia, alij interruptionẽ appellant, ἀπὸ τοῦ ἀπὸ, i. re καὶ σιωπάω quod eſt ſileo, vel taceo, Nam eſt quaſi interceptum ſilentium. Figura indignantibus familiaris, in qua verbum extrinſecus ſubintelligitur. Vergilius, Quos ego, deeſt enim puniam, vel quid ſimile. ☿ Quintilian⁹ libro nono, Omne in quo aliquid deeſt apoſiopeſis poterit appellari.

℄ Apotheoſis penultima ꝓducta, cõſecratio, ſeu deificatio. Ex ἀπὸ, quę ab incidat, & θεότης diuinitas, quaſi a diuinitate procedẽs. Vnde Seruius in Daphnide apotheoſin dixit relationem indeos, quum ſcilicet hominẽ inter deos nominamus ἀποθεόω. Apotheoo deifico.

✤ Apogæi venti ſunt a terra flantes. Cc

℄ Apodes penultima correpta aues quędam, ꝙ careãt vſu pedum. Alio nomine Cypſeli dicuntur ex hyrundinum genere, volant plurimum, nidificant in ſcopulis, atq; in editioribus domibus. Quies eis niſi in nido nulla, aut pendent, aut iacent. Plini. lib. x. Plurimũ volant quę apodes vocantur, quia careant vſu pedum. Huius nominatiuus ſingularis eſt apus apodis.

☿ Apodos, pe. pro. ſcribitur enim apud Gręcos per ω, ἀπῳδὸς, & eſt vox galli intẽpeſtiua, ſiue ĩmatura, & vox quæ neq; choro neq; fidib⁹ cõcordat. Eſt etiã cõmune,



☿ Apologo, as, poſtulo. Seneca. epi. xlvij. Et ſępe illũ inuicem apologauit.

✤ Apollo Nomius. i. paſtor, dict⁹ eſt quo tempore Admeti regis pauit armenta. Cc.

✤ Apollinis templum apud Delphos. Cc.

✤ Apollinis tripodem vas aureum fuiſſe conſtat trium pedum a Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, dum vxorem duceret. Cc.

℄ Apollo, inis, & Apollos Apollo ſecundũ gręcam declinationem, creditus fuit deus, quem gręci etiã φοῖβον hoc eſt ſolẽ appellant. Cui vt Macrobi⁹ inquit varię fuerũt potaſtates: Nam fuit author carminis, p̃ſes vaticinũ ſagiptandi peritiã habuit, artem medicinę percalluit, & chordę vocalis. Idem dẽ liber, ꝙ libere peruagetur per aerem. Dictus Apollo ab a, ſine, & polli multi, ꝙ ſol⁹ ipſe luceat. Ab Apolline Apollineus.

℄ Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant, Et Apollinaris nomen proprium viri.

℄ Apolloni⁹ nomẽ philoſophi Alabadẽſis ſiue Tyanei, qui Rhodi vixit. Vñ & Rhodius appellatus eſt. Hic dictus eſt a Sue. clariſſim⁹ dicẽdi magiſter, ſub quo, vt Plutar. ſcribit Cic. & Cęſar cõdiſcipuli fuere. Hic Pythagoricus philoſoph⁹ dũ Epheſi vitã ageret: & forte in multitudine diſputaret, per eam horã qua Domitian⁹ interficiebaẽ, defix⁹ & elinguis ſtetit. Tum autẽ exclamauit. Euge Stephane pulchre, Stephane percute peccatorẽ, pulſaſti, vulneraſti, & interfeciſti.

℄ Apollonia ciuitas Epiri Corinthiorum colonia, optimis olim inſtituta legibus, vulgo his temporibus Valonia nominaẽ. De hac Strabo, Condidere Apolloniã Corinthij Coryceique ab Acante fluuio ſtadijs decẽ, a mari ſexaginta. Eſt & Apollonia inter inſulas Thracię cis Iſtrum amnem locata.

☿ Eſt & Apollonia ciuitas in Creta, & alia in Syria.

☿ Apolloniatæ ppl'i Apollonię. Val. Maxi. li. j. Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt.

℄ Apollodorus nomen proprium pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni.

✤ Apollodori ſex memoranẽ. Prim⁹ Athenieẽſis comicus. Secund⁹ Cele⁹, cuius comœdię fuerũt Philadelphi & Siſyphus. Terti⁹ Tarcẽſis tragicus. Quart⁹ itẽ Athenieñ. grãmatic⁹ Ariſtarchi diſcipul⁹. Quint⁹ Pergamenus Rhetor, p̃ceptor Callidij, qui docuit Auguſtũ. Sextus Alexandrinus Comicus Menandri ęmulus. Cc.

℄ Apollydes pe. ꝑ. latĩe ꝑditi dici pñt ἀπόλλυμι, pereo.

℄ Aponus pe. cor. fluui⁹ ſeu fons calidis aquis haud lõge a Patauio. Vel vicus vbi balnea ſunt. Luc. li. vj. Colle ſedẽs Aponus terris, vbi fumifer exit, Atq; Antenorei diſpergiẽ vnda Timaui. Apona aũt nõ tã quia cõtra morbos ſint, dicunẽ, q̃ quia citra dolorẽ vllũ afferãt remediũ. Vñ Patauini quoq; fontes appelati ſunt Aponi, vt Caſſiodoro placet ἐξ α στερητικοῦ καὶ πόνος τὸ ἄλγος καὶ μοχθισμός. ✤ id eſt ex a priuante & labore & triſtitia.

℄ Apophthegma, atis, Breuis & acuta ſentẽtia ſiue acutũ dictũ, ſeu acuta reſponſio. Vñ Plutarchi apophthegmata ἐξ ἀποφθέγγεσθαι. i. multa cõpręhẽdere. Hinc Apophtheticon, id eſt dicterium.

℄ Apoplexia, ſiue apoplexis, Subita percuſſio, quã ſequitur mors ἐξ ἀποπλήττω, μ, ἀποπλήξω, ictu conſterno.

℄ Apoplectici ſunt, quos diicimus attonitos, quorũ videlicet & corp⁹ & mens ſtupet ictu fulminis aut morbo. Hie. in chronicis, Valentinianũ ſubiti ſanguinis corruptione mortuum ſcribit, quę gręce apoplexis vocatur. Perſuaſum autem vulgo eſt, cum quis repentina morte corruit, euenire id gutta ſanguinis e capite in cor delata. Quod quidem, & Spartianus Capitolinuſve iam tũc credi paſſim demonſtrat.

℄ Aporia, pœnuria indigẽtia. Nã ἄπορος aporos ĩdigẽs & pauper diciẽ. Vnde apud Eccleſiaſt. Aporia hominis in cogitatu illius: Dicitur & ſapientia, vt ait Auguſtin⁹.

℄ Aporior, aris, cõuicior & quaſi paup abijcior, ſordeo vt apud Ap'ſin. ij. Corin. iiij. Aporiamur ſed nõ deſtituimur. ☿ Aphorrhocas gręci vocant defluxus quoſdam aerios, qui ad terram labentes, ſtellarũ caſus imitantur.

℄ Apoſtaſia cũ accentu in pe. elongatio, defectio, rebellio, apoſtaſea ſiue apoſtatic⁹, rebellis. Hier. niſi venerit diſceſſio primũ, qđ gręce dẽ ἀποστασία ἐξ ἵστημι, μ, στήσω. i. ſiſto. ℄ Apoſtato, as, pe. cor. rebello. Cypria. ad Corneliũ, Inter eſſe debet inter eos q velut apoſtatauerunt, & ad ſeculũ cui renũciauerũt reuerſi gentiliter viuunt, vel ad hereticos trãſfugę facti cõtra eccleſiã ꝑnicialia arma ſuſcipiunt. Hinc formauit nomen verbale Hie. in Ezechie. Mitto inquit ego te ad gentes apoſtatices.

℄ Apoſtema, atis, pe. pro. ἀπόστημα vomica eſt, q̃ & ſuppuratio a latinis, cũ ꝯcurſus mali humoris in aliquã partẽ corporis fact⁹ eſt. Sed ꝓprie ἀπόστημα ſpaciũ, diſtãtia ἐξ ἀφίστημι, μ, ἀποστήσω. i. abſcedo futurũ abſcedam.

℄ Apoſtol⁹ latine miſſus, ſiue nũci⁹ dẽ ἀποστέλλω mitto. ☿ Apoſtolorũ aũt quatuor ſunt gña, a deo nõ ꝑ hoĩem, vt Moyſes, a deo ſed ꝑ hoĩem, vt Ieſus naza. ꝑ hoĩem tm̃, ſicut nr̃is tẽporib⁹ multi fauore vulgi in ſacerdotiũ ſubrogati ſũt. Ex ſe aũt ſicut ſũt ipſi pſeudoprophetę.

℄ Apoſtrophe pe. cor. dici põt conuerſio. Figura cũ ad aliquem per ſecũdã perſonam fit conuerſio, vt te nũc alloquor Africane, cuius mortui nomẽ ſpendori ac decori eſt ciuitati. Apoſtropho enim auerto.

℄ Apoſtrophus accentus colliſiuus in fine alicuius dictionis denotans vocalem præcedẽtis dictionis eliſam propter hiatum, vt ἀφ' ὤμ. ἀπ' ἀμβροσίου καλ ἐπίνον.

℄ Apotheca, cellã vinaria. Pli. Vina in apothecis canis ortu mutanẽ. Proprie tñ eſt in qua vinũ, & cõſeruaẽ & vendiẽ. Idem. Tm̃ pecuniarũ detinet vini apothecę, nec alia res maius incrementũ ſentit. Dicitur etiã apotheca ſtatio, in qua res venales apponunẽ. Hier. quoq; in Eſa. accipere videtur apothecam pro loco in quo ſeruatur omnis ſupellex. Apud Iuriſconſultos, accipiẽ pro quodam obligationis genere.

℄ Apotamia cũ accẽ. in pe. maior pars ſemitoni quæ a latinis diſciſſio dici poteſt ἐξ ἀπὸ καὶ τέμνω. ἔνθεν τομή. i. ſeco, hinc ſectio.

℄ Apozima aqua cocta cum varijs condimentis.

℄ Apoximenos gręci vocant eos qui e corporibus ſordes detergunt quaſi diſtringentes.

℄ Apparo, as, pe. cor. ſignificat ad dignitatẽ quandã ac põpã me apto. Cic. li. iij. De Orat. Illa q̃ in apparatu fori appellanẽ inſignia. Pręparo vero anteparo, q̃ vtilia mihi fore credo. Idẽ li. j. offi. Facile toti⁹ vitę curſum videt, ad eãq; degendã p̃parat res neceſſarias. Et q̃q̃ apparat⁹ videaẽ vtrũq; ſignificare, vt apparat⁹ belli, quaſi p̃paratio, id tñ poti⁹ eſt ex quadã cõſequẽtia quã ꝓprietate. Nã vt dicim⁹ naues nõ mõ inſtructas, ſed etiã ornatas, qa vt inſtructiores ad bellũ eo pulchriores ſunt, ita apparatũ belli vocam⁹, q̃ ad bellũ quodã decore & ornatu aptanẽ. ℄ Appareo, es, pe. ꝓ. ſignificat videor. Ver. Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. Et apparere eſt de ĩprouiſo ſe oſtẽdere. Ci. Cũ eqtes Antonij apparuiſſent. Itẽ obedire & p̃ſto eſſe ad obſequiũ. Ver. li. xij. Hę Iouis ad ſoliũ, ſęuiq; ad limina regis Apparẽt, Hinc. ℄ Apparitores dicti ſunt ꝙ appareãt & p̃ſto ſint ad obſequiũ q & ſtatores dicunẽ, vt ſunt ij q magiſtratib⁹ circũſtãt, parati ad obſequẽdũ. Q nq; appitores tabellariorũ officio fungebanẽ Dabaẽ enim comes magiſtratib⁹, q & ſalariũ a rep. licet paruũ accipiebat. Ci. ĩ Ver. acti. v. Tuus apparitor parua mercede populi cõduct⁹.

℄ Apparitura, ipſum miniſterium. Scribit Sueto. lib. de grammaticis, Orbilium apparituram feciſſe magiſtratibus, ſignificans eum fuiſſe apparitorem miniſtrumque magiſtratuum.

℄ Apparitio, oſtenſio, quę gręce ἐπιφανεία epiphania dicitur. Et apparitio pro ipſis apparitoribus accipiẽ, qui præſto ſunt. Amb. Miſſa apparitione cum ingenti ſtrepitu, ſuis eam tribunalibus præcepit ſiſti.

¶ Apparitoriũ dr̃ oẽ id quod paratur, vel adiutorium.

¶ Appello,as,nomino. Cice. Publi. Scipionẽ q primus Africanꝰ appellatꝰ ſit. Itẽ appellare eſt comiter, ſeu familiariter noĩare, vocare. Oui. li. j. Faſt. Iãq; potẽs miſſo genitorẽ appellat amico. Sue. in Cęſar. Appellariſq; de rep. patribꝰ, i. nominatis, vocatiſq;. Itẽ inuitare, Vñ Vlpia. de iniurijs. Appellare eſt blãda oꝛone alterꝰ pudicitiam attentare. Amb. Per ſeipm̃, & p notos, & p affines cœpit aures virginis appellare. Interdũ ꝓ appellere, Afra. Appellat huc ad mollẽ noſtrã nauiculã. Interdũ pro aduocare. i. in iudiciũ vocare. Vñ appellatꝰ dicitr̃ ad quẽ facta eſt ꝓuocatio. Quinti. Appellabatr̃ a creditoribus. ſ. vt ſolueret debitũ. Interdũ eſt poſt ſententiam tanq̃ male latã contra aliquẽ agere. Vnde Vlp. Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Dicimuſq; appello principem, & ad principem.

¶ Appellare ex aduerſo eſt nomina per antiſtrophẽ imponere, vt qui hęrbam illam omni duritia carentem holoſteon vocauit, quo ſignificatur tota oſſea.

¶ Appellatio, aduocatio, ſiue ꝓuocatio. Et appellatio, vt docet Seruius eſt vt ꝓpria nomina, vt hic Cato, ille Brutus. Vocabulũ eſt quo res inanimatę enunciantr̃. Nomen eſt quo deus vel homo appellatur.

¶ Appello, lis, p geminũ, pp, appuli appulſum, ſignificat conduco, vel abduco, vt cũ e pelago, quis ad littꝰ acceſſerit, vt ille appulit ad portũ, vel in portũ, vel portui Ver. Hinc me digreſſum veſtris deꝰ appulit oris. Hinc appulſus, us, ꝓ acceſſu pecoris ad aquã. Iurecõſul. Totũ corrĩpat pecoris ad aquã appulſum. Qñq; appellere ſignificat ponere, dirigere, & animũ ad aliquid agendũ intendere. Teren. Poſtq̃ poeta animũ ad ſcribendũ appulit. i. poſuit. Plaut. in Aſi. Argenti viginti minę me ad mortem appulerunt, id eſt adduxerunt.

¶ Apello, is, per ſimplex, p, apuli, apulſum, ex a, & pello, ſignificat amoueo, vt Apulſus ab vrbe, i. amotus. Sũt tñ qui putent aſpello non apello ſcribi debere, & cõponi ex abs, ſeu ab, b, in, s, mutata, ſicut fit in aſporto, qđ ſecundum Priſ. nõ ab a, cõponitr̃, ſed ex ab, &, b, in, s, cõuertitr̃, ne ſi apporto appello dicatur ex ad cõpoſita exiſtimentur. Nã ita in captiuis Plauti legitr̃. Hic eſt ille dies nulla vitę ſalꝰ ſperabilis ẽ mihi neq; exiliũ exitio eſt, neq; adeo ſpes, quę mihi hunc aſpellat. Et in Amphi. Inde optime aſpellam virum.

¶ Appendo, dis, di, ſum, ſuſpẽdo, quaſi ad aliquid pendo, vt appẽdi vuã ad tigna. Pli. Atq; vuas iã maturas ad ſolem appendere. Et appẽdere eſt ad ſtaterã lancẽq; põderare. Cic. in Anto. Vt iã appẽdatr̃ pecunia nõ numeretr̃. Cõſtruitr̃ qñq; cũ duobꝰ accuſatiuis. Hie. in li. Geñ. Appendit pecuniam, quam Ephron poſtulauerat quadringentos ſiclos probatę monetę. Item appendere ſignificat iuxta dare. Lactan. lib. iiij. Scilicet & aurum appendere debuit, tanquam pro mortuo Hectore, & appẽdere, adiungere. Vnde appendix.

¶ Appendeo, es, iuxta ſeu ad aliquid pendeo.

Appendix dicitur quod alij adiunctum eſt quaſi ex alio pendeat. Vulgo pendicię. Cic. in Hortẽ. Vidit qđ vidẽdum fuit appendicẽ animi eſſe corpꝰ. Huius diminu. eſt appendicula. Eſt & appendix genus ſpinę.

✠ Apeſas mons prope Neemiam.

¶ Appeto, is, pe. cor. auẽter cupio, & tã in bonũ quã in malũ, ſicut expeto capitr̃, niſi ꝙ in expeto maior vis eſt ꝓpter ex, q̃ maximã in ſe vim cõtinet, vt apud Curtiũ, Hęrebat inter cupiditatẽ pudorẽq; & quo modęſtiꝰ qđ expectabat appeteret, peruicacius oblaturos eſſe; credebat. Falluntr̃ itaq; q differẽtiã aſſignãt inter appetere & expetere, dicentes, expetere cũ rõne eſſe: appetere qualitercunq;. Expeto bona ſaneq; honeſta. Appeto vero mala atq; inhoneſta, ex quo appetitꝰ, q̃ eſt immoderata cupiditas. Qđ cõſtat falſum in vtroq; qñ oſtẽdere licet & appeto ad bona, atq; honeſta autores vſos fuiſſe, & expeto ad inhoneſta atq; mala. Cic. Caſſio. de hiſq̃ propoſuerã cõfirmatio nr̃ę amicitię, de qua pluribꝰ verbis nihil opꝰ eſt, tu puer me appetiſti, ego aũt ſemper ornamẽto te mihi fore duxi. Idẽ lib. iiij. Tuſc. Qm̃ vt bona natura appetimꝰ ſic & a malis natura declinamꝰ. Et Auguſtinꝰ. li. ij. de ciui. dei. Nõ deorũ p̃cepta ſunt, ſed hominũ inuẽta, qui vtcũq; conati ſunt ingenijs acutiſſimis p̃diti ratiocinãdo inueſtigare, quid in rerum natura latitaret, quid in moribus appetendũ eſſet, atq; fugiendũ. Hiero. contra Virg. Rara virtus eſt, nec facile a multis appetitur. Cyprianus ad p̃ſbyteros, Quid cupidius appetere? Quid magis velle ac tenere nos conuenit, q̃ vt radicibꝰ fortius fixis, & domicilijs noſtris ſuper petram robuſta mole ſolidatis inconcuſſi ad ꝓcellas, & turbines ſęculi ſtemꝰ? Idẽ ĩ malũ. Nec periculũ ſui appetat, q̃ ad meliora & diuina ſe ſeruat. Quod aũt expeto etiã ad voluptates, & quãdoq; ad maximũ malum pertineat. Cic. oſtendit lib. j. offic. Expetuntr̃ diuitię tum ad vſus vitæ neceſſarios tum ad perfruendas voluptates. Aug. Nouimus quia mens humana in diuerſis mundi huius illecebris, & concupiſcentijs deuicta fugit laborẽ, petit voluptatẽ. Cicero in Piſonem. A me quidem etiã pœnas expetiſtis, quibus coniuratorũ mentes mortuorũ expiaretis, i. requiſiſtis, ſiue flagitaſtis. Hie. ad Euſto. Et deuorato Iuda ad cribrandos apoſtolos expetiuit poteſtatem. Nã expeto quo eſt maioris vis ſi in malã ſumatur partẽ, eo magis rõne deficit, & capitr̃ pro ſumo ſiue requiro. Ideo cũ ablatiuo conſtruitur, ſicut apud Quintilianum lib. ix. Ex cognitione rerũ exemplorũq;, quibus in primis inſtructꝰ debet eſſe orator, ne omnia teſtimonia expetat a litigatore. Aliqñ tñ pro requiro, ſiue deſydero ſolo accuſatiuo cõtentũ eſt. Plau. in Caſi. prologo. Nos poſtq̃ populi rumore intelleximus ſtudioſe vos expetere Plautinas fabulas. Appeto vero preter eam quã prędiximus ſignificationẽ ponitr̃ pro adeo quia ſicut dicimus adeo prętorẽ, ita appeto p̃torẽ. Interdũ appetere ſignificat inſtare, appropinquare. Cęſar. lib. vj. Dieſq; appetebat ſeptimus, quẽ ad diem Cæſar ad impedimenta reuerti cõſtituerat. Liuiꝰ, Vbi nox appetit ꝓpe riuos aquarum ſine munimento paſſim ferarum ritu ſternuntr̃. Idẽ. Iam ver appetebat. Interdum vulnerare. Idẽ li. vij. Leuans ſe alis os oculoſq; hoſtis roſtro, & vnguibus appetit. Hie. contra Ruſi. Ab alio appeteris, & illi tergum obuertens quieſcentẽ cõtra te prouocas. Idẽ ad Vitalẽ appetere quaſi pro amare poſuit cũ inquit. Impẽdio precor, vt in amore quo nos appetere cœpiſti, ad finẽ vſq; ꝑdures. Ab appeto fiũt appetitor, appetitus, & appetẽtia, & appetitio ꝓ deſyderio. Pli. li. xix. A ſtomacho faſtidium auferunt, cibiq; appetentiam faciunt lactucę.

✣ Appiana poma ab Appio ex Claudia gẽte cognominata, odor ijs maximus eſt fere cotoneorum, magnitudo non multo inferior. Cc.

✣ Apſonia malã maiora apijs aliter Melappia dicta, a figura orbis in rotunditatem circumacti. Cc.

¶ Applico, as, pe. cor. aui, atum, & applicui, citũ, ſignificat appello, adiungo, adnecto, & conſtruitr̃ cum datiuo vel accuſatiuo mediante ad. Iuſti. lib. ij. Igitur cũ Hercules ad litus Amazonũ applicuiſſet. Ver. Quę vis immanibus applicat oris. Transfertur ad alia. Cicero. Appio Pulch. Omnes vires ciuitatis ſe ad Pompei ductũ applicauerunt. i. adiunxerunt. Idẽ li. j. offi. Itaq; ſe alij ad philoſophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant. i. apponunt, vel conferunt. Col. libro. v. Poterit ad hoc vniuerſa vinea ſub iugum mitti, ſi tñ prius trunco eſt applicitus. i. adiunctus. Cic. lib. ij. ad Heren. Qui in itinere ſe tã familiariter applicuerit. i. ſe ſociauerit. Teren. in And. Tum ille egens forte applicat primum ad Chriſidis patrẽ ſe. i. reducit vel recipit. Hie. in li. Reg. Et applicuit Samuel omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors ſuper Beniamin, quod eſt quaſi ſe venire fecit.

✣ Apporto. Vide Porto.

¶ Appoſitꝰ, a, um, qđ eſt iuxta vel ad aliqd poſitũ. Ci. in arte veteri, Gladiũ ꝓpe appoſitũ e vagina eduxit, & illũ alterũ occidit. Aliqñ ſumitr̃ ꝓ eo qđ eſt cõueniẽs, & ꝓpoſitũ. Idẽ in eodẽ, Eã ipſam ſcripturã, in qua inerit illud ambiguũ, de quo quęritr̃ totã omnibꝰ partibus pertentare, ſi quid aut ad id appoſitũ ſit qđ nos interpretemur, aut ei qđ aduerſarius intelligat, aduerſetr̃. Et lib. j. offi. Officiũ eius facultatis videtr̃, dicere appoſite ad perſuaſionẽ. Alias ſignificationes quęre in dictione Pono.

¶ Aprutium, Italię regio inter Apuliã & Picenũ, hęc etiam Samnium dicebatur, vbi multi populi erãt. In ea ciuitates, Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpinũ, Aquinum & multæ aliæ.

¶ Apprime pe. pro. aduerbium ab apprimus. quod eſt longe primꝰ, vt ſcribit Gellius. Vñ apprime ſignificat In primis, Egregiæ, Valde. Terentiꝰ in And. Id arbitror in vita apprime vtile eſſe.

¶ Approbus penul. corre. valde probus. Gellius, Et in verſu eſt Cęcilij poetę Comici Hierocles hoſpes eſt mihi adoleſcens approbus.

¶ Apricus pe. pro. locus ſoli expoſitus, quaſi ſine frigore a gręco φρίκη, qđ horrorẽ ſignificat. Vñ etiam putatur Aphrica dici. Var. Aprica ſit terra vbi ſeras violã & hortos facias, ꝙ ea ſole nutricantr̃, ſed φ aſpirata cõuertitur in π ſuam tenuem, Apricus homo, & Aprica auis, quæ ſole gaudet. Verg. Et apricis ſtatio gratiſſima mergis.

¶ Apricari eſt in aprico loco eſſe, vel aeris amœnitate vti, vel caleſcere. Var. in miniſterijs, Licet videret multos quotidie in hyeme in ſole apricari. Pli. li. xxxvj. de colũbis, Apricantr̃ alię ſcalpẽtes ſeſe. Ci. in Caton. Vbi eñ põt illa ętas, aut caleſcere, vel apricatiõe meliꝰ, vel igni, aut viciſſim vmbris aquiſve refrigerari ſalubrius.

¶ Aprilis mẽſis dictꝰ eſt quaſi aperilis, ꝙ terrã aperiat: qa verna tẽperie, plantarũ germina aperiantr̃. Vel dicitr̃ aprilis quaſi aphrilis ab ἀφρὸς ſpuma, cũ ex maris ſpuma nata ſit Venꝰ, cui mẽſis ille dicatꝰ eſt, vide Oui. faſt. iiij.

✣ Aprinus ab apro deducitur, vt aprina caro. Cc.

✠ Apronare in genua dictũ eſt ꝓ eo qđ eſt ĩgeniculari, vt antiqui dicebãt. Apul. li. j. Planiorẽ ripę marginẽ cõplicitus in genua apronat ſe auidꝰ, affectãs potionem.

✣ Apronia genꝰ vitis nigrę, quã quidam Ampelomelænam, alij Bryoniam, alij Chironiam, alij Gynecanthen vocant. Cc.

✣ Aprunos, Lumbus apri. Cc.

✣ Aproſopos penul. produ. laline imperſonalis dicitur τὸ πρόσωπον perſona gręce appellatur.

✣ ἀψευδής Apſeudes homo eſt minime fallens, α priuatiua particula eſt ψευδὲς falſum. Cc.

✣ Aptitudo eſt conuenientia, pulchritudo, elegantia, vnde fit apte & apto verbum. Cc.

¶ Apſorus, Inſula in mari Adriatico adiacẽs Liburnię, in qua ciuitas eodem nomine, vt Ptol. lib. j. ſcribit.

¶ Abſis, idis, curuatura rotę, teſtitudo. Vide in dictiõe Abſis. Dicitr̃ & abſida, æ. Auguſtinꝰ ad Max. In futuro Chriſti iudicio nec abſidere gradatę nec cathedrę velatę adhibebuntur. ✠ Apſicon latine inanimatũ quod eſt ſine anima, & ſpirare non poteſt.

✠ Aptera neutri generis vrbs in Lycia, & opidũ in Creta a Syrenibus vocatum, ꝙ victæ ibi cantu a muſis præ mœrore exutę pennis in mare deſiluiſſent.

¶ Aptus, a, um, ſicut lib. iiij. conf. docet Auguſtinus, dr̃ ꝙ ad aliquid accommodatũ eſt. Perſius, Nõ ego cũ ſcribo ſi forte quid aptius exit. Interdũ aptum dr̃ neceſſarium. Cic. lib. iij. de fi. Itaq; natura ſumꝰ apti ad totiꝰ cõſilia ciuitatis. Interdũ elegans, vt apud eundẽ lib. ij. de Ora. Ita porro verbis eſt aptꝰ & preſſus, vt neſcias vtrũ res oratione, an verba ſententijs illuſtrentr̃. Et de offic. Vt enim pulchritudo corporis apta cõpoſitione mẽbrorum mouet oculos. Interdum connexum. Ver. libro. ij. Georg. Ipſos e torquibꝰ aptos Iunge pares. Interdum adaptũ. Var. Ea omnibus oſtendat quæ bello aptus eſt. Huius compoſitum & contrarium eſt ineptus.

¶ Apto, as, cõueniẽter aliqd rei alicui ĩfigo ſeu accõmodo. Et cõſtruitr̃ cũ datiuo vel accuſatiuo, mediãte ad. Ci. in Phil. Cuius deniq; fortunę ſtudia tã laudi, & gratulationi tuę ſe nõ aptarint? Ambroſius, Ita ad mẽſurã corpuſculi eius aptauerat indumẽtũ & tã nimio fulgore cõſpicuũ, vt nullꝰ dubitaret hoc nõ niſi manibꝰ angelicis præparatum. Huius cõpoſita ſunt, adapto, & coapto.

¶ Aptotum pe. pro. dicitur ſine caſu ab α ſine καὶ πτῶσις caſus ἀπὸ τοῦ πίπτω, λ, πεσοῦμαι, π, πέπτωκα, id eſt a cado, cuius futurum cadam. pręter. cecidi.

¶ Apulia Italię regio mari Adriatico cõtermina inter Dauniã, & Calabriã, q̃ & Iapygia ab Iapyge Dedali filio, qui eã regionẽ tenuit vſq; ad Dauniã dicta eſt, huiꝰ noĩs prima correpta, licet Apullꝰ illã ꝓducat, & ob id per duplex, pp, ſcribitr̃. Apulia p ſimplex, p, Et cũ ſecũda in Appullꝰ ſit correpta in Apulia ꝓducta. Iuue. Vendit agros, ſed maiores Apulia vẽdit, vbi & prima ꝓducitr̃. Luca. li. v. Appulꝰ Adriacas exit Garganꝰ ĩ vndas. Hora. tñ ꝓduxit ſecũdã. Sed priꝰ Appulis Iungentr̃ capre lupis. Aſcẽ. Verſus iſte mẽdoſus Horatianꝰ nõ eſt.

✠ A punctis dicitur qui pręeſt reditui aquariorum apud Frontinum lib. ij. de aquę ductibus.

✠ A pugione ſignificat eum, qui principis pugionẽ geſtat, eique ſemper pręſto ęſt.

¶ Apud p̃poſitio eſt, q̃ nuuq̃ cõpoſita reperitur, appoſita vero caſualibus qñq; locum denotat, vt apud Mantuam hęc ſcripſi. Qñq; perſonam, vt apud regẽ. Qñq; loci, & perſonę coniunctionẽ, vt cœnaui apud Pompeium, Sed cũ ad perſonã refertur plęrumq; familiaritatẽ ſignificat non dominũ, vt fui apud te, i. tecum, vel domi tuę. Melius tñ locis ſeruit, vt apud forũ te vidi. Ponitur interdum pro In. Terentius in And. Apud forum modo ibo. Penes vero & poteſtatem & perſonã, & dominium. Oui. lib. j. Faſto. Me penes eſt vnũ vaſti cuſtodia mũdi. Qñq; etiam ſine dominio, vt fides penes autores eſt, i. apud. Relatũ ad perſonã etiam interdum denotat vituperationẽ. Quintilianus, Culpa videatur penes patrem. Interdum laudem, Cice. Penes quos laus adhuc fuit. Interdũ commodũ & incõmodũ. Liuiꝰ. Penes eoſdẽ pericula belli penes quos pręmia eſſent. Seruit etiã loco. Cicero ad Heren. Ita petulans eſt atq; acer, vt ne ad ſolarium quidem, vt mihi videtur ſed penes ſcęnam, & in eiuſmodi exercitatus ſis locis. i. apud ſcęnam. Dicimus etiam penes te eſt laus mea, quaſi in manu tua, arbitrium vitę meę penes te eſt.

✠ Apud ſe aliquando dicitur eſſe dum omiſſis negotijs ſe in ſeceſſum recipit. Cice. lib. j. de orat. Marcus vero Scaurus quem non longe ruri apud ſe eſſe audio.

¶ Apyrena alij apyrina mala dicuntr̃ punica ſiue granata ꝓprie dulcia. Sene. ad Lucil. Sic imperturbatꝰ ſapiẽs dr̃ quo mõ apyrena dicuntur, non quibus nulla duricia eſt granorũ, ſed quibus minor. Dicuntur aũt granata a granis, Punica a regione. Ariſt. tñ in fine lib. ij. Meteorologicorũ. ἀλλ' εἰς τὸν ἀντίον τῆς πυκνότητος ἀναγκαῖον γίνεται τὴν ἔκθλιψιν οἷον ὁι πυρῆνες διὲκ τῶν δακτύλων πηδῶντες. i. ſed ad contrariũ inſpiſſationis neceſſarium eſt fieri extruſionem, quemadmodum ipſæ baccæ oſſa ceraſorũ ex digitis exilientes, ſed ſunt Ariſtotelis traductiones mendoſiſſimę, forſan tamen per quandam ſimilitudinẽ grana, quia ignita pomorum illorum dicuntur, & a modo priuat, Modo auget ſignificatum.

¶ Apyrotus pe. ꝓ. gemma cui ignis non nocet. Dicitur & Apyraſta carbunculus ꝙ ignem non ſentiat.

✠ Apyroton etiam gręce vas frigidarium quod Home. apyron lebetem dixit.

## A ANTE Q

A Qua componi videtur ex a, & qua, quaſi a qua viuamus.

✣ Vnde aqua & igni interdici ſolebat dãnatis. Aquã & ignẽ ſumebãt nuptę, & qui funus proſecuti fuerãt redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi quod pur

gationis genus vocabant ſuffitionẽ. Hoc elementum cęteris omnibus videtur ĩperare, terras eñ deuorãt aquę, flãmas necant, ſcandunt in ſublime, & ipſum quoq; ſibi vendicant cœlũ. Quid eſſe mirabiliꝰ põt, q̃ ſtare in cœlo aquas? At illę non mõ in tantam altitudinẽ, ſed ſecũ quoq; piſciũ examina, & lapides rapiunt. Eędem cadentes omniũ terra naſcentiũ cauſa fiunt, fruges arbores frutices iuuant, migrant in cœlũ, vt vitalẽ animã deferent herbis. Pręterea alibi calidę ſunt, alibi frigidę, alibi tepidę, & pene omnibus morborũ generibus auxiliant̃, alię ſulphuris, alię ferri, alię aluminis, alię ſalis, alię nitri, aliæ bituminis, alię ęris, alię accidę ſunt, alię ſalſę, & cunctę hominũ tm̃ cauſa vident̃ erupiſſe, generatim neruis proſunt oẽs, alię pedibꝰ, alię coxendicibꝰ, alię luxatis, alię fractis, alię exinaniunt aluos, alię ſanant vulnera, alię capiti, auribuſq;, & oculis priuatim medent̃, alię ſterilitatẽ mulierũ, & virorũ inſaniã abolere produ͂t, nonnullę iuuant calculoſos, aliquę ꝓhibẽt abortũ, ſunt quæ tollũt vitiligines, alię podagricis ꝓſunt alię tertianas febres diſcutiunt, alię dentes ſiſtũt, alię vngulas etiã iumentorũ indurant, alię ſubtiliores faciũt ſenſus, alię memoriã auferũt, alię obliuionẽ ĩducũt, alię canoras voces faciunt. Refertq; Sympontinus ſe deduxiſſe aquas in agrũ Viterbienſem, q̃ lethargicos, & hydropicos, & colicos curarent, luxatos ſtatim ſanant, colluctos ſiſtũt, ſcabiẽ, lichenas vitiligines mira celeritate tollunt, famẽ oĩ ſublato faſtidio inducũt, fœcunditatẽ mulieribꝰ afferũt, venerẽ debilitatã excitãt, calculorum vitia diſcutiunt. Hęc. Cc. Eſtq; elemẽtũ quod ab ęqualitate dicitur. Nihil eſt enim illa dum quieſcit ęquabilius.

✤ Aſcẽ. Putẽ aquã ab ęquo dico, ablato, e, ſicut harenã ab hęrẽdo, nã ſi ab, a, & qua cõponat̃, prior eſſet longa.

¶ Aquula diminuti. Cice. lib. de Orat. Quę mihi videt̃ non tã ipſa aquula quę deſcribitur, quã Platonis oratione creuiſſe. Et li. ij. vbi non ſecluſa aquula teneatur, ſed vnde vniuerſum flumen erumpat.

¶ Aquagiũ, quaſi aquę agium: Eſt enim aquæductus.

¶ Aquarius, rij, vndecimũ ſignũ zodiaci eſt poſt Capricornũ. Hic fert Ganymedes qui pocula dijs miniſtrat, per quẽ Ianuarium intelligimꝰ. xv. Calẽ. Febru. incipit exoriri. Hũc Iupiter eius pulchritudine captus ab aquila in cœlum raptum miniſtrũ ſuum feciſſe exiſtimatur.

¶ Aquarius, ria, rium, qđ ad aquã ꝑtinet, vt cos aquaria, res aquaria. Gelliꝰ, Re aq̃ria defectos. Pli. li. xxxiiij. Quippe cũ in exacuendo oleares cotes, & aquarię differãt oleo, delicatio, rei fiat acies. Aquariꝰ ſulcꝰ, qui aquã educit. Columel. lib. ij. Crebroſq; ſulcos aquarios, quos & nonnulli elices vocant.

¶ Aquariũ ſiue aquariolũ locus in quem ſordida aqua iactatur, qui & lauatrina a lauando appellatur.

¶ Aqueus, a, um, quod ex aqua eſt, vt color aqueus.]

¶ Aquatus, ta, tũ, aqua infuſum, vt aquatũ vinũ. Hier. Vinũ ſi aquatius bibit̃ calix frangit̃, menſa ſubuertitur.

¶ Aquaticus, a, um, quod in aqua degit, ſicut terreſtris quod in terra viuit. Plin. Terreſtres & aquatici piſces.

¶ Aquatilis pe. cor. idẽ quod aquaticus. Augu. lib. viij. de ciui. dei, Qui tñ longe pręponitur animalibus aquatilibus, cum ipſas aquas terris præponat Plato.

¶ Aqualis gen. maſ. genus vaſis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & matula dicitur. Plau. Date iſti ſellam, vt ſedeat, & aqualim cum aqua.

¶ Aqualicus pe. cor. aluus vbi ſordes defluũt. Apiciꝰ, Reples aqualicũ ſicut laxamentũ habet ne diſſiliat in coctura. ¶ Aqualiculus diminutiuũ eſt ab aqualicꝰ, & vas vocat̃, in quo porci ſorbent, per tranſlationẽ pro vẽtre, ſiue aluo ſumit̃ tam occulta q̃ apparente in quã ſordes fluũt, de homine dr̃. Perſius, Nugaris cũ tibi calue Pinguis aqualiculꝰ ꝓpenſo ſeſquipede extet. Hie. Aliꝰ tumet, aqualiculo mortẽ parturit, alius elinguis & mutus. Idẽ Protenſus eſt aqualiculus, inſurgũt humeri, turget guttur.

¶ Aquilex pe. cor. qui aquã colligit, veſtigat, & ducit. Var. At hoc pacto vtilior te Thuſcus aquilex. Pli. Sub eſſe aquis credunt, & hoc habent ſignum aquilegis.

¶ Aquilegiũ, aquę collectio. Plaut. Si pluet aquilegio me iuuabo. ✤ Quod & aquęductus.

✤ Aqueniuales menſę adhibebant̃ antiquitus, q̃ decoquebant̃ vt eſſent ſalubriores poſtea colo niuario & ſacco attenuebantur, deinde refrigerabantur. Cc.

¶ Aquęlicium dicitur cum aqua pluuialis remedijs quibuſdam elicitur.

¶ Aquileia vrbs Carnorum metropolis, iuxta quã defluit Timauus, a legẽdis aquis dicta. Mar. Et tu Ledęo fœlix Aquileia Timauo. Plin. Aquileiã collocat in decima regione Italię. Fuit aũt Romanorũ colonia. xij. M. paſſibus a mari ſita. Ad eam flumine aduerſo onerarijs nauigatur nauibꝰ per Natiſonẽ fluuiũ. Ex hac orti ſũt Chromatius ad quẽ Hierony. ſępe ſcripſit, & Rufinꝰ gręce latineq; eruditus, qui Ioſephum conuertit in latinũ, cuius originalis eſt Mediolani in ſancti Ambroſij fano Longobardis characteribus carioſiſſimus.

¶ Aquitania regio, & tertia Gallię ꝑs ab obliquis aqs ligeris. Hęc a Circio Oceanũ habet, qui Aquitanicꝰ ſinꝰ dicit̃. Ab occaſu Hiſpaniã. A ſeptentrione Lugdunenſem prouinciam, a meridie Narboneñ. In ea Lugdunũ & Burdegala ciuitates. Hinc aquitanꝰ, a, um. Vñ Aquitani populi.

¶ Aquiminaria dicũt̃ oĩa vaſa deferẽdis aqs deputata.

¶ Aquo, as, & aquor, aris, aquam haurio ſiue aquã fero eo per aquam. Curtius, Cum miles aquatum profectꝰ eſſet. Ver. Sub mœnibus vrbis aquantur.

✤ Aquariolũ ſiue aquarium locꝰ in quem ſordida aqua demittitur, & Aquarioli dicuntur mulierum impudicarum ſordidiſſimi aſſeclæ. Cc.

✤ Aquariola dicuntur lotrinę, in quas lotura proijcit̃, nec in culina tantum, ſed in triclinijs, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate, & elegantia fiunt. Cc.

¶ Aquoſus, ſa, ſum, quod copiam aquę habet, vt hyems aquoſa. Colu. li. iij. de ficis, Locis inquit frigidis, & autũni tẽporibus aquoſis præcoques ſerito. Huius cõpoſitũ & contrariũ eſt inaquoſus, vt in Euan. ambulat per loca arida & inaquoſa.

¶ Aquę, rum, vrbs Gallię Ciſalpinę iuxta quã ſũt aquę calidę, quę ęgros curare ſolent.

¶ Aquaintercus, aquęintercutis, hydropũ morbꝰ, quaſi aqua inter cutẽ; Cic. li. iij. offi. Si quis medicamẽtũ cuipiam dederit ad aquamintercutẽ. Nã intercus dr̃ aqua, quam gręci hydropa vocant, vt ait Priſ. Aqua eñ inter cutem male habet autore Celſo, qui morbus acutus eſt Plin. hunc morbum aquę ſubter cutem fuſę nominat.

¶ Aquilus color fuſcus & ſubniger ab aqua. Nam cũ antiqui duos omnino naturales colores noſſent albũ. ſ. & nigrũ, interuenit aũt is quoq; qui neutri ſimilis eſſet, vt tamen ab vtroq; proprietatem trahat potiſſimũ ab aqua eum nominauerunt, cuius incertus eſt color.

¶ Aquilius cognomen factum a colore ſubnigro.

¶ Aquila auis ab aquę colore, ſiue ab acute vidẽdo dicta. Ferunt cum ſenuerit aquila grauantur pennę & ipſius oculi, quæritq; fontẽ, & erigit pennas colligit in ſe colores, & ſic oculi eius ſanant̃, & in fontẽ ſe ter mergit & ita ad iuuentutem redit. Aquila quoq; dicitur aſtrum, quæ ala dextra circulum ęquinoctialem parum prodit, ſiniſtra autem non longe a capite Ophiuchi videt̃ figurata, roſtrum eius a reliquo corpore diuidit circulus a cãcro ad capricornum perueniens, exorto leone occidit. Exoritur autem cũ capricorno habens in capite ſtellam vnam, in vtraq; penna vnam, in cauda vnã. Aquila etiã dicitur. Iouis ales, cui maximꝰ honor eſt, & maxima eſt vis, quippe quę nõ ſolum cum minoribus quadrupedibus, ſed etiam cum ceruis pugnat, multũ puluerem volatu collectũ inſidens cornibus excutit in oculos pennis ora verberat donec pręcipitet in rupes, cũ dracone etiã



init pręliũ, oua hic aquilę cõſectat̃ auiditate malefica. Illa ob hoc vbicunq; viſum oppugnat. Ille multiplici nexu alas ligat, ita vt aliqñ ſimul cõcidere videant̃. Ex oĩ aũt auium gñe ideo hanc ſolã delegiſſe ſibi armigerum Iuppiter exiſtimat̃, quod ſola cõtra orientis ſolis radios immotã aciẽ oculorũ tenere poſſit, vel ꝙ ſolã hãc auẽ nunq̃ fulmine fuiſſe tactam produnt. Sex aquilarum genera tradunt̃, de quibus in dictione Menelętus. Cc.

¶ Aquiliferi dicti ſunt ſigniferi in Romana militia ab aquila, quã Romanis legionibus Marius in ſecũdo cõſulatu ſuo proprie dicauit. Habuerunt & Romani quatuor alia ſigna, videlicet, Lupos, Minotauros, Equos, Apros, q̃ ſingulos ordines ãteibãt. Scribit Vegetiꝰ Primũ ſignũ totius legiõis eſſe Aquilã, quã Aquilifer portat. Idẽ draconarios appellat ſigniferos a draconibus, qui per ſingulas cohortes ferebantur ad prælium.

¶ Aquilo pe. cor. ventus dictꝰ a vehemẽtiſſimo volatu inſtar aquilæ. Hic Boreas gręce dr̃ ſiccus & frigidꝰ. De quo Ouid. lib. vj. Metamorpho. Apta mihi eſt, qua triſtia nubila pello, Et freta concutio, nodoſaq; robora verto, Induroq; niues & terras grandine pulſo. Idẽ ego cũ fratres cœlo ſum nactus aperto: Nã mihi cãpꝰ is eſt tanto molimine luctor, Vt medius nr̃is concurſibꝰ inſonet ęther, Exiliantq; cauis eliſi nubibꝰ ignes. Idẽ ego cum ſubij ꝯuexa foramina terrę, Suppoſuiq; ferox imis mea terga cauernis: Sollicito manes totũq; tremoribus orbẽ. Flat ab ęſtiua & ſolſtitiali plaga Oriẽtis. Aquilones etiã dicunt̃ venti, qui octo ferme diebus exortum caniculæ antecedunt, & perflant diebus. xl. quos vocant Eteſias & Prodromos quaſi pręcurſores.

¶ Aquifolia arbor ex gñe illicis, quã gręci ſimilacẽ vocant. ☿ Aquęſtionibus ſignificat eũ, qui eſt pro quęſtionibus, quaſi ſit defenſor quęſtionum.

☿ A quo. Vide ſupra, & in dictione adęquo, as.

## A ANTE R

ARa q̃ſi anſa (vt Varroni placet) dicta eſt. Vaſa eñ erãt, q̃ tripodes dicebant̃, ꝙ eſſet neceſſariũ a ſacrificantibꝰ teneri, anſis aũt teneri vaſa ſolere manifeſtũ eſt. Quoniã ergo qui immolabant nõ mõ deos voce p̃cabant̃, ſed etiã manibꝰ aras apprehẽdebãt prio anſę dictę, deinde cõmutatione literarũ arę vocari cœptę. Hinc Ver. Talibꝰ orãtẽ dictis araſq; tenẽtẽ. Sũt q aras ab ardendo deriuent, ꝙ in his victimę adoleantur. Alij ab ἀράομαι verbo gręco, qđ eſt oro. Et ἀρά oratio dicit̃, ꝙ in ſacrificando oret̃. Et habent primã productã.

☿ Alij a pręcibꝰ quas gręci ἀρὰς dicunt. Vñ cõtra imprecatio κατάρα dr̃. ☿ Eſt etiam Ara ciuitas Arabiæ regia, necnon & inſula Arabię adiacens, vt ſcribit Ptolemęꝰ. Hara vero cũ, h, habet primam correptam, & ſignificat porcorũ ſeu auium ſtabulũ. Ouid. Tertius, immundę cura fidelis harę. Quidã etiã aiunt haram ſignificare auẽ quandam auguralem. Vnde deducantur hariolus hariolor haruſpex haruſpicium haruſpicina, & haringa.

¶ Arachoſia, regio maioris Aſiæ, in qua Alexandria & Arachotus ciuitates.

¶ Arabia regio ĩter Iudęã & Aegyptũ, ab Arabo Apollinis & Babylone filio. Solinus Arabiã interpretatur ſacrã. Eſt aũt triplex Arabia ſecundũ Plinium lib. ij. Vna fœlix, Altera petrea, Alia deſerta. Arabia deſerta Arabũ & Eſtonitarũ, & Scenitarũ ſterilis vocatur pręterq̃ vbi Syrię confinia contingunt a Peluſio vſq; Arſinoen rubri maris opidũ deſertã ſcribit Agrippa. Quidã Arabiã Panchaiam & Sabeorũ gentem eandem eſſe exiſtimant, in qua thus naſcitur. Verg. Solis eſt thurea virga Sabęis. Idem. Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. In ea mons Syna, qui & Oreb, in quo Moſes legem accepit. In ea Phœnix auis naſcitur, & Sardonix gemma. Ab Arabia fiunt adiectiua Arabs Arabius Arabus Arabicus pro eo quod eſt ex Arabia. Ver. li. vij. Hyrcanis ſve Arabiſve parãt. Propert. Nec ſiqua Arrabio lucet bõbyce puella. Et alibi, Et domꝰ intactę te tremit Arabię, vbi videt̃ ꝙ debeat ſcribi per geminatũ R.R. Cc.

☿ Arabice olere, ſignificat bene olere, & odoribꝰ Arabicis. ¶ Arabarches Arabum princeps, vel ex primis Arabię ſicut Libyarches Libyę princeps. Iuuenalis, Atque triumphales inter quas auſus habere Neſcio quis titulos Aegyptius atq; Arabarches.

☿ Nam in Arabia plures erant pręfecturę, quę ſuos archonctas, id eſt præfectos habebant.

☿ Aragus penult. cor. fluuius a Caucaſo fluens, in Albaniam tendit.

☿ Aracbus, fluuius Moloſſorũ, cuius meminit Strabo.

✤ Aracię, ficꝰ dicũt̃ albę pediculo minimo latiſſimę. Cc.

¶ Arachne nomẽ mulieris Lydę, q̃ de lanificio auſa eſt cũ Pallade certare, ſed victrix dea Arachnẽ percuſſam radio in araneũ cõmutauit. Hoc a poetis fictũ eſt, cõſtat eñ, autore Plinio, Arachnem linum & rætia inueniſſe, cuius filius Cloſter fuſos in lanificio inuenit. Hoc etiam nomine (vt ſcribit Liuiꝰ) dicta eſt ciuitas Theſſalię, cur aũt dicatur, & quid ſit, magnis ratiõibꝰ, nixiq; rerũ proprietatibꝰ accõmodauerunt denominationes non autẽ ad placitũ. Vnde Suidas ita ſcribit ἀράχνιον νῆμα καὶ μίτος ὁ λεπτότατος καὶ ἀράχνη θηλυκῶς τὸ ὕφασμα ἀράχνης δὲ ἀρσενικῶς τὸ ζούφιον παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν. ✤. i. Arachniõ filum eſt, & licium tenuiſſimũ, & Arachne fœmineo genere tela, ſeu textura, maſculino Arachneus puſillũ animal eſt, dictum ꝙ rara molliaq; habet veſtigia.

¶ Arachneꝰ maſculino genere animal. Aranea fœminini, rętia, q̃ araneus facit. Catullus. Furius cui neq; ſeruꝰ eſt, neq; arca, Nec cimex, neq; araneus, neq; ignis. Ouidius. lib. iiij. Metamorpho. Stamina nõ ſummo, q̃ pendet aranea tigno. Reperitur qñq; tñ aranea pro animali. Ver. lib. iiij. Geor. laxos In foribus ſuſpendet aranea caſſes. Et Ouidi. lib. vj. Metamorpho. Stamen & antiquas exercet aranea telas. Hinc & Arachne, vel aracne dicitur ab ἀράω, quod eſt compono apto cõgruo, vel vt ſupra. Multa ſunt aũt araneorũ genera, omneſq; græco vocabulo, ſed apud Latinos vſitato Phalangia dicũtur Verum eſt genus formicę ſimile, ſed multo maius ruffo capite, reliqua corporis nigra, albis guttis reſperſum, viuit maxime circa furnos & molas. Secũdũ phalangij genus lupũ vocãt. Tertiũ lanuginoſum capite magno, quo diſſecto inueniunt̃ duo vermiculi, qui cõceptũ impedire dicuntur alligati mulieribꝰ in pelle ceruina ante ſolis ortũ, propterea Atotius dicitur. Græci ἀτόκιον παρὰ τὸ τίκτω τέξομαι ἔτεκον. i. a pario pariam peperi, vocãt oẽ medicamentũ, qđ ſterilitatẽ inducit. Alia ſunt etiã araneorũ genera, de quibꝰ apud Sypontinũ abũde tractat̃.

✤ Quartũ genus araneorũ Rhacinũ dicit̃ ore nigro minimo ſubalbo, pedibus breuiſſimis tanquã imperfectis, dolorem morſu, qualem Scorpio, facit. Quintum genus Aſiortion diſtinctum virgulis, albis cuius ictus genua labefactat. Sextũ cæruleum eſt lanugine nigra caliginẽ concitans, & vomitus araneoſos, hoc eſt in quibꝰ telę araneæ conſpiciunt̃. Septimũ a crabrone tñ penna differens, quod ad maciem perducit. Mirmeciũ octauũ formicæ ſimilæ capite, aluo nigra, guttis albis diſtinguẽtibꝰ. Præter hæc tetragranthij duo genera hñt, peior in quo medium caput diſtinguit linea alba, alter Cinericiꝰ eſt poſteriori parte candicans, vltimus ac minime noxius, qui eodem colore telas in parietibus late texit, veluti rætia muſcis capiendis. Cc.

¶ Araneolus cum accentu in antepenultima diminutiuum eſt ab Araneus. Verg. de culice, Atq; vt araneoli tenuem formauimus orſum.

¶ Araris penultima correpta, & per apocopem Arar fluuius Gallię Narbonenſis a monte Vogeſo per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Luc. libro. vj. Rhodanũq; fluentem Præcipitauit Arar nunc Sagona dicitur.

¶ Ararus penultima cor. Scytharum fluuius.

✤ Hic in Eniochis mõtibꝰ eo mõ, quo Euphrates ori

tur ſex millium paſſuũ interuallo, quo ad campos Armeniȩ ſecat, labitur placidus & ſilens, neq; in vtrã partem currat manifeſtũ, cũ in aſperiora deuenit hinc, atq; illinc rupibꝰ preſſus, & quãto anguſtior tanto magis pernix, Frangit ſe ſubinde ad oppoſita tm̃, atq; ob id cũ ingẽti murmure ſonanſq; deuoluit̃ adeo citus, vt qua ex prȩcipiti in ſubiecta caſurus eſt, nõ declinet ſtatim vndã, ſed vltra q̃ canalem habet, euehat, plus iugeri ſpacio ſublimis, & aquis pendentibꝰ ſe ſine alueo ferẽs, deinde vbi incuruus arcuatoq; amne deſcendit, fit tranquillus, iterumq; compoſitus, & vix fluens in litus elabitur. Cc.

❡Araxis Armeniȩ fluuius. Luca. lib. vij. Armeniumq; bibit Romanus araxem, ibi arcam Noe poſt diluuiũ reſediſſe fertur, hic ab eodẽ monte, quo Euphrates deſcendit qui plane mõs a Strabone Abõ ſiue Abam, a Plinio Agam vocatur, Armeniam, & Atropatiam diſterminat

❡Araxum, vt inquit Pli. ꝓmontoriũ eſt Peloponneſi.

❡Aracynthus, mons Aetoliȩ Mineruæ ſacer, vt teſtis eſt Pli. vel vt Martianus, Acarnaniæ.

❡Aratrum pe. pro. dictum ab eo ꝙ eruat terram. Sed & grȩci pe. cor. ἄροτρον dicunt, vel ab aro verbo, ſicut a lauo lauacrum, & a ſimulo ſimulacrum.

☿ A, rationibus dicitur ille, qui prȩeſt rationibus faciendis. Vide in litera a.

☿ Arath regio Armeniȩ campeſtris, per quã Araxes fluit, incredibilis vbertatis, ad radices Tauri montis, qui vſq; illuc extenditur.

❡Arabis, ſiue Arbis fluuius eſſe videtur, qui apud Pli. lib. ij. Sarbis ſcribit̃, qui ab Arianis montibus per Drangas, & Gedroſios in Oceanum defluit.

❡Arbea ciuitas Iudeȩ ſic dicta, quia ibi tres patriarchȩ ſepulti fuere, & quartus Adam.

❡Arbiter pe. cor. Iudex nõ a lege, ſed ab ijs qui litigãt electꝰ, qui totiꝰ rei habet poteſtatẽ, dictꝰ ab arbitrãdo. i. exiſtimãdo. Eiꝰ officiũ eſt exiſtimare nõ ꝓut iuris ſit, ſed prout ipſe ȩquũ eſſe exiſtimet. Iudex vero ex officio dictꝰ eſt. Aliqñ Arbiter dr̃ ſpeculator. Plautus in Aul. Hinc ergo & huc & illuc potero quid agant arbitrarier Et in Geñ. Accidit aũt vt Ioſeph opis qppiã abſq; arbitris faceret. Dr̃ & Arbitra. Amb. lib. j. officio, Conſcientia q̃ innocentium & flagitioſorum merita diſcernit vera atq; incorrupta pœnarũ prȩmiorumq; arbitra.

❡Arbitrium ſententia eſt, q̃ ab arbitro ſtatuitur. Interdũ dr̃ poteſtas arbitro data. Vñ arbitrium ſuſcepiſſe dr̃, qui vim iudicis ſuſcepit. Interdum opinioꝰ, vt omnia ꝓ meo arbitrio facio. i. vt mihi videtur & vt opinor faciendum. Interdum dicitur ſpeculatus. Apul. lib. ij. Nam & pueris extra limen credo, vt arbitrio nocturni gannitus ablegarentur. Idem. Sub arbitrio luminis recognoſcit omnia. ☿ Quidam arbitramentũ pro arbitrio vſurpant, hoc eſt pro arbitri ſententia.

❡Arbitrarium dr̃ cũ adhuc res apud arbitrũ agitur, vel cum in poteſtate arbitri, ſeu iudicis eſt ꝓ arbitrio. i. pro opinione ſua iudicare. Vnde arbitraria pœna dr̃, q̃ non lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta. Martianus, Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius variabat.

☿ Arbitror, aris, pen. cor. exiſtimo, vt eſt in frequentiori vſu. Quãdoq; inſpicio & ſpeculor, vnde arbiter, qa. ſ. arbitratur. i. explorat diligenter controuerſiam litigatorum. Apul. li. ij. Ipſaq; per rimam oſtiorum quempiam iubet arbitrari quȩ ſic geſta ſunt. Aliquãdo auſculto. Et apud iuriſconſultos arbitrari pro iudicare, ac ſententiã dicere ponitur.

❡Arbor & arbos in nominatiuo a robore, vt quidã putant. Cuius appellatione cõtinent̃ vites arundines, & huiuſmodi. Sed cũ planta adeo tenera eſt, vt hærba potius videatur, arboris loco haberi non debet.

☿ Arborẽ fici ſicut arborẽ ficũ dici poſſe oſtendit Col. li. vj. cũ ait, In ſcorbẽ fici arbuſculã depõito. Et paulopoſt Tũ arborẽ ficũ detrunca. Quod eſt contra Laurẽ. Vall.

☿ Arbuſcula diminutiuum ab arbor.

❡Arboreus, a, um, quod eſt arboris. Verg. lib. j. Geor. Arborei fœtus alibi.

☿ Arboretum. Vide paulopoſt in dictione arbuſta.

❡Arborator, nomen verbale ab arboro, as, & ſignificat eum qui arbores putat, qui & frondator dicit̃. Pli. xvij. Frondem medio die arborator ne cædito.

❡Arboreſcere, arborem fieri, vel in arborem creſcere. Pli. lib. xix. Tradunt autores in arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere.

✣ Arboſes antiqui pro arbores dixere ab arbos, nõ ab arbor. Cc.

❡Arbutꝰ pe. cor. arbor folio citro ſimilis, ſed raris frondibꝰ. Ver. Et q̃ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Arbutũ vero pomũ rubrum ſyluarũ, quod Plin. Orodon vocat, ꝙ aſperitate ſua plura edi non poſſint. Verg. lib. ij. Georg. Dant arbuta ſyluȩ. Alio nomine dicitur vnedo, & a Grȩcis comarus, tam pro arbore q̃ pro fructu.

❡Arbuſta loca, vitiferis cõſita arboribus vel arbores in quibus extenduntur vites, vel arbores vitibꝰ maritatȩ, atq; vitiferȩ quȩ in ordinem diriguntur.

☿ Senec. epi. lxxxvij. Illud etiã vidi vitẽ ex arbuſto ſuo annoſam trãſferri. Col. Qui vineã vel arbuſtũ cõſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit. Et lib. iij. Arbuſtũ inter quadragenos pedes diſpoſitũ eſſe cõuenit. Sic enĩ & ipſȩ arbores, & appoſitȩ vites melius conualeſcunt. Docet etiã Pli. quo mõ arbuſtũ ſit faciendũ. Vñ vitis arbuſtiua, & vimen arbuſtiuũ, qđ ex huiuſmodi arboribus eſt collectũ. Rurſus arbuſtũ locꝰ eſt in quo arbores ſunt ad fructũ cõſitȩ, ſicut ſalictũ vel ſalicetũ in quo ſunt ſalices. Hoc & arboretum aliqui vocant, vt inquit Gellius.

❡Arbuſtiuũ genus vitiũ quod arboribus applicatur, & in ſublime procedit. Palladius, Locum quẽ arbuſtiuis vitibus deſtinabis implere.

❡Arbuſto, as, agrum arboribꝰ conſero ad maritandas vites. Pli. Tranſpadana Italia prȩter ſupradicta, corno, populo, tilia arcere, orno, carpino, arbuſtat agros.

❡Arceo, ces, cui. citum, ſecũdũ analogiã cõpoſitorũ facere debuit, qñ coerceo coercitũ, exerceo exercitũ ſed arcitũ in vſu nõ eſt, ſicut nec arcitus, nec arciturꝰ, Et nihilominus ꝓ mẽbro artus, & arctꝰ adiectiuũ ꝓ ſtrictꝰ, a quo formatum eſſe cõuenit arcto arctas, aut certe arcto tanquã frequentatiuum ab arctũ, quaſi ſupino verbi arceo, vt arctũ vel arcitum fecerit licet neutrũ eorũ reperiatur. Nã arceo pro ſtringo in vſu eſt, vt apud Vergiliũ Teneras arcebant vincula palmas. Ita vt non mirũ ſit, ſi arctũ eius ſupinũ fuerit, arcitũ vero facere debere eiꝰ cõpoſita declarant. Interdũ etiã arcere cõtinere eſt. Vñ coercere ꝯtinere dicimus, & arcus in ȩdificijs, ꝙ ſeipſe cõtineat. Interdũ ꝓcul ſiue de longe vetare, ne accedãt qui veniũt. Vnde arx dicta eſt, ꝙ ꝓcul a ſe hoſtes remoueat, transfertur, etiam ad incorporea. Cicero in Parado. Quȩ vis eſt q̃ magis arceat homines ab ĩprobitate, q̃ ſi ſenſerint nullũ in delictis eſſe diſcrimen? Differũt autẽ inter ſe arcere, ꝓhibere, inhibere, abigere, & vetare. Nã arcere ꝓcul pulſare eſt vel obſiſtere, ne aduerſariꝰ nocere ꝓpe queat. Liuius lib. j. Ad arcendã vim aduenarum armati ex vrbe, atq; agris concurrunt. Prohibere eſt de loco vel de re aliqua detrudere, vel amouere dicto ſiue facto, ne quis obtineat quod vult. Inhibere eſt aliquid conceſſum vel permiſſum reuocare, vel incœptum vetare, ne progrediatur. Abigere de loco fugare, vel pecora, & huiuſmodi abducere. Vetare præcipere, vel minari, vel facto prohibere, ne quid ſecus dicatur, aut fiat q̃ ipſe vult: Et generale eſt ſignificatione verborum prȩdictorum. Ponitur tamen quandoq; arcere pro fugare. Columella libro primo, Sic emunita ſola & latera horreorũ prohibent curculionem, quod genus exitij cum incidit, multi opinant̃ arceri poſſe. Sciendũ eſt ꝙ arceo vltra accuſatiuũ non ſolum ablatiuum cum prȩpoſitione, ſed etiam ſine prȩpoſitione requirit metri, vel ornatus cauſa. Liuius libro. j. Cȩteros metus non curia



mõ, ſed etiam foro arcebat. Et in eodem, Inde ad lȩuam verſi, quia dextra Tyberis arcebat cũ magna trepidatione agreſtium populabantur. Huius verbi compoſita ſunt aberceo, coerceo, & perarceo, de quibus locis ſuis.

✣ Arceſoſtis genus vitis albȩ, q̃ varijs appellat̃ nominibus grȩce ampheloleuce, huius ſarmenta lõgis & exilibus internodijs geniculata ſcandunt folia pampinoſa ad ſimilitudinẽ hederȩ, radix alba, Raphano ſimilis. Ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt, qui decocti in cibo, aluũ & vrinam cient. Cc.

❡Arceſſo, ſſis, ab arceo naſcit̃, & accuſo, ſiue ad accuſandũ eo ſignificat. Etenim accuſare aliũ, eſt a maleficijs eũ arcere. Et hoc mõ cõſtruit̃ cũ genitiuo, & aliqñ cum ablatiuo. Cice. lib. j. ad Heren. Arceſſitur Cepio maieſtatis. Idem lib. ij. offic. Atq; etiã hoc prȩceptũ officij diligenter retinendum eſt ne quem vnquã innocẽtẽ iudicio capitis arceſſas. Eſt & arceſſo pro aduoco, ſiue ad vocãdum eo. Ab arcio, d, in, r, mutata. Antiqui enim teſte Priſcano, d, literã mutabãt in, r, nos in, c, Interdũ arceſſere eſt prȩoccupare, vel ante tempus diſtrahere. Cice. Quando arceſſentur quo genere vecturȩ.

❡Arcta dicta eſt, vt inquit Varro, ꝙ ab ea clauſa arceant̃ fures. ❡Arcula diminutiuũ, parua arca, a quo arcella, ſed in frequẽtiore vſu eſt arcula. Cic. li. ij. offi. Prȩmittebatq; de ſtipatoribꝰ ſuis, qui ſcutarent̃ arculas muliebres, & ne qđ in veſtimẽtis telũ occultaret̃, exquirerẽt. Eſt & arcula auis quȩ in auſpicijs aliquid fieri vetabat.

❡Arcanum, dr̃ ſecretũ abſconſum. Ab arca in qua quȩ clauſa ſunt tuta manent. Poteſt & ab arce dici, q̃ tutiſſima pars vrbis eſt. Lactã. lib. iiij. Cum omnia ſic futura, vt facta ſunt, arcanȩ illorum literȩ continent.

❡Arcȩra ab arca deducitur, & ſignificat plauſtrũ tectũ vndiq; ex tabulis, quaſi arca quȩdã magna veſtimentis inſtrata, vt inquit Aſco, Quo vehiculi genere ſenes & ægroti cubantes vectabantur.

❡Arceſilas, & arceſilaus, pe. cor. nomẽ philoſophi propriũ, qui ex Pythana Aetolica ciuitate ortꝰ relicto genitali ſolo Sardis perrexit, mox Athenas profectꝰ in Academiam ſe ad Cratorem cõtulit, quẽ platonicã philoſophiam omnino commutaſſe nouamq; quãdã cõſtituiſſe ferunt, cauillator vocabatur, qui cum nihil ſe ſcire diceret, nec alios ſcire quicq̃ patiebatur, oẽs turbans ſophiſmatibꝰ. Obijt cũ merũ immodice hauſiſſet de hoc Perſ. Nõ ego curo Eſſe quod Arceſilas ærumnoſiq; Solones

❡Archarius prȩfectꝰ & moderator dicitur. Pau. ad Roma. Salutat vos Eraſtus archarius ciuitatis.

❡Archos latine princeps dicitur, a quo fiũt multa cõpoſita, vt patriarcha princeps patrum.

❡Archea noſtris prĩcipiũ, a quo ἄρχω impero prȩſum

❡Archias nomẽ poetȩ, quo latine ſignificat̃ principatus, de quo extat Ciceronis oratio. Alius fuit Tarẽtinꝰ philoſophꝰ Pythagoricꝰ, qui floruit Platõis tẽpore ſed hic a multis Architas, nõ Archias dr̃. Alius Mitilenȩꝰ muſicꝰ. Alius de agricultura ſcripſit. Alius epigrammatũ ſcriptor. Alius de agricultura librum edidit.

☿ Archiater medicorũ princeps ἰατρὸς medicꝰ, archos princeps, qui & ꝓthomedicus dr̃. Archiater dictus eſt. Aeſculapius tanq̃ prȩſes deuſq; medicorũ eſſet. Vñ a Hiero. Dictꝰ eſt archiater ſeruator noſter, qui medicꝰ eſt Chriſtianorũ, & languentiũ animarũ prȩſentiſſimꝰ opitulator. In Codice imperatorio legimꝰ priuilegijs imperatoris Archiatres decorari. Caſſio. ait Archiatros eſſe ſalutis magiſtros ☿ Archõtici hȩretici quidã a principe appellati, vniuerſitatẽ quã deus cõdidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

❡Archigenes pen. cor. princeps generationis dicitur. Eſt & nomen celeberrimi medici. Sed pro grȩculis, vel ſimilibus poni conſueuit, qui ſe prȩ omnibꝰ ſui generis ſciolos oſtendunt.

❡Archigrammatei dicti ſũt ſcribarũ principes. Vñ ſcribit Plutarc. Eumenem Cardianũ fuiſſe archigrãmatea Alexandri magni. Vulgo cancellarij vocantur.

❡Archimedes pe. pro. nomen propriũ viri Syracuſij, qui geometricȩ ac machinalis ſyderaliſq; ſcientiȩ cõſultiſſimus fuit & celeberrimus teſtimonio Liuij, Plinij, & Plutarchi. Hic velut deus terrenꝰ mœchanico artificio ſphȩrã vitreã fecit, in qua mira cõuerſione diſſimili motus circulorũ viſebãt̃, de qua ſic ſcribit Claud. Iura poli rerumq; fidem, legemq; deorum, Ecce Syracuſia trãſtulit arte ſenex, Percurrit propriũ mentitus Signifer annum. Et ſimlata nouo Cynthia menſe redit. Marcellus in expugnatione Syracuſarũ interdixit ne Archimedes vnus violaretur. Verũ cũ Syracuſȩ caperent̃ & ipſe aĩo ac oculis in terra defixis formas geometricas deſcriberet, ab ignaro milite quis eſſet, interfectus eſt.

❡Archilochꝰ pe. cor. nomẽ poetȩ lacedȩmonij, floruit Romȩ regnãte Tullo Hoſtilio, in quo vt Quin. inquit ſumma vis elocutionis fuit. De quo Hora. Archilochũ ꝓprio rabies armauit iãbo. Alius fuit archilochus Neſtoris filius qui patrẽ in expeditione Troiana ſecutus, a Mẽnone interfectus eſt. Alius fuit, Siculus qui Ariciã vrbẽ cõdidit. ❡Archetypus pen. cor. adiectiuũ dr̃ exẽplaris ex ἀρχὰ q̃ eſt prĩcipalis & τύπος figura q̃ſi ex principali & naturali figura trahat̃. Nã eſt quodcũq; ita primũ fabricatũ eſt vt exẽplar reliquis ſit. Pli. ad Anto. Vt enĩ pictores pulcrã abſolutãq; faciẽ raro niſi in peius effingunt, ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Aug. lib. xv. de ciui. dei, Huic primo exẽplo, & vt grȩci appellant archetypo quȩdã ſui gñis imago reſpõdit. Sũt qui exponant archetypos ꝓ antiquis ab eo ꝙ archȩos antiquus dicitur, & typos forma. Mar. Si, tanq̃ tabulas ſcyphoſq; Paule Oẽs archetypos habes amicos. Nec refert ꝙ ſecundã ſyllabã Archȩus producat, & candẽ archetypus corripiat, cũ in plȩriſq; alijs idem ſoleat inueniri vt in geometria & Acheronte.

❡Archelaus philoſophus athenienſis ſeu Mileſiꝰ qui patrẽ habuit Apollodorũ & fuit auditor ſucceſſorq; Anaxagorȩ, quo Socrates, philoſophiam audiuit. Hic phiſicam philoſophiam ex Ionio Athenas inuexit. Eſtq; phyſicꝰ appellatꝰ ꝙ in eo defecerit philoſophia naturalis Socrate ȩthicẽ ĩtroducẽte, q̃q̃, nec hic quidẽ ȩthicæ rudis fuit, qui de legibꝰ de honeſto, & de ȩquo philoſophatꝰ eſt. Fuit & alter Archelaus ãtenoris Troiani filiꝰ quẽ Home. ſcribit rei militaris peritiſſimũ fuiſſe. Alius fuit geographus qui terrã oẽm ab Alexãdro peragratã deſcripſit. Alius de rerum naturis carmine ſcripſit. Aliꝰ oratoriam docuit. ❡Archeptolemꝰ, filiꝰ Iphiti auriga Hectoris Enipeo interfecto a Diomede interfectus.

❡Archimandritȩ pe. prod. dicunt̃ p̃poſiti conſecraneȩ turbȩ haud lõge diſſimiles cum epiſcopali dignitate, ꝙ principes Mandrȩ & agminis ſint. Mandra enĩ veterinorum & animantium brutorum agmen dicitur. Mart. Nec datur obſtantes mulorum ſcandere mandras.

Architectus & architector noĩa cõpoſita ex ἀρχὸς princeps & τέκτων faber, prĩcipalis faber fabricãdi artẽ habẽs, vel qui ſtructuris ædificiorũ prȩeſt, & qui fabricanda prȩſcribit. Architectus, vt inquit Plato lib. de regno magno, Miniſterio nõ vtit̃, ſed vtentibꝰ p̃ſidet. Vñ Victru. librũ de architectura cõdidit. i. de ȩdificijs cõſtruẽdis. ☿ Et quicquid ita excellit hoc noĩe nuncupatur. Vt Ariſto. Architectonicã in ethicis vocat cæteris eminentem, fabri autem qui aliquid manu faciunt in ædificijs alteri iunguntur ingenio, alteri opera valent. Cic. Var. Si quis adhibere volet non modo vt architectos, verum etiam vt fabros ad ȩdificandam rempublicam.

❡Architector, aris, compono. Idem lib. ij. de. fi. an ꝙ ita claſſidas, vt optime poſſit architectari voluptates.

❡Architectura ædificandi ſcientia, græce architectonicæ dicitur.

❡Architriclinus, pe. pro. qui principalis eſt in aula diſcumbentiũ. Cõpoſitũ nomẽ ex ἀρχὴ & τρεῖς & κλίνα quæ lectos ſignificat. Nam in aula tres thoros in tribꝰ aulæ

dimenſionibus collocabant vbi cõuiuantes diſcumbere conſueuerunt. Iuue. Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto. Architriclini erat curare vt edulium variorum fercula ſeriatim & in tempore conuiuis exhiberentur, vt recte omnia diſpoſita eſſent.

¶ Archimagirus pe. pro. princeps & magiſter coquorũ qui coquinę pręeſt, μάγειρος enim, latine coquus. Iuue. Pariter librarius archimagiri.

☿ Archiuũ pe. cor. pro armariũ librorũ, ſeu loc⁹ public⁹ in quo acta vrbis & ciuiũ recõdi cõſueuerũt, ſicut Romani tabulariũ dicũt. Ioſeph⁹ li. ij. poſt qđ ignẽ achiuo intulere, volentes oĩa creditorũ documẽta diſperdere, ne eſſet vñ creditę pecunię rõ pateret. Et lib. vij. Archiua monumẽtorũ publicorũ receptacula, exuſta eſſe ſcribit.

¶ Archidamus pe. cor. nomẽ viri Spartiani. Hic rogãtib⁹ ſocijs quantũ pecuniarũ foret ſatis ad bellũ Peloponeſiacũ, ſcienter reſpondit, Bellum ordinata non quærit.

¶ Archippus nomen philophi qui Thebis ſcolas habuit, vt ſcribit Hiero. & Pythagorę auditor fuit.

¶ Archemol⁹ pe. cor. Rhœti regis Marubiorũ in Italia filius. De quo Verg. Et Rhœti de gente vetuſta Archemolum thalamum auſum inceſtare nouercæ.

¶ Archemorus pe. correp. Lycurgi Thracũ regis fili⁹, qui a ſerpente occiſus fuit, vt apud Sta. lib. Theb. ſic dict⁹ ꝙ futurũ apud Thebas regib⁹ oſtẽderit exitiũ. Hic Hypſipylen nutricẽ habuit, q̃ cũ ſitientib⁹ qui ad Thebaicam expeditionem proficiſcebantur Langiam fontẽ oſtenderet, Archemorũ puerum ſuper viridem herbã depoſuit, qui a ſerpente vulneratus perijt. Vnde fons ille Archemorus vocitatus eſt, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus.

✣ Archytas Mneſagorę ſiue (vt alij volũt) Aeſtiei fili⁹ patria Tarentin⁹ eximius Pythagoric⁹ philoſoph⁹ floruit quo tp̃e Plato ad Dionyſiũ in Siciliã venerat, Plato nẽq; per literas monuit vt inde abiret, ſiquidẽ Diony. de eo necãdo cogitabat. Fuerunt & alij. ſ. Archytas Mytilenęus muſica clarus. Itẽ alius qui agriculturã ſcripſit Et quintus architect⁹ qui librũ de mœchanica ſcripſit.

Arcadia, Pelopõneſi regio & Achaię pars amari vndiq; remota, ab Archade Iouis filio ex Caliſtõe Lycaõis Arcadię Regis ſic appellata. Hęc vt Euſta. docet aliqñ dicta eſt Pelaſgia a Pelaſgo rege magno & ſapiẽte viro q vitę cultioris autor eis fuit, & victũ ex ſtirpibus herbarꝫ arborũq; frondibus tranſtulit ad glandẽ, maximeq; fagineam Aliquando etiã Lycaonia. Aliqñ Gignantida, & aliquando Parrhaſia. Arcas autem cum Pelaſgos in ditionem redegiſſet, eorum regionẽ Arcadiã nominauit. Scribit Plinius hanc totam montuoſam, in qua ſunt aſini cęteris maiores ac p̃ſtantiores. In ea Erymanthus fluuius, Lernęa pal⁹ & lapis Aſbeſtos inextinguibilis,

¶ Arcas, dis, nomen Iouis filij & adiectiuum ab Archadia, vt populi Arcades.

¶ Arcadicus, a, um, qđ eſt ex Arcadia, vt Arcadici mores, ¶ Archander Danai ſõcer nomen proprium.

☿ Archon, ſummus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginenſes, Romę dictator. Enumerabaꝛ aũt inter Theſmotetas, hoc eſt legũ conditores, qui erant ſex. Inter hos Archon rex, & Polemarchos. i. imperator. Spartian⁹ in Hadriano, Athenis Archon fuit Trebelli⁹ Pollio. Galen⁹ apud Athenas Archõ erat. i. ſummus magiſtratus. Arctomys animal habẽs ſimilitudinẽ muris & vrſi, ab Arcto vrſa & μῦς mys mus.

¶ Arctos latine vrſa, q̃ quia in modũ plauſtri vertiꝛ noſtri eam ſeptentrionẽ dixerũt. Et inde Arctous ſeptentrionalis & Borealis. Et Arctic⁹ pol⁹. i. Borealis, de quo Cic. li. ij. de natu. deorũ, Hunc circũ arcti duę feruntur nunq̃ occidentes. Ex his altera quidẽ apud Graios Cynoſura vocaꝛ, altera Elyce. Nã Elyce maior eſt vrſa q̃ & Caliſto vocata fuit, Cynoſura vero minor Arctos. Vñ Oui. li. iiij. Faſt. Eſſe duas Arctos, quarũ Cynoſura petatur Sidonijs, Elycẽ graia carina notet. Artos vero ſine, c, panis dꝛ. ¶ Arctophylax pe. cor. arctiy ſiue vrſę phylax. i. cuſtos. Ci. Arctophylax, vulgo q dꝛ eſſe Bootes.

☿ Nã adhibit⁹, vt qdã putãt, cuſtos vrſę videꝛ. Bootes iõ appellaꝛ ꝙ in modũ bubulci plauſtrũ ſequaꝛ, quẽ ruſtici ſeptẽtrionẽ vocãt. Magn⁹ ſyderis ambit⁹, alijs ad Icarũ, alijs ad Arcadẽ Iouis filiũ referẽtib⁹. Arctos vero eſt ſyd⁹ in qđ Caliſto Lycaonis filia migrauit ex vrſa in quã, Iunonis ĩdignatiõe, cui⁹ erat pellex mutata dꝛ, de quo mõ. Is fuit Arcas Iouis fili⁹. Effigiaꝛ aũt. xiiij. ſtellis

¶ Arctur⁹ pe. pro. ſtella in ſigno Bootę poſt caudã maioris vrſę, cuius ortus & occaſus tẽpeſtates facit, & diciꝛ vrſę cauda. Oritur a canicula fere poſt diẽ quinquageſimum. ☿ Dicitur arcturus quaſi ἀρκτουουρά. i. vrſæ cauda.

¶ Arctous ab arcto idem eſt quod ſeptẽtrionalis & Arcticus ſimiliter ſeptentrionalis.

☿ Arcton mons qui imminet Cyzico a Iouis nutricib⁹, quas illi in ἄρκτους. i. in vrſas migraſſe tradunt.

¶ Arctus, a, um, ſtrict⁹, vt arcta eſt via q̃ ducit ad vitã, ab arceo fit. Col. lib. iij. In tribulũ fictile vel cornu arcte inſerito. ¶ Arcto, as, frequentatiuum eſt ab arceo.

¶ Arcus ab arceo ꝓ cõtineo, fornix ędificij. eſt ꝙ ſeipſe contineat: q̃uis ab opere erigendo in altitudinẽ quidam dici velint. Cic. Iam eñ atriolum & arcus dũos abſoluerat. Et arcus iris cœleſtis, & tã ſecundę q̃ quartę declinationis in vtraq; ſignificatione. Ci. de natu. deorum. Cur aũt arci ſpecies nõ indecorũ numero reponaꝛ. Hiero. in Ezech. Vidi velut aſpectũ arcus cũ fuerit in nube ĩ die pluuię. Enni⁹ genere fœminino ꝓtulit. Formatur autẽ hoc mõ arcus cœleſtis. Dum eñ ſol in nubibus rareſcentib⁹ ex aduerſo refulſerit, radioſq; ſuos directa linea humori nubilo tranſfundens, impreſſerit: fit repercuſſio ſplendoris eius in nubibus ex quibus fulgor emicans, arcus ſpeciẽ format. Sicut eñ impreſſa cęra anulo imaginem exprimit, ſic nubes econtrario ex rotunditate ſolis figuram ſumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet aũt hoc non ſemper ſed cũ rareſcunt nubila cœli. Nam rurſus cũ coeunt in ſe nubes atq; denſantur cõfeſtim arcus forma reſoluiꝛ. In nubiũ eñ denſitate arcus imperfecto gyro cõplectitur. Deniq; ſine ſole & nubibus nunq̃ apparet arcus. Quadricolor aũt eſt qa ex oĩbus elemẽtis in ſe rapit ſpecies. De cœlo eñ trahit igneum colorem, de aquis purpureũ, de aere album, de terris colligit nigrum. Arc⁹ vero quo ſagiptę iaciuntur tantũ quartę declinationis eſt ab arceo cum ſignificat a longe veto: ꝙ miſſis ſagiptis nõ ſinat hoſtem accedere. Quod nomen etiã per, q, apud antiquos ſcribebatur arquus. Vnde arquites, arcu pręliantes qui & ſagiptarij dicuntur. Et arquatus Gręce autem τὸ τόξον, latine dicitur arcus. Inde Agrotaxos Apollo argenteum arcũ gerens, & hippotoxotę equeſtres ſapiptarij.

¶ Arcuatus, a, um, in modũ arc⁹ curuatus ab arcuo, as. Pli. li. xxix. Illã aũt q̃ arcuaꝛ gręci ſepã vocant. Liui. li. j. Ad id ſacrariũ flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit. Hie. in prolo. Ioſue, Vnde ceſſet arcuato vulnere cõtra inſurgere ſcorpius. Hinc arcuatim aduerbiũ, more arc⁹

¶ Arcat⁹ ab arcus arci, quaſi in modum arci fact⁹. Oui. lib. xj. Meta. Iris & arcato cœlum curuamine ſignans.

¶ Arquatus ab arquus, & is dicitur cui color & oculi uirent a colore. ſ. arqui cœleſtis, quem morbum quidã appellant dæmoniacum, quidam aquarium, quidam auriginem, quidam regium, quidam ictericum.

¶ Arculus diminu. ab arcus, a quo fit aliud diminutiuũ arcellus, & Arculus dictus eſt deus qui tutelam gereret arcarum. Item arculus dicebatur circulus qui capiti imponebatur ad ſuſtinẽda cõmodius vaſa quæ ad ſacra publica capite portabantur apud Athenienſes.

¶ Arculata circuli qui e farina in ſacrificijs fiebant.

✣ Arcubaliſta a nonnullis Scorpio vocatur.

¶ Arcirna, genus modici plauſtri, quo hõ geſtari ſolet.

¶ Ardeo, es, ſi, ſum, qđ & ardo, is, dꝛ ſignificat concremor. Ver. Nãq; volãs liquidis in nubib⁹ arſit harũdo.



¶ Attilus pe. pro. piſcis ſatis grandis, qui in Pado inertia pingueſcens, ad mille aliqñ libras captus eſt cathenato hamo, nec niſi boum iugis extractus.

☿ Attiguus proximꝰ ab attingendo, ſicut cõtiguus a cõtingendo. Apul. lib. iiij. cõtra ꝓcliue mõtis attigui fuga me liberaui: veteres attigere, pro contigere dicebant.

¶ Attylla pe. cor. ex ſcytarũ genere fuit, qui ſubacta Pãnonia Italiã ingreſſus, Aquileiam ſubuertit, & in Germaniam tranſiens plurimas vaſtitates edidit, qui domũ reuerſus dum nouis nuptijs operã dat, vino plenꝰ, effuſo e naribus multo ſanguine ſuffocatus eſt. Nico autem Iſtięus hiſtoriarum ſcriptor cum deſcribens ait, ὀφθαλμοὶ δὲ αὐτοῦ αἱματηροὶ, ἀλλ᾽ ἀπεσχηκότες καὶ μικρὸς καὶ θώραξ ἰῶ δὲ ἑαυτοῦ ἀμφιβλέπων δὲ καὶ τὰ πολλὰ περὶ αὐτοῦ. ✤. i. oculi eius cruenti, ſed diſtantes & paruum pectus ſic ipſum circunſpiciens, & multa alia de eo.

☿ Attę ſunt qui per vitium crurum, aut pedum plantis inſiſtunt, & atterunt magis terram qui ambulent: Quod cognomen fuit Quintio Poetę.

☿ Atys fluuius. Clau. Lucus erat prope flumen Atym.

¶ Ategię dicunt̃ tabernacula, vel vmbracula, vel magalia q̃lia Mauri colũt. Ruf. ĩ li. Ioſephi hoc vocabulũ vſurpat lib. vij. de bel. Iudaico. Cũ ad feſtũ diẽ veniſſet quo ategias in honorẽ dei componi ab hominibꝰ mos eſt.

¶ Athenę, arũ, ciuitas gręcię inter Achaiã & Macedoniã q̃ regio dr̃ ab Atthide Cranei filia Athenarũ regis, q̃ Cecropi in regno ſucceſſit. Hic Cecrops primꝰ Athenas condidit. Vñ & Cecropia dicta eſt, poſtea a Mopſo Mopſopia, & a Ione Xuti filia Ionia, & a Minerua Athenę. Gręci eñi Minerũ Athenã dicunt, ἀπὸ τῆς ἀθήνης. Tres aũt quidã aſtruũt fuere Athenę, ab vnis Athenęi, ab alteris Atheniẽſes, ab alijs Athenopolitę dicti ſunt.

¶ Atheneum locꝰ erat Mineruę dicatus, vbi ꝓfeſſores ſua ſtudia ꝓfitebãt̃. Iul. Capitolinꝰ, poſtea vero vbi adoleuit in Atheneo, cõtrouerſis declamauit, audientibus etiam imperatoribus ſuis. Lamp. Ad atheneum audiendorum & Græcorum & latinorum rhetorum vel poetarum cauſa, frequenter proceſſit.

☿ Atheneus nomen auctoris Coſmographi græci.

¶ Atheos, qui negat deum eſſe.

✤ Atheromata tubercula ſunt, quę & in ceruice & in alis & in lateribus oriri ſolent. Cc.

¶ Atheſis pe. cor. fluuiꝰ q ex Tridentinis alpibꝰ Tridẽtũ alluit & veronã diuidit, deiñ ꝑ latas Padi paludes gradiens nõ longe a Brunduſio in Adriaticũ mare influit.

¶ Atheſinus pe. pro. fluuiꝰ effluẽs e lacu qui in Appennino eſt ſupra Carnos incumbente, & labit̃ in Iſtrum.

¶ Atleta pe. pro. pugil, & luctator dr̃, ἀθλέω eñi certo ſignificat. Vel quia athlos tã certamẽ q̃ certaminis p̄miũ ſignificat. Scribit Iuriſcõſultus athletas cũ virtutis gratia athleticã exerceant non eſſe ignominioſos. Tria aũt fuerũt apud antiquos athletica certamina, videlicet Curſorum, pugilum, & luctatorũ. Iulius aũt pollux. lib. v. cuius ordinem imitatus eſt Perot. τῶν δὲ ἀγώνων οἱ μὲν γυμνασικοὶ οἱ δὲ καλούμενοι σκηνικοὶ οἱ ὀνομασθέντες διονυσιακοί τε καὶ κουρικοὶ οἱ δὲ ἀττικοὶ οὐ πάντας λέγουσιν ἀγῶνας μουσικοὺς ἀλλὰ μουσικῆς καὶ ἀθλητικὸν παλαιὸν ἦν. ✤. i. certaminũ q̃dã gymnaſtica, quędã vocant̃ ſcęnica, quędã nominãt̃ Dionyſiaca & muſica, q̃ vero Attica nõ facile dicũt certamina muſica ſed muſicum & athleticũ vetus erat.

☿ Atlotheta, certaminũ iudex. Quo verbo vtitur. Sue.

¶ Athos & athon mons inter Macedoniã & Thraciam altitudinis mirandę vt vſq; ad inſulã Lẽnon vmbrã porrigere dicatur. Fuit & nomen gygantis a quo mons nomẽ habet, habens in cacumine opidũ Acrocon. Verg. Quantus Athos, aut quantus Eryx.

✤ Anthracinus color eſt a carbone quẽ gręci ἄνθρακα vocant, ſiue ꝙ carboni ſimilis ſit, ſiue ꝙ huiuſmodi colore talis fit ligno combuſto tritiſq; in mortario carbonibus, Var. Propinquę adoleſcentulę anthracino amiculo nigello capillo demiſſo ſequebantur luctum. Cc.

¶ Atos ſine, h, latine inſatiabilis dicitur.

¶ Atlas, antis, ſine, h. Mauritanię rex fuit, q humeris cęlũ ſuſtinuiſſe dr̃, ꝙ primus curſum Solis, & lunę ſyderũq; oĩm verſationũ rõnes vigore animi, ſolertiaq; curaſſet tradenda oĩbus. Ver. Perſonat aurata docuit q̃ maximꝰ Atlas Hic fuit Promethei frater, qui cũ monitꝰ eſſet oraculo vt caueret a Iouis filio, nullũ hoſpitio ſuſcipiebat. Quare Perſęus Iouis filiꝰ indigne ferẽs oſtendit ei caput Gorgonis, & ſtatim Atlas in montẽ cõuerſus eſt. Qui mons Mauritanię teres & excelſus eſt ita vt eius cacumen cerni nequeat. Fere e medio mõte nubes incipiunt, hyeme & ęſtate niuẽ habet Colũnam cœli indigenę appellant. Ab eo populi incolẽtes Atlantes dicunt̃, qui ſoli ſunt anonymi, hoc eſt ſine nominibꝰ. Nã in vniuerſum Atlãtes nominant̃, ſingulis nullũ ꝓpriũ nomẽ imponitur. Solem orientẽ occidentẽq; dira imprecatione contuent̃ vt exitialẽ ipſis agriſq;. Neq; inſomnia viſunt qualia reliqui mortales. Pli. Solinꝰ, Herodotꝰ auctores. Ex Atlãte ingentia flumina oriunt̃ inter q̃ Nilꝰ. Auguſt. lib. xviij. de ciuitate dei, ſic habet. Frater Prometheí Athlas magnꝰ fuiſſe aſtrologus dr̃, vñ occaſionẽ fabula ĩuenit, vt eũ cœlũ portare cõfigeret, q̃uis mõs eius nomine nũcupet̃, cuiꝰ altitudine potius cęli portatio in opinionẽ vulgi veniſſe videat̃. Pli. ſcribit Athlãta primũ ĩueniſſe ſphęrã. Gręci aiũt aſtrologiã ab Atlãte inuentã fuiſſe. Euſe. in p̄paratiõe dicit Enoch & Atlãtẽ eſſe eũdẽ. De quo Diod. lib. iiij. Ferũt Atlãtẽ aſtrologię fuiſſe peritiſſimũ deq; ſphęra primũ inter homĩes diſputaſſe q̃ ex re viſus eſt cœlũ ſuis humeris ſuſtinere locũ p̄bẽte fabulis ſphęrę inuẽtiõe. Scribũt tñ quidam duos eſſe mõtes in Mauritania Atlãtes dictos, Alterũ colũnis Herculis viciniorẽ: alterũ interiorẽ Libyę. Remotior ab Atlãte rege in eũ cõuerſo dictꝰ eſt, q̃ cœli colũnã nominãt. Tres autẽ Atlãtes fuiſſe memorãt̃, vnus rex Italiæ & pr̃ Electrę vxoris Coriti: Alter rex Arcadię & pr̃ Maię, ex qua natꝰ eſt Mercuriꝰ. Tertiꝰ Maurus, q dictꝰ eſt maximꝰ, hic primꝰ nauim cõſtruxit nauigauitq;. Sumit̃ nõnũq̃ a poetis Atlas, ꝓ hoĩs ſimulachro ſuſtinẽte colũnas ędiũ, aut ipm ędificiũ ad ſimilitudinẽ Atlãtis cœlũ humero torquẽtis, q etiã latino vocabulo thelamones. Et hi Atlãtes plęrũq; gibboſi dicũt̃, & vt inquit Seruiꝰ, ſiũt vt gibboſos imitẽt̃ dũ onera ſuſtinẽt, qui interdũ cõpares ſũt. interdũ auerſi, interdũ ſe inuicẽ ſpectãt. Mar. Non aliter ridet̃ Atlas cũ cõpare gibbo. Sũt qui dicãt hoc noĩe vocari fluuiũ ab Atlãte rege Arcadię dictũ ex Hemo mõte in Iſtrũ defluẽtẽ. Ab Atlas fit Atlãticꝰ, a, ũ, & Atlãtides ꝑronymicũ. Et licẽtia poetica Atlãtiades.

¶ Atlãticę inſulę quas beatas vocãt, duę quidẽ hę ſũt ꝑuo inter ſe diuiſę mari, decẽ milibꝰ ſtadiorũ a Lybia diſtãti. Imbres illic rari mediocreſq;, vẽti autẽ plurimum ſuaues ac roriferi. Solũ vero pigue nec arari vllomõ plãtarive facile. Sed etiã ex ſe abſq; vllo hũano ſtudio fructũ ꝓducit dulcẽ quidẽ, & ocioſã multitudinem nutrire ſufficiẽtẽ. Aer ſyncerꝰ ac tẽperatꝰ & mediocri mutatione ꝑ tp̄a cõtẽptꝰ. Nã qui a terra ꝓflãt vẽti, Boreaſq; & Aquilo ꝓpter lõgĩquitatẽ vaſta & inania incidẽtes ſpatia fatigãt, & defficiũt priuſq̃ ad eas inſulas ꝑuenerint. Qui vero a mari ꝓflãt Argetę & zephyri refrigerantes raros quidẽ & tẽperatos imbres ex pelago afferũt. Plurima vero ꝑ humiditatẽ aeris cũ ſũma facilitate nutriũt vt etiã apud Barbaros increbuerit fides ibi Elyſios cãpos eſſe & beatorũ domicilia ab Homero decantata.

¶ Atlantides, Vergiliæ dictę ſunt. Atlas eñi ex Pleione Oceani filia, vt ait Higyniꝰ, vt alij Deucalionis habuit. xv. filias, quæ vno vocabulo Atlãtides dicũt̃. Verũ. v. ex his Hyades noĩatę a fratre qui fuit Hyas, qui a ſororibꝰ plurimũ dilectꝰ eſt, reliquę Pleiades a matre dictę, Vergilię dicũtur, quia quũ vere exoriũt̃. Alexãder ait Hyadas dictas, quia fuerunt filię Hyſes ex Bœotia. Et ſunt. vij. Vna vero quia Siſypho nupſit nõ videt̃. Cice. ait. Hyadas a pluẽdo dictas. Noſtri ſuculas a ſuibus, quoniam ſues luto gaudent. Indicant enim pluuias.

✤ Atizoe, gẽmę ſpecies argẽteo nitore fulgẽs magnitudine triũdigitorũ ad lẽticulę figurã odoris iucundi. Cc.

✤ Atnepos atneptis, vide in dictione nepos.

¶ Atociꝰ genꝰ aranei lanugĩoſi, de quo ĩ dictiõe araneꝰ

☿ Atotion dicitur omnis medicina quæ conceptũ adimit hoc eſt ſpem partus intercipit.

☿ Atomꝰ pe. cor. ge. fœ. tã apud Gręcos q̃ Latinos corpuſculũ minutiſſimũ q̃ τόμην. i. ſectionẽ nõ recipit Nam atomꝰ ĩſecabilis dici põt ab a ꝑticula priuatiua & τέμνω diuido ſeco, vñ & atomi dictę ſũt, quas Lucre. minutiores dixit eſſe illis corpuſculis q̃ infuſis ꝑ feneſtrã radijs ſolis videmꝰ. Atomꝰ igit̃, q̃ diuidi nõ põt. Nã vt Hie. ait, Pũctus tp̄is eſt, qđ ſecari, & diuidi nõ põt, vñ Epicurꝰ ſuis atomis mũdũ ſtruit, & vniuerſa conformat. Sũt etiã atomi in corpore, vt lapis quũ diuidit̃, vſq; ad minutiam, q̃ diuidi, & ſecari nõ poſſit. Similiter in numeris. Vnus dicitur atomus, qui diuidi non poteſt, τομὴ enim inciſio a, ſine, quaſi ſine inciſione, & diuiſione.

✤ Attalica toga in qua aurũ erat intextũ, qđ Attalũ regẽ in Aſia inueniſſe cõſtat, ex quo ſumpſit nomen.

✤ Attauus, vide in dictione auus.

✤ Attendo, in dictione Tendo.

✤ Attenuo, in dictione Tenuo.

✤ Attigo pro attingo veteres dixerunt. Cc.

¶ Atthis, idis, Cranei filia, a qua regio Attica vt quidã exiſtimãt dicta eſt, quũ priꝰ Actica ab Actęone diceret̃ ſiue ab Actęo rege, vt Fauorino & Lycophroni placet. Siue ab ἀκτὴ qđ litꝰ ſignificat quũ ea regiõ (ſicut ſcribit Stra.) magna ex ꝑte litoralis ſit. Qua voce etiã vtũt̃ Latini. Ver. At ꝓcul ĩ ſola ſecretę Troadis acta. In hac ſũt Athenę & Marathõ cãpꝰ cũ opido eiuſdẽ noĩs. Atthis quoq; a poetis quandoq; Luſcinia vocatur quaſi attica Mar. Sic vbi multiſona feruet ſacer Atthide lucus. In Attica regione fuerunt Athenæ ciuitas philoſophorũ alumna. In qua primus omnium Cecrops regnauit.

¶ Atticus, ca, cum, quod ex Athenis eſt, vel quod ad Athenas pertinet vt regio Attica.

¶ Attiſſo, as, Attice loquor Plautus, Num Attiſſat, ſed Syciliſſat.

¶ Atys, huiꝰ atys, nomẽ cuiuſdã Phrigij, & filij Crœſi Lydorũ regis. et nomẽ fluuij. Clau. Lucꝰ erat ꝓpe flumẽ Atym. Hũc tñ Aci appellat Eu. a celeritate q̃ſi ſagiptã

¶ Athrys huiꝰ Athrys fluuiꝰ eſt Thracię ĩ Iſtrũ fluẽs.

¶ Atiſcoti, populi Britannici.

☿ Atticiſmos, eſt q̃dã peculiaris attici ſermõis elegãtia.

¶ Attollo, lis. eleuo, erigo. Lact. li. vj. Sed eũ potiꝰ qui ad alienã fœlicitatẽ nõ attollat oculos, opes nõ admiretur. Liuiꝰ. Cũq; ſe quiſq; attollere ac leuare vellet. Aliqñ ponit̃ ꝓ aufero. Pa. Cuſtodite iſtũ vos ne eũ qs attollat neve quis attigat. Aliqñ ꝓ aufero. Plau. ĩ caſi. Quid ſi ꝓpriꝰ attollamꝰ ſigna, ſiamuſq; obuiã? Hoc verbũ facit p̄teritũ attuli. Diõ. Affero attuli qm̃ & fero tuli dicimus q̃q̃ & id ꝑfectũ qđ eſt attuli ex alio verbo proficiſci reperimus apud veteres, & ex eo quod eſt attolo.

☿ Attonitꝰ, ſtupefactꝰ. Et ꝓprie vt Cor. Cel. ait, cuiꝰ & corpus & mẽs ſtupet. Ser. Attonitꝰ dr̃, cui caſus vicini fulminis & ſonitus tonitruum dant ſtuporem.

¶ Attrecto, as, ex ad & tracto. ſignificat manibꝰ tracto palpo. Habet Hie. ĩ Geneſi. Si attrectauerit pr̃ meus.

¶ Attribuo, is, impono, cõmitto, aſſigno. Liui. Cęterorũ curã tuẽdorũ. C. Flaminio quęſtori attribuit. Cæſar, libro vltimo. Noſtri ſicut ſuperioribus diebus, vt cuiq; erat locus attributus ad munitionem accedunt.

¶ Attropatia regio & pars Medię ab Attropato duce nominata, qui obſtitit ne ea a Macedonibus ſubigeret̃. Is poſtq̃ rex declaratus, regionem hanc a media ſequeſtrauit: cuius ſucceſſores regnum continuantes cum Armeniorum regibus affinitatem contraxere.

## A ANTE V

AV interiectio eſt conturbatæ mentis.

✤ Auãtici ꝑp̄li Heluetiorũ ab opido Auantico.

¶ Auarꝰ, qui auidꝰ ęris eſt & nimiũ pecuniæ cupidus, & ſemꝑ in repręhẽſiõe eſt. Ab auendo eſt etiã honeſte cupiẽdo. Sal. Laudis cupidi, pecuniæ liberales erãt. ab auarꝰ fit Auaritia, cupiditas, auare, tenaciter. Auara terra dr̃, quũ id qđ ĩ ſe recipit ampliore fœnore nõ reddit.

¶ Auceps qui vel quæ aues capit.

¶ Aucupium & aucupatio ipſa auium captio.

¶ Aucupor pe. ꝓ. depo. aues capio, apud veteres etiã aucupo reperitur. Plau. in Tru. Lepide æcaſtor aucupaui, Per tranſlationem vero ſignificat artificio quodã & ſolertia quęro, vt aucupor laudem.

¶ Aucupatoriꝰ, a, ũ, qđ ad aucupiũ ꝑtinet. Vñ aucupatorij calami viſcari quibꝰ vtimur ad capiendas aues.

¶ Auctio nomẽ ab augeo, ſignificat augmẽtũ. Vñ etiã ponit̃ ꝓ vẽditiõe q̃ fit ꝑ augmẽtũ pręcij quũ fit publice rerũ priuatarũ vẽditio, ꝙ emẽtẽ augeat & vẽdentẽ quũ res tradit̃ plꝰ offerẽti. Iuue. Si cõiugis auctio fiat. Plau. in Sti. de auctione paraſitica loquens. Nunc auctionem

inquit facere decretum eſt mihi. Actione vero haſtę, ſignificat̃ vẽditio publica bonorꝫ, corꝫ q dãnati, ꝓſcripti fuerũt. Nã haſtę ſubijciebãt ea q̃ publice venũdabãt, ſicut in bello capta, quia, vt ſcribit Feſt. Signũ ꝑcipuũ eſt haſta. Iñ haſtã Cæſaris refrixiſſe ſcribit Cic. qui alibi ait Bis iã vidimus haſtã in foro ponere & bona ciuiũ voci ſubiacere pręconis. Suet. in Cæſa. Ampliſſima prædia ex auctionibus haſtę minimo addixit. Inde a Tertuliano in apologetico. In haſtario vectigales ſumus.

¶ Auctionor, per auctionem vendo.

¶ Auctionarius qui ſic vendit.

✥ Auctonꝰ filiꝰ fuit Apollis & Cirenes Penei filię. Cc.

¶ Aucto, as, frequẽtatiuũ eſt verbi augeo. Plau. in am. Et vt res vrãs ratiõeſq; vrorꝫ omniũ bene expedire vultis, peregre & domi, bono atq; amplo auctare perpetuo lucro, Huius cõpoſitũ eſt adaucto. Actius, quibus rẽ ſuã & patriam noſtram quondam adauctauit pater.

¶ Auctuariũ, quod ſuper menſuram adijcit̃ aut pondꝰ iuſtum, vt cumulus adiectus in modio. Plau. Auctuariũ adijcito vel mille nummum pluſq̃ poteſt.

✥ Dicitur & auctarium, vt legit Perotus.

¶ Auctor nomẽ verbale ab augeo, gñis maſ. ꝓ eo q auget, cuius fœmi. eſt auctrix. Author vero quẽ Græci ἀυθέντης dicunt ſine c, ſcribendũ eſt. Licet iã vſus obtinuerit, vt per c, ſine h, ſcribatur, gñis cõmunis eſt. Oui. lib. iiij. Fa. Optima tu ꝓprij noĩs author eris. Figurateq; p obliquos ſicut alia verbalia in or deſinẽtia neutris adiũgitur. Verg. lib. iij. Italiã petijt fatis authoribus eſto. Eſt autẽ author quaſi operis factor. Vñ poetę cæteriq; operũ cõditores dicuntur authores. Neq; ſolum q opus aliquod facit, ſed qui princeps eſt, & primꝰ iubet, vt aliquid fiat, aut inductor perſuaſorve, auctor vocat̃, vt ſiqs populũ ad bella cõcitauit, vel qui concordiã perſuaſit, belli vł cõcordię author fuit. Cic. lib. iij. offi. Atq; huius deditiõis ipſe Poſthumꝰ, qui dedebat̃, ſuaſor & author fuit, quaſi dixiſſet ſuaſor & ꝑſuaſor. Itẽ author ꝓmiſſor, vt apud Liui. lib. ij. Authores ſumus tutã ibi maieſtatẽ Romani noĩs fore. Itẽ primꝰ ꝓpugnator, ſiue deffẽſor, aut vindex. Idẽ ibi, Sed vt inuẽtor legis Volero, ſic Letorius collega eius author cũ recẽtior, tũ acrior erat. Itẽ author cui quis fidẽ habet, Itẽ ibi, Agitatꝰ deiñ cõſilijs ex omni ꝑte aſſentiẽdo multis authoribꝰ trepidauerat. Itẽ primꝰ denũciator. Idẽ ibi, Hiſdẽ authoribus cognitũ eſt Equos Volſcoſq; ſũma vi bellũ apparauere. Similiter ratificator ſeu apꝓbator author dr̃. Idẽ lib. iij. Multiq; erãt q molliꝰ cõſultũ dicerẽt, ꝙ legũ ab eis latarum patres authores fuiſſent. Is etiã in quo eſt Ius, vis, poteſtas, dignitas, nec ab alio pẽdet, poteſt dici author a quo authoritas eſt appellata. Vñ illud apud Liui. Decreuerũt vt quũ ppłs regẽ iuſſiſſet, id ſi ratũ eſſet, ſi patres authores fierẽt. Hoc eſt ſi authoritatẽ ſuã interponerẽt & ratũ haberẽt. Et authores ſentẽtię ſũt quorꝫ ſentẽtiã ſequimur. Et authores ppłi ſunt, in quorꝫ adminiſtratiõe res eiꝰ ſũt, Paul. Etiã ſi nõ ĩterrogatꝰ tutor ſiue author fuit. valet authoritas eiꝰ quũ ſe ꝓbare dicit id qđ agit̃, ideſt authorẽ fieri. Põ. Et ſi pluribꝰ datis tutoribꝰ vniꝰ authoritas ſufficiat tãetſi tutor auctoret̃. Vñ apđ apłm Gał. iiij. Quãto tp̃e heres puus eſt, nihil differt a ſeruo quũ ſit dñs omniũ, ſed ſub tutoribꝰ & authoribꝰ eſt vſq; ad p̃finitũ tp̃s a p̃re, q̃q̃ ſint q actoribus legãt In fœ. ge. etiã dr̃ author & autrix qđ vltimũ pleriq; repudiãt. Sũt enĩ nõnulli temeritate & quidã maxĩa p̃diti qui vt ſcire multũ videãt̃, qđ ignorãt pręcipiũt, immo (quod deteriꝰ eſt) doctrinã corripiũt putãtes ſe magni aliqd egiſſe ſi aliorꝫ ſcripta, q̃ nõ intelligũt perperã deprõpta fuiſſe autumẽt, ex quorꝫ numero ſũt neoterici quidã ad nihil aliud q̃ ad latratũ geniti, qui in cęlo os ſuũ ponentes arguũt Auguſtinũ ꝙ inſcitæ locutus ſit, quippe q ſcripſerit. Autrix peccati Eua, auctrix meriti Maria, quũ (vtiaiũt) auctor dicere debuerit, qm̃ gñis cõmunis ſit, vt tã ad fœminas q̃ ad mares pertineat, Sed hæc ratio quãtã vim habeat vel mediocriter literis imbuti nõ ignorant Cur autẽ tm̃ tibi arrogas vt virũ doctiſſimũ & in oĩ doctrinę gñe ſciẽtiſſimum taxare audeas? Cuiꝰ nõ fuiſſes dignus corrigiã calciamẽti ſoluere Tu quiſquis es q Auguſtinũ ſugillare cenſuiſti, moneo vt abſtineas ab iſta cẽſoria virga, ne dũ alienã imperitiã inſimulas, te literarũ ignarũ oſtẽdas. Et tuã inſcitiã cęlatã habe, nec contra mũdi lumina quicq̃ efficias quod tibi dedecori ignominięq; futurũ ſit. Eſt equidẽ author cõmune nomẽ, verũ nõ obſtat quin autrix etiã fœmi. gñe recte dicat̃ qñ alia quoq; eiuſmodi inueniri liceat. Nã hoſpes cõmuni gñe inflectit̃ quũ tñ hoſpitã dicamꝰ. Leno ſecũdũ Priſ. ge. cõmunis, q̃uis & lena fœ. legat̃, qualia ſunt alia multa q̃ breuitatis cauſa omitto. Nõ fuit ergo culpandꝰ Augu. qui latiniſſimus ſemper fuit, in eo maxime quod eloquẽtiſſimi alij vſurparũt. Nã Hiero. ſermone, quẽ de beata virgine edidit, ſic inquit. Huius ſacrę virginis partꝰ nõ ſolũ reſtaurauit dirupta, ſed dona cõtulit ſempiterna. Et ideo p̃conijs veneremur ſalutis autricẽ, q̃ dũ autorẽ ſuũ cõcepit ex cœlo, nobis redẽptorẽ oſtẽdit in ſęculo. Sed nolo exẽplis Gręcorꝫ grauitateq; refellere, ſed iſta monſtra grãmatiſtarũ emanarũt ob inopiam literarum, & rerum altiorum. Ideo in lana caprina dimicant.

✥ Auctum ſpatium Circi quod ſuper diffinitum nomẽ victoriæ adiungebatur. Cc.

¶ Authoritas qñq; accipit̃ ꝓ ſententia imitatione digna, Qñq; ꝓ poteſtate. Liui. li. ij. Nec añ mouerunt de ſentẽtia cõſulẽ, q̃ tribuni ſe in authoritate patrũ futuros eſſe polliciti ſunt. Qñq; ꝓ ęſtimatione. Cice. lib. j. phil. A vobis peto vt ſi ſequi minus videbitis orationẽ meã atq; authoritatẽ meã, benigne me tñ vt feciſtis audiatis qñq; ꝓ noĩs dignitate. Idẽ in eodẽ lib. iij. Nũc primum ita cõuenimꝰ, vt illiꝰ de bñficio poſſemus q̃ ſentiremꝰ libere dicere, tribuẽda eſt authoritas, vt rẽp. nõ modo a ſe ſuſceptã ſed etiã a nobis cõmẽdatã poſſit deffẽdere.

☧ Auctorare eſt aliquẽ aut ſacramento, aut præmio obligare & habet to ſyllabam productam.

¶ Auctoramẽtũ ſumitur pro obligatione nexuq; ac veluti ſtipẽdio pretioq; eiꝰ q ſit auctoratꝰ, i. obligatꝰ. Cic. lib. j. offi. mercedẽ ait eſſe auctoramentũ ſeruitutis. Vbi auctoramẽtũ capit̃ ꝓ illa obligatiõe qua mercenariꝰ accepta mercede cogit̃ ſeruire. Senec. Ad fidẽ operis magno auctoramẽto labor ꝑuenit, merces igr̃ in ipſis mercenarijs eſt auctoramentũ ſeruitutis, quoniam mercenarij ad tempus ſeruiunt, vt auctoramentum, ideſt mercedem ſeruitutis præmium conſequantur.

☧ Auctoratus, auctoramento obligatus, mercede cõductꝰ quod nomẽ ad gladiatores refert̃, q ſe vẽdũt ludo q̃ſi addicti Et ꝓprie auctorati ad periculũ cõducũt̃. Cõtra exauctorati dicunt̃ milites quaſi exobligati ſolutiq; a militari, cõſecratione, & obligatione, quod interdũ p ignominiã, interdũ citra ignominiã. Pli. lib. xiiij. Vindemitorem auctoratũ dixit mercede cõductũ & ſublimitate vitis periclitãtẽ. Idẽ lib. xxxvj. Populũ Ro. auctoratũ appellat in ſpectaculis periclitãtã inſtar gladiatorũ. A Liuio auctoratus ꝓditor dictꝰ quaſi obſigatus. Manlius lib. v. aſtronomicõ. Miniſtros ꝑpetuo quaſi epitheto auctoratos vocat tanq̃ ꝑpetuos mercenarios, obligatoſq; dominis a qbꝰ mercede cõparãtur. Sic enĩ ait, Atq; auctoratos in tertia iura miniſtros, Sic Ser. dixit, Solos parentes habere poteſtatẽ auctorãdi. Quin. in milite Mariano. Exauctoratas armis ianis agreſti labori ſubegit.

☧ Auctolius nomen viri proprium, qui ex Mercurio, & Lychione natus fertur. Hic genuit Symonem furem.

¶ Audeo, audes, auſi vel auſuſſum. Ouid. libro. vj. Meta. Et nihil eſt quod non inopino captus amore, Auſit, nec capiunt incluſas pectora flãmmas. Eſt autem audere fidentem eſſe. Plaut. Vix domo egredi audet. Aliqñ temere pręſumere. Vergil. Hæc præmia qui me Ferro auſi tentare ferunt.

¶ Audax modo fidẽs dr̃. Vergil. Quiq; pedũ curſu valet & qui viribus audax. Modo temerarius. Plau. Pergĩ audax hoc facinus perſequi? Hinc audacia ꝓ fiducia & pro temeritate. Cic. Nec vires eis, nec audacia, nec tela defuere. Sall. Audacia pro muro habetur.

☧ Audacia inquit Specu. eſt ſecuritas qua quis malũ neq; futurũ expectat, neq; pręſens horreſcit.

¶ Audaciter & audacter per ſyncopẽ. Cicero ꝓ Roſcio Multa ſcelerate multa audaciter multa improbe feciſti.

¶ Audaculus diminutiuum. Gell. Aderat repręhenſor audaculus verborum.

¶ Auſio auſus & auſum, ꝓ temere pręſumpto accipiũtur. Maro. Hoc tibi ꝓ meritis & talibus imprecor auſis.

¶ Auſim, is, it, ponit̃ ꝓ ſubiũctiuo Audeã, deas, deat.

¶ Audio, is, iui, itũ, ꝓprie ſignificat auribꝰ accipio ἀπὸ τῆς ἀυδῆς, i. a voce cuiꝰ ꝓpriũ eſt vt audiat̃. Verg. Audiendi vocabulũ etiã ad ea trãſtulit, q̃ auribꝰ & ſenſu carẽt cũ ait, Et fruſtra retinacula tẽdẽs, Fert̃ equis auriga neq; audit currꝰ habenas. Aliqñ audire eſt intelligere, aduertere. Verg. Progeniẽ ſed enĩ Troiano a ſanguine duci Audierat. Iuxta has duas ſignificationes ſcriptũ eſt. Qui habet aures audiẽdi audiat, quia vt Hiero. inquit. Vbicũq; hęc duo iuncta ponũtur nõ ad ſimplicẽ tm̃ verborꝫ ſonũ ſed ad recõditã quoq; dictorꝫ intelligẽtiã pertinere intelligẽdũ eſt. Interdũ audire eſt audita petenti cõcedere. Verg. Audijt & genitor cœli de parte ſiniſtra Intonuit lęuũ. Interdũ credere accedere. Ci. ĩ Tuſ. Nec Homerũ audio qui Ganymedẽ a dijs raptũ ait. Interdũ pręcipiẽti parere. Et hoc tã cũ accuſatiuo q̃ cũ datiuo. Cic. Audies te. i. auſcultabis tibi. Nã audire p̃cepta alicuius dicimus cũ ei paremus. Cũ datiuo. Idẽ. Et audiẽs eſſet huic ordini, i. obœdiẽs. Inuenit̃ & audio cũ aduerbio bẽne quod ſignificat benedicor, laudor. Terẽ. Bñdictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Huius verbi cõpoſita ſũt Exaudio, Inaudio bene vel ꝑfecte audio Plau. Inaudiſſe ĩquit, i. valde. Ci. Pãſæ ꝓ ſimplici poſuit Quorũ erupit illa vox de qua ego ex te primũ inaudierã. Inauditꝰ tñ pro nõ auditus dr̃, vt res inaudita. Cic. Rẽ certe nouã & añ hũc diẽ inauditã. Et Inauditũ qñq; dr̃ quod nõ audit. Var. Animalium aliud alio ſenſu caret. Quędam enim a natura gignuntur aut inodora aut inaudita. Obędio veteres obaudio dixerũt. Subaudio, quod modo parũ audio ſignificat, modo intelligo.

¶ Auditus, tus, modo ſenſũ audiẽdi ſignificat, vt quinq; ſunt ſenſus, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus modo id quod auditum eſt. Ego ex auditu loquebar.

¶ Auditio ipſe audiendi actus, quę & audientia dicit̃.

☧ Vt eſt illud in memoria æterna erit iuſtus ab auditiõe mala non timebit. Plau. Exurge præco fac populo audientiam, Hoc eſt fac vt populus audiat.

¶ Auditoriũ, Locus vbi auditur pręceptor, aut orans vel ipſa auditorum turba.

¶ Aueo, es, verbum defectiuum ſignificat concupiſco. Cic. lib. j. offi. Itaq; cũ ſumus negotijs curiſq; vacui, tum auemus aliquid audire & diſcere. Auere etiã a nimia cupiditate pro gaudere ponitur. Vnde ſalutantes quoque aue dicimus, id eſt gaude & lętare.

¶ Aducho, is, abduco, ſiue inde alio veho. Sue. in Cæſa. Stipẽdiariũ quoq; pronuntiatũ & abſtrahentibus ſtatim eripuit occultauitq; apud ſe diu & mox ex pręfectura proficiſcens in Hiſpaniã inter officia ꝓſequentium faceſq; lectorum lectica ſua auexit.

¶ Auellana ab Auella opido Campanię vbi abũdat, & alio nomine Corylus ſeu etiã nux põtica ꝙ in Aſiã Gręciãq; primo e Põto venit. Eadem & Pręneſtina dicitur ꝙ Pręneſtini his abundent.

¶ Auena dicta eſt ꝙ ad fructũ nõ veniat. Eſt enĩ frumẽti vitiũ quod ſole maxime cœliq; humore accidit, aliquãdo etiã ſeminis imbecillitate, cũ diutius terra retẽtũ eſt priuſq̃ erũpat vel ſi carioſum fuit cũ ſeretur. Vel dr̃ auena a creſcendi auiditate. Ponit̃ interdũ auena ꝓ ſtipula ſeu calamo, aut ꝓ ſtylo charactereq; poetico. Verg. Syl. ueſtrẽ tenui muſam meditaris auena. Ab auena fit auenaceꝰ, cea, ũ. Pli. lib. xxx. Vel cũ farina hordeacea vel auenacea. ✥ Auenaria Cicadę ſpecies ẽ quã nõnulli frumẽtariã vocãt, qm̃ ſił cũ frumẽtis areſcẽtibꝰ aparet. Cc.

¶ Auentinus pe. ꝓ. mõs Romę ab auibus ꝙ ſe eo a Tyberi ferrẽt aues, vł ab Auẽtino rege qui ibi extinctꝰ ac ſepultus fuit. Vel ab aduẽtu hominũ ꝙ cõmune latinorũ ibi Dianæ tẽplũ eſſet conſtitutũ, eoq; olim paludibꝰ ex vrbe ratibus aduehebantur.

¶ Auernꝰ, ge. maſ. in plurali auerna, orꝫ, lacꝰ Cãpanię prope Baias, quẽ locũ Plutoni dicatũ opinabant̃. Hinc ad inferos introitũ patere credebat̃, dictꝰ quaſi ἄορνος ſine aue. Hoc eſt auibꝰ inacceſſus ὅτι ἀστὶ καὶ ὄρνεον ἢ ὄρνις ὀρνίθος ἕνεκα πνιγμοῦ ἀέριος, qm̃ a priuat & orneũ auis propter acrem ſtrangulationẽ. Lucre. lib. vj. Principio ꝙ auerna vocant nõ nomẽ id ab re Impoſitum eſt quia ſunt auibus contraria cunctis. Stra. libro. vj. Contiguus Baijs Lucrinus adeſt ſinus intra quem auernus eſt.

¶ Auerni populi fuerũt Galliæ Aquitaniæ qui frequẽter cõtra Roma. bella geſſerũt. Nam. cc. millibus bellatorum primo, deinde duplicatis aduerſus Cęſarem cum Vergentorige pręlium commiſerunt.

¶ Auerto, is, alio verto, amoueo. Ver. Nec poſſe Italia Teucrorũ auertere regẽ. Et quum dicimꝰ auerto oclos aut mẽtẽ ſignificat aliũde remoueo. Aduerto vero oculos, i. aliquo cõuerto. Sũt enĩ cõtraria auerto & aduerto. Inde auerſus & aduerſus. Hic auerſo, as frequentatiuũ.

¶ Auertor, eris, depo. ſignificat dedignor quod fit cũ ex aliqua re quã deteſtamur, vultum auertimꝰ. Boetius Heu heu q̃ ſurda miſeros auertitur aure, i. ſpernit dedignatur. Ponitur & quandoq; ꝓ auerto. Col. lib. xij. Sõni & vini ſit abſtinentiſſimꝰ quę vtraq; ſunt, inimiciſſima diligẽtię Nã & ebrioſo cura officij pariter cũ memoria ſubtrahitur, & ſomniculoſum plurima effugiunt. Quid enĩ aut ipſe agere, aut cuiq̃ dormiẽs imperare? Quietiã ſit a venereis amoribus aduerſus quibꝰ ſi ſe dederit nõ aliud quicq̃ poſſit cogitare, q̃ illud quod diligit. Nã vitijs eiuſmodi pellectus, nec pręmium iucundius q̃ fructum libidinis, nec ſupplicium grauius quam fruſtrationem cupiditatis exiſtimat.

¶ Auerſor, aris. Vide in dictione auerſor

¶ Auerſus terga oñdit. Aduerſꝰ oppoſitꝰ eſt veluti oppoſito pectore atq; obiecto. Cic. Aduerſus & auerſus impudicꝰ es, qđ eſt ex añriore & poſteriore ꝑte mulicbria pateris. Rurſus quę nõ viſuntur & quæ latẽt auerſa dicimꝰ. Quę vero patẽt & cõſpici tota poſſũt aduerſa. Nec aliter fere Pli. appellat, q̃ Gręci ꝑ diametrõ, hoc eſt per dimetientẽ lineã obiecta dicunt. Per tranſlationẽ auerſus dr̃ iratus. Verg. lib. iiij. Talia dicentẽ iamdudũ auerſa tuetur. Nã ſi ĩtueretur quõ auerſa niſi ĩtelligas iratã.

¶ Auerſa, vnus dicit̃ præpoſterus coitꝰ qui infãdus eſt & execrãdus. Iul. Capito. de Clodio Albino, Mulierarius fuit inter primos amatores, auerſæ veneris ſemper ignarus & talium perſecutor.

¶ Aueruncare, auertere propulſare,

¶ Auerunc deꝰ dictus eſt, ꝙ mala auertere putaretur.

¶ Aufidus pe. cor. fluuiꝰ Appulię q in Adriaticũ mare infundit̃ ab aliquibꝰ Cannavocatꝰ. Quo nomine vicus ei ſupereminẽs nominat̃ celebris Romanorum clade.

¶ Aufugio, is, pe, cor, alio fugio ex ab & fugio cõponit̃ b. in u, cõuerſa, vt fieret vox ꝓnũciatu, audituq; leuior. Hie. ad Heli. Dñs ne a turbis rex cõſtitueretur aufugit.

¶ Augeas Elcorũ rex inqt Stra. quẽ Hercules ſuſtulit.

¶ Augea a latinis dicitur aurora ſiue ſplendor.

¶ Augeo, es, xi, ctum, accreſco ſeu creſcere facio, ãplifico. Lact. li. vj. Et dũ voluerũt ſanare vitia auxerũt, Hic cõponit̃ audageo & exaugeo q̃ vehemẽtiã ſignificant. Terẽt. in Heau. Hoc timet ne tua duritia antiq̃ illa etiã adaucta fiet. Idẽ. Ibi cõcurrũt multę opiniones q̃ mihi animũ exaugeãt, occaſio locꝰ, ętas, mater ſub cuius imperio eſt mala. ab augeo ſiũt aucto, as, auctꝰ, a, ũ, auctus

auctionor, auctor & augeſco, ſcis.

¶ Augeſco, auctus magnus fio. Sumitur enim paſſiue. Plin. lib. xj. Augeſcunt corpora dulcibus ac pinguibus & potu, minuũtur ſiccis & aridis & ſiti. Cic. in Cato. Aq̃ oriẽs vua ſe oñdit, q̃ & ſucco terræ & calore ſolis augeſcẽs, primo ẽ ꝑ acerba guſtatu, deĩn maturata dulceſſit. Inter augeſcere & augere hoc ĩtereſt ꝙ augeſcere intriſecꝰ augmentũ ſuũ operatur. Augere vero extrinſecus.

✣ Augifico nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tabes numeros augificabit ſuos. Cc.

¶ Augmẽto, as, idẽ quod audeo. Cic. in Lęl. Sed viuẽdi eſt finis optimus cũ integra mente cęteriſq; ſenſibus opus ipſa ſuũ q̃ augmẽtauit natura diſſoluit. Hĩc coaugmentor, Lact. de ira dei. Senſus, cogitatio, memoria, ingeniũ, quibus ſeminibus coaugmentari poſſunt.

♁ Augiæ, vel augeę pluralis numeri. Veiũtñ apud Stephanum id nomen ſingulari numero ſcriptum reperiť, duo autem ſunt huiuſce nóis opida, alterũ in Laconia, alterum in Locride vti Homero placuit.

¶ Augur gñis cõmunis, quod & auger, eris, ſecundum Priſc. dr̃ ab auibꝰ, gerẽdoq;, quia ꝑ eũ auiũ geſtus ediciatur, vel ab auiũ garritu. Et is eſt qui aures ſuas auiũ vocibus acõmodãs futura ꝓnũtiat. Hinc auguriũ quod & augur & augurũ dr̃ ꝓ ipſa diuinatione quaſi auigeriũ dictũ vel auigariũ. Erãt autẽ tria diuinationis gñia in auibus. Nã alię volatu, aliæ cãtu futura p̃dicebãt. Et ille q dẽ prępetes iſtę oſcinę dicebãtur, Erat & tertiũ genus ex illaꝝ guſtatu cũ pullis gallinaceis e cauea deprõptis eſca porrigebať vt tripudiũ ſoliſtimũ inde eſſet, perniciesq; portẽdebať ſi eſcã nõ caperẽt. Quapropter infœlicẽ cõflictũ a Numãtinis in Mãcinũ illatũ pręd ixeiũt pulli qui eſcã nõ cœperũt ſed ex cauea euolarunt.

¶ Auguror pe. cor. depo. auguriũ facio, diuino. Ouid. lib. iij. Met. Iãq; dies aderit quã nõ ꝓcul auguror eſſe. Cõpoſita ſunt inauguror quę ſunt contraria. Eſt eñi inaugurari nõ ſolũ in augurũ numerũ aſcribi & cooptari, ſed etiã in aliud ſacerdotiũ cõſecrari. Cice. de Antonio Cæſaris flamine, Quid igitur ceſſas? cur non inaugurare? ſume diem, vide qui te inauguret.

✣ Auguraculũ veteres dicebant quam nos arcem vocamus, ꝙ ibi aues publicæ auſpicarentur. Cc.

✣ Auguralis virga lituus appellatus eſt breuis, in latere qua robuſtior eſt incuruus. Cc.

¶ Auguro, ras, Idem. Verg. lib. ix. Et, ſi quid veri mẽs augurat, opto.

¶ Augurior, Idẽ. Hiero. ĩ Geñ. Sciphꝰ quẽ furati eſtis ipſe eſt in quo bibit dñs meꝰ, & in quo auguriari ſolet.

¶ Auguſtus locꝰ religioſus, ſanctꝰ, in quo augurato qd cõſecrať, ab auctu, hoc eſt incremẽto. Vñ auguſtũ quaſi auctũ Iouis ope imperiũ, ad qđ nomẽ alluſit, Ouid. Augeat imperiũ nr̃i ducis, augeat annos. Egeſippꝰ quoq; lib. v. Auguſtũ apud Romanos nomen ĩperij eſt, ꝙ augeat ſuos, non ꝙ alienos opprimat, vel dr̃ Auguſtꝰ ab auiũ geſtu, ideſt q ab auibus ſignificatꝰ eſt, vel ab auium guſtatu, quia aues paſtę id ratũ fecere. Vñ auguſtũ tectũ dr̃ augurio cõſecratũ. Aedes enim templaq; rite conſecrãtes appellarũt auguſta. Vñ Ouid. lib. j. faſt. vult Auguſtũ fuiſſe dictũ quaſi rite a populo ſacerdotibuſq; dicatũ, eademq; ab origine auguria dicta, quaſi ea Iupiter manu ſua dare & augere viſus. Ait eñi, Sancta vocãt auguſta patres, auguſta vocanť Templa, ſacerdotũ rite ſacrata manu. Huius & augurium depẽdet origine verbi, Et quodcũq; ſua Iuppiter auget ope. Abuſiue tñ Auguſtus ꝓ nobili ſacro & maieſtatis pleno ponitur. Vergil. lib. Geor. Si quãdo ſedẽ auguſtã. Vñ Auguſti dicti ſunt Ro. Imperatores ab Octauio Auguſto, q primꝰ meruit hoc cognomen. Et Auguſtus menſis dictus eſt qui antea ſextilis vocabať donec nomẽ Auguſti dareť ex ſenatuſcõ. Nã Auguſtꝰ Cęſar mẽſe ſextili primũ cõſulatum inijt, triũphos ĩ vrbẽ ĩtulit, et Ianiculo legiões deductę ſecutęq; ſũt eiꝰ auſpicia. Sed & Aegyptꝰ hoc mẽſe ĩ poteſtatem Po. Ro. redacta eſt, finiſq; ciuilibus bellis hoc menſe impoſitus. Atq; ob has cauſas, quum hic menſis huic imperio fœliciſſimus fuerit, placuit ſenatui, vt hic menſis Auguſtus appellaretur.

✣ Auguſta, laurus ampliſſima eſt, & arbore & folio, baccarum non aſpero guſtatu. Cc.

¶ Auguſtale, domus in qua habitat magiſtratus, quę & prætorium dicitur.

¶ Auguſta Cęſarea vrbs ſupra Iberum ſita. diſtat a Numantia ad. lxxx. ſtadia.

¶ Auguſta emerita, ciuitas Luſitanię q̃ ab emeritis cõditoribꝰ & Auguſto nomẽ ſortita eſt, Nã vt Dio. refert Quo tp̃e Cęſar Auguſtꝰ Cãtabris & Aſturibꝰ deuictis ĩ Italiã rediret, reliqt milites, qui ſupra ętatem forẽt, atq; cõceſſit ipſis, vt in Luſitania Auguſtã emeritã cõderẽt.

✣ Auguſteũ marmor vndatim criſpum in vertices. Cc.

¶ Auidus, cupidus a nõ videndo, vt quidam putãt ꝙ propter nimiam cupiditatem non videat quid agat. De hoc etiam in dictione auarus.

¶ Auis videtur cõpoſita dictio quaſi ſine via, quia volatus ſciri nõ poteſt. Nã aues vias certas nõ habẽt, ſed per auia quęq; diſcurrũt, vel dr̃ auis ab aduẽtu eius, quia inde veniat vnde quis nõ ſuſpicetur, vel ꝙ ſingulis annis adueniat, Et propria auis eſt quæ oua parit pennis prædita præter vnum veſpertilionem qui vtroq; caret. Volucris eſt quæcunq; volans, vt veſpa.

✣ Aues Palamedis, a poetis grues dicuntur. Mar. Turbabis verſus, nec litera tota volabit Vnam perdideris ſi Palamedis auem. Cc.

✣ Aues ſedere dicuntur quando in altiori ſunt ſitæ, vt cornix in arbore ſedet. Cc.

¶ Auiariꝰ, qui curã auiũ gerit. Col. li. ix. de gallinis, Sic tñ vt illuſtria ſint loca q̃ cõmodiꝰ habitet auiariꝰ, q ſubinde debet ſpeculari aut ĩcubãtis aut ꝑturientis fœtus.

¶ Auiariũ, locus ſylueſter ſine via Ser. Auiaria ſecreta nemora q̃ aues frequẽtãt. Virg. li. ij. Georg. Sãguineis inculta rubẽt auiaria baccis. Itẽ auiaria dicũť loca vbi pẽnata nutriũť, vel claudũť, vel cuſtodiũť, vel quo ſe aues recipiũt, & colũbi & paſſeres. ſicut apiaria quo apes gręcę ornithones vocãtur. Col. lib. xix. Quę nos ſimiliter appellamꝰ apũ cubilia apiaria, vel nãtiũ volucrũ, q̃ ſtagniſpiciniſq; lætantur auiaria, vel etiã pecudũ ſylueſtriũ quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur viuaria. Hoc modo auiarium & auiarius ab auibus ſunt.

¶ Auicula diminutiuũ, parua auis. Gel. lib. ij. Auicula eſt parua, nomẽ eſt Caſſita, nidulaťq; in ſegetibus. Item auicula diminu. eſt ab auia. Cice. pro. L. Flacco, Nunc deniq; materculæ ſuæ feſtiuus filius auiculæ minime ſuſpitioſę purgat ſe per epiſtolam.

¶ Auilla quaſi ouilla, agnus recentis partus.

¶ Auiꝰ, a, ũ. qđ eſt ſñ via, Verg. lib. ij. Georg. Auiatũ reſonãt auibus virgulta canoris. Sal. in Iugur. Ipſe cum delectis militibꝰ metellũ ſequiť nocturnis & auijs itineribꝰ ignioratꝰ repẽte Romãos palãtes aggrediť. Luca. Auia pieridũ pagro loca nulliꝰ añ Trita ſolo. Auiꝰ lõge a via rõne remotꝰ. Lu. Auiꝰ a vera lõge rõne vagaris.

¶ Auꝰ ab ęuo noiatꝰ ẽ quia pr̃e antiquior ſit. Vľa grę co ἄυω reſonãs, quia ἄυω ſicco clamo ſtrepo, eſt eñi q̃rula illa ętas, ab α priuatiua ὕω pluo, vel dr̃ auꝰ ꝙ ad patrẽ ſit aditꝰ. Et eſt patris vľ matris pr̃, a quo Proauꝰ aui paterni vel materni pr̃, ꝙ ſit ꝓpe auũ. Inde abauꝰ ꝓaui paterni vľ materni pr̃ ꝙ ſit iã ꝓcul ab auo. Deniq; atauus, & tritauus, quaſi te[illegible]trauus, quia quartus ſit ab auo, vel quaſi terti[illegible]us pater. Eſt eñi atauus ſiue tritauus ab aui vel ab[illegible] auiæ pater. Poſt tritauum maiores dicuntur.

¶ Auia patris vel matris mater, a qua pro auia abauia & tritauia.

¶ Auitus, a, ũ, pe. ꝑ. ab auo ſiue ab auia fit, & ſignificat quod ad auũ ſiue ad maiores ꝑtinet. Cic. in Ver. act. ij. Nulla res cuiuſq̃ tã patria atq; auita fuit, q̃ nõ ab eo imperio iſtiꝰ abiudicareť. Liui. Interuenit deiñ his cogitationibus auitum malum regni cupido.



¶ Auunculus non eſt diminutiuum, quia non recte formatur, ſed eſt matris meę frater, ſic dictus ꝙ ęq̃ tertius a me vt auus eſt, ſed nõ eiuſdẽ iuris. Ideoq; vocabuli facta diminutio eſt piñ ac minor auus. Vľ dr̃ auũculus ꝙ ęui locũ teneat & ꝓximitate tueať ſororis filios, quẽadmodũ frater patris a patre patruus appellať, ꝙ ſit quaſi alter pater. Vñ & ipſi fratrũ ac ſoroꝝ filij, nepotes ex fratre, & nepotes ex ſorore dicuntur. Auunculus maior eſt auiæ maternæ frater. Perſ. Maior auunculus exit.

¶ Aula a noſtris pars domus q̃ vulgo ſala ſeu atriũ dr̃, ἀυλὴ eñi latine atriũ dr̃. Antiqui aulas ollas dicebant. i. vaſa figulina quibus cibaria coquũť. Plaut. in Am. Optimo iure infringatur aula cineris, in caput. Huius diminutiuum eſt aulula, a quo Plautina fabula Aulularia vocitata eſt, hoc eſt pua olla in qua repoſitus erat theſaurꝰ Fit etiã aliud diminu. qđ eſt auxilla, Eſt & aula, principis domꝰ q̃ & regia dr̃. Senec. Notiſſima vox eſt eius q in cultu regũ cõſenuerat, quũ qdã illũ interrogaret quo modo rariſſimã rẽ in aula cõſecutꝰ eſſet ſenectutẽ? Iniurias inquit accipiendo & gratias ſępe agendo.

♁ Aulęa, æ, & Aulęũ. Sunt autẽ Aulęa vela picturata & verſicolore textura ſpectabilia, q̃ a Gręcis peripetaſmata & periſtromata nominãť, qbꝰ parietes obtẽdũť q̃ in aliquo apparatu ſolẽt adhiberi. Dicta aulęa, ab aula Atali Aſiæ regis in qua primũ ĩuẽta ſunt. Vnde etiam Attalica aulęa vocãtur. Proper. Nobilis aulęis porticꝰ Attalicis. Refert Pli. Attalũ primum inueniſſe aurum veſtibus intexere. Vnde eſt nomen Attalicis. Beluata tapetia dixit. Plaut. A textura beluaꝝ quę in aluæis intexuntur. Sunt etiam aulæa veſtimenta & quaſi militaria paludamenta. Verg. Purpurea intexti tollant aulęa Britanni. Dicta ſunt aulea, cum fœminino genere a Curtio. Ait eñi, Ne qcq̃ coꝝ q̃ inuicem iactata erant rex ignorabat quum poſt aulęam quæ lectos obduxerat, ſtaret.

✣ Auleticos Tibialis calamus eſt. Cc.

✣ Auliticon calami genus eſt, continuo foramine peruium tibijs vtilius. Cc.

¶ Aulis, idis, vel aulis regiuncula eſt, vt ait Stra. Bœotiæ petroſa ex re ſortita nomen. Nã ſignificat tentoriũ vel locũ quo quis caſtra metatꝰ eſt. Eſt & ciuitas eiuſdẽ nóis cũ portu capace paucaꝝ nauiũ, vbi cõuenere Græci & cõiurarũt ſub Agamẽnone excidiũ Troianum. De hac Ouí. lib. xij. Met. Bœotia tellꝰ Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras. Eſt aũt ἀυλὶς ἡ κοίτη, ἀυλὶς, ἴλος καὶ πόλις βοιωτίας, i. aulis cubile, & Aulis vrbs Bœotię. Hęc Suidas. Home. autẽ χθιζά τε καὶ πρώιζ' ὅτ' ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν ἠγερέθοντο κακὰ Πριάμῳ καὶ Τρωσὶ φέρουσαι, ἡμεῖς δ' ἀμφὶ περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς ἔρδομεν, & ſubdit καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ ἔνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα δράκων, & ſubdit, ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοί νήπια τέκνα ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ, πετάλοις ὑποπεπτηῶτες, i. Heriq; & priuſq̃ qñ ad aulidẽ naues Achiuoꝝ cõgregatę ſũt mala Priamo & Troianis ferẽtes nos vero iuxta fontẽ ſacra ad altaria faciebamꝰ, & ſubdit. Pulchra ſub Platano vñ fluebat ſplẽdida aqua hic apparuit magnũ ſignũ draco, & ſubdit. Vbi erãt paſſeris pulli ſtulti ĩfãtes ramo ĩ ſũmo frõdibꝰ volãtes. ¶ Aulicocia, exta q̃ ĩ aulis. i. ollis coq̃bãť, hoc eſt elixa. ¶ Auxillã, ollã puulã dicebãt, vt ĩquit Feſtus.

¶ Aulon, mõs Calabrię cõtra Tarẽtinã regionẽ ferax boni vini Mart. Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulõ. In eo eſt & opidũ eiuſdẽ nóis. Eſt & nomẽ duaꝝ vrbiũ, quaꝝ vna eſt in Macedonia, alia in Cicilia. Pręterea aulõ, vt ſcribit Hiero. Cãnulę aut chordulę quę in organo reſonãt Aulę tibia, & calamꝰ tibialis auleticꝰ dr̃, vtpote tibijs vtilior. Ille vero qui phyſtulis eſt accõmodatus ſyringia appellať, ſicut ſcribit Plin. lib. xvj. Diciť & hic aulos auli pro tibia. Inde choraules tibicen.

♁ Auletris αὐλητρὶς mulier tibicina. Nam αὐλὸς tibia eſt, ſi autem duo verba feceris aulater interpretatur.

¶ Auoco, as, pe. cor. alio voco, ꝑ trãſlationẽ vero pro abſtraho ſiue diſiungo ſumitur. Lactant. lib. j. Et ad ſtudia pacis a rebus bellicis auocauit.

♁ A voluntate, ſignificat eum qui pro voluntate eſt, & defendit voluntatem alicuius.

♁ A voluntate dicitur, qui ſtudium habet inueniendi voluptates, Vide in litera A.

¶ Auolo, as, pe. cor. alio volo, ſiue alio ſubito diſcedo. Hiero. in Leui. Dimittet paſſerẽ viuũ vt in agrũ auolet Auguſt. lib. vj. cõf. ꝑ trãſlationẽ Et ſi quid arriſiſſet ꝓſperũ app̃hẽdere tedebat, qa pene priꝰq̃ teneret auolabat. ¶ Aura vẽtoꝝ vis, licet a vẽto diſtiguať, vt in naturalibꝰ q̃ſtionibꝰ Senec. docet, ꝙ aura ſit leuior, vẽtꝰ vehemẽtior. Verg. lib. iiij. Aene. At illi Dulcis cõpoſitis ſpirabat crinibꝰ ora. Iterdũ aura ponitur ꝓ ſplẽdore. idẽ in. vj. Diſcolor vñ auri, ꝑ ramos aura refulſit. Vñ auũ ſed'm aliquos dictũ eſt a ſplẽdore, q ĩ metallo eſt. Interdũ ꝓ afflatu, & fauore, quia quũ flat in ęſtate videť ęſtuantibꝰ fauere. Idẽ ibidẽ, Iã quoq; nũc nimiũ gaudẽs popularibꝰ auris. Vñ aurarij dicũť fautores. Interdũ ꝓ facilitate qua in amorẽ trahunť aliqui. Hora. lib. Car. Tuane tardet Aura maritos. Fit autẽ vt quidã ſine gręco volũt aura ab aere ꝙ motꝰ aer & ſplẽdorẽ faciat, & ventũ, immo græcum eſt. Suidas, αὔρα ἡ τοῦ πνοή, & in dictione χαζάνος quia iſte dabat iuramenta ferre ventis.

¶ Aurora proprium nomen eſt, poteſt tamen & ꝓ die accipi, & tunc appellatiuum eſt ab auro deriuatum. Vel ab aura. Nam ſurgẽte ſole puſilla quędam ſentitur aura. Proprie enim aurora eſt ipſe ſolis aſcenſus. i. prima ps diei in qua ſolet pulſu ſolis aer commotus auram facere Alij auroram ſplendorẽ ſolis exiſtimãt, ſeu matutinum ſplendorem ab eo ꝙ ab igne ſolis, vt auro aer aureſcit. Auroram etiam diluculum nuncupauere ꝙ tum dies luceſcere inciperet. Aliter Specu. Aurora eſt diei principium, primum a ſole lumen.

¶ Auũ dictũ eſt ꝙ p̃cipue cuſtodiať, gręce eñi ὠρεύειν cuſtodire dr̃. Vñ theſaurꝰ dictꝰ eſt. Nã θέσω ponã ὠρῶ cuſtodio. Hippocrates ab inuentoris noíe dictũ putat quẽ vocitatũ ait ἄυριον. Quidã a ſimilitudine auroræ coloris nomẽ traxiſſe exiſtimãt. Nõnulli ab auertẽdo, quia hominũ mẽtes auertat. Verg. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Alij a Sabinis trãſlatũ dicunt. Quod illi auſũ dicebãt, ſ, in, t, poſtea mutata, vel potiꝰ ab ἀυρὸς dr̃ diues & abũdãs Sumiťq; auũ ꝓ ipſa materia Qñq; ꝓ pecunia, ſ. ꝓ aureis nũmis. qñq; ꝓ ornamento muliebri. Plau. in muſ. Agedum contempla aurum & palam ſatin hęc decent ſcapha? Teren. in Eu. Interea aurum ſic clam mulier demit, dat mihi vt auferam.

♁ Aurũ & argẽtũ factũ dr̃, quod neq; in maſſa, neq; in lamina neq; in ſignato, neq; in ſupellectili, neq; ĩ mundo, neq; in ornamẽtis ſit. Vlpia. Si factũ aurũ eſt oẽ ad eum ꝑtinet cui legatũ eſt. Ex quo auri aliquid ẽ effectũ. Ver. Sũt auri põdera facti, Infectiq; mihi. Ser. Ita exiſtiat aurũ vľ argẽtũ factũ id videri quo cõmode vti poſſumus.

✣ Aurũ coronariũ dicebãť triũphales coronæ aureę q̃ imperatoribus ob honorẽ triumphi mittebantur. Cc.

¶ Aureus ſubſtãtiuũ accipiť ꝓ ipſa pecunia. Plin. Immanę tabulę p̃tiũ accepit aureos mẽſura nõ numero.

¶ Aureus, a, um, qđ totũ ex auro eſt. Aureatꝰ, a, ũ, qđ in ſupficie habet aurũ. Nã multi fiunt annuli aurati, qui tamen aurei non ſunt. Abuſiue tamen dicitur domus aurea & porta aurea, quũ aurata dici debeat, vt eques auratus. Et auratus ꝓ aureo. Sueto. in Neron. Piſcatꝰ eſt rete aurato purpura coccoq; funibus nexis.

¶ Auro, as, aurũ ſuperpono. A quo deauro & inauro. Vñ auratũ deauratũ & ĩauratũ. Pſa. In veſtitu deaurato.

¶ Auriferũ quod fert aurũ. Vnde aurifera flumina dicũtur Tagus in Hiſpania. Padus in Italia. Hebrꝰ in Thracia. Pactolus in Aſia. Ganges in India.

¶ Aurarij, q aurũ imponũt & inaurãt. Et aurarij fautores qui fauoribus ſplẽdidos. i. claros faciunt ab aura.

¶ Auraria fodina vbi fodiť aurũ, quę & auro fodina dr̃

¶ Aurifex,faber aurarius qui auri laborandi artifex eſt. Pli. Velut aurificũ arte alternis inter folia cãdidãtibus margaritis,hinc aurificina pro aurificis taberna.

✤ Aurifur,q furat̃ aurũ. Plau. Et mihi hic aurifur ẽ. Cc.

¶ Auricomus pe.cor.q aureos crines ſeu aureã comã habet. ☿ Vñ Phœbꝰ vocatꝰ eſt auricomꝰ grece χρυσοκόμης. ¶ Auramẽtũ cũ auro dicitur. Pli.lib.xxxiij. Hiſpania ſtrigiles vocat auri paruulas menſas(quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur) cũ cętera in metallis reperta igni perficiantur.

¶ Auricalchũ ex auro & ęre dictũ eſt,χαλκὸς enĩ æs dr̃ quaſi ſit æs aureũ,habet enĩ colorẽ auri. Siue ꝓpter cognationẽ q̃ eſt inter au & o. Nã dicimus ploſtrũ & plauſtrũ. Cotes & cautes, ſicut econtrario dixerũt auſculũ ꝓ oſculũ. Hierony.in Apo. Et pedes eius ſimiles auricalcho,hoc pręcioſius omnibus metallis fuit,ꝙ & ſplẽdorem auri & ęris duritiã poſſideret. Dr̃ & oricalchũ quia in locis montuoſis inuenitur, ὄρος enĩ latine mons dr̃. Plaut.in Mi. Ego iſtos mores oricalcho comparẽ. Sta. lib.x.The. Emicat effigies & ſparſa oricalcha renident ☿ Vulgus Othonem vocat.

¶ Auripigmẽtũ in Syria fodit̃ ad pictorꝝ vſũ in ſumma tellure auri colore, ſed fragili lapidũ ſpecularũ modo.

☿ Aurilegus pen.corre.qui aurum legit, id eſt furatur.

¶ Aurigo pe.prod.morbus qui & regius a colore auri quem bilis per totũ corpus diffuſa repreſentat,hinc aurigino ſus dicitur qui eo morbo laborat.

¶ Auriga pe.prod.& generis cõmunis,ſecũdũ Priſci.q vel quæ curũ regit,ſic dictus ꝙ ſplẽdorẽ ſibi agat auris quaſi fauoribus populi,ideſt clamoribus. Quandoq; generis fœminini ponitur pro ipſo curru.

¶ Aurigor,aris,moderor,rego.

¶ Aurata,piſcis ab auri colore nomen accepit, cuiꝰ amator,Sergius Aurata cognominatus eſt,vt refert Macro. Nam Arata prius dictus,quaſi Aurata ab oro quod vulgo pro auro dicunt. Martia. Non omnis pretium laudemq; Aurata meretur.

¶ Aurelia familia apud Roma.ex Sabinis oriũda,a Sole dici creditur,qui peculiariter Romæ ſacra faciebant, antiquitus dicti Auſelij,vt Valeſij Papiſij pro Aurelij Valerij Papirij Fuit & nomen propriũ matris Cęſaris.

¶ Auras fluuius ab Hemo in Iſtrum defluens.

¶ Aures ab hauriẽdis vocibus dictę ſunt detracta aſpiratiõe. Verg. Vocẽq; his auribus hauſi. Aut quia græci vocem ipſam αὐδὴν vocant ab auditu per mutationẽ literę,aures velut audes. Et tã cartilagines q̃ foramina aurium dicuntur aures. Lucre.lib.vj. Triſte ſuperciliũ,furioſus vultus & acet,Solicitæ porro plenęq; ſonoribus aures. Et tam de animantibus q̃ de eis quę carẽt anima recte dicuntur. Verg.in Georg. Binę aures duplici aptantur dentalia dorſo. Hinc inauris & auritus.

¶ Auricula non eſt parua auris,licet recte formet̃, ſed eſt exterior pars auris, vel pars infima quę mollis eſt. Hierony.in Exo. Et pones ſuꝑ extremũ auriculę dextrę Aarõ. Idẽ cõtra Ioui. Si digitũ amputes ſi ſummitatẽ auriculæ eſt,quidẽ dolor,ſed nõ tm̃ dãnum,nec tãta cum dolore deformitas,q̃ta ſi oculos eruas.

☿ Auribus prouehi dicimur,quando audientes aliquid delectabile laborem pedum nõ ſentimus,tanq̃ aures nos vehant. Apuleius, Me vſq; ad iſtam ciuitatis portam meis auribus prouecto.

¶ Auritus,a,um,pe prod.quod magnas habet aures. Verg. Auritoſq; ſequi lepores. Et auritus dr̃ qui bñ audit. Hora.lib.carmi. Doctus auritas fidibus canoris Ducere quercus. ☿ Auritus populus apud Plaut.in Aſina.i.populus auribus intentus.

¶ Auricularius ſecretarius,cõſiliarius. Hierony.lib.ij. Reg. Fecitq; eũ ſibi Dauid auriculariũ a ſecreto, & Auricularius dicitur medicus.

¶ Auricularius,a,um,qđ ad aures ꝑtinet. vñ auriculariũ ſpecillũ dicimꝰ. Similiter auricularis & hoc auriculare. vt Verminatio auricularis,cũ putridę aures vermibꝰ ſcatẽt. ¶ Auriſcalpiũ,inſtrumẽtũ quo aues purgantur.

✤ Auritaurus,mõs Tauro oppoſitꝰ Caucaſꝰ. Sed librariorꝝ vitio id verbũ deprauatũ eſt,vt plæraq; alia & Auritaurꝰ ꝓ Auritauro legẽdũ ἀντὶ ei contra ſignificãt. Cc

¶ Aureæ,ſunt fręni qui circa aures equorum religant̃, immo pars habenæ quæ circa aures ponitur.

¶ Aurunci barbę caprarꝝ. Vnde & pro barbatis hominibus poni ſolet.

¶ Arunica vrbs quam condidit Auſon Vlyſſis & Calypſus filius,fluuius ſiue Cyrce.

☿ Auſitis,idis,regio eſt,quæ Hebraicę dicitur Hus,in qua natus eſt Iob.

¶ Auſonia olim pars Italiæ dicebat̃,in qua ſunt Beneuẽtum. Tarracina ab Auſone Vlypſis & Calypſus filio nũc autẽ ꝓ tota Italia ſumit̃,q̃ Apẽnino finit̃. Inde Auſoniꝰ,a,um,& Auſon ꝓ eo q eſt ex Auſonia. auſonium mare pars Ionij eſt,Brutiã alluit,a Tarẽto incipit,tamẽ cur dicat̃ aliter ſcribit Suidas, αὐσόνιον, ἰταλῶν καὶ αὔσονες οἱ βασιλεῖς παρὰ τοῦ αὔσω τοῦ τολμῶ, οἱ πάντα ἐπιτολμῶντες τῷ προστάγματι καὶ αὐσόνιος πόντος, ἡ θάλασσα σικελική ἀπὸ αὔσονος τοῦ Ὀδυσσέως καὶ καλυψοῦς υἱοῦ ἐκεῖ βασιλεύσαντος,

✤ Id eſt Auſoniorũ Italorꝝ, & Auſones reges ab αὔσω Audeo õia audẽtes mãdato,& Auſoniũ mare qđ Syculũ mare ab Aſone Vlyſſis & Calypſꝰ filio illic regnãte.

¶ Auſculto,as,cũ accuſatiuo ſignificat audio. ☿ q̃ diligẽter attẽdo:hinc illud Catonianũ, Auditis enĩ nõ auſcultatis tãq̃ pharmacopolã. Aliqñ obœdio,ſed cũ accuſatiuo. Plaut. Tũ illũ ſũmiſſe loquẽtẽ auſcultabã,cũ datiuo obedio. Terẽ.in And. Pãphilũ ne adiutẽ,aut auſcultẽ ſeni. Itẽ aſpicio,cerno. Afra. Ludos hinc auſcultaui procul. Auſcultare autem veteres pro oſculari dicebãt. Plautus. Et inter ſeſe auſcultãt,& columbatim os cum ore conſerunt. Et tunc ab oſculo,hoc eſt ore deducitur, quod auſculum dicebant.

¶ Auſpiciũ quaſi auis ſpeciũ,ab auiũ ſpectatiõe dr̃ ſicut auguriũ quaſi auiũ garriũ ab auiũ garritu & voce & garriẽdo. Auſpiciũ ab auiũ volatu fit. Duo ſunt auſpiciorũ gña, Vnũ ad oculos,alterꝝ ad aures ꝑtinẽs. Ad oclos volatus,ad aures vox auiũ. Thireſias Thebanꝰ primus auſpicia auiũ inuenit. Vide etiã in dictione Augur. Vergil.pro poteſtate poſuit. Cõmunẽ hũc ergo populũ paribuſq; regamus Auſpicijs. Ab eo quod pręcedit ad id qđ ſequit̃,ꝙ iiſdẽ auſpicijs creati conſules parẽ habẽt poteſtatẽ. Auſpiciũ antiqui curioſiſſime obſeruabant, adeo vt nihil publice ſine auſpicijs nec domi nec militiæ gereret̃. Vñ auſpiciũ capit̃ qñq; ꝓ ductu & fortuna, quia dux belli anteq̃ iret in expeditionẽ auſpicia capere ſolebat, Quandoq; capitur pro præſagio.

¶ Auſpices,qui auſpicio præſunt,quos idẽ eſſe qđ augures. Cic.his verbis declarat, Quid de augurijs loquar tuę ꝑtes ſunt: Tuũ inquit auſpitiorꝝ patrociniũ eſſe debet. Quãobrẽ hi augures auſpiceſq; dicebãtur, & auſpices qui p̃poſiti ſunt celebrãdis cõnubijs ex ꝑte viri. nã ex ꝑte vxoris ꝓnuba dr̃,quia auſpiciũ ꝓ nuptijs capere ſolebant. Aliqñ auſpex capit̃ ꝓ eo q dux militiæ eſt. Hor. Nil deſperãdũ Teucro duce & auſpice Teucro.

¶ Auſpicor auſpicium capio vel incipio tam in bonum q̃ in malum ꝓpterea ꝙ nihil veteres rei magnæ ordiebantur niſi auſpicato. Suet,in Aug. Militiam auſpicantibus non Tribunatum modo legionum,ſed etiam præfecturas alarum dedit.i.militiam incipientibus & fœlici auſpicio inchoantibus. Plin.lib.vij. At homo infœliciter natus,iacet manibuſq; pedibuſq; deuinctis, animal cæteris imperaturum,a ſupplicijs vitã auſpicatur. Col. lib.xij. Poſſit ab idibus Ianuarijs auſpicari culturam officia. Inauſpicatus non auſpicatus, vſitatũ eſt veteribꝰ ſic dicere,ſi quid aliqñ aliter eueniſſet q̃ vellent.

★ Auſpicatam rem dicimus quę auſpicijs probata eſt. Auſpicato aduerbiũ. Terẽ. Haud auſpicato huc me appuli.i.nõ fœliciter. Quintilianus, Itaq; apud illos Homerus ſicut apud nos. Vergi. Auſpicatiſſimum dederit exordium,id eſt feliciſſimum.



¶ Auſter,ventus meridionalis, ab hauriendis aquis dictus,licet quandoq; non aſpiretur in principio. Nã nebuloſus atq; humectus eſt,qui etiam Notus græce eadẽ ratione appellatur,quoniam νότις latine humor dicitur. Ponitur tamen quandoq; pro alijs ventis. Ab auſter fiunt duo adiectiua, Auſtrale & auſtrinũ. Sed hęc nõ abſurde per h ſcribi videntur.

¶ Auſterus,a,um,penulti.ꝓdu.gręca dictio,quę apđ nos ſignificat acre,aſperum,immite. Horatius in Ser. Moliter auſterum ſtuſtio fallẽte laborẽ,græce αὐστηρός.

✤ Auſtraria, inſula eſt in oceano ſeptentrionali, aliter Gleſſaria dicta. Cc.

¶ Auſtro,ſtras,ſignificat humecto. Plaut. Auſtrati ad ignem ſedent.

¶ Auſtrũ,radius rotæ. Lucretius lib.v. Vt fluuius verſare rotas,atq; auſtra.

¶ Auſugani, populi ſunt inter Fęltriam & Tridentum ab Auſugo opido dicti. Nunc vallis Sugana vulgo appellari ſolet. ☿ Vbi lanę copia fit.

¶ Aut,coniunctio ſeparatiua. Verg. Aut onera accipiunt venientum,aut agmine facto. Aliquando dubitatĩa vt aut librũ volo,aut pretium. Si ſemel ſubijciatur, diminutiua eſt,vt aut age diuerſas. Quod enim grauiſſimum erat,Iuno optauit. Aliquando coniunctiua,vt aut Dauni Magne pater diuum miſerere. ☿ Quandoq; ſignificat pro tempore, vt, Aut ante ora deum pingues ſpatiantur ad auras Inſtaurat donis edulas, id eſt nunc ante ora deum.

☿ Autolicus, fur maximus perhibetur auus Sinonis, q equum in Troiam introduci fecit. Alter fuit Parnaſi incola,de quo Strab.libro.ix.ſcribit, ꝙ furto vicinorum bona ſurripuerit.

☿ Autochthones Epitheton Atticorum eſt quaſi indigenæ,& in eodem nati ſolo,quod incolant eiuſq; terræ primi cultores. Non enim aduenę ſunt Attici,neq; paſſim collecta colluuies originem vrbi dedit. Sed vt hiſtorici tradunt,quæ illis ſedes eadem origo eſt. Apud Cic. ad Atticum αὐτόχθον in homine vrbanitas pro ingenita & natiua,non autem inſitiua & alienigena.. Suidas in ethimologico Autochthonas ſcribi dici, præter Athenienſes Arcadas quoq; & Eginetas.

✤ Authenticum dicimus græcos ſecuti,quod latine authoretum diceremus. Cc.

✤ Autem pro ſed,ſiue verum. Cc.

¶ Automedon pe.cor.nomen aurige Achillis.

¶ Autolecythus,penul.cor.mendicus ſcurra, græcum eſt αὐτολήκυθος ſed λήκυθος eſt vt vrceolus olei, αὐτὸς ipſe quoniã nec aliud poſſidet ait Suidas. Iu. de Codro vrceoli ſex, & ſubdit καὶ γὰρ ἔχομεν ἐν ταῖς λυκήθοις ἀργύρια & multa alia.

¶ Autographum dicimus propria ipſius manu ſcriptũ Gręci αὐτὸν ipſum dicunt γράφω ſcribo. Vnde autographa epiſtola apud Sueto.in Aug. ipſius manu ſcripta ſignificatur. Antigrapha vero reſcripta.

¶ Autocineton pe.prod,græce αὐτοκίνητος ſeipſũ mouens,& non ab alio mouetur.

☿ Autodidactus, qui ſeipſum magiſtrum habet qualis fuit diuus Augu. eccleſiæ doctor eximius.

¶ Automata, ſunt inſtrumẽta arte mœchanica,ita ſubtiliter fabricata,vt ſua ſpõte nullaq; apparẽte cauſa moueãtur,qualia ſunt horologia, machineq; verſatiles. Automatõ enĩ interpretatur vltroneũ,& ſuæ ſpontis. Scribit Victru.hydraliticas machinas,& aquarũ expreſſiones automatas a Cteſibio primo repertas fuiſſe,vbi automata appellat mœchanica inſtrumẽta,q̃ per ſemetipſa moueantur. Mors natalis & fatalis dr̃ a Demoſthene αὐτόματος quaſi ſuę ſpontis,& nulla extrinſecus vi coacta. Demetrius Moſchus Laconicus λέγεται ὅτι μαίομαι δ' ἰαρυμαίνεποιη. ✤ Ideſt dr̃ ꝙ μαίομαι, id eſt impulſus ſũ aliquid facere.

☿ Automalę a gręcis dicũt̃ ꝓfuge. Põ. ſcribit Aethiopũ alios vocari a vitę ſpatio Macrobios, alios,q ex Aegypto aduenere automalas. Ita enĩ gręci ꝓfugas appellant. ¶ Autonomus,penul.corre.q viuit ſuis legibus.

¶ Autonomia libertas viuẽdi ſuis legibꝰ παρὰ τοῦ αὐτονόμος. ¶ Auturgus artifex ꝑ ſeipſũ faciẽs. Auturgia manualis operatio αὐτὸς καὶ ἐργάζομαι, Ideſt ipſe & facio.

☿ Autopyrus,pen.cor.fermentum dicitur,qui & cymitis,non ꝙ fermentatus omnis gręce dicatur autopyros ſed ꝙ ponis autopyros vtilior ad ea ſit quoties fermentum accepit. Igitur panis autopyrus, qui & ſyncomiſtꝰ dicitur ex eo nomen habet, ꝙ non ex tritici parte ſit, ſed ex ipſo plane toto,pyrnos & anaractos Hippocrati vocatus πυρνος panis ἀναράκτος communis publicus. πυρός triticum proprie dicitur.

☿ Autoſchedios αὐτοσχέδιος forma rudis.

¶ Autumo,as,pe.cor.exiſtimo,cenſeo,affirmo. Plau. Niſi hoc ita factum eſt perinde vt factum eſſe autumo, non cauſam dico eum,quin ſimiles probri.

☿ Autumnus ab augendo,ꝙ tunc maxime augeãt̃ opes coactis agrorꝝ fructibus. Ideo Cypri.ad Demetrianum, neutro gñe vſus eſt. Nec adeo arboreis fœtibus autumna fœcunda ſunt. Hinc autũnitas autũni tempeſtiuitas, ſicut Oliuitas quando olea legitur. Hinc autumnale adiectiuũ,vt tp̃s autumnale,& ideo per c ſcribendum eſt.

¶ Auxilium ab augeo,qm̃ augebãt numerũ ij,qui accedebant alienigenę. Proprie enĩ dr̃ ſociorum quũ legiones ex Romanis cõſtent. Inde Vege.libro.ij. de re mili. Auxiliares ex diuerſis locis veniunt,& legionibꝰ ſemper auxilia tanquam leuis armatura in legione iungebãtur,vt in his pręliandi magis adminiculum eſſet quam principale. Inde apud hiſtoricos legionarij & auxiliarij diſcretim ponuntur,

¶ Auxiliaris & auxiliarius vtrũq; dr̃ ꝓ eo,qui in auxiliũ alicuius venit. Aſinius pol. Militẽ nõ modo legionariũ,ſed ne auxiliarium quidem vllum quoq̃ miſi.

¶ Auxiliari ſignificat adiuuare,auxilio eſſe,& tã accuſatiuo q̃ datiuo cõſtruit̃,quandoq; etiã genitiuo. Hierony.in Eſa. In die ſalutis auxiliatus ſum tibi.

✤ Auxilia. Vide in dictione Aula.

¶ Auximum pe.prod. Piceni vrbs, a qua Auximates, populi dicti ſunt,vt inq̃t Strab. Vulgo Oſmum dicitur.

## A ANTE X.

AXamenta,carmina quæ & Salijs in vniuerſos homines componebantur.

✤ Axantos,inſula eſt in Oceãno ſeptentrionali. Cc.

¶ Axenus inhoſpitalis ab a & ξένος,ſine hoſpite ſic olĩ dictus ſinus Pontici maris.&c.non profundus,ſed fluctuoſus & feruens,olim excolentiũ ſęuo ingenio, poſt commertio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus,dictus euxinus,ideſt bene hoſpitalis. Ouid.tamen ob frequentes procellas falſo ſic nominatum dicit, Euxinus falſo nomine dictus habet. Idẽ Quem tenet Euxinus mendax cognomine Pontus.

¶ Axinomãtia cũ accẽtu in pen,genus magicę diuinationis per dolobellas ſecureſq;, quas Græci axinas vocant. Vnde Plin.lib.xxx.ſcribit peluibus ſecuribus ac multis alijs modis diuina magos promittere.

¶ Axare antiqui pro nominare poſuerunt. ✤ Axies mulieres dicebãtur ſiue dij vna aliquid agentes. Cc.

¶ Axis in cœlo ꝓprie ſignificat diametron mũdi. Eſt enĩ linea imaginata q̃ ab vno mũdi cardine in alterꝝ tẽdit. Apul.in Coſmo. Eos polos dicimꝰ a quibꝰ velut a cardinibus axis eſt ductꝰ diuiſor & diſcriminator mundi orbẽ terrę in medietate cõſtituẽs. Duo ſunt autẽ axes qui & cardineꝰ dicũtur ꝙ circa eos rotari orbis videat̃, & poli a gręcis vocãtur, Nã vt quidã putãt axis ab agẽdo,ideſt mouendo deducitur. Et axit pro egerit veteres vſurpauere. Vnus Auſtralis ſiue Antarticus. hoc eſt artico oppoſitꝰ q terræ obiectu a nobis cerni nõ poteſt.

Alter ſeptentrionalis ſiue arcticus, ſiue arctous, aut Borealis, qui nunq̃ occidens ſemper conſpicitur. Ver. Hic vertex nobis ſemper ſublimis at illum Sub pedib⁹ Stix atra videt, maneſq; profundi. Hic pro ſeptẽtrionali parte ponitur, q̃ hic polus duntaxat nobis notus ſit, circa quem orbis vertatur. Item axis dr̃ ſtipes ſeu lignum teres circa quem rota currus vertitur. Vergil. lib. iiij. Georgi. Poſt valido nitẽs ſub pondere faginus axis. Hinc Grȩci ἄξονα dicunt. Licet quãdoq; pro toto curru capiatur, vt apud Iuuenalẽ, Dignus Aricinos, qui mendicaret ad axes. Item axis dr̃ totum cœlũ, vt, Axẽ humero torquet, ideſt cœlum ſuſtinet. Dr̃ & axis circa quem aliquid agiꝛ hoc eſt moueꝛ. vñ actioſi factioſi, q̃ vna quid agerent, facerentq;. ☿ Item axes tabulȩ ſextiles ſunt inquit Feſtus, vnde coactio, i. contabulatio, aut ſtipites teretes. Et axis quoq; fera eſt in India, humili pelle pluribus candidioribuſq; maculis.

¶ Axilla locus concauus ſubter brachiũ vbi naſcuntur pili. Inde fit ala, vt inquit Cicero.

¶ Axungia, interior porci pinguedo inueterata ab axe plauſtrorum vngendo dicta, vt facilius circa eũ rota vertatur. Hȩc q̃to vetuſtior, tãto vtilior eſt & multas vires habere crediꝛ, qm̃ id animal hȩrbarũ radicibus veſcitur Plinius, Folijs cum axungia ſtrumas diſcutit. Dicitur & axugnia. Idem lib. xx. Et ſylueſtri ruta cum axugnia veteri illitos ramices ſanari produnt.

¶ Axioma penultima produ. a Varrone ꝓfatũ, & proloquiũ dr̃ a Cicerone lib. j. Tuſcul. pronũciatũ ſiue proloquiũ. Et eſt ſententia in qua nihil deſyderatur, vt Annibal Pœnus fuit. Scipio numãtiã deleuit. Et omnino quicquid ita dr̃ plena & perfecta verborum ſententia, vt id neceſſe ſit, aut veꝝ, aut falſum eſſe, id a dialecticis axioma appellatum eſt, alibi Cicero dixit, Fũdamentũ dialecticȩ eſſe axioma, quod ait eſſe quaſi effatũ. Eſt ꝑterea axioma, i. ꝓnunciatum, quod alij adiunctũ, alij cõnexũ dixere. Id tale eſt. Si Plato ambulat, Plato moueꝛ Si dies eſt, ſol eſt ſuper terram. De hoc Martianus Capella. lib. dial. intelligi volẽs, ſic ait, Quod fuerit ex nominatiuo caſu nominis, & tertia verbi perſona coniunctiuũ proloquiũ dicitur. Ergo miſer eſt. M. Craſſus ſed trahant alij. & vſurpent quantum velint huius dictiunculæ ſignificationem grȩce tamen dicitur ἀξίωμα, id eſt dignitas, poſtulatio, ἀξιόω probo, dignum facio, peto, dignor, rogo, volo, cenſeo.

¶ Axius fluuius Paphlagonum per Mygdoniam fluẽs Plinius libro. iiij Mox Antigone Europis Axium amnem eodẽ nomine alius, per quod Rhedias fluit. Axiũ vrbs in Myſia inferiore.

¶ Axus Macedonum fluuius Axos vrbs Cheroneſſi Thraciæ. ☿ Axos etiam Græci crepidines vocant.

¶ Axon Ionum fluuius in minore Aſia. Axona flumẽ in extremis Rhemorum.

☿ Axona Græci vocant ſecundam ceruicis vertebram q̃ ſit immobilis, quaſi axis.

☿ Axonos pe. prod. Nam Græce ἀξωνος appellatur, qui præcinctus, hoc eſt ſtrenuus eſt.

## A ANTE Z.

AZana, Aethiopiæ regio, quæ ſinũ rubri maris barbaricum appellatum obtinet, a qua Azanum mare dictum eſt, a Plinio lib. vj.

☿ Azanium fons quidã, vt inquit Eudoxus cuius aquã guſtantibus vini tædium veniat, intantum vt ne odor quidam eius feratur. Victru. & Plin. aſſerunt talem fontem ſiue lacum fuiſſe in agro clitorio.

¶ Azelos penultima producta, latine dici poteſt ſine amore, infœlix, ſine inuidia, ab α priuatiua ζῆλος etiam multa alia ſignificat.

¶ Azimus pen. cor. cum y apud nos dicitur ſine fermẽto ζύμη enim fermentum dicitur.

¶ Azotus pen. prod. vrbs Syriȩ, a qua Azotius, a, um, vt viri Azotij, qui Azotum habitant.

## B ANTE A

BLitera muta eſt, quæ non in ſonum ſuum, ſed in ſonum e literȩ finitur. Nam Grȩci vita nominant. Gerit virtutem & poteſtatem mediam inter p, & ph. Quare nos ob literarũ affinitatem dictiones grȩcas traducentes, nonnunq̃, p, & , ph, in illam conuertimus vt quũ apud Græcos πύξος ſcribatur, apud nos buxus. Et quod illi ἄμφω nos ambo tranſcribimus. At econtario quod illi cũ b ſcribũt cum ph traducimus, vt θρίαμβος triumphus. Conuertiꝛ quãdoq; b in u, euphoniæ vel differentiæ cauſa, vt aufero pro abfero. Aufugio pro abſugio. Tranſit etiam in f, vt ſufficio, in c, vt occurro, in g, vt ſuggero, in m, vt ſũmito, in p, vt nubo, pſi.

☿ Baal ait Auguſt. eſt nomen apud Aſſyrios, quod daꝛ Ioui. Nam Baal Punici videntur dicere dominum, vnde Baalſamen, quaſi dominũ cœli dicunt, ſamẽ quippe apud eos cœlum appellatur.

✣ Babactes, vnum ex nominibus Bacchi ἀπὸ τοῦ βάζω, id eſt clamo, Vide Bactes.

¶ Babylon pe. cor. nomẽ principalis vrbis in Chaldȩa Et apud nos confuſio, vel tranſlatio diciꝛ ꝓpter linguarũ cõfuſionẽ eorũ, qui ȩdificabãt turrim, cuius altitudo quinq; miliũ centũ ſeptuaginta quatuor paſſuũ fuit. Hebrȩi nãq; Babel confuſionẽ appellant. Hæc vrbs adeo nobilis fuit, vt Chaldȩa tota, & Meſapotamia a ſe Babylonia dicta fuerit. Et prius quidam dicebatur ciuitas regni Nembroth, in qua coꝝ qui ȩdificauerunt turrim lõge diuiſæ ſunt linguæ, quorũ prĩcipem fuiſſe Nẽbroth gygantem Ioſephus affirmat. poſtea a Nino, vel Semiramide inſtaurata, mœnibus ac ortis penſilibus, temploq;, ac arce maxime fuit admirabilis. Hæc campi planicie vndiq; conſpicua, natura loci lȩtiſſima, caſtroꝝ facie mœnibus paribus per quadrũ diſpoſita muroꝝ eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo. i. latitudo cubitorum. L. altitudine quater tm̃. Ambitus quadringentis octoginta ſtadijs circũuenitur. Murus coctili latere, atq; interfuſo bitumine compactus. Quem tam latũ fuiſſe quidam ſcribunt, vt quadrigȩ ſibi inuicem occurrentes facile pertranſire poſſent. Vnde & inter ſeptem ſpectacula orbis numeratur. Foſſa extrinſecus late patẽs vice amnis circũfluit. A frõte murorũ centũ portȩ ȩreæ, & Euphrates in ea fluit. Hæc vrbis quum aliquando defeciſſet, & ſemiramis circa cultũ corporis occupata eſſet ſoluta adhuc altera crinium parte ad eam recuperandã cucurrit, nec prius decorem capillorum redegit in ordinem q̃ vrbem in ſuam poteſtatem reſtitutam vidit. Babylon maxime celebrauit intexere colores diuerſos picturæ, & nomen impoſuit. Babylonica enim appellantur. In Babylonis regione eſt Seleucia, & Berillus in ea reperiꝛ. A Babylõ fiunt Babylonius, a, um, & Babylonicus, a, um, Vnde Babylonios dicimus, qui ex Babylone ſunt. Et captiuitatem Babylonicam.

★ Babylonyca ſubſtantiue ſunt vela varijs coloribus intexta, quoniam Babylon ea intexuit primum,

☿ Babe aduerbium græcum, qui nos pro interiectione negligentis vtimur. Babȩ cautio eſt inuicem ſibi reſpõdentium.

¶ Bacca per dupplex cc, cõtinet intra ſui nominis ambitum fruct⁹ diuerſoꝝ generũ, lauri, oliuȩ, corni, myrti, & alioꝝ hmõi. Eſt & bacca lapis præcioſus ſiue vnio.

¶ Baccalia arbor eſt, quam & auguſtam appellant, de qua in ſuperioribus. Cc.

¶ Baccatus, a, um, quaſi baccis, hoc eſt lapilis prȩcioſis & margaritis ornatus. Verg. Colloq; monile Baccatum.

✣ Baccifera, ferens baccas, Cc.

¶ Baccula diminutiuum parua bacca. Pli. lib. xxv. Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferũt bacculas paruas vt Cappari.



¶ Bacchar, aris, pe. cor. gñis fœ. hȩrba eſt radicis odoratȩ ad cynnami ſimilitudinẽ hȩderȩ pœne folijs rotundiorib⁹ mollioribuſq;: Quidã nardũ ruſticũ vocant. Ex hac radice fieri ſolebat vnguentũ, qđ baccariũ dicebaꝛ. Valet hȩrba contra faſcinationes. Vnde Verg. Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

¶ Bacchar, cum h, genus eſt vaſis vinarij, quod & baccharium dici poteſt.

¶ Bachus Iouis ex Semele filius, putatus eſt deus vini, & ꝓ ipſo vino poni conſueuit. Hic multinomi⁹ fuit. Nã Dionyſi⁹. Deinde liber pater. Poſtmodũ cũ bellaſſet in India, & multas ſecũ habuiſſet fœminas, q̃ bacchȩ dibãtur Bacchus. Idẽ Oſiris, Qñq; Priapus, qñq; Bromius, qñq; Brotin⁹ dict⁹ fuit. & Lençus. Hic orbẽ fere terrarum peragrauit, multas nationes domuit, Indos debellauit, & primus oĩm triũphauit vectus Indico elephanto, vt ſcribit Diod. Prim⁹ emere ac vẽdere inſtituit, & diadema regũ ac triumphum inuenit. Dictus Bacchus ἀπὸ τοῦ βακχᾶν. i. ebrius ſum, & clamo q̃ in Bacchanalib⁹ clamores fierent Vel vt ſcribit Diod. a mulierib⁹ q̃ illũ Bacchantes. i. furentes ſequebanꝛ. Vel ab incondito vlulatu quẽ lymphatȩ mulieres in eius Orgijs edebant adiecta, c, litera, quo vaſtior ille Mœnadum Sonus in ipſo dei nomine redderetur, inquit Euſta.

¶ Bacchas, Bacchi ſacrificula, q̃ & Bacchis, dis. Et baccha villa quȩdam circa Mœotidem.

¶ Bacchius, a, um, poſſeſſiuũ eſt a Baccho, ſiue Bacch⁹. Col. Pierij nemoris Bacchȩa voce fremẽtũ. Bacchius ſubſtantiuũ genus pedis eſt ex tribus ſyllabis conſtans, quarũ prima breuis eſt reliquȩ lõgȩ, vt honeſtas, hoc pedis genere vtebãtur in carminibus ſacrorũ Bacchi. Cui contrarius eſt Antibacchius.

¶ Bacchium, genus vaſis vinarij, quo in ſacrificijs Bacchi vtebantur.

¶ Bacchanal vel bacchanale, locus in quo Bacchi feſta celebrabantur. Plau. in Au. Ad Bacchicas veni in Bacchanale coquinatum.

¶ Bacchanalia, q̃ & Dionyſia Bacchi feſta, in quib⁹ viri ꝑ noctẽ fœminis, & tenerȩ ȩtati turpiter miſcebanꝛ per dolũ. Vñ eſt illud Iuen. Qui Curios ſimulãt, & Bacchanalia viuunt: hȩc a multis Grȩciȩ vrbib⁹ triẽnio quoq; celebrabanꝛ. Sciendũ q̃ nomina dierũ feſtorũ tm̃ pluraliter declinanꝛ, & genitiuum pluralẽ tam in orum, q̃ in ium, terminant, vt Bacchanaliorum, & Bacchanalium.

¶ Bacchari ꝓprie ſignifi. Bacchanalia celebrare ꝑ trãſlationẽ vero poniꝛ pro furere, vagari, diſcurrere. Veteres eñ quicquid vehemẽtius agitareꝛ Bacchari dicebant a Bacchantib⁹. Ver. Totãq; incenſa per vrbẽ Bacchatur. Quinetiã loca ipſa in quib⁹ eſſet bacchatũ, bacchata vocabãt. Ver. Virginib⁹ bacchata Lacȩnis Taygeta. Hie. ad Algaſiã. bacchari pro ſȩuire poſuit. Proprio cõtra ſe furore bacchanꝛ. Aliqñ etiã bacchatũ dr̃ Baccho dedicatum. Huius verbi compoſitum eſt debacchor.

☿ Bacchicus, a, um, idem quod Bacchius poſſeſſiuum.

¶ Bacchati aduerbiũ ſignificat more Bacchãtiũ. Apul. Quin igitur ſoror hunc primũ Bacchatim diſcerpimus.

¶ Bacchei⁹, a, um, poſſeſſiuũ. Ver. Bacchȩia dona tulerũt. ¶ Bacchides pen. cor. nomẽ ꝓpriũ viri quod apud nos luctus fortis, vel vetuſtas in vomitu dici poteſt.

¶ Bacchiadȩ dicti fuerunt, qui e Corintho exules in Sycilam deuenerunt, & vrbem inter Pachinum & Pelorũ ȩdificantes Siculi fami ſunt.

¶ Bacchilio fluuius, qui de Vincentinis mõtib⁹ defluit.

✣ Bactes, Bacchi nomẽ quẽadmodum & Babactes ἀπὸ τοῦ βάζω. i. clamo vociferor, ob bacchantium tumultuarium clamorem & quia madidi vino huiuſmodi voces emittere conſueuerunt. Cc.

¶ Bactra, orum, Scythiȩ ꝓuincia vltra Aſſyriã flumine Bactro cognoĩata. Ver. li. ij. Geor. Neq; bactra, neq; Indi Laudib⁹ Italiȩ certẽt. eſt & Bactra opidũ regionis ipſius caput ſub monte Paropaniſo, qđ ante zariaſtes dicebaꝛ. Ei⁹ prouinciȩ populi Bactriani vocati ſunt, quorũ rex fuit zoroaſtres magicȩ artis inuẽtor. ☿ Bactrianũ regnũ olim mille vrbib⁹ fuiſſe inclitũ ferunt. Hui⁹ gentis primus inſtitutor fuit (vt Ioſeph⁹ ſcribit) Geter fili⁹ Arã. Similiter Bactri idẽ dicuntur. Hier. Bactri canib⁹ ad hoc ipſum nutritis, obijciunt ſenes.

¶ Bactrianus, a, um, quod eſt ex Bactris, vt Bactrianus populus, Bactrianȩ mulieres prȩſtanti ornatu, atq; vnguentis vtuntur, & ab ancillis, & ſeruis multomagis, q̃ earum mariti cultȩ ſingulari quadam pompa equitantes exeunt auro, atq; lapidibus ornatȩ, nec caſte viuunt, ſed tam ſeruis q̃ conuenis permiſcentur, nec a viris accuſantur, quum eorum dominari videantur.

¶ Baculus & baculũ vtroq; mõ dr̃. Nã apud grȩcos bactrõ neu. ge. dr̃. Oui. li. xv. Meta. Eſſe ſolet baculũq; tenens agreſte ſiniſtra. Cuius etiã diminu. ꝓtulit. Ci. li. ij. de fi. bo. Bacillũ aliud inflexũ & incuruatũ, aliud ita natum. A baculus fit bacillus, a quo imbecillus, a, um, & imbecille. Vnde imbecillitas pro infirmitate.

¶ Badius equus dicitur, cui eſt phœnicis color.

☿ Badizare ſignificat ire. Plau. in aſi. Demam hercle iã de hordeo tolutim ni badizas.

¶ Belua ĩmanis fera a vaſtitate, ſeu a violẽtia, vel a balatu a quocũq; ſit primã vocalẽ trahit a principali: quidã a bellũ deriuãt. Hĩc bȩluin⁹, a, um, qđ eſt bȩluȩ, vt bȩluina rabies. Amb. Tũ ipſa habitudo corporis ſuauis & grata, vt neq; bȩluina vaſtitas horrori ſit, nec gracilitas ĩfirmitati. ¶ Belutus, a, um, pe. pro. quod eſt beſtiæ ſimile.

¶ Beluata dicta ſunt tapetia a Plauto beluarum figuris picta intextaq;.

¶ Bȩluoſus, a, um, quod abundat beluis, vnde Oceanus dictus eſt beluoſus a bȩluarum multitudine & magnitudine, quȩ ibi ſunt, nam inter belluas marinas ſunt Balenȩ, Piſtris, Phyſeter & Orcȩ.

¶ Benacus pe. pro. lacus Ciſalpinȩ Galliȩ cuius litoris Salũdiũ Bixianũ opidũ adiacet. Hũc aiũt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire piſces; quos indigenȩ Carpiones vocãt nuſq̃ alibi repertos. Ex hoc Mintius fluuius excurrit in Padũ. De hoc lacu. Ver. li. ij. Geor. Fluctib⁹ & fremitu aſſurgens Bȩnace marino.

¶ Bagous lingua Perſica ſpado dr̃. Ouid. Quem penes eſt dominam ſeruandi cura Bagoe. Suidas autem noſter affert rationẽ. βαγώας ὄνομα κύριον ὃς ἦν εὐνοῦχος. ✣ Id eſt Bagoas nomen proprium, is fuit eunuchus.

☿ Bagrada pe. cor. fluuius q̃ iuxta Vticã labiꝛ apud quẽ ab Attilio regulo & a toto exercitu cũ baliſtis & catapultis ſerpens centum &. xx. pedes longus, occiſus eſt.

¶ Bahal numero ſingulari inquit Hie. Bahalim pluraliter eadẽ idola nominanꝛ ge. maſ. Vbicũq; eñ in fine hebraici ſermonis in ſyllabam legimus numero plurali eſt ge. maſc. Vbi aũt oth numero plurali ge. fœ. Ergo cherubin & ſeraphin plurali intelligim⁹ nũero ge. maſ. Interpretatur autem bahalim apud nos aſcendẽtes vel ſuperiores. Tñ duodecim cõpoſitores Suidæ ſcribunt ſic βάαλ τυρίων ἦν θεός. ✣. i. Baal Syrorum erat deus.

¶ Baiȩ, arum, ciuitas Cãpaniȩ ſecus Cãpanũ mare ſita a Baio Vlyſſis ſocio illic ſepulto. In hui⁹ agro aquȩ calidȩ ſunt & ad voluptatẽ, & ad varios morbos cõmodȩ. Syllius, Primores adſunt Capuȩ docet ille tepẽtes. Vñ ferãt nomẽ Baiȩ, comiteq; dediſſe Dulychiȩ puppis ſtagno ſua noĩa mõſtrãt. Hora. Nullus in vrbe loc⁹ Baijs prȩlucet amœnis. Hinc fit Baianus, a, um, vt ſinus Baianus, qui hinc Muſeno monte, illinc Puteolis claudiꝛ.

¶ Bayȩ cũ, y, grȩca palmatũ folia dñr. Hier. Cubile eis de folijs palmarum, quas bayas vocant, contextũ erat.

¶ Baiul⁹ pe. cor. operari⁹ & ꝓprie q̃ vecturas onerũ corpore ſuo vict⁹ q̃rendi gr̃a, portat. Sic baiulo, as, porto. Plau. in Aſi. Ego baiulo, tu vt decet domũ ante me ito inanis. Forte baiulo iñ dictũ, quia nutricius Bailus, nutrix Baila vulgo dicuntur, & merito quia baiulãt vlnis, quos nutriũt. ¶ Baius vn⁹ ex ſocijs Vlyſſis, vide Baiȩ.

¶ Balius color a quibuſdam accipiť ꝓ vario, a quibuſdã ꝓ ſpadice hoc eſt palmeo qualis eſt equorũ. Nã & baius vulgꝰ dicitur is, qm̃ ſpadices, hoc eſt palmarũ cũ fructu ſuo termites greci vocant βαία.

✤ Balanites gẽma ſubuiridis, & Corinthio ſimilis ęri, ſecante mediante flammea vena. Cc.

¶ Balanitę vuę a magnitudine.

¶ Balanitas, genus caſtanęe.

¶ Balanꝰ pe. cor. genus glandis. Acrõ dicit eſſe hęrba vnguentariã, & ab Hora. pro vnguento myrebolano poſitã. Mar. Hoc ex vnguento cõſtat, & ex balano. Hinc fit balanatꝰ, a, um, Perſius. Tũ cũ maxillis balanatũ gauſape pectis. Balanꝰ etiã a glandis ſpecie dr̃, id genꝰ aluũ ſubducẽdę, qđ clyſteris loco ſubdiť, cõſtat vt Iul. Pollux inquit ex adipe, ac nitro parte plurima. Itẽ Balanꝰ nomen eſt vrbis in Epiro. Balaninum vnguentũ quod fit ex glande myrobalani.

¶ Balęna cũ diph. belua marina, quã alij piſtricẽ, alij cetum appellant. Gręci φάλαινα phalęnã dicunt, quaſi cõſpicuam beluam conuerſa. φ. in b. Iuuena. Quantũ delphinis balęna Britannica maior.

¶ Balauſtrũ flos mali punici vtilis nõ modo medicinis, ſed etiã tingendis veſtibus, ĩ ſibi concolores fiunt. Et color ipſe diciť balauſtinus. Balauſus hęrba non multũ diſſimilis narciſſo.

¶ Balbus, qui vitio linguę non bene poteſt exprimere verba, & obſcure loquitur. Perſius, Rancidulum quiddã balba de nare locutus.

¶ Balbutio, is, pe. pro. balbutiui vel balbutij, itũ. Et eſt balbutire q̃dã linguę heſitatione & ꝯfuſione trepidare. Hora. in Ser. Balbutit Scaurũ prauis fultum male talis. Hie. Experiar q̃ hortamini affectu infantiũ more balbutientiũ, qui quecunq; audierint fari geſtiunt, cũ necdum poſſint ad plenum verba formare.

♃ Balbucinari ſignificat lingua balba loqui, ſicut ſenes, vt Cic. in Cato. de Metello.

¶ Baleares duę iſulę in Hiſpania funda bellicoſe, a teliſq; iactu, qđ gręce βάλλειν dicimꝰ appellatę, vel a Baleo Herculis comite ibi relicto. Gręci gymneſias dixerũt. Has vulgꝰ maioricã & minoricã appellat. Apud q̃s primũ inuẽta eſt funda, vt inquit Vegetius. Vñ Ver. li. j. Georgi. Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

✤ Inde Balearicus, ca, cum, vt vinum Balearicum. Cc.

¶ Balare ꝓpriũ eſt vocis ouis. Hie. vero in Tobia etiã hœdis dedit. Cuiꝰ cũ vocẽ balantis vix eius audiſſet dixit. Videte ne forte furtiuus ſit, reddite eum dñis ſuis.

¶ Balineũ & balinea dñr in priuatis. In publicis vero fœ. ge. & numero plurali tm̃, licet & balinea legať & balinearia. Cic. Eo latere qđ ꝓximum eſt balinearijs colũnas poſuerat. Sũt em̃ aquę calidę, q̃ cũ alię ad aliũ morbũ idoneę eſſent, qbus vtebanť, multitudinis potius, q̃ ſingulari vocabulo appellarũt. Differũtq; balneę a thermis, ꝙ thermę dicanť, q̃ natura ſunt calidę, balneę q̃ a nobis calefiunt igni, & in eas deſcẽdimꝰ vt lauemur, nã thermę dñr a gręco τερμον, qđ calidũ ſignificat. Et quippe q̃ a calentibus aquis aut a fornice igni calefacto lauandi ſudandive vſibus deputata, Thermas vocauere. Thermę balineęq; apud Romanos voluptatis & mundítiarum cauſa conſtitutę tã publicę q̃ priuatę. Balineis autem nomen inditũ eſt, quia gręci balanion dixerũt ꝙ anxietatẽ pellat ex animo, vt interp̃tať. Aug. lib. ix. cõ.

✤ Dicitur & balinearum.

¶ Balineę balineę q̃ melius dicentur. Nam gręci βαλανεῖον vocant.

¶ Balneator ge. cõ. q̃uis & balneatrix inueniatur, qui curam habet balinearum, qui & mediaſtinus dicitur.

✤ Baleaticę cochleę, quas cauaticas appellant, quia in ſpeluncis naſcantur. Cc.

¶ Balneatoriꝰ, a, um, qđ ad balneandũ ꝑtinet. Mar. Iuriſcõ. Inſtrumẽto balneatorio legato balneatores cõtinenť, qm̃ ſine his balineę vſum ſuũ p̃bere nõ poſſunt.

¶ Balneolum cũ accentu in antepe. dimin. eſt. Iuue. Cũ iam noti celebreſq; poetę Balneolũ gabijs, Romę cõducere furnos Tentarent.

♃ Balnearia dicunť generaliter oĩa ad vſum balineorũ pertinentia, vt ſtrigiles ampullę olearia linthea. Apu. lib. iij. Milo iuſſit balnearibꝰ aſſequi. Balnearia ſubſtantiuum ſumitur pro balneis.

¶ Balnearius, a, um, idẽ qđ balineare. Vñ ſcribit. Vlpi. fures balinearios extra ordinem eſſe puniendos. i. qui in balineis aliquid furantur.

¶ Balliſta per geminũ, ll, tormentũ muros cõcutiens, a βάλλω iacio vulnero. Oui. li. j. de triſ. Quã graue balliſtæ mœnia pulſat onus. Lu. ꝓ iſtrumẽto haſtã quãdã iaciente poſuit. Neq; em̃ ſolis excuſſa lacertis Lãcea, ſed tenſo balliſtę turbine rapta, Haud vnũ cõtẽta latꝰ trãſire qeſcit. Val. Max. li. j. ĩ fine accipiť ꝓ ſaxo maiori, qđ machina mittiť, cũ inqt ad vltimũ balliſtarũ tormentis vndiq; petitã ſilicẽ crebris & põderoſis verberibꝰ ꝑcuſſe lectũ ẽ, etiã baliſtas talẽtarias eſſe, i. lxx. librarũ ſaxa, Noniꝰ Balliſtã appellat, q̃ ſaxa maiora iaciunť. Cic. li. ij. Tuſ. Vt em̃ balliſtę lapidũ, ita reliqua torm̃ẽta telorũ. De harũ balliſtarũ cõfectiõe ſcribit. Victru. lib. x. ꝙ ea magnitudine formẽť vt lapides. cxx. põdo eiaculenť. Sciendũ ergo eſt ꝙ balliſtarũ q̃dã maior dr̃, q̃d ĩ minor. Balliſtã maiorẽ Priſci dixere trabẽ validã itã libratã, vt cũ ps denſior põderibꝰ attracta deſcẽderet eleuata ꝑceritas ſua funiculis quos haberet alligatos funda ſaxũ maximi põderis lõge emitteret, eiq; maxime Bricolę nũc eſt appellatio, q̃q̃ Onagrũ maiorẽ ipſam machinã dixere. Hãc balliſtã inuenerũt Phœnices, vt docet Pli. Balliſta minor q̃ & manu balliſta dicta aliquando Scorpio, q̃ haſtã iacit manu tractabilis eſt, & ſubtilibꝰ puſiſq; ſpiculis ſcorpiõis iſtar, infert mortẽ, hinc ex balliſto, as. De his duobꝰ balliſtarũ gñibꝰ ſic ſcribit Vege. li. de re milita. Balliſta funibꝰ, neruis, chordiſq; tẽdiť, q̃ quãto ꝓlixiora brachiola habuerit, hoc eſt quãto maior fuerit tãto ſpicula lõgiꝰ emittit, q̃ ſi iuxta artẽ mœchanicã tẽpereť, & ab exercitatis hoĩbꝰ qui mẽſurã eius ante collegerint dirigať, penetrat quodcũq; percuſſerit Onager aũt dirigit lapides, ſed ꝓ neruorũ craſſitudine & magnitudine ſaxorũ põdera iaculať. nã quãto maior fuerit, tãto maiora ſaxa fulminis more cõtorquet. His duobꝰ generibus nulla tormẽtorum ſpecies vehemẽtior inueniť. Balliſta etiã dictus eſt mons apud Ligures. ♃ Balliſtarũ familia apud Parrhiſios nõ ignobilis, ex qua ꝓdijt Guido Balliſta regij ſenatus in lutetia & ęquiſſimꝰ, & cõſultiſſimus pręſes tum eruditionis, tũ ꝓbitatis fulgidiſſimum ſpecimen, qui anno domini ſupra milleſimũ quingenteſimo quartodecimo fato conceſſit, tanti viri obitum cunctis deflentibus. Elatuſq; eſt celebri põpa in heremitarũ diui Aug. baſilicam, dignus proculdubio, cuius memoria æternę, & nunquam interituræ memoriæ conſecretur.

¶ Balliſtariũ, locus vbi ſita eſt balliſta. Plau. Intenta eſt balliſta prope, quã ego haud multum poſt emittam e balliſtario. Vbi etiam balliſtam accipere videtur pro telo.

♃ Ballotę latine marubiũ. Dioſco. balloten romani μαρρούβιον appellant. ¶ Baltheꝰ & baltheum in ſingulari, in plurali neutrum tm̃ militare cingulum, vel zona bullis ornata. Var. ait. Qui gladiatores baltheum cingulum e corio habebant bullatum baltheum dictum.

¶ Balſamũ, arbuſcula ſola vni terrarũ Iudeę quõdã conceſſa neu. gene. viti ſimilior, q̃ myrto. Seriť malleolis vt vitis, & colles ĩplet vinearũ mõ, ſuſtinẽs ſeſe ſine adminiculis. Intra tertiũ annũ eſt fructifera, proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Opobalſamũ ſuccꝰ collectꝰ ex arbore. Nã ὀπός dr̃ ſuccus. pręferť omnibus odoribus, xylobalſamũ lignum balſami, ξύλον em̃ lignum. Inciditur em̃ vitro, lapide oſſeisve cultellis & ſuccũ emittit, quẽ opobalſamum dicunt eximię ſuauitatis. Summa opobalſami ꝓbatio eſt, vt lac coagulet, & in veſtẽ maculas nõ faciat. Hiero. tamẽ pro arboris ſucco balſamum dixit. Eſt



quaſi balſamũ nõ mixtum odor meus. Carpobalſamum fructus balſami. Carpos enim, latine fructus.

¶ Bambatium ſeu Bambitiũ, Cottonũ illud albiſſimum qđ nent mulierculę ad telas texẽdas. Hoc fiunt veſtes, q̃ vulgo bombycinę appellanť, q̃uis xylinę ſiue groſſipinę vl̃ groſſampinę vel gauſapinę dici debeãt a frutice q id fert, qui xylon groſſipion, ſeu groſſipinus vocatur.

✤ Bambia, ſpecies oliuę. Cc.

¶ Bambilius aĩal volatile, qui vulgo barbellꝰ dr̃, de quo Amb. li. Hex. Ferť hic corniger vermis, cõuerti primũ in ſpeciẽ caulis, atq; in eã mutari naturã, inde proceſſu quodam fieri bambilius, nec eam tñ formã, figurãq; cuſtodit, ſed laxis & latioribus folijs pennas videť aſſumere. Ex his folijs mollia illa Seres depectunt vellera, q̃ ad vſus ſibi proprios diuites vendicarunt.

♃ Banauſus dr̃ artifex, q apud ignẽ operať, baunos em̃ caminꝰ eſt, & qui ex hac artis venditiõe parat ſibi victũ banauſus vocať. Viles hoĩes gręci βαναύσους nr̃i mechanicos vocãt, & opifices hoĩes q in politica ſunt cõtẽptibiles. Ariſto. li. li. iij. poli. Optima ciuitas non fert banauſum. i. vilẽ artificẽ ciuẽ, banauſus etiã ſeruus diciť. Sed inter ſeruũ & banauſum. Idẽ li. j. poli. hoc intereſſe ait, ꝙ Seruus ſit, qui natura ſeruit, Banauſus, qui mercede.

♃ Banchus piſcis aſelligenus alterũ, in cuius cerebro lapillos molari forma contineri. Pli. ſcribit, & bãchus inter mugiles minimus, quem Ariſto. Chelonem vocat.

¶ Baphia dñr loca tincturę, in qbꝰ tinguť pãni nos tinctoria dicimꝰ. Lam. in Alex. ſcribit ꝓbũ fuiſſe baphijs p̃poſitũ. Bapha dicunť tincta, vnde dibapha biſtincta.

¶ Baptiſmus & baptiſmũ, & baptiſma, atis, latine ĩmerſio vel intinctio dr̃ a verbo gręco βάπτω ĩmergo. Grego. baptiſma gręco eloquio dr̃, qđ latine Tinctio, qa ibi hõ ſpũ gratię in melius immutatur, & longe aliud q̃ erat efficiť. Prius em̃ fœdi eramus deformitate peccatorũ, in ipſa tinctione reddimur pulchri, dealbatione virtutum.

¶ Baptę dicebãť viri tincti fucatiq;, qui ſacris intereãt inſtar mulierũ βάπτειν em̃ inficere, tingere, fucare. Pręterea Baptę fuit nomẽ comœdię veteris ab Eupolide ędita

✤ Baptes lapilli ſpecies, viridis ranę colorẽ habens, atq; ſpeciem, ſed batrachite mollior.

¶ Baptiſteriũ in quo quis lauať, q̃ſi lauacrũ & tinctoriũ & piſcina ipſa. Nã baptiſteria in domibꝰ ſunt veluti lacus quidã ex ligno aut lapide ędificati, in quibꝰ lauãdi gr̃a mergi ſolet. Hęc ĩ cellis. i. ĩ locis ſecretioribꝰ ſolent cõſtitui, quarũ alię caldarię ſunt in qbꝰ callida lauamur, alię frigidarię, in quibꝰ lauamur frigida. Pli. ad Apollinarẽ, Cella frigidaria, ĩ qua baptiſteriũ amplũ atq; opacũ Idẽ ad Gallũ Inde balinei cella frigidaria ſpatioſa, & effuſa, cuius in ꝯtrarijs parietibꝰ duo baptiſteria velut eiecta ſinuantur abunde capacia. Hęc eadẽ piſcinę dicunť latinę, & natatoria, & natatiões. Sido. Piſcina ſeu ſi gręcari volumus βαπτιστήριον.

¶ Barach nomẽ viri ꝓpriũ, & apđ nos ſignificat fulmẽ.

¶ Barachias, nomen viri, & benedictus ſeu fulgur domini interpretatur.

¶ Barabbas per duplex, b, & eſt Syra dictio ſicut & p̃cedẽtes duę, qua apud nos ſignificať filiꝰ patris. Cõponiť em̃ ex bar, quod apud illos filiꝰ diciť, & abba pater. Sedulius Tunc coluere bahal, tunc elegere barabbam.

¶ Baratro, luxurioſus diciť, vel guloſus, qui in barathrũ gulę mittit totum patrimonium.

♃ Barathrũ, ĩmenſę magnitudinis nomẽ eſt, quia βάραθρον. i. graue in aſpiciẽdo, βαρύς grauis. Nã ἀθρεῖν, aſpicere. Poniť ꝓ loco ĩmenſe ꝓfunditatis apud inferos, & ꝓ loco p̃cipiti, vñ qs emergere nõ poſſit. Diom. docet eẽ ꝓprie locũ Athenis, vñ dãnati p̃cipitabanť. Transferť quoq; ad alia. Mar. barathrũ fœmineũ ꝓ locis muliebribꝰ dixit. Idẽ ſtomachi imum hiatũ appellauit barathrũ, cũ ait. Extremo ructꝰ ſi venit a barathro. Hora. in Ser. vſurpat pro ingluuie & voragine. Sunt qui dicant barathrũ profunditatẽ eſſe a ſimilitudine loci, qui etiam in Aegypto ꝓfundiſſimi, cui nomẽ eſt Barathrũ. Apđ Demoſthenem ponitur pro pernicie.

¶ Barba vtroq; nũero, nõ ſolũ hoĩm, ſed brutorũ quoq; & aliorũ quadrupedũ eſt. Hor. li. j. Ser. Vtq; lupi barbã varię cũ dẽte colubrę. Pli. li. xxx. Cũ geminos trãſit Sol criſtis & auribꝰ & vnguibꝰ gallinaceorũ, ſi luna raſis barbis eorũ. Idẽ. li. xxviij. Afferunt & magi ſua ꝯmẽta primũ oĩm rabiẽ hircorũ, ſi mulceať barba, mitigari. Silius nũero plurali etiã de hoĩe dici poſſe oñdit li. xiij. Indociles nũc ꝓpexis in pectora barbis Verrere humũ. Huius noĩs cõpoſita poſſunt declinari ſecũdũ tertiã & ſecũdã declinationẽ vt imberbis & hoc imberbe, & ĩberbꝰ, a, um, qđ eſt ſine barba. Barbatꝰ vero dr̃, qui barbã habet. Et Barbire eſt barbã emittere. ♃ Barbiriũ poniť ꝓ barba. Apu. Hircino barbirio philoſophũ mentiebať.

¶ Barbapetre, herba eſt vulgo ſic appellata, a quibuſdã barbula hircinam in acetarijs laudatur.

¶ Barbo, genꝰ piſcis, ꝙ geminã barbã habeat in ĩferiore labro. Alio noĩe Mulꝰ dr̃. Cic. in parad. Barbatulos mulos nũcupauit. Gręce Trigla vocatur in viuarijs non creſcit. ¶ Barbitos pen. cor. ge. ma. fœmininiq;, & hoc barbitũ iſtumẽtũ muſicũ, qđ pulſať plectro vel calamo Hor. Age dic latinũ Barbite carmẽ Leſbio primũ modulate ciui. fœ. aũt ge. Sappho ad Phaonẽ, Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas. Neutro Auſo. hoc gñe, & chordas & plectra, & barbita cõde Gręce βάρβιτον dr̃.

¶ Βαρθγαδωθ, ὑιὸς λύπης φόβος τοῦ ἄρεως. ✤ Id eſt Barthgadoth, filius triſtitię, ſeu timor Martis.

¶ Barbari, factitio noĩe inqt Stra. dicti ſunt ab initio, q difficulter aſpe atq; duriter loq̃banť, q̃ſi duriloq, & craſſiligues queadmodũ blęſi atq; balbi dñr, q lingua ĩpediti ſunt. Oẽs igiť q craſſe loquunť barbari dñr, quales ſunt oẽs gẽtes p̃ter gręcos Pli. Plau. credo Neuiũ poetã latinũ, barbarũ dixit. Nũc etiã ad eos trãſlatũ eſt hoc nomẽ q ſunt latini, ꝙ hũmitiorẽ liguã habeãt, ac magis cultã. Qui etiã ĩter hos ſi qs nõ recte ꝓferat, barbare loqui dr̃. Et ꝑ metaphorã barbari dñr illiterati, malis moribꝰ, feręcrudeles. Interdũ barbarꝰ ſumiť ꝓ horrido feroq; intuitu. Pli. de quodã myrrhę gñe. Troglodytica mirrha aſpectu aridior eſt, ſordidaq; ac barbara, ab voce βάρβαρ qm̃ ĩ Gręciã aduẽtãtes eã vocẽ facerẽt, cũ ꝓnũciare gręce nõ poſſent. ¶ Barbaculus pe. cor. diminu. a barbarꝰ.

¶ Barbaria pe. cor. Barbarorũ regio, & q̃nq; accipiť pro gẽte ipſa fera. Hie. contra Ioui. Arabes & Sarraceni, & oĩs eremi barbaria camelorũ lacte & carnibꝰ viuit. Hoc etiã noĩe dicta ẽ iſula Gãgetis Indię fluuij, vt ait Ptolemæus. ¶ Barbaricꝰ, a, um, pe. cor. eiuſdẽ ſignifi. eſt q̃ cũ barbarꝰ hoc eſt ferꝰ & malis moribꝰ. Apul. Feris ac barbaricis moribꝰ. ¶ Barbaricum neu. ge. clamor exercitꝰ dr̃, ꝙ eo vociferandi genere barbari vtantur.

¶ Barbaries ad imitationẽ pertinet, & ſignificat inciuilitatem feritatemq;.

¶ Berbarica pauimenta ſunt, q̃ & ſubtegulanea vocanť ex teſtis tuſis rudere & calce, in Italia vero fuſtucę ſubijciebantur, propter quod carnea vocitata.

¶ Barbariſmꝰ, eſt cõtra Romani ſermonis legẽ, aut ſcripta aut ꝓnunciata vitioſe dictio. Fit em̃ in vna p̃te orõnis tm̃, latine diſſonans dr̃, & ꝓprie in ſoluta orõne fit, apud poetas metaplaſmus. i. trãſformatio vocať. Fitq; barbariſmꝰ duobꝰ modis ſcriptor & ꝓnũciatiõe. Et hoc quadrifariã. Adiectione, detractiõe, mutatione, trãſmutatione literę, ſyllabæ, tẽporis. Adiectione literę, vt relliquias Danaũ ꝓ reliquias, ſyllabæ, vt Mauor ꝓ Mars. Temporis, vt Italiã fato profugꝰ, vbi prima ſyllaba cũ corripi debeat producitur. Detractione literę fit barbariſmus, vt infatibus pro infantibus. Syllabæ, vt Salmentum pro ſalſamentum. Temporis, vt Feruere Leucatẽ, auroq; effulgere fluctꝰ. Mutatione literę fit barbariſmꝰ, vt Olli pro illi. Syllabæ, vt Pernuces pro pernicies. Tẽpore, vt vnius ob noxam. Transmutatione literę fit barbariſmus, vt Tymbre pro Tymber. Temporis, vt domi

nus penultima producta.

✣ Barbula hircina hærba eſt, de qua ſupra in dictione Barbapetio. Cc.

¶ Barbaralexis dictio pegrina ē, vt Gaza & Magalia.

☿ Barbaricarij textores, artificieſq; lithee veſtis q̄ ex auro & coloratis filis effigies hoim̄, & aīaliū̄ exprimū̄tur.

¶ Barcę vrbs in arida Libya, quā̄ Libyes metropolim habuerū̄t, ſic dicta a regina eorū̄ Barce, a qua Barcęi dicti ſunt eiꝰ incolę Hie. ad Dar. Lateq; vagā̄tes Barcęi, a Barca opido qđ in ſolitudine ſitum eſt, quos nū̄c corru pto ſermone Aphri Baricianos vocant. hi ſunt qui ꝓ lo corū̄ qualitatibus diuerſis nominibꝰ appellanť & a Mauritania Per Aphricā̄ & Aegyptum, Paleſtinā̄q; & Phœnicē̄ Cœloſyriam & Oſthohonē̄m, Meſopotamiam atq; Perſidem tendunt ad Indiam.

☿ Barce etiā̄ ciuitas Pentapoleos q̄ hodie Ptolemais dř.

¶ Bardaſenes, nomē̄ ꝓpriū̄ hiſtorici babilonij, q in duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas diuidit, quorum alterum appellat Bragmanas, alterū̄ Samaneos, qui tantę cō̄tinentię ſunt, vt vel pomis arborū̄ iuxta Gangem fluuiū̄ vel publico orizę & farinę alantur cibo. Et cū̄ rex ad eos venerit adorare illos ſolitus ſit. Hic doctrina cæleſtium oīm Chaldęorū̄ excellentiſſimus fuit: Huiꝰ mē̄tionem facit Euſe lib. vj. præpara, euange.

¶ Bardus, ſtultus a tarditate ingenij. Cęcil. Nimis audacē̄, nimiſq; bardū̄. Gallice vero dř cantor, qui virorum fortium laudes canit a gente bardorū̄, de quibꝰ Luc. plurima ſecuri fudiſtis carmina bardi.

¶ Bardiacꝰ, veſtis eſt. Mar. Laſſi bardiacus qđ euocati.

¶ Bardocucullus genꝰ veſtis oī tē̄pore cō̄modę, cū̄ qua etiā̄ cubare ſoliti erā̄t, imbriū̄ tē̄pore, in caſtris milites, & in agris ruſtici. Mar. Gallia Santonico veſtit te bardocucullo Cercopithecorū̄ penula nuper erat. Sunt qui dicant bardocucullum eſſe tegmen capitis villoſum, cuius vſus tranſlatus ſit a populis gallie qui dicuntur bardi.

☿ Bargilla, vrbs in Caria a Bellerophō̄tis comite Bargylo, quem Pegaſus occiderit: Vnde bargylitici campi.

¶ Barrhus elephas a cuius oſſis ſimilitudine dentes barrhi dicū̄tur. Horatius, Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis. Hinc barrhire dicuntur barrhi. i. elephā̄tes cū̄ vocem edunt, & barrhitus ipſa vox.

¶ Barritus, us, pen. pro. vox elephanti. Barrhitus etiā̄ dicitur Romanorum clamor militum, fit cū̄ vtręq; acies ſe iunxerint, Author Vegetius.

¶ Barrho vir fortis a quo fit diminutiuum barrunculus.

¶ Barrhis, idis, lingua Aegyptia ſignificat cymbā̄, q̄ vectat cadauera Agyptia ad ſepulchra. Prop. Barrhidos, & cō̄tis roſtra liburna ſequi. Alio noīe dř Epibatra. Barris etiā̄ dicta eſt ciuitas Phrygię. Ptolom̄. ait eſſe opidū̄ in piſidica pā̄philię p̄fectura. Significatq; id nomē̄ apđ Gręcos habitationū̄ frequentiā̄, vſurpantq; id ſacrę īter dū̄ literę pro ędibꝰ eburneis. Nā̄ & poetę elephantos barrhos vocā̄t. Pręterea qdā̄ Indię fluuiꝰ Barrhis dř.

¶ Bariona pe. pro. dictio ſyriaca, qua ſignificať filius columbę. ☿ Barriciani. Vide in dictione Barcæ.

¶ Barnachida, æ, veſtis genus, quā̄ nunc Guarnaciā̄ dicimus forſan, qm̄ βαρνα υἱὸς ἁλομεν☉ inde puer verna.

¶ Baſcauda, vas Britā̄nicū̄. Mar. Barbara depictis venit baſcauda Britannis. Sed me iā̄ mauult dicere Roma ſuā̄

☿ Baſtazontas gręci vocant baiulos & gerulos.

¶ Baſſa, pudicorum affectuū̄ ſunt, oſcula officiorū̄, ſuauia libidinum, vel amorum.

✣ Baſio, baſiator, & baſiatio a Baſiū̄ nomine deducunť.

¶ Baſis a nr̄is dici pō̄t ſuſtentamentū̄. Sū̄t em̄ baſes ſeſſiones colū̄narū̄, ſtatuarū̄, ſeu fabricarū̄, q̄ a fundamento cō̄ſurgunt, & ſuppoſitę fabricę ſuſtinent pō̄dus. A qua ſimilitudie orbiculli illi, qbus vaſa in menſis collocanť, ne toralia polluantur vocari ſolent. Treba. iuriſcō̄. de legal lib. iij: Cui corinthia vaſa legata eſſent, & baſes huic quoq; horū̄ vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi rn̄dit. Eſt & baſis figura in narrationibus cū̄ oia pedetentim inſinuandi gr̄a ꝓferunť, vt apud Teren. in Eu. Matri mercator dono dedit, mater vbi accepit, &c.

¶ Baſilica ꝓprie locꝰ, in quo negociatiō̄es, cō̄ſilia & iudicia exercebanť, q̄ſi regia. Gręci em̄ βασιλικὴν baſilicē̄ regiā̄ vocā̄t. Nā̄ Victru. li. v. ſcribit. Debē̄t baſilicę adiū̄ctę eſſe foro. Se. Fremitu iudiciorū̄ baſilicę reſonabant. Pli. in epi. Deſcē̄derā̄ in baſilicā̄ Iuliā̄ auditurꝰ qbꝰ ꝓxima cō̄perē̄di natione rn̄dere debeā̄. Iuriſcō̄ſulti de verborū̄ ſignificatiō̄e baſilicā̄ publicis vſibꝰ accō̄modatā̄ eē̄ demō̄ſtrā̄t. Quidā̄ baſilicā̄ accipiū̄t ꝓ loco domi ā̄pliore in quo dn̄m expectant ſalutatores, cliē̄tes patronos, ſerui dominos, in quo etiā̄ chorec & ꝯuiuia maiora fieri ſolē̄t. Apud eccleſiaſticos baſilicę dicunť ſacella numinibꝰ dicata, quia ibi regi oīm deo cultꝰ & ſacrificia offerū̄tur. Et baſilicō̄ Plau. in epi. vocat veſtimē̄ti genꝰ regiū̄, cū̄ ait. Supparū̄ ſublimiū̄, ricā̄ baſilicū̄ aut exoticū̄. Pli. Genus nucū̄ qđ optimū̄ eſt, & quaſi regiū̄ vocari ait baſilicā̄. Eſt em̄ baſilica nux, quā̄ alio nomine Iuglandem appellamus. Vide in dictione Iuglans. Celſus, Emplaſtrum ob excellentiam baſilicon dictum ſcribit.

¶ Baſilicꝰ, a, um, regiꝰ ſiue regalis dř. Vn̄ Plau. in Cap. Baſilicas ędictiō̄es, atq; īperioſas habet. Et in pſeu. Baſilicus ſtatꝰ, & baſilicꝰ victꝰ. i. regalis & excellē̄s in Perſa Et baſilica facinora pro regia. Idē̄. Baſilice ornatꝰ incedit, & fabre ad fallaciam. i. regie & excellenter.

¶ Baſileꝰ, ſuſtentamentū̄ populi dř. Nā̄ baſis ſedes & laos ppl̄s ꝙ in rege populi aīus cō̄quieſcat. Ob hā̄c cauſam rex dř apud gręcos, ꝙ tanq̄ baſis populū̄ ſuſtinet. Quā̄to em̄ quis magis p̄ponit, tanto amplius pondere laborum grauatur. ¶ Baſilicanus dicitur cuſtos baſilicę.

¶ Baſiliſcꝰ genꝰ ſerpē̄tis, ꝙ in capite albū̄ habeat, īſtar diadematis, vel ꝙ reliqua ſerpē̄tiū̄ gn̄a eiꝰ virꝰ fugiā̄t. Hū̄c Regulū̄ vocā̄t, qui teſte Pli. li. viij. in ſolitudinibꝰ Aphricę habitat cū̄ cā̄dida in capite macula velut quodam diademate adornatus. Acutiſſimū̄ habet caput, rubeos oculos, & colorem ad nigredinem vergentem.

¶ Baſilica inſula oceano ſeptē̄trionali immenſę magnitudinis, quę diſtat a ſcytharum litore tridui nauigatiō̄e, vt ait Plin. lib. iiij.

¶ Baſterna vehiculum itineris, q̄ mollibꝰ ſtramē̄tis compoſita a duobus aīalibus deportatur, & propriū̄ matronarū̄ erat. Amianus, Matronę complures opertis capitibus per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt.

¶ Baſternę, populi vltra Danubium.

¶ Baſilidij, ſunt populi Scythicę Europę, vt Pomponius refert, qui ab Hercule deſcenderunt.

¶ Baſſaris, is, vel idis, Bacchi ſacrificula a Baſſareo Baccho q Baſſareꝰ dictꝰ ē a veſtis gn̄e, q̄ īducebať q̄ baſſaris dicebať, vt īquit Porphiriꝰ, q̄ plane veſtis vſq; ad pedes fluebat. Sta. Si decet aurata Bachū̄ veſtigia palla Vertere. Et. Baſſareo Lydię loco cognoīata ē. Hor. li. car. Nō̄ ego te cā̄dide Baſſareū̄ Inuitū̄ q̄tiā̄. Rurſꝰ baſſaris vacca mulſaria dř. Per. Et raptū̄ vitulo caput, ablatura ſuperbo baſſaris. ☿ Baſilides nomē̄ ꝓpriū̄ cuiuſdā̄ hęretici, ꝙ trecē̄tos ſexaginta quinq; cœlos eē̄ credebat, quo dierū̄ nū̄ero ā̄nꝰ īcludiť. Cuiꝰ ſectatores dicti ſū̄t Baſilidiani.

¶ Baſan regio trans Iordanē̄ eſt quā̄ duę & dimidię tribꝰ poſſederunt, & q̄ interpretatur vberrima & pinguis.

¶ Bathauia, Germanię prouincia, q̄ nū̄c bauaria dř, & Batauiū̄ opidū̄ βαθὺς, quod altum ſignificat. Hinc bathauus, a, um, pe. indifferente. Luc. lib. j. Vangiones Bathauiq; truces, quos ære recuruo Stridentes acuere tubę. Cor. Tacitꝰ de ſitu Germanię, Omniū̄ hauū̄ gentiū̄ virtute p̄cipui Bathaui non multū̄ a ripa inſulam Rheni colunt. Hęc auricomos Sil. appellat.

¶ Batrachus pe. cor. rana & nomē̄ proprium ſculptoris & quidam cyrenaicus portus.

¶ Bathea ponti. i. profunda trecentis a continenti ſtadijs vbi vada nunq̄ reperta ſunt. Cc.

✣ Batoptenus lapis eſt in quo nigredo ſanguinis, & albis nodis alligata eſt. Cc.



✣ Batrachites lapis ranę viridi ſimilis colore atq; effigię

¶ Batrachomyomachia, ranarum & murium pugna.

¶ Batris genꝰ vaſis longioris manubrij, quod alij Trullam appellant.

✣ Battiola, genus vaſis, quo vinū̄ cado hauſtū̄ ad menſam fertur. Plautus. Battiolam aureā̄ octo pondo habebat accipere voluit. Cc.

¶ Batus vt ſcribit Hie. genꝰ menſurę eſt q̄ apud hebręos dř bath decima pars chori eſt, & de ſpiciebꝰ tantum liquidis diciť vini, olei, & huiuſmodi. Seruius de pon. Continet amphoram vnam. Batis vero genus hęrbę eſt aculeatę ſponte naſcentis, q̄ & marina & hortenſis. Et Batus nomen viri propriū̄ eius, qui Cyrenē̄ condidit, quod lingua Lybica regē̄ ſignificat. ☿ Item Batus apud Alinium nomen piſcis. Itemq; batis quam nos raiam vocamus. Et Batis inter aues numeratur.

☿ Battologia a noſtris multiloquium dici poteſt.

¶ Battus, per duplex, tt, nomen eſt paſtoris.

¶ Batuo, is, virgis verbero. Plau. in Caſi. Qui. Quęſo potius q̄ ſculponeas, quibꝰ batuať tibi os ſenex nequiſſime. Suet. de Calig. Mirmillonē̄ e ludo rudibus ſecū̄ batuentē̄, & ſponte ꝓſtratū̄ confodit ferrea ſica. Cic. Pęto tranſtulit ad rē̄ obſcœnā̄ cū̄ inquit. Et quidē̄ iā̄ non etiā̄ obſcœna verba ꝓ obſcœnis ſunt. Batuit inqt īpudē̄ter, depreſſit multo impudē̄tius: Atqui neutrū̄ eſt obſcœnū̄.

¶ Battillus, quoddā̄ ignis receptaculū̄ ferreū̄, quo pruna colligiť ad ſimilitudinē̄ palę, A neotericis bernacius diciť, quo prunas & cinerē̄ e foco tollere ſolemꝰ, vt alio transferamus. Apitius de petaſone, Et Armillā̄ inquit illiꝰ cā̄dē̄ti batillo vris, & melle cō̄tegis. Et de diuo Laurentio ſcribitur, Allati ſunt battili cū̄ prunis. Hie. li. Numerorū̄ genere neutro vſus eſt. Igniū̄ receptacula fuſcinulas, & tridentes vncinos, ac battilla. Battillum etiam ruſtici vocant ferreū̄ inſtrumentū̄, quo ad ſulcos, elices, foſſaſq; in agris faciendas vtunť. Itē̄ Battilus ſignificat fere bracteam & laminā̄, vnde nos vulgo quoq; ferrū̄ tali forma nominamus battillum.

¶ Bathyllus, cū̄ th, aſpirato, & y, gręco fuit nomē̄ adoleſcentis, de quo Hora. in Epo. Nō̄ aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreonta Teium.

¶ Bathynon pe. cor. interpretatur profundum.

☿ Bathyochus profundus. Nā̄ bathy profundum ſignificat, & ἔχω habeo.

☿ Battalꝰ pe. cor. fuit cognomē̄ Demoſthenis, qđ ſignifi. mollē̄, & odioſum, & turpem a Batallo quodam Lybico.

¶ Baubare factitiū̄ verbū̄ a voce canū̄ cū̄ latrā̄t, baubau faciē̄tes. Lucil. li. v. Et cū̄ deſerti baubā̄t ī ędibꝰ oēs.

¶ Bauli, villę nomen eſt, q̄ inter ꝓmō̄toriū̄ Miſenū̄ Baiarū̄q; lacū̄ flexo mari alluiť. Ser. cauſam noīs inde factā̄ memorat, ꝙ olim Hercules iuxta Baias fecit caulā̄ bobus, & eam ſepſit. Qui locus primo baulia dictus, mox dici cœpit Bauli. ☿ Baxeę ſunt crepidę & calceamenta & proprie calcei phō̄rū̄ vt oſtendit. Apul. in. lib. de aſi. aureo, qui ait. Nec qui pallio baculoq; & baxeis, & hircino barbitio philoſophum fingeret.

## B ANTE E

BDelliū̄, arbor nigra magnitudie oleę, folio & robore ſimilis caprifici. Naſcitur in Bactrianis, vt Pli. lib. xij. ſcribit: Cuius etiā̄ ſuccus bdellium dicitur.

¶ Beati a bene habendo dicti ſunt. Qui ſint dicē̄di beati. Sen. li. vj. Epi. declarat his verbis, Hoc nos doce beatū̄ nō̄ eū̄ eſſe, quē̄ vulgus appellat, ad quē̄ pecunia magna confluxit, ſed illū̄ cui bonū̄ oē̄ aīo eſt erectū̄, & exciſum, & mirabilia calcantē̄: qui neminē̄ videt, cū̄ quo ſe cō̄mutatū̄ velit: qui hominē̄ ea ſola parte exiſtimat qua homo eſt: qui natura magiſtra vtiť, ad illius leges componitur, ſic viuit quomodo illa preſcripſit, cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonū̄ cō̄uertit, certus iudicij, inconcuſſus, intrepidus, quē̄ nulla vis mouet, nulla perturbat, quē̄ fortuna cū̄ in eum quod habuit telū̄ nocē̄tiſſimum, vi maxima intorſit, pungit non vulnerat. Cice. lib. v. Tuſcu. Hos exiſtimo beatos, qui ſint in bonis nullo adiū̄cto malo. Apul. lib. de philoſophia. Illū̄ oībꝰ beatū̄ videri, cui & bona ſuppetunt, & quē̄admodū̄ carere vitijs debeat, callet Fœlices dicunť bonorū̄ omnium cō̄potes. Alię quoq; res beatę, fœliceſq; dici poſſunt vt vox beata. i. plena ac perfecta. Et vocis fœlicitas apud Quintilianū̄. Interdū̄ ponitur beatꝰ pro nobili. Horatiꝰ lib. car. Neſcias an te generū̄ beati Phillidis flauę. Huius diminutiuū̄ eſt Beatulus. Perſius. Tandē̄q; beatulus alto Compoſitus lecto.

✣ Beatitas & beatitudo Cice. dura eſſe iudicauit, tn̄ ea putauit vſu fieri poſſe molliora, & beatitas magis latinū̄ eſſe ſenſit, q̄ beatitudo, tn̄ beatitas repudiata eſt: Beatitudo rececepta in vſum. Si contra Cic. vſus aliquid pō̄t.

☿ Beatitudo, vt inquit Speuſippus eſt bonū̄, & bonis oībus accumulatū̄, poteſtas ad bene viuendū̄ ſeipſa ſufficiens perfęcto: ſecundū̄ virtutē̄ ſufficiē̄s vitę cō̄moditas.

¶ Bebryciū̄ ſiue bebryacū̄, vicꝰ eſt inter Cremonā̄, & Veronā̄, qui vulgo dř Labina, clarum duabus cladibus Romanorū̄ Cornelij, & Tatu. In eo Vitellus cū̄ Othone ꝯflixij. Cor. Tacitꝰ, Eo die quo Bebriaci certabanť auē̄ inuiſitata facie apud Rhegiū̄ lepidi celebri luco cō̄ſediſſe in colle, vt memorā̄t, nec deinde cœtu hoīm, aut volantium alitū̄ territā̄ pulſamve, donec Otho ſeipſe interficeret. Hinc Bebriacenſes dicti ſunt eius incolę.

¶ Bebrycia regio, quę vt Sall. docet maior Phrygia dicta eſt. A qua Bebrycius Bebrycia Bebryciū̄, & Bebryx, Bebrycis, pe. indifferē̄te. Val. Flaccꝰ lib. ij. Bebrycis & Scythici ꝓcul inclemē̄tia ſacri. Luca. lib. vj. Pinguis Bebrycio diſceſſit vomere ſulcus. Sil. lib. iij. Poſſeſſus Baccho ſęua Bebrycis in aula.

☿ Becher, eris, pen. pro. & prima breui, natio Scythica q̄ quum ad Italiam veniſſet cum Attila, vinumq; guſtaſſet omnium bibaciſſima facta eſt.

✣ Bechiō̄, hęrba eſt q̄ latie tuſſilago dř, qa tuſſim ſedat. Sic appellata ἀπὸ τοῦ βηχὸς ὠφελεῖν, hoc ē a tuſſi ſanā̄da. Cuius duo genera, de qbꝰ abunde Perottus in Cornu.

¶ Bouillę, arũ, opidũ fuit in Latio haud ꝓcul ab vrbe Roma, via quę Ariciã ducebat, vt inquit Aſco. Nam ad bouillas interfectus eſt Claudius Aricia rediens. Dictũ bouillę quaſi bouis hillę, ꝙ eo vulnerata bos ſua trahẽs inteſtina deuenerit. Vñ popul⁹ Bouillanus dictus eſt.

¶ Bouillus, a, um, idem eſt quod bouinus, licet ſit dim. Plin. Bouillæ carnis iure facile curatur.

¶ Bouinor, aris, pe. pro. conuitior, & quaſi in aliquem mugio, Vnde bouinatores dicti ſunt, quos nunc deriſores dicimus & bouinatio conuitium. Lucil. Hic ſtrigoſ⁹ bouinatorq; ore improbus duro.

¶ Boſtar, locus vbi boues ſtare conſueuerunt,

¶ Boſporus pe. cor. a bouis meabili trãſitu dict⁹ eſt ꝓpter anguſtias freti, vt Pli. Solin⁹ q; docent, quaſi bouis trãſit⁹. Duo ſũt autẽ boſphori, alter iuxta Byzãtiũ qui Traci⁹ dr̃ hoſtiũ Põti ꝑ qđ in Propõtidẽ influit Põtus Hunc boſporũ. Vale. Flaccus ſcribit dictum a traiectu Iouis in vaccã deformati, Sic eñ lib. iiij. Argonautico. Alter in introitu Mœotidos paludis & ꝑ quẽ pal⁹ Mœotica ĩ Põtũ defluit. De quo Ouid. Boſporus & Tanais ſuperat Scythięq; paludes. Hic etiã Cimeri⁹ Boſporus dr̃ a Cimerijs Populis q eius ꝑtẽ frigidiſſimã incolunt, Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant cimerij appellãt̃, de hoc tractat̃ in dictione Propõtis inter Boſporũ trãchiũ & Cimeriũ, vt Mart. ſcribit interiacẽt milia quingẽta Boſporus Trachius teſte Põponio, ſtadijs quinq; Europã ab Aſia diſterminat. In boſphoro Cymmerio erat Boſporus ciuitas Boſporopolis dicta βοὸς πορεύομαι τὸ ἔρχομαι a boue & eo vado.

✣ Aſcen. Tortellius boſphorus ſcribit φορῶ

¶ Boſra nõ ẽ altera ciuitas vt multi putãt, ſed Idumea iuxta illđ. Quis ẽ iſte q venit de Edõ tinctis veſtib⁹ de Boſra. ☿ Boſtrix, ycis, & boſtric⁹ dr̃ capill⁹ & cęſaries. Firmicus lib. iij Venus criſpos criniũ facit boſtrycis comatos, ideſt capillis muliebribus cæſariatos.

¶ Botrys, ys, dici põt racem⁹ integer vuę q & botryõ Gręci eñ βότρυας παρὰ τὸ πατῶ ait Moſcopolus & βότρυνας vocant Vſurpat idẽ vocabulum Hiero. ꝓ racemis.

¶ Batrys, integer vuæ rocemus. Cc.

¶ Bottypes gemma in qua nigredo ſanguineis & albis nodis alligata eſt. Cc.

✣ Botrydes gemma quæ nigræ vuæ ſimilis eſt. Cc.

✣ Botul⁹ ſiue botell⁹ farciminis gen⁹ ex carne ſuilla a botis. i. fruſtillis carnis, vt qdã putãt appellatus. Cc.

✣ Botrodius vicus non lõge a Segobria, quõdã opidũ, fuit ſed a Tyberio Graccho dirutũ vt refert Polybi⁹ Cc

¶ Botyllus diminutiuum, paruus botrus.

## B ANTE R.

BRabeuthę a gręcis dicũt̃ iudices ſpectaculoꝝ q victoribus in certamine exibẽt præmium & coronas



Qui vero pręfectus eſt certaminis agonotetha dr̃. Græci authore Philoſtrato ludis olypicis decem iudices pręficere ſolebant. Sueton. de Nero. Nec aliter certamina gymnica græcia tota ſpectauerat, q̃ brabeutarum more in ſtadio humi aſſidẽs. Suidas, βραβευτὴς διοικητὴς κριτὴς θριστὴς καὶ βραβεῖον ἐπινίκιος ἀμοιβή.

¶ Braccæ a quibuſdã accipiũtur veſtes fluxę intonſęq; ac varij coloris quibus vtebãtur frigidioris plagę gẽtes vt inquit Diod. lib. vj. Et a quibus bracata Gallia vocata eſt qñ galli veſtes ferũt intõſas, & varij coloris. Braccis vſos fuiſſe Scythas docet Ouid. ſcribẽs. Pellib⁹ & laxis arcẽt mala frigora braccis. Et Põpo. Mella. Bracati ſunt (inquit) totũ corp⁹ Sarmatę & niſi qua vident, etiã ora veſtiti. Suetoñ. in Cæſa. Idẽ in curia Galli braccas depoſuerunt, latũ clauũ ſũpſeiũt. Cor. Tacitus. lib. xviij ſic ait. Ornatũ Cecinnæ municipia & colonię in ſupbiã trahebãt ꝙ verſicolori ſagulo bracchas barbaꝝ tegmẽ indutus, togatos alloqueretur. Hiero. tñ ad Fabiolã de veſte ſacerdotali pro fœminalibus accipit quibus pudibunda velantur ſicuti vulgariter appellari ſolẽt, ſcribẽſq; ipſaꝝ braccaꝝ formã, & quos vſus in tegẽdo corpore braccę pręſtẽt, exponit his verbis, Diſcamus primũ cõmunes ſacerdotũ veſtes atq; põtificũ lineis fœminalib⁹ q̃ vſq; ad genua & poplites veniũt: verecũda celant̃, & ſuperior pars ſub vmbilico vehementer aſtringitur, vt ſi qñ expediti mactet victimas tauros & arietes trahũt portãtq; onera & q̃ in officio miniſtranda ſunt etiam ſi lapſi fuerint, & femora reuelauerint nõ pateat quod opertũ eſt. Inde & gradus altaris ꝓhibẽtur fieri, ne inferior populus, aſcẽdentium verecũda cõſpiciat, vocatur lingua hebręa hoc genus veſtimẽti machinache gręce περισκέλη a noſtris fœminalia vel femoralia Brachæ vſq; ad genua pertingentes, a Chaldæis Sarabella. Sic Ambro. lib. j. officiorũ. Sacerdotes inquit veteri more braccas accipiebant, ſicut & Moſi dictum eſt a domino. Et facies illi bracchas lineas, vt tegat̃ turpitudo pudoris, a lumbis vſq; ad femora erunt. Vocantur etiã alijs nominibus. Nam ſubligaria ſeu ſubligacula, campeſtria ſuccinctoria & perizomata.

☿ Bracharij braccharum veſtium cõfectores, ſcribit Lãpa. ꝙ Alexander imperator vectigal inſtituit braccharriorum linteonum, & pellionum.

¶ Bracchiũ gręcũ eſt βραχίων βραχίονος. Aliqñ brachiũ totũ mẽbrũ cũ manu cõpręhẽdit Verg. lib. v. Et cunctis attolit brachia palmis. Aliqñ vocat̃ ab hũero ad cubitũ. i. ꝑs ſupior q̃ arm⁹ dr̃, Nã armos humeros cũ brachijs, ſed non ecõtrario dicim⁹. A cubito vero vſque ad vertebrã manus, lacertus nuncupatur. Ouid. li. j. Meta. Laudet digitoſq; manuſq; Brachiaq; & nudos media pl⁹ parte lacertos. Dr̃ tñ brachiũ de mari de mõtibus & de arboribus. In brachijs magna vis cõſiſtit. Vñ apud antiquos ornari brachia armillis conſueuerunt, acſi ipſa victoriam peperiſſent. Et in ſacris literis brachium ꝓ potentia vſurpatum eſt ac fortitudine;

☿ Brachiale, Nod⁹ quo man⁹ cũ brachio iũgit̃, coarctaturq;. ¶ Brachialia, brachioꝝ ornamẽtũ & tegumẽta, ſicut vẽtralia vẽtris. Frõtalia frõtis. Tibialia tibiaꝝ a alia hmõi. Pli. lib. xxviij. Lais & Salpe canũ rabioſoꝝ morſus & tertianas quartanaſq; febres aiunt leniri mẽſtruo in lana arietis nigri argento brachiali incluſo.

¶ Brachioniſter, eri. dici poteſt armilla.

¶ Brachiatus, a, um, quod eſt ad brachioꝝ modũ factũ & ad vites præcipue pertinet. Col. lib. vj. Alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant quibus cordi eſt in brachia vitem componere.

¶ Brachylogia, Breuiloquiũ per, y, chy.

¶ Brachycatalecton breuis terminatio verſus cui deſũt in fine ſyllabę. Nam in eo, vt perfectus ſit deeſt integer pes. Et dicitur, metrum brachycatalecticon.

¶ Bracmanę, gymnoſophiſtę & philoſophi apud Indos fuerũt, vt Hie. li. ij. cõ. Ioui. Quoꝝ pꝛiceps Iarcas nominabat̃ eo tp̃e quo Apolonius Thyneus diſcẽdi viſendiq; ſtudio ad illos ſe cõtulerat. ☿ Ferunt etiã Bracmanas eſſe populos apud Indos qui tã traditione patrũ q̃ legibus nec ſimulacra colunt, nec animatũ aliquid comedunt, vinum aut ceruiſiam nunq̃ bibunt Ab omni demum malignitate abſunt, ſoli deo attendentes.

¶ Bractea & lamina inquit Lau. Vall. ſic differũt ꝙ lamina craſſior eſt ex qua armatura cõficit̃, ex qua incẽſa olĩ hoĩes torq̃bãt̃, Et poteſt eſſe ferrea, ęrea, & argẽtea electrea, aurichalcea, plũbea, aurea, linea, cornea, ſiue ex alia materia. Plin. libro. xvj. Vrorum cornibus barbari ſeptentrionales potant, & mox apud nos in laminas ſecta trãſlucẽt. Bractea tenuis magis eſt & ſua ſpõte plicabilis, quæ crepitat. Verg. lib. vj. Illice ſic leni crepitabat bractea vento. Bracteis inaurari ſimulacra ſolebãt ſed vnguib⁹ plerũq; auferebant̃. Matr. An magis aſtuti deraſa eſt pelle miniſtri bractea. Et ſeruus q bracteã deraſerat apud Suet. dãnat⁹ eſt. Hie. tñ ad Fabiolã oñdit bracteã & laminã idẽ eſſe, cũ inquit. Auri lamine. i. bracteæ mira tenuitate tundũur ἐξ βραχεῖν. i. ex reſonando.

¶ Bracteola cum accentu, in antepenul. diminu. i. foliculum auri, aliuſve metalli.

¶ Bractearius qui bracteas facit. Cuius ars brac tearia, & bracteatum quod bracteis tegitur.

☿ Bracteator idem quod bractearius. Firmicus, Quicunq; habuerit horoſcopum, in. xvij. parte Scorpij, erit aurifex inaurator, & bracteator.

¶ Brãchiæ dicũt̃ in piſcib⁹ ſecũdũ ceruicẽ folliũ more hiantes partes quibus anhelitũ reddere ac per vices recipere exiſtimãt̃. Pli. li. ix. Brãchiæ nõ ſunt balenis nec delphinis. Hęc duo gñ̃a fiſtulis ſpirãt, quæ ad pulmonem pertinent, balenis a fronte, delphinis a dorſo.

☿ Bragada pe. cor. fluuius q iuxta vticã labit̃, apud quẽ ab attilio regulo, & a toto exercitu cũ baliſtis, & catapultis ſerpens centũ & viginti pedes longus, occiſus eſt.

¶ Braſſica quaſi pręſeca a ꝑſecãdo pe. cor. Vulgo caulis dr̃ quaſi paſſica inquit Var. Vel a præſecãdo quia ex eius ſcabo minutim pręſecatur. Var. Ex ſemine braſſicę vetera ſato naſci aiunt rapa & contra ex rapoꝝ, braſſicã Cato braſſicarũ tria facit genera. Vnã ex tẽſis folijs caule magno, alteram criſpo folio quam apianam vocant, & Selinada, Tertiam minutis caulibus.

¶ Branchos morbi genus, cũ catharro guttur & arteria corripit̃ ob id & arteriũ qñq; in vitium appellat.

¶ Brauium pręmium ſignificat, quod nomen quidem dicũt habere penul. lõgã, qm̃ apud Gręcos per ei diphtõ. ſcribant βραβεῖον græce.

✣ Brauros vrbs eſt in Attica, a Cecrope Athenienſium rege ædificata. Cc.

✣ Brecmaſſis Iudæorũ lingua abortiuũ dr̃ piperis ſemina caſſa & inania cœli intẽperie carbuncularia. Cc.

¶ Breue dr̃ qđ opponit̃ longo. A quo breuiter & breue aduerbia. Cic. Appio, Faciendũ mihi putaui vt tuis literis breui reſpõderẽ, Sciẽdũ eſt breuẽ & breue maſcu. & neutro gñe latine dici in eo ſignificato quo vulgus vſurpat breue apoſtolicũ nominãdo Lãpri. Milites ſuos ſic vbiq; ſciuit vt in cubiculo haberet breuia vel breues & numerum & tp̃a militantiũ. Flauius Vopiſcus in Aureliano, Breue nominum conſcripſit.

✣ Inde breuio breuiloquus breuiloquium breuiloquẽtia. breuitas breuis breuior breuiſſimus. Cc.

✣ Breno dux Gallorũ qui Brenonã venetię vrbẽ ędificauit q̃ poſtea lr̃arũ mutatiõe Verona dicta eſt. Cc.

¶ Brephotrophia latine paruulorum hoſpitalia, quib⁹ infantes expoſititij aluntur, βρέφος greco vocabulo infans nominatur τροφὴ educatio. De quibus in decretis. xxxiij. q. viij. βρέφος καὶ τρέφω.

¶ Breuiarium, compendium, ſummariũ. Pli. lib. xviij. verũ vt pariter omnis culturę breuiarium peragatur.

¶ Bria, terra eſt ſiue regio Gallię Celticę inſtar inſulæ marona & ſequana fluminibus interclusa.

¶ Briareus cęli & terrę filius. Briaros, latine fortis dr̃.

¶ Britannia ꝑ duplex nn, Inſula, in Oceano ſeptētrionali q̃ nūc Anglia dr̃, & a Britone rege Britannia dicta quū priꝰ Albiō diceret̃, ab albis mōtibꝰ, q adeam nauigantibꝰ primo apparēt. Hęc ab orto Germanico Oceano, ab occaſu Hybernico alluit̃ ab omni cōtinēte diuiſa vt Ptolemęꝰ lib. ij. refert. Porrigit̃ in lōgū octingentis milibꝰ paſſuū. In ea Gargates lapis q ardet in aqua & oleo reſtinguitur. Ibi Lōdinū opidū nūc Lōdra copia negociatoꝶ celebre. Inter Septētrionē & Occidētē, vt celebres geographi tradūt duę ſitę ſunt inſulæ, Britānia & Hybernia paulo minor Britānia, vltra quas ſūt quadraginta inſulę Orcades appellatę modicis ſpatijs inter ſe diſtictę apud Britānos lōgiſſimꝰ dies. xvij. horaꝶ dēpheditur, & ęſtate lucidę ſunt noctes, authore Plinio,

☿ Et a poetis dicitur alter orbis.

¶ Britānꝰ Britānicꝰ, & Brito eiuſdē ſignificationis ſūt Verg. Et penitus toto diuiſos orbe Britānos. Iu. Quātum delphinis balena Britannica maior. Idē. Qua, nec terribiles Cimbri nec Britones vnq̃.

☿ Britennicū. deābulatoriū marmoratum.

☿ Britomartes nomen eius quem Diana fert̃ vnice dilexiſſe Cuius patria fuit Gortina Cretæ vrbs.

✣ Bryonia vitis genus, quam nonnulli ampelomęnam dicunt. Cc.

✣ Bryſęus vnum ex agnominibus Bachi ἀπὸ τοῦ βρύειν, qđ ſignificat inūdare & madefacere, vide in Briſſea. Cc

¶ Bryſſo, as, foras exprimo. Vnde Briſſęus dictus eſt Bacchus. Et Briſſam vuam tunc dicimus cum pedibus ad exprimendum vinum calcatur.

¶ Bryſea vrbs Aoniæ, a qua Bachus Bryſęus cognominatus eſt, ꝙ ibi coleretur, Quidam tamen Bacchum Bryſeum dici putant ab antiquo verbo βρύω quod eſt ſcaturio, quoniam ex aluearibus mella, vel ex vuis muſta exprimere primus docuit. Alij byrſeum potius q̃ bryſeum volunt cognominatum a byrſa pelle, quam in bello īduebat. Nam apud Dio. lib. v. Bacchum in prælijs pardaloꝝ rum pellibus vſum conſtat. Byrſa autem corium ac tergus ſignificat.

✣ Brocō, arbor eſt nigra magnitudine oleę, folio roboris fructu caprifici. Hāc Malachrā nonnulli vocāt. Cc.

¶ Bromius Bacchi cognomen ἀπὸ τοῦ βρέμειν, id eſt fremendo, iraſcendo. Vel dr̃ a brōte tonitru, eo ꝙ natꝰ ſit cum tonitru eius genitrice perempta.

¶ Bronci (vt inquit Noniꝰ) dicūt̃ q ꝓducto ore & dētibus prominentibus ſunt; Lucil. in ſatyra. Brōcus nouit lanius dente eminulo. Hic eſt Rhinoceros. Var. de reruſt. lib. ij. nō brōcos, ſed brocos canes vocat. Duobꝰ (inquit) dentibus dextra & ſiniſtra paulo eminus ſuperioribus directis potius q̃ brochis. Hinc brochitas. Pli. lib. xj. Senectus in equis & cęteris veterinis intelligitur dētium brochitate ſuperciliorum canitie.

☿ Broteus dictus eſt iupiter a bronte, quod eſt tonitru.

☿ Brontes, a gręcis tonitru dicitur.

¶ Broncocela, tumor magnus & rotūdus in ceruice intercutem & aſperam arteriā, qua modo caro hebes, modo humor aliquis includitur. interdum etiā minutis oſſibus pili immixti.

¶ Brucꝰ βροῦχος Gręce, quoniā βρόχω comedo rodo genus vermis volucris diuerſum a locuſtarū genere, ſed non diſſimile hęrbas erodens, ſine alis tamen.

☿ Brucum Gręci Attebalum vocant.

¶ Bruma, dr̃ q̃diu diminuitur dies, quę finitur octauo Calendas Ianuarij, quo fit in capricorno hyemale ſolſtitium, & ponitur quandoq; pro menſe decēbri, quandoq; pro hyeme Verg. ij. Georg. Frigida ſub terra tumidū quē bruma tegebat. Inde brumalis, vt brumale tempus

☿ Dicta autē eſt bruma, quaſi βραχυήμερον. i. breuis dies.

¶ Brundusiū, ciuitas q̃ a Plinio ponitur in tertia Italię regione a gręcis cōdita portu nobilis, ex quo tranſitus eſt in grecia, ſic dicta ꝙ Meſapioꝝ lingua Brudusium ceruicaput dicatur. Sic enim eſt ciuitas cum portu capiti ceruino perſimilis cum cornua, & caput & linguā habere videatur. Græci βρεντέσιον vocant. Ex hac Pacuuius poeta ortum habuit.

✣ Brupeo veteres dixere pro ſtupeo, a quo obrupeo ꝓ obſtupeo. Cc.

✣ Bruſeum eſt arborum intortura ſiue tuber, & pręcipuum ex buxo, item ex acere. Cc.

☿ Brutus, dicitur ſtupidus, grauis, tardus, hebes, inſenſatus. Cui ſapiens opponitur. Cypri ad Demetrianum, Nullus effectus offert lumen ceco, ſermonem ſurdo, ſapientiam bruto, quum nec ſentire brutus poſſit, nec cæcus lumen admittere, nec ſurdus audire. Hora. lib. car. dixit bruta tellus pro graui & tarda, quod terrę perpetuum eſt. Inde bruta animalia ꝓ tardis & irrationabilibus. Plin. Bruta exiſtimantur animalia quibus cor durū riget, vbi bruta accipit pro hebetioris tardioriſq; intellectus. Inde Bruti cognomen, qui ſe ſtolidū ſimulauit.

¶ Brutij, Italiæ populi vltimi Siciliā verſus. Lucanis vicini dicti quaſi bruti, & obſcœni ſint. Fuerūt aūt Brutij ſerui, & paſtores Lucanoꝝ, qui inde aufugere, & furtim in regione cōſederunt vbi Conſentia eſt, q̃ fuit eoꝝ metropolis. Quam regionē priꝰ Auſones habitauerūt. Hi multo poſt tempore, & ab Annibale, & a Romanis propter eorum perfidiam pene deleti fuere ſine dignitate, ſine honore ad ſeruilia opera ſemper coacti. Hæc regio vt author eſt Straba lib. vj. Oenotria quōdā dicta fuit. Supra Conſentiam eſt Pandoſia, vbi Moloſſorum Rex Alexander trucidatus eſt. Eſt & Rhegyum ciuitas olim potentiſſima.

✣ Brutiani a brutijs dicti, qui officia ſeruilia magiſtratibꝰ p̃ſtabāt, eo ꝙ hi primū ſe Annibali tradiderūt, & cū eo perſeuerauerunt, quouſq; ex Italia diſcederet. Cc.

✣ Brutianę parmæ dicta ſunt ſcuta, quibus Brutij vtebantur. Cc.

## B ANTE V

BV particulam ſolebant magis & amplis rebus præponere a magnitudine, ſcilicet bouis. Cc.

¶ Bua, puerorum infantium potio eſt. Cato. Quum cibum ac potionem papas & buas vocent, & matrem māmam. & patrem tatam.

¶ Bubalus pe. cor. ge. cōmunis ſicut Chamelus. Vnde fœta chamelus, & fœta bubalꝰ dr̃. Animal eſt ſimile boui, vel ſylueſtris bos, colore niger, quod eſt magna velocitate & magnitudine ex Herēchinia ſylua mittitur, vt inquit Plin. lib. xiij. Hinc bubalinus, a, um.

☿ Eſt hoc animal fortiſſimis cruribus, & breuibus reſpectu ſui corporis, cornua habet longa & vallicoſa, paruī eſt pili, & paruę caudæ.

✣ Bubonocele morbus dicitur quando inteſtinum vſq; ad inguen dūra xat eruperit, aut decubuerit. Cc.

¶ Bubulꝰ, a, um, pe. cor. a boue fit, idem eſt quod bouinus. Vnde lac bubulum, ex quo nomen eſt butyro. Imperiti bubulū inclinari putāt a bubalo. Pli. Stomachum exulceratū lactis aſinini, & buculi potus reficit. Col. lib. vij. Defricari bubula vrina cōuenit, Idē ſignificat bouillus. ¶ Bubulę pe. cor. locus vbi boues morātur. Plautꝰ in Perſa. Metuo vt poſſim in bubule reijcere ne vagentur. Col. li. ij. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, vel minime nouē Hoc idem dicitur bouile.

¶ Bubſequa pe. cor. bubulcus q boues ſeqt̃. Sido. ad eutropiū. Si reliq̃re inter bubſequas ruſticanos ſubulcoſq; rūcātes tūc eſt tibi ſūma votoꝝ beatitudo. Apu. li. j. flo. Nihil aliud plereq; callebāt q̃ Verg. opilio ſeu bubſequa

¶ Bubulcus, qui bobus arat, ſiue qui boues fundi aratorios paſcit. Hinc.

¶ Bubulcito, as, pe. cor. bubulci officiū facio Plautꝰ decet me armare & te bubulcitare, Aapul. in flor. Eſt apđ illos gens quę nihil ampliꝰ q̃ bubulcitare, nouere. Aliquādo bubulcus adiectiuū eſt a boue ſicut bouilus. Pli. Bouilę carnis iure facile curatur, Idem. Stomachum ex



ulceratum lactis aſinini & bubulci potus reficit.

¶ Bubetię ludi, quos veteres a bobus pecoreq; appellarūt, qui & boalia boum gratia inſtituti. qui & buberij. dicuntur. ¶ Bubecij, qui ludos celebrabant.

¶ Bubaſtis ciuitas Aegypti, vbi cōuētus quotānis agebatur in honorē Dianę Hinc bubaſtites penul, p. pręfectura: Aegyptus eñ diuidebatur in pręfecturas opidorū, quas nomos vocāt. Bubaſtis etiā dea q̃ colit̃ in Aegypto quæ) vt ait Herodotus) apud Gręcos Diana eſt.

¶ Bubona penul. pro. boum dea, ſicut Pomona pomorum & Mellona mellis dea eſt.

¶ Bubo, onis, ge. maſ. & fœ. ſecūdū Priſc. a bouis quoq; mugitu dicta eſt, auis feralis debilis ad volādū in cauernis cōmorās. Ouid. lib. viij. Meta. Ignauus bubo dirum mortalibꝰ omē. Verg. libro. iiij. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Bubones etiā abſceſſus ſunt circa inguē maxime, a quo & nomē vitio, nā & inguina ipſa Græci bubones vocāt, vulgo quoq; nr̃i collectiōes & inflāmatiōes eius partis Inguinarias appellant. ☿ Eſt & Bubo ciuitas Liciæ. Pli. naſcit̃ & in Lycia Creta circa Bubonē. ¶ Bubino, as, pe. p. mēſtruo mulierum ſanguine inquinor. Cuiꝰ cōpoſitū eſt Imbubino. Lucil. Hæc inquit imbubinat, at contra te imbulbitat. Nā imbulbitare, eſt pueri ſtercore fœdare. Tractū e fimo, qđ βόλβιτον vocat

¶ Bucca eſt os, i. ipſa cōcauitas interior intra malas faciei a mēto ad oculos, q̃ ſpiritu a pulmone reuocato, & oppreſſis labijs retēto inflat̃, nō ora labioꝝ. Horatiꝰ li. j. Ser. Quid cauſę merito, quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflet? Plautus in Tru. pro maxillis exterioribꝰ poſuit. Quę iſtas buccas tā belle purpuriſſatas habes. Ideſt vtrunq; latus oris. Et ſonus ille qui ex inflatione buccaꝝ erūpit̃ factitio nomine Sclopꝰ dr̃. Perſius, Nec Sclopo tumidas intēdis rūpere buccas. Hierony. ad Paulinū, Vnde accidit vt omiſſa cōpoſitione verborū, & ſcribētiū ſolicitudine dictē qcq̃d in buccā venerit. Qandoq; tamen bucca accipitur ꝑ ipſo ore. Vnde illud ꝓuerbialiter dictū, Quicquid in buccā venit. Et bucca tuba dicitur. Iuuenalis. Et Phrygia veſtitur bucca tyara. Hinc. Bucina.

¶ Buccina penul. cor. diminutiuū Bucca pro tuba, ſiue ꝑ cornu. Hierony. ad Dar. Bucca vocat̃ tuba apud Hebræos, deinde per diminutionem buccina dr̃.

Secūdū aliquos paſtoralis, & cornu recuruo efficit̃. Col. lib. vij Ad quē ſaturæ pabulo libenter recurrūt cū paſtorali ſigno quaſi receptui canit̃. Nā id quoq; ſemper crepuſculo fieri debet ad ſonū buccinę pecus, ſi quod in ſyluis ſubſtiterit ſepta repetere cōſueſcat. Apud Varronē videtur eſſe inſtrumētū quod inflari poſſit apud quod inquit Orphea vocari iuſſit, qui cum eo veniſſet ſtola & cythara cantare eſſet iuſſus, buccinam inflauit, vbi tātum circunfluxerit mox ceruorum aprorum, & cæterarum quadrupedū multitudo, vt non minus formoſum mihi ſit viſum ſpectaculum, q̃ in circo maximo ædilium, ſiue Aphricanis beſtijs quum fiunt venatiōes. Tuba ex ære vel argento, quæ in bellis & ſolennitatibus concrepat. Varro de ſuibus loquens.

☿ Tubā & buccinā diuerſa eſſe oſtendit. Apul. li. iij. flo. quū ait. Siquidē vox hoīs, & tuba rudiore toruior, & lyre cōcētu variatior, & tibi a q̃ſtu delectabilior, & fiſtulæ ſuſurro iocūdior & buccina ſignificatu longinquior. Eſt etiā buccina genꝰ cōchę ſicut & purpura. Varro de Suibus loquēs Subulcꝰ debet cōſuefacere oīa vt faciant ad buccinā. Buccino, as, pe. cor. buccina cano, vt Buccinate in neomenia tuba. Vñ buccinator a vocis ſimilitudine, & cātu, & ꝓ laudatore trāſferri ſolet Cicer. Tironi. Quare ꝙ polliceris te bucinatorem fore.

¶ Buccinū ſonꝰ buccinę, qđ & hic buccinꝰ dr̃. Pli. lib. ix. Nō tñ vſq; pelagi libras quinquagenos nūmos excedere, & buccini centenos ſciāt, qui iſta mercāt̃ in ſolo.

☿ Buccinum apud Pli. lib. ix. eſt tuba, ait eñ Buccinū ē minor concha ad ſimilitudinem eius buccini, quo ſonus editur.

¶ Buccina nomen opidi in Sicilia, vt meminit Dionyſius, quo nomine etiam dicta eſt inſula, Pontiani pontificis exilio & morte clara

¶ Buccea & bucca fit pro ore, & ſignificat fruſtulū alicuius rei eſui aptę quantū ſcilicet bucca cōmode capit. Vulgo bolus dr̃. Auh. Cęſar ad Tyberiū. Ne Iudeus q̄dē mi Tiberij tā diligenter ſabbatis id ieiuniū ſeruat, q̃ ego hodie ſeruaui, q ī balnea, denū poſt horā primā noctis duas bucceas manducaui priuſq̃ vngi inciperē. Ma. buccas dixit pro bucceas, vel bucellas.

¶ Buccella diminutiuum a buccea. Hierony. in ꝓuerb. Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, q̃ domus plena victimis cum iurgio.

¶ Buccellatum panis caſtrenſis & frumentacei genus, de quo Spartia. Scripſit. Poſcēniū imperatorē ꝓhibuiſſe piſtores exercitū ſequi, ac iuſſiſſe milites oēs buccellato in locis pacatis accepto eſſe contentos. Ammienus ſic ſcribit, Viginti dieꝝ frumētū, ex eo quod erat in ſedibus conſumendum, ad vſus diuturnitatē excoctū buccellatum (vt vulgo appellāt) humeris impoſuit libētium militum vbi buccellatū accipere videt̃ pro eo ꝙ eſt bis coctum ꝙ teſſelatum formatur.

¶ Buccones, qui tumidioribus ſunt buccis, & pro ſtultis accipiuntur. Plautus in bac. Sulti, ſtolidi, fatui, fungi bardi, blenni, buccones, ſolus ego omnes anteo ſtultitia

☿ Hi phiſionomis habentur leues & futiles.

¶ Bucculētus qui magnā habet buccā. Plautꝰ in Merca, Ego dicā tibi canū, vatū, vētruoſū, bucculentum.

¶ Bucca per ſimplex c, folliculus grani fabę interior, q albus eſt.

¶ Bucerus, a, um, penulti. correpta. a boue Vnde bucetum pecus quod de bubus dr̃. Et buceriæ boū armenta παρὰ τοῦ βοῦς καὶ κέρας, quaſi armenta, vel boues cornuti. Ouidiꝰ in Met. Armentaq; bucera pauit.

¶ Bucentes tabanus a pūgēdis bobꝰ κέντειν pungere ſignificat. Bucētrū bouis ſtimulus. Græci βούκεντρον dicūt.

¶ Bucephalus pe. cor. quaſi bouis caput. Quo noīe dictꝰ eſt equus Alexandri ab aſpectu toruo ſeu ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Ex cuius noīe vrbē Bucephalō Indię ſepulchro circūdedit. Eſt & portꝰ q ab alijs bucephala, ab alijs bucephalas, ab alijs bucephalō dr̃

¶ Buccula ꝑ dupplex cc, dimi. a bucca q̃ oris pars eſt. i. puſilla bucca. Apu. li. vj. de aſi. Tūc Iuppiter perpreſſa cupidinis buccula, manuq; ad os ſuū relata cōbaſiauit. Vnde & q̃nq; ponit̃ ꝓ parte caſſidis ꝑ quā mittitur ſpiritus q̃ bucceā tegit. Nā caſſis caput, buccula veru barbatas partes armat, vel in qua deſinguntur criſtę in ſummo galeę cono, ꝙ buccę paruę habeat ſimilitudinē. Iuue. Lorica & fracta de caſſide buccula pendens. Vñ in cūmm. Cęſaris legitur. Buccarum tegmen.

¶ Bucula ꝑ ſimplex c diminu. eſt a boue. Plin. Eidem morbo buculę iecur cōtritū ꝓdeſt. Ver. lib. j. Geor. Aut bucula cœlum Suſpiciens patulis captauit naribꝰ auras

¶ Buculus, bos, iuuenculus. Columel. lib. vij. Cū deinde buculos comprenderis perducito ad ſtabulum, & ad ſtipites religato.

¶ Bucardia, lapillus bubulo cordi ſimilis in Babylone tantum naſcens.

¶ Bucentaurus compoſita dictio ab bu, quod magnum quidā ſignat, & centaurus, ideſt magna nauis centauro inſignita. Veteres enim ſolebāt magnis rebus bu ſyllabam pręponere a magnitudine. ſ. bouis.

¶ Bucolica, orū, a cuſtodia boum dicta ſunt ἀπὸ τῶν βουκόλων qui dicuntur armentarij ꝙ pręcipua ſint animalia apud ruſticos, boues.

¶ Bucolicō eſt etiā genꝰ panacis q̃ hęrba eſt ferulę ſimilis & in ipſo fine Arcadię & circa Erymāthi fōtes & in Aphrica & ī Macedonia naſcit̃, quiq; cubitoꝝ folijs primo quaternis mox ſenis in terrā iacētibꝰ ampla magnitudine rotundis in cacumine vero oleaginis ſeminę

in muſcarijs dependente. Cc.

¶ Bugloſſa ſiue bugloſſus, ſatiua & ſylueſtris eſt. Satiua quã boraginẽ vocãt, Latini ab aſperitate linguã bouis nominãt, ꝙ folia aſpera ad modũ bouis habeat, optime virtutis. Ferũt hanc hęrbã in vinũ deiectã animi voluptates augere, & ob id Euphraſinũ vocari quaſi hæba lętificãs Eſt & hoc noĩe piſcis qui alio noĩe putat̃ Solea dici, Ariſto. Cartilaginea ſunt hos paſtinaca torpeedo, ſquatina, rana bugloſſa, pſitta. Pſeuſippus Germana inquit genera ſunt ficta Bugloſſus, tenia, dorion.

¶ Buſo, rana terreſtris nimię magnitudinis Virg. Inuẽtuſq; cauis buſo.

¶ Bupodes penultima correpta dicunt magnos pedes Bupedes magnos pueros dicunt Gręci qui fecerunt ſidem excreſcendi, Latini vocant exoletos,

¶ Bulbito, as, penultima corrept. pucrili ſtercore fœdo Vide in dictione bubino.

¶ Bugones a græcis dictę ſunt apes, quũ ex boue putre facto naſci perhibeãtur, auth. Var. de re ruſtica.

¶ Bulbus Dioſcorides βουβλὸς ῥωμαῖοι ἄλλιουμ ἀγρεὲ ὁι δὲ ἄλλιουμ μαρινοῦμ φῦτα ἔχει ηάλὸμ ὅμοια κρίνω ✤ Id eſt Bulbus Romani alium agreſte, alij alium marinũ appellant, caulẽ & folia habet lilio ſimilia. ¶ Genꝰ cępe non ab ſimile Aſcalonię Venerẽ impẽdio excitat. Mar. quũ ſit anus coniunx, quũ ſint tibi mortua mẽbra: Nil aliud bulbis q̃ ſatur eſſe potes. Col. lib. vj. Quæq; viros acuũt armãt ꝙ puellas Iã Megaris veniant genitalia ſemina bulbi. Gñaliter vero apud idoneos authores bulbi ſunt radices rotundę tunicatę, quales ſunt Croci, narciſſi, colocaſię, ſquilę & arũdinũ. Palladiꝰ, Nũc & liliorꝝ bulbos deponemꝰ vel lilia ante habita ſarciemus ſumma diligẽtia, ne oculos circa radices naſcentes, & minores bulbos sauciemꝰ, qui matre ſubtacti, atq; in alios digeſti ordines noua lilieta formabunt. Itẽ violarꝝ plãtę, & croci bulbi ſerendi ſunt. Var. & Apicius ita ſcribunt, aqua decoquãt bulbos, quę Veneris vſum q̃rũt. Bulbi autẽ Megarici, quos Cato celebrat, dicti ſunt ꝙ Megaris ciuitate Græciæ venirẽt, Sed bulborum nobiliſſima eſt Scylla. Col. lib. v. Bulbũs trepidaneis interuacãtibus ſpatijs obrutus anno, celerius maturã perticam præbet.

¶ Bulla aurea, inſigne erat triũphãtiũ, quã in triũpho prę ſe gerebãt incluſis intra eã remedijs, q̃ crederẽt aduerſus inuidiã valẽtiſſima. Hic deductꝰ mos, vt ꝑtexta q̃ magiſtratuũ erat; & bulla in vſũ puerorꝝ nobiliũ vſurparetur ad omẽ, & vota cõciliãdæ virtutis ei ſimilis, cui primꝰ in annis munera iſta ceſſerũt. Erat hæc bulla rotunda, vt Macro. inquit, in cordis figurã formata, quã ante pectus annectebãt a collo, vt bullã inſpiciẽtes ita demũ ſe homines eſſe cogitarẽt, ſi corde prę̃ſtarẽt. Romani depoſita adoleſcẽtia eã exuebãt; libertinorꝝ vero filij lorꝝ in collo ꝓ bullę decore geſtabãt. Aſconi Bulla ſuſpẽdi ĩ collo infantibꝰ ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea quaſi cõmuniẽs pectꝰ puerile. A cuiꝰ rei ſpecie Plutarcho authore in ꝓblema. dicta bulla tumor quidã excreſcẽs tã quũ bullit, quã in vrina quũ ſpumã facit, & repẽte euaneſcit. Cornutꝰ, Ebullire ꝓprie dr̃ expirare, metaphora ſũpta a bullis, q̃ in aqua fiũt, & cadẽtibꝰ guttis rũpũt̃. Ex quo etiã ꝓuerbio aliter apud Varro. dicit̃ Homo bulla eſt, qa ſcilicet ſimilis bullę vita hominis ſit fluxã, & momẽto caduca. Plautus in Aſi. Accepit bullã pro capite clauorꝝ. Iuſſiſti in ſplẽdoribꝰ dari bullas has foribus noſtris? Nã clauorꝝ capita more bullę, quaſi turgentia formata ſunt, & ſplẽdẽt ad fores decorãdas. Sic Cicero tradit Verrẽ bullas aureas ex valuis tẽpli magni ficẽtiſſimis abſtuliſſe Bullę etiã dicũtur ornamẽta, quibꝰ cingula decorãtur. Calphur. in Buc. Alternaq; vitreas lateralis cingula bullas. ¶ Bullula diminutiuum parua bulla. Cel. libro ſecũdo de vrina, Aut ſi quaſdã inqt maculas reprę̃ſentat, vt ſi bullulas excitat.

¶ Bullo, las, bullas facere ſignificat, hoc eſt tumorẽ illũ excreſcẽtẽ, qui ſpiritu in aqua vel vrina excitat̃. Cato de re ruſt. Vinũ gręcũ ſic facito. Muſtiq;. xx. in ahenũ aut plũbũ infũdito, ignẽ ſubdito, vbi bullabit vinũ, ignẽ ſubducito. Pli. li. xviij. Itẽ maris ipſius tranquillus ſonitus ſpumæ, aut aquæ bullãtes. Idẽ, Magna ſigna ſũt vrinę bullantis & craſſę. ✤ Bulapiõ, hoc eſt lapatũ, bouinum hęrba eſt. Cc. ¶ Bullatus, a, um, bulla inſignitꝰ, veſtis bullata, i q̃ erat bulla. Et bullatꝰ tumidꝰ excreſcẽs, Perſius, Nõ equidẽ hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgeſcat. ¶ Bulgę, authore Põponio ſacculi ſcortei ſunt ad ferẽda numiſmata ſiue cętera ad iter neceſſaria, quas alij vulgas appellãt. Sene. ab equis quibꝰ portãt̃ hippoperas vocat. Cuius hæc verba ex libro epiſtolarũ ad lucil. xiij. M. Cato cenſoriꝰ, quẽ tã neceſſariũ reipubli. fuit naſci q̃ Scipionẽ. Alter ẽm cũ hoſtibꝰ noſtris bellũ, alter cũ moribꝰ geſſit, cãterio vehebat̃, hippoperis quidẽ impoſitis vt ſecum vtilia portaret.

☿ Bulima dici poteſt quaſi magna fames, nã cõponitur ex bu voce, q̃ cũ admiratiõe ap ꝓ antiquos nr̃os magnũ qd indicabat, vt ſupra diximus & λιμὸς fames, vñ Var. in lib. quos de re ruſt. ſcripſit a magnitudine, ĩqt, boũ q in Italia erãt cõſuetudinẽ factã fuiſſe, vt præpoſita hac voce bu magnũ quiddã ſemper denuntiaretur. Inde dici bulimani, magnam famem.

¶ Bullo, bullis, iui, itũ, ſignificat ferueſcere & bullã facere. Cuius cõpoſitũ eſt ebullio, qd' eſt valde ſeu extra bullio, extra fundo, ſicut aqua in aheno calefacta ebulliens nõ ſe ipſã capit, ſed intumeſcit, fundit̃. Cice. lib. iij. tuſcu. Qui ſe virtutes ebullire volẽt & ſapiẽtias nihil aliud dicẽt. Vñ etiã accuſatiuũ habet. Aie. in Exo. Ebulliet fluuiꝰ ranas. Et ebullire eſt expirare. Cornutꝰ, Metaphora ſumpta a bullis q̃ in aqua fiũt & cadẽtibꝰ guttis rũpũt̃, & ſpiritũ quo cõtinẽt̃ amittũt, ꝓpterea ebullit, expirat. Nã cũ ebullit aqua igne ſubiecto altiꝰ quidã vapor emittitur. Hiero. lib. ij. Mach. ꝓſcaturire poſuit, Ipſe ebullire fecit de Perſide eos q pugnauerũt cõtra nos ¶ Bullis nomen ciuitatis a Bulone conditore ſic dicta aqua Buli & Bulienſes. Cice. in Piſonẽ. Parthenij & Bulienſes illuſi.

¶ Bupho genus hęrbę, q̃ a bobꝰ deuorata anginã procreat, eoſq; necat. Gręce ꝗppe βοῦς bos dr̃ φόνος mors. Hanc hærbam quidam chameleonta vocant. Alij Cinozon ꝙ fœtore eius ricini e canũ auribus decidãt κυῶν eĩ canis ὄζειν fætere.

¶ Bumaſtos, magna mamma. Quo nomine dictũ eſt genus quoddam vuæ craſſioris ꝙ tumeat ad ſimilitudinẽ mammarum bouis βοῦς bouis μαζός mamma quę etiã bumãma dicitur, ſiue quia veteres Græci rebꝰ magnis bu præpoſuere.

✤ Bumelia fraxini ſpecies in Macedonia ampliſſima & lentiſſima. Contra ſerpẽtes ſucco expreſſo ad potũ & impoſito hulceribus maxime iuuat.

¶ Buphonon hęrba eſt quã alij Chameleonta, alij Ixiona vocant. Cc.

✤ Buphthlamon hęrba eſt quam bouis oculum vocant βοῦς bos ὀφθαλμὸς oculos dicitur. Cc.

✤ Bupræſtis, vt inquit Plini. animal eſt Scarabeo longipedi ſimile venenatum eſt: rarum in Italia: fallit inter hęrbas bouem maxime. Vnde & nomen inuenit. Apud iuriſcõſultũ titulo ad legẽ. Corneliã ſcribitur, Si cui temere pigmentarij dederint pytiocampas aut buprę̃ſteis quæ ambo venenata ſunt teneri pœna legis Cornelię de ſicarijs & veneficis Eſt & buprę̃ſtis hęrbę genꝰ quã in laudibus ciborum habuere.

¶ Bura ſiue buris, pars aratri poſterior decuruata ꝙ ſit in ſimilitudinem caudæ bouis quaſi bouis vra. quæ bouis caudam ſignificat quæ manu bubulci tenetur. Var. libro de re ruſt. Et ſæpe fracta bura relinquũt vomeres in aruo. Virg. lib. j. Georg. Continuo in ſyluis magna vi flexa domatur In burim.



¶ Buris vrbs mediterraneę Achaię. De qua Oui. li. xv. met. Si quęras Elicem & Burin Achaidas vrbes.

¶ Burrhum, qđ nunc dicimus ruffum pari modo rubẽs cibo ac potatione burrhus dr̃ quod a gręcis πυῤῥὸς ſcribitur. Hinc burrhę dicuntur veſtes ruffæ. Sunt tamen qui birrhum ſcribant.

¶ Burrhanica genus potionis Lac ſapa mixtum a ruffo colore nomen ductum.

¶ Burranicum, genus veſtis.

☿ Burdo dr̃, qui ex equo, & aſino natus eſt. Hie. lib. iiij. Reg. Obſecro concede mihi ſeruo tuo, vt tollamꝰ duos burdones de terra.

¶ Burgundia Gallię ꝓuincia Celticę, ducatꝰ titulo inſignis, cum antea ſub regibus fuerit a qua Burgundij & Burgundiones.

¶ Burcana inſula. vt lib. iiij. docet Plin. in Oceona Germanico quæ nunc Fabaria a frugis ſimilitudine ſponte prouenientis ſic appellata eſt.

¶ Buſiris. pen. pro. Neptuni & Libyes filius, & deus lini appellatꝰ. Oui. li. Hero. Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto Sta. tñ corripuit. li. xij. the. Nõ trucibꝰ mõſtris Buſirim infandumq; dediſti. Huius genitiuꝰ eſt Buſiris vel Buſiridis. Ver. Aut illaudati neſcit Buſiridis aras. Hic rex fuit Aegypti qui cũ ſuſceptos hoſpites immolaret ab Hercule interẽptus eſt cũ & eum occidere voluiſſet. Eſt & buſiris nomen vrbis in Aegypto a Buſiride cõdita, in qua fuit tẽplũ magnum Iſidis quę quidem vrbs ab Aegyptijs ſolis vrbs, a gręcis vero Thebę dicitur. Hinc Buſirica prę̃fectura.

¶ Buſicon ficum mariſcam dicunt quę magna erat.

☿ Bupina magna ſitis.

✤ Buſtum, ſi Seruio credit̃, vocatur quando exuſtũ iam cadauer eſt. Quod & Vergi. ſenſiſſe videt̃ cũ inquit ſemiuſtaq; ſeruant buſta. Liuius quoq; lib. v. ſcribit locum fuiſſe iuxta Aequimeliũ, nomine buſta Gallica, quoniã illic aceruatos cumulos ſuorũ defunctorũ ex peſtilentia vſſerant galli. Cic. vero lib. ij. de legibus, putat buſtũ appellari tumbã aut monumẽtũ. Pęnaq; fuit Solonis lege conſtituta, ſi quis buſtũ aut violaſſet aut deieciſſet. Sue. in Cæſ. poſuit pro ſepulchro. Iudęi qui etiã noctibꝰ continuis buſtum frequentarunt.

✤ Buſtuarij gladiatores dicti ſunt q ante ſepulchra in honorẽ defuncti digladiabant̃. Cice. in Piſonẽ, Si mihi cũ illo buſtuario gladiatore & tecũ & cũ collega tuo decertandum fuiſſet.

✤ Buteo ex accipitrũ genere auis eſt quã gręci numero teſtiũ triorchẽ vocant, ὄρχεις apud eos teſticulis dicitur. ☿ Fertur Phemonoen Apollinis filiã. Huic aui nomen dediſſe. Tradunt & hiſtorici Buteonẽ ſediſſe in naui Fabij ducis auſpicio proſpeto. Vnde Fabia gens Buteonũ cognomen adepta: vt ait Plin. lib. x.

¶ Buttubata veteres vſurpauerunt pro eo qđ nugatoriũ eſt & nullius valoris.

¶ Buthyſiam magnũ ſacrificiũ appellauere qualis eſt hecatombe & immolatio magnarũ hoſtiarũ. Sueto. in Nero. Gymnica inter buthyſiæ apparatũ barbam primam poſuit Gręci eñ thyſiam dicunt ſacrificiũ & prę̃ponentes bu, ſignificant magnum ſacrificium. Et Plut. Buthytas appellat ſacerdotes.

✤ Butyrũ pe. cor. bouis caſeus βοῦς enim bouis τυρὸς caſeus. quia vt plurimũ ſicut inquit Plin. lib. xxviij. fit ex bubulo lacte. Quãquã autem ſit lactis natura tamẽ iam pinguior & craſſior & ſolidior materia eſt aut frequenti agitatione, aut concuſſione aſſidua cohibet in ſe atque ſolidatur.

¶ Buxus vel buſſus arbor exigua ſemper virens & tonſilis Producit ex ſe viſcum & ſemen ſeu granũ quod cartegon dicunt, Buxum vel buſſum materia ipſa, id eſt lignum. Nã in plęriſq; nominibus arbores ſunt fœminini generis. fructus vero & ligna neu. Ver. Dant arbuta ſyluæ. Cruentaq; myrta & cęrea prima, volubile buxũ, qñq; tamen Buxus dicit̃, pro ligno. Ver. lib. ix. buxoſq; vocat Berecynthia mater.

☿ Ex buxo fiunt tybię multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad vſus plurimos. Gręce πυξὸς qđ π plęrũq; in b conuertitur. Vñ buxolum gręce pyxis idis. Hinc buxeus a, um. quod ex buxo eſt. Buxeta loca buxis conſita, & buxolus.

☿ Buxentum opidũ quod gręci pyxunta vocant in ſinu Poſſidonię a buxo arbore, quę copioſa prouenit.

## B ANTE Y

BYzari & budici vulgo putant̃ imaginoſi & qui a conſuetudine cęterorũ viuendi receſſerũt. Hi apud gręcos byzeres & buzeres dicuntur.

¶ Byzeres & buzeres pen. prod. populi ſunt. Valerius Flaccus, Buzereſq; vagi. Pomponius. Plinius. Buzeros appellat. Ab his portus quidam in Ponto appellabatur byzaricus.

¶ Byrſa, corium ac tergus. Ver. Mercatiq; ſolũ facti de nomine byrſam Taurino quãtũ poſſent circũdare tergo. Quo noĩe etiã dicta eſt ars in media carthagine. A byrſa corio fit byrſeus pro coriario.

¶ Byſſus genus lini ſubtiliſſimi: Itẽ lana conchæ adhęrens colore luteo ac perlucido. Ex hoc fiunt ꝑcioſiſſimę veſtes byſſinę appellatę. Et Byſſinũ eiuſmodi color appellatur, qui aliqñ dr̃ byſſus, hoc fit ſi cocco tinctũ tyrio tingatur. Multa ſunt genera byſſi. Vide philoſtratum, Qui ait, & byſſum ex quadã arbore naſci, q̃ altitudine populos ęquat foliis aũt ſalicibus æquiparatur. Quã quum vidiſſet Apollonius, gauiſus eſt, ꝙ fuſco amictui, quem geſtabat non diſſimilis admodũ eſſet. Byſſum autem dicunt in Aegyptum ex India deferri, ꝙ illa in plęriſque ſacris vtantur Aegyptij. Stra. etiam refert in deſcriptione Indię, quibuſdã arboribus Indię lanam innaſci. Ex qua Nearchus ait Stradonas texi: & Macędonas eo pro tomento vſos, ſagula confeciſſe.

¶ Byzantium vrbs. Thracię quondam a Pauſania Spartanorum rege condita, a qua Byzantę populi dicuntur. Poſtea a Conſtantino in maius aucta glorioſiſſimi ĩperij ſedes eſt totiꝰ caput oriẽtis. Eſt alia ciuitas in Aphrica, quã quidam Byzantium appellant, & populos Byzantas. Martianus, Qui Byzantium incolunt in Aphrica, meſſes centeſimo incremento fęnerãtut. Strabo. Byzantium per c vnde Byzancenus ager apud Solinum. Ptolo. quoq; regionem Byzacitin, Stephanus Byſſacitas & Byſſacenos, Suidas τὸ βυζάντιον ἐπὶ σεβήρου τοῦ βασιλέως ῥωμαίων τετείχισο γενναίω τείχει πεποιημένω μυλίτῃ λίθω καὶ τὰ λοιπὰ. ✤ i. Byzãtiũ tẽpore Seueri regis Romanorũ munitũ eſt generoſo muro & molari lapide, & reliqua. Cc.

C LIERA MVTA EST. quę ante n ſequẽte vocali in eadẽ ſyllaba ponit̃, ſed profert̃ ſub voce g ob cognationẽ literarꝝ: vt Cnidiꝰ Cneꝰ Tranſit etiam per cõpoſitiones & deriuationes in g vt quadringẽti ꝓ quadrincenti. In s vt parco parſi. In x vt duco duxi, noceo noxa.

## C ANTE A

¶ Caballus, equꝰ. Sene Epiſ. lxxxvij. O quantũ erat ſęculi decus imperatoriũ triũphalẽ, cenſoriũq; ſuper oĩa, hoc eſt Catonẽ vno caballo eſſe contentum. Hinc caballinus, a, um, Per. Nec fonte labra prolui caballino.

¶ Caballi populi ſunt Aſiatici.

☿ Cabiria ciuitas eſt inferioris Aſiæ Cappadocũ ꝗꝗ Cabiri populi ſunt in Bœotia.

¶ Cabile vrbs in Thracia vt inquit Polybius.

¶ Caca vide cacus.

¶ Cacabus pe. cor, nomẽ a ſono tractũ, quẽ ſupra ignem poſitus facit, a noſtris dr̃ olla, in qua pulmentariũ coquimus. Paul. Iuriſcõ. Inter ahenũ qđ ſupra focũ pendet & cacabũ nõ multũ intereſt. Nã hoc pulmentariũ coquitur

in illo aqua ad portandũ caleſcit. Apitius, Capita porrorũ ſimul elixabis in cacabo nouo, vt aqua ad tertiã deferueat. Antiq eñi calidã & frigidam in cęnis adhibuere.

¶ Cacus (vt fabulę ferũt) Vulcani filius fuit: ore ignẽ euomens & in vaſta ſpelunca habitans: vaſtus corpore, prędę ac latrociniis, ſemper intentus: cuius ſoror Caca vocabatur. Quem Hercules claua interfecit.

¶ Cacabo, as, pe. cor. propriũ eſt vocis perdicum. Oui. cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer.

¶ Cacos latine modo malus modo deformis modo timidus dicit̃. Et barbara eſt dictio, ait Theodorꝰ Gaza lib. v. Iliados.

¶ Cacia gręce κακία, quã latinꝰ vertit in maliciã inquit Hie. Apũd gręcos duo ſignificat & maliciã & afflictionẽ ſeu anguſtias quã κάκωσιν Gręci dicũt & hoc magis pro malicia trãſferri debuit. Cic. vitioſitatẽ interpretari maluult q̃ malitiã cũ vitioſitas nomẽ ſit generalꝰ ad oĩa vitia ptinẽs malicia ſpecialius. Apud veteres maliciã τῶ μέσον q̃ſi ſit & bona & mala, vt dolꝰ bonꝰ & malꝰ. Vñ apũd Plautũ dicitur cũ laude, Te ciuẽ ſumma omni malicia.

¶ Cacephaton vel potius cacophaton dici põt mala locutio, vel mala conſonantia. cacon eñi malũ dr̃, phaton dictũ. Fit aũt cũ particulã m ſequit̃ n vt numerum cum nauibus æquat. Item cum ſequens dictio duas habet ſyllabas precedentibus ſimiles vt O fortunatam natam me conſule Romam. Huic contraria eſt Euphonia.

✣ Cacoſyntheton mala ſeu deformis cõpoſitio σύνθετον enim compoſitum dicitur, vt apud Verg. Verſaq; iuuencum Terga fatigamus haſta.

☿ Cacoblepha inquit Albertus magnus, eſt animal modicum, in ripis Nili iuxta fontẽ, qui dr̃ niger, habitans, adeo ſubtilis ſpiritꝰ venenoſi in oculis, vt qui in oculos eius offenderit ſtatim moriatur.

¶ Cachochila dicunt̃ Illa quę malum ſuccum habent, quibus contraria ſunt Euchyla.

¶ Cacoethes generis neutri malꝰ mos, dictio tetraſyllaba κάκον mulum ἦθος mos. Nã ἔθος ꝯſuetudo. Vitiũ curatu difficillimũ cũ hulcus, quidem preſſum eſt, ſed q̃ circa ſunt intendunt̃ & intumeſcunt, vt inquit Celſus. Pli. caro vituli recentia vulnera nõ patit̃ intumeſcere, ſimũ bubulũ cũ melle fœmininũ, vituli cinis hulcera ſordida q̃ cacoethes vocant, lacte mulieris ſanant. Iuue. ꝓ ambitione ſumpſiſſe videtur per trãſlationẽ quę cum ſemel animo inſederit, non facile moueri poteſt. Tenet, inqt, inſanabile multos Scribendi cacoethes.

¶ Cacologus pen. cor. maledicus, cacologia malidictio.

¶ Cacobaſilea malũ regnum. cacodęmon infœlix.

¶ Cacozelus ineptus imitator, pe. pro.

¶ Cacecia ſiue caceſia vel cacexia, ſpecies eſt pthiſis quaſi malus corporis habitus: quo alimenta corrumpuntur: quod fit cum longo morbo vitiata corpora etiam ſi illo vacant refectionem tamen non accipiunt. Tñ apud Ariſto. Aliud ſignificat.

¶ Cachinnus ſolutꝰ riſus, a ſono riſus fictũ vocabulũ. Iuue. Sed facilis cuiuis rigidi cẽſura cachinni. Perſiꝰ. Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Hinc Seneca ꝑcipit, vt riſus ſit ſine cachinno, vox ſine clamore. Apũd antiquos nõ de riſu tñ dr̃, ſed & de ſono vehemẽtiore. Catulus, Procedunt, leuiterq; ſonãt clãgore cachinni.

¶ Cachinnor, aris, depo. & cachinno as, neu. pro immoderate rideo. Lucre. lib. iiij. Quã famulę multę fugitãt: furtimq; cachinnant. Dicit̃ & de ſono vehemẽtiore. Accius, Sęua ſonando crepitu clangentes cachinnant. Venit tamen ex græco, καυχάζω.

¶ Caco, as, ventris onus depono, excerno. Martia. Vẽtris onus miſero, nec te pudet excipis auro Baſſe bibis vitro cariꝰ ergo cacas. Hinc cataturio cacare deſydero.

¶ Cacaturio, is. Martialis, Cænaturit non cacaturit.

¶ Cacula pe. cor. militis ſeruus ἀπὸ τῶν καλῶν. i. a lignis Erãt eñi calculę militũ ſerui, fuſtibꝰ, clauiſq; ligneis armati ad tutelã dominorũ. Plau. Video caculã militarẽ.

¶ Cacumen pe. cor. vertex, ſummitas montis.

¶ Cacearia, inſula in Ponto, quã Pompo. lib. ij. Colliſariam vocat.

¶ Cado, is, cecidi, caſum, ſignificat ruo. Aug. ſuper Io. Qui nõ intrat per oſtiũ in ouile ouiũ, ſed aſcendit aliũde veh miſero mihi, qa caſurꝰ ſum. Interdũ cadere eſt euenire. Cic. li. iij. offi. Nec ꝑter ſapiẽtẽ cadere in quẽq̃ põt. Interdũ occidere & mori. Ver. Cadit & Ripheꝰ iuſtiſſimꝰ vnꝰ. Et cadere dñr illi, qui leuati a ſummo ad inferiora labunt̃. Cadere a cã, eſt aduerſario cauſam cõcedere, qd̃ pleriq; faciunt ne maiora incurrant damna, qd̃ eſt litẽ perdere. Huius ꝯpoſita ſunt, accido, decido, excido, incido, intercido, occido, cõcido, ꝓcido, recido, & ſuccido, q̃ habent penultimam correptam. Deriuatiua ſunt caſa, caſo, as, & caſito, de quibus infra.

¶ Cadauer pe. pro, a cadẽdo. Nõ vt inquit Hie. Ab eo ꝙ poſt mortẽ cecidit cadauer dr̃. Et ꝓprie de corporibꝰ mortuis, q̃uis & de opidis ad ſolũ deductis qñq; dicatur. Ser. Sul. Cic. Tot opidorũ cadauera ꝓiecta iacent. Hinc cadauerinꝰ, a, um, pe. pro. Aug. lib. ix. de ciuita. dei, Si tantis ſacrificiorũ cadauerinis nõ contaminantur nidoribus. Seruius etiam a carendo deducit.

¶ Caducus, a, um, pe. pro. nõ ſolũ momentaneũ ſignificat ꝙ facile cadat, ſed qd̃ cadere faciat. Vñ caducꝰ morbus, ꝙ facile cadat. Pli. lib. xvij. In drupis quoq; q̃ maturefcentes tũc ſunt ꝑcipue caducę, id riguis magis euenit etiã ſi nõ ceciderint faſtidiẽdis. Qñq; caducus mortuus dr̃. Ver. lib. vj. Hinc multũ fleti ad ſuperos, belloq; caduci Dardanidę. Vñ & cadauera, & caducũ, qd̃ ſub aliqua cõditione legatũ eſt. Caduca hęreditas dicitur, quũ hæredes ceciderunt. Et caducarij, qui huiuſmodi hęreditatẽ accipiunt. Legatum oẽ capis, necnon & dulce caducũ. Caduca auſpicia veteres dicebant, quum aliquis in templo excidit, veluti de manu virgę.

¶ Caducor, eris, pręcipitor. Varro, Et frigido nymbo aqua acta caducimur.

¶ Cadulę guttę, q̃ de carne pingui cadunt dum aſſatur.

¶ Cadiuus, a, um, pe. pro. qd̃ per ſe cecidit. Vñ cadiua poma dicuntur, q̃ non ſunt manu collecta, ſed ſua ſponte in terram cecidere. Et cadiua folia, q̃ per ſe ex arboribus cadunt. Pli. Colligi mala poſt ęquinoctiũ autũnale cadiua ſeparari ſtramentis ſtorijs paleiſve ſterni.

¶ Cadus vas vinariũ, quo vinũ condit̃, vt inquit Acrõ. Cuius prima corripitur. Mar. In Vaticanis condita muſta cadis. Continet vrnas duas, vel vt aliqui volũt tres cum dimidia Vrna quadrantali & amphora. Primi in alpibus ruſtici cados ligneos circulis cinctos excogitarũt, & gręcum eſt κάδος.

¶ Caduceus & caduceũ, Virga Mercurij erat, qua pax ſignificabat̃. Nã quia Mercurius oratiõis deꝰ eſt, & deorum nuncius (vt Gentiliũ more loquamur) merito a dijs mittebat̃, vt diſſidentiũ animos oratione ſedaret. Hinc caduceatores dicunt̃ legati pacẽ petentes, a caduceo, q̃ manu geſtabant. Cato, Caduceatori nemo nocet. Et caduceum ipſum Apollo inuenit, eoq; Mercurium donauit, a quo ipſe lyra donatus eſt.

¶ Cadurcum tentorium ſine culcitra, qua merces tegũtur a Cadurcis Gallię populis, vt inquit Plin. apũd quos lini ꝑſtantia palmã obtinet in culcitris. Iuuena. Inſtitor hybernę tegetis niueiq; cadurci. Sũt qui putẽt eẽ inſtitã q̃ ſupra lectum obtenditur, & tegit vndiq;, & quum corpus chriſti, aut ſancti alicuius viri oſſa per vrbẽ comportantur cadurco. i. ſuperne, quod plures ſuſtinent operiunt. Iuuena. Violato pœna cadurco.

¶ Cadiſcus vaſculum, quo ſuffragia colliguntur, græce κάδισκος diminutiuum a cadus.

¶ Cadmus nomen propriũ Phœnicũ regis Agenoris filij, q fuit Tyriꝰ, a quo cadmeꝰ, a, um. Mar. Te Cadmea Tyrus. Et Thebę Cadmeę dñr a Cadmo cõditore. Propertius, Cũ tibi Cadmeę dicunt̃ Pontice Thebę. Ferũt Cadmũ. xvj. literas e Phœnicia in Gręciã detuliſſe. α. β. γ. δ. ε. ι. κ. λ. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. His Palamedẽ Troiano bello quarto adieciſſe, ξ. θ. φ. χ. Aiũt quoq; Cadmũ hiſtoriã inueniſſe, & primũ ꝓſaicã orationẽ inſtituiſſe. Apuleius vero. ο. aſcripſit Pherecidi. Fert̃ itẽ inueniſſe auri metalla, atq; cõflaturã. Eſt & Cadmus mõs, qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. Noſter aũt Suidas ita ſcribit de Cadmo, κάδμος ὁ μιλήσιος εὑρετὴς τῶν γραμμάτων ἐπιγράμματι ζήνωνος, κάδμος πανδίονος μιλήσιος ἱστορικὸς ὅσπις οὗτος κατά τινας συγγραφὴν ἔγραψε καταλογάδην, μικρῷ νεώτερος ὀρφέως, & ſubdit ὅτι τὸν κάδμον φασὶ πρῶτον εἰς τὴν ἑλλάδα κομίσαι τὰ γράμματα ἅπερ γράμματα πρῶτοι φοίνικες ἐφεῦρον. ✣ Id eſt Cadmꝰ Milleſiꝰ literarũ inuentor epigrammatę zenonis. Cadmus Pandionis Milleſius hiſtoricus, qui primus ſecundũ quoſdam hiſtoriã proſaica oratione ſcripſit, paulo iunior Orpheo. Et ſubdit ꝙ aiunt primum Cadmum in græciã portaſſe. Literas primi Phœnices adinuenerunt.

✣ Cadmites gemma, quam cęrulęę interdum bullę cingunt. Cc.

¶ Cęa, nomẽ inſulę maris Aegei, a Cæo Titani filio ſic dicta. De qua Plini. lib. iiij. inſulę Cęę quatuor fere partibus, q̃ ad Bœotiam vergebant, eodẽ mari deuoratis. Hanc Ptolemęus, & vulgus nauticũ Ciam nominant. Hinc Cęus, a, um. Vñ Eraſiſtratus e Cęa inſula Cęus dictus eſt. Et veſtis Cęa, q̃ ab aliquibꝰ Coa dr̃. Pli. lib. iiij. ſcribit ex Cęa inſula profectã delectationi fœminarũ veſtem, autor eſt Varro. Eſt aũt Cæa veſtis bombycina tenuiſſima, de raſis vulneribus a paruis animantibus confecta, ibi primum inuenta. Hanc prima texiſſe dr̃ Pamphila, ſiue vt Ariſtote. inquit Paſiphę Platis filia. De hoc etiam in dictione Coos.

¶ Cęcias ventus qui ita flare dicit̃ ab Ariſto. non vt nubes propellat, ſed vt ad ſe vocet. Flat inter aquilonẽ, & exortum ęquinoctialem.

¶ Cecubum vinum, ſic dictũ a cęcubis Campanię populis, apud quos naſcit̃. Pli. lib. iiij. Setini & cęcubi obtenduntur agri. His iungũtur, Falerni Cęloni. Marti. Cęcuba Fundanis generoſa coquuntur amicis.

¶ Cęcꝰ quaſi oculis captus, vel quaſi oculis cõciſus, vel oculis carens. Et cęcus dr̃ inſidioſus, occulte malus, latens, tacitus, qui videri nõ põt. Colu. lib. j. Ex quibꝰ ſæpe cõtrahunt̃ cęci morbi, quorũ cauſas ne medici quidẽ perſpicere quęunt. Sic dicimus cęcam noctẽ, in qua nõ videmus. Ver. Cęca regens filo veſtigia. ☿ Et locus cęcus dr̃ in quo nõ videmꝰ, cęcę foſſæ: cęci aditus qui obſepti ☿ Transfertur & ad animum. Vnde cęci dicuntur improuidi. Hinc cęcitas tam animi q̃ corporis orbitas.

✣ Cęcigeni, apud Lucretiũ ſecundo, q cęci geniti ſũt.

¶ Cęcululus diminutiuũ a cęco. Eſt & nomẽ ꝓpriũ eiꝰ, qui Pręneſte ꝯdidit, deductũ a minutis oculis, a quo Cęcilios ortos putãt, quorũ familia Romę nobiliſſima fuit

¶ Cæcilia, genus ſerpentis cęci. Colu. lib. vij. Eſt & magnũ animaliũ noxiũ virus. Nã & vipera & Cęcilia ſępe quum in paſcuo bos improuide ſupercubuerit, laceſſita onere morſum imprimit.

☿ Eſt etiam Cęcilia virginis nomen, quę pro Chriſti nomine martyrium pertulit.

¶ Cęcutio, is, parũ video, & cecutiens quaſi ſemicecus. Varro. Vtrũ oculi mihi cecutiunt, an ego vidi ſeruos in armis contra dominos. Hiero. ad Pauli. Vt rarus ſit, qui non carum cecutiat lectione.

¶ Cęculto, as, obtuſam aciẽ habeo, & quaſi cęco ſimilis ſum. Feſtus, Cecultare eſt cecos imitari. Cecultant, cecis ſimiles ſunt oculorũ acie obtuſa. Plau. Nũnam mihi oculi cęcultant, eſt ne hic noſter Hermio?

¶ Cęcilius poęta dictus, vt inquit Feſtus, a Ceculo Preneſtine vrbis conditore, vel vt quidam aiunt a cecutientibus oculis.

¶ Cęco, as, cęcum facio, cuius cõpoſita ſunt excęco, qd̃ eſt valde, ſeu perfecte cęco. Pli. Vt quum lauatur, ſi oculos attingat, excęcet. Obcęco, de quo infra.

¶ Cęcũ vallũ, in quo ꝑacuti pali affixi hęrbis vel frõdibus occulunt̃. Itẽ cęcũ inteſtinũ, qd̃ a dextera parte incipiens in ſiniſteriorẽ peruiũ & longũ eſt. Ideoq; dicit̃ cæcum, quia id quo peruium eſt late fuſum, ac ſeminatum ab vtraq; parte huc atq; illuc eſt volutum.

¶ Cęcinos amnis vocat̃, q Rheginũ agrũ a Locrẽſi diuidit. Et eſt opidũ Italię, haud ꝓcul a Sicilia Cęcinũ dictũ.

¶ Cędes mors ferro aut alia vi illata, ꝑſertim ab eo qui occidere aut ferire volebant. Inde dicimꝰ aliquem commiſiſſe cædem. Huius diminutium eſt cędicula.

¶ Cędo, is, cęcidi, pe. ꝓ. cęſum, verbũ actiuũ, cuiꝰ paſſiuum eſt cędor. Et eſt cędere, flagellare. Teren. Verberibꝰ te cæſum in priſtinũ Daue dedã. Itẽ excidere. Cice. Aut eius partes quaſi membra quędã cędenda. Itẽ percutere. Iuuena. Ebribꝰ & petulãs, q nullũ forte cęcidit. Itẽ occidere. Ver. Cędunt̃ vigiles. Per tranſlationẽ vero ponitur qñq; ꝓ immolare, vt apud eundẽ. Cędũt binas de more bidẽtes. Itẽ ꝓ frangere. Cic. Cædere ianuã ſaxis, inſtare ferro. Huius cõpoſita ſunt abcido, cõcido, circũcido, decido, excido, incido, intercido, occido, ꝑcido, recido, & ſuccido, quorũ penultima ꝓducit̃. ¶ At cędo ſine diphthongo ceſſi ꝑteritũ & ſupinũ ceſſum facit multaq; ſigcificat. Nã qñq; cedere ſignificat abire, & locum victori dare. Cic. Cui quidẽ exercitus noſtri imperatoreſq; ceſſerunt. Quandoq; diſcedere, euitare, atq; ſubtrahere. Plaut. Cędamus imbri. Lucil. Qñq; pudor ex pectore ceſſit. Hinc cędere iræ dicimus dare locũ irę, & quaſi ab ira diſcedere. Cędere bonis diſcedere a bonis, & quicquid noſtrũ erat tradere creditori. Cędere iure, diſcedere a iure, eſt ius qd̃ habemus alteri tradere. Qd̃ & de iure cędere dicimꝰ. Et cędere eſt in ius alicuius venire, vt cędunt mihi ea bona. i. in ius meũ veniunt, & cum accuſatiuo mediante in. Hiero. ſuper Mar. Ita fiebat, vt oblatio liberorũ ſub occaſione tẽpli, & dei in ſacerdotũ lucra, cęderet. Rurſus cedere ponit̃ pro dare Aennius, Saluete, optima corpora cedite, manus veſtras meaſq; accipite. Pro concedere obſequi nõ repugnare. Vergi. Cædo equidẽ, nec nate tibi comes ire recuſo. Pro ſuccedere, ſeu in ſortem cõtingere. Idem Ceſſerit Auſonio ſi ſors victoria Turno. Pro incedere. Plaut. in Aulul. In hoſtẽ abſolutꝰ cedas. Inuenitur & cedo imperatiuũ pro dic, & nonnunq̃ pro da, nec habet aliã perſonã, niſi tñ cedite pluraliter, habetq; primã correptã. Terentius in And. Cedo cuium puerum. Lactan. lib. iij. Cædo igitur quicquid didiceris. Cice. in Cato. Cædo qui noſtrã rem, tantã amiſiſtis. i. dic. Teren. in Phor. poſuit ꝓ da. Quin tu mihi argentũ cedo. Phor. Immo vero vxorẽ tu cedo. Cedere diẽ inquit Vulp. ſignificat incipere deberi pecuniam, ſicut venire diẽ, ſignificat eum diẽ veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Huius verbi cõpoſita ſunt, abcedo, accedo, concedo, decedo, diſcedo, excedo, incedo, intercedo, præcedo, ꝓcedo, recedo, retrocedo, ſecedo, & ſuccedo, quę habent penultimam productam.

¶ Cædua ſylua, q̃ relinquitur, vt ex ea ligna cædantur.

¶ Cæſim aduerbium ſignificat cędende, ſiue per inciſionẽ gladij ſicut punctim pungẽdo, & cæſim dr̃ vno ictu. Colu. lib. v. Maior aũt pars operis in vineã ductim potius quã cæſim facienda eſt. Hinc ductim ſignificat cũ mora. ☿ Ceſim ſine diphthongo aliud ſignificat.

☿ Cœlus cognomẽ indigenæ fuit, qui ex terra ſorore in matrimoniũ ducta, Saturnũ, Betillũ Dogana, & Athlanta genuit. A cuius nomine, mira varietate formoſiſſimũ ſupræmum corpus cœlum dicunt fuiſſe appellatum.

☿ Cœlum inſtrumentum, quo vtuntur argentarij, dum vaſa ſculpũt, vt eſt illud. Cœlo fabricata Myrõis. Speuſ. ait. Cœlum eſt omnia complectens corpora, præter ipſum ſupremum aerem. Et cœlum vocatur, quod alio modo dicitur mundus, cuius circumflexu cuncta teguntur, & ſtellis ſplendet, quaſi quadam cælatura, a cælo ſculpo, eo ꝙ ſit cælatum, hoc eſt ſyderibus ſculptum, ſiue ſignatum. Et ſic cum æ diph. ſcribitur. Amb. li. Hexa.

Cęlū dr̄, quaſi impreſſa ſtellarū lumina, velut ſigna habeat, tanq̄ cęlatū appellat̄, ſicut argentū, qđ ſignis eminentibꝰ refulget cęlatū dicimꝰ. Var. A cauo deriuat κόιλον eñ concauum dicūt, quia. ſ. id neceſſario in ſculptura exigit̄. Et ſicut cū œ diph. ſcribi debet. Quidā ſine diph. ſcribūt a cęlādo a cōtrario noie, ꝙ apertū ſit. Sciēdū eſt aūt ꝙ philoſophi oēs nouē cęlos eſſe dixerunt, quorū ſeptē a planetis appellauere. Octauū ſydereū ſeu ſtellatū, nonū vero, qđ neſcirēt, cuiꝰ ꝯditiōis eēt vocauerūt primū mobile quū ſcđm ſctōrū ſniasdicat̄ cęlū aqueū criſtallinū vć nō a frigiditate, ſed a trāſparētia, decimūq; affirmāt eſſe cœlū illđ empyreū appellātes, quaſi igneū nō a calore, ſed a ſpēdore, in quo angeli & beatorū cōſtitutę ꝯtēplatiōe inhęrēt aię, idq; imobile eſſe dicūt idē doctores ſancti. Sūt igit̄ decē cœli. ſ. Cœlū empyreū. Cœlū criſtallinū primū mobile, cœlū ſtellatū. Cœlū Saturni. Cœlū Iouis. Cœlū Martis. Cœlū Solis. Cœlū Veneris. Cœlū Mercurij, & Cœlū Lunę. Si qs hāc materiā videre cupit, diffuſiꝰ Egidiū romanū ī cōmētis. ij. li. ſentē. diſt. ij. perlegat. Interdū cœlū ſumit̄ ꝓ aere. Ver. Maria, ac terras, cęlūq; ꝓfundū. Pli. lib. ij. Et hoc cœlū appellauere maiores, qđ alio noīe aera. Hinc grādines ſūt, & pruinę, hymbres, ꝓcellę, turbines vētorū hoc regnū ſupra lunā plura omnia, ac diuturnę lucis plena. Augu. Huic aūt cœlo, in quo ſunt luminaria, ita vicinꝰ eſt aer, vt & ipſe cęli nomen acceperit. nō ſolū ſermone cōmuni ſcđm quē dicimus ſerenū, vel nubilū cœlū, ſed etiam nr̄arū ipſarū cōſuetudine ſcripturarū cū dr̄ volatilia cœli, cū aues in hoc aere volare manifeſtū ſit. Ariſt. accipit cęlum pro octaua ſphęra, qñq; ꝓ corpore quinto, qñq; pro toto vniuerſo. Dicitur pręterea cęlū palatum oris. Plinius. Cerebrum viſcerum excellentiſſimū eſt, proximumq; cœlo capitis, ſine cruore, ſine ſordibus.

¶ Cœleſte, quod e cœlo eſt. Vnde cœleſtia numina, & cœleſtia auguria, quę a cœlo fiunt, quum vel fulminat vel tonat deus.

¶ Cęlicus, a, um, idem eſt quod cęleſte, vt cęlica regna.

¶ Cęlitus pe. cor. aduerbiū ſignificat e cęlo, ſicut diuinitus a deo. Hie. Tandē cęlitus inſpiratus pręciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit.

♉ Cęlites dij cęleſtes, qui in ęthere ſphęrę q; ſuperioris ābitu vſq; ad ſolarē circulū demeāt, q & Apates dicunt̄, qm̄ non admodū eos mortaliū curarū vota ſollicicitant. Aug. lib. de gram. cęles cęlites, qui iter ſibi faciūt cęlū.

¶ Cęlicola pen. cor. qui vel quę cęlum habitat.

¶ Cęlebs generis cōmunis, qui nunq̄ duxit vxorē ſeu qui eā amiſit. Dictꝰ cęlebs, vt inquit Hiero. ꝙ cęlo dignā vitā agat, qui coitu careat. Aug. Cęlebs qui non habet vxorē, vel q̄ non habet maritū, qualia ſunt numina in cęlo, q̄ abſq; coniuge ſunt, ſi Agapetas non attendamus. Priſcianus, Cęlebs dr̄, quaſi cęleſtiū vitā ducens. Hi accipiūt cęlibes nō tam ꝓ vxore carentibꝰ, q̄ ꝓ caſtis, & omni venere abſtinētibꝰ. Sed ꝓprie dr̄ cęlebs, q vxorē nō habet, etiā ſi cōcubinas habeat. Nā cęlebs & maritus relatiua ſunt. Quin. Nā clarus an obſcurus magiſtratus, an priuatꝰ, ciuis an peregrinꝰ, liber an ſeruꝰ, maritus an cęlebs, parēs liberorū an orbꝰ ſit. Cice. li. de legibus. Cęlibes eſſe ꝓhibeto. Dicimꝰ tñ thorū cęlibē, & vitā cęlibē actā in cęlibatu. Oui. Quę ſi nō fuerat cælebs te vita deceret. Hinc cęlibatus, tus, pro vita, q̄ agitur ſine vxore. Martia. Conſtituit Mercurius pellere cęlibatū. Hiero. ad Tranquillum. Nihil prodeſt abſq; operibus cęlibatus, & nuptię, quum etiā fides ſi operā non habuerit mortua eſſe dicatur. Sueto. Verum amiſſa vxore Lepida, duobuſq; ex ea liberis, manſit in cęlibatu.

¶ Cęlſus a cælo. i. altus & ſublimis, a quo fiunt excelſus & p̄celſus, in quibus p̄poſitiones habent vim augendi. Excęlſitas. Cice. Etenim magis eſt ſecundū naturā excęlſitas animi & magnitudo. Quidā tamen hoc nomen ſine dipthongo ſcribunt.

♉ Cęlibaris, haſta dicebat̄, qua caput nubentis comebatur quæ in corpore gladiatoris occiſi ſletiſſet, vt ſicut illa coniuncta fuerat cū corpore gladiatoris, ſic cū viro noua nupta ſit copulata.

¶ Celius mons vrbis Romę ex ſeptē a Cęlio Vibeno nobiliſſimo duce Thuſco dictꝰ, ꝙ Romulo aduerſus Latinū regem cū auxiliaribꝰ venit inclytus. Hūc montem Tul. Hoſti. vrbi addidit, ibiq; ipſe habitauit, quo frequētius habitaret̄, vt inquit Liuiꝰ in eo habitauit Ennius poeta. Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

¶ Cęlo, las, ſculpo ſiue ſigno. A quo cęlata vaſa dicunt̄, q̄ veteres ancæſa vocabant, ꝙ circū cędēdo fiant. Et cælum ipſum quo cælant̄. Pli. lib. xxxiij. cōſtruxit hoc verbū inſtar eorum, q̄ precium ſignant. L. Craſſus (inquit) orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos ſeſtertijs centū, confeſſus eſt tamen nunquam ſe his vti, propter verecundiam, auſum.

¶ Cællo, is, per duplex, ll, frango, ſiue cędo, quo verbo nō vtimur, niſi in cōpoſitiōe. Eius cōpoſita ſunt excello, ꝓ extollor & ſupero, āteccllo, percutio, euerto, ꝓcello eiuſdē ſignificati, a quo ꝓcęlla. Recęllo, reclinor, humilis fio. Interdū actiue ponitur pro reclino. Varro. Alius teneram abietem ſolus præcællit.

✣ Cęlimontia porta a Cælio monte dicta. Cc.

¶ Cęliſtomia pe. pro. dr̄ quum vox quaſi in receſſu oris auditur. ςόμα eñ os dicitur. Fit a cœlo oris, quāuis & ab oris concauitate dici poſſit, κοῖλον enim cōcauum dicūt. Et ſic per œ ſcribendum erit.

¶ Cęmentū a cędo, is, vt quidā putāt. Sunt eñ cęmenta, omnis rudior materia, qua ędificia cōſurgunt ꝓprie cęſi lapides apti ad ędificādū, exciſo mōte aliquo vl' effoſſo. Fodinas quoq; ruſtici Cāpaniæ cæmētarias appellant. Liuius, Nec erat difficile murum ſubruere, ꝙ cæmēta nō calce durata erāt, ſed interlita luto ſtructurę antiquę genere. Col. li. ix. Sub porticibꝰ quadratę harę cęmentis, vel etiā laterculis extruunt̄. Idē ibi. Modꝰ ſyluę pro cuiuſq; facultatibus occupatur, acſi lapidis & opere vtilitas ſuadeat, haud dubie cæmentis & calce formatꝰ circundat̄ murus. Aliqñ ponit̄ pro ipſo opere. i. ędificio, qđ ſtructo lapide erigit̄. Plin. Pallidus lapis in cæmento raro vtilis. Licet enim contra iniurias fortis ad ſtructuram tñ infidelis eſt, niſi multa ſuffrænatione deuinctus. Hiero. in inſtrumento veteri poſuit pro calce aqua ſabuloq; fermentata, cum ait. Habueruntq; lateres pro ſaxis, & bitumen pro cęmento.

¶ Cæmentarij dicuntur cæmentorum, hoc eſt ędificiorum, q̄ ex lapidibus ſunt ſtructores, quos Fabros murarios appellant. Hie. ad Pauli. Agricolæ, cęmentarij, fabri, metallorū lignorūq; cæſores, lanarij, qui vilia opuſcula fabricant. Hi de precio totius operis faciūdi ſi cū domino conuenerint ædificandumq; id conſtruxerint, redemptores vocitantur.

¶ Cęmentitius, a, um, qđ ex cæmento eſt, vt parietes cæmentitij.

¶ Cęnos græce latine nouus.

¶ Cæne, vrbs circa ſinum Laconicū, Tęnaron ante vocata. Hinc Cęnites portus apud Pli. lib. iiij. Et Cęneus Iupiter dictus eſt. Ouidius, Victor ab Oechalia Cęnęo ſacra parabat Vota Ioui.

¶ Cępe gene. neu. & indeclinabile a capitis magnitudine dicitur. Vnde & primā diph. vocalē accepit. Hiero. Impelle peluſioten, vt edat cępe. Dicitur & cæpa cæpæ. Ouid. Cædenda eſt hortis eruta cæpa meis. Inuenitur etiam ſecundum Priſcianum. Cępitius, & hoc cæpitium. Cęparum plura ſunt genera, nobiliſſima Aſcalonia ab opido Iudeę. Nam vt refert Strab. lib. xvj. Aſcalonenſium regio pręcipue fert cępas. Col. Pompeiam vel Aſcaloniam cępam eligito, & componito in fidelia. Optimę ſunt rotūdiſſimę, ruffę acriores, q̄ candidę, ſiccę, q̄ virides. Cępa oculos mordet, vñ a Gręcis nomen impoſitum Cromyon, quaſi pupyllam oculi comprimi cogeret, ſicut ſcribit Ariſtote. in proble. Vnde lachrymoſa dicitur a Columella.



¶ Cępula dimi. a cępha. Pſal. Hoc menſe cępulas ſeris.

¶ Cępi, p̄teritū a capio cū, æ, diph. ſcribitur, cū eius cōpoſitis. Accępi, concępi, recępi, p̄cępi. Cœpi vero defectiuū cū, œ, a cœpio ꝓ incipio format̄, qđ apud antiquos in vſu erat. Terē. in Adel. Sex totis menſibꝰ olfeciſſem, q̄ ille quicq̄ cœperet Cato, Cœpiā ſeditioſa verba loqui. Nunc aūt p̄terito eius pro p̄ſenti vtimur cū ſuis deriuatis. Cœperam, cœpiſſem, cœpero, cœpiſſe, cœptum ire. Et cœptum cœpti, hoc eſt principium. Oui. Dij cœptis nā vos mutaſtis & illa, Aſpirate meis.

¶ Cęruleus color, viridis cū nigro, & ſubniger, ſicut mare, qui gręco verbo a latinis dr̄ Glaucꝰ. Et Gelliꝰ ſentit eundem eſſe Cęſtū. Hunc Venetū quoq; colorē, & Thalaſſicum & ferrugineum & cianęū appellari ab eruditis inuenimꝰ. Dictus cæruleus quaſi cęluleus a cęli colore. Dr̄ & cumatilis color, ꝙ gręce κῦματα fluctꝰ vocāt. Alij deducūt a cęra, de quo in dictione cęrea. Cæruleū arena eſt, cuius tria ſunt genera, Aegyptium, Schyricū, & Cyprium Poſtea probatum eſt Atticū, marmoroſum & cyricum ſiue preſſum. Vide Plin. lib. xxxiij.

¶ Cæra licet a gręco nomen habeat κήριον eñ Gręci fauum dicūt, qđ abſq; diph. ſcribitur, tñ Apuleio teſte cōſuetudo cōuenit κ in, æ, diphthon. Quidam etiā a careo deducūt, eo ꝙ mellis perſuaſione careat. Vñ etiā primā diphthon. vocalē aſſummpſiſſe dicitur. Eſt aūt cęra, q̄ fit expreſſis fauis. Cęra aliqñ pingere ſolebant quapropter & tabellę ita pictę ceræ vocabant̄. Ouidi. Per lege diſpoſitas geneſa per atria cęras. A cęra etiā fiebant pugillares, in quibꝰ ſcribere mos erat. Vñ & pro epiſtolis, & ꝓ pugillaribus ponit̄ qñq;. Iuue. Nōne libet medio cæras implere capaces, Quadriuio. Qñq; ꝓ cærata tabula. Vñ dr̄ in prima cęra, & in ſecūda cęra, imacęra, & extrema cæra. Nā Romani teſtamenta ſcribebant in tabulis cæratis. Suet. ī Cęſare. Quintilia. Pediū ex quadrāte heredē inſtituit, reliquos in ima cęra. i. vltīa parte tabulæ teſtamentarię. Hinc ſyncerum, & procerum.

✣ Cæra optima eſt q̄ Punica vocatur, omnium candidiſſima, proxima quæ maxime fulua. Cc.

¶ Cęro, as, ceram impono. Colu. lib. vlti. Sexta quaq; oliuitate dolia cęrare oportet. Huius compoſitū eſt Incero. Iuue. Genua incerare deorum.

¶ Cæratura, æ, ipſa ceratio. Columella. Vetera nō credideram propter olei ſuccum, ceraturam pati.

¶ Cęreus, ea, um, quod ex cęra eſt, vt imago cęrea Sumitur qñq; pro molli ac facili. Hora. cęreus in vitiū flecti, monitoribus aſper. ♉ Idem. cęrea Thelephi Laudat brachia. Qñq; ꝓ pingui. Acciꝰ, Pinguē turturē cęreāq; ficedulam a cerę videlicet colore. Qñq; ꝓ vncto. Mar. Cęrea ſi pendet lumbis, & trita lacerna.

¶ Cæratum videtur eſſe ſicut vulgo appellatur, qđ vulneribus ſuperponi ſolet. Hier. ad Cteſiphontē. Deniq; vt oēm ſtultitiā meā diligētius recognoſcas, etiā ſtomachū meū poſt illud ſuſceptū cęratū tuū te abſente curaui, conſtat ex rebꝰ ſicciorībꝰ, & igni appoſitū molleſcit, ſed appoſitū corpori dureſcit, & pertinaciꝰ hęret. Dictū a cęra, q̄ fere omnibus cęratis adhiberi ſolet. Quidā nō cæratum, ſed cęrotum appellant a gręco κήρωτον.

¶ Cærefolium genꝰ hęrbę. Palladiꝰ. Cęrefoliū locis frigidis ſeratur.

¶ Cęreꝰ, cęrei funale. Mart. Hic tibi nocturnos p̄ſtabit cęreus ignes. Huiꝰ diminutiuū eſt cęreolꝰ. Hie. Magnū honorē prębent huiuſmodi homines beatiſſimis martyribus, quos putant de viliſſimis cęreolis illuſtrandos.

¶ Cęrulus, a, um, pen. cor. Catullus, Cærula vertentes abiegnis ęquora palmis.

¶ Cęruleus, a, um, idem qđ cęreus. Proper. Cęruleꝰ cucumis, tumidoq; cucurbita ventre.

¶ Cęrinus, a, um, pen. prod. eiuſdem eſt ſignificantiæ. Cęroſus, a, um, quod habet admixtam cęrā. Vnde melcæroſum dicitur nondum depuratum. Plin. Liquore veluti mellis cæroſi.

¶ Cęrium vel cęris, genus vlceris, ꝙ faui ſimilitudinē habeat. Plin. Romanorū fici teneri cauliculi cū melle vl ceribus, quę cęria vocantur, illinuntur.

¶ Cęroma, atis, & cęromatū a cęra fit, ſignificatq; oleū cœnumq;, quibus permixtis vngebantur athletæ, quum eſſent certaturi. Inde Iuue. Cęromatico collo dictit. Dictū nō ꝙ cęroto ſimile ſit, ſed gręcū eſt, κήρωμα, τοϛ. Significatq; apud Gręcos tabulā cęratā, in qua ſcribi eſſet ſolitū. Hęc īſperſio haphe dicebat̄. Martialis, Et flaueſcit haphe. Nā ea inſperſione perfuſa obluctantiū corpora quodammodo flaueſcebant, lepras patiētibꝰ ſimilia. Fiebatq; ex oleo terraq;, nec ex omni terra, ſed ex qbuſdā eius generibus, quibꝰ robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos ęſtus, atq; algores firmiora arbitrabant̄, vt erat albida quędā terra pertenuis ex albano agro, & rubrica, & Baianꝰ puluis. Adhibebat̄ quippe oleum, tum ad agilitatem p̄ſtandā, vt corpora lubrica fierēt, tumq; natura olei eſt tepefacere mēbra, & cōtra algores munire. Terra vero ad indurādos magnos artus, & aduerſus ęſtū firmādos adiungebat̄. Statius de palęſtritis, Poſtq̄ oleo grauiſa cutis petit ęquor vterq; Procurſu mediū, atq; haſta veſtit̄ arena. Tū mali dos artus alterno puluere ſiccant. Collaq; demerſere humeris, & arachla late vaſta, tenēt. Ponit̄ & pro loco, in quo paleſtritæ vngebant̄. Pli. Idē Palęſtras athletarum imaginibꝰ, & cæromata ſua exornant. Sunt & qui dicant etiā cęroma ſignificare tabellā cæratam, in qua olim ſcribere conſueuerunt.

¶ Cęrete gn̄is neu. ciuitas Tuſcię, q̄ Strabo teſte Agylla dicebat̄ Declinat̄ & Cęres Cæretis pen. cor. Ver. Eſt ingens gelidū lucus ꝓpe Cæritis amnē. Feſtꝰ cęre neutro genere declinat, ſic inquiens. Cęrimoniarū cauſam, alij ab opido cære dictam exiſtimant. Nomen ab hoc patrium eſt hic & hæc Cæretis penultima prod. Verg. li. Qui Cærete domo, qui ſunt Minonis in aruis. Poteſt etiam declinari ſecundum Priſcianum, hic & hæc Cæritis, penultima correpta, vel hic & hæc Cæritis, penultima producta.

¶ Cæremoniæ pen. cor. vel ab opido Cærete, vel a carendo dictæ ſunt. Nā vrbe a Gallis capta, quum veſtales virgines ſimulacra deorū ex hoſtibꝰ erepta traducerent, in opidum Cærete potiſſimum conuenere, vbi benigne fuerūt hoſpitio ſuſceptæ, donec a Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriā Romani p̄ſtiterūt, vt omnis diuinꝰ cultus, cæremoniæ a Cęrete diceret̄. Liui. lib. v. ſcribit. L. Albiniū de plębe vnū, virgines, ſacerdotes, ſacraq; plauſtro Cęre īuexiſſe Vnde cærimonijs ſit enatum nomen.

♉ Cerinthe, es, genus hærbæ mellis cū cæra mixti ſaporē hn̄s. Ver. lib. iiij. Ge. Et cerinthe ignobile gramen, habet folium candidū incuruū cubitalis, capite cōcauo, cuius florum auidæ ſunt apes A cæra deriuat̄. Dr̄, & cærinthus, & a Dioſcoride cerāthenis. Ab Ariſtotele Erithace, ſeu Rithace, vulgo eam vocare ſolent. Carbinam in Ethruria, & Liguria credo, quia flatu Africi naſcat̄, quē vt inquit Victruuius Carbā, nautæ Carbinū cognominant. Et quidam nigrior ventis. Quidā tñ Cerinthe ſine diphthongo ſcribunt.

♉ Cæricas græci dicūt horas tēporales, q̄ & vulgares. Nā apud veteres ſolaria in horas tam noctis, q̄ diei temporales nō equinoctiales diuiſa proponebant̄. Ita ſinguli dies nocteſq; horis cōtinebant̄ duodecim. Et quod ſequens eſt meridiem hora diei ſexta deſignabat.

¶ Cæſar cognomen Iuliorum eſt. Ille enim qui primus Cęſaris nomen adeptus eſt, ab eo dictus fertur, quod cęſo matris vtero ſit natus. Vel ab elephāto in pugna occiſo, qui lingua Maurorum Cæſar appellatur. Vel ꝙ oculis cæſijs, hoc eſt glaucis fuerit. Vel ꝙ a cæſarie, cum qua natus proditur. Plinius libro. vij. ſcribit Scipionem Aphricanum primum fuiſſe dictum Cæſarem, a cæſo matris vtero. Qua de cauſa, & Cæſones appellati. Iuliꝰ

autem Cęſar, a quo familia Cęſarũ poſtea prorogata eſt, non eſt natus cæſo vtero materno, qui matrẽ Aureliam habuit, quam amiſit cum in Gallia bellũ gereret. Cuius etiam pater Cæſar eſt nuncupatus, qui præterea functꝰ Piſis obijt. Rarum facinus ſcribit de Cæſare Dion Hiſtoricus græcus, cuius verba græca ſubiunxi. τὸν δακτύλιον τοῦ πομπηίου ἐστὶν, ῥώμην ἀφελόμενος ἐπέμψεν ἵνα πίστευσαν αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν αὐτὸς δὲ ἐνεχρόνισεν τῇ αἰγύπτῳ διὰ τοὺς κλεοπάτρας ἔρωτας, ἦν γὰρ καῖσαρ ἐρωτικώτατος, καὶ πλείσταις καὶ ἄλλαις ὅσαις κοινὲ περὶ τοῦ χοίσυνεγίνετο. κλ εόπατρα δὲ καὶ περικαλεστάτη γυναικῶν ἐγένετο καὶ τὸ φθέγμα ἀστειότατον εἶχε. ✣ Id eſt Anulum Pompeij auferens Romam miſit, vt interitũ crederẽt, ipſe aũt diu moratus in Aegypto propter Cleopatrę amorem. Fuit enim Cęſar amantiſſimus, & pluribꝰ mulieribꝰ, & in quaſcunq; incidiſſet, conuerſabatur. Cleopatra autẽ fœminarũ pulcherrima fuit, & vrbaniſſimam loquelam habuit.

☿ Hic Iulius Cęſar oẽm Galliam, quę a ſaltu Pyreneo alpibuſq;, & monte Cebenna, fluminibuſq; Rhodano, & Rheno continetur nouem annis in prouincię formã redegit. Hic Germanos, qui trans Rhenum incolũt primus Romanorũ ponte fabricato aggreſſus, maximis affecit cladibꝰ. Aggreſſus eſt & Britãnos, ignotos antea, ſuperatiſq; pecunias, & obſides imperauit. In Italia, Picenũ, Vmbriã, Ethruriã occupauit. Appellatis de rep. patribꝰ validiſſimas Põpei copias, q̄ ſub tribꝰ legatis. M. Petreo, & L. Affranio. Et. M. Varro in Hiſpania erant, inuaſit. In Macedonia deuicit Põpeium, cũ Ptolemęo rege. In Põto deuicit Mitridatẽ. In Aphrica deuicit Scipionẽ, & Iubam. In Hiſpania liberos Põpeij. Triũphauit quinquies, primũ de Gallia, poſtea de Alexãdria, deĩ de Põto, & de Aphrica, de Hiſpania, liberaliſſimus fuit oĩm, & maxime poſt hos triũphos de quibus Suetonius. ¶ Cęſarea, vrbs Paleſtinę in litore maris magni, q̄ turris Stratonis vocabaẜ, ſed poſtea ab Herode in honorẽ Cęſaris nobiliꝰ ędificata, Cęſarea eſt appellata, in qua idẽ Herodes in honorẽ Cæſaris magnificã domũ albo marmore cõſtruxit, vbi nepos eius Herodes ab angelo ꝑcuſſus, eo qđ nõ dediſſet honorẽ deo, cõſumptꝰ a vermibꝰ expirauit. In hac Cornelꝰ cẽturio a Petro Baptizatꝰ eſt. Altera Philippi a Philippo Herodis filio, in honorẽ Cęſaris ad radices mõtis Libani ędificata, vbi duo fõtes Ior. ſ. & Dan oriunẜ. Tertia Cappadocię. Ioſephꝰ Moga primũ dicebaẜ, q̄ poſtea Cappadocia, nunc autẽ Cęſarea a Cæſare. Quarta Mauritaniæ.

¶ Cęſaraugũſtana vrbs Hiſpaniæ Terraconenſis, De qua habetur in geſtis diui Vincentij.

¶ Cęſareꝰ, a, ũ, & cęſarianꝰ, a, um, vt milites Cęſariani.

¶ Cęſaries coma a crebra cęſione. Ideoq; proprie virorum eſt. Vude Cęſariati comati dicunẜ. Plau. in milite, Cæſariatus miles.

¶ Cæſenna vrbs Flaminię prouincię a cędendo, ꝙ exiguo amne cęſa. i. diuiſa ſit. Vel ꝙ ager eius duobꝰ fluminibꝰ Sapi & Rubicone ſit diuiſus. Hic cęſennates dicti ſunt Cęſennam habitantes. Et Cæſennetia vina, quæ inter generoſa numerabantur.

¶ Cęſa gallicũ telum. Var. Qui gladijs cincti ſiue ſcutis cũ binis cæſis eſſent. Hæc & geſa dicũẜ gallica lingua. Vñ & viros fortes galligeſos vocãt. Ver. li. vij. Alpina coruſcant geſa manu. Et cęſa particulę orationis q̄ gręci cõmata vocant, differũtq; a mẽbris, q̄ græci dicũt Cola. Membrum em̃ eſt pars orationis ex plurimis verbis abſolute aliquid ſignificans, hoc mõ. Et ſi vereor Iudices, ne turpe ſit pro fortiſſimo viro dicere incipientẽ timere. Cęſum aũt pars orationis eſt nõdũ ex duobꝰ, aut ex pluribꝰ verbis quicq̄ abſolute ſignificãs, hoc mõ. Et ſi vereor Iudices, ne turpe ſit. Aliqñ tñ cęſa oratio diciẜ quum non efficiunẜ membra ex connexione verborum, ſed ſingula verba aliquid ſignificãtia proferunẜ, hoc modo. Quis eſt ille Gellius armiger Catilenę, ſtipator tui corporis, concitator tabernarioiũ, latrator fori. Eadem inciſa dicuntur. De hoc etiam in Comma.

¶ Cęſura, proprie inciſura. Pli. lib. xvij. Ante calendas Martias creſcit ad brumã vſq; deſinitq; quum dureſcere incipit, hoc ſignũ ꝙ tẽpeſtiuã habet cęſurã. Et cęſura a cadẽda voce, q̄ diffiniẜ ꝙ ſit decora terminatio vocũ ĩ medio verſuũ notata. Hęc quadrifariã diuidiẜ Alia pẽtimemeris dr̃, ſiue ſemiquinaria, alia hyptimemeris ſiue ſemiſeptenaria, tertia trochaica, q̄rta bucolica. Pẽtimemeris eſt, quũ poſt duos primos pedes ſuperãs ſyllaba ĩuenitur, q̄ dictionẽ terminet, vt Arma virũq; cano, & Italiã fato. Habet em̃ ex quinq; dimidiũ. Heptimemeris eſt quũ poſt tres pedes ſimiliter ſyllaba inueniẜ, vt Arma virũq; cano Troię. Cõtinet em̃ ſeptenarij medietatẽ. Trochaica eſt, quum poſt duos pedes trochęus partẽ oronis perficit, vt Nil noſtri miſerere Bucolica, quũ poſt quatuor pedes ſyllaba ſuperat in partẽ oronis deſinẽs, vt inuertiẜ trochęus partẽ orationis terminãs, vt Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

¶ Cęſtrum inſtrumentũ quo cauaẜ ebur. Alij putãt eſſe genus teli Perſico bello inuẽti. Iul. Pol. ꝓ ſtimulo, ſiue ſtillo accipit cęſtrum. Pręterea ſphyręnã piſcẽ Attici cęſtrũ vocãt, latine Sudim appellatã, quia roſtratꝰ ſit & ſimilis balenæ. Habeẜ & hęrba cæſtron. ꝓ betonica, ceu a varietate remediorũ, & efficacia noĩe impoſito. Sed & mugil piſcis ideo cæſtreus videẜ a gręcis appellatꝰ, q a teli mõ publica Atheniẽſiũ pœna intret adulteros. Vtcunq; hoc genus miſſilis, qđ græci cęſtron vocãt, noſtri viriculum. Nã & terebram vulgo ita dicimꝰ. Sed hoc nomen ſine diphthongo ſcribitur.

¶ Cæſuratim ſignificat ſuccincte. breuiter, ꝑ cæſure cõmata. Sido. claudiano, Tota de illo dicto ſic cæſuratim ſuccincta quam profluens.

¶ Cæſuratum vas appellatur cæſim orificatum.

¶ Cęſitiũ, lintheolꝰ erat purꝰ & cãdidꝰ dictꝰ ꝙ cędẽdo ad candorẽ peruenirẽt, vel ꝙ oras circunciſas haberet.

☿ Plau. in epi. Lintheolum cæſitium.

¶ Cęſius color, q ſpeciẽ cęli habet, vñ oculus cęſius dictꝰ, quaſi cęlius, hoc eſt cianei coloris, grece γλαυκῶπις ab oculis noctuarũ, γλαύξ em̃ noctua dr̃, ὄψις viſus. Vñ a nr̃is glaucꝰ vocaẜ. Hinc glauci eq, q felineis oculis ſũt vulgo glaucioli dñr. Alij cęſiũ intelligũt lentiginoſum. Alij cęruleũ. Terẽ. in Eunu. Ruffam ne illã virginẽ cæſiã? Et in Hecy. Magnꝰ rubicũdꝰ, criſpꝰ, craſſus, cęſiꝰ. Vbi Donat. Cęſius glaucis oculis, q̄ſi fęlis oculos hñs.

¶ Cęſones pe. pro. qui cæſo matris utero nati ſunt.

¶ Cęſpes ge. maſ. a cędo fit, & ſigni. terrã cũ herba auulſam, ſeu in modũ lateris cæſam, vel dr̃ frutex reciſus ac trũcatꝰ, ꝙ pedẽ cędat. Ex ceſpite agger caſtrẽſis fit. Luca. Stetit aggere fulti Ceſpitis intrepidꝰ. Circũcidiẜ aũt ferramẽtis, cõtineturq; hęrbarũ radicibꝰ terrarũ. Docet Vege. lib. iij. qua altitudine, ac latitudine cęſpes circũcidi habeat. Hinc Cęſpititius, a, um, qđ fit ex cęſpitibus. Vñ tribunal cęſpititiũ vocaẜ ex cęſpitibꝰ factũ. Flauius Vopiſcꝰ, Deinde concurſus ad cæſpititium tribunal.

☿ Et Aræ cæſpititiæ dictę ſunt. Iul. Capi. Centum aræ vno in loco ceſpititiæ tribuuntur.

¶ Cęſpitio, as, pe. cor. pede aliquid percutio quo quaſi ruere cogar, vt ſit cęſpitare, quaſi cęſpitem offendere, vel in cæſpitem ferri. Vnde cæſpitatores equi, qui ſępe in cæſpitẽ vel lapidẽ, aut aliquid huiuſmodi impingũt.

¶ Cæſtus, us, genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens, quo Darethem & Entellũ pugnaẜ ſe legimus. Ver. lib. v. Sin crudo fidit pugnam cõmittere cęſtu. Et a cędendo fit cęſtus. Ceſtus vero ceſti ſine diphthongo ſumitur pro cingulo, quo vxor a marito cingebatur in fide maritali, & eſt fœ. ge. q̄uis & maſ. reperiatur a varijs punctis ſic dictus, κεντεῖν em̃ pungere eſt & picturare. Vnde cingulũ illud Veneris, quo ipſa Martem, & Iuno Iouem conciliabant a poetis ceſtus dicitur. Mar. Vt martis reuocetur amor ſummiq; tenantis. A te Iuno peto ceſton, & ipſa Venus. Sed & lorum, aut opus interpũctũ acuve pictũ, & Veneris itẽ ornamẽtũ & in cõmune, fœminarũ ceſton gręci vocant. Proinde Cęlſus Aphricanus, contra quem ſcripſit Orige. xxiiij. libros edidit, quos a reiũ varietate ceſtos appellauit. Hinc inceſtꝰ & ceſtillꝰ dimi. Homerꝰ multa in lib ξ. Iliados. Et Euſtatiꝰ, ſed Ariſtophanis interpres ĩ veſpis comœdia, ὀκεστρεύς τῶ κεστρέως εἶδος ἰχθύος σὺ κέφαλος καὶ μεγάλην λεπίδα ἔχοντος. ✣ Id eſt ceſtꝰ eſt genꝰ piſcis magnam ſquammam habentis. Pagina. xix.



¶ Cęter, alium ſignificat, a quo ſit cęterũ cõiũctio, ſiue aduerbiũ pro ſed, ſiue id quod dicere ſolemꝰ, quod reliquum eſt. Cętera etiã q̄ñq; aduerbialiter capitur ꝓ deinceps, vt Cætera parce puer bello. ✣ Non eſt in vſu ceter in nominatiuo.

¶ Caicus nomẽ eſt fluuij in Phrygia, & labiẜ per Myſiã & Pergamũ, per campũ qui Caicus appellatur. Arianus autem li. v. de geſtis & vita Alexandri magni, καὶ καΐκον ἄλλον μὲν μυσία, καὶ μαίανδρον τῶν καρικῶν καὶ τἄλλοιπά. ✣ Id eſt & Caici aliud in Myſia & Męnãdri ĩ Caricis & reliq̄.

☿ Cain apud Hebręos inuidiã ſignificat. Arſit enim inuidia fratris.

¶ Caius cognomen a parentũ gaudio ſumptum. Et eſt dictio triſyllaba. Mart. Nõ manus q̄ ter Caius eſſe tuus.

☿ Scribiẜ aũt per, c, ſed ꝓferẜ per, g, & notatur per, c, q̄ inuerſa c, muliebrẽ declarat. Apud priſcos autem pro domino ponebatur, ſicut & Caia pro domina.

¶ Cala, fuſtis ſiue claua lignea. Lucil. Scinde calã, vt caleas. i. ſcinde lignum, & focum accende, vt te calefacias, calę, calarum ciuitas in India, & gręcum eſt, τὸ κᾶλον τοῦ κᾶλον. i. hoc lignum huius ligni.

¶ Calabra pe. cor. dicebaẜ curia, vbi tm̃ ratio ſacrorũ gerebaẜ. Macro. Et ipſi curię ad quã vocabãẜ, Colabrę nomẽ datũ eſt. Calabria pe. cor. inſula eſt, quã veteres Meſapiã, a duce Meſapo, priſci Peucetiã a Peucetio Oenotri fratre dixere. Eſtq; ora Italię proxima Sicilię, a qua Pharo breui maris tractu diſiungiẜ. Inde ſit Calaber, a, um. Oui. li. iij. de arte, Aennius emeruit Calabris in mõtibꝰ hortos. Similiter declinaẜ hic colaber, hęc calabris & hoc calabre. Ex noĩe eius declaranẜ bona ciuitatis κα λός, ἡ, όν. Bonꝰ, a, um βρίθω de grauo, more arborũ degrauatarũ põdere fructuũ, q̄m ſit regio onuſta & plena oĩum gñe bonorũ. In ea ſunt Brũduſiũ, Hydrꝰ mõs & ſalẽtini campi. ¶ Caladrius & caladrion auis eſt albi coloris.

¶ Calagurium ciuitas Hiſpanię in Vaſconibus collocata. Hinc Calaguritani, qui in ea habitant.

☿ Calaitis gẽmę genus a colore calaino qui turbidꝰ eſt. Vñ veſtes calainę a Veneto colore. Plin. Amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa & ſordium plena eſt Calais.

¶ Calamis, idis, ſeu calais nomẽ ſtatuarij. qui equos abſolutos & perfectos effinxit. Ouid. Vendicat, vt Calais laudem quos fecit equorum.

¶ Calamintha, ſeu calaminthus hęrba nota, quã Ariſt. ſcribit in mẽtam commeare. Hanc latine Neptã quidã dici putant.

✣ Calamitę ranę minimę ſunt & viridiſſimę, & a q̄buſdam Diphthithę vocantur, ſic dictę ꝙ inter calamos verſentur. Cc.

¶ Calamꝰ pe. ꝓ. vnꝰ fuit philoſophꝰ ex Gymnoſophiſtis Indis, qui tẽpore Alexãdri magni ſeipſum viuũ vltronꝰ cremauit. De cuius morte hęc ꝓdunẜ. Secutꝰ Alexãdrũ Magnũ extra Indię fines p̄ter ꝯmunẽ aliorũ philoſophorũ cõſuetudinẽ, q regi aſſiſtũt, cũ apud Paſagardas ęgrotare cœpiſſet ſeipſum exuſſit anno ętatis ſuæ lxxiij. Facta em̃ pyra, & aurea lectica ſup impoſita, in ea cubãs ꝯbuſtꝰ eſt ſtramẽtis opertꝰ. ☿ Macedoneſq; rogauit, vt illũ letitię diẽ cũ rege ſimul potãtes exigerẽt. Sũt q dicãt eũ in lignea domo frõdibꝰ plena, & pyra ſup tecto cõſtructa incluſum, ſe vt trabẽ in ignẽ inieciſſe, & cũ domo deflagraſſe. Fertur quũ Alexãder magnꝰ rogaret eũ ſi quid vellet, dixiſſe, ꝓpediẽ te videbo. Qđ ita contigit. Nã in babylõe paucis poſt diebꝰ Alexãder mortus eſt. Arianꝰ aũt gręcus hiſtoricus de geſtis Alexandri ita ſcribit grece, ὦ βασιλεῦ ἀλέξανδρε ἄνθρωπος μὲν ἕκαστος τὸ σὸν δὲ τῆς γῆς κατέχεις ἀσὸν περὶ τουτον ἐστὶν βεβήκαμεν ἢ τοιοῦτον σὺ δὲ ἄνθρωπος αὖ παραπλήσιος τοῖς ἄλλοις. ✣ Id eſt o rex. Alexander, hõ quiſq; tñ terrę occupat, quantũ hoc eſt, iuimus certe hoc mõ, tu autem hõ ſimilis alijs Et multa alia de collocutione & morte ipſius. Calamus aũt nõ eſt nomen illius. Sed cur ita fuerit cognominatꝰ ſcribit Suidas noſter, αὐτῷ δὲ πάντα σοφὸν οἱ ἰνδοὶ προσαγορεύουσιν. i. ſi vero omnino ſapientem Indi perhibent.

✣ Calamus a Sabellico dicitur.

¶ Calamus pen. cor. gręcũ eſt ὁ κάλαμος τοῦ καλάμου harũdo magis minuta hñs internodia lõga & recta ex qua ſagiptę apud diuerſas gẽtes fiebãt. Ver. Cũ Daphnidis arcũ fregiſti & calamos. Pli. li. xvj. Calamis populi oriẽtis belli cõficiunt. Eſt & calamus, quo ſcribi ſolet Mar. Dat chartis calamos habiles Mẽphitica tellꝰ, Texãtur reliqua tecta palude tibi. Idẽ Calamꝰ dr̃ cõcauus fiſtulis accõmodatꝰ, quẽ Syringa vocãt. Eſt & calamꝰ auleticꝰ, qui tibijs vtilis eſt. Ver. Nec calamis ſolũ equiparas, ſed voce magiſtrũ. Et calamꝰ virga eſt, cui hamꝰ filo lõgo ligaẜ ad capiẽdos piſces. Similiter virga ad capiẽdas aues viſco illita calamꝰ dr̃. Mart. Galbana decipiẜ calamis & retibꝰ ales. Aliqñ calamꝰ accipiẜ ꝓ ſtipula, & ꝓ quacũq; re tereti ac fiſtuloſa ad ſimilitudinẽ harundinis, vñ arborũ quoq; ac vitiũ calamos dicimꝰ. i. teretes particulas, & virgas ad ſerẽdũ in terra aptas. Plin. Qui ſi lõgiꝰ afferantur pomorũ calami, rapis infixos optime cuſtodire ſuccũ arbitranẜ. Itẽ accipiẜ pro arbore aromatica a ſimilitudine calami vſualis, ſimulis ĩ guſta caſię. Hie. ĩ Exo. Sume tibi aromata calalami ducentos quinquaginta ſiclos, caſię quingẽtos ſiclos põdere ſanctuarij. Gigniẜ in India multis nodis geniculatꝰ, fuluus, flagrans ſpiritas ſuauitatẽ, qui cum frangitur in multas fit partes ſciſſibilis. & calamus men ſura eſt ſex cubitorum & palmi.

☿ Calidorꝰ, quaſi munus pulchritudinis κάλος pulchritudo, δῶρον donum.

☿ Calos græce latine pulchritudo, honeſtas.

¶ Calama, æ, pe. cor. generis fœmi. eſt haſta ipſius frumenti. Suidas. καλάμη ὁ στάχυς τοῦ σίτου ἀπὸ κάλου τοῦ ξύλου, αὐτὸ δὲ ἀπὸ τῆς καύσεως. ✣ Id eſt Calama frumenti ſpica eſt, ab κάλου. i. ligno, hoc autem ab æſtu.

¶ Calamarium, theca. i. repoſitorium calamorum.

¶ Calamitas, proprie ruſtici grandinẽ dicunt calamitatem ꝙ ꝯminuat calamos, hoc eſt culmos, & ſegetes. Teren. in Eu. Ipſa egrediẜ nr̃i fundi calamitas. Accipiẜ ꝓ miſeria & ęrũna. Vnde calamitoſum dicimus malis ac calamitatibꝰ p̄grauatũ. Ci. Et honoris ampliſſimi puto eẽ & accuſare ĩprobos & miſeros calamitioſoſq; defẽdere.

☿ Calamiſtrum acus maior, qua calefacta, & adhibita criſpantur capilli. Vñ Calamiſtratꝰ puer ꝓ criſpulo cirratoq; qui annullatos capillos habet. Cic. Calamiſtratã comam vocat. Var. refert. Calamiſtrũ parari ob ornatũ qđ calefactum in cinere capillos ornat. Qui aũt calamiſtrũ adminiſtrat a cinere Cinerarius, & ciniflo vocatur. Hie. Procurator calamiſtratus.

✣ Calamondinus, genus arundinis in Italia naſcẽs latine Adarea appellatum, naſcitur circa arundines tenues vbi ſpuma aquę dulcis ac marinę ſe miſcent.

¶ Calãtica tegmen muliebre, quod capiti innectiẜ, Cic. in Clod. Tum mecum vincirentur pedes fuſcus, cũ calãticam capiti accommodares.

¶ Calatores dicebantur ſeruia, καλεῖν, qđ eſt vocare, qui ſemper vocabantur ob neceſſitatem ſeruitutis.

¶ Calones, miniſtri militũ homines liberi a calãdo, hoc eſt vocando, quia vocanẜ ad miniſterium, ſecundũ Acronem. Vel a calendis, quia eo die cibaria accipiũt, vt inquit Porphirio, immo ἀπὸ τῶν κάλων. i. a lignis.

¶ Calathꝰ pe. cor. & aſpirata vltĩa gręcũ eſt κάλαθος, & aliq̄bꝰ qualꝰ & quaſſillas, ab aliq̄bꝰ fiſcella, vas vimineũ ſecũdũ Porphirionẽ, in quo mulieres pẽſa vel tramam

reuoluũt. Iuxta quas ſignificatiões, ait Verg. in Alexi. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphę calathis. Hie. in Hieremia. Calathus vnꝰ, ficꝰ bonas habebat nimis, vt ſolẽt ficꝰ eſſe primi tẽporis. Sed qd opꝰ tot? Magis calathꝰ dr̃ Ciſtella. Oui. lib. iiij. Faſt. Hęc implet calathos lento de vimine nexos, Hęc gręmiũ, laxos degrauat illa ſinꝰ. Accipif interdũ ꝓ calice ad ſacrificiũ apto. Ver. Vina nouum fundã calathis aruiſia nectar. Seruius ait eſſe vas æneum, in quo lac vel recens caſeus diſtrahitur.

¶ Calatha comitia. Quære in dictione comitium.

¶ Calathis, is, pen. cor. nomen ciuitatis ſicuti Ptole. & Strabo ſcribunt, a calatho ibi inuento. Inde fuit Hiſter poeta, qui de tragœdia inſignem librum condidit.

✤ Calais Borcę ex orithya cõiuge filiꝰ alatꝰ qui vna cũ vero fratre ſimiliter alato, qa ſagiptãdi arte pſtarẽt, miſſus eſt ad Harpyias perſequẽdas, quas fugaueiũt in inſulas vſq; Plotas. In cælo poſiti caniculę exortũ dies fere octo pcedũt quos Prodromos. i. pcurrẽtes appellãt. Cc.

¶ Calathę, quam alij calathuſas vocant, nomẽ vrbis ad Herculis columnas ſitæ.

☩ Calx, ꝓ calcaneo, q eſt extrema ps pedis q & pes imꝰ appellaf. Ver. Calcẽq; terit iã calce Diores. Vñ & ꝓ fine ſępenumero ponif, vt a vertice ad calcẽ. i. a prĩcipio ad finẽ. Qđ pinde eſt ac ſi diceref ad pedes. Cic. ꝓ meta, & ꝓ fine vſurpauit, cũ ait. Qm̃ ſumꝰ ab ipſa calce eiꝰ interpellatiõe reuocati. Hinc calceꝰ, pedis indumẽtũ. Aliqñ ꝓ ictu calcis & pcuſſione pedũ plagaq; Teren. in Phor. Nãq; iſcitia eſt, aduerſũ ſtimulos calces. Iuue. Aut dic, aut accipe calcẽ. Et tã ꝓ calcaneo q̃ pcuſſiõe, mõ maſc. mõ fœmi. gñe vſurpari ſolet. Sil. Iã cõpos voti ferrata calce cruentat Cornipedem. Verg. Cornipedẽq; citum ferrato calce fatigat. A calcando. i. nitendo dictus calx.

¶ Calx fœ. ge. ſeu, calces, lapis coctꝰ, ſic dictꝰ, ꝙ in ędificijs calcef. Nã ita lapides ſimul aſtringit, vt calcati videanf. Palla. Calx q̃ erit ex ſpiſſo & duro ſaxo ſtructuris cõuenit, ex fiſtuloſo vero aut molliore lapide tectorijs adhibef vtiliꝰ Fit aũt de albo. ſpiſſo & duriore ſaxo, coquif fornace calcaria. ¶ Calcata ędificia dicunf calce cõtecta, q̃ & loricationẽ & tectoriũ appellant, & pcipue ſi leue politumve fuerit, vt ſuperinduci poſſit peniculis, vel albarium, vel pictura ad venuſtandam ſtructuram.

¶ Calcaria fornax in qua calx coquif, ſicut ſulphuraria in qua ſulphur. Pli. Nuper repertũ oleas gaudere maxime cinere e calcarijs fornacibꝰ. Eſt autem adiectiuũ calcarius a, um. Calcariꝰ vero qui pręeſt fornaci calcarię. Cato de re ruſti. Calcarius ligna conficit ad fronacem.

¶ Calcaneꝰ, & Calcaneũ vtroq; mõ dr̃ ꝓ pte poſteriore pedis ima. Ver. Cõtinuis rimis calcanea ſciſſa rigebant.

¶ Calceus pedis indumentũ, qđ fit ex pellibus aĩalium a calce fit. Cic. lib. j. ar. veteris. Si multus erit in calceis puluis ex itinere conuenire oportebit.

¶ Calcearium idem qđ calceus. Vlpia. titu. de alimẽtis legatis, Diarijs vel cibarijs relictis, neq; habitationẽ, neq; veſtiarium, neq; calcearium deberi palam eſt.

¶ Calceolarius qui colceos conficit. Plau. in Aulu. Propolę lintheones calceolarij.

¶ Calcio & Calceo, as, raro vſos authores inueni, ſemel cũ accuſatiuo eiꝰ rei, qua qs calciaf, apud Pli. li. xxxvi. reperi, ſed ꝓ impono dictũ eſt. Arceſilaũ quoq; magnificat. Varro, cuiꝰ ſe marmoreã habuiſſe leęnã tradit, aligeroſq; ludentes cũ ea cupidines, quorũ alij religatã tenerẽt, alij e cornu cogerẽt bibere, alij calciarẽt ſoccos. oẽs ex vno lapide Ablatiuo aũt lib. vij. Nos quoq; vidimꝰ. Athanatũ nomine ꝓdigioſę oſtẽtationis quinquagenario thorace plũbeo indutũ cothurniſq; quingentorũ põdo calciatum per ſcęnã ingredi. Gel. die feriato tunicis & lacernis indutos & gallicis calciatos. Huius cõpoſitũ eſt excalcio. Suet. in Vitel. Pro maximo munere a Meſſalina petijt, vt pedes pręberet ſibi excalciandos.

¶ Calceamẽ & calceamẽtũ pro ipſo calceo. Pli. lib. xix. Hinc calceamina, & paſtorum veſtis.

¶ Calceatus, tus, idem quod calceamen. Pli. Itaq; lõgo itinere ſine calceatu atteruntur pedes.

¶ Calcar ferreus ſtimulus ad vrgẽdos equos, ſic dictũ ꝙ ad calcem alligetur.

¶ Calcitro, as, pe. cor. pede percutio. Hinc Calcitrones dicti ſunt equi, qui calcibꝰ infeſtant. Gell. Equꝰ mordax & calcitro. Huius compoſitum eſt recalcitro.

¶ Calcitroſus qui ſępe calcibꝰ ferit. Col. lib. ij. Iuuencũq; rete tractum, calcitroſumq; eum redhibuit.

¶ Calculus a calcãdo genꝰ lapidis duriſſimi & rotũdi, ſicut ait Hie. ad Dama. qui calce pſſus offendit. Oui. Per quas numerabilis alte Calculꝰ oĩs erat. Et calculꝰ lapillꝰ in corpore, ex quo aſperrimꝰ cruciatꝰ gignif: q aũt eo morbo laborãt, calculoſi dñr a Gręcis lithanici. Pli. lib: xxj. Vtunf ad alopetias ad lithanicos opiſthotonicos. Itẽ calculꝰ dr̃ quẽ latronẽ, ſeu latrunculũ antiqui appellarunt, iuniores ſcacũ vocãt. Mar. Hic mihi biſſeno numeraf teſſera pũcto, Calculꝰ hic gemino diſcolor hoſte perit. Qm̃ aũt calculis facere rationẽ ſolemꝰ, calculus qñq; pro ratione ponif. Cic. Itaq; tibi cõcedo, vt ſi te alicuius dati pœnitet ad calculũ reducas. Rurſus calculus minima pars ponderis dicitur. Et culter lapideus, quo Eſaię prophetę labia mundata fuere.

✤ Calcoſmaragdos gemma æris venis turbida. Cc.

✤ Calcophonos gemma q̃ illiſa ęris tinnitum reddit, ſed meliꝰ per, ch, chalcophonos ſcribitur, qm̃ ex χαλκὸς . i. æs deducitur. Similiter & chalcoſmaragdos. Cc.

¶ Calculoſus qui calculis. i. lapillis in corpore abũdat. Quo nomine vſus eſt. Plin. Et calculoſus locꝰ qui calculis abundat. Colu. li. iij. Loca aprica, calculoſa, glareoſa, interdum & ſaxoſa amat ficus.

¶ Calculo, as, rationẽ facio. Vñ calculator, a calculis. i. lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenẽtes numeros componebant.

¶ Calco, as, comprimo, quod ad animum transfertur, vt calcauit paſſiones. Cuius compoſita ſunt cõculco, inculco, & proculco.

✤ Caldus. Vide in Calidus.

✤ Caldariæ ſellæ ſunt, in quibus calida lauamur. Cc.

✤ Caldarium, ahenum quo aqua calida hauritur. Cc.

✤ Caldus pro Claudius irriſorie dictum, ſicut Mero pro Nero. Cc.

¶ Caliga pe. cor. tegumentũ tibiarũ, cuius dimi. eſt caligula. Ambro. Collobio & pallio indutos caligulis calciatos. A quo militari calciamento Germanici filius Caius Ro. Imerator coguomen ſortitus eſt, qm̃ in exercitu natus ſit. Auſo. Caius cognomẽ Caligę cui caſtra dederũt. A caliga fit caligatus, vt miles caligatꝰ. Iuue. Veniã caligatus in agros Dicitur & caligaris.

¶ Caligula dictꝰ fuit Caius ĩperator, a caligis, quas margaritis refertas primus portauit. Hic ædificauit ciuitatẽ quam Calipolim nominauit.

¶ Caligo pe. pro. vmbra eſt de ſpiſſitudine aeris effecta. qm̃ aeris calore gignaf. Hinc Caliginoſus, a, um, ꝓ obſcuro, dr̃ & caligoſus, vt apud Hie. Anteq̃ offendãt pedes noſtri ad mõtes caligoſos. Caligo, gas, caliginem induco, obſcuro Hiero. in Exo. Oculi eius caligauerant.

¶ Calaris ciuitas in Sardinia. Vide in dictione Sardinia

¶ Calchas, antis, nomen proprium gręci auguris.

¶ Calor & caliditas idem ſignificant. Dicitur & caldor. Var. Olea lecta ſi nimium diu fuerit in aceruis caldore fraceſcit & oleum fœtidum fit.

¶ Caleo, es, lui, ꝓ ſimplex, l, ferueo calidus ſum. Lactã. li. de opifi. Qui aũt ignẽ putauerũt, hoc vſi ſunt argumẽto, ꝙ pſente aĩa corpꝰ caleat, recedẽte frigeſcat In quo oſtẽdif primitiui & deriuatiui diuerſa ſignificatio, vt caleat intelligif calidũ ſit, frigeſcat frigidũ fiat. Cõpoſita ſũt cõcaleo & incaleo. Calef imperſonale a caleo. ¶ Caleſco calidus fio, a quo cõcaleſco & incaleſco. ¶ Calefacio & calfacio calidum reddo. Pli. lib. xxj. Chryſo comę radix calfacit, & ſtringit. Hinc excalfactio, a quo excalfactorius, a, um. Idem. Excalfactorias habet vires. Concalfacio, incendo, Cice. Et ait idẽ quũ brachiũ concalfecerit, tum ſolere pugnare libro ſcđo de oratore.



¶ Caleſio habet ſignificationem paſſiuam illatam, Vt hic caleſit igni. A quo cõcalſio & excalſio.

✤ Calianaſſa nympha eſt a bene regendo. καλὸν eñ bonum, bene, ἄνασσω impero, rego. Cc.

✤ Calianira nympha a viris honeſtandis καλὸν bonum honeſtum & ἀνὴρ vir. Cc.

¶ Calidus, a, um, a calore fit, & modo feruẽtẽ ſignificat Verg. Voluif ille vomẽs calidũ de pectore flumen. Modo ferocẽ inconſultũ. Pacu. caue ſis nimis calide loquaris, & turbã cõcites. Modo velocẽ. Var. Quũ hęc dixiſſet ecce calidis pedibꝰ quidã nauicularis irrũpit in curiã. Dr̃ & caldꝰ p ſyncopẽ. Mar. frigida nõ deerit, nõ deerit calda petẽti. Sũt tñ p dĩam faciãt inter calidũ & caldũ, vt ſit calidũ ſpõte nullo extrinſecꝰ calorẽ ſuggerẽte vt ignis, & ſpũs nr̃, qui corpꝰ animat, caldũ vero aliunde, Quo modo locutus eſt Pędianꝰ, Corpus nudum caldatum ſicut in lecto erat poſitũ, vt vulnera videri poſſẽt in forum detulit. Sed confunditur apud authores.

✤ Calim veteres pro clam vſurparunt. Cc.

¶ Calorificus, ca, cum, quod calorem facit: ſicut a frigore frigorificus.

¶ Callus & callum vtroq; modo dr̃ ꝓ duricie illa quę in manibus vel pedibus ex labore naſcif. Plaut. in Perſa, Plus calleo q̃ aprugnũ callum. Eſt autẽ callũ aprugnum caro apri calloſior, ob id ſaporis iucũdioris. Et in Capti Quanta ſumini abſumendo, quanta callo calamitas.

¶ Callidus per dupplex, ll, aſtutus differtq; a verſuto, ꝙ callidus ſit ille (vt ſcibit Ci.) cuius animus vſu, vt manus opera concaluit, Verſutus, cuius mens celeriter verſetur. Hinc calliditas, q̃ ſcđm Ariſto. eſt q̃dã prudentię pars, quę ita verſatur in paruis, vt prudẽtia in magnis.

¶ Calleo, calles, lui, ꝓprie calloſus ſum, ſiue callum facio. Plau. in pſeu. Neq; ego hoĩes magis aſinos vnq̃ vidi: ita plagis coſtę callent, quos dũ ferias, tibi plus noceas. Transfertur & ad animũ. Idẽ. Occaluit animꝰ. Cice. Sulpi. At q nõ in illis rebꝰ exercitatꝰ animatꝰ callere iã debet. Interdũ callere, eſt perfecte ſcire, ꝙ ſicut pes vel manꝰ ex lõgo labore callũ facit, ita mens longa experiẽtia facit habitũ quẽdã rerũ in quibus verſaf. Et ſic neutrũ tranſitiuũ eſt, vt Perſ. Dicenda tacendaq; calles. Et illud. Legitimũq; ſonũ digitis callemꝰ & aure. Huiꝰ verbi cõpoſitum eſt occaleo, a quo occaleſco. Plaut. in Aſi. Qui latera conteram tua, quę occalluere plagis.

✤ Callidromus fluuius eſt iuxta Thermopylas. Cc.

✤ Calligonon hęrba eſt quã nõnulli Sãguinariã dicũt a multitudine ſeminis, & denſitate fructicis ſic dicta.

¶ Calliſcere eſt callũ fieri. Cato. Aures nobis calliſcũt ad iniurias.

¶ Cales opidũ in Gallia, aliud in Cãpania, a quo cales populi iuxta Falernos & Maſſicos, de quibus Verg. Aequora quiq; Cales linquunt Hinc Calœnum vinum.

☩ Calẽdę prima dies menſis ἀκαλέω καλῶ voco, quia calata, i. vocata in capitoliũ plębe quot dies a calendis ad nonas ſupeſſẽt ꝓnũciaret. Et qa primꝰ dies ex his q calarẽtur Calẽdas vocari placuit. Minor autẽ põtifex numerũ dierũ qui ad nonas ſupereſſent calãdo ꝓdebat quo primus nouã lunã exponebat, vt nonarũ die populares qui in agris eſſent cõfluere in vrbẽ oporteret ſcituros qd eſſet eo mẽſe faciendum. Hinc nonas quidam dictas putãt quaſi nonę initium obſeruationis, vel ꝙ ab eo die ad idus nouem putentur dies, ſicut apud Tuſcos nonę plures habebantur, ꝙ in nono quoq; die regem ſuum ſalutarent & de ſuis conſulerent negotijs.

¶ Calendaris & hoc calendare, quod ad calendas pertinet, vt Iuno calendaris.

¶ Calendarius, a, um idem eſt vt calendarius liber. Vide in Ephemeris.

¶ Callis, via callo ꝑdurata. Ver. li. viij. Rara per occultos ducebat ſemita calles.

☩ Calepium, græce καλέπιον, opidũ in Cenomanis ad xiiij. lapidem a Bergomo Brixam verſus ad colles in ſiniſtra parte poſitos bonitate vini denominatũ græce ſignificat, quod & nunc & amœnitate & vinorum cęterorumq; fructuum præſtantia viget καλὸς καὶ πίνω bibo. At Chalepi. aliud ſignificat, vide infra.

¶ Callimachus pen. cor. nomẽ poetę Cyrenenſis, qui princeps inter Elegiacos habef. Fuit & alius hiſtoricus Aegyptiꝰ de quo Suidas nr̃, υἱὸς βάττου καὶ μεσάτμας ματηθὴς ἑρμοκράτης, ✤ . i. filius Batti & mediocris diſcipulus Hermocratis. Et multa & quot fuerit lõge ꝓſequitur.

¶ Calliſthenes pe. cor. nomen philoſophi, & apđ' nos pulchritudinis potẽtia dr̃. Hic fuit Olythiꝰ Alexãdro magno familiaris ex condiſciplinatu apđ' Ariſto. Accituſq; ab ipſo rege ad ꝓdẽda memorię geſta eius Aſiatica. Huic nocuit immodica libertas, grauitaſq; inuiſa Regi, quũ haud quaq̃ male aſſentãtiũ accõmodatꝰ ingenio eſſet. Nã quũ Alexãder magnꝰ ex Perſico bello ſuperbię regię more odorari vellet, acerrimꝰ inter recuſantes Calliſthenes fuit palam dictitãs Alexãdrũ nõ odorandum eſſe, quę res & illi & multis principibꝰ Macedonũ exitio fuit. Siquidẽ Alexãder Calliſthenẽ ꝓpter adorationis Perſicæ interpellatũ morẽ coniurationis cõſciũ fuiſſe criminatus eſt, eũq; trũcatis mẽbris, abſciſſiſq; auribus, ac naſo, labijſq; deformatũ cũ cane in cauea clauſum circunferri iuſſit, diuq; tortum tãdem necauit. De hoc Señ. li. vj. q̃ſtionũ naturaliũ. Fuit Calliſtheni nobile ĩgeniũ & furibũdi regis ĩpatiẽs, hoc eſt Alexãdri crimẽ ęternũ, qđ' nulla virtꝰ, nulla bellorũ fęlicitas redimet, Nã quoties dicef Occidit pſaꝝ multa milia, opponef. & Calliſtænẽ. Quoties dictũ fuerit, Occidit Dariũ, dicef ſed & Calliſthenem occidit.

✤ Calliſtruciæ ficorum omnium frigidiſſimę. Cc.

¶ Caliſto vna ex nymphis, & pulcherrima dr̃. Fuit & Lycaonis Arcadiæ regis filia, ex qua ortus eſt Arcas, a quo Arcadia quæ poſtea verſa eſt in vrſam, que dr̃ Artos, & eſt iuxta Borealem polum ſita.

¶ Callytrix hærba eſt, de qua Pli. Callitrix decocta in aqua humidis vlceribus prodeſt. Cc.

¶ Calypſo inſula contra Trogloditas ſita. Eſt & nympha Oceani & Tethyos filia. Regnauit in Ogygia inſula & Vlyſſem nauſragũ hoſpitaliter ſuſcepit. Ouid. Ah quoties illum doluit properare Calypſo. De quo Homerus in Odiſſea. Per y, ſcribitur.

¶ Calyptra, æ, genus veſtimenti, quo mulieres capita tegebant, a καλύπτω tego.

¶ Calliope pe. cor. vna muſarum & præſtantiſſima quę etiã Calliopęa dr̃, ſicut Penelope & Penelopęa. a pulchro ore dicta ὠψ ὠπός vultꝰ & facies dr̃ κάλλος pulchritudo. Pręeſt heroicis verſibus.

¶ Calix genus poculi. quo bibimus, ꝙ eo calidã bibebãt, vt ĩqt Var. Nã & calidã & frigidã cõuiuijs veteres adhibebãt. Iuue. Calidę gelidęq; miniſter. Qñq; ponif ꝓ maiori vaſe. Cic. lib. iij. Tuſc. Quid hic calix mulſi impingendus eſt, vt plorare ſe deſtinat. Qñq; ꝓ vaſe, in quo legumina & holera coquuntur, Ouid. libro. v. Faſt. Stãt calices, minor inde fabas holꝰ alter habebat. Var. Calix a caldo ꝙ in eo calida plꝰ apponebaf, calices fictiles cululli dicunf. At Calyx cũ y. ſignificat foliculum quo fructꝰ arboꝝ cooperif a καλύπτω cooperio. Ponitur & pro operimẽto, & tectorio ex luto, gręci quoq; accipiunt calicem pro galero, & vmbraculo fœminaꝝ, vt ĩqt Iul. pol. Calix cum h aliud ſignificat. Vide infra.

¶ Calliblepharon medicamẽ accõmodatũ vitijs oculorũ pręſertim quũ palpebrę cohęreſcũt & vlcera oculoꝝ male curata ſunt nomen habet a pulchritudine genarũ κάλλος pulchritudo βλέφαρα, genę dicũf, Pli. lib. xviij. Calliblephari pari modo fuligo in hoc vſu tẽperaf. Et Calliblephara, vocãf q̃ pilos ĩ genis & oculis honeſtãt Callirhoe, fõs apđ' Athenas Papi. li. xij. The. Et quos

Callirhoe nouies errãtibus vndis Implicat. Hic poſtea a tyrãnis reparatus Enneacrunos dictus eſt. i. ſalientes nouem Martianus de hoc fonte, Frontes multi Atticæ inter quos Callirhoe prędicatur.

¶ Calydõ pe. cor. ſeu Calydonia Aetoloꝝ ciuitas regia Oenei patris Meleagri, & regio vicina, diſtat a mari ſeptẽ miliũ quingentoꝝ paſſuũ ſpatio, per quod Euenus fluit. Luc. Et meleagręo maculatus ſanguine neſſi Euenos Calydona ſecat. Hinc Calydoniꝰ, a, um. Et Calydonis, idis. Ouid. Plãgũt ſe matres calydonides. Itẽ Calydonia ſylua Britannię, vnde ſęui leones mittebantur, a qua Britãni qñq; Calidonij vocãt, ſecũda ſyllaba longa & tertia breui. Mar. Nuda Calydonio ſic viſcera pbuit vrſo. Idem. Quinte Calydonios Ouidi viſurę Britãnos quũ autẽ de Aetolico agro intelligimus ſecũda breui, tertia lõga, vt ſupra apud Luca. & Ouid. Tradidit Aonius pauidã Calydonida Neſſo. ✣ Solet lõga p e, ſcribi

¶ Calydna inſula, quã qdã vnã eſſe cũ Calymna. Alij Calidnas duas Lerõ & calymnẽ q̃ ſunt circa Rhodum. Strabo alias ab his Calydnas ꝓpe Tenedum conſtituit.

¶ Calipolis vrbs Thracię in extremo Helleſponti, a Caligula ædificata, a quo nomen ſumpſit, hoc eſt Caligulæ polis.

¶ Calipedæ pen. cor. populi Sithici, Hiſpanum fluuiũ incolentes, vt author eſt Herodotus.

¶ Caliſtratus pe. cor. nomen viri proprium.

☿ Callippo philoſophus qui honeſtati voluptatem adiunxit ſicut & Dinomachus.

¶ Carcer locus in quo ſeruant̃ noxij, vel vndecũq; quis exire prohibet̃, quaſi coarcer a coercendo, vt docet Varro, ꝙ vincti in eo cuſtodiunt̃, & prohibentur exire. Eſt eñ cuſtodię locus, q̄ gręce philaca dr̃. Vñ & in circo vñ emittebant̃ equi carceres ſunt appellati, ꝙ coerceant̃ equi ne inde exeant anteq̄ magiſtratꝰ ſignũ miſerit. Et licet quidã dicant in ſingulari tñ ſignificare cuſtodiam publicam in plurali currentiũ equorũ repagula, vel funes qui equis ad metã currere volentibꝰ opponunt̃. Ci. tñ vtrunq; indifferenter poſuit. Nã in Cato. ſic inquit, Nec vero velim, quaſi decurſo ſpatio ad carceres a calce reuocari. Et lib. iiij. ad Heren. Quaſi ſi quis ad olympia cũ curſum venerit & ſteterit vt emittatur, impudenteſq; illos dicat eſſe, qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet. Quđ autem carcer pro facinoroſorum cuſtodia a coarcendo dicatur, patet ex verbis Liuij lib. j. ſcribentis. Cũ in tanta multitudine hominum diſcrimine recte an perperam facti confuſo facinora clandeſtina fierent, carcer ad terrorẽ increſcentis audaciæ media vrbe, imminens foro, ædificatur. Carceres tñ interdum pro furibꝰ, ſeu captiuis poni ſolent.

¶ Carcerariꝰ, a, um, quod ad carcerẽ pertinet. Plaut. in Cap. Aegre mihi eſt hunc quęſtũ facere carcerarium.

¶ Carcereus, a, um, qđ eſt carceris. Amb. lib. de ratiõe. In exitu ipſo videmus quemadmodũ anima diſcedentis paulatim ſoluat ſe vinculis carnis & ore emiſſa euoluet, tanq̄ carcereo corporis huius gurguſtio exuta.

¶ Carcinus pe. cor. cancer aĩal, & ſignum cęleſte. Vide in dictione Cancer. Luca. xiiij. Ter geminus Chiron, & idem quod carcinus ardens Humidus ægoceros.



¶ Carcina ciuitas eſt a qua ſinus Carcinites, vbi & Carnicitus amnis, vt autor eſt Ptolemęus.

¶ Carcinoma, atis, pen. cor. cancer morbꝰ. Pli. lib. xx. Aqua quoq; eiꝰ decocta neruos articuloſq; mire iuuari, ſi foueat vlcera & recẽtia & vetera carcinomata, q̄ nullis alijs medicamentis ſanari poſſunt. Cato de re ruſ. Et ſi quid in mammis vlceris natũ, & carcinoma, braſſicã tritã opponito, ſanum faciet. Cęlſus tria facit eius genera, Primũ cacoethes cũ vlcus quidẽ pręſſum eſt, ſed q̄ circa ſunt intumeſcunt. Secundũ ſine vlcere. Tertium quod thymium vocat, Græce carcinus dicitur.

✣ Carcinias, gemma eſt marini cancri colore.

✣ Carcinodes dicunt̃ quando vitium cancri naturã ſapere incipit. Cc.

¶ Cardia latine cor. Inde cardiacus pe. cor. & cordiacꝰ ἀπὸ τῆς καρδίας, i. a corde, ſiue ab ore ſtomachi, qđ cardiã quoq; Grę̨ci vocãt, nõ ꝙ paſſionẽ illã cor ſuſtineat, ſed ſtomachus, & periculũ ſit, ne cor attingat. Cor. Cęl. Cardiacus morbꝰ ex nimia imbecillitate corporis, & languente ſtomacho, ſudore nimio naſcitur. Iuue. Cardiaco cyathum non porrecturus amico. Eſt & cardia nomẽ vrbis in Thracia a cordis ſimilitudine vocata. Solinꝰ, Cardia ꝙ in cordis facile ſita ſit, dicitur.

☿ Cardopos, ſignificat arcam panariam.

¶ Cardinum pe. cor. hęrba ſuauis odoris, a quibuſdã naſturtium dicitur.

¶ Carduꝰ, hęrba vulgo nota, a q̄ carduelis auis appellata eſt. ¶ Carduelis auis pua, capite rubro, alis luteis, albo nigroq; diſtinctis, dicta ꝙ carduorũ ſemine paſcatur.

☿ Cardo, inis, dr̃, quaſi cor ianuę, quo. ſ. illa mouet̃, nã vt animantia motũ a corde ſuſcipiũt, ita fores a cardine Verg. Foribꝰ cardo ſtridebat ahenis. Hinc apud Romanos dea cardea, q̄ cardinibꝰ p̄erat, quaſi cardina. Cardines etiã dñr altiſſimę cœli ptes, q̄s Grę̨ci polos, & Latini verrices etiã dicunt a ſimilitudine eorum, circa quos valuę voluunt̃. Cardo in agrorũ limitatione appellat̃ limes, qui ꝑ agrũ currit a mane ad ſeptẽtrionẽ ſicut decumanus vocat̃ limes ille q ſecat agrũ ab exortu ad occaſum, vt inqt Pli. & Col. Ponit̃ interdũ cardo ꝓ opportunitate. Ver. Haud tãto ceſſabit cardine rerũ. Qđ Ser. iñ tractũ exiſtimat, qđ in ꝓuerbio dr̃. Res ĩ cardine eſt. Et circa id verti cardinẽ dicimus, in quo ſumma rei eſt.

¶ Cardineus, a, um, poſſeſſiuũ vt ordo cordineus, aliqñ pro pręcipuo poni ſolet.

☿ Cardinalis & hoc cardinale, idẽ qđ cardineꝰ. Cardinales in eccleſia vocantur, hi circa quos xp̄i fides vertitur.

✣ Cardinea ſeu cardea dea erat, q̄ cardinibꝰ p̄erat. Cc.

¶ Careo, es, carui & caſſus ſum, & caritũ & caſſum ſecũdũ Priſcianũ. Et eſt ꝓprie carere rẽ deſyderatã non habere. Ineſt eñ velle deſyderare in carẽdo. Et carere ĩ bono dr̃ nõ in malo. Et proprie videt̃ eſſe de ijs cõmodis, q̄ olim poſſedimꝰ, quibꝰ indigemꝰ. Nã qui priuatus eſt, nec vnq̄ regnauit, ſatis recte nõ põt dici carere regno, cũ id elocutionis genꝰ pertineat ad eos qui olim fuerũt reges, & poſtea regno expulſi ſunt. Qđ accidit Tarquinio Superbo. Cõſtruit̃ hoc verbũ cũ ablatiuo licet cũ accuſatiuo iunctũ inueniat̃. Plau. in Me. Dare vna opera penſum poſtules inter ancillas ſedere iubeas lanã carere. Qđ eſt a carendo ꝙ eam tũ purgãt & deducũt, vt careat ſpurcitia. Ex quo carminari dr̃. Differũt eñ ab inuicem careo & indigeo, ꝙ indigemꝰ neceſſarijs, vt vacemus literis. ſ. pecunia & libris. Caremꝰ vero non indigemus honoribꝰ, dignitatibꝰ, & huiuſmodi, q̄ non ſunt neceſſaria, & tñ vellemus. Et caremus multis ſeruis, quamuis eis non indigeamus. Improprie tñ dicimus, careo, damno, careo culpa, careo febre ſignificare volẽtes me non febricitare. Eſt enim Acyrologia. i. improprius ſermo. Econtrario dicimus habere febrem, cum illa nos habeat.

¶ Carex fœ. ge. hęrba & acuta & duriſſima ſimilis aſparago. Verg. Et carice paſtus acuta.

¶ Carectum locus caricibus plenus. Idem, Tu poſt carecta latebas.

¶ Caries, vetuſtas vel putilago. Lucil. li. vij. Ne auriculã obſideat caries ne vermiculiq;. Auſ. I, tineas cariẽq; patite charta neceſſe eſt. Sũt qui cariẽ interpretent̃ vermiculũ illũ, qui ligna rodit, & vulgo Carolus dr̃. Colu. li. xij. Oĩs materia in ędificia ſuccidi debet, luna decreſcente ab vigeſima vſq; in trigeſimã, quia ſic cęſa iudicat̃ carie nõ infeſtari. Plin. Cedri oleo peruncta materies, nec tineã, nec cariẽ ſentit. Idem pro carolomento lib. xij. accepiſſe videtur, cũ inquit, celeriter ea cariẽ ſentit. Hinc carioſus, a, um, quod eſt carie plenum.

¶ Caras nomen propriũ regis, qui regioni Carię nomẽ indidit, Cares vero dictꝰ eſt Statuarius Liſippi diſcipulꝰ. Cares numero plurali populi a Caria, Cares ſub Minoe fuerũt & tũc Leleges dicebant̃, & iſulas habitabãt, poſtea facti ſunt cõtinentis habitatores multũq; maritimę orę, & mediterraneę occupauerunt.

¶ Caria, regio minoris Aſię inter Lyciã & Ioniã. Strabo Cariam a Borea Męãdri flumine clauſit, ab occidẽte Icario & Myrthoo pelago, a meridie Rhodiẽſi. Ab ortu Lycijs, & alijs gentibꝰ, magnamq; Tauri montis partẽ in Caria cõcluſit, oẽm oram Rhodiã ei attribuens, q̄ meridionalis eſt. A Cara rege, qui primus auguria auiũ dr̃ inueniſſe. Cuius populi Cares dicti, qui peculiariter ſũt barbari nominati. Carię olim imperauit Mauſolꝰ, ĩ qua Halicarnaſſus metropolis fuit, & Mauſoleũ illud celebratiſſimũ quod ĩter ſeptem ſpectacula numerari ſolet.

☿ Carius, a, um, pe. cor. quod eſt ex Caria.

☿ Caria ciuitas Peloponnenſis, q̄ cũ Perſis hoſtibꝰ contra Grę̨ciam conſenſit, quę poſtea a Grę̨cis deleta fuit. author Victru. libro primo.

¶ Carra, ę, ciuitas Arabię ad rubrũ mare, a qua Carrei dicti ſunt populi. Pli. Carręis latiſſimos & fertiliſſimos agros ab opido Arabię, quod Caria dicitur.

¶ Carrę, arum, ciuitas Meſopotamiæ trãs Edeſſã Eraſſi, & Romani exercitꝰ cruore nobilis, Vnde Luca Aſſyrias latio maculauit ſanguine Carras.

¶ Carrus & carrũ vtroq; modo dicitur, a cardine quatuor rotarum, vel ꝙ currendo ſonet. Cęſar, Inter carros impedimentaq; prælium commiſerunt. Hircius. Pompeius ea die per viarum anguſtias carra complura, multoſq; laniſtas retraxit.

¶ Carrucha pe. pro. genus vehiculi. i. currus. Hinc carrucharius, qui carruchas agit.

¶ Carrucharius, a, ũ, qđ ad carruchã ptinet. Põpo. Plęraſq; mulas carrucharias tales eſſe, vt trãſiri nõ poſſint.

¶ Carico, as, pe. cor. qd ſignificet. Hie. expreſſit ſic ſcribẽs Origenes maiora cogitans, propriũq; ingeniũ ferre nõ ſufficiẽs oneribus maioribus caricabat ſe. Et cum ſic incedere non poſſet ruina magna deuolutus eſt.

¶ Caros crapularis redundantia a καρόω perturbo, vexo agito, ſeu a καρόομαι qđ eſt a capite aggrauor oblidor velut ab oppreſſura capitis & ingenij offenſione.

¶ Caryatides ſtatuę muliebres in ędificijs, vt ait Vict. ſicut viriles, q̄ mutulos aut coronas ſuſtinent. Telamones a nr̃is Atlantes a grę̨cis appellatę. ☿ Nã deſtructa Carya, & interfectis viris matronę in ſeruitutẽ adductæ fuerũt, nec ſunt paſſę ſtellas deponere, vt ęterno ſeruitutis exẽplo graui cõtumelia preſſæ pœnas pendere viderent̃ pro ciuitate. Ideo q tũc architecti fuerũt earũ imagines ædificijs publicis deſignauerũt oneri ferẽdo, vt etiam poſteris pœna Caryatidum memorię traderetur. Alij a Carya Laconicę terræ opido.

¶ Cariſſam antiqui pro vafro vſurpabant. ☿ Et nonnulli a carne deductum putauerunt.

¶ Caritas ſine, h, a careo ſignificat inopiam Liui. lib. xi. Caritas primũ erat annonę ex incultis ꝑ ſeceſſionẽ plębis agris. Vñ & carus in ea ſignificatiõe, qua opponitur

vili. Differunt tñ caritas & inopia, ꝙ caritas ſit rerũ pœnuria, q̃ adhuc extant, inopia earũ q̃ nõ extant. Cicero pro domo ſua, Qua ex re primũ notare deinde inopia. Caritas annonę eſt, inopia ſeu pœnuria aliarũ rerũ. Charitas cum, h, latine amor dr̃ a χάρις gratia & amor. Et eſt quædam charitas amoris ſpecies, q̃ ad homines tãtum ſpectat pro dignitate & qualitate perſonarum, amor ad omnia. Nam maxima charitas debetur parentibus, proxima filijs, & deinceps reliquis. Sic charus cum aſpiratione ſignificat gratum, & amore deuinctum. ☿ Vel charitas, vt Speu. ait eſt integra animi declaratio ciuilis ſcientia honeſtorum atq; vtilium.

¶ Catinę, arum, nomẽ vici Romani, in quo fuit domus Põpeij. Ver. Lautis mugire carinis. Var. carinas dici putat ab eo ꝙ hic orit̃ caput ſacręvię κάρα latine caput dr̃.

¶ Carina pe. pro. pars nauis & ipſa nauis concauitas, licet qñq; pro tota naui ponatur. ☿ Carina etiã eſt infima trabs, vbi nauis fundatur. Ouid. lib. iiij. de Pon. Dum mea puppis erat valida fundata carina.

¶ Carinare eſt in modũ carinę formare. Plin. lib. ix. Saliunt pectines & extra volitant, ſeq; & ipſa carinãt. Et carinatum concauum. Aliqñ carinare eſt probra obijcere, ꝙ carinantes. i. probra obijcientes ſint infimę ſortis homines ſicut & carina.

¶ Carinatim ſignificat ad ſimilitudinem carinę.

¶ Carmania regio maioris. Aſię, cuiꝰ metropolis eſt Carmania, & populi Carmanij, qui teſte Pom. ſine veſte ac fruge ſine pecore, ac ſedibus corijs piſcium veſtiuntur.

¶ Carmelus pe. pro. & cũ vnico, l, latine & gręce dicit̃. Hebraice vero chermel. Et ſunt duo montes authore Hie. qui hoc noĩe vocant̃. Alter galileę ꝓuincię, in quo fuit. Nabal carmelus maritꝰ Abigail ad Auſtralẽ plagã. Alter iuxta Ptolomaidẽ mari imminens, in quo Helias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit.

¶ Carmon, eſt locus in Meſſenia, & tẽplũ Apollinis, in Laconia, & in Arcadia flumẽ, & mõs in Peloponneſſo.

¶ Carmen quaſi canimen a canendo dici põt quicqd eſt meretrice ſcriptũ. Vñ Verg. verſum vnũ carmen dixit. Et rem carmine ſigno. Et duos ſimiliter cũ ait, Tumulo ſuperaddite carmen. Tota inſuper Aeneis hæroicũ carmen dr̃, & carmẽ buccolicũ, vt tale tuũ carmẽ &c. Quandoq; carmen dicitur incantatio, vt carmina de cęlo poſſunt deducere lunam.

¶ Carmen, quo Romani vtebantur in vrbiũ expugnatione erat huiuſmodi. Si deus, Si dea eſt, cui populus ciuitaſq; Carthaginenſis eſt in tutela. Teque maxime ille, qui huiꝰ vrbis tutelã recepiſti pręcor veneror q; veniãq; a vobis peto, vt vos populũ, ciuitatẽq; Carthaginenſem deſeratis, loca ſacra, tẽpla, vrbemq; eorum relinquatis. Abſq; ijs abeatis. Eiq; populoq; & ciuitati metũ inijciatis, proditiq; Romã ad me, meoſq; veniatis, noſtraq; vobis loca, tẽpla ſacra, vrbs acceptior probatiorq; ſit mihi populoq; Romano, militibuſq; meis p̃poſiti ſitis, vt ſciamꝰ intelligamuſq;. Si ita feceritis, voueo vobis templa, ludoſq; facturum. Cc.

¶ Carmẽta & carmẽtis Euãdri mater a carminibꝰ, quibꝰ dabat reſpõſa cũ proprie Nicoſtrata vocaretur. Erat hęc rerũ futurarũ admonitrix, q̃ Phœbo dedicata carminibus oracula ſignificabat. Hinc carmẽtalis porta. Ver. Et carmentalẽ Romano nomine portam. Poſtea vero ſcelerata dicta eſt, ꝙ per eã ſex & trecenti Fabij cũ cliẽtum quinq; milibꝰ egreſſi aduerſus Hetruſcos ad amnẽ Cremeram oẽs interfecti ſunt. Oui. Carmẽtis portę dextro eſt via proxima Iano. Ire per hanc noli quiſquis es, omẽ habet: Illa fama refert Fabios exiſſe trecẽtos. Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet.

¶ Carminare, eſt q̃ſi pectinare. Pli. li. ix. Iuſſũ eſt e quinquagenis faſciũ libris quinas denas carminari. Et li. xj. Hãc ab his quoq; gigni ſubigiq; vnguium carminatiõe mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

☿ Carminarij vocantur lanarũ purgatores, qui a ſpurcitijs purgant.

☿ Carius nomẽ filij Iouis & Danaes, q diuinos honores in Lydia aſſecutus eſt, qui etiam monti nomen diuidit.

¶ Caro ꝓprie mortuorũ dicta eſt, ꝙ careat aĩa, inqt Dona. vel, r, pro, d, ponit̃, vt ſit caro quaſi cado, qm̃ cũ ſine aĩa eſt, cadit. Ver. Belloq; caduci Dardanidę. At Aiero. ĩter carnẽ & pulpã ſic diſtinguit, vt Caro ſit q̃ ſanguine venis, oſſibuſq;, neruiſq; conſtringit̃. Pulpa q̃ manducatur, eo ꝙ pulſetur & concidatur. Et non ſolum de animalibus, ſed etiam de piſcibus, pomiſq; caro dicit̃. Quidam hoc nomen a gręco deriuant κρέας, a quo fit creo.

¶ Caruncula a nominatiuo caro dimin. eſt Carnicula vero a carnis nominatiuo ſecundum antiquos.

¶ Carniuora pe. cor. dicunt̃ animalia, quę carnes vorãt. Vñ dicimus aquilam carniuoram. Pli. lib. x. Serratorum dentium carniuora ſunt omnia.

¶ Carneus, a, um, qđ ex carne eſt, vt fruſtum carneum,

¶ Carnoſꝰ, a, um, qđ eſt pingue. Carnoſitas, pinguedo.

¶ Carnarius, qui carnes vendit. Similiter qui in edẽda carne delectat̃ carnarius vocatur. Martialis, Carnarius ſum pinguarius non ſum.

¶ Carnarius, a, um, qđ ad carnẽ pertinet, vt carnaria taberna, vbi carnes venduntur.

¶ Carnariũ ꝓprie locꝰ vbi caro ſalſa ſuſpẽdit̃, ſeu reponit̃. Pli. Quippe e macello aut carnario vidẽdũ eſt. Qñq; etiã dr̃ locꝰ, vbi carnes tantũmõ vendunt̃. Plau. Cœnã e carnario emit iã factꝰ ſatur. Varro tabernã carnariã vocat. Qui vero carnes in carnario vendũt, et iã lanij appellant̃, & carnarij. Interdũ carnariũ accipit̃ ꝓ ipſa carne, ſicut cibariũ ꝓ cibo. Plaut. Qui mihi carnariũ parauit ridiculus ad ientandũ. Et carnarium inſtrumentũ dicitur cum pluribus vncis, quibus ſuccidæ appẽduntur.

¶ Carnifex, qui carnes ex hominibus facit. Hinc excarnifico, as, pro excrucio Terẽ. in Heau. Huiuſmodi ſemper comminiſcere, vbi me excarnifices.

¶ Carnificor, aris, depo. ſignificat carnificis officiũ ago.

¶ Carnificiũ, ipſe actus carnificis, qđ & carnificina dr̃.

¶ Carnificina, æ, pe. pro. locꝰ publicus, in quo iuſſu magiſtratꝰ hoĩes ſontes a carnificibꝰ occidunt̃. Plau. Quid ſi deſperatis rebꝰ carnificinã petat. Sueto. de Tiberio. Carnificinę eius oſtẽdit̃ locus capreis, vñ dãnatos poſt longa, & exquiſita tormenta p̃cipitari corã ſe in mare iubebat. Et carnificina dr̃ carnificis officium, ſeu carnificatio, & cruciatus. Plau. in cap. Vel carnificinã hunc facere poſſum perpeti. Cyprianus ad Demetri. Quæ hæc eſt inſanabilis carnificinę rabies? q̃ in explebilis libido ſæuitiæ? Cato carnificinas dixit plurali numero pro tormentis & crudelitatibꝰ. Vbi ſocietas inquit, vbi fides maioꝝ inſignitas, iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores, atq; carnificinas per dedecꝰ, atq; ignominiã te facere auſum eſſe. Plau. in ciſ. ſingulari vſus eſt. Credo ego amorẽ primũ apud hoĩes carnificinã commentum. Cic. lib. iij. Tuſc. per tranſlationẽ dixit. Nã cũ oĩs perturbatio miſeria eſt, tñ carnificina eſt ęgritudo, quia inſtar carnificis cruciat, laniat pręcordia, lacerat animum, excarnificatumq; conficit. Poſſet tñ hic carnificina accipi veluti pro fœmina excarnificante, ſicut a Plauto dicitur fœmina opificina.

¶ Carnificinꝰ, a, um, ponitur pro crudeli & carnifice digno. Cic. Carnificina eſt iſta crudelitas.

¶ Carna, dea q̃ vitalibus humanis, ſeu cardinibꝰ pręeſſe exiſtimabatur. Vñ Ouid. lib. vj. Faſt. Prima dies tibi carna datur, dea cardinis hęc eſt. Hęc ſtriges nocturnas puerorum, vt dicebant cunas infeſtantes a limine ſummouebat.

☿ Carnuntij populi, a Carnunto dicti, de quibus Pli. li. iiij. Superiora inter Danubiũ & Hircinium ſaltum vſq; ad Pannonices Hyberna carnuntij tenent, Germanorumq; ibi confinium eſt.

☿ Carnutũ opidũ, quod Germanię finis eſt. Pli. lib. vlt. abeſt centum. M. paſſuum a Carnunto litus Pannoniæ,



quo a Germania ſuccinum importatur.

☿ Carni populi ſunt ſupra quos Apeninus mõs incũbit lacũ hñs in amnem Iſaram confluentẽ, qui rapto ſecum Attage fluuio altero effertur in Adriaticum ſinum.

✣ Carnotũ regio eſt totius Gallię media Dryudũ ſedes de quibus in dictione Dryudę.

✣ Carniothũ hęrba eſt quã nõnulli ſanguinariã vocãt. Alij polygonum dicunt, & carninothron. Cc.

✣ Capar veteres dicebant vas grande, quo vinũ recondebatur. Cc.

¶ Carpathos pe. cor. Inſula contra Aegyptũ media inter Rhodũ & Cretã ducentorũ ſtadiorũ circuitum hñs quatuor inſignis vrbibus, a qua vicinũ mare ad Aegyptum vergens Carpathium dictum eſt.

¶ Carpatinę pe. pro. calciamentũ ruſticũ a carnibus appellatum, & fiebant ex recentibus corijs bubulis,

¶ Carpentũ vehiculi genus dictũ, quaſi carmentum a Carmenta Euandri matre. Ouid. lib. j. Faſt. Nam prius Auſonias matres carpẽta vehebãt: Hęc quoq; ab Euandri dicta parente reor.

¶ Carpentarius, faber qui carpẽta facit. Et carpentariꝰ faber lignarius. Hiero. Carpentarius artifex fecit ſcãnũ. Carpentarius equus, qui carpentũ ducit. Carpentarium opus quod ad fabrum lignarium pertinet. Hie. in Exo. Et opere carpentario.

✣ Carpio piſcis notꝰ, qui capit̃ in Bęnaco carpũ vulgo dicimus. Cc. ✣ Carpis. Scythię fluuius eſt. Cc.

¶ Carpophorus pe. cor. nomẽ viri propriũ, & latine dicitur fructifer, gręci em̃ καρπὸν fructũ φορεῖν ferre dicũt. Hie. ad Euſto de morte Paulę. Salue Efrata regio vberrima, atq; καρποφόρα cuius ſterilitas deus eſt.

¶ Carpo, pis, pſi, ptũ, decerpo. Ver. Inſere Daphni pyros carpẽt tua poma nepotes Itẽ carpere eligere. Terẽ. in adel. Vnũquodq; quod erit belliſſimum carpã. Item reprehẽdere. Mar. Carpere vel noli noſtra vel ęde tua Itẽ Frui. Ver. Carpamꝰ dũ mane nouũ, dũ flumina creſcunt. Itẽ lędere, vt carpit em̃ vires paulatim vritq; vidẽdo fœmina, carpere viã eſt ambulare, carpere vitales auras ẽ haurire, carpere lanã eſt attenuare. Ver. li. j. Geor. Nec nocturna quidẽ carpentes penſa puellę: Neſciuere hyemem Carpere linũ eſt euellere. Hęrbaſq; cũ ſemine & radicibꝰ carpunt. Carpere cibũ eſt paſci, cõpoſita ſunt decerpo, excerpo, & diſcerpo. De quibus locis ſuis.

☿ Carpocrates nomẽ cuiuſdã hęretici, qui negabat mũdum a deo factum.

¶ Carpatim aduerbiũ ſignificat hinc atq; illinc carpendo non ipſam ſeriem ſequendo.

¶ Carpinus pe. cor. genus arboris notę de acerũ genere. Columel. lib. vj. Quinetiã cornꝰ & carpinus & ornus nũnunq̃, & ſalix a plęriſq; in hoc ipſum diſponitur. Pallad. Carpinus vltima arbor.

✣ Carpophillos herba eſt, Daphnen nominant. Cc.

¶ Carta ſine, h, nomen fuit vnius ex Darij principibꝰ.

¶ Charta cũ, ch, aſpirato, eſt dictio Gręca, & ꝓprie fit ex papyro, apud Gręcos vero pro eo poni cõſueuit, qđ nos librũ dicimus. Oui. lib. iij. Triſ. Nullus in hac charta verſus amare docet. Hinc chartaceꝰ, a, um, Vlpianꝰ de lege. li. iij. Qđ ſi in codicibꝰ ſint mẽbraneis, vel chartaceis, vel etiã eboreis, vel alteriꝰ materię. Chartula diminutiuũ eſt. Hie. Volo in chartulis meis ineptias ſcribere. Aliqñ vero charta poni ſolet ꝓ folijs, in quibꝰ ſcribimꝰ, ſeu ſint papyracea, ſiue mẽbranea, aut ex Pergameno, aut ex alia materia Quint. Cũ aperto codice chartas explicaret. Vñ Suet. in Nero Plũbeã chartam ſupino pectore ſuſtinuit. Pli. li. xiij. refert chartã Alexãdri magni victoria repertã, author eſt. M. Var. cõditã ĩ Aegypto Alexandri, & antea nõ fuiſſe chartarũ vſum, palmarũ folijs primo ſcriptitatũ, deinde quarũdã arborum libris poſtea pauca monimẽta plũbeis voluminibꝰ mox & priuata linteis confici cœpta aut ſchœdis. Voſpicꝰ in Aureliano, Quę oĩa ex libris linteis in quibus ipſe quotidiana ſua ſcribi præceperat.

¶ Charta fuit vrbs, haud procul a Tyro. Vñ fortaſſe, & chartago habet aſpirationem.

¶ Carthago vrbs Aphricę celebris, q̃ poſt Troianũ bellũ, vt docet Euſe. a Didone cõdita fuit, & apud nos nouã ciuitatẽ ſignificat. Eſt & alia Carthago in Hiſpania, quã Haſdrubal cõdidit, q̃ noua perpetuo epitheto dicit̃ ad differẽtiã Carthaginis. Libycę. Hoc nomen quidã a charta opido, haud procul a Tyro dici putãt, Cice. vero lib. ij. de natura deorũ ſcribit dictã a Carthagine Herculis filia cum Byrſa diceretur.

¶ Carthaginenſes dictio ſex ſyllabarũ eſt. Nã authore Priſcia. inter, n, & e, interponit̃, i. Aitenim li. iiij. Si tertię ſint declinationis abijciũt extremũ, s, genitiui, & aſſumũt enſis, vt piſtor piſtoris piſtoriẽſis, Carthago Carthaginis Charthaginienſis. ☿ Annius, Hoſtẽ qui feriet mihi erit Carthaginienſis. ſed hunc catalogum ſyllabarũ doctiores deriderent & greci.

¶ Carthallum, caniſtrũ. Hie. in Deuter. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias & pones in carthallo.

¶ Cartophylacum, latine ſcrinium dicit̃, in quo libri & ſcripturæ reponuntur.

¶ Cartilago pe. cor. concauitas illa, quę eſt circa aures.

¶ Carteia, opidũ eſt Hiſpanię, Carteſeos a Gręcis dicitur. Vnde Carteſius, a, um, vt Littus Carteſium, in quo freti anguſtiæ ſunt.

¶ Caryca pe. cor. eſt genus ficuum a loco ſic dictarũ, vt docet Iul. Pol. Apud multos tamen pro ficu ſicca accipitur. Ouid. lib. j. Faſt. Quid vult fama ſibi rugoſaq; caryca dixi. Tamen. Suidas immo. xij. Illi Suidę cõpoſitores, aliter interprętant̃. ſ. καρύκη ἔδεσμα ἐκ πολλῶν συγκείμενον βρῶμα λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἐδεσμάτων ἀφ' οὗ καὶ τὸ συνταράττειν τι καὶ ἀναδεύειν καρυκεύειν φασί. ✣. i. caryca, eduliũ ex multis conſtans Lydius cibꝰ ex ſanguine, & alijs ferculis, a quo turbare καρυκεύειν dicũt. Eſt igit̃ ſi de ętymologijs gręcarũ dictionũ gręcis credimus farcimẽ illud, quod vulgo dicitur baldoni, farcimẽ ex ſanguine, & alijs eſculentis, quod Lydij primi inuenerunt.

✣ Carnuſij populi ſunt Troglodytis finitimi pariter, & Aethiopibus in finibus Aphricę, & latus ad meridiem ſpectans inhabitant. Cc.

¶ Charybdis & Scylla duo monſtra ſunt in freto ſiculo, de quibus Verg. Dextrum Scylla latus læuum implacata charybdis Obſidet. Et aũt locꝰ ſicuti ſcribit Sal. iuxta Taurominitanũ litus, extatq; fabula charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimam, quę cum Herculis vaccas rapuiſſet a Ioue fulminata eſt, & in hoc monſtrũ cõuerſa. Eſt igitur charybdis mare periculoſum nautis, quod cõtrarijs fluctuum curſibus colliſionem facit, & rapta q̃q; abſorbet & reijcit. Ouid. Et vomit epotas ſęua Charybdis aquas. Seneca ad Lucil. Scyllam ſaxum eſſe, & quidem terribile nauigantibus optime ſcio. Charybdis an reſpondeat fabulis perſcribi mihi deſydero. Fac nos certiores vtrum vno tantum vento agatur in vertices, an omnis tempeſtas ac mare illud contorqueat, & an verum ſit quicquid illo freti turbine arreptũ eſt per multa millia trahi. Thucydides lib. iiij. ἔστι δὲ ὁ πορθμὸς ἡ μεταξὺ ῥηγίου θάλασσα καὶ μεσσήνης ᾗπερ βραχύτατον σικελία τῆς ἠπείρου ἀπέχει καὶ ἔστιν ἡ χάρυβδις κληθεῖσα τοῦτο. ✣ Id eſt, Eſt autem fretum inter Rhegium mare & Meſſenẽ, a quo breui ſpacio Sicilia a continente diſtat, & eſt charybdis appellatum.

¶ Caryon nux dicitur a capitis grauedine propter odoris grauitatem.

¶ Carion dr̃ oleũ qđ fit e nucibus iuglandibꝰ, & alopecijs vtile eſt, tarditatiq; auriũ infuſum, cęterum ſapore graui. Vnde apud nos eſculentis non admiſcetur.

✣ Nonnulli carynion legunt.

¶ Caryopon nucis ſuccũ ſignificat, vt inquit. Pli. li. xij.

¶ Cariotę, ſiue caryotides e palmis naſcunt̃ quas alij dactylos, alij palmulas, alij magaridas appellãt Pli. Caryo

tas inter palmas celebratas cibo qdē & ſucco vberrimæ ex quibꝰ p̄cipua. Var. lib. ij Nō ſcitis palmulas caryotas ſyriam parcere inuectas in Itiam nō poſſe. Papy. in ſyl. Prægrandes vina capita inimica caryotides cadebant.

✣ Cariotes hęrba eſt folijs myrti acutis & pungentibꝰ, fructus eius nux vocatur. Cc.

¶ Caryſte es, & cariſtos ſti, inſulo vna ex Cycladibꝰ ſita in Euboico mari, varij marmoris ferax, excedebant̄ eñ ibi colūnę marmoreę q̄ a loco etiā Caryſtęa appellabantur. Lu. li. v. Qua maris āguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. Senec. Ferax varij lapidis Caryſtos Hinc Caryſtęus, a, um. Oui. li. iij. faſto. Q uaq; Caryſtęis frāgit̄ vnda vadis. Eſt etiā ciuitas eiuſdē noīs ī Euboia, vt li. iij. Pto. ſcribit

☿ Caryum Laconię opidū, a quo Diana Caryatis, ꝙ illic coleretur. Victru. Caryam vocat. V nde ſunt. Caryatides columnæ in antiqus ſubſtructionibus celebratæ.

¶ Caſa domꝰ a cauatiōe dicta. Nā antiq cauatas rupes inhabitabant. Vel dr̄ a facile cadendo. Quippe a cado fit frequentatiuū caſo, as. Diminutiuū a caſa eſt caſula.

¶ Caſo, as, frequenter cado, a quo fit aliud frequēta. Caſito, as, qđ ſignificat frequēter caſto. Pal. iuriſcon. Si antea ex tegula caſitauerit ſtillicidium poſtea vel ex tabulato vel ex aliqua materia caſitare non poteſt.

¶ Caſaria dicitur mulier quæ caſam cuſtodit.

¶ Caſabundus crebro cadens.

¶ Caſſus, a, um, qđ eſt inane & vacuū fragile, atq; omni re carēs, vt caſſa nux a Plauto, & Hora. dicta. Luc. Caſſa fraude parat. Plaut. in aul. Virginē habeo grandē dote caſſam atq; illocabilē. Ver. Lumine caſſum & ethere caſſos dixit pro vita priuatos & vacuos. Vñ & caſſis, & per diminutionem Caſſiculus. Hinc incaſſum aduerbium.

¶ Caſſo, as, ſignificat deleo, vt de euāgeliſta Ioanne legitur. Ex totius ſenatuſconſulto definitū eſt, vt quicqd Domitianus fieri voluiſſet, caſſaretur. Et caſſare contundere. Verg. Caſſateq; rates.

¶ Caſa inſula a Caſo Cleomachi patre dicta, ab hac & Caſius mons in Syria colonis eo deductis. ☿ Huiꝰ noīs prima breuis eſt. Ab hac & Caſius mōs in Syria. Sūt aūt multę Caſorū inſulę per ambitium a quibꝰ veſtis nomē caſiaca quod & nunc quoq; durat vulgo græci milites caſianā vocant. Euſta. appellat a monte Caſio.

¶ Caſcus, a, um, ſignificat vetus. Cuius verbi origo Sabina eſt. Aennius, Q uāprimū caſci populi genuere latini. Manilius ait caſcum duxiſſe Caſcam nō mirabile eſt. id eſt vetulam nupſiſſe ſeni.

☿ Caſcinum opidū dictum eſt ꝙ ſit vetus. Et caſcinū forum vetus appellant. Oſcorum lingua.

¶ Caſuar ſenex dictus. Et a cadendo deducitur, vt nonnulli volunt.

¶ Caſius mōs in finibꝰ Agypti Arabię cōterminus magni Pōpei tumulo clarꝰ. A quo etiā fit Caſius, a, um. Luca. li. x. Lucifer a Caſia ꝓſpexit rupe diēq;. Eſt & in Syria Antiochenu Caſius mōs ſuper Seleuciā, cognomine Pieriā, vt author eſt Pli. Sed hoc Caſium ij, mons apud Euphratē vbi Traianus dicauit crateras argēteas in tēplo Iouis Caſij cū epigrāmate, quod Suidas proſequit̄.

¶ Caſia per ſimplex, ſ, frutex eſt āplitudine cubitorum triū ſuauiſſimi odoris & virtutis cynnamomi. Hie. appellat hęrbā cū in canticis inqt. Caſia quoq; qm̄ id genꝰ hęrbę aquis in deſinētibꝰ nutriri dr̄, & coaleſcere, redēptionē humani generis per aquas baptiſmi indicat datam. Oui. vt Pli. li. vij. ſcribit iuxta Cynnami cāpos in ęthiopia, ſed in mōtibꝰ craſſior ſarmēto tenui cute verius quā cortice naſcitur. Sunt tñ qui dicūt caſiam eſſe nomē hęrbę atq; arboris ſicut balſamus hęrba & arbor balſami. Ver. Tū caſia atq; alijs intexēs ſuauibꝰ hęrbis. Hęc alio noīe dr̄ fiſtula, vt author eſt Hier. in explanatione, p̄s. Eructauit, vocalis in laudes dei & oēs pituitas & rheumata voluptatum ſuo calore excoquens.

¶ Caſeꝰ a coeūdo, vl' vt inqt Var. a lacte coacto dr̄. Nā fit lacte coagulato hędino ī primis vitulorū ve coagulo.

☿ Caſeus muſteꝰ. i. recēs & mollis eſt magis amabilis q̄ vetꝰ & aridꝰ. Caſeꝰ oxygalacticꝰ cōmēdat̄ a Galeno dr̄ q; quaſi acetoſum lac. Nā gręci τὸ ὄξος acetū vocāt & γάλα lac, vñ Galacto potę, dicti ſunt ppl'i quibus lac victū pręſtat. ✣ Caſmœnas pro camœnas veteres dicebant.

¶ Caſſes rętia ſunt ꝙ vacuas habeāt maculas. Vñ & caſſum ꝓ inani & vacuo, & incaſſum ꝓ fruſtra quaſi abſq; caſſibꝰ ſine quibꝰ venatio eſt inanis, tractū ab araneарū caſſibꝰ ꝙ ſint leues & nulliꝰ pōderis. Sūt etiā caſſe galeę ꝙ vacua ſint ad capita recipiēda. Sed differūt genere, & diuerſum habent genitiuū. Cū eñ ſignificat laqueū vel ręte eſt gene. maſ. & habet genitiuū nominatiuo ſimilē vt caſſis, is. Oui. Incidit in caſſes p̄da petita meos. Pro galea fœmi. ge. eſt, & caſſidis genitiuū facit. Iuue. Lorica & fracta de caſſide buccula pendens.

¶ Caſſida, æ, idē quod galea, Proper. Aurea cui poſtq̄ nudauit caſſida frontem.

¶ Caſſiculꝰ diminu. a caſſis ꝓ ręte. Hiero. Nequaq̄ aranearum mihi opponas caſſiculos. Dicitur & caſſilū a caſſibus, per diminutionem dictum.

¶ Caſſita pe. pro. auis quā alij alaudā, alij galeritū dicūt

¶ Caſſiteros pe. cor. latine ſtānū, vel plūbū dr̄. Iñ Caſſiterides inſulę decē in Indico Oceano, vñ plūbū cādidū effodit̄. Pli. lib. iiij. Ex aduerſo Celtiberię cōplures ſunt inſulę Caſſiterides dictę a gręcis a fertilitate plumbi.

¶ Caſſiope ſiue caſſiopea. Cephei regis ęthiopū vxor & Andromedes mater q̄ cū Nereidibus de pulchritudine certauit. Pro quo facto inter ſydera cōſtituta fert̄. Eſt aūt ſydus ita figuratū, vt in ſella ſedeat. Conſtat ſtellis. xxx, occidens, cū ſcorpione, capite cū ſedili reſupina ferri proſpicitur. Exoritur autem cum ſagiptario.

✣ Caſſius proprium nomen viri, a quo via ſtrata Caſſia dicitur. Cc.

¶ Caſſitias viſci ſpecies in abiete & larice naſcens. Cc.

¶ Caſpiū mare dr̄ qđ inter Caſpios mōtes eſt a quibus nomē accepit Hircanos & immēſum occupat ſpatiū. Caſpię porte varię dicunt̄. Quidā Amazones portis Caſpijs egreſſas ad Alexādrū veniſſe in Hircaniā ꝓdidere. Sed illę Caucaſię fuerunt per quas trāſitꝰ eſt ex Hyberia in Scyriā. Neronis quoq; principis cōminatio ad Caſpias portas, vt inquit Plin. Verū mōs Taurus tribꝰ in locis interruptus quaſi portis quibuſdam tranſitur in Ciliā, & in Mediā. Sed illę tñ Caſpię portę appellant̄, q̄ apud Medos exiſtūt, ſicut ex Ptole. Plin. & Strabone licet intellige, per has tranſitus eſt ex Babylone ac Perſide ad mare Caſpiū. Et hinc fortaſſe Caſpię dictę ſunt, ꝙ aliquę gentes vicinis inſident mōtibꝰ appellatę Caſpię. Iuga vero Caſpia ꝓcul hinc abſunt, & ad Armenios vlterioreſq; populos pertinent. Portę aūt Caſpię (vt Solinus inquit) pādunt̄ itinere manufacto millibꝰ octo paſſuū longo. Nā latitudo vix eſt plauſtro permeabilis.

¶ Caſtalius, fons caballinꝰ & Libethris dr̄. Eſt in radicibꝰ Parnaſi muſis ſacer, a virginę Caſtalia, q̄ Apollinē fugitans p̄cipitata, & in fontē verſa eſt, cuius aquā dicūtur bibere poetę. Hunc fontē dicit Acron fuiſſe in Lycia, vbi armenta Apollo fertur pauiſſe.

¶ Caſteria ſignificat locum vbi cum nauigatio conquieſcit remi gubernacula reponuntur. Plaut. Quin ſi pol repoſui remum ſola ego in caſteria vbi quieſco omnis familiæ cauſſa conſtitit tibi. ☿ Caſteria etiam authore Lactan. dicitur partica quam in naui hortator remigum tenet quaſi inceſſerit remiges non deſinunt, ſi depoſuerit conquieſcunt a labore.

¶ Caſtrū numero ſingulari locus eſt muris munitus dictum a caſa, ꝙ ſit coniunctio quædam caſarum.

¶ Caſtra plurali numero appellant̄ exercitꝰ cū in ꝓcinctu pergūt, aut in certo quodlibet itinere demorant̄. Similiter locꝰ in quo milites tentoria fixerūt vel ipſa tētoria in qbꝰ milites diuerſant̄. Vñ & de nauibꝰ. Verg. dixit. Nos caſtra mouemꝰ qm̄ in illis milites eſſent. Dicta caſtra quaſi caſtra & caſtrata, ꝙ ibi caſtret̄ libido. Inde



eñ mulieres abeſſe iubebat militaris diſciplina. Vt̄a caſtri ſimilitudine ꝙ foſſa valloq; q̄ſi muro circūdari ſolēt.

¶ Caſtrametor pe. cor. caſtra loco vulgo acāpare dicit̄.

✣ Caſtanea nō a caſto deducit̄, ſed gręca vox eſt, quippe gręci καστάνεων vocant e nucum genere. Vergi. Caſtaneę molles & preſſi copia lactis. Cc.

✣ Caſtaninum oleum ex caſtaneis factum. Cc.

¶ Caſtellum, paruus vicus muris circūdatus dimi. a caſtro. Et caſtellū dicit̄ receptaculū illud qđ aquā publicā ſuſcipit ex quo fluit aqua fiſtulis. Frōtinus, Oē plumbū & oēs impenſę ad aquęductus & caſtella & lacus pertinentes inde erogantur.

¶ Caſtellani dicti qui caſtellum habitāt, ſicut ob opido opidani, & a vico vicini.

¶ Caſtellatim aduerbiū quaſi turmatim per caſtella diſiecti. Liui. li. vij. Vt hoſtes & nocturno pauore attōitos & circa collem caſtellatim diſſipatos aggrederetur.

¶ Caſtrare proprie eſt virilia amputare. Iuue. Nullus ephebum Deformē ſęua caſtrauit in arce tyrannꝰ. Licet & de quacūq; trūcatione ſiue priuatione qñq; dicat̄. Pacu. Vt eſſet aliquis qui linguā eius caſtraret. Quidā caſtratos ſpadones & eunuchos ita diſtinguūt, vt caſtrati ſint quibꝰ teſtes naturaliter deſunt. Spadones qbꝰ violenter detracta eſt virilitas. Eunuchi a dominis caſtrant̄ vt diutius eis abutant̄, inde nomē εὐνὴ καὶ ἔχω ἀπὸ ἀσπάζω euello. Vlpia. tamen ſpadonum nomine omne genꝰ curatorum comprehendi ſcribit.

¶ Caſtrēſis & hoc caſtrēſe qđ ad caſtra ptinet. Vñ caſtrēſes vigilię & caſtrenſenſe peculiū eſt qđ a parētibus vel cognatis in militia agenti donatū eſt, vel qđ ipſe filiuſfamilias in militia acquiſiuit, qđ niſi militaret non acquiſiturus fuiſſet. Et caſtrenſia bona dñr q̄ licet in militia filiofamilias nō acquirunt̄, ita tñ fiunt ipſius acſi acquiſita in militia fuiſſent, vt ſunt ea q̄ ex officij acquiruntur.

✣ Caſtrenſe verbū eſt quo heroes fortiſſimi ob rē bene geſtam imperatores ſalutantur. Cc.

¶ Caſtigo, as, pe. pro. ꝓprie verbis repręhēdo, quaſi caſtum. i. honeſtū ago. Ver. Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Qñq; caſtigare eſt vindicare, punire. Idē li. viij. Caſtigatq; dolos, ſubigitq; fateri. Hinc caſtigatū dicimus correctum, emendatumq;.

✣ Inde caſtigatio & caſtigatiuncula diminutiuum. Cc.

¶ Caſtitas & pudicitia paria putant̄, cū ſit pudicitia ab iniuria turpiū libidinū libera. Caſtitas ob his contigi eſt remota. Ver. lib. ij. Geor. Caſta pudicitiā ſeruat domꝰ. Caſtū dr̄ immaculatū quaſi caſtratū. Nā caſtrare eſt pudenda amputare. Q ui vero ſine pudendis eſt neceſſario caſtus eſt. Per tranſlationē caſtus capit̄ pro honeſta & cōtinenti, vt ſit caſtus quaſi vacuus. Plaut. in penu. Vt deceat nos eſſe a culpa caſtas. Vñ dicimus vxorē caſtā, & caſtum cantū in quo nihil eſt laſciui. Et caſtam manū q̄ ſe ab alienis continet. Itē pro pio & religioſo. Vergi. Quiq; ſacerdotes caſtidum vita muneret.

✣ Caſtitudinem pro caſtitate veteres vſurparūt. A Caſto fiūt aduerbia Caſte. i. pudice, Caſtius, Caſtiſſime. Cc.

✣ Caſta mola dicebatur ſacrificij genus, quod veſtales virgines faciebant. Cc.

¶ Caſtor animal latine fiberPonticꝰ, cuiꝰ teſticulos medici caſtoreum vocāt. Hinc cōprehenſa parte nō anteq̄ concrepuerint oſſa morſu reſoluit. Caſtor & pollux fratres quos Tintaridas vocant, ſicut & Helena eorū ſoror Tindaris nuncupata, gręce dioſcurri appellant̄. Hi poſt mortē inter notiſſima ſydera cōſtituti fuere. Qđ plane ſignū gemini dicit̄ & gentibꝰ pro dijs habiti ſunt. Vnde Romæ in foro erat ędes Caſtoris & Pollucis, qm̄ ſicut Diony. lib. vj. antiquitatum ſcribit, in pugna ad Lacum regillū apparuerunt forma auguſtiore ducentes equitatum Romanū aduerſus latinos, qui haſtis feriebant propellebantq; aduerſarios, ſocios vero cohortabant̄. Quæ potiſſima cauſa fuit, vt latini fugarentur & caſtra caperentur. Idem mox viſi ſunt ſudorē equorum abluentes iuxta fontem Iuturnę. Deinde conſpectu mortalium ſe ſubduxerunt. Caſtor quoq; & mecaſtor & peręcaſtor aduerbia iurandi quaſi per ædem Caſtoris.

☿ Caſterochiras ventri manos vocant, quoniam ſuo artificio viuant.

¶ Caſtula, palliolū quo puellę nudę infra papillas p̄cingebantur. Var. Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula. Hęc & perizonium & pręcinctorium appellatur.

¶ Caſus mō fortuna eſt, vt Boe. li. v. de cōſo. Mō inopinatus euentus. Sene. Multa eñ caſus potius q̄ rōne eueniūt. Mō ruina. Curtius, Inopinato rhędi caſu oppreſſus. Mō calamitas & infortuniū. Ver. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Et breuiter Troię ſupremum audire laborē. Et caſus dñr vocabulorum formæ, quia in aliam atq; aliā cadūt effigiē. Caſum veteres antiquū vocabant quaſi iam cadentem.

¶ Caſos inſula iuxta mare Carpathium ambitu octoginta ſtadiorum, in qua eſt opidum eiuſdem nominis.

¶ Caſura, æ, caſus ſeu cadēdi actꝰ. Hie. Ante mētis noſtrę oculos ſemp euāgelicū illud appareat ſtolidiſſimi viri, qui ędificiū, qđ ſummopere fecerat ingruentibꝰ fluminibꝰ, ſlantibꝰ ventis, & imbribꝰ inūdationibꝰ pluuiarū totum amiſit in caſura, quod erat ædificatum in ſabulo.

¶ Cata p̄poſitio gręca in ꝯpoſitiōe ſignifi. in aduerſus, de, dis, ex, circum, vndiq;, ſub, iuxta, per, ſecūdū. Catha vero cū aſpiratione veluti ſicut, tanq̄, & quēadmodum.

✣ Cacabaſis, inferior ſolis meatus deſcenſus.

¶ Cathabathynon, dici poteſt demerſum cauum & profundum ex κατὰ καὶ βάθυνον profundum.

¶ Catabathmus, opidū in Aphrica. & vallis repēte conuexa, vt ſcribit Pli. Pomponiꝰ, Catabathmos vallis deuexa in Aegyptū finit Aphricam ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν. Et ſignifi. Cathabathmus locum decliuem atq; deuexum.

¶ Cataclyſmus diluuiū & inundatio dicitur. Hie. cōtra Ioui. Primus lameth ſanguinarius & homicida vnā carnem in duas diuiſit vxores. Fratricidium & digamiam, eadem cataclyſmi deleuit pœna.

¶ Cataclyſis effuſio caliginis & tenebrarū. Nam caligo a gręcis ἀχλὺ & ἀχλὺς dicitur κατάκλυσις.

¶ Cataclytū, locus concauus ab aqua cadente ἀπὸ κατὰ καὶ κλύζομαι. Amb. lib. Hexa. Nilus fluuiorū maximꝰ eo loci vbi ſe ex altiſſimis mōtibꝰ ī cataclyta illa p̄cipita magnitudine fragoris aures accolarū obſtruit ſūpſit ex. vj. Cic. de top. ¶ Catachreſis pe. pro. tropus, quā nos abuſionē vel vſurpationē dicimus, cū alienis abutimur perinde ac ꝓprijs cū ꝓpria deficiūt, vt acies ſimillima lauro. Nā facies hominis eſt, ex κατὰ contra χρῆσις dr̄ vſus, catachreſticus abuſiuus.

¶ Catacheſis inſtructio.

¶ Catachizo, as, inſtruo, doceo, erudio, vt eſt apud apoſtolū, Cōmunicet aūt is qui catechizat̄ ei, qui ſe catechizat. ¶ Catecuminus inſtructus ſeu audiens dicitur.

¶ Catacriſis, ꝯdēnatio vl' dijudicatio, κρίσις eñ iudiciū.

¶ Catadromū pe. cor. latine decurſoriū, καταδρομέω eñ decurro. Sue. in Nero. Notiſſimus eques Ro. elephāto ſuperſedens per catadromum decurrit.

¶ Categoria κατηγορία, ας, accuſatio p̄dicamentū κατηγορέω, accuſo, p̄dico, κατήγορος accuſator. Vñ categorię ſiue categoremata Ariſto. i. prædicamēto Ea p̄pōnes q̄dā a dialecticis categoricę nominant̄, quas p̄dicatorias latine dicere poſſumus. Sūt aūt decē p̄dicamenta circa q̄ verſari videtur omnis q̄ſtio οὐσία. i. eſſentia, qualitas, ad aliquid, agere, pati, vbi, qñ, ſitus habere. Appellatas vero categorias conſtat, vt inquit Aug. in dialog. propterea ꝙ non poſſunt niſi a ſubiectis agnoſci. Quis enim quid ſit hō poſſit agnoſcere, niſi ſibi hominem ponat ante oculos, quaſi ſubiectum hominis?

¶ Catagrapha q̄ vocant̄ pictores modo excurta appellant a breuitate imaginum, quas ita reprę ſentari cū ſint obliquę poſtulat ratio. Hæc & cataglypha dicuntur.

¶ Catalepſis occupatio depręhēſio. Catalexis termina-

tio. Catalyſis, diſſolutio, Catalyma, atis, refectio diuerſorum. ¶ Catalogus, pe. cor. ſermo vł ſcriptura, q̃ numerũ vel ordinẽ deſignat. Hie. ad Oceanũ. Vbi catalogus deſcribitur omnium manſionum etiam dilectis.

¶ Catalecticũ metrum dr̃, cui vna tm̃ deeſt ſyllaba, vt apud Hora. mea renidet in domo lucanar. Eſt enĩ ſenarium iambicum vna ſyllaba minus. Acatalecticũ dicitur quod legitimo fine clauditur, vt nec fonte labra prolui caballino. Eſt enim iambicum ſenarium perfectum.

¶ Catamithꝰ cũ, i, latino producto, puer meritoriꝰ, quo quis abutitur, μισθὸν greci mercedẽ dicunt quaſi καταμισθὸν id eſt pro pretio.

¶ Catholicꝰ, dici põt vniuerſalis, quaſi circa omnia verſetur, fit enim cata & holon, i. quippe totum dicunt.

¶ Cataphrattus, vndiq; munitꝰ, ex κατα vndiq; & φράκτος munitꝰ a, φράττω qđ eſt munio. Seru. in. xj. lib. ęnei. Cataphratti equites qui & ferro muniti ſunt: & equos ſimiliter munitos hñt. Sal. Et ſeq̃banť equites cataphratti. Eſt etiã cataphratta lorica ſiue thorax militaris. Vñ Vege. ſcribit exercitũ Romanũ pedeſtrẽ cataphrattis & galeis fuiſſe munitũ. Et Liui. li. xxxvij. pedites loricatos cataphrattos vocat. Cataphrattarij qui cataphrattis muniti ſunt. Lãp. de Alex. Cataphrattarios, quos illi clibonarios vocant decem millia in bello interim imus. Cataphattę autem naues protectis naubꝰ accipiuntur.

¶ Catapulta iaculũ celer vel ſagipta. Plaut. in Curg. Atq; ita te neruo torquebo, vt catapultę ſolent.

¶ Cataplaſma, atis, emplaſtrũ ſiue malagma qđ conſtat ex floribus eorumq; ſurculis & axungia.

¶ Cataplos gręce, latine nauigatio.

¶ Cataphrygę hęretici qui in phrygia fuerũt, vt mõtanus Priſcilla & Maximilla. Hi aduentum ſpiritusſancti non in apoſtolis, ſed in ſe traditum aſſerunt.

¶ Catapotia, pillulę dicunť ἀπὸ τοῦ καταπίνειν quod eſt deuorare, vel bibere proprie, qa neq; eſtur, neq; lingiť id genꝰ, ſed deuoratur. Vel φ καταπότης λέγεται λάρυγξ λάρυγγος. Catapotes dicitur guttur.

¶ Cataractas quidã cęli feneſtras, quidã nubes, quidam ſubterraneas ſpecus interpretanť. Alij a deſcendẽdo ꝑ pendulis portis ſumũt, ex ligno ferro ve, q̃ de demitti ac tolli poſſunt. Liui. Pendulas & recidẽtes portas cataractas. Idẽ porta cataracta deiecta clauſa erat. Eã partim funibꝰ ſubducũt in tm̃ altitudinis, vt ſubire recte poſſit. Dictę cataractę q̀ ex alto defluere videnť. Gręci enĩ καταρᾶν defluere dicũt. Vñ cataractę etiã dñr e terra excũtes aquę, & ita ex alto defluẽtes, vt ruere potiꝰ q̃ defluere videanť quales eſſe in Aegypto Nili cataractas legimꝰ. Ita loco ipſę quibꝰ excũt cataractę dñr, vñ qđ in maximis imbribus apertas eſſe cęli cataractas dicere ſolemꝰ. Dr̃ & hic cataractes, quo nõie etiã dictꝰ eſt fluuius quidã. Stra. Poſt Olbiã Pamphilię cataractes eſt fluuius magno ſtrepitu ex alta rupe deiectus, vnde & nomen.

¶ Catarrhꝰ latine fluxio ſeu diſtillatio. Differt a coryza & brãcho. Coryza dr̃ cũ pituita nares tãtũ obſidet grauedo latine dicta. Catarrhus vero cũ fauces palatũq;. At branchus cũ & guttur & arteria corripiť, ob id & arteriacũ quandoq; id vitiũ appellant. Oĩa hęc tñ Hippocrates coryzas vocabat, noſtri diſtillatiões, quia gręce cataſtagmi nominantur in commune. Dictus eſt autẽ catarrhus a καταρρέω fluo diſtillo ex κατὰ, καὶ ῥέω fluo.

✣ Cantharias gemmę ſpecies, q̃ ſcarabeorũ effigiẽ habet quippe gręci κανθάρους vocant ſcarabeos. Cc.

¶ Catarytꝰ pe. cor. latine irriguꝰ ex κατὰ ſecũdũ & ῥύαξ riuulꝰ quaſi iuxta riuos. Pli. li. v. Hipponẽ opidũ Aphricę catarytũ a gręcis dictũ propter aquarum irrigua.

¶ Cataſcopꝰ latine ſpeculator. Eſt enĩ σκοπεῖν ſpeculari.

¶ Cataſcopiũ genus nauigij exploratorij q̀ circũquaq; ſpeculetur.

¶ Cataſtrophe latine ſubuerſio volumen.

¶ Cataſtroma pe. pro. nauis partẽ ſeu pauimẽtũ ſignifi.

¶ Catorthoma pe. pro. gręci κατόρθωμα opꝰ virtutis rectũ Amb. lib. j. offi. Hoc eſt ꝑfectũ officiũ, qđ catorthoma gręci dixerũt κατὰ circũquaq; ὀρθὸν rectum. Cic. li. j. offi. recte factum interpretať catorthoſis recta affectio, catorthoo egregie cum virtute aliquid facio.

¶ Catatypoſis dr̃ ſecundũ figurã, quod fit cũ aliquid iuxta alterius formã deſcribiť, vt apud Ver. lib. iiij. Omnia Mercurio ſimilis vocemq; coloremq;.

¶ Cataſta locꝰ erat vbi vęnales ſerui exponebanť a καθιστάω verbo gręco qđ ſignifi. expono. Tibul. Nota loquor regũ ipſe tenet quẽ ſępe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Eſt & cataſta machina lignea qua ferui vincti tęnebanť. Pli. Tandẽ in cataſta videre Criſogonũ ſyllę. Hanc & longã & magnam compedem vocãt.

¶ Cathartica dicuntur purgatoria a καθαίρω purgo.

✣ Catanuctutia nauigij genus. Cc.

¶ Cathedra dr̃ ſubſelliũ, ἀπὸ τοῦ κατὰ καὶ τῆς ἕδρας, ἕδρα ſedes eſt ſeu ſella. Et ſcribitur cũ, h, quia hedra incipit ab h adiecta, vt fit in Methodꝰ ephœbꝰ & multis alijs.

✣ Catellus & catella diminutiua a catulus.

¶ Catexochen ſignificat per excellentiam.

¶ Caterua proprie galloũ legio, ſicut phalãx Macedonum q̃ certo numero conſtat. Nã authore. Vege. in caterua erant ſena militũ millia. Plerũq; tamen pro multitudine ſumitur. Cateruatim aduerbium ſignificat per varias cateruas. Cateruati, cateruatim conglobati. Sueto. in Aug. Sed & cateruarios opidanos inter anguſtias vicorum pugnantes temere. Sciendũ eſt q̀ omnia fere aduerbia in tim, finita ſignificant, ſicut de cateruatim dictũ eſt, vt turmatim per diuerſas turmas, vicatim, opidatim manipulatim, regionatim, gregatim, domeſticatim, municipatim, prouinciatim, & ſic de ſingulis. Sũt tñ aliqua q̃ nihil ab alijs differunt, vt priuatim nihil differt a priuate nec ſeparatim a ſeparate, nec properatim a properanter nec raptim a feſtinanter, nec affatim ab abundanter, nec vbertim a copioſe.

¶ Catena dicta eſt q̀ ſe capiẽdo teneat, quia in ea annulus annulum capit. Quidã hoc nomen a cane deduci putãt & proprie dici qua venatici canes vincti tenenť, ſed largius ſumitur. Sene. ad Lucil. Vna eſt catena quę nos alligatos tenet amor vitæ.

✣ Catenula diminutiuum a catena. Cc.

✣ Cateno verbum quod ſignificat ligo, a quo concateno compoſitum. Cc.

¶ Catellus pars ſuperior molę, ſicut meta pars inferior. Et catillus diminutiuum eſt a catinus.

¶ Catilões, q catillos liguriũt, & ꝑ guloſis accipi ſolẽt.

¶ Catillatio graue opprobriũ obijciebať hoĩbus generoſis ſi qui prouincias amicas populi Ro. expoliaſſent q̀ eorum bona liguriſſe viderentur. Cc.

¶ Catinꝰ, qđ & catinũ dr̃ pe. pro. vas in menſa eſcaria, vbi pultem aut iurulentũ qđ ponebant a capiẽdo appellarunt. Var. ſcribit ſiculos vas in quo ponebant eſculenta cati non appellare. A catinus fit diminutiuum catillus. A catinum catillum vel catinolium.

¶ Catine pe. cor. vrbs Sicilię. Sil. li. xiij. Tũ Catine nimiũ ardẽti vicina Typhœo. Stra. tñ Diodo. & Ptolo. nõ catinã ſed catanã ſcribũt. Vñ cataneus, charũdas qui leges Athenienſibus dedit, ἀπὸ τοῦ κάτω καὶ ἄνω dicitur, quia cum ignes ex Aethna erũpant ſuperiora ima fiũt.

¶ Cathinea terra q̃ in ęs cõuertiť, vt fiat aurichalcum.

¶ Cato, quaſi ſapiẽs & cautus, catum enim Sabini acutum dicunt. Et cata dicta accipiẽda ſunt acute dicta, vt author eſt Var. Porphirio tñ Horatianus interpres catum exponit pro experto & docto, cum ait Hora. Poſt hęc ille catus q̃tumuis ruſticus ibit. Et Pli. catos a ſapientia dictos intelligi vult ſicut corculos. Hora. catus decorę more paleſtrę. Cic. Sed hõ cautus nunq̃ terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modũ. Duo autem fuere catones celebratiſſimi, ſenior videlicet qui & Portiꝰ & Cenſorius dictꝰ eſt. Alter Vticenſis, q ſeipm̃ Vticę iterfecit ne in cęſaris manꝰ viuꝰ vẽiret. Hic viua



virtutũ imago vocatur a Senec. exẽplar viri ſapientis. de quo Quin. Hic, inq̃t, niſi crediť fuiſſe ſapiẽs, vix ſcio cui reliq̃rit huiꝰ nominis locũ De Cẽſorio Sene. ad Lucil. M. Cato Cẽſoriꝰ quẽ tã neceſſariũ reip. fuit naſci q̃ Scipionẽ. Alter enĩ cũ hoſtibꝰ nr̃is bellũ, alter cũ moribus geſſit. Dion hiſtoricus gręcus, τοῖς τέκνοις ... ✣ Ideſt cognoſcẽs amplexatꝰ & deoſculatus, & exclamans ait, habeo te Aphrica, habẽs ipſam time Cato & Scipio Ioban. Lybicũ habẽtes auxiliarẽ Hic fuit optimus orator, optimꝰ ſenator, optimꝰ imperator quiꝫ lib. de re ruſt, origines & orationes ſcripſit. Fertur a Plutarchoq̀ M. Cato vxorẽ & filium perdiderit inducta noua victus & medicinæ formula.

✣ Catopyrites gẽma quę ex Capadocia venit. Cc.

✣ Catorthoma quod circũquaq; rectũ ſit ex κατὰ prępoſitione & ὀρθὸν rectum κατορθόω, ῶ, ώσω recte & egregie aliquid facio, catorthoſis recta affectio. Cc.

✣ Catochites gemma impoſitam manum velut gummi retinens. Cc.

✣ Catoblepas alias baſiliſcus dicitur, qui vel ſolo viſu hominẽ interficere dicitur, vide Perotum.

¶ Catus animal muriceps fœmi. ge. ſecundũ Ser. lib. de Græcis Latiniſq; nominibꝰ, Cati etiã populi ſunt Germanię Sicambris, vt inquit Stra. finitimi.

¶ Catulus pe. cor. proprie ſignificat cati, hoc eſt Felis filiũ ꝓpter ſagacitatẽ. Var. catulus a ſagaci ſenſu & acuto. Sed poniť large ꝑ oĩ ferarũ filio ſiue immanium ſiue mitiũ. Vñ de colubro, Verg. catulos tectis atq; oua reliquẽs, & de leonibus. Pli. Raptor appropĩquãte tigridis fremitu abijcit vnũ ex catulis. Pli. Simiæ geſtãt catulos quos mãſuefactæ intra domos peperere. Idẽ. Murium quoq; catuli oſtẽtũ faciũt. Idẽ Delphinũ catulos nominat. Lacertarũ quoq; & cęterorũ ſerpẽtiũ filij catuli dicũtur. Hinc fit aliud diminutiuũ catellꝰ. Accipiť quãdoq; catulus ꝑ ipſo cane. Apu. Catulos ſecũ ducẽtes venaticos atq; ſagaces. Interdũ ꝑ quodã vinculi gñe, qđ etiã canis dr̃. Plautus, Faciã te delicatũ catulo, vt accubes ferreo. Et catulꝰ nomẽ fuit viri Romani, De quo Luca. lib. ij. Vt catulo iacuit Lepidus. Hic Catulaſter Catuli imitator, ſicut ab Anthonio Antonaſter, Catulaſter etiã ſignificat ipſum catulũ, hoc eſt paruũ canẽ ſiue filiũ. Catullus vero per duppex, ll, nomen eſt Veronenſis poetæ, A catullo (Vt Var. inquit) fit canis animal latrabile.

¶ Catulinꝰ, a, um, quod ex catulo. Vnde Plau. catulinã carnem eſitauiſſe Romanos oſtendit.

¶ Catularia porta Romæ dicta eſt, quia nõ longe ab ea ad placãdũ caniculæ ſydus frugibus inimicũ rufę canes immolabãtur, vt fruges flaueſcẽtes ad maturitatẽ ꝑducerẽť. ✣ Catullꝰ poeta Veronẽſis natꝰ in peninſula lacus Benaci, quẽ vocãt Sirmion in quo iãbi acerbitas inprimis claruit. ¶ Catullire eſt geſtire & coitũ maris appetere. Var. Fœturæ principiũ admittẽdi faciunt veris prĩcipio. Tũ enĩ dicũť catullire, i. oſtẽdere ſe velle maritari. Plau. Qui mea vxorẽ vidi catulliẽtẽ. Hic catullitio quæ dr̃ quũ canes maritari q̃rũt, quo etiã tp̃e terra aperiť. Pli. Catullitionẽ ruſtici vocãt geſtiẽte natura feminã accipere, eaq; animã inferẽte oĩbus ſatis. Sunt q ſimplici, l, ſcribant.

✣ Catifons dicebatur ex quo aqua Petronia in Tymbe fluebat, quia in agro erat cuiuſdã Cati. Cc.

¶ Caua, æ, foramẽ in quo aues nidificãt. Plinius, Multo tamen efficaciſſime ripariarum pulli, ita vocant in riparum cauis nidificantes.

¶ Cauus, a, um, ꝓprie cõcauũ vacuũ a chaos qđ quaſi vorago quędã erat inanis. Vergil. Tũ dea nube caua tenuã ſine viribus vmbram. Cauꝰ locus cauatꝰ ſeu elbuſo vulgo diciť cõcauꝰ. Var. Facere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere poſſint. Colu. lib. xij. Deinde cauũ quẽ fecerit ſurculo obturato. Idẽ ſcribit cauũ eſſe locũ q inter ædiũ parietes relinquebať patulus vt eſſet.

¶ Cauediũ, vt Pli. iunior in epiſtolis dictione mutilata ſiue cauũ ædiũ, vt Var. dictiõe integra, Locꝰ eſt ſub dio vacuus cinctus vndiq; porticibus ad cõmunẽ omnium vſum. Huius tria ſunt gña. Tuſcanicũ, Corinthiũ, tetraſtylon diſpluuiatum & teſtudinatum.

¶ Cichorea & cichoreũ vtroq; mõ dr̃ hęrba eſt quã alio nomine intubũ erraticum vocant: nec eſt heliotropia vt multi putãt. Horat. li. j. car. Me cichoreę leueſq; maluę. Plin. lib. xx. cichoreum refrigerat in cibo ſumptum.

✥ Cici hęrba eſt quam alio noĩe Recinum vocamꝰ. Cc.

✥ Cicina parua & gracilis ſerpens in Italia fere veneno carens. Cc.

☿ Ciclicus pe. cor. Vide in dictione circulatores.

¶ Cicina auis nocturna.

¶ Cindula, ſeu cicindella, genꝰ muſcarũ qđ noctu lucet ignium mõ laterũ & cluniũ colore a gręcis lampyris dicta. Quidã nocticulã, alij nitedulã vocant, nõ ante matura pabula, aut poſt defecta cõſpicit̃, nũc pennaũ hiatu refulgens nunc cõpreſſu obumbrata. Ab hac Cicindele, lychnus penſilis quẽ vulgo lampadẽ vocant q̃ nocte tota ſeruatur accenſa & lampyridis inſtar lucet. Auguſt. in quodã ſermone, Quę poſſunt aut cereolos, aut oleum in cicindelibus mittatur exhibeant.

¶ Cicones pen. cor. populi Thracię iuxta Hebrum fluuium inhabitantes. Ti. Nam ciconum ille manus aduerſis reppulit vndis.

¶ Ciconia auis, q̃ ſerpentibꝰ pullos nutrit. Quo etiã nomine vocatur lignũ roſtratũ, quo e puteis hauriri aqua ſolet apud Hiſpanos. qđ & ciconiũ a nonnullis dr̃ Hiſpani telonem dicunt. Itẽ ciconia menſuræ genꝰ eſt. Colu. lib. iiij. Sed huic operi exigendo quaſi quãdã machinã cõmenti maiores noſtri regulã fabricauerũt, in cuius latere virga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi ſulcum oportet contingit ſummam ripe partem. Id genus menſurę ciconiam vocant ruſtici.

¶ Cicanius, nomen eius qui brixiam condidit.

¶ Cicum membrana tenuis malorum punicorum.

¶ Cicur pen. pro, qđ ex fera factũ eſt mãſuetũ, vt aper, ceruus, leo, & quicquid cicurari. i. manſuefieri põt. Qđ enim a fero diſcretũ eſt, id cicur dr̃. Cic. Alię ſunt feræ, alię cicures, alię natantes, alię volucres. Cicur ingeniũ dicitur mite ac manſuetum. Et a cico membrana tenui deriuari videtur. Hinc Vecturij quoque nobiles nominati ſunt cicures.

¶ Cicuro, as, manſuefacio; verbum vetus quod alio verbo dicitur ex armo.

¶ Cicuta pe. pro. hęrba venenoſa caule viridi & geniculato, altior ſępe binis cubitis, in cacuminibuſq; ramoſa folijs coriandri tenuioribus, graui odoratu, ſemine aniſo craſſiori, radice concaua ſemini tantum & folijs refrigeratoria vis eſt. Seruius docet cicutam eſſe, quod eſt inter cannarum nodos. Verg. Eſt mihi diſparibꝰ ſeptem compacta cicutis.

☿ Cidaris tegmentũ capitis pen. cor. Quidã pileum regum Perſarum cidarim eſſe dicunt, alij thiaram, ſeu mitram, alij coronã, alij Strophiũ ſacerdotale. Vnde in Leuitico. Cidari quoq; texit caput. Apud gręcos ſcribitur κίδαρις. Augu. ſuper Exo. ſic habet. Cidaris nõ eſt interpretatum, nec in vſu modo eſt puto tamẽ nõ eſſe capitis tegmen, vt nõnulli putauerũt, Neq; enĩ diceret Circundabis eis niſi tale aliquid eſſet qđ nõ capiti, ſed corpori vſui eſſet. Idẽ ſuper Leuit. Quid eſt ꝙ Aarõ & duo filij eius mortẽ reliquorũ duorum lugere prohibentur: dicit Caput veſtitũ cidara nõ denudabitis, vbi certe oſtẽdit cidaras tegmina capitũ fuiſſe, niſi quia illud faciebant lugentes, q̃ cõſuetudini ornatus eſſent contraria, Origenes etiã ſic ſcribit ſuper Leuiti. ꝓpterea accipit primo cidarim qđ eſt vel operimentũ quoddã capitis, vel ornamentũ, & poſt hoc ſuper imponit̃ ei mitra ante faciẽ. i. a frõte põtificis. Idẽ infra cidaris qđ dr̃ ornatꝰ qdã eſt q capiti ſuperponit̃, quo vtit̃ põtifex in offerẽdis hoſtijs.

¶ Cieo, es, cio, cis, ambo ciui, citũ, faciũt. Sed cũ a cieo, es, fit citũ pe. cor. A cio vero ꝓducit̃. Ouid. lib. ij. meta. Nec fruitur ſomno vigilantibꝰ excita curis. Idẽ li. j. de triſ. Accitus toties in genus oẽ ioci. Et cieo quidẽ ſignificat moueo. Verg. Cęlũ terramq; ciebo. Cio vero voco ꝓprie q̃uis & pro commoueo vſurpet̃. Liui. li. j. Principes vtrinq; pugnam ciebant. Proprie aũt dixi, qm̃ vocare aliquo modo mouere eſt, ſicut & mouere vocare adeo vt alterum ꝓ altero qñq; ſumi poſſe videat̃, vt illud Ver. Miſſenũ Aeolidẽ, quo nõ pręſtãtior alter Aere ciere viros, Martẽq; accendere cantu. Col. li. vij. Cio is poſuit pro cõmoueo. Nullo (inquit) tẽpore & minime ęſtate vtilius eſt boues in curſum ꝯcitari. Nã ea res cit aluũ. A cieo igitur pro moueo fit citus. i. velox, & concitus cõmotus & percitus in furorẽ, iracundiã ve motꝰ. Cito, as, fręquẽtatiuũ, a quo cõcito, excito, incito, recito, ſuſcito, reſuſcito, exuſcito, oſcito, procito. Similiter cõcieo, & excieo, & ſi qua ſunt cõpoſita. Primũ ſignificat cõmoueo. Liu. Galli quos p̃dę populationũq; cõciuerat ſpes. Secundũ foras moueo & excutio. A cio fit excio, Sta. li. iij. Theb. Suus excit in arma Antiquã Tiryntha deus. Accio ſiue arcio, ꝓcio, ꝓuoco, ſiue a lõge voco. Percio, pulſo, tango, percutio, & valde cõmoueo, Cõcio ſimul voco, vel ſimul cõmoueo, cõgrego. Hinc concio, onis. Ex quibus etiã fiunt. Cõcito, excito, ꝓ cito, frequẽtatiua. Porro ꝙ p̃terita & ſupina eadẽ amborũ, ſimplicium ſunt itẽq; cõpoſitorũ, orta eſt nõ parua interpretandi ea verba difficultas. Nã cito, tas, frequentatiuũ eſt amborũ primitiuorũ cio & cieo. Ideo aliqñ vocito, aliqñ frequenter moueo ſignificat. Pro vocito. Cic. in Ver. Acti. iiij. Citatur reus, cauſſa agit̃. Pro crebro moueo Col. li. viij. Ne immaturis hęrbis citetur aluus, eoq; vitio pecꝰ emacietur. Igitur nõ ſomniculoſe ſpectãda ſunt frequẽtatiua, cõpoſita, pręterita, participiaq; cõpoſitorum, vt quę vocationis magis proprietatem habent a cio, quę vero motionis a cieo ſumantur.

¶ Cileo, es, lui, ſignificat moueo. Vnde & furcillę ꝙ his frumenta cilentur. i. moueantur.

¶ Cyllenus pe. pro. & per duplex, ll, cũ, y, dictꝰ eſt Mercurius ꝙ oẽm rem ſermone ſine manibus cõficiat, quibus partibꝰ corporis qui carent vocant̃ κυλλοί. i. mutilati, vulgo ſtruprati dicunt̃. Siue ꝙ in Cyllene mõte ſit nutritus Arcadiæ, aut Cyllena nympha ſit educatus.

¶ Cillibe pe. cor. menſa rotunda. Var. ſcribit cillibicam menſam quadratã eſcariã, q̃ nunc in caſtris a cibo cilliba dicta poſtea rotunda facta, hęc & cilibantum dicitur a cilice poculo gręco. i. calice dictum.

¶ Ciliaci, χ, aſpirata in, c, tenuẽ immutata, χιλὸς γὰρ λέγεται τὸ σῖτον μὲν τῶν σομάχω. ✥. i. χιλὸς enĩ dicitur cibus in ſtomacho, & dicunt̃ qui ex vitio ſtomachi. i. ventris pro fluuiũ patiũt̃. Pli. li. xx. Hippocrates ciliacis & dyſſentericis bis coctũ cũ ſale. Cęlſus lib. iiij. In ipſiꝰ vero vẽtriculi porta conſiſtit qui & lõgꝰ eſſe cõſueuit. Ciliacꝰ a gręcis noĩatur. Sũt qui nomen cũ, œ, diph. ſcribunt a Cœlia. i. ventriculo ſtomachi, ꝙ is morbus in ipſius ventriculi porta conſiſtat, quæ pylluros a græcis nominatur, vnde medicamenta quædam huic vitio contraria cæliacæ dicuntur.

¶ Cilicia religio eſt (vt Pli. li. v. teſtat̃) ĩ minori Aſia Syrię ꝓxima, plurima iacens cãpo, Tauro mõti ſubiecta,

q̃ a Cilice nomẽ ſortita eſt,quẽ priſtina ętas pene vltra æuũ memorię abſcondit Phœnice ortꝰ,qui apud gẽtes antiquior Ioue de primis terrę alumnis habebanť. Hęc regio ab oriẽte Amano claudiť,a ſeptẽtrione Tauri iugis,ab occidẽte Pãphilia. Huiꝰ metropolis eſt Tharſos q̃ iter ſecat Cydnꝰ ãnis. ✣ A Cilicia, Cilicię portę. Cc.

❡Ciliciũ a cilicibꝰ populis dictũ eſt,apud quos,vt inqt Var. cilicia primũ cõfecta ſunt. Fiũt aũt ex villis hircorum atq; caprarũ,q̃ adhibenť,vt Ver. inquit ad excipiendum impetũ ſagiptarũ. Aſco. ſcribit cilicia tecta eſſe de pilis in caſtrorũ vſum atq; nautarũ. Inde cilicina veſtis.

❡Cilix nomẽ propriũ Phœnicis filij,a quo Cilicia & Cilix adiectiuum dicitur hõ,qui e Cilicia ortus eſt. Cilices pyratę fuerunt,quos Cn. Pompeius funditus deleuit.

❡Cilium folliculꝰ quo oculus integiť, ꝙ cilere mouere ſit Vel quaſi cęliũ a cęlãdo ꝙ oculũ cęlet. Inde fit ſuper ciliũ quod pilis obtegiť,cuius prima corripitur. Vñ eſt illud in priapeia,Cõueniẽs Latio pone ſuperciliũ. Nã teſte Pli. lib. xj. Extremę ambitũ genę ſuperioris antiqui cilium vocauere: Vnde & ſupercilium.

❡Cilones dicti ſunt quorũ capita oblonga & cõpreſſa ſunt,vel qbꝰ frons eminẽtior eſt,ita vt a dextra ſiniſtraque reciſa videať. Chilones vero cũ,h,ex gręco a labijs improbioribꝰ,q̃ illi vocãt χιλὰ. Vñ & piſces improbius labrati,chilones dicuntur.

✣ Cima,hęrbarũ ſummitas eſt,tam primę q̃ tertię declinationis. Pli. & homini non minor rapaciorũ gratia q̃ cimarum. Col. Frigoribus caules & veri cimata mittit. Cc.

❡Cimas inſula inter Iſtri oſtia,q̃ vt Põpo. ſcribit vrbẽ habet quã quia Bithyni colunt Bithynidam appellant.

☿ Cimacia,ſunt q̃ in quadratura extant per quatuor pedes,ſicut menſę quadrę fieri ſolent. Aug.

❡Cimbri populi,qui nunc Flamingi,Germani,lingua gallica latrones,qui inũdatione oceani fugati cũ gallias atq; Italiã adiſſent,ſedes a ſenatu Ro. petierunt, a quo repulſi armis petere cõſtituerunt,qđ precibꝰ impetrare nequieuerãt. Actũ erat de Romanis niſi Marius illo ſæculo contigiſſet,a quo primũ apud aquas Sextias,mox ꝓpe Atheſim debellati,& ad internetionẽ redacti ſunt. Hi etiã,vt docet Dio,vocati ſunt cimerij,qui qm̃ remotiores ſunt a nobis apud inferos eſſe putanť. Sed Homerus dixit cimerios populos in Aſia Amazonibꝰ proximos,qui ex vltimo occidẽtali oceano aduenerũt. Ferť a Vale. Maxi. Cimbros & celtiberos in acie gaudio exultare cõſueuiſſe tanq̃ glorioſe & fœliciter vita eſſent exceſſuri: Lamẽtari vero in morbo,quaſi turpiter perituri.

❡Cimerij populi Scythici,a quibꝰ Boſporus Cimerius vocatus eſt in cuius oſtio fuit opidũ Cimerion Horũ clima obſcurũ eſt,de quibꝰ Homerꝰ Illis Sol nunq̃ Phaetõ ſua lumina ſpargit,Pernicioſa ſuper nox ſemp tendiť iſtis. Hinc deductũ eſt ꝓuerbiũ,vt dicanť vmbrę cimerię. Vñ Lactã. li. iiij. O cęcũ pectꝰ,o mentẽ cimerijs, vt aiunt,vmbris atriorẽ. Ephorus ſcribit cimeros in Italia quoq; fuiſſe iuxta lacũ Auernũ,eoſq; in ſubterraneis habitaſſe domicilijs,quorũ morẽ patriũ eſſe, vt nemo ſolẽ aſpiciat,noctu vero egredianť. De cimerijs ita ſcribit Feſtus,Cimerij dicunť hoẽs,qui frigoribꝰ habitatas terras incolunt quales fuerunt inter Baias & Cumas in ea regione in qua,cõuallis ſatis eminẽti iugo circundata eſt, q̃ neq; matutino neq; veſpertino tẽpore ſole cõtingiť.

✣ Cimericus Boſphorus inde nominatur cuius lõgitudo eſt. ccxx. ſtadiorum. Cc.

❡Cimolia creta ab inſula Cimolo quavtunť fullones in veſtibus abluẽdis. Hanc nunc vulgus terrã ſaponariam vocat. Hæc & medicamentis apta dicitur.

✣ Cinabula,cunabula,cinę,cunę,κινέῳ em̃ gręce parere dicunt & eniti. Cc.

❡Cinciorũ cognomẽ Romę deductum a cingo. Cc.

✣ Cincia locus Romę vbi Cinciorum monumentũ fuit.

☿ Cinędus cũ,æ,diph. puer ad patiẽdũ aptꝰ,a κινέω moueo,vel experior αἰδοῖα verenda. Gell. Nihil intereſt quibꝰ mẽbris cinędi ſitis poſterioribꝰ,an prioribꝰ. Alij cinędos pudore vacuos appellãt,κενὸς em̃ vacuus,αἰδὼς pudore. Alij interpretanť ſaltatores, vel pantominos ἀπὸ τοῦ κινεῖν,ꝙ libidine oĩbus anteirent,qui chorosducebãt & nimia agilitate ſe exercebãt,quos alio vocabulo petauriſtas vocãt eo ꝙ ſaltibꝰ leuioribꝰ mouerenť,vt nulla durities in corpore videreť. Plau. in Aul. Ita fuſtibꝰ ſum mollior magis,quã vllus cinędus. Cinędus etiã genus piſcis,de quo Plin. lib. xxxix.

☿ Cinędicꝰ,a,um,pe. cor. adie. a cinędꝰ. Plau. in Sti. Lepidã & ſuauẽ cantionem aliquam occupito cinędicam.

☿ Cinedię lapilli qui inueniunť in cerebro piſcis eiuſdẽ nominis. Plin. lib. vlti.

✣ Cinnabaris ſanguis eſt draconis elephãtorũ morientiũ põdere eliſi dũ ſimul pugnant,vtriuſq; aĩalis cruore ꝑmixto,nec eſt aliꝰ color,qui magis ꝓprie ſanguinẽ reddat humanũ. Antidotis p̃terea medicamẽtiſq; miſceť. Cc. Cinnabari per duplex,nn,latine cinnabaris & cinnaber vt piperi,nos piper. Pli. li. xxix. Et colore dilutum cinnabari Clariorẽ fieri. Dioſcor. Cinnabarin,inqt, aliq ſanguinẽ draconis eſſe dicũt. Vendiť hodie magno precio in officinis ſanguis draconis,quum ſyncerus eſt quẽ plęriq; cinnabarin exiſtimant.

❡Cinnanomũ qđ & cinnamũ frutex in Aethiopia duorũ cubitorũ altitudine quatuor digitorũ craſſitudine ſtatim a terra ſurculoſus arido ſimilis cũ viret nõ odoratus folio origani,ſiccitate gaudẽs ſterilior hymbre odorifera & dulcis cineri coloris ad medicinę vſum. Naſciť & in Sabęis & in India,q̃ auſtralis eſt. Ouidiꝰ. lib. iiij. faſt. Cinnama tum primũ captiuaq; tura dediſti.

☿ Cinna,ciuitas Theſſalię a Cynno gigante,& Cœi fratre dicta eſt. Et nomẽ Romani viri crudelitate inſignis q flagitioſiſſimꝰ ſumma crudelitate rẽpu. vaſtauit primo cõſulatu ſeruis ad pileũ vocatis aduerſarios vicit, Octauiũ interfecit,Ianiculũ occupauit. Iterũ & tertio cõſulẽ ſe fecit. Quarto cõſulatu,cũ bellũ ꝯtra Syllã pararet Ancone ob nimiã crudelitatẽ lapidibꝰ ab exercitu occiſꝰ eſt

❡Cinnus per duplex,nn,capillus dť. Plau. in Tru. Tinctos cõpoſitos criſpos cinnos tuos vnguẽtatos. Proprie tñ cinnus eſt plurimorũ cõmixtio. Nã ab aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectũ putať. Cic. lib. de ora. Cinnꝰ vtriuſq; particeps,vel vtriuſq; ſi verũ querimus expers. Vñ concinnus,a,um,& concinno,as, fiunt,de quibus alibi.

❡Cinni per duplex,nn,a κικι ſpecie olei,vt quibuſdam videť,eoſq; dũtaxat capillos ſignificãt,q ita intorti ſũt, vt oleo perfuſi madeſcant. Inde cincinnati dicunť, qui ita capillos habent. Iuuen. Altior hic quare cincinnus. Plau. in Tru. Iã ego iſtos fictos,cõpoſitos,criſpos, cinnos tuos vnguentatos ex cerebro expellã. Hos capillos Mar. anulos vocat Ait enim vnus de toto peccauerat orbe comarum Anulus.

☿ Var. Cincinnũ ſignificat eſſe intortũ capillum ſic ſcribens. Is eſt colliculus viteus intortus,vt cincinnus.

❡Ciner & cinis tã maſc. q̃ fœmi. ge. puluis in quẽ materia vſta redigiť. Cinis aſinina cũ oleo valet ſup ſcrophulas Inde fit cinereus,a,um,vt color cinereus. Similiter cineraceus,a,um,qđ eſt ex colore cineris. Pli. li. xxxiij. Terra eſt alia ruffa,alia cineracea,cinericius,a,um,vt panis ſubcinericeus,qui coctus eſt ſub cinere.

❡Cinefactũ in cinerem diſſolutũ, a cinefacio, quod eſt in cinerem reduco. Figuratio,vt tepefactũ & labefactũ. Lucil. lib. iij. Ad vos horrifico cinefactum te prope.

❡Ciniflones a cinere dicti ſunt,& cinelões & cinerarij ꝓ paraſitis ab officio calamiſtrorũ in cinere calefaciẽdorum,quibus matronę capillos criſpabant. Hora. Cuſtodes lecticę,ciniflones,paraſiti. ❡Cingo,is,xi,ctũ,ablatiuo poſt accuſatiuũ iũgiť. Gel. Scuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus contra gallum conſtitit. Per tranſlationem cingere ponitur pro circuire & circũſepire Liui. li. j. Nam & muro lapideo,cuius exordium operis Sabino bello turbatũ erat vrbẽ quã nõdũ munierat cingere parat. Aliqñ tñ accuſatiuo ſolũ cõtẽtũ eſt. Pli. Quũ eum ſaltũ venatores cinxiſſent. Dictũ cingo quaſi circũago. Huiꝰ cõpoſita ſunt,Accigo,circũago,diſcingo,De quo in accigo. Incictꝰ. Liui. lib. x. Incictũ gabino cinctu ſuꝑ telũ ſtãtẽ. Intercigo. Pli. Thebaicus intercictꝰ aureis guttis inueniť in Aphricę ꝑte,p̃cigo idẽ ꝙ cigo. Plau. in Bac. Inde hippodromo & palæſtra vbi reueniſſes domũ cicticulo p̃cictꝰ in ſella apđ magiſtrũ aſſidẽs, tum librũ legẽs,ſi vnã peccauiſſes ſyllabã fieret coriũ, tã maculoſum q̃ eſt nutricis palliũ. Interdũ p̃cingere eſt præparare. Vnde præcinctos ſtrenuos & expeditos dicimꝰ Procingo,cingo,apparo,a quo procinctus apparatꝰ bellicus,& expeditus. Ouid. Hæc in procinctu carmina facta puta. Pli. Vinũ curas vigorẽq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta claſſis vocabatur, quum exercitus cinctus erat confeſtim pugnaturus. Recingo,retrocingo,vel pro ſimplici ponitur. Ouid. li. meta. Velantq; caput tunicaſq; recingũt. Succingo,ſubtus cingo & ad cingulũ alligo. Cice. lib. xij. Phil. Ser. Galbã eodẽ pugione ſuccinctũ in caſtra videtis. Et ſuccingere eſt cinctu veſtes ita colligere vt breuiores videãtur,fiat q; homo ad agẽdũ prõptior. Vñ & ſuccinctã orationem breuem dicimus,& ſuccincte breuiter. Hic ſuccingulũ, balteũ dicimus,& ſuccinctoriũ veſtis genus breuiſſimæ quo vẽter & verenda teguntur, & qđ ſemicinctum vocatur ꝙ mediũ hominem cingat,ideſt veſtiat.

❡ Cinctus,us,a cingo ſicut cingulum, quãuis & ꝓ veſtitu ſumať. Verg. cinctuq; gabino. Huius diminuti. eſt cincticulus. Plaut. in Bac. cincticulo pręcictus. Porphyrio docet cinctũ tunicę cõſequẽs eſſe infra pectus aptatæ a quo cinctutos cethegos Hora. nominauit.

❡ Cinctũ gabinũ eſſe dicũt togã ſic in tergũ reiectã vt vna eiꝰ lacinia reuocata hominẽ cingat, hoc gñe veſtimẽti cõſul Romanꝰ vtebatur bellum inducturus. Cc.

❡ Cinniligium,quo noua nupta pręcingebatur. Cc.

❡ Cingulum hominis cinctorium dicitur, & pro anulo quandoq; ponitur ꝙ digitum circuit.

❡ Cingula,æ,qua cinguntur iumenta. Ouid. de remed. Et noua velocem cingula lędat equum.

☿ Cincticulus diminu. a cinctus. amiculi genus qđ fere ſub vmbilico præcingiť, & ad dimidiũ crus porrigitur. Plaut. in Bac. Cincticulo præcinctus.

☿ Ciperũ eſt radix plantę ſimilis porro quod miſſum cũ croco abradit pilos,extrahit lapidẽ & frãgit & conſolidat ea quæ ſunt difficilis conſolidationis.

✣ Cinxia Iuno dicebatur in nuptijs ꝙ initio coniugio ſolutio cinguli erat quo noua nupta erat cincta. Cc.

✣ Cingriæ tibiæ dicebantur,quę licet breuiores eſſent ſubtilioribus tamen modis inſonabant. Cc.

❡ Cippus,inſtrumẽtũ ad colligãdos pedes. Terra quoq; i. tumulũ coaggregata dť Cippꝰ, qñq; etiã ſepulchrũ Horat. in Ser. Mille pedes in fronte trecentos cippꝰ in agrum Hic dabat. Præterea cippus columnam ſignificat. Et eſt nomen viri proprium. Valerius Max. lib. vj. Genutio Cippo prætori paludato portam egredienti ſubito velut cornua emerſerunt.

❡ Circa prępoſitio eſt quæ qñq; cõponiť,& poſtpoſita inuenitu cũ ablatiuo loco cõiũctiõis caſualis. Verg. quo circa capere ante dolis. Interdũ poſtponiť circũ, vt circum circa. Sed quum pręponiť ſignificat iuxta, & tã locum q̃ numerum deſignat,vt circa forũ viſus eſt. Et circa tres annos tecum manſi.

✣ Circanea auis dť quæ volando circuitum facit.

❡ Circiter a circa fit,idẽq; ſignific. Et referť mõ ad tp̃s vt circiter calẽdas Iunias. Modo ad locũ. Caſſi. Hermina. Lapidẽ fuiſſe quadratũ circiter in media arce iũctũ candetis quoquouerſum. Modo ad numerum quẽ attenuare videtur,vt circiter duo hominum milia cęſa ſunt.

✣ Circũcolumniũ locus eſt circũquaq; porticꝰ habens vel ſaltẽ a tribꝰ lateribꝰ,q̃lia fieri in ruſticis domibꝰ ſolent,a gręcis dicitur peryſtilium. Cc.

❡ Circum præpoſitio acuto accentu deſignatur in vltima,ne accuſatiuꝰ nominis circus,vel aduerbium eſſe putetur,Hæc Quintil. Hæc cõponi ſolet & ſeparari. Separata locũ tm̃ ſignificãt ſicut & cõpoſita,vt circũ theatrũ. Qñq; loco aduerbij poniť. Vergil. Anne vides toto properari litore circũ? Cõponiť autẽ cũ dictionibus ab a incipiẽtibus,vt circũago,c,vt: circũcido. d, vt: circũduco. e,vt: circũeo. f,vt: circũfluo. i,vt: circũiacio. a quo circũiectus. l,vt: circũlino. m,vt: circummunio. n,vt: circũnaſcor. p,vt: circũpono. q,vt: circũquaq;. ſ,vt: circũſcribo. t,vt: circũtuli. v,vt: circũuenio. Verũ iuncta vocalibus integra ſcribi,ſed non proferri debet, vt circũago, circũeo ſcribantur,ſed ꝓferẽtur circuago circueo. Vnde Priſcia. ait circũeo & circũago & ſimilia non paterentur eliſionẽ in ꝓnũciatione ſi trãſirẽt in ſequẽtẽ ſyllabã. Si vero iungatur cum c d f q t,mutatur m in n,vt: circuncido,circundo,circunfero,circunquaq;,circuntuli. Cum alijs remanet m integra,vt: circumſcribo circumuolo.

❡ Circũago ſignificat circũduco Apul. Nudũq; hoiem circum agens omnibus oſtendebat. interdum inſequor. Curt. Nec vulneratũ & fere ſeminecẽ circũagere deſtiterunt. Interdũ retrouerto,cõuerto. Pli. In ponte prętenui duabꝰ capellis obuijs ediuerſo cũ circumactã anguſtię nõ caperẽt nec reciprocationem longitudo.

☿ Circuncelliones dicti ſunt qui circum cellas vagantur Solent enim ire hac,atq; illac nuſq̃ habentes ſedes.

❡ Circuncido pe. pro. circunſeco. Col. lib. iij. Eiuſdem ſpatij corticem circuncidito,& materiam delibrato.

✣ Circuncludo. Vide claudo.

✣ Circuncino,vide cano.

❡ Circuncolo pe. cor. circunhabito, Liui. lib. v. Excepto Venetorũ angulo,qui ſinum circuncolunt maris.

✣ Circunduco,vide in duco.

❡ Circũduco & circũeo iter ſe differũt,qm̃ dicimꝰ Hercules circuiuit terrã,nõ circũdedit, & anulꝰ circũdat digitum,non circuit. Circuitus tamen vtrunq; complectitur. Cice. Catoni. Vallo & foſſa circundedi.

❡ Circunfero pe. cor. circũporto,circũduco. Sal. Fuere item ea tẽpeſtate qui dicerẽt Catilinã oratiõe habita cũ ad iuſiurandũ populares conſcios ſceleris ſui adijceret, humani corporis ſanguine vinum permixtũ pateris circũtuliſſe. Per tranſlationem circumferre ponitur ꝓ purgare. Verg. lib. vj. Idem ter ſocios pura circumtulit vnda: Spargens rore leui. Nam luſtratio a circulatione dicta eſt vel cæde,vel victima.

✣ Circunflecto,vide in flecto. Cc.

✣ Circunflexus vndiq; flexus,inde accentus circunflexus acuto & graui factus. Cc.

❡ Circunfluo,abũdo. Cice. in Læl. Et circũfluere oĩbꝰ bonis copijs,atq; in omni rerꝫ abũdãtia viuere. Proprie tamen circũfluere eſt circũ aliqd fluere decurrere. Plin. Id opidũ circũfluit amnis. Interdum concurrere. Idem Poſtq̃ variæ vndiq; gentes circunfluxere.

❡ Circunfluus,a,um,quod circunfluit. Claudia. lib. ij. Et aurato trahitur circunflua ponto.

☿ Circunforani,ſeu circunforanei, qui circa fora crebro verſari ſolent,quales nugatores impoſtereſq; qui fucis & ſtrophis captãt quæſtum. Hie. Garrulum neſcio quẽ rumigerulũ circũforaneũ. Et q circa forũ vẽditãt aut emũt ſuſcitãturve,circũforanei dicũť. Circũforaneæ hoſtię dicũť nõ tã q̃ circũ fora,q̃ q̃ circũ agros & vrbes in ambaruali ſacrificio circũferũtur a circunferendo dictæ. Circũforanea domus apud Apul. pro ea quę mobilis & ambulatoria eſt faciliſq; ad circunferendum.

❡ Circuniacio circũpono. Aug. in Ser. de Io. Cap. Neceſſe eſt cũ ſũmo labore ex hoc mundo rapere palmam ſalutis & quaſi excubãtibus & circuniectis hoſtibus obſeſſos fructus peruigili intentione decerpere.

✣ Circunlino,circunloquor,circunluceo,circunluo,vide in ſuis ſimplicibus.

℄ Circummitto. Liui. lib. ij. Vincebatq; auxilio paucitas in iugo circummiſſus veniens in verticem collis.

℄ Circummunio, circunſepio, circunroboro. Colu. lib. iij. Priuſq̃ pomarium conſtituas, q̃ magnum habere voles circummunito macerie aut foſſa, ita vt non ſolum pecori, ſed nec homini tranſitus ſit.

✣ Circunnato, vide nato.

✣ Circunnubo, vide nubo.

℄ Circunnaſcor. Plin. lib. ij. Lacus Sannaus in Aſia circunnaſcente abſinthio inficitur.

✣ Circumplector, amplector. Sal. Quum montem vndiq; circumplexus obſideret. Cc.

℄ Circunſido, is, ad obſidendũ eo ſeu me pono. Sal. in Iugu. Iugurtha opidũ circumſedit & vineis, turribus & machinis omnium generũ expugnare aggreditur. Circumſideo obſeſſum teneo. Liuius lib. iij. In nos viri armati eſtis agite dũ vbi hic curiam circunſederitis.

℄ Circũſto, circũdo. Ver. Circũſtãt aĩę dextra lęuaq; frequẽtes Aug. ad Hiero. paſſiuo vſus eſt. Quã̃q nos (inqt) negocio℞ alieno℞ coĩũq; ſęculariũ curis circunſtemur ingẽtib⁹, tñ epiſtolę tuę breuitati facile nõ ignoſcerẽ. Hĩc circũſtãtię, q̃ in vnaquaq; cõtrauerſia q̃ri ſolẽt & q̃ſi q̃ſtionẽ circũſtãt. Vide in dictione locus.

℄ Circũſiſto, is, ꝓ circũdo ponitur, ſiue ad obtinẽdum defendẽdũ, ſeu offendẽdũ circũ me pono. Liui. li. j. Cẽturiones ad Metiũ circũſiſtũt. Ceſar, Si qs grauiori vulnere accepto decideiat, circũſiſtebãt. i. firmabãt ſe circũ fauentes ei & tela ab eo arcentes. Verg. At feſſi tãdẽ ciues infanda furentẽ Armati circunſiſtunt.

☿ Circũlitiões politiões ſũt cũ operib⁹ pfectis man⁹ vltima admouet᷑, q̃s gręci περιχίζα καὶ βλεφαρα appellãt

℄ Circũſcribo ſignificat prout ſonat. Per trãſlationem circũſcribere eſt dolo in re cõtrahẽda atq; cõmercijs aliquẽ bonis priuare, vt apđ Sene. de eo q fratrẽ circũſcripſit ĩ diuiſiõe hęreditatis, cũ ex altera pte matrẽ fratris, ex altera oĩa bona poſuiſſet. Amb. ꝓ decipere ſimpliciter poſuit quũ ĩqt. Sicut Adã mulier circũſcripſit, ita apoſtolũ fœmina circũuenit. Aliqñ in bonã ptẽ ꝓ colligere & cõphẽdere. Lactã. Cui⁹ ſciẽtiæ ſummã breuiter circũſcribo, vt neq; religio vlla ſine ſapiẽtia ſit, nec vlla ſine religiõe pbãda ſapiẽtia. Col. Diophanes Bithynus Vticẽſẽ totũ Dionyſij pœni magonis interpretẽ p multa diffuſum volumina ſex epitomis circunſcripſit.

☿ Circunſecus pen. cor. ſignificat in circuitu a lateribus Apul. lib. v. Quiq; circunſecus venantur.

℄ Circunſpicio. Iuſti. lib. j. Primo latebras circunſpicit Hinc circunſpecto, as, frequẽtatiuũ. Terẽ. in Eu. Et ꝓperans venit, neſcio quid circunſpectat.

℄ Circũſpect⁹ q in oẽm ptẽ circũſpectat, hoc eſt prudẽs & ſagax. Colu. lib. j. Nã illa ſolẽnia ſunt oĩb⁹ circũſpectis, vt ergaſtuli mãcipia recognoſcãt, vt explorent, an diligẽter vĩcta ſint, an ipſę ſedes cuſtodię ſatis tutę ſint.

℄ Circunſpicuus cõponitur ex circũ & ſpicuus, & eũ ſignificat qui circum aſpicitur.

℄ Circunuado pe. pro. Liuius. lib. ij. de bello Mace. Repente anceps terror hinc mutos aſcendentibus Romanis illinc arce capta Barbaros circunuaſit.

℄ Circũuenio, idẽ qđ circũdo. Liui. lib. j. Sed cõſiliũ & inperij ſimulatio fuit, vt nec vobis ignorantibus deſeri vos auerteret᷑ a certamĩe anim⁹, & hoſtib⁹ circũueniri ſe a tergo ratis, terror ac fuga inijceret᷑. Aliqñ circũuenire eſt circũmunire. Sal. Præterea cõſulatũ petere. Cic. Anto. quẽ ſibi collegã fore ſperabat hominẽ nobilẽ, familiarẽ, & oĩbus neceſſitudinib⁹ circũuentũ. Aliqñ decipere ſeu inſidijs inuoluere: Tractũ a venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canib⁹, circũuenire ſolent. Cic. li. ij. of. Suũ quiſq; teneat & neq; tenuiores ꝓpter humilitatem circũueniãt᷑, nec locupletib⁹ ad ſua, vel tenẽda, vel recuperãda obſit inuidia. Aliqñ opprimere. Sal. Cuiq; optimo literas mittit ſe a falſis criminib⁹ circũuẽtũ. Liui. li. vj. An placeret fœnore circũuẽtã plębẽ poti⁹ q̃ ſortem creditam ſoluat corpus in neruum ac ſupplicia dare.

℄ Circũueho, is, a quo frequentatiuum circunuecto, as quod eſt ſæpe circũfero. Verg. lib. iij. Geor. Singula dũ carptim circunuectamur amore.

℄ Circunuolito ꝓprie Vir. lib. j. Geor. Aut arguta lac⁹ circunuolitauit hirundo. Colu. per trãſlationẽ ꝓ crebro viſo ſeu ꝓ celeriter circundo vſus eſt. An honeſti⁹ dixerim mercenarij ſalutatoris mendaciſſimũ aucupiũ circũuolitantis limina potentiorum.

℄ Circę Solis & Perſę nymphę filia & Oetę ſoror fuit, quę habitauit nõ lõge a Caieta vrbe Cãpanię, in mõte quodã olim inſula. Qui ab ea Circe⁹ ſiue Circei, & Circeũ opidũ. Hĩc Circienſes populi. Liui. lib. vj. Ad hoc Latini Hernicicq; acceſſerũt & Circeiẽſiũ qdã. Cic. li. iij. de natu. deo℞, Circẽ quoq; coloni noſtri Circeiẽſes religione colũt. Circei vero, vt Pli. author eſt lib. iij. quõdã inſula immenſo quidẽ mari circũdata ſi Homero credit᷑ vbi Latiũ antiquũ terminabat᷑. Stra. lib. v. Poſt Antium Circeiũ eſt ſta. cc. & xc. mõs mari & paludib⁹ inſtar habẽs inſulę. Habet caſtellũ & Circes ſacellũ & Mineruæ arã. Verg. li. vij. Proxima Circeę radũt᷑ litora terræ Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos Aſſiduo reſonat cãtu. Home. lib. x. odyſſeę late pſeqt᷑. & qđ Mercuri⁹ dedit añq̃ iret ad circẽ ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ ἴκελον ἄνθος, μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί, & ſubdit, αἱ δ' τότ' ἐγὼ κίρκης ἐπέβην περικαλλέος εὐνῆς ἀμφίπολοι δ' ἄρα τέως μὲν ἐνὶ μεγάροισι πένοντο τέσσαρες, ✣ Id eſt radix nigra erat, flos lacti ſimilis, moly ipſam vocãt dij, & ſubdit, tũc ego impoſit⁹ pulchro cubili famuli vtiq; tũc vt domib⁹ laborãt quatuor. Ideo autẽ fingit᷑ Solis filia Circę, quia clariſſima meretrix fuit & nihil ſole clarius.

℄ Circius, vẽtus nulli violẽtia inferior, ſic dict⁹ ꝙ oĩa turbet ac circũuertat. Hic peculiaris eſt Gallię Narbonenſis, de quo Gel. Galli vẽtũ ex ſua terra flãtẽ quẽ leuiſſimũ patiũt᷑ circiũ appellãt a turbine opinor eius ac vertigine. Luca. Solus litora turbat Circius & tuta ꝓhibet ſtatione Monœci ventus Circi⁹ quũ locare buccam implet, armentum hominem & plauſtrum oneratum ꝓcellit Cato Certium non Circium appellat.

℄ Circ⁹ oĩs in gyrũ ambitus a circuo ſecũdũ Ser. eſtq; figura plana vna tñ linea cõtẽta, in cui⁹ medio pũct⁹ eſt a quo omnes lineę ad circunferentiã ductæ inter ſe ſunt ęquales. Et differt circus a globo: ꝙ circus eſt planities rotũda vt circuit⁹. Glob⁹ ſoliditas vndiq; rotũda: vt eſt ſphera & ſtaminũ glomera, Cic. de natu. deo. Cũq; duæ formæ pſtãtiſſimæ ſint ex ſolidis globis Sic eĩ ſpherã interptari licet. Ex planis autẽ circ⁹ aut orbis. Virg. li. v. Mediaq; ĩ valle theatri Circ⁹ erat. Et. vj. Lucẽteq; globũ lunę Titaniaq; aſtra Circ⁹ etiã dr̃ loc⁹ muris ſeptus. vñ Circẽſes ludi: ꝙ in circo fierẽt. Fuerũtq; tres circi Romę. circ⁹ maxim⁹ inter palatiũ & auẽtinũ, circ⁹ flamini⁹ qui & Apollinaris, & circus Neronis in vaticano. Dicit᷑ autẽ circus vel a circuitu vel a Circe ſolis filia.

℄ Circẽſes ludi dicti ſunt ꝙ in circo fierẽt, ſiue q̃ſi circũenſes. Nã añ facta ſpectacula, vt quidã aſtruũt, inter enſes & flumina locis virẽtib⁹ agebãt & medio in loco munera ponebant, equi vero iũctis curribus a circi carceribus deſcendentes ex vno latere recurrẽtes ad primam metã reducebãtur. Nam circus oblongus in hemicycli ſpeciem deſinabat vbi reuoluebantur equi.

℄ Circulus & per ſyncopen circlus paruus circus. Circul⁹ terræ ſcđm Heraſtotenẽ cõſtat. cclij. m. ſtadijs.

℄ Circulo, as, circũdo. Col. li. xij. Iſq; debebit añ circulari foſſula q̃ repleat᷑ lapidib⁹ & calce. Sene. Apiõ totam circulatus eſt Gręciam: obiuit omnes oras Græcię.

℄ Circulatorẽ q̃ñq; accipim⁹ ꝓ cyclico & circũforaneo qui ſua carmina coronæ recitat. Talis ab Horatio vocat᷑ cyclic⁹. Is etiã q in corona hominũ aliquid agit circulator appellat᷑. Apul. pręſtigiatorẽ ſtipatũ mortalib⁹ ſuas fallacias admirantibus vocat circulatorem. Sic em̃ (inqt) lib. primo. Circulatorẽ aſpexi equeſtrẽ ſpatam pręacutã mucrone infeſto deuoraſſe. Pau. iuriſconſul. ff. de extra ordinarijs criminibus. In circulatores qui ſerpentes circunferũt, & ꝓponũt. Si cui ob quorũ metũ dãnũ datũ eſt ꝓ modo admiſſi actio dabit᷑. Hiero. Puerilia ſunt hęc & circulatorum ludo ſimilia. Dictus circulator a circulo.

℄ Circulatorius, a, um, quod ad circulatores ſpectat, vñ Quin. præcipit nobis parandã vim orandi non circulatoriam voluptatem ſpectantibus.

℄ Circulatim, ſignificat per circulos. Sueto. In ſummo publico luctu externarum gentium multitudo circulatĩ ſuo quæq; more lamentata eſt.

☿ Circulare, adiectiuũ qđ ad circulũ pertinet. Col. li. xij Iſq; debebit circulari foſſula q̃ repleat᷑ lapidib⁹ & calce.

☿ Circulatrix ea dicitur quę lucri cauſa vrbem circuit & ſaltando alio ve ludi genere mercedulam aucupatur.

℄ Circuo quod & circumeo dicitur a circum & eo, Vnde circuitus, Cc.

℄ Circuitores docet Vlp. vulgo appellari qb⁹ veſtiarij vel linthearij dãt veſtẽ circunferendã vel diſtrahendã.

℄ Circitores publici vrbis cuſtodes.

℄ Circites pen. cor. circuli ex aere facti.

℄ Circinus pen. cor. Inſtrumentum quo circuli vertendo deſignantur. Vulgo ſextus dicitur.

℄ Circino, as, pe. cor. rotundum facio. Ouidi⁹. Inclinat curſus & eaſdem circinat auras.

℄ Cirri a qbuſdã appellãt᷑ capilli cõtorti, ac perinde criſpati quales Pic⁹ marti⁹ & alauda & grues in capitib⁹ gerũt. Ouid. Cirris & a tonſo nomẽ ſortita capillo Oſtreorum etiã capillamẽta dicũt᷑ cirri. Mar. lib. vij. Et oſtreorũ rapere liuidos cirros. Iñ cirratus. i. capillat⁹. Per. Tẽ. cirrato℞ cẽtũ dictata fuiſſe Pro nihilo pẽdas. Alij cirros capillos capitis attõſos putãt, a græco κείρω attõdeo incido. Cato de liberis educandis, Itaq; ambraciæ primũ puerilẽ dentẽ, item cirros ad Apollinem ponere ſolent. Inde Perſius cirratos vocat pueros qui quum comã nutrierunt eam Veneri conſecrant detonſam.

℄ Cirres, ſunt oſtrea quædam capillata. Mar. Teq; iuuant cirres & pelle mallandria cana.

☿ Cirnea, vas vinarium. Nam κιρνάω miſceo ſignificat. Plaut. in Am. Inde impleui cirneam.

☿ Cirneus pe. pro. nauis Aſiana pręgrãdis, vt ĩqt No. Plau. in Sti. Quũ percunctor portitores æque nauis venerit ex Aſia negat veniſſe cõſpicat⁹ ſum interim circerum quo ego meliorem non vidiſſe cenſeo.

☿ Cirſas vocat Hypocrates varices. Ariſto. vero Ixias.

℄ Ciricus, inſula fuit in Myſia, quingẽto℞ fere ſtadio℞ ambitu admodum ferax & duobus pontibus iuncta continenti quæ iuxta pontem eiuſdem nominis vrbem habuit, & portus duos clauſos & naualia.

☿ Cis genus vermiculi qualis hordearius triti cariuſq; a quo vermiculus pumex, a græcis ciſſeris dicitur & nihil aliud fere q̃ pertuſum eroſumq; ſignificat. Et Cis nomẽ patris Saul, vt habetur in libro primo regum.

✣ Cirthracus balſami genus ſcabro aſpectu incuruum fructuoſum, odoratum. Cc.

℄ Cis & citra differunt ꝙ cis magis proprijs noib⁹ fluminũ vel mõtiũ p̃poni ſolet, reliquis magis citra, vt cis Rhenũ, cis Padũ, cis alpes. Citra cruorẽ, citra forum, citra tẽplũ. Et habet qdẽ cis, ſicut & citra cõtrariã ſignificationẽ de vltra. Nã hę pticulæ citra, intra, vltra, vt docet Gell. apud veteres ſingularibus ſyllabis appellabantur. Cis & vls. Dicebaturq; cis Tyberim & vls Tyberim mox dici cœptũ eſt Citra Tyberim & vltra Tyberim & intra calẽdas, citra calẽdas. Cõponiq; poteſt & ſeparari vt ciſalpina Gallia & cis padũ. Sciẽdũ eſt autẽ ꝙ quãuis cis habeat vim localẽ p trãſlationẽ tñ, & in tpe & ĩ alijs reb⁹ vti poſſum⁹, vt cis definitũ tp̃s veniſti, ſicut vltra tempus a nobis datum veniſti, cis naturæ leges, hoc eſt minus q̃ patiantur naturæ leges. Aliquando ponitur ꝓ vltra. Sallu. Cis Rhenũ atq; intra mare noſtrũ & oceanũ niſi quia in paludib⁹ via fuit perdomita. Citra etiã q̃ñq; pro ſine ponit᷑. Col. in agricultura voluntas facultaſq; citra ſcientiã ſæpe magnã dominis afferunt iacturã. Sue. in Cæſa. Alijs citra ſenat⁹, populiq; authoritatẽ. i. ſine authoritate. Quin. lib. j. Tũ neq; citra muſicen grammaticæ poteſt eſſe perfecta. Plin. lib. iij. Citra faſtidium dominentur. Se. Ede citra cruditatẽ, bibe citra ebrietatem Quandoq; ponitur pro ante, vt citra calendas, ideſt ante calendas. Sueto. in Au. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſi quando quid inuſitatum dignumq; cognitu. &c. Fit autẽ citra a cis a citra citer citerior citimus.

℄ Ciſalpina gallia quæ & citerior gallia, & gallia togata dicitur, a fluuio Rubicone finitur. Cuius baſim alpes efficiunt.

℄ Ciſterna, loc⁹ in quo colligit᷑ aqua pluuia p Euripos & canaliculos ſub ſtillicidio poſitos ad imbres ſuſcipiẽdos. Vlp. Ciſterna aquã viuã nõ habet. Et qdẽ ciſternę imbribus cõcipiunt, ſed p glareã immiſſam in ſpongias purificatis. Dicta ciſterna ꝙ ſit cis, id eſt infra terram.

℄ Ciſta genus vaſis, cuius diminutiuũ eſt ciſtula, a quo fit Aliud dimi. ciſtella. Cic. lib. j. ad Herẽ. ciſtellã ꝓ vaſe poſuit quo ſuffragia populi in creãdis magiſtratibus legibuſq; ferendis colligebantur, quum ait. Saturnius legem ferre cœpit, collegæ intercedere, ille nihilominus ciſtellam detulit.

☿ Ciſterciũ in Cabilonẽſi dieceſi celebre ac inſigne cenobiũ ciſtercieñ. ordinis caput, ex quoqdẽ ordine innumerabiles ꝓdierũt qui re℞ geſta℞ claritudine ſui nominis indiciduã memoriã poſteris reliquere. Vberrimũ huiuſce rei argumẽtũ eſt ꝙ ex ciſterciẽſi familia qu inq; ſupra decem ad ſummi pontificij apicem ſublimati ſunt, q fœlici & auſpicato remigio Petri nauiculam moderati ſunt Hi fuere Eugenius. iij. Bonifacius. iiij. Leo. iiij. Ioãnes xx. Calixtus. ij. Alexander. iij. Celeſtinus. iiij. Innocentius. iiij. Vrbanus. v. Gregorius. x. Clemens. iiij. Nicolaus. v. Pelagius. iiij. Fabianus. iiij. Benedictus. xij.

℄ Ciſium gen⁹ vehiculi biroti, a quo ciſiarij q ciſiũ regunt. Cic. Detulit in quadã cauponula, atq; ſe ibi occultãs perpotauit ad veſperũ. Inde ciſio domũ venit capite inuoluto. Iuriſcõ. lib. xx. digeſ. Si ciſiari⁹ dũ cæteros trãſire contendit ciſium euertit & ſeruum quaſſauit vel occidit, puta ex locato eſſe in eum actionem.

✣ Ciſſium Perottus dupplici ſſ.

℄ Ciſſeus rex Thracię pater Hecubę vxoris Priami. a quo Tiſſeis patronymicũ. Euripides in tragœdia, quę ἑκάβη inſcribitur, πολύδωρος ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς κισσέως, πριάμου τε πατρὸς ὅς μ' ἐπεὶ φρυγῶν πόλιν κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν ἑλληνικῷ δείσας ὑπεξέπεμψε τρωϊκῆς χθονὸς πολυμήστορος πρὸς δῶμα θρηκίου ξένου, ✣ Ideſt polydor⁹ Hecubę filius Ciſſeidis, & Priami pr̃is, q me (poſtq̃ Phrygiam ciuitatem periculum tenuit) emiſit e Troica terra domum Polyneſtoris Threicij hoſpitis.

℄ Ciſſimbium ligneum poculum ex hedera quod Græci κισσύβιον vocant. Cc.

Cites gẽma ẽ ad ſimilitudinẽ folij hederę cãdicãs. Cc.

℄ Ciſpius mons in vrbe Roma Exquilina in regiõe, de nomine Ciſpi hominis dictus (vt inquit Feſt.) Var. lib. primo de lingua latina, Exquilinus eſt Ciſpius mõs ſexticeps apud ædem Iunonis Lucinæ.

℄ Citanos inſula olim Cycladum clariſſima.

℄ Citeria appellabat᷑ effigies quædã arguta & loquax ridiculi gratia quę in pompa vehi Romæ ſolebat.

℄ Cythara, ę, pe. ꝓ. tñ κιθάρα ἐκ τοῦ κινεῖν instrumẽtum muſicũ alio nomine lyra appellat᷑ quã Hiero. ſcribit effici in modũ deltę literę cũ chordis. xxiiij. & per digitos varijs vocib⁹ tinnuliſq; ictibus in diuerſis modis concitari, de qua in dictione pſalterium aliqua dicuntur. cythera cũ y & e ante r pluralis tm̃ numeri, & neutri generis inſula eſt contra Cretã (vt ſcribit Strab. In quã ferũt Venerẽ primũ vectã concha marina. Vnde & cytherea dicta eſt, cuius ſecunda corripitur, quum in primitiuo ꝓducatur. Vir. li. x. Eſt Paphos Idaliumq; multi ſunt alta

Cythera. Idē. Parce metu cytherea manēt. Hāc Solinꝰ Cythereā a Cythereo Phœnicis filio vocauit Porphyruſſā, a ꝓſtātia purpuratū. Sed porphyrida Pli. Eſt & cythera vna ex cycladibus inſulis. Et, vt Laertius ſcribit, Laconiæ inſula. Cytheron vero mōs Bœotię, nō lōge a Thebis. Ouid. lib. iiij. Meta. Vadit vbi feſtus faciēda ad ſacra Cytheron Cātibꝰ & clara bacchātū voce ſonabat. De hoc tamen in dictione Parnaſſus, & in Helicone.

❡ Citharœdus qui cythara canit. Iuue. Accipis vxorē de qua cytharœdus Echion. Hinc citharœdicus, a, um. Suet. in Nero. Itē ſtatuas ſuas citharœdico habitu.

❡ Cythariſtria quę cythara canit, ſicut a tympano tympaniſtria.

❡ Cytharizo, as, cythara cano. Hierony. in Apo. Sicut cytharœdorum cytharizantium in cytharis ſuis.

❡ Cythariſta promontorium, a quo Maſſibiam vſq; nauigio .xxx. M. paſſ. fiunt.

❡ Citharis. pe. cor. pileus vel mitra pontificalis, gręce κίθαρις. ❡ Cithiſus ſiue cithiſum arbuſcula q̄ facile vbiq; ꝓuenit. vtilis omni generi pecudū, vt inquit Collu.

✤ Citra præpoſitio, vide in dictione cis.

❡ Citrus arbor nobiliſſima q̄ ſola apud Atlātē montē in Mauritania naſcitur Romanis quōdā gratiſſima. Nā afferebatur ad ornamēta menſarū & lectulorū. Nō multū creſcit & folia habet maiora q̄ laurus. Hic citreꝰ, a, ū, vt citreę menſę. Apud Dionē cedrō & poma cedria ꝑ citro & citriꝭ appellata inueniuntur. Alterius tñ gñis ſunt citri atlanticę ex quibꝰ menſæ fierent q̄ noſtrates citri vñ mala medica naſcuntur. Hę folio ſpectāt arbutifere aut lauri. Atlanticæ cupreſſo fœminæ ſylueſtri folio, odore caudice Dr̄ & citrū neutro gñe pro ligno.

❡ Citreū vt Cloatiꝰ ſcribit eſt Perſicum malū. De quo Verg. Fœlicis mali quo nō ꝓſtātiꝰ vllū. Oppius. lib. de ſylueſtribꝰ arboribꝰ Citra idē malus & Perſica, altera generatur in Italia, & in Media altera. Et paulo poſt de citreo, Eſt autē odoratiſſimū ex quo interiectū veſti tineas necat. Fert̄ etiā venenis cōtrariū quod tritū cū vino purgatiore bibētes ſeruat viribꝰ ſuis. Generant̄ autē in Perſide mala citrea quæ vulgo natantia dicuntur,

✤ Citro non ſimplex reperitur. Sed vltro citroq; dicit̄, de quo poſtea ſuo loco. Cc.

❡ Citus celer, q̄ſi citatus. Sal. Citus mō, mō tardꝰ īceſſꝰ hinc citior citiſſimus. Plau. Nullā ego rē citiorē apd̄ homines eſſe q̄ famā reor, citiſſimas omniū rediit. Cito aduerbiū, citius, citiſſime. Interdū citꝰ dr̄ ſeparatꝰ. Verg. lib. viij. Haud ꝓcul inde citę mediū in diuerſa quadrigę

⚲ Qñ habet pe. ꝓ. ſignificat diuiſum, vt ait Ser. in. viij. æñ. Vt eſt inquit in iure erecto non cito in patrimonio vl̄ hęreditate nō diuiſa. Priſ. vero Ciere quartæ cōiugatiōis excitū cōcitū pe. ꝓ. Ciere autē ſecundæ pen. cor.

❡ Cito, as, frequētatiuū a cio qd̄ eſt voco. Cice. in Ver. Citat reū, nō reſpōdet. Vide cieo. Huius cōpoſita ſunt, cōcito pe. cor. qd̄ ſignificat ad irā ꝓuoco. Hinc cōcitatꝰ iratꝰ. Gell. Erat eñ aliquāto cōcitatior. Incito, recito. Excito, ſuſcito. &c. quę ſunt in dictione cieo.

❡ Citatꝰ vocatus celer. Apu. Citato, non teſtudinario greſſu. ❡ Citimus, pe. cor. ſuperlatiuū a cis, idē eſt quod vltimus, extremꝰ. Et citima vocantur quę cęlo proxima ſunt. Cice. Quibus erat ea minima quæ vltima cęlo, citima terris, luce lucebat aliena.

⚲ Citorus pe. prod. mōs qui abundat buxis. Inde pectē Citoriacus quaſi buxeꝰ dr̄ a Citoro mōte. Ouid. lib. iiij. Met. Sæpe Citoriaco deducit pectine crines.

⚲ Citta auis pica, qm̄ vt Galenus ait, terrā auis illa mandat, aut quia vt colores habet pica diſpares, ita grauidę varios appetunt.

⚲ Cittium opidūm Cypri, vnde Citticus zeno.

❡ Ciuis, vrbis colonꝰ a coeūdo dictꝰ, ꝙ viculo quodā ſocietatis in vnū coeat cœtū, & ſub legibꝰ viuat. Hic ciuitas q̄ ꝓprie eſt collecta ciuiū multitudo ad iure viuendū. Apule. Quod omnis ciuitas approbauit. Aliquando ciuitas dr̄ ius ciuiū. Cic. Qui ciuitate donatꝰ eſt. Vſurpatiue dr̄ vrbs, hoc eſt ipſa mœnia, & ędificia, Sic dicimꝰ apud ciuitatē Mātuā diuū Iābonū natū eſſe, ibiq; miraculis florere. Sciēdū ꝙ a ciuis nō fit cōciuis licet cōſuetudo īualuerit, vt cōciues paſſim dicamꝰ municipes noſtros, quū tñ rectius dicat̄ hic meus ciuis eſt, ſiue meus municeps. Sic Cic. ciues ſuos dicit nuſq̄ conciues. Nam apud tertiam Tuſculanā legimus (inquit) librū Clitomachi, quē ille euerſa Carthagine miſit conſolādi cauſa ad captiuos ciues ſuos. ⚲ Illiterati male conciuem & compatriotam ſed dicendum eſt, hic eſt meus ciuis.

❡ Ciuilis & hoc ciuile qd̄ eſt ciuis, ſeu qd̄ ad ciuē pertinet, vt ciuilis mos ciuile ius. Hic ciuilitas, q̄ eſt quaſi ciuilis mos & accipit̄ ꝑ moderatione quadā atq; modeſtia magis ciui hominiq; politico q̄ imperatori cōueniente, quā in Auguſto fuiſſe ſcribit Sueto. Clemētię ciuilitatiſq; inquit eiꝰ multa & magna documēta ſunt. Iul. Capitolinꝰ laudat Antoniū piū, ꝙ imperatoꝝ faſtigiū ad ſummā ciuilitatē deduxerit. Spartia de Adriano, In colloqꝭ etiā humilimoꝝ fuit ciuiliſſimꝰ. Ciuilis hō dr̄ qui eſt peritus eoꝝ q̄ ad miniſtrādā rempu. pertinent.

⚲ Ciuilitas, vide in dictione ciuilis. Hęc gręce πολιτεία dr̄, cuiꝰ ſpēs ſūt. ſ. Alia democratia. i. popularis q̄ Plato in his ciuitatibus ait eſſe, in quibus ad imperium multitudinis gerit̄ res, eiuſq; nutu magiſtratus eliguntur, alia Ariſtocratia vbi neq; diuites neq; pauperes dominant̄ ſed ſoli optimi in ciuitate adminiſtrant. Alia ὀλιγαρχία quando a cenſibus magiſtratus eliguntur. Alia Monarchia quæ in regnum & tyrannidem diuiſa eſt.

❡ Ciuicus, a, ū, pe. cor. idē qd̄ ciuilis, vt ciuica corona quā ciuis ciui a quo ſeruatꝰ fuiſſet in ꝑlio teſtē vitæ dare ſolebat ex frōde quęrna, qm̄ cibꝰ antiqſſimꝰ e quęrcu capi cōſueuerat. Aug. lib. xviij. de ci. dei. Satis apparet cōſequēs, vt ad pacē ciuicā pax domeſtica referat̄.

❡ Cius, fluuius Thraciæ ex Pęonibus & Rhodope mōte profluens.

## C ANTE L

Clades a calamys q̄ſi calamides hoc eſt calamitas, vl̄ q̄ſi cades a cadēdo. Vel a κλάδω qd̄ eſt amputo frango, Vnde κλάσμα fragmentum & confractio.

❡ Clęmēs a claritate mētis, quaſi cęli mēs, & is dr̄ qui etiā remittit de eo qd̄ poſſit ꝓſequi. Differt ꝑ Donati ſentētia a placido, ꝙ clemēs ſit circa recte agētes, placidus circa delīquētes. Et clemētis eſt nulli os lędere, placidi arridere oībꝰ, clęmēs aīo, placidus vultu. Teren. in Adel. ille ſuā ſēper egit vitā in ocio comis, clęmēs, placidus nulli lædere os, arridere oībꝰ. Sunt etiā q clementē ideo dici putēt ꝙ colat mētē, nec eā vexet iraſcendo Hinc clementia & aduerbium clementer, quibus contraria ſunt inclęmentia, & inclęmenter.

❡ Clā prępoſitio ſeparatiua eſt & cauſalibꝰ tm̄ præponitur, vt clā patre egiſti. Qñq; reperit̄ loco aduerbij poſita, Vergil. Clā ferro incautū ſuperat ſecurus amorum. Sed oratores prępoſitionē potius accipiūt ſiue iungat̄ ablatiuo, vt Priſci. ſenti, ſiue accuſatiuo, vt Dona, opinatur, vt clam me profectus eſt, i. me neſciente. Hic cōpoſitum perclam quod eſt valde occulte.

❡ Canculū dimi. eſt, Teren. in Eu. In cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.

❡ Clandeſtinus, a, um, penul. prod. occultus, quaſi clā de aſtu hoc eſt vrbe. Manili. lib. primo. Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma. Syllius libro ſeptimo, Ceu clā deſtino traheretur fœdere bellum.

❡ Clandeſtino, as, Lucil. At enim dicit clandeſtino tibi quod commiſſum fuerat.

❡ Clamare eſt vociferari: Vñ exclamatio. Quandoq; vocare. Plaut. Plaudūt partim clamitāt me vt reuertar. huius cōpoſita ſunt Acclamo, Cōclamo, Declamo. Exclamo, Inclamo, Proclamo, Pręclamo, Reclamo, & Succlamo, quæ hahent penultimam productam.

❡ Clamor, vox q̄ clamando fit, & ꝓprie calamoꝝ ſonꝰ



quaſi clamor. Quū eñ arundnies vento agitātur magnā vocem emittunt. Dicitur & clamos ſicut arbos.

❡ Clamoſus, a, um, a noīatiuo clamos, qd̄ clamore obſtrepit vociferat̄q;. Iuue. Securū iubeāt clamoſo inſiſtere circo. Quin. Nō turbidꝰ nō clamoſus ſit altercator.

❡ Clāgo, is, xi, vel gui, tuba cano, gręcū eſt κλάζω clāgor eñ vox tubaꝝ eſt. Hiero. in lib. numeroꝝ. Si ſemel clāgueris veniēt ad te principes. Et in Eſaia. Et erit in die illa clāget̄ in tuba magna. Interdū addit̄ tuba, vt in eodē Filij Aarō ſacerdotis clāgēt tubis. hęc eñ tria idē ſignificāt. Clāgo, tuba cano, & tuba intrepo clāgor etiā dr̄ ſonoꝝ anſeꝝ & aliaꝝ reꝝ cōſtrepētiū. Cic. li. ij. Tuſ. de aqla Iouis ſatelles, paſtu dilaniat fero cū iecore opimo farta & ſatiata affatim, clāgorē fundit vaſtū. Colu. de anſeribus li. ix. Eiuſq; generis anſer ꝑcipue ruſticis gratus eſt, ꝙ nex maximā curā poſcit, & ſolutiorē cuſtodiā prębet q̄ canis. Nam clangore prodit inſidiantem.

❡ Clanius fluuius Cāpanię iuxta Acerras vrbē, a κλάνιον quod eſt viola, qua illius ripę abundare dicūtur, vel vt Macro. exiſtimat a Clanio gygante. Stephanus, Clanius dicitur qui & Clanis fluuius eſt cumæ a quo piſcis vocatur Clanius qui & Silurus vocatur.

❡ Clarium opidum in confinio Colophoniorum, quod non longe ab Epheſo eſſe perhibetur.

❡ Clarus fluuius e cacuminibus Alpiū per plures valles excurrens in Iſtrum intrat.

⚲ Claro, as, clarū facio. Auſo. Pollet Ariſtides veteres qui clarat Athenas. Hinc declaro, as.

⚲ Claros Ionię ciuitas Apollinis oraculo nobilis iuxta Colophonē. Eā Māto Tireſiæ filia cōdidit fugiēs Thebanoꝝ victores Epigonos. Quæ cū patriæ cladē lugeret & ſuā. nātibꝰ vbertim lachrymis, fontē fecit, vñ claros, ἀπὸ τοῦ κλαιειν, locus appellatꝰ. Nearchꝰ dicit id nomen datū, ꝙ Apollini per ſortē claros obtigit q̄ κλῆρον græci nominant. Hic burius dictus eſt, & illic fanum habuit quo reſponſa epota aqua ædebantur.

❡ Clarus, a, um, proprie dr̄ qd̄ eſt lucidū nō obſcurum vt clara dies. Figurate tñ ꝑ inſigni atq; excellēti accipitur, & eo q veluti fulgore quodā famę reſplēdet, q & inclytus dr̄, q̄uis plꝰ ſit inclytꝰ q̄ clarꝰ ꝓpter in, q̄ ibi auget. Hinc clarū hominē, & clara geſta dicimꝰ. Itē qm̄ q̄ clara ſunt ab omnibꝰ cernuntur, clarū etiā ꝑ aperto & manifeſto ſumit̄, vt clarus ſermo, clara oratio. Interdum ponit̄ pro audibili. Teren. Dic clare. A clarꝰ fit cōpoſitū præclarus, quod eſt valde clarus. Cice. O præclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupum. Aliqñ ſumit̄ ꝑ bono ſeu pro optimo. Idem in Lælio. Actū eſt præclare. etiā pro excellenti.

❡ Claritas luciditas, vt claritas ſolis. Aliqñ excellentia & ſplendor, vt claritas generis, claritas rerū geſtaꝝ. Interdū facultas, vt claritas orationis dr̄, & claritudo. Sall. Quum præſertim tam multæ, variæq; ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur.

❡ Clarifico, as, clarum facio, illuſtro.

❡ Clareo, es, rui, clarus ſum, vel manifeſtus, ſeu notus ſum, vt claret ꝙ mihi ſis inimicꝰ. Turpi. in prima ſignificatione cuius aduētu hodie claret Cypros. Hinc fit cōpoſitū inclareo, quod eſt valde clareo, a quo inclareſco, quod eſt valde clarus fio. Hierony. in Exo. Iamq; aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat.

❡ Clareſco, clarus fio. Aug. lib. vj. con. Grandior erat, tanq̄ ſi iſta multo clarius clareſceret, totum quo occuparet magnitudine.

⚲ Clarigo, as, pe. cor. clare repeto a vocis claritate dictū qua vtebat̄ pr̄patratꝰ, aut ἀπὸ τοῦ κλήρου, Hoc eſt a ſorte: Nam bellica ſorte inuadebant agros hoſtiles, vñ Cleronomi dicūt̄, qui iure ſortiūtur bona defuncti, i. heredes. Pli. lib. xxij. Hac ſemper, & legati, quū ad hoſtes, clarigatūq; mitterent̄ vſi. i. res raptas clare repetitū. Nā cū Romani bellum indicere alicui volebant paterpatratus proſiſciſcebatur ad hoſtium exercitum, & præfatus quędam ſolennia verba, clara voce dicebat, ſe bellum indicere ob certas cauſſas.

❡ Clarigatio ꝑter ꝑfatā ſignificationē accipit̄ ꝑ talea nūmaria maxīe, q̄ prīcipis vl̄ reip. edicto cōcedit̄. Liu. li. viij. Veliterninis deiecti muri, ipſi vrbe abducti iuſſi trās Tyberī habitare, vti eiꝰ, q cis Tyberī captꝰ fuiſſet ad mille paſſ. hoc eſt pōdo clarigatio eſſet. Nec priuſq̄ ęre pſoluto, is q cœpiſſet extra vīcula captum haberet.

✤ Claſma latine fragmentum & fractio dicitur.

¶ Cotidie q̃uis a quoto & die componatur, per c. & nõ per q, ſcribendũ eſſe quidã exiſtimant, quia tanta eſt affinitas ĩter c. & q, vt q, in c. mutari facile patiatur, vt ſequor ſecutus, loquor locutus, quis cuius. Vñ Quint. li. j. Inſti. Frigidiora his alia, vt quicqd c. quartã haberet ne interrogare bis videremur, & quotidie nõ cotidie vt ſit quot diebus. Verũ hęc iam inter ipſas ineptias euanuerũt. Victorinus quoq; libro de ortographia ꝑ c, capitalẽ literã ſcribit pręcipit ſic inquiens. Quãuis enim cocus a coquendo, & quotidie a quoco & die deriuata ſunt, per c, & non per, q. ſcribenda ſunt.

¶ Cotones pen. cor. a coton portus in mari arte & manu facti. Qui etiã cotonia Secundũ Seruium dñr. Coton etiã nomẽ vrbis eſt in Syria a qua hęc cotano vel coctona pluralis tñ numeri dicta ſunt pro quodã ficus paruę genere. Mar. Paruaq; cũ canis venerunt cotana prunis. Pli. lib. xiij. Syria in ficorum genere habet caricas & minores eius generis cotana vocant.

¶ Coturnix auis aduena terreſtris magis q̃ ſublimis noſtri qualeam dicunt, gręce Ortyx. Vñ ortygometra. Dicta coturnix authore Feſto a ſono vocis.

¶ Cotoneum greci Cydoniũ vocant & per excellantiã μῆλον dicitur. Eſt pomi genus. Cuius varię ſunt ſpecies. Cc. ✣ Cotonea hęrba a Venetis vocatur, quam galli halum nominãt ſimilẽ culinę bulbulę a cacuminibus thymo dulcem & ſitim ſedantem. Cc.

¶ Coctonum nõnulli bambatiũ vulgares, indocti bõbicem literati xylon ſiue goſſipion appellant, genꝰ illud lini candidiſſimum ex ægypto.

¶ Cothurni. tragica calciamenta quibꝰ calcianť tragœdi q in theatro dicturi ſunt alta voce. Suidas. κόθορνος ὑπόδημα ἀμφοτερόδεξιον. ✣ Id eſt cothurnus calciamẽtũ ambidextrum. Eſt autẽ calciamenti genus humile in modũ crepidarum, ſed tale eſt vt dextro & lęuo pedi ꝯueniat. Aliqñ capitur ꝓ calciamento ſubleuato ſubere. quo mulieres grandiores apparent. Iuue. Si breue parui Sortita eſt lateris ſpatiũ breuiorq; videť Virgine pygmea nullis adiuta cothurnis. Aliqñ ꝓ alto dicẽdi gñe. Ver. Sola ſophoclęo tua carmina digna cothurno. A cothurnꝰ fit cothurnatꝰ, a, ũ. Mart. Grande cothurnati pone Maronis opus. ✣ Cous denominatiuũ eſt a Co inſula Hippocratis patria. Eſt etiã in talo, i. taxillo numerꝰ cani ꝯtrariꝰ, qui & Venus dř. & is qui talorũ iactu hunc numerũ rediddiſſet, ſex lucrifaciebat, & qui canem, vnũ tantum. Cc.

¶ Couinũ rheda. Vñ couinariꝰ eques a Tacito nũcupatur qui ex equo couino depugnabat. Sũt qui equos couinafrios cataphrattos intelligũt. Idẽ in vita Agricolę. Media cãpi couinariꝰ eq̃s ſtrepitu ac diſcurſu ꝯplebat.

¶ Coxa & Coxendix ꝓ eodẽ accipiunť. Varro lib. j. de re ruſtica. Lata fronte, naribꝰ ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibꝰ. Sũt q coxendicẽ ſeu coxã intelligãt coxarum vertebrũ quo femora vertunť, qđ gręce ἰσχίον. Vnde iſchiadici dñr coxendicibus laborantes. Pli. li. xxv. Coxendicibus & articulis omnibus cũ Axungia vtiliſſima. Cato incantamentũ docet ad ſonandas coxẽdices luxas, hoc eſt loco ſuo motas. Suet. de Auguſt. Coxẽdice & femore & crure ſiniſtro non perinde valebat vt ſæpe etiam inde claudicaret. Pli. in epiſtolis. Hunc dũ ſequiť colligitq; perlene & lubricũ pauimentũ fallẽte veſtigio cecidit coxanq; fregit, quę parũ apte collocata reluctante ætate male coijt. Cęlſus libr. iiij. Coxis proxima ſunt genua, de oſſe dixit.

## C ANTE R

CRabrones veſpis ſimiles ſunt. degunt in ſylueſtriũ arborum cauernis vita bimatum non tranſit. creantur exequis. Cornucopię.

✣ Cranaus athenarũ rex fuit qui Cecropi in regno ſucceſſit, a quo regionis inquilini Cranai dicti ſunt. Cc.

¶ Cranos ſiue craniũ apud gręcos ſignificat capitis caluariam.

¶ Crantor Solennis academicus philoſophꝰ fuit Xenocratis Platonis diſcipuli ꝯdiſcipulus & Polenionis, qui nouis opinionibꝰ, Academiam Platonicã repleuerũt. Hic ſcripſit librũ dę conſolatione, quẽ Cicero ęmulatus eſt. Perijt aquę intercutis morbo. taxauit ſtoicorũ indolentiã q̃ eſſe nullo modo põt niſi plane hominẽ ſaxeum eſſe velimus & omni ſenſu carentem.

¶ Cras non ſolum ſecũdũ conſuetudinem accipitur pro die proxima futuro, ſicut Heri pro die proxime elapſo ſed etiã pro futuro tempore, vt in ſacris literis loquitur Phytonyſſa ad Saulem. Cras eris mecum. Et lib. Gene. dixit Iacob. Exaudiet me cras iuſtitia mea.

¶ Craſtinꝰ, a, um, pe. cor. a cras fit. ſicut ab Heri heſternꝰ, vt dies craſtina. Et nõ ſolũ ꝓ die ſequẽti hodiernũ, ſed ꝓ quolibet alio. Ver. Si vero ſolẽ ad rapidũ lunaſq; ſeq̃ntes Ordine reſpicies, nunq̃ te craſtina fallet Hora.

¶ Craſtino aduer. idẽ quod cras. Gel. Si dominus meſſium ad amicos reiecit craſtino ſeges non metetur.

¶ Craſtino caſtrinas ſigni. diem de die traho & differo. procraſtino & recraſtino eiuſdem ſignificationis. Hie. ad Paulinũ. Scilicet niſi tu ſemp recraſtinans & diẽ de die trahens caute & pedetentim tuas poſſeſſiũculas vendideris, non habet chriſtus vnde alat pauperes ſuos.

¶ Craneum gymnaſium erat apud Chorinthum. Cice.

¶ Craſis latine dici põt tẽperamẽtũ, cõplexio mixtio.

¶ Craſſus, pinguis, groſſus, ac ponderoſus. Hinc craſſities & craſſitudo pro pinguedine. Craſſare pinguem facere, vt Incraſſatus, impinguatus recalcitrauit. Graſſor vero per g aliud ſignificat.

¶ Craſſamentũ, groſſities, Gelliꝰ, Circuli duo erant teretes oblonguli, pari craſſamẽto, eiuſdẽ lõgitudinis, deraſi atq; ornati ſimiles. Sic Colu. Craſſamẽtum vini fœculenti dixit Idem lib. vltimo. Craſſamẽ ſemper inquit requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur.

¶ CrCaſſeſcere eſt pinguẽ fieri. Colu. li. ix. de turturibꝰ, Nec quia tritico vel alijs frumẽtis minꝰ craſſeſcãt, verũ ꝙ ſemine eius maxime delectanť. Interdũ eſt groſſum ſiue denſum fieri Pli. lib. j. qui neq; in nebulam denſeť, nec craſſeſcat. i. groſſus fiat. Aug. Incorporeus carne veſtitur, ſermo craſſeſcit.

¶ Craſſiuenium aceris arboris genus a venarum craſſitudine dictum. Cc.

¶ Cratos latine dicitur potentia imperium.

¶ Cratera penultima ꝓducta & generis maſculini: ſiue crater crateris, cuppa grandis ac pateris, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν qđ eſt tenere capere, vel potius quod eſt miſceo, Quidã aiunt tres vrnas continere. Vrnam vero quartarium dici certum eſt ꝙ quatuor ſextarios contineat. Horatius in Ser. Siue grauis veteri craterę limus adhęſit. Statius libro decimo The. Et bacchus in altos createras pateraſq; redit, Ver. Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis olini. Ab huiꝰ vaſis ſimilitudine crater in mõte Aetna appellatus eſt foramen illud per quod ignis euomitur, Ouidius, Et pronos currus medio cratere recepit. Et crater in fontibus dicitur receptaculum quod & labrum dicitur ex quo fiſtulis aqua decurrit ſicut & caſtellum. Et crater ſignum cœleſte quod oritur. xvj. calendas Martij veſpere. ¶ Aſcen. Cratera nominatiui caſus &

prime declinatiōis fœminini eſt generis licet fiat ab accuſatiuo tertię qui eſt maſculini, ſicut etiā panthera, ſtatera. Quocirca vbi crateras accuſatiui caſus maſculinum legeris, dixeris eſſe tertię non primę.

✣ Crategonon genꝰ ſatyrij herbę, ſemine lini maiore, durę radicis cortice rubro, ſapore ſubdulci, quod in montoſis traditur inueniri. Cc.

✣ Craterites gēma ē īter chryſoliti & electri colorē. Cc.

¶ Cratippus fuit teſte Plutarcho philoſophꝰ peripateticus, de quo Cice. lib. iij. offi.

¶ Cratylus cum y, nomen philoſophi, cui Plato librum de ſignificatione nominum inſcripſit.

¶ Cratinꝰ fuit poeta comicꝰ clarus apud Atheniēſes de quo Hor. Eupolinꝰ atq; cratinꝰ Ariſtophaneſq; poetę.

✣ Cratinas Aphricę fluuius e lacu Sicyone in oceanum fluens. Cc.

¶ Crates. is, notā habet ſignificationē. Vnde cratius, a, um, qđ eſt factum ex cratibus. crates etiam nomē eſt philoſophi Thebani qui vt philoſophię vacare poſſet proiecto in mare nō paruo auri pōdere. Abite inquit peſſum malę cupiditates ergo vos mergā ne ipe mergar a vobis Neq; putauit ſe poſſe & virtutes & diuitias ſiī poſſidere

✣ Crateus pater Eſonis fuit. Cc.

✣ Craticula a crates diminutiuū in qua cibi torrenť. Cc.

Crathis cum th. aſpirato, nomen eſt duorum fluuiorum quorum vnus eſt Apud Achiuos, alter apud Calabros. Oui. lib. xv. Meta. Crathis & hinc ſybaris noſtris cōterminꝰ oris Electro ſimiles faciūt auroq; capillos. Et li. ter. Faſt. Eſt ꝑpe piſcoſos lapidoſi crathidis amnes Parꝰ ager. ¶ Craterꝰ pe. cor. nomē viri ꝓpriū. De quo Perſi. in tertia ſatyra. Et qđ opꝰ Cratero magnos ꝓmittere mōtes? Cratio, is, cratibꝰ operio. Pli. li. xviij. Vtiliſſimū ſimť & herbę arare, deīn cratire, ſerere florē ex fœnilibꝰ atq; ex ꝓſepibꝰ fœno dilapſum ſpargere priuſq̃ cruciāť.

¶ Crapula pe. cor. grece κραιπάλη ſiue q̄ſi lucta capitis. Dolores eñ & vertigines in eo vinū facit, reſinatū maxime. Nā & medicamenta quibꝰ vini leuitas excitať crapulę dicuntur. Siue ἀπὸ τοῦ πάζομ qua voce vt Photion ait poete vinum ſignificāt, quia πάλλειν. i. vibrare faciat.

✣ Crebenia regio eſt in troade. Cc.

¶ Creber freq̄ns. Hie. Quā creber in oīone eſſet. Hinc aduer. crebro crebitas, & crebritudo pro frequentia.

¶ Crebreſco, is, crebui celebris fio & diuulgor. A quo percrebreſco.

✣ Crebriſurus ſignificat vallū crebris ſuris hoc eſt palis munitum. Cc.

✣ Crecos gemina eſt quę nigra piri ſpeciē imitatur. Cc.

¶ Credo credis credidi, creditū, ex cre. & do. ſecūdum Priſcianū, quaſi a cretū & do. Et ſignificat dictis vel factis fidem habeo. Cic. lib. iiij. ad Herenniū. Nimiū quirites creditis vnicuiq; cū eſtis ſimplicibꝰ & māſuetis animis. Nōnunq̃ credere eſt confidere. Verg. Nimium ne credere colori. Salu. Virtuti ſatis credebant Aliq̄n fidei ꝯmittere ſeu ſeruādū tradere. Plau. in Aul. Vbi is obijt mortē, qui mihi id aurū credidit. Cic. lib. iiij. ad Heren. Nā cū canes funguntur officijs luporū cuinam pręſidio pecuaria credemus? Et non ſolū tradere, ſed etiam reuelare ac manifeſtare. Lactan. lib. iiij. Iudęi quoq; quibus ſolis arcanū dei creditū fuerat. Interdū Mandare. Colu. lib. ij. Vt iam perceſeamꝰ quot operis in areā perducantur ea quę terrę credidimus. Quandoq; Mutuare. Mar. Dimidiū donare Lino quam credere totū. Qui mauult, mauult perdere dimidiū. Hinc creditor & creditū. Et ſi conſtruatur cum accuſatiuo mediāte in ſignificat immittere, inijcere. Ver. lib. ij. Geor. Inque nouos ſoles audēt ſe gramina tuto credere. Inter credere deo, credere deū, & credere in deū, eccleſiaſtici hoc intereſſe putāt. ꝙ credere deū eſt credere deū eſſe. Credere deo, eſt fidem habere deo, ſiue verbis eiꝰ. Credere in deū eſt fide bona ſe conijcere in deū. Primum bonū. Secundū meliꝰ. Tertiū optimū. Huius verbi compoſita ſunt. Accredo. Cōcredo qđ eſt oīno credo. ſiue cōmitto. Colu. in ꝓfatio. Iāq; qui ędificare velint fabros & architectos aduocēt, qa nauigia mari ꝯcredere, gubernādi peritos. Veteres creduas, ꝓ credas dicebāt. Plau. Ipſiꝰ nec amat nec tu creduas

¶ Creditor dr̄ cui debeť ex quacūq; actione vel perſecutione vel iure. Caius de verborū ſignificat Creditorū appellatione non hi tm̄ accipiuntur, qui pecuniā crediderūt, ſed oēs quibus ex qualibet cauſa debeť, ſicuti exēpto vel ex locato vel ex alio vllo contractu debetur.

¶ Creditum appellatur id quod nobis debetur.

¶ Credulꝰ, qui omnia facile credit. A quo credulitas credendi facilitas. Incredulus qui non facile credit.

¶ Credibile, quod ita veriſimile eſt, vt facile credi poſſit. Huius contrarium eſt incredibile.

¶ Cremaſteres nerui a quibus teſtes depēdent. Colu. li. vij. priuſquā ferrum admoueas duabus anguſtis ligneis regulis veluti forcipibꝰ apprehendere & ipſos neruos quos Gręci κρεμάςηρας ab eo appellant ꝙ ex illis genitales partes dependent comprenſos pręcepit.

✣ Crementum a creſco. i. augmentum Cc.

✣ Crepę a principio caprę ſunt appellatę ꝙ cruribus crepēt. Cremera. pe. cor. fluuius apud quem Fabij a Veientibus occiſi fuere. Iuue. Quid cremerę regio?

¶ Cremo cremas cuius paſſiuum eſt cremor. Hie. in leui. Cūq; cremati eſſent adipes ſuper altare. Huius cōpoſitū eſt concremo. Liui. Incluſi cū cōiugibꝰ ac liberis domos ſuper ſeipſos concremarunt.

¶ Cremor apud Catonem accipiť, pro lacte expreſſo ex grano aqua macerato. Celſus. Morbus ipſe non patitur inuicem eius cremor ptiſanę ſumendus eſt.

☿ Cremiū a quibuſdā putať eſſe frixoriū. a cremo as, ꝙ ſit aridū, vt eſt illud in ꝑs. Et oſſa mea ſicut cremiū aruerūt. ab alijs crediť eſſe illud qđ in frixorio remanet durū Sed ego puto ſaluo aliorū iudicio ꝙ ſit caro frixa in frixorio, q̄ quo magis torreť eo magis virtus eiꝰ, & humor euacuatur, ſicq; ſentētię pſalmographi quadrare videť.

¶ Creare ꝓprie eſt de nihilo aliquid facere, quod etiam ad homines pertinet non ſolū ad deū. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Alba illa quā filiꝰ. Aeneę creauit Aſcaniꝰ Romę mater. Hinc creator, creatio. creatrix. Creatura Cōpoſita Procreo quod pro ſimplici ponitur. Recreo ꝓ inſtauro, & quaſi nouam carnem facio. Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

¶ Crepida ę, pe. cor. & Crepis idis. teſte Seruio, Tuſcū calciamentū quod corrigijs ligabatur. Suidas. κρηπίς. θεμέλιον ἢ εἶδος ὑποδήματ☉ ἢ τούς πόδας κρατοῦσα ὑποβάθρα

✣ Id eſt Crepis fundamentū vel ſpecies calciamēti qđ tenet pedes tanq̃ ſcabella. Miror ꝙ quidam poeta primā corripuerit. ſed fuit quia η in ε matauit ſecūdum dialecticos linguarum. Per. vero oſtendit fuiſſe gręcū cum ait. Non hic qui in crepidis graiorum ludere geſtit. Huius diminutiuum eſt crepidula. Gel. lib. xiij. Crepidas & crepidulas id genꝰ calciamenti appellarunt quod gręci κρηπῖδας vocant. Et paulū ſupra. Omnia inquit ferme id genus quibꝰ plantarū calces tm̄ in fine teguntur. cętera ꝑpe nuda & terretibus habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerūt, nonnūq̃ voce gręca crepidulas. Hor. in Ser. Chryſippus dicat ſapiens crepidas ſibi nunq̃ Aut ſoleas fecit. Quidā hoc nomē a crepitu hoc eſt a ſono quem ambulando reddunt appellatum.

¶ Crepidarius, is, q crepidas cōficit. Crepidariꝰ, a, um, qđ ad crepidas ꝑtinet Gel. Sēproniꝰ Aſellio lib. rerū geſtarū. xiiij. Crepidariū inqt cultellū rogauit a crepidario ſutore. ✱ Creon ſtatuarius, fuit, & philoſophus.

☿ Creophilus pe. cor. nomē poetę qui Homeri hoſpes & ęmulator fuiſſe fertur. Vide Apul. in floridis.

¶ Crepido. pe. ꝓ. ſignificat orā terrę quā aqua alluit ex hoc appellata ꝙ ibi aq̄ alluens crepitat cū currit, aut vndas appellit. Colu. lib. ix. Pręiaciunť in gyrū moles. Sic eñ maris atrocitas obiectu crepidinis frangiť & in tranquillo ꝯſiſtēs piſcis ſedibꝰ ſuis nō exturbať. Per trāſlationem vero & putei extremam orā q̄ ad ipſum puteū reſpicit, quę vulgo diciť os putei, & editioris cuiuſq; loci extremitatē ſolemꝰ crepidinē appellare, vt apđ Hie. In crepidine viæ. Seneca, Quis crederet iacētē ſup crepidinē Mariū aut fuiſſe, aut futurū conſulē? Vñ etiā pro abrupti ſaxi altitudinē ponitur. Ver. li. x. Forte ratis celſi cōiūcta crepidine ſaxi. Expoſitis ſtabat ſcalis & ponte parato.



¶ Crepo as, pui, itū. Vñ crepitꝰ, Crepare ſonare. Plau. in Mene. Dic mihi nūq̃ tibi inteſtina crepāt? Cui ille rñdet. Vbi ſatur ſū nulla crepāt, quādo eſurio crepitāt. i. murmurāt & ſonant, id qđ inteſtinis inanibus accidere ſolet. Per tranſlationē ponitur ꝓ dolere, queri, accuſare Hora. li. j. Car. Quis poſt vina grauē militiam aut pauperiē crepat? Item pro ferire. Cic. lib. iij. offi. Itaq; ſi vir bonꝰ habeat hāc vi vt ſi digitis cōcrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irripere. Itē pro Frāgi. Ver. Et acuto murice remi Obnixi crepuere. Itē ꝓ īcitare Turpil. Age tu Hymeneū increpa. Hinc cōponunť. Cōcrepo ꝑſono. Hie. ī Ioſue Buccinis oīa cōcrepabāt. Increpo ꝑcrepo, valde crepo. Cic. ī Ver. Locū iſtū lictoris ꝑcrepare totū mulierū vocibus cantuq; ſymphonię. Et habent penultimam correp.

¶ Crepito, as, pe. cor. de cymbalis & hmōi dr̄, q̄uis & de alijs rebus dici poſſit, ꝓ crepitū facere. Aug. li. xxj. de ciui. dei. Enndēq; faceret aqua velut ī igne crepitare.

¶ Crepitꝰ, ſonitꝰ & cōcuſſio qui ex impulſu reſultat, vt pedētis. quos ſtoici liberos eſſe aiūt. Plaut. in Cur. Vbi quid ſurripuere operto capitulo callidū bibūt, triſtes atq; ebrioſi incedunt, eos ego ſi offēdero ex vno quoq; eorum eijciam crepitum polentarium. Et crepitus plagarum dixit. Ci. in Verrinis.

¶ Crepitaculum, ſiſtrū, inſtrumētum quod manibus ꝑcuſſum reddit ſonum.

¶ Crepitulum, ornamētum capitis. quod in capitis motu crepitum facit.

✣ Crepi luperci dicti ſunt a crepitu pellicularum quem faciunt verberantes. Cc.

¶ Creperꝰ, a, um, pe, cor, Idē qđ dubiꝰ. Vñ creperū bellū āceps & dubiū, & ſenes decrepiti ī dubio vitę ꝯſtituti

¶ Crepuſculū, lux dubia q̄ fit anī Solis ortū, & ante occaſum a Crepere, quia tūc multis dubiū eſt dies ſit iam an nox. Plin. Oriente ſole aut occidēte matutini veſpertini ve cognominari. ꝓut alterutris eorū mane vť creſpuſculo cōtingit. Col. lib. vij. iuxta conceptum ſaxis & canalibꝰ ſal ſupiectus ad quē ſaturæ pabulo libenter recurrūt cū paſtorali ſigno quaſi receptui canitur. Nā id quoq; ſpcreſpuſclō fieri debet. vt ad ſonū buccinę pecꝰ ſi qđ ī ſyluis ſubſtiterit ſepta repetere ꝯſueſcāt. Lu. Lōga repcuſſo nituera crepuſcula Phœbo Hīc crepuſci apđ ſabinos noīati, qui eo tēpore erant nati. Et Sidonius horam veſpertinā crepuſculaſcentem dixit.

¶ Crepūdia dicuntur prima munuſcula quæ dātur pueris vt ſūt faſciolę, līteoli, veſtes, bullæ, corallia, enſiculi crepitacula, & puerilia ornamēta hmōi, quibꝰ pueri nutricanť, a crepādo. i. tiniendo dicta, qm̄ infantes hmōi crepitaculis maxime gaudēt. Plau. Sunt crepūdia? Ecca video, qua facie ſunt? Enſiculꝰ aureolus primum literatꝰ poſt altrinſecꝰ ſecuricula anceps. Itē aurea litera poſt hęc ſicula argēteola & duæ cōnexę maniculę & ſucula & bulla aurea eſt quā pr̄ dedit mihi natali die. Pli. li. xj. Semeſtris locutꝰ eſt Crœſi filius in crepundijs, quo prodigio totum id concidit regnum.

¶ Creſco creſcis creui, ſicut cerno. Creſcere augeri ē. Iuuena Creſcit amor nūmi quātū ipa pecunia creſcit. Hīc cremētū pro augmēto. Huiꝰ cōpoſita ſunt Accreſco, adaugeor. Cōſcreſco ſimul creſco & cōiungor. Vñ. Concretū, cōglutinatū. Verg. Multa diu cōcreta modis īoleſcere miris. Idē, Cōcreſcūt ſubitę currēti in flumīe cruſtę. i. cōgelaſcūt, Decreſco diminuor. Hiem̄, li. ij. Regū domꝰ Dauid proficiēs, & ſemper ſeipſa robuſtior, domꝰ autē Saul decreſcens cotidie. Excreſco, Increſco valde creſco. Idem lib. j. Reg. Increuerunt ſerui qui fugiūt dominos ſuos. Vñ incremētū. Recreſco, ruſus creſco. Pliniꝰ. li. ix. Circa Toronē veſci illis, auulſas etiam aiūt & ex relictis radicibꝰ recreſcere. Succreſco inferiꝰ vel paulatim creſco. Supercreſco.

✣ Creſeis κρήσις nymphæ marinę nomen a fontibus dictæ κρήνη enim fons dicitur. Cc.

¶ Cręta æ, & Cræte eſt inſula in medio Ponto centum vrbiū fama clara, q̄ vt ſcribit Stra. a ſeptētriōe Aegęo alluiť ſimul & Critico pelago, ab Auſtro Aphro. Ab occidēte Aegilā & Cythara ſpectat. Ad oriētē carphatō. Habet ī lōgitudine. clxx. mil. paſſuū, in latitudine quiquagita mil. Circuitꝰ eiꝰ. dlxxxix. mil. paſſuum cōplectitur Inſignes ī ea vrbes ſūt Cortina Cydonia Gnoſum Minois regia, & Sťramonis coſmographi patria. Nullū in Cræta aīal noxiū eſt optimiq; vini feraciſſima ē. De qua Ver. Cręta Iouis magni medio iacet īſula pōto. Mōs Idęus vbi, & gētis cunabula nrę Cētum vrbes habitās magnas vberrima regna. Dicta eſt Cureta ab habitantibus Curetibus, & per ſynopē Cręta. Alij dicunt cretā dictā a Crete quodā Iouis filio Curetū rege. Alij a Crete nympha Heſpidis filia. Arrianꝰ nō a crete ſed a Cres Cretis genitiuū faciēte noīatam dicit ab eo qui Iouē obſcondit in mōte Lycęo. Vñ Craſſa tm̄ fœ. ge. i. Cretēſis. Similiter Creſſęꝰ & Creſſiꝰ. Sūt aūt hęc noīa q̄ ex maſ. fœmininū ad ſimilē formā mittūt. ſ. Cres Creſſa. Libix Libyſſa. Phœnix Phœniſſa. Magnes magnaſſa. thraix thraiſſa. Tibul. Etiā Phœbo gratiſſima dona Cres tulit Auſo. Præpetibꝰ pennes ſup aera vectꝰ hō Cres. A Crete vero fiūt Creticꝰ & Cretēſis. Creta etiā diciť terra tenax a Creta īſula in qua melior eſt, vel a creſcēdo, qm̄ ꝓprietas eiꝰ eſt, vt in macerādo creſcať quod in primis Cręte vmbricę accidit quā vocāt ſacū q̄ nō niſi poliēdis veſtibꝰ adhibeať, dūtaxat candidis. Erant & Cimolię cręte duo gn̄a, cādidū vnū & alterū ad purpuriſſum inclinans vtrūq; veſtibus aptū, hac medici aduerſū morbos vtūť Laudať & creta theſſalica, Itē q̄ argētaria appellať nitorē argēteū reddiēs. Viliſſima creta q̄ pedes vęnaliū trās mare aduectorū nature mos erat. Vnde cretatus. Iunē. Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis Plæriq; exponunt gipſatis.

¶ Creticꝰ, a, um, qđ ex creta ī ſula eſt, ſicut & Cretēſis, vñ didicimus Creticū pelagus, ſiue Cretenſe.

¶ Creticꝰ ſubſtātiuū, genꝰ pedis eſt qui cōſtat prima & tertia lōgis. Alio nomine Amphimacrus.

¶ Creteꝰ a, um, qđ ex Creta terra ē. Ouid. Strataq; Cretęā bęlua ſtrauit humum.

¶ Cretatꝰ a, um, qđ ē creta inſpſū, Pli. Tm̄q; nō cū laureatis facibꝰ remitti illo, vñ cretatis pedibꝰ adueniſſēt.

¶ Cretoſus a, um, quod eſt creta plenum.

¶ Crene grece fōs latinę. Vñ Hippocrene, eq fons dr̄.

¶ Creterra ſitula ad hauriēdā aquā Ennius, Vidimꝰ ꝓpe amnē creterris ſumere aquā ex pōte. Cc.

¶ Crenę ſūt īſiſurę, a quibꝰ creneta hærbarū folia vocātur. Hoc ē ſerrata, ſectaq; p ambitū. Hodie quoq; mītis locis ſigna qbꝰ agreſtes numerū aliquē in ferulis deſcriptū habēt crenę appellanť. In ſagipta quoq; ꝑtis extremę ſectio in quā neruꝰ inſeriť arcum tēdere volentibus crena diciť. Sed & in ipſo arcu ſūma cornua crenas ſuas habent in quibus collocatur, ſedetq; neruus.

¶ Creōtes nomē Corinthiorū regis q Creuſam filiā Iaſoni deſpōſauit. De quo Senec. ī Medęa, Alte fuit Thebanꝰ Iocaſtę Oędipi regis Thebanorū vxoris pr̄. Fuerūt & alij hoc nomine.

¶ Cribrū īſtrumētū ex pellibꝰ ſuillis vt plurimū crebris ꝑtuſū foraminibꝰ ad frumēta purgāda, græce dr̄ λικμὸς καὶ λικμάω. Apul. li. iij. Aſpnati latrones clamorē ad ſonū meū cedētes hincide miſerę corīū, nec cribis iā idoneū relinquūt. Sūt & cribra q̄ e ſetis equorū farinæ a furfuribꝰ ſperādę grā facta ſūt. Farinaria ſe tacea & ſubcer

nicula dicunꝫ. Sunt excuſſoria e lino & pollinaria a pol-
line, q̄ a nōnullis ab incernēdo incernicula dicta ſunt,
quibus frumenta emundamus.

¶Cribro as, purgo. Cribramꝰ enī triticum & hmōi, vt a
puluere & rebus immūdis ſecernaꝫ. Cribrariꝰ, a, um, qđ
ad cribra pertinet. Pli. li. xviij. Item cribraria quę ſimili
modo in tertio remanſit cribro.

¶Crimiſſus, Sicilię fluuius græce κρίμιοσος.

¶Crimē ꝓprie dr̄ dilectū. Se, Vitā agēs ſimplicē rectā
ſine crimine. Aliqñ crimē appellaꝫ id ꝙ ꝑ cōtētionē ali
cui obijciꝫ & obtrectatio. Vñ criminari dicimꝰ. ci. Hęre
ditatē mihi negaſt ī obuenifle, vtinā hoc tuū verū crimē
eēt. Et ſic dr̄ a cerno, ſicut a diſcerno diſcrimē. Ver. Di-
ſijce cōpoſitā pacē, ſere crimina belli. i. cōtētiōes & iur
gia ex qbꝰ bellū oriaꝫ. Aliqñ ponitur ꝓ falſa ſuſpitione.
Idē. Fromidine crimē acerbat. Aliqñ pro cā, vt apud eū
dem. Et crimine ab vno Diſce omnes.

¶Criminoſus, a, um. cōtentioſum cōtumelioſū & crimē
inferēs. Aug. lib. x. cō. Nec illa res me copioſū faciat,
nec illa criminoſū. Col. li. j. Criminoſū tñ ſenatori fuit ſu
pra quinquaginta iugera poſſediſſe.

¶Criminale quod eſt criminis, vt crimiminalis cauſſa.

¶Criminari eſt culpare accuſare, contumelioſe repꝫhē-
dere. Et dicimꝰ criminor te furti illi vel apud illum. Te
ren. Hanc metui ne criminare tibi.

¶Crines, capilli a diſcretiōe dicti. ꝙ ſint diſcreti, hōc ē
ἀπὸ τοῦ κρίνειν.

¶Criniculi, vt docet Aug. ſup̄ p̄s. ſūt qui fiūt intorquē-
do. Am. li. de paradiſo. Nā ſi Eua hoc eſt ſenſus primę
mulieris accēſas habuiſſet faces, nunq̄ præuaricationis
ſuæ criniculis nos implicaſſet.

¶Crinire eſt crines emittere. Vñ Crinitꝰ a, um, qđ mul
tos ſiue lōgos crines habet Ver. Crinitꝰ Ioppas. trāſfer
tur etiā ad arbores. Vñ a Papinio dictū eſt Criniꝫ arbos
pro eo quod eſt frondeſcit.

‡Crios, gręce latine aries dicitur quo noīe dictꝰ eſt Egi
neta quidem luctator cantatiſſimus apud græcos.

✤Crinita ſtella, a grecis cometa ſiue cometes dr̄. Cc.

¶Crinon a grecis dr̄ lilij genus alias Cynorhodon, &
eſt rubri coloris. Cc.

¶Criſis. latine dici pōt iudiciū. Vñ Catacriſis dijudica
tio. Chryſos cū h & y. ſignificat aurū, vt Chryſoſtomus
quaſi os aureū. Cryſos ſine h. abſconditum denotat.

¶Criticꝰ, pe, cor, iudicās ſiue arguēs ἀπὸ τοῦ κρίνω deli-
bero, iudico. Vñ poetarū īterp̄tes quos poſtea grāmati-
cos dixerūt, critici. i. iudiciales dicebāꝫ q iudicabāt de
poematibꝰ, quaſi iudicātes & arguētes. Vñ Ser. ſ. p. xj.
Aen. dicit, Critici culpāt hoc loco. Et critici dies vocāꝫ
a medicis iudiciarij, ī quibꝰ de ægritudinis rōne ferri
iudiciū pōt quos noſtri decretorios vocare poſſunt.

¶Criſſare, p̄dicare p̄dicere nō niſi magno cum pudore
exponi pn̄t. Eſt em̄ primū mulierū apte ſe motantium
dū in re venerea ſūt Iu. Frictum criſſantis adorat. Alte-
rū maſculorū dū pedicanꝫ. Mar. Sed pedicaris, ſed pul-
chre Nouele ceues. Genere etiam adultantiū geſtus ſi-
gnificat. Per. An Romule ceues.

¶Criſa nomē opidi, quod Criſus Phoci filius condidit
Hic Criſæꝰ ſinꝰ. Sūt & alię vrbes hoc noie appellatæ.

¶Crito nomē Philoſophi Athenīēſis, q ita ſocratē ama
uit, vt nunq̄ aliquid ex ijs quæ ſunt ad vitam neceſſaria
ipſi deeſſe paſſus fuerit.

¶Critobolꝰ fuit medicꝰ de quo Pli. li. vij. inqt. Magna
& critobolo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagi
pta & deformitate oris curata orbitate luminis.

¶Critias philoſophꝰ fuit q dixit aīam eē ſāguinē, ſicut
& multi alij. Vñ Ver. Purpureā aīam noīauit, orig. li. ij.
periarchō. Sāguinē oīm aīaliū aīam ipſorū eſſe euiden-
tiſſime demonſtrat, ex illo quod ſcribiꝫ. Non māducabi
tis ſanguinē, quia anima totius carnis ſanguis eſt.

¶Crobilon gręci appellāt rętiolum ſeu reticulum quod
comam continet.

¶Crocum venatorē fuiſſe dicunt, precibuſq; muſarum
in aſtra relatum. Et pro ſagiptario ponitur.

¶Crocꝰ, puer, & flos qui ſafranū dr̄. Crocū herba. Hinc
croceꝰ a, um. ꝓ colore, qui vulgo ſtr̄ Gialdus, vt veſtis
crocea. Idē color etiā Flameus dr̄. Plin. Lutei video ho
norem antiquiſſimum in nuptialibus flameis totum fœ-
minis conceſſum.

¶Croceatus a, um, quod crocei coloris. Vnde dicimus
pannum croceatum.

✤Crocias gemmę ſpēs a croci ſimilitudine ſic dicta.

‡Crocito as, pe, pro, frequentatiuum eſt verbi crocio.

¶Crocitus us, pe. pro. ipſa vocis corui prolatio.

¶Crocotulæ ſiue crocotæ veſtes crocei coloris. Plaut.
Patagiatam caltulam aut crocotulam.

¶Crocinꝰ a, um, idē quod croceus. qđ eſt lutei coloris.

¶Crocinū pe. cor. vnguētū: qđ crocomagna dr̄, de quo
plini. lib. xiij. Fiebat ex croco trito & vino p̄cipue dul-
ci. hoc Romani nō ſolū corpora, ſed & pulpita ſparge-
bant Proper, Pulpita ſolennes non oluere crocos. Idē
Et crocino nares murrheus vngat onyx.

‡Crocomegma, fex & tetrimentū croci cuiꝰ vſus eſt in
medicinis efficax Cel. li. v. Crocomegmatis, qđ quaſi re
crementū ciꝰ eſt. ‡Crocopeplū poetę grçci Aurorā vo-
cant a veſte coloris crocei.

‡Crototirium genus operis piſtorij.

‡Crocuta eſt fera naſcēs ī Aethiopia de qua Pliniꝰ hu-
ius gn̄is coitu leena Aethiopica parit crocutā ſimiliter
voces imitantē hoīm pecorūq;, acies ei ꝑpetua ī vtraq;
parte oris nullis gingiuis dente cōtinuo qui ne cōtrario
curſu hebetetur capſarū mō includiꝫ. Spartianus edita
munera in quibus elephantos & crocutas exhibuit.

‡Croton nomē ꝓpriū ſagiptarij eius qui ī cœlū relatus
eſt de quo Sido. Falciferi Croton.

‡Cronia, orū. Saturni feſta erāt. Nā cronos Saturnꝰ dic
ctus eſt. Vñ Cronia nūcupata. Horū Macrobius Late
meminit citata etiā antiq poetę authoritate apđ quē le
gerat. Maxīa pars graiū Saturno, & maxīę Athene Cō
ſelebrāt ſacra quę Cronia eſſe iterantur ab illis.

¶Crocatariꝰ, huiuſmodi veſtium infector. Plau. Qui in
cedunt crocatarij.

¶Crocodilꝰ pe. pro. aīal quadrupes quaſi crocꝰ quia cro
cei coloris eſt, vl ꝙ crocū fugiat, qđ mella cōficiētes in
Aegipto ſternūt ne mel abſumāt crocodili. qñ mirū in
modū eo delectāꝫ. Hic p̄ oibꝰ ex mīmo fit maximꝰ. Ex
ouo eni ad duos & viginti cubitos excuſſit. Quatuor mē
ſes hyemales nō comedit, & ſola beſtiarū nō habet ligue
De hoc Hor. Stercore furatꝰ crocodili. Fuit & crocodilō
opidum Arcinoe poſtea dictum ſimiliter & flumen.

¶Crocodilō ex eo dictū autumant ꝙ κρόκον δειλεῖ, i. ꝙ
crocū fugit, ac eiꝰ odorē reformidat. Ex gn̄e āphibiō ē.
Viuit em̄ in terra & ī aqua, huius ſtercꝰ medicamētū ē
faciei, Crocodileā vocant, vt Pli. & Galenus teſtantur.

✤Crocodilinum quod ad crocodilum pertinet.

¶Crocotillum veteres valde exille dicebāt. Plaut. Ex
tortis cum crocotillis cruſculis.

¶Crocare & crocire, verba fictitia a voce corui a qbꝰ cro
catio & crocitꝰ, us. pe. ꝓ. Et crocito as frequentatiuū.
Plau. ſimul radebat pedibꝰ terrā, & voce crocibat ſua.

✤Cromis vnus ex Herculis filius. Eſt nomen paſtoris
apud Virgilium. Cc.

✤Cronius nomen vnius ex centauris. Cc.

✤Cronium a nonnullis mare cōcretum appellatur. Cc.

✤Conciades vnus ex prꝫſtantioribus Herculis filijs,
ex Megara Creantis Thebanorū regi filia. Cc.

¶Crotalū pe. cor. grȩce κρόταλον crepitaculū īſtrumētū
muſicū, quo ȩgiptijs ī deorꝫ cerimonijs vtebāꝫ, pulſaꝫ āt
lamīs qbuſdā. Crotala ex ȩre rotūdis ſonū ex colliſione
reddētibꝰ a pulſatiōe dicta κρότον latine plauſū & κροτεῖν
pulſare atq; ꝑcutere. Sūt q dicūt crotalū eē anulū ȩreū q
ferreo baculo ꝑcutiebaꝫ ad ſonū fiſtulæ reddēdū. Vir. de
coppa. criſpū ſub crotalo docta mouere latꝰ. Pli. li. ix. do



cet. crotalla appellari margaritas q̄ſdā reſonātes: quarū
ſono gaudebāt, apud grȩcos crotalon ſignificat calamū
diuiſum præparatūq; ad muſicū modulatum. Crotalꝰ ve
ro maſ. ge. dicitur homo ſonora voce pronuncians.

¶Croton eſt genus pediculi infixo ſēp capite ſanguine
viuēs, cui vni ex aīalibus cibi exitus non eſt, ſed vſq; a-
deo intumeſcit ſatietate, vt in ipſo alimento moriaꝫ lati
ne redinum nominant, a rediuiendo, hoc eſt ſoluēdo ꝙ
carne animalium ſuctu reſoluat. Cc.

¶Crux furca ſiue patibulū ī quo dānati figunꝫ. Hāc ve
teres Gabalū vocauere. var. Nos barbari ꝙ īnocētes in
Gabalū ſuffigimus hoīes, vos non barbari ꝙ noxios ab
ſoluitis. Hic crucio as. a quo cruciatus & crucifigo is.

¶Crucinum vinum inſuaue, ꝙ bibendo cruciet.

¶Crudꝰ, a, ū recēs atq; acerbū, vt crudū vulnus. i. recēs
& quaſi adhuc cruētū, a quo Recrudeſcere dicimꝰ quaſi
renouari & ad priſtinā acerbitatē redire. Et crudū dici-
mꝰ in paſſiua ſignificatione, qđ nō eſt coctū a ſimilitudi
ne crudȩ carnis q̄ adhuc cruēta ē. Similiter cruda poma
dn̄r, q̄ acerba atq; īmatura ſūt. Ci. Poma q̄ cruda ſunt vi
auellunꝫ: q̄ aūt cocta & mutura decidūt. Itē crudi cibi q
indigeſti & nōdū cōcocti ſunt ī ſtomacho. Iu. Et crudū
pauonē in balnea portas. In actiua vero ſignificatione,
vt crudꝰ hō, cuius ſtomachus nō facile cōcoquit. Quin.
Crudo oratori declamandū nō putat Ci. Qđ in cœnā nō
veniret ꝙ eēt crudior. Et crudꝰ dr̄ qui eſt truci aſpectu.
Hinc cruditas. Col. lib. vij. Cruditatis ſigna ſunt crebri
ructus, ac ventris ſonitus,

¶Crudeſcere eſt crudū fieri a crudeo es. Inde Incrude
ſco & Recrudeſco. Cruor ſanguis qui ex aliquo vulnerȩ
ſpargitur.

¶Cruento, as. cruore inficio. Hie. Pauimēta patris ſan
guine cruentata.

¶Cruētꝰ a. um, qđ cruore ē, vt cruēta victoria. Sal. Ca
uere ne inulti animā amittatis, neu capti potiꝰ ſicut pe
cora trucidē ī q̄ virorū more pugnātes cruētā atq; luctu
oſam victoriā hoſtibꝰ reliquatis. Huiꝰ ꝯtrariū Incruē-
tus, a, ū, qđ ē ſiue ſanguine. Idē neq; tñ exercitꝰ populi
Ro. lætā aut incruētā victoriā retulit. Aliqñ cruētus po
niꝫ pro crudeli, vt cruenta vox, & cruentā oratio.

¶Crudelis a cruore qui eſt immitis & aſper.

¶Crudaria argenti vena quæ in ſummo reperta eſt.

¶Crumena, pe, pro, loculus κρεμάω ſuſpēdo. ꝙ plerūq;
ſuſpēſa geſteꝫ. Quidā cū h ſcribiꝫ ἀπὸ τοῦ χρήματος quæ
eſt pecunia. Iu. Quis enim te deficiente crumena. i. pe-
cunia continens pro contento, crumenula diminutiuū
eſt ſi modo reperiatur.

✤Cruno fons in Attica. Cc.

¶Crꝰ, tibia ꝙ illo curramꝰ. Sūt aūt crura a genibꝰ vſq;
ad īferiorē pedū nō ȩqualimō ducta ſed teretibus ſuris
ex tātibꝰ ſenſimq; tenuatis firmata. Tibia ē os. Sura ca-
ro poſterior, crꝰ ex ſura & tibia cōſtat, cuiꝰ dimi. eſt cru-
ſculū. Mar. Pectus cicadȩ cruſculumq; formicȩ.

¶Cruſtumiū opidū iuxta Veios, a quo cruſtumini dicti,
& Cruſtumīa tribꝰ, & cruſtumīa pira q̄ & cruſtumia dn̄r.

¶Cruſtumina pira ſūt ex ꝑte rubētia, putanꝫ Glatiola
nūc dicta a Cruſtumino opido ſic appellata. Vir. li. ij. Ge
or. Cruſtumijs Syriſq; piris grauibuſq; volemis.

¶Cruſta eſt pars exterior eorū q̄ nō comedunꝫ, vt vitri
marmoris, ligni, gelu, & hmōi. Vñ īcruſtare marmore di
cimꝰ pietes, q extrene tabulis marmoreis veſtiūꝫ. vir.
li. j. Geor. Cōcreſcūt ſubite currēti in flumīe cruſtȩ. Pli.
Cruſtas parietū exciſas tabulis marginatis incluſas eē.
Huiꝰ diminutiuū ē cruſtula. Iu. Nos colaphū incutimꝰ
labēti cruſtula ſeruo. Cruſtra etiā dr̄ quā vulnus ſeu hul
cꝰ ducit qñ ſolidaꝫ, qua detracta fere remanet cicatrix.

¶Cruſtū eſt eorū quæ comedūtur, vt ſit pars panis vel
placētæ vl' alteriꝰ edulij. Vir. Patulꝰ nec ꝑcere quadris
Fatalis cruſti. Vñ per diminutionē cruſtulū. Hora. aut
cruſtula blādi Doctores elemēta velit vi diſcere prima.
Qđ genus dulciarij eſſe putat Porphyriꝰ. Inuenitur tñ
cruſtra & cruſtula dici de ijs q̄ comedunꝫ. Hie. ī Exod.
Tollo panes azimos & cruſtulā abſq; fermento. Var. de
ligla. Cruſtulum a cruſta pultis, eo ꝙ vt coriū exuritur
cruſta dicta.

¶Cruſtare a quo īcruſtare ſignificat cruſtā ducere, ſeu
applica. Vñ cruſtati pietes. i. cruſta marmoris tecti. Se
cabanꝫ eñ marmora in laminas & parieti apponebanꝫ.
Primus apud Romanos Mamura eques domus ſuæ pie
tes cruſtra marmoris legiꝫ e Formijs ī Cȩlio mōte ope
ruiſſe: Hic vaſa q̄ vitreis cruſtis tecta ſunt cruſtata dn̄r.

¶Cruſtariꝰ, qui incruſtat. Pli. Habuit & Teucer cruſta
rius famam.

¶Cruſtarius a, um, quod ad cruſtas pertinet. Vñ cruſta
rię tabernȩ in quibus cruſtata opera venduntur.

¶Cruſtulata. æ. Idē quod cruſtulū. Spartianꝰ pētaphar
macum ædulij genꝰ eſt ex quinq; confectū, qđ reperiꝫ
ſe dicitur Helius verus Ro. Imperator hoc ſumen pha
ſianus, pauo, Cruſtulata, & a pruna.

¶Crypta, ſubterranea cauerna vl' teſtudo, ab κρύπτω ver
bo grȩco quod eſt occulto. Iu. Et ſolitus medię cryptā
penetrare ſuburræ.

¶Cryptoporticꝰ nomȩ compoſitū ex græco latinoq; &
ſignificat ſubterraneas porticꝰ cū āplis feneſtris qbꝰ re
frigerandi grā per æſtatē vtimur. Pōt etiā dici porticꝰ
vndiq; ſepta & quaſi ſepimento parietū abſcōdita tanq̄
ſubterranȩ Pli. in ep̄lis. Subeſt cryptoporticꝰ ſubterra
nȩę ſimilis, æſtate incluſo frigore riget, contentaq; aere
ſuo nec deſiderat auras nec admittit. Hinc Crypticꝰ, a,
um, qđ ſignificat occultū & ſubterraneū. Sidonius., Po-
tēs antiquitus crypticis arcubus fornicauit Iul. Firmicꝰ
crypticos homines appellat ſecreta fideli taciturnitate
cuſtodientes.

✤Chryſomela dicūtur mala aurea inciſuris diſtincta co
lore aureo. Cc.

✤Cryſtallꝰ, fœ, ge. & Cryſtallum dicitur ex κρύος qđ eſt
gelu, στέλλω cōtraho, ita vt gelu concretū cryſtallū dica-
tur. Nā vt ſcribit Pli. ex gelu vehemētiore cōcreto na-
ſcitur. Nō alibi certe reperiꝫ q̄ vbi hybernæ niues rigēt
glaciēq; eſſe certū eſt. Aug in expoſitiōe pſal. Nix mul-
torū annorū tēpore durata & ſerie ſeculorū cryſtallū dici
tur. Hinc cryſtallinus a, um, pe, cor. Mar. Frangere dum
metuis cryſtallina Frangere peccas. Iuuenalis. Grādia
tolluntur cryſtallina maxima rurſus Murrhina, deinde
Adamas notiſſimus & Beronices.

✤Criſtallis gemma, q̄ licet cādida ſit ad inclinationes
rubeſcere videtur. Cc.

## C ANTE E & V

CTnos κτῆνος latine iuuētū dr̄, Vñ ctenīatrus.
‡Cteniatri ſūt medici iuuētorū, & pecorū quos mu
lomedicos īterp̄tāꝫ verbū e verbo trāſferētes. Fir
micꝰ Cētauro oriāte qui natꝰ fuerit, aut auriga erit, aut
equorū nutritor aut mulomedicꝰ aut eqtariꝰ. Hūc Col. &
Var. Veterinariū vocāt, vulgꝰ mareſcalcū appellat. Cte
nes ſūt quatuor dētes medij q ī prima digeſtiōe terūt ci
bū. Nam quum duo triginta dentes ſint in homine ante
riores dicunꝫ. Gelaſmi poſtea veriꝰ maxilares aut mo-
lares tomes dicunꝫ, i. inciſiui, etiam dicaſteres. pe. pro.

¶Cubo as, bui, itū, q̄uis cubatio nō cubitio, ſicut & eiꝰ
cōpoſita q̄ tam primȩ q̄ tertiȩ cōiugationis īueniūꝫ, vt
Accubo as, & accūbo is. Decubo as, & decumbo is. Incu
bo as, & incumbo is. Recubo as, & recumbo is. Occubo
as, & Occumbo is. Virg. Nec adhuc crudelibus occubat
vmbris. i. iacet mortuus. Idem, Seu verſare dolos, ſeu
certæ occūbere morti. Secubo as, & ſecūbo is, quod eſt
ſeorſum & ſeparatus cubo, Prop. Miles depoſitis anno
ſus ſecubaꝫ armis, Li. li. xxxix. Per iocū adoleſcēs vetat
eā mirari ſi ꝑ aliquot noctes ſecubuiſſet religiōis cā, vt
voto ꝓ valetudine ſua facto libereꝫ. Habet tamē cumbo
aliqua cōpoſita q̄ nō habet cubo, vt Diſcūbo ꝙ ē cibi ca
piēdi gratia iaceo, nō diſcubo. Procūbo nō procubo. Si
militer, cubo habet aliqua cōpoſita quȩ nō habet cūbo,

vt Excubo nõ excũbo.Supcubo nõ ſupcumbo . Eſt aũt
cubare iacere,& proprie ægrotorũ eſt.Hor.Cubat hic ĩ
valle quirini.i.ęgrotat,ſicut ĩterp̃tes exponũt.ſũt,Trãs
Tyberi lõge cubat is ꝓpe Cæſaris hortos.Ci.li.ij.Tuſ.
Itaq; narrabat eũ grauiter & copioſe de ipſo nihil eẽ bo
nũ niſi qđ honeſtũ eſſet cubãtẽ diſputaſſe.Col.li.vij.cu
bitorẽ bouẽ appellat,q ſæpe decũbit ex pꝛuicaci cõtuma
cia.Qđ qdẽ vitiũ fame & ſiti tollendũ eſſe cẽſet nõ igni
alijs ve tormẽtis.¶Cubito as,frequẽtatiuũ.Ci. ꝓ Cęlio
Et propter nocturnos quoſdã manes, metu, tecum ſem
per puſio cum maiore ſorore cubitauit.

¶Cubitatꝰ us.ipſa cubãdi actio.Pli.Si in cubatu tonue
rit omnia pereunt.

¶Cubile,pe,pro,lectus,ꝙ in eo cubet̃.Et cubilia loca
in qbꝰ fęrę recubãt.dr̃ & de ſtructura.Pli.li.xxxvj. Ea
ĩqt maxĩa moles fuit,nec ſedit ĩ cubili.Vtit̃ hac voce Vi
ctu.li.ij.¶Cubile ſalutatoriũ dr̃ ĩ quo ſimulachra deorũ
imponi ſolent,quod & larariũ alio nomine dicitur.

¶Cubiculũ locꝰ ĩ quo cubile ſternit̃,vt ibi ſupcubetur.
Se.ad Lucil.Quid proſunt multa cubicula?ĩ vno iacetis
¶Cubicularıꝰ,qui in cubiculo miniſtrat. Ci. Hunc ve-
ſtri ianitores.hunc cubicularij diligunt.

¶Cubiculare quod ad cubiculum pertinet vt veſtis cu-
bicularis,qua in cubiculis vtimur , & cubicularis lectus
apud Ci.lib.v.Tuſ.legitur.

¶Cubitꝰ & cubitũ vtroq; mõ dr̃ curuatura brachij, vbi
lacerto iũgit̃.Et accipit̃ ꝓ mẽſura cubiti.Pli.li.vij.Inue
nimus in monumẽtis Salaminę cautimenos filiũ in tria
cubita triẽnio accreuiſſe. Hie.li.iij.Re.domꝰ quã ædifi
cauit rex Solomõ dño habebat.lx. cubitos ĩ lõgitudine
Aug.Qui inde nõ videt̃ cõputare niſi trecẽta cubita lõ-
gitudĩs Cõſtat aũt cubitũ ex ſex palmis , digitiſq;.xiiij.
vt authorẽ Vict.lib.iij.ſeſquipes hoc eſt pes vnꝰ cũ di-
midio facit cubitũ . Pes ẽ ſexta pars altitudinis in cope
nr̃o,cubitꝰ quarta.ẽ p̃tereo cubitꝰ regiꝰ qui maior ẽ cõi
cubito tribꝰ digitis ſicut refert Herodotus li.j.Eſt & cu
bitꝰ geometricꝰ,qui tm̃ valet q̃tũ ſex nr̃a cubita,vt Ori
genes Auguſtinuſq; tradiderũt,& cubitꝰ ĩ corpe hũano
eſt ĩ quo decẽs flexura brachiorũ ſic dictus ꝙ ſupra eũ
cubat ſoleamꝰ. A cubitꝰ ꝓ mẽſura fit adiectiuũ Cubita
le.Inuenit̃ etiã ſubſtãtiuũ cubitale ꝓ ornamẽto cubiti.
Ho.ĩ ſer.Ponas ĩſignia morbi faſciolas cubitale focalia.
☿Cubꝰ,eſt figura ex oĩ latere q̃drata q̃les ſunt treſſerę,
quibꝰ in alueolo ludit̃ , ex quo ip̃ę appellatæ κύβοι.hĩc
nũerus ẽt cubꝰ dr̃ cũ oẽ latus eiuſdẽ nũeri ęqualiter ĩ ſe-
ſe ſoluit̃,ſicut fit qñ ter terna ducunt̃,atq; idẽ ipſe nume
rꝰ triplicat.¶Cucubo as,pe,cor,ꝓpriũ ẽ vocis noctuę.
Oui.Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

¶Cucurio is,pe,ꝑ,ꝓpriũ gallinorũ gallinacearũ,ꝓpriũ
eſt Idẽ.Cucurrire ſolet gallus gallina gracillat.

¶Cuculꝰ,pe,cor,& cucullꝰ ꝑ duplex ll.auis nota.Mar.
Quãuis ꝑ plures cuculꝰ cãtauerit ãnos,Hor.ĩ ſer,cui ſę
peviator Ceſſiſſet magna ꝯpellãs voce cucullũ.Cucullꝰ
etiã genꝰ veſtis ẽ.Iu.Sumere nocturnos meretrix augu
ſta cucullos.Vñ cõſtat fr̃es nr̃os Eremitanos male vti
hoc vocabulo cuculla fœ.ge.Sũt qui accipiãt cucullũ ꝓ
nautico aut ruſtico tegmĩe ad arcẽdas pluuias.Col.cultã
veſtitãq; familiã magis vtiliter quã delicate habeat, mu
nitã diligẽter a vẽto,pluuiaq; q̃ cuncta prohibẽt pellibꝰ
manicatis,centonibus confectis, vel ſagis,cucullis.Iu.
Cõtẽtuſq; illic.veneo duroq; cucullo.Suidas κόκκυξ ἔ[illegible]
ὀρνέον ὃ ὥσπερ ἡμῖν κούκκος. ✤.i.Coccix ſpecies auis,q̃ apud
nos cuccus.Itaq; cũ cuccus grecũ ſit nomẽ,cucculus eſt
dactilus per duplex cc.in prima.

¶Cuculio,vt Iu.Capitolinꝰ docet,ẽ genꝰ pilei viatoriũ
quo capite obtecto vagari nocte ſolẽt. Apđ Catonẽ de
re ruſt,vr̃ accipi ꝓ cucullo cũ inquit . Quę opa ꝑ imbrẽ
fieri potuerint nouos fieri cẽtones cuculiones ve,fami-
liam oportuiſſe ſarcire.

¶Cucũę,pe,cor.vaſa ęnea ſũt ad calefaciẽdũ aquã Am.
ĩ diua Agne.dij tui aut ærei ſũt ex quibꝰ cucumę meliꝰ
fiũt ad vſus hoim.Petronius arbiter in . Frangitur cer-
uix cucumę ignẽq; valeſcentẽ reſtringuit.

☿Cucumiõ dimi,græca forma,latine vero cucumula.

☿Cucurbicula,non tam paruam cucurbitã q̃ vaſculum ſi
gnificat in quod detrahitur ſanguis.

☿Cucurbitarium locus in quo ſeruntur cucurbitæ.

☿Cucurbitarius,amator cucurbitarum.

¶Cucumer & cucumis pe.cor.a curuore dr̃.Vir.ĩ geor.
Creſceret ĩ vẽtrẽ cucumis nec ſera cõmantẽ,cucumeres
quaſi curui meres.Hi pepones ẽt dici putant̃,qui in ci-
bis ĩpẽſiꝰ refrigerãt,aluũq; molliũt.Sed Hie.in li. Nũe
ri diuerſos oſtendit cucumeres & pepones cum ait . In
mentẽ nobis veniũt cucumeres & pepones.Eſt & cucu
mis piſcis,vt apud Plinium.libro.ix.

¶Cucumerariũ,locꝰ ĩ qua ſũt cucumeres vt apud Eſa.
derelinquet̃ filia ſion vt vmbraculũ in vinea, & ſicut tu
gurium in cumerario . Pro tugurio Cyprianus cuſtodia-
riũ poſuit.Solet enim fieri tuguriaculum in quo cuſtos
vigil obſeruat ne cucumeres auferãtur ex cucumerario.

¶Cucurbita,ꝓprie auguria eſt.Sed apud Celſum cucur
bitam & per diminutionẽ cucurbiticulam eã appellari le
gimꝰ quę nũc vulgo ventoſa dr̃. Hac vtũtur medici ad
ſanguinem leui ſcarificatione educendum. ☿ Ait enim
vſus cucurbitulæ præcipuus eſt,vbi non in toto corpo
re ſed in parte aliqua vitium eſt.

✤Cucurbitana pira dicimus & cucurbitana ficus ob cu-
curbitę ſimilitudinem.Cc.

¶Cudo is ,cuſi & cudi a cædẽdo,vt quibuſdam videtur
Vir.Ac primũ ſilicis ſcintillã excudit Achates. Ser.id
eſt feriẽdo elicit.Nã cudere ferire eſt. Vñ & incꝰ dicit̃
quod illic aliquid cudamus.i.feriamꝰ.Cudit̃ pecunia dũ
imprimit̃.Teren.in Heau.Argentũ cudo quod tibi dẽ.
Hier.per tranſlationẽ cudere pro cõponere vſus eſt.Cũ
& eadẽ inquit in multis feſtiuitatibus multorum ſancto-
rum patrum ſtudia miro cuderint eloquio . Paſſiuum ꝓ-
tulit Teren.in Eu.Atem̃ in me iſthęc cudetur faba.Qđ
eſt,in me hoc malũ recidet,in me hęc vĩdicabit̃ culpa.
Vt laborat ſolũ ĩ quo cuditur.i. batuit̃ faba cum ſiliquis
exuitur.Vel ꝙ quidam male coctam ſabam & q̃ non ma
duerit,ſed dura permanſerit,ſupra caput coqui velut ip
ſi irati granũ ſaxo comminuunt,tum vniuerſum malum
coquum peruenit.Huius compoſita ſunt.Accudo,Ex-
cudo Incudo.Procudo, Percudo,& Recudo, quod eſt
iterum cudo. Varro. Vt hi ſolent qui vetera metalla re
ducunt,& habent penultimã pro.

✤Cuſo as.frequentatiuum a cudo,a quo Accuſo,Excu
ſo,Incuſo,& Recuſo.

¶Cuias ſigni.vñ & nõ tm̃ patriam,gentẽ,nationemq;
innuit:vt apud Cic.li.v.tuſ.Socrates quidem cũ rogare
tur cuiatẽ ſe eſſe diceret.Mũdanũ ĩquit,Totius em̃ mũ
di ſe incolã & ciuem arbitrabatur,ſed etiã ꝑtes & ſectã,
vt cuiates philoſophi vos eſtis.in ſtoicine an epicurei?
Sic nr̃as & veſtras.Cice.Non ſolum eſſet iſta vr̃a orato-
ria,ſed & hęc etiã leuia nr̃atia.dicitur & cuiatis cõmuni
gene.Vñ apud Plaut,frequenter legit̃ Cuiatis es?id eſt
cuius patrię & gentis Actius.Qui neq; cuiatis eſſet nũq̃
potuimꝰ multa rogantes ſcire. ☿ Antiqui enim vt Priſ.
ait noĩatiuũ proferebant,cuius & cuiatis.cõmuni gñe.

¶Cuius a,um,quod antiqui per.q.quius,ſcribere ſole-
bãt refertur ad pſonã hoĩs.Vir.dic mihi Damœta cuiũ
pecus an Mœlibœi.

¶Culcitra a cõculcãdo ad quietẽ paratur.dicta qđ in ea
tormentum vel ſagũ aliudve quid inculcetur.Nõ eſt er-
go quę ſuper nos habetur cũ dormimꝰ,ſed ſup quã quie
ſcimꝰ.Ci.li.iiij.Tuſ.Eripiamꝰ huic ęgritudinẽ quõ col
locemus in culcitra pulmea pſaltriã abducamus.

¶Culcitula faſciculus quidam ligneꝰ in ſacris dicebat̃.

¶Culex generali noĩe vermiculi parui alati culices dñr.
Hos græci canopas vocant.Vnde & canopeum.

¶Culeus vter ſiue ſaccꝰ lino vel canabe vel corio factꝰ
ab occulẽdo.i.claudẽdo.Eo vtimur ad portãda frumẽta



Plini.li.vij.Iuniꝰ.Valẽs meruit in pretorio diui.Augu
ſti cẽturio vehicula cũ culeis donec exinanirent̃ ſuſtine
re ſolitus.In eo etiã ſceleſtiſſimi hoĩes cũ ſimia& gallo
& ſerpẽte incluſi ĩ mare iaciebant̃.Vñ Iu.Quis tã Per-
ditus vt dubite, Senecã p̃ſerre Neroni . Cuiꝰ ſupplicio
nõ debuit vna parari.Simia nẽc ſerpens vnus.nec culeꝰ
vnꝰ.☿Eſt & culleꝰ nomẽ menſurę.xx.amphorarũ capa
cis vel.xxx.modiorũ.Nã duo cullei vt Iuniꝰ Baſſus ait
modij.lx.ſũt Priſ.Culleꝰ ac nulla ẽ maior mẽſura liquo
ris.vel.xl.vrnas vt ẽ apđ Pli.& Col.Hic ſequiculare do
liũ apđ Col.eſt.xxx.amphorarꝫ quaſi vnũ & dimidiatũ
A gręco id nomẽ tractũ.Vaginas em̃ κουλεούς appellãt

✤Culigna potatoriũ vas.Cato,Culignã in fœno gręco
ponito,vt bene oleat.Cc.

¶Culullꝰ,calix fictilis quo ĩ ſacris vtebant̃ põtifices &
veſtales virgines.Accipit̃ & ꝓ vrceolo.Hor Reges dñr
multis vrgere culullis, Et torquere mero quẽ ꝑſpexiſſe
laborant.

¶Culleola ſunt cortices nucum viridium a ſimilitudine
culeorum quibus oleum aut viuum continetur.Quod &
dici a Culeum videtur.

¶Culꝰ,vnus.ꝑs poſterior & ꝓprie ĩter clunes & nates
Virg.ſeu magis Oui.in Priap. Vt culũ rugã non habuiſ
ſe putes,Mar.Cũ ſit & hic culo tritior ip̃e tuo. Hic alio-
noĩe Podex dicit̃.Iu.Et podice læui Cędũt̃ tumidę me
dico ridente mariſcę.Culũ aũt dici putat quaſi culeũ.i.
vaginã vñ in Pria.legimꝰ.Et quod nos culũ culeon ille
vocat.Quidã a colẽdo,ꝙ fœdo libidinis pruritu colit̃.

¶Culina penul.ꝓduct. locus in quo coquũt̃ epulę qua-
ſi colina a colo,is.vt Varro ait ꝙ locupletiorẽ ĩ ea ignẽ
colamus.Iu.continẽs pro contento poſuit.ſ. culinã pro
cibis coctis cũ inquit.Sequitur ſua quemq; culina.Iñ cu-
linarius,& culinor aris,quod eſt culinam exerceo.

¶Culmẽ quod culmis tegitur,& ab antiquis culmina di
cta ſunt tecta quia ędificia de culmo,id eſt paleis e meſſi
bus tegebant.

¶Culmꝰ frumenti calamus a radice vſq; ſpicã dictus ꝙ
colatur,qui & columꝰ dicebatur.Vnde & columẽ primo
poſtea culmẽ.Stipula ip̃a folia quę ambiũt culmũ. Dicũ
tur etiam culmi,vt docet Var.qui in ſummo campo na-
ſcuntur,ꝙ ſummum culmen teneant.

¶Culpa vt non.inquit,eſt eius qui neſciens aliquẽ lęſit

¶Culter,& cultrũ,dicit̃.Prop.Et canis ĩ noſtros nimis.
experrecta dolores,Cũ fallenda meo pollice cultra forẽt
Feſtꝰ Clunaculũ,eſt cultrũ ſanguinariũ.Hic Cultellũ &
cultellꝰ.diminutiua.Eſt aũt culter ,quo vtimur in mẽſa
Iu.Spectas & chironomõta volanti Cultello donec per-
agat dictata magiſtri Oĩa,nec ſane minio diſcrimine re-
fert Quo geſtu lepores & quo gallina ſecetur.

¶Cultrarıꝰ miniſter qui victimam ꝑ cultro victimat qui
alio nomine dicitur victimarius.Suet.in Gallo.Admo-
ta altaribꝰ victima ſuccinctus poparum habitu elato al-
te malleo cultrarium mactauit.

¶Cultꝰ tus.ornatus,a colo.is,cuius cõtrariũ eſt incul-
tꝰ.Am.li.Hexa.Ea prima eſt gratia q̃ ſi deſit tota do-
mus deformi horret incultu.☿Cultus dr̃ quicquic adhi-
beri poteſt ad curam corporis præter cibum.

¶Cum p̃poſitio copulatiua qñq; iungitur notanti ſocie
tatem & coniunctionẽ animi,vt ſumma cum beneuolẽ-
tia,ſũma cũ hilaritate: illud excepi.Itũ iũgitur ablatiuo
ſi comite aliqua perſona quis fecerit quippiam vt cum
Socrate profectꝰ ſum.Et mihi cũ illo negociũ eſt Et cũ
hoſte pugno.In compoſitione vero poſtpoſita inuenit̃,
vt mecum,tecum,ſecũ,quicum,quibuſcũ.Interdũ orna
tus,vel metricã.Aliquãdo aduerbiũ eſt & accipitur pro
qñ.Quod quidã quũ ſcribunt,& apđ veteres quom ſcri
bebant.Virg.Cum faciam vitulã pro frugibus ipſe veni
to.Cice.Nonnihil mecõſolatur,cũ recordor quãta mei
complecteris bñuolentia,Iungitur modo indicatiuo.Vt
cum dico,cũ dicebã,cum dixi,cum dicã.Modo ſubiun-
ctiuo,vt cũ dicerem Interdum pro dum.Cice.Cũ me in
Aphricani cõtuliſſem.Interdũ pro q̃uis & exigit tñ,iũ-
giturq; ſubiuncti.Cice.pro deiotaro,Cũ is omnibus cau
ſis grauioribus initio dicẽdi commoueri ſoleã,tñ in hac
multa ita me ꝑturbant.Aliquando pro quoniã ſiue ꝓ cã
Et ſimiliter ſubiunctiuo iungit̃,vt cum inueniã latinos
proprio ſermone hæc parum attigiſſe, conatꝰ ſum ꝓ vi
ribꝰ.Iungitur quandoq; cum & tum. Quę licet idẽ fere
ſignificent,diuerſo tñ modo ordinãtur.Nã in cũ eſt qd
dã minus.in tum quiddam maius,& hec duobus modis
fit,vt aut gñale p̃cedat & ſequat̃ ſpeciale aut ambo ſint
ſpecialia Primo mõ ſic,Quin.Quod cum omnibus cõ ſi-
tendum eſt,tũ nobis precipue qui rationẽ dicẽdi a bono
viro non ſeparamus, id eſt omnibus multũ,mihi autem
maxime.Altero modo.Idem.Quod opus Macelle vi-
ctori tibi dicamus.Quam cum amiciſſimum nobis,tum
eximio literarũ amore flagrantem digniſſimum hoc mu
tuæ in nos charitatis pignore iudicamus,id eſt multum
propter amorem tuum in nos , plus tamen propter
amorem literarum . Aliquando etiam cum & tum con-
iunctio iunguntur.Cice.Graui teſte priuatus ſum amo-
ris erga te mei patre tuo clariſſimo viro,qui cũ ſuis vir-
tutibꝰ,tum vero te filio ſuperaſſet:omniũ fortunas ſi te
añ vidiſſet q̃ vita decederet . Qñ autem fit ſub duobus
verbis fieri debet ſub eodẽ modo & tpe,vt Cic. in prin-
cipio lib.de natura deorum . Cum multæ res in philoſo-
phia nequaq̃ ſatis adhuc explicatæ , tũ difficilis Brute
qđ tu minime ignoras q̃ſtio eſt de natura deorũ . Ponit̃
qñq; ſine cũ geminatũ vel triplicatũ in rebus paribus.
Qu.Nec indignetur Hærodotꝰ æquati ſibi Titũ Liuiũ
tum in narrando mirę iucũditatis clariſſimiq; cãdoris tũ
in contionibus ſupra,q̃ enarrari põt eloquentẽ,ita dicũ
tur oĩa tum rebus,tũ perſonis accũmodata.Ponitur nõ
nunq̃ tum pro aliqñ. Cic.Tum loqui tum illud argue,id
eſt modo hoc,modo illud.Qñq; pro tũc. Virg. Tũ pri-
mum noſtri.Cacũ videre tremẽtẽ.Qñq; eſt aduerbium
ordinis ꝓ deinde.Idem.Aeneas matri Eumenidũ ma-
gnæq; ſorori Enſe ferit, ſterilẽq; tibi Proſerpina vaccã
tũ Stypo regi nocturnas ĩchoat aras.Qñq; ꝓpterea.Idẽ
lib.iij.Tũ vox retrum inter odorẽ. Sunt qui diſtinguãt
vt qñ prępoſitio eſt,cũ c, ſcribi debeat , qñ aduerbium
ſeu coniũctio cũ q.Sed cũ rõ nõ ſit põderoſa iam docto
rum vſus obtinuit.vt tũc ſemper ſcribatur.Quare vnuſ
quiſq; prout voluerit ſcribere,vide Quinti.li.j.

¶Cũ dicto ſignificat ſtatim poſt verba,& vix dum fini-
to ſermone.Apul.Et cum dicto ſutili cẽtunculo faciem
ſuã iãdudum punicantem prę pudore obtexit.

¶Cumaliter vna particula antiqui pro cum altero vſur-
prębant breuitatis gratia.Cc.

¶Cũ maxime,vna pars eſt,& ſignificat nimis . Teren.
in Hecy.Hanc Bacchidẽ amabat vt cũ maxime,tũ Pam-
philꝰ cũ pater vxorẽ vt ducat orare cœpit.

¶Cũ partim veteres dixere ꝓ partim.Cato ibi ꝓ ſcorto
fuit in cubiculũ,ſurrectitauit e cõuiuio,cũ parti illorum
iam ſępe ad eundem modum erat.Cc.

¶Cũ poteſtate eſt,dicebatur de eo qui a populo alicui
pręficiebatur negocio ſeu qui magiſtratum gerebat.Ci-
cero libro.ij.arti..v.Fœlix an infœlix, priuatus an cum
poteſtate ſit.

¶Cum imperio eſt dicebatur de eo cui noĩatim diceba-
tur a populo imperium.

¶Cum primis ſignificat ĩprimis. Apul.Hic cũ primis
nobilis ac facundus.Sic dicitur cumprime.

¶Cũ ſtomacho aliqd facere dicimꝰ.hoc eſt cũ ĩdignatio
ne ſiue faſtidio.Cum tpe.hoc eſt cũ mora & ſpatio tpis.
Cũ venia tua dicimꝰ ,hoc eſt pace tua & te ꝑmittẽte.Cc.

✤Cumani a Cum opido Campaniæ.Cc.

¶Cumę,arum vide in dictione Comum.

¶Cuma vrbs ĩ Locrẽſi agro.qui eſt Ionię Aſię minoris
a qua Cumea ſybilla ,quam aliqui a vicinitate loci Erit-
heream appellarunt.Hęc profecta in Italiam, multa de
Romanis vaticinata eſt.

¶Cumatilis color qui & Ceſius. Ceruleus alio nomine dicitur. Nam Græci κυματα fluctus vocant. Plautꝰ, Cumatilem togam aut plumatilem.

✣ Cumbari Sabini vocant lecticam. Cc.

¶Cumera pe,cor, vas ingens vimineum, vel etiam fictile quo frumenta conduntur, vt inquit Acron. Modo dicitur vas quod capit quinq; vel ſex modios, quod lingua Sabinorũ Trimodium vocatur. Hora. li. i Ser. Cum tua plus cumeris laudes granaria noſtris.

¶Cumerũ, vas nuptiale a ſimilitudine cumerarũ dictũ.

¶Cumulꝰ pe,cor, acervꝰ ꝓprie dr̄, q̄uis Virgiliꝰ cumulũ ꝓ aptitudie & quaſi acumine aquæ poſuerit Inſequit̄ cumulo præruptus aquę mons. Et cumulus eſt qui additur menſurę planæ, vt inquit Feſtus.

¶Cumulare, implere coaceruare & quaſi ad cumulum addere Tractũ a mẽſuris qbꝰ nihil põt addi. Et dicimus cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus. Am. li. j. offi. Honoribꝰ te cumulaui. Hinc cumulati aduer. aceruatim cumulate abundanter.

¶Cuminum. Vide in dictione cyminum.

¶Cunæ & cunabula ꝓ eodẽ accipiunt̄ dicta quaſi cynæ & cynabula. Nã κυνειν greci eniti dicũt & parere υ. in u. latine cõuertitur. ἀλλάκυω ἐστι τὸ ῥῆμα. i. ſed κύω eſt verbũ. Sũt eñ lectuli in quibꝰ infantes ſolent iacere, qui etiam incunabula dñr. Vñ ſępe legimꝰ. Ab incunabilis. Nã in hoc loco niſtil ſignificat, ſicut & in aliquibus dictionibꝰ vt columis & incolumis. Sũt qui cunabula & ĩcunabula a cunis deducant, & ea proprie dici exiſtimẽt, quę ad cunas muniẽdas & ornandas ꝑtinẽt in quibꝰ iacet & cõditur infans. Plau. in Am. Sed puer ille quẽ ego lauivt magnus eſt, & multũ valet, nec eũ quiſpiã colligare quiuit in cunabulis Et in Tru Faſcijs opuseſt puluinis, cunis, incunabulis. Per trãſlationẽ varie ſumunt̄. Idẽ in Pſeu Sed iſtic ſeruꝰ Cariſto, huc q aduenit, qd ſapit vſq; a cunabulis. i. vſq; ab infantia, vel vſq; a puero, hoc eſt ab ea ętate q̄ in cunabilis agitur. Col. Cũ a primis cunabilis, ſi mõ liberis parẽtibus eſt oriundus audiſſe potuerit. Liui. li. iiij. Ab incunabulis imbutum odio tribunorũ. Vir. li. iij. Cunabula ꝓ initijs poſuit, Mõs Idęꝰ vbi & gẽtis cuabula nr̄æ, Cẽtũ vrbes habitãt. Similiter Ci. li. de api mo gñe dicẽdi, nõ fuit de oratoris q̄ſi ĩcunabulis dicere. Hie. Habitatio deſerti, & incunabula monathorũ talibꝰ inchoantur alimẽtis Ci. in Sal. poſuit ꝓ nutrimẽtis cum ait. An vllum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus? An vlla alia putas rudimenta, & incunabula virtutis, quibꝰ aĩ ad glorię cupiditatẽ alant̄. Nã rudimẽta ꝓ initijs & incunabula, nutrimẽtis dixit. Q̃nq; incunabula vocamꝰ nutritionẽ puerilẽ a cunabulis. Sue. de Veſpa. Quare princeps quoq; & locũ incunabulorũ aſſiduefrequẽtauit.

¶Cũcti ſignificat quidẽ oẽs, ſed qui ſint coniuncti. Omnes etiam ſi ſunt diſiuncti & diuerſis locis.

¶Cũctor aris, cũ c. añ t. cũctus fit. Cõtor aris, cũ o. ſine c, a contꝰ, q̄ eſt ꝑtica, ãbo ſignificãt ĩmorari differre, ab eo, ꝙ cnucti ſimulſine difficultate moueri non poſſunt vel ab eo, ꝙ qui cõtis vada rimant̄, paulatim ꝓcedunt Liui. li. j. Alij dũ cũctant̄ in ripis inter pugnę fugęq; cõſiliũ oppreſſi. Col. Nã diſpendioſa eſt cõtatio, primũ ꝙ auibus prædã cętериſq; animalibꝰ prębet. Cunctãter cũ mora. Incuuctanter ſine mora. Li. li. j. Tũ illum aut cunctanter diſcidiſſe cotẽ ferunt. Aug. li. vj. cõ. Quod violari non poteſt, incunctanrer ꝑponebam violabili. Ponit̄ q̃nq; cunctari ꝓ dubitari. Sue. de Aug. Cũctari ſe ne ſi ſupereſſet eriperet legibꝰ reũ. Q̃nq; pro manere. Ver. Reginã thalamo cunctantem. A cunctor, fiũt compoſita ꝑcunctor, & recũctor, quod eſt iterũ moror. Aug. Tũ me recunctantem abripere atq; excutere ab eis: & tranſilire quo vocabat. Cunctatio mora ſeu dubitatio.

✣ Cimix vel cimex vermiculus vulgo dictus odore fœdꝰ ex ligno naſcẽs chartiſq; & paleis Gal. punaiſſe. Cc.

¶Cuneꝰ ἐλλήνιστι λέγεται σίφος ὡς ξενοφῶν ἐν τῇ παιδείᾳ ἀλλὰ σφὴν τῶν ξύλων ἐστὶν. ✣. id eſt, grece dr̄ σίφος vt Xenophõ in ꝑdia, ſed σφὴν. i. cuneꝰ lignorũ eſt inſtrumẽtũ qđ ad ſcindẽda ligna adhiberi ſolet. Huius prima pars acutior eſt vt q̄uis rimulã facile intret, ſequẽs aũt latior & amplior. Verg. Nã primi cuneis ſcindebãt fiſſile lignũ. Per trãſlationẽ cuneꝰ ſumit̄ pro pedum multitudine in cunei formã redacta, q̄ cuncta in acie primo auguſtior, deinde latior ꝓcedit, vt Vege. li. ij. ſcribit. Ab huiꝰ etiã cunei ſimilitudine picta ſunt loca in theatro. i. graduum ordines, in quibꝰ vulgo ſpectatores ſtabãt inter ſedẽtiũ ſubſellia Iu. Digna tuo cuneis an habẽt ſpectacula totis Quod ſecurꝰ ames. Victru. li. vj. Cunei ſpectaculorũ in theatro ita diuidant̄, vt anguli trigonorũ qui currũt circa curuaturam circinationis dirigant aſcẽſus, ſcalaſq; inter cuneos ad primã pręcinationẽ. Inde theatrũ eleganti epitheto cuneatũ dr̄. Ver. Cuneati hic læta theatri. Excuneati ab Apulei dicti ſunt quibus ſedendi locꝰ nõ fuit ĩ cuneis cõfertis. Sed & cõſtipatã turbã cuneos dicimus. Cypria. ſtipatꝰ clientũ cuneis. Virg. lib. iiij. Geor. Per cuneos geminatꝰ eñ populiq; patrũq;. Et cuneꝰ dictus eſt ager in Hiſpania contiguus ſacro ꝓmontorio.

¶Cuneatꝰ a, um, qđ ẽ ĩ formam cunei factum. Vnde a Liuio forma ſcuti cuneatior appellat̄ cuius ſummum latiꝰ, imũ ſtrictius erat. Et cuneatꝰ ager apud Colu. in cunei formam factus, vt puta cum eſt longus pedes centũ latꝰ ex vtraq; parte pedes. xx. & altera pedes. x. Apud Plinium lib. iij. Hiſpania cuneat̄ anguſtijs. i. ĩ cunei formã efficit̄. Hinc excuneatus, de quo in dictione Cuneꝰ & diſcuneatus. Vide in loco ſuo.

¶Cuneatĩ ſignificat per cuneos. Ammia imperator cuneatim ſtipatus.

¶Cuniculus aĩal lepori ſimile qui ſub terra effoſſa latere ſolitꝰ ẽ μεταλλεία λαγωποὺς. Mart. Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. Itẽ cuniculus diminutiuũ eſt a cuneo, a quo cuniculꝰ aĩal appellatꝰ eſt, vt ĩquit Var. Itẽ cuniculꝰ foramẽ ſub terra occultũ, græ. σύριγξ quod neu. gene. Feſtus. Cuniculũ protulit, ex quo vapor trahitur in balnearibus vaporibus.

¶Cunire, ẽ ſtercꝰ facere, dictũ a cunis infantiũ, q̄ ſæpe ſtercore fœdantur.

¶Cunila, q̄ & Cunilago q̃nq; a Plini. dr̄, ab Ariſto. Conyza herba eſt quã Theodorus Gaza publicarẽ cõuertit, qua pulices necat. Col. li. x. Cunile nr̄atis, quam ſatureã ruſtici vocãt. Huius vero herbę multa ſunt genera. Nã quædã Bibula appellat̄, & ſemen pullegij habet quod contra ſerpentes in vino bibit̄. Quodã ſatureia a Græcis Origanũ Heracleoticũ. Tertia a gręcis Maſcula a nr̄is cunilago, odoris fœdi, radicis lignoſę, folijs aſperis, cuiꝰ manipulũ ſi qs ĩ domo poſuerit oẽs a tota domo blattas ad eã tradũt ꝯuenire. prodeſt aduerſꝰ oĩa venena Hic ordini ſuccedebat dictio pudẽda ſane & liberis auribus indigna, quam merito eraſimus nã. Cortumpũt teneras laſciuia vocabula mentes.

¶Cupæ, vaſa vinaria maiora q̄ vulgo Vegetes appellãtur Luc. Nãq; ratem vacuę ſuſtentant vndiq; cupę. Cupis euim naues in mari ſuſtinentur cum ipſarum latera carinęq; reſartiuntur. A priſcis Caupæ dictę a cauo. Vnde caupones a caupis.

¶Cupes, Cupedia, & cupedula, ab antiqs dicebãt̄ lautiores cibi, ſiue cupiditas lautiorũ ciborũ, ꝙ rebꝰ cupidinis alimẽta prębẽt Gelliꝰ, Cõiectabamꝰ ad cœnulam nõ cupedulas ciborũ, ſed argutias. Cic. Ambitio, mulieroſitas, peruicatia, liguritio, temulenta, cupedia.

¶Cupedinarij, qui eſculenta & poculẽta vendũt. Var. li. rerũ humanarũ. Numeriꝰ equitiꝰ Cupes & metellus romanꝰ ſingulari latrocinio, multa loca habuerũt ĩfeſta. His in exiliũ actis publicata ſũt eorũ bona & ædes vbi habitabãt dirutæ atq; ea pecunia ſcalæ deũ penatiũ ędificatæ. Vbi habitabãt locꝰ eſt ędificatꝰ in quo venirẽt. ea, q̄ veſcẽdi cauſa in vrbem erant allata. Itaq; ab altero forum cupedinis appellatum eſt. Terent. in Eunu. Ad



macellum venimus concurrunt mihi lęti obuiam cupedinarij omnes, cetarij, lanij, coqui.

¶Cupidinarium forum, & cupedinis forũ, a cupiditate vel ꝙ ibi fuerit domus cupedinis Romani equitis.

✣ Cupencus lingua Sabinorum ſacerdos appellat̄. Cc.

¶Cupio is. iui, vel cupij itum. pe. ꝓ. ſecũdũ quartã cõiugationẽ quod apud antiquos proferri ſolebat. Oui. lib. Faſto. Mars vidit, viſamq; cupit, potiturq; cupita Luc. lib. i. Effringere vt alta Naturę primꝰ terrarũ clauſtra cupiret. Eſt aũt cupere optare, q̄q̄ ab inuicẽ ſeparant̄, qa cupimꝰ q̄ in ſpe ſunt, optamus q̄ nõ ſperamus Cic. i. Ora. neq; vero cupientibꝰ nobis atq; exoptantibꝰ fructꝰ ocij datus eſt, Et cupere minoris vis eſt quã deſyderare. Teren. in Heau. Quãto diutiꝰ abeſt tãto magis cupio, tãto magis deſydero. Huius verbi cõpoſita ſunt cõcupio, a quo cõcupiſco qđ eſt in vſu frequẽtiori, & ſignificat vehemẽter cupio. Iuſti. lib. ij. Nihil victores ꝑter gloriã cõcupiſcunt. Sal. Nã vti quiſq; domũ aut villam poſtremo vas aut veſtimentũ alicuius cõcupierat dabat operã vt is in proſcriptorũ numero eſſet. Hinc concupiſcentia q̄ eſt bonarũ ęque ac malarũ rerũ appetitus. Diſcupio valde ſeu varijs modis cupio. Cęliꝰ ad Ciceronẽ. Te videre & omnia intima cõferre diſcupio. Habeo aũt q̄ multa. Percupio valde cupio. Plaut. ĩ Aſi. percupio obſeq gnato meo. Dicimꝰ etiã benecupio & malecupio. ¶Cupidꝰ, auidꝰ. Terẽ. in Adel. Tace egomet cõueniã ipſum, vt cupide accipiat. Id eſt bene & libenter, hoc eſt magna auiditate. Accipit̄ interdũ pro amatore, ſicut cupere pro amare. Teren. in An. Vel ꝙ ipſe bene cupio Glycerio. Ponitur tamẽ conſequens ꝓ antecedẽte. Optime eñ amamus aliquos cum illis bñ cupimus.

✣ A cupidꝰ fiũt ꝯporatiua & ſuperlatiua cupidior cupidiſſimꝰ, cupidius cupidiſſime, & cupiditas. Itẽ cupienter. Cc. ¶Cupido maſc. gen. accipit̄ pro deo qui filius veneris fuiſſe fingitur a poetis, a quo Cupidineꝰ, a, um. cupido vero fœmi. gen. pro cupiditate, q̄uis cupiditas leuior ſit q̄ cupido Lucil. li. xix. cupiditas ex homine cupido, & ſtulto nunq̄ tollit̄. ꝙ cupiditas per quedam ſit temperatior defluens a cupidine.

¶Cupreſſus Vide in dictione cypariſſus.

¶Cupriũ genus quoddam ęris, vñ apud Palladium cuprini claui dñr. Legimus quoq; cyprium.

¶Cur aduerbiũ ſignificat quare licet qdã quur p. q. ſcribẽdũ putant & a quare per ſyncopẽ atq; apocopẽ deductum a & e. literis detractis.

¶Cura eſt flagrans in corde ſtimulus. Vñ dicta eſt ſolicitudo, anxietas quaſi corroda ꝙ cor edat & excruciet. Ver. Q ñ hęc te cura remordet. Q̃nq; ponit̄ pro ſtudio & diligẽtia, vt ſalus tua eſt mihi curę. i. ad ſalutẽ tuã ſtudium adhibeo. Q̃nq; pro opere quod adhibita cura fit. Mar. Teq; piget, curę ꝑmia ferre tuę. i. ꝑmia operis abs te facti. Q̃nq; pro amore. Ver. At regina graui iamdudũ ſaucia cura. Idẽ etiã apud inferos inter mõſtra habitantia in faucibꝰ inferorum ponit curas quaſi deas aliquas. Et vltrices poſuere cubilia curę. A cura fiunt cõpoſita. Tricurꝰ & Securus. pe. pro.

¶Curioſus a multa cura dr̄, ſiue in bonũ, ſiue in malũ. In malum quoties plus diligentię q̄ oporteat rebus vel noſtris vl̄ alienis adhibet̄. In bonũ cũ cura ſupra modũ vtimur ad res bene gerendas. Eſt igitur curioſus q multũ ſiue diligẽter aliquid curat. Ci. Appio dul. Ita eſt hõ nõ mõ prudens verũetiã ęquus vir & curioſus. Et pro Sex. Et enim animus eius vultu flagitia parietibꝰ tegebantur. Sed obſtructio, nec diuturna eſt neq; obducta. ita vt curioſis oculis ꝑſpici nõ poſſit. In bonũ quoq;. Col. li. iij. vſus eſt aduerbio. Sinautem ipſam vitem ſternere voles iuxta radicẽ ita ne ipſam lędas curioſe fodito. Similiter Incurioſe. Gel. Si quis nõ ĩcurioſe legat. Nõ eſt ergo curioſus a ꝑua cura vti Valla putauit. Sed a diligenti optima. De deriuatione quoq; cũ dicat. Curioſus non tã a cura q̄ a curia videt̄ deſcẽdere, cuiꝰ cõpoſitũ magis eſt ĩ vſu. Incuria. i. negligẽtia, tã & ſi curia a cura dicat̄ non ei aſſentio, neq; de cõpoſitiõe, vt a curia cõponat̄ incuria. Ouid. tñ inqt a grauibꝰ curis curia dicta venit. Sed dico ita venire curioſus a cura per adiectionẽ literę. i. queãdmodũ & curia, niſi a curio ſumere velimꝰ. Vtrũq; Plau. in Au. poſuit, etiã agnũ miſi, quo qdẽ agnoſcat ſcio magis curioſam nuſq̄ eſſe vllã beſtiã, volo ego ex te ſcire qd ſit agnꝰ curioſus, qa oſſa & pellis totꝰ eſt, ita cura macer, quin exta inſpicere ĩ ſole licet, ita is pellucet, q̄ſi laterna Punica. Feſtꝰ exponit curionẽ agnũ quaſi cõfectũ & extenuatũ curis. Similiter ĩcuria per adiectionẽ. i. liquet non a curia, ſed a cura cõponi, qđ ſignificatio eorũ aperte declarat. Nã cura & incuria diuerſa ſunt & oppoſita, ex aduerſaq; eorũ ſignificatione facile mõſtratur incuria a cura cõponi, qm̄ in negatiue ſtat, & alteriꝰ ſignificatio ex cõtrario alterius edocet̄, eo ꝙ ſicut cura diligentia eſt, ita incuria negligẽtia. vt Cic. in Lęl oſtẽdit vituperãda eſt rei maxime neceſſarię tanta incuria Qđ nõ ſignificaret ſi a curia cõponeret̄. Nã eſſet locꝰ a curia diuerſus, qm̄ curia locus erat vbi curas publicas gerebãt & vbi cura ſacrorũ publica. Nec adiectionẽ literę. i. incurioſus & ĩcuria niſi euphonię cã factã puto, ꝙ non recte ſonet Curoſꝰ & Incura. Curia vero accepiſſe. i. arbitror vt aliã a cura ſignificationẽ caperet. & nihilominus primitiui naturã ſemper oleret. A curioſus fit curioſitas ꝓ affectatione & diligentia. Ab incuria Incurioſus. Amb lib. i. offi. Incurioſus ſalutis. glorię cupidus. Pli. Rebellat ſępe humor ĩcurioſe datus. Aliqñ incurioſus capitur pro pingui, vt apud Apuleium.

¶Curia a cura dicta eſt. Curiarũ duo genera erãt Romę. Nã locus vbi ſenatꝰ remp. curat. Curia dr̄. Et vbi cura ſacrorũ tractat̄, curiã appellamꝰ. i. vbi vl̄ ſacerdotes. res diuinas, vel magiſtratꝰ, humanas curãt. Et nõ ſolũ pro loco, ſed etiã pro hominibꝰ curia ſumit̄. Lu. Victo iure minax iactatis curia Graccis. Curię etiã nominantur in quibus vniuſcuiuſq; partis populi Ro. quid gerit̄ quales ſunt hę in quas Romulꝰ populũ diſtribuit. Nume. xxx. quas qm̄ tũc reipub. curã per earũ partiũ ſentẽtiã expediebat, curias appellauit. His poſtea additę alię quiq; fuere, ita vt ĩ ſua quiſq; curia ſacra publica facere, feriaſq; obſeruaret. Curia in qua habebat̄ ſenatꝰ tẽplũ erat. Habebatur aũt mõ in æde Apollinis, mõ in delubro cõcordię, mõ in hoc, mõ in illo templo. Curia calabra nuncupata eſt a vocandis calendis nonis & idibus. Cc. Curia hoſtilia quam primum ædificauit Hoſtilius rex Ro.

✣ Curia Romana dicitur pontificis maximi patrumq; & minorũ pontificũ conuentus, ꝙ in ea totius orbis terrarũ & chriſtianę reipublicę negotia curent̄, nec minus profana q̄ ſacra. Cc.

¶Curiales dicunt̄ q ſunt eiuſdẽ curię, ſicut tribules eiuſdẽ tribꝰ. Curiales flamines curiarũ ſacerdotes. Curiales mẽſes in quibꝰ ĩmolabatur Iunoni, q̄ curis eſt appellata.

¶Curiata comitia, cõuentꝰ q litiũ cã in curijs fiebant.

¶Curiões a curijs dicti ſunt in quibꝰ ſacerdotes ita res diuinas curabãt, ſicut ſenatꝰ res humanas in curia hoſtilia curare ſolebat. vt inquit Varro. Et curiones dñr pręcones. Inde Capitolinꝰ. Ille q curionẽ dici iuſſit, impoſturã fecit & paſſus eſt. Euſe. lib. iiij. eccleſiaſticę hiſtor. Miſſo Curione ad populũ iubet voce maxima ꝓteſtari Polycarpum tertio cõfeſſum ſe eſſe chriſtianũ. Plau. vero in Aul. Agnũ curionẽ appellat macilẽtũ tanq̄ ob curã ſit emaciatꝰ. Vñ a ꝯtrario Apul. in floridis agnũ opimũ & pinguem dicere volẽs appellauit incurioſum. Et curiones dicti ſunt quidã Romani ciues.

¶Curionatus, us, ipſe magiſtratus appellatur.

¶Curionia ſacra q̄ a curionibus in curijs fiebant.

¶Curionium dicebatur ęs quod dabatur Curioni ob ſacerdotium curionatus.

✣ Curifugia nomẽ villę Nicolai Perotti nuꝑ inditũ quã in agro Sentinati habebat, inter hoc duo fluenta Sentinũ & Neuolam vbi eſt ſaluberrima cœli temperies. Cc.

❡Curo as.a.cura fit. Eſt & curare operã dare. Cic. Cura vt valeas, aliqñ incũbere & curam habere Plaut. Tu q̃ agẽda ſunt cura: Sed in idẽ recidũt. Aliqñ mederi. Cic. Difficilius alijs morbis curanť. Aliqñ reficere. Vñ curare corpus dicimꝰ cũ de hominibꝰ loquimur. Qđ eſt cibo, lauacro, & his ſimilibꝰ operã dare. Ver. Corpora curamꝰ, feſſos ſopor irrigat artꝰ. Terẽ. in Adel. Aedepol Syriſce te curaſti molliter. i. cibaſti vel refeciſti. Cũ vero de apibꝰ & huiuſmodi animalibꝰ ꝓ cibo tantũ accipimꝰ Huiꝰ cõpoſita ſunt Accuro: Vñ accuratꝰ. Cõcuro. Plau. in Bacc. Magis vnũ in mente eſt mihi nũc ſatis vt commode ꝓ dignitate obſonij hec cõcuret coquꝰ. Pro curo, de quo alibi. Percuro perfecte curo. Col. li. vij. Hic idẽ ſanguis niſi miſſus fuerit ſaniem creabit. Qđ ſi ſuppurauerit tarde percurabitur.

❡Curator, q pupillis loco tutoris dať, dictꝰ ꝙ pupillariũ bonorũ curã gerat. Et curator diciť qui rei frumẽtarię & agris diuidundis ꝑpoſitus eſt. Et a Gell. Catullꝰ dř curator reſtituẽdi capitolij. Et generali vocabulo curatores dñr ꝑpoſiti. Vñ a Frõtino de curatoribꝰ aquarũ ſcriptũ eſt. Sue. in Cali. Curatorẽ nũerũ ac venationũ per continuos dies in conſpectu ſuo catenis verberatũ nõ prius occidit q̃ offenſus putrefacti cerebri odore.

❡Curatorius a, um, quod ad curatorẽ pertinet, vt curatoria actio.

❡Curatio inqt Do. medicorũ eſt cura mẽtis, curatura diligẽtię. Inueniť etiã curatio pro iniũctiõe muneris Plau. Quę mea curatio eſt. Liui. li. ij. q̃ facile appareat nõ tã ad honorẽ eiꝰ curatio altior faſtigio ſuo data eſſet factũ.

❡Curiꝰ nomẽ Romani ciuis exactiſſima frugalitate, & perſpecta fortitudĩe. Hic cũ in ſcamno ſederet & Sãnitũ legati magnũ auri pondus publice miſſum attuliſſent inuitarẽtq;, vt eo vti vellet, reſpõdit. M. Curiũ male imperare locupletibꝰ q̃ locupletẽ fieri, & qui acie vinci nõ potuit, eum pecunia corrumpi non poſſe.

❡Cures tñ pluralis numeri Sabinorũ opidũ cui imperabat. T. Tatius cuius ciues Quirites dicebanť. Cõuenerũtq; Romulꝰ & Tatiꝰ in hãc ſentẽtiã, vt e duobꝰ populis vnꝰ efficereť, & Sabini Romã migrarẽt Romaq; nomẽ retineret. Sed romani & Sabini Quirites appellarẽť Oui. li. ij. Faſt. Te Tatiꝰ pũiq; Cures Cęninaq; ſ. ſi:. Hic etiã ppli Cures. Ver. li. ix. Tatioq; ſeni Curibuſq; ſeueris. ❡Curis lingua Sabinorũ haſta dř. Vñ Iuno dicta eſt Curitis, quia eãdẽ haſtã ferre putabant.

❡Curetes pen. pro. quidam cretę populi de quibꝰ Oui. lib. iiij. Meta. Largoq; ſatos Curetas ab imbri. Alij fuerunt ſacerdotes Cybeles qui & Corybantes dicunť q ad ſacra cybelis admiſſi ſunt caſti & puri, illicq; ſaltãt armati. Dicti a Κορυϐᾶν qđ iactationẽ ſignificat capitis, ꝙ capita ſaltãdo iactẽt, furijſq; agitenť. Alij fuerũt populi in Dalmatia. Lucanus, Illuc bellaci confiſus gente Curetũ Ite alij Atolis vicini.

❡Curculeo pe. cor. non per g vt patet ex Plauto qui comœdiã inſcripſit curculionẽ, prologũ per primas literas verſuũ curculio ſcripſit, animal paruum frumẽtũ corrodens quaſi gurgulio eo ꝙ nihil in eo pene aliud q̃ guttur videtur. Eſt eñ gurgulio via patens ſeu fiſtula ĩ gutture per quã ſpiritus attrahitur atq; emittiť. Is cõſtat ex oſſibꝰ flexuoſis & mollibꝰ quaſi ex anulis in catenę modum cõpactis & imperfectis. Dř etiã ſpiritalis fiſtula q̃ ſemper patet vt ſpũs liberũ habeat exitũ, qui ad pulmonem corq; defertur.

✤ Curcula inſula in mari Adriaco nõ lõge a Melitine: alias dicitur Melene. Cc.

❡Curmũdula pira erãt gratiſſimi ſaporis corticis tenerrimi q̃ propter a multis neq̃q̃ corio detracto edebãť. Cc

❡Curro. ris. ri. curſum. Cuius cõpoſita qñq; geminant ſillabã qñq; nõ. Ver. li. iiij. Decurrere iugis, alij de parte patentes Tranſmittũt curſu cãpos. Liui. li. xxij. Quacuiq; proximũ fuit decurrerunt. Cato contra Piſonem, Video hac tẽpeſtate cõcurriſſe oẽs aduerſarios. Terẽ. in Hecy. Vna illarũ interea propere ꝑcucurrit. Currere vero proprie in terra dicimus. Vñ fit curſus. Sed figurate & in mari naues velociter volãtes currere dñr. Ver. Sed tibi qui curſum venti q̃ fata dedere. Apul. Et inopinati nauiũ curſus terrorẽ adiecere. Et habet paſſiuũ in tertia perſona vt inquit Priſ. ſicut multa alia. Nã dicimꝰ Curritur ſpatiũ: Aratur terra: Inſeriť arbor. Teren. in Adel. Decurſo ſpatio. Bibitur vinũ &c. Cõpoſita huius verbi ſunt Accurro qđ eſt ad aliquẽ locũ vel hominẽ auxiliandi complacendi ve cã curro. Teren. in And. Ibi tũ exanimatus Pamphilus bene diſſimulatũ amorem & cęlatum indicat, accurrit, mediã mulierem complectiť. Concurro ſimul curro. & cõcurrere ſimul oẽs currere. Lact. li. ij. Tũ vero alacres ad deorũ templa concurrũt. Aliqñ ſignificat cõtra ſiue aduerſus currere Nã cum duo exercitus collatis ſignis prelium ineunt concurrere dicunť. Ver. Audetq; viris concurrere Virgo. Sall. Maximo clamore cum infeſtis ſignis concurrunt. i. ſimul omnes aduerſus currunt. Cõcurſo, a quo Circũcurſo. Amb. Diſcite virgines non circũ curſare per alienas ędes. Diſcurro per diuerſa loca curro aut huc & illuc curro. Liui. lib. i. Signoq; dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit Excurro extra curro Cic. Apio pul. Mandaui vtriq; eorũ vt ante ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire poſſem. Aliqñ de malo intelligiť, cũ fiunt excurſiones a militibus quę idem ſunt quod incurſiones. Nã excurſiones vocantur reſpectu illorũ a quibꝰ recedunt, incurſiones reſpectu illorũ in quos recurritur. Liuius. li. j. In fines Romanos incurrerunt populabundi magis q̃ iuſti more belli. Incurro intro curro. Intercurro ĩter medium curro. Cic. li. j. ad Heren. Alterũ genus narratiõis eſt qđ intercurrit nõnunq̃ fidei aut criminatiõis aut trãſitionis aut alicuiꝰ apparationis cauſa. Occurro, ꝑcurro antecurro ſiue cito anteeo. Plaut. in Am. Me captas qa tute naui clanculũ alia via ꝑcucurriſti. Terẽ. in Eu. Abi ꝑcurre vt ſint domi parata, Procurro, percurro perfecte ſiue ad finem vſq; curro Recurro, retrocurro, aut cito ſequor. Plau. in Ciſ. Ego ad annum recurro rurſum. Teren. in Adel. Vbi me illic non videbit iam huc recurret, ſat ſcio. Cic. Terentię. Et ſi Deſippo quoq; ita temperaui ſtatim vt recurreret. i. ſubito reuerteretur. Hic recurſo as, quod eſt ſępe currendo aut voluendo & reuoluendo eo. Ver. Vix atrox Iuno & ſic noctem cura recurſat. Succurro. Tranſcurro vltro vel de loco ad locũ ſubito vado. Terentiꝰ in Eunu. Tu abi atq; obſera oſtiũ intꝰ dũ ego tranſcurro ad forũ.

❡Curos princeps erat Curetũ a quo dicebanť, vel a core hoc eſt puella. Cc.

❡Curſo as. ſępe curro vel ꝯtinuo ſępe vado. Cic. in Cato. Alij ſcandant malos alij per foros curſant. Teren in He. Trepidari ſentio & curſari horſum.

❡Curſito as. frequẽtatiuum, a Curſo frequẽtatiuo. Dio. Sunt quędam iteratiuorũ & iteratiua q̃ ſępe in tres gradus deducũt verba: quale eſt Video deinde Viſo, & qđ plus eſt Viſito. Itẽ curro, deinde curſo & curſito. Terẽ. in Hecy. Hodie mihi haud poteſtas data eſt, ita curſitãdo atq; ambulando totum hunc contriui diem.

❡Curſus us. & curſio currendi actũ ſignificant qđ & de nauigante & equitante poteſt intelligi.

❡Curſura rę. idem quod curſus. Var. Equi alij ſunt idonei ad rem militarem. Alij ad vecturam. Alij ad miſſuram. Alij ad curſuram.

❡Curſorius a, um, qđ ad curſum pertinet, vt nauis curſoria Sydonius, Typhim curſoriam aſcendi.

❡Curſor qui currit. Et curſor tabellarius dř a celeritate eundi. Mar. Curſorem ſexta tibi Rufe remiſimus hora.

❡Curſim aduerbiũ ſignificat currendo, & incurſim celeriter. Cęcil. Nullus ſum niſi meã rem propero incurſim ꝑdere. Plau. curſim curram, quod eſt currendo curram.

❡Currus currus, cuius diminutiuum eſt Curriculus vel curriculũ, ꝙ eo veteres ad curſum in ludis vtereнť.



❡Curriculus vel curriculũ breuiſſimũ vehiculi genus. Curt. li. viij. Aliorum turbati equi in amnẽ ꝑcipitauere curricula. Eſt etiam curriculũ curſus. Iuu. Et totas effudit habenas, curriculo quẽ ſi reuoces ſubſiſtere necit. Cice. ꝓ Rab. Exiguũ nobis vitę curriculũ natura circũſcripſit immẽſum glorię. Plau. in Epi. Nã vt apud portũ te conſpixi curriculo occœgi ſequi, vix modo adipiſcendo poteſtas data eſt. Itẽ curriculũ ſignificat tempꝰ. Ver. li. viij. Curriculo expulerat ſomnũ cũ fœmiea primũ. i. medio tpe. Et curriculũ locũ ſiue interuallũ vbi curriť denotat a carceribꝰ ad calcẽ, qui græce σαδιὸ δρόμος λέγεται ἐπανιέναι ✤. i. σαδρόμος. i. curriculũ dř grece. Apul. Quos ſępe in curriculo victores fuiſſe conſtat.

❡Curriculo aduerbiũ ſignificat curſim, ſtatim, celeriter.

❡Curule neu. ge. per ſimplex r. Et curulis fœ. ge. ſedes ex ebore qua maiores magiſtratꝰ vtebanť i curru. Hor. li. j. epiſtolarũ, Cuilibet hic faſces dabit eripietq; curule Cui volet importunꝰ ebur. Nam ſenatores q curulẽ magiſtratũ, hoc eſt maiorẽ honorẽ geſſiſſent honoris gratia in curiã vehi ſoliti erãt curru, in quo ſella eſſet, ſupra quam cõſiderent. Curules etiã dicebatur equi quadrigales, vel magiſtratus qui curulibus vehebantur. Luc. lib. iij. Pretor adeſt vacuæq; loco creuere curules.

❡Curruca parua auis quę alienos pullos ꝓprios putãs nutrit. Iu. Tu tibi tunc curruca places Gal. cocu.

❡Curuus a, um, quod eſt inflexũ ac cõtortum, a quo Incuruũ valde curuũ. Terẽ. ĩ Eu. Incuruꝰ tremulꝰ Labijs demiſſis Do. Incuruus valde curuus, ſicut infractus valde fractꝰ. Procuruꝰ. Ver. Neq; illa procuruam expectãt falcem. Recuruus. Curuum etiam dř bura quę quaſi temo eſt inter boues.

❡Curuo, as, flecto, deorſũ aſpicio, capite deflexo. La. li. ij. Quia curuant celeſte aĩal, ad veneranda terrena. Idẽ in eodẽ. Ille vobis ſublimẽ vultũ dedit, vos in terrã curuamini. Huius compoſita ſunt. Acuruo qđ eſt iuxta curuo. Col. li. iiij. Nam fragilis eſt ea parte materia qua torta & accuruata cũ deponeretur cœperat vitiũ. Recuruo rurſus curuo. Idẽ li. iij. Oĩs nux vnã radicẽ mittit, & ſimplici ſtilo ꝓrepit, cũ ad ſcrobem ſolidũ radix peruenit duricia humi coercita recuruatur. Incuruo eſt eiuſdem cum ſimplici ſignificationis.

❡Curueſco curuꝰ fio. Am. Olearũ nõ curueſcẽtiũ vbertate baccarũ. Huius cõpoſitum eſt incurueſco, qđ protulit. Ci. in Tuſ. Ramos baccarũ vbertatẽ incurueſcere.

❡Curuamẽ ipſa curuatio, Ouid. lib. ij. meta. Sectus in obliquum eſt lato curuamine lime. Gell. Sub alio atque alio cœli curuamine. Curuipes dicitur qui curuos habet pedes. Cc.

❡Curuꝰ a, um, incultꝰ quaſi ĩutilis. Hor. Nũc mihi curuo Ire licet mulo vel ſi libet vſq; Tarẽtũ. A. Martiale dictꝰ eſt cũctus calix id eſt fractꝰ. Et a Penſio cũcta ſupellex. Hinc Curto as. a quo decurto. De quibus in dictione decurtatus.

❡Cuſpis poſterior pars haſtę, licet qñq; ꝓ ipſa haſta & qñq; ꝓ ſũmitate haſtę. Hinc cõponiť tricuſpis & deriuatiuũ fit cuſpido as. quo vſus eſt Pli. li. xj. Vrorũ cornibꝰ barbari ſeptẽtrionales potãt vrnaſq; binas capitis vniꝰ cornua implent alij prefixa his pilla cuſpidant.

❡Cuſtos, qui rẽ aliquã tuetur & curat. Vnde cuſtodem oſtij dicimꝰ qui curat ne qs iniuſſus ingrediať, cuſtodẽ horti, qui ꝓhibet aliquẽ ĩ eũ ingredi vel damnũ facere. Cuſtodẽ ſacrorũ qui ſacrũ miniſtrat atq; obſeruat. Ver, At domꝰ Herculei cuſtos pinaria ſacri. Cic. lib. ij. Malꝰ enim cuſtos eſt diuturnitatis metus.

❡Cuſtodio is. iui. itũ. obſeruo. gel. li. j. Parſimoniã apđ veteres romanos & victꝰ atq; cœnarũ tenuitas nõ domeſtica ſolũ obſeruatiõe ac diſciplĩa, ſed publica quoq; animaduerſione, legũq; cõpluriũ ſanctionibꝰ cuſtodita eſt.

❡Cuſtoditum, quod cum cuſtodia eſt. Incuſtoditum qđ ſine cuſtodia eſt. Martia. Incuſtoditis & apertis Leſbia ſemper Liminibus peccas.

❡Cuſtodia obſeruatio. Qñq; etiã poniť ꝓ eo qui cuſtodit. Tibul. Sed pretiũ ſi grande feras cuſtodia victa eſt. Qñq; ꝓ eo qui cuſtoditur. Suet. in domi. Nec niſi ſecreto atq; ſolꝰ pleraſq; cuſtodias receptis quidẽ in manu catenis audiebat. Et. ff. de reoꝝ cuſtodia ſcribiť. Ne quis receptã cuſtodiã ſine cã dimittat. Et alibi. Si in cuſtodia ſe ĩterfecerit vel ꝑcipitauerit, militis culpę aſcribiť. Itẽ cuſtodia carcer appellať. Col. lib. j. Nã illa ſolẽnia ſunt omnibus circũſpectis vt ergaſtuli mãcipia recognoſcãt. vt explorent an diligenter vincta ſint, an ipſe ſedes cuſtoſtię ſatis tutę munitęq; ſint.

✤ Cuſtodela a veteribus cuſtodia dicebatur Cc.

❡Cuſtodiarũ locꝰ in quo quis aliqd cuſtodit. Cyprianꝰ Derelinqueť filia ſion, ſicut caſa in vinea, & ſicut cuſtodiarium in cucumerario.

❡Cuſtoditio eſt opera ad aliquid cuſtodiendũ ſumpta.

❡Cutis pellis ſiue coriũ. Pli. Ergo cutis ipſa ſẽſu caret maxĩe in capite, vbicũq; per ſe ac ſine carne ẽ vulnerata nõ coit, vt ĩ bucca ciliocq;. Huiꝰ diminutiuũ ẽ cuticula. Cõpoſita ſũt intercꝰ morbꝰ. Intercutaneũ qđ intra cutẽ eſt. Subcutaneũ quod ſub cute. Subtercutaneũ qđ ſubter cutẽ eſt. Recutiti etiã a cute dicuntur Iudei. i. circunciſi & cute hoc eſt preputio priuati.

❡Cutiones dicti videntur a cõtractiõe qđ in emẽdis vẽdendiſq; mercibꝰ tandẽ perueniãt ad iuſti pretij finem.

## C ANTE Y

Cyaema gẽma quæ fracta fabę ſimilitudinem prefert. Cc.

❡Cyamꝰ ſignificat fabã. Suidas. Κύαμος εἶδος ὀσπρίου. ✤ Id eſt faba genus leguminis, & magicalis eſt.

❡Cyane es. pe. indifferẽte nympha Sicula fuit q̃ in fontem ſui noĩs cõuerſa fertur. Ouid. lib. ix. meta. Cognita Cyanę preſtãti corpore nympha. Et lib. de ponto, Quaq; ſuis Cyanen miſcet Anapꝰ aquis. Cyaneꝰ color cęruleus Varro, Cyanea penula amictus graſſatur. Dř & Cyanus. Plinius, In noĩe eſt & color. Græci κυανοῦς dicũt. Hinc Cyaneus gemma appellatur ex iaſpidum genere colore ceruleo.

❡Cyanum metallum.

❡Cyaneę ſiue cyanite ĩſulę ſeu magis ſcopuli ſub thracio boſphoro q ſpeciẽ habẽt inter ſe cõcurſitantiũ q̃ naues fluctibꝰ ĩmergãt ob aduerſos in ſe vẽtos cõfligẽtes q̃ & a cõplodendo ſunt etiã Symphlegades appellatæ.

❡Cyathꝰ pe. cor. puũ poculũ. Iu. Cardiaco nũq̃ cyathũ miſſurꝰ amico. Ad cyathũ ſtare dicunť pincernę regibꝰ quibꝰ cyathiſſant, hoc eſt cyatho vina miniſtrãt. Sue. in Cæſa. Sed Ci. Memiꝰ etiã ad cyathũ & vinũ Nicomedi ſtetiſſe obiecit. ἐπανιέναι κύαθος λέγεται ὅτι, κύω ἐστι τοῦ φιλέω καὶ γὰρ δι᾽ αὐτοῦ εἰς τὰς φιλίας ἔρχονται ὡς ὠντήρ καὶ σπονδάς. ἔφη κύατος δὲ παρὰ τοῦ χύω χύαθος ἤτοι τὸ χέω. ✤ Id eſt græce cyathus dicitur quoniam κυὼ eſt amo, et enim ſic in amicitiam vt putant, veniunt q̃q̃ Suidas inquit Cyathꝰ a χύω quod eſt fundo.

❡Eſt etiã cyathꝰ genꝰ quoddã mẽſurę quo cybaria gallis dari ſolebãt. Col. li. ix. Nam ſingulis capitũ quaterni cyathi diurna cibaria ſũt cũ magis terni vł bini ꝑbeanť. Pli. li. xxij. ſcribit cyathũ ꝓ ſe pẽdere drachmas decem.

❡Cyathiſſo verbũ. i. potũ pedetentim capio. Plau. cyathyſſo apud te quando poto. Cc.

❡Cybele es. & Cybeles is. vł ę. pe. cor. Nã vt docet ſer. anapeſtꝰ eſt ĩ hac dictione cybele. hęc fuit vxor ſaturni a Cybelo Phrygie mõte ſeu opido, vbi eiꝰ ſacra ꝑrio ſũt inſtituta. Scribit Feſtus cybelẽ a nõnullis ideo appellatã, quia ageret hoĩes in furorẽ, quod greci κυβισᾶ dicũt i. attezare de la perſona, geſticulari, vt Ho. li. xvj. iliad. pagina pe. Sacerdotũ eñ Cybeles propriũ eſt caput notare. Suidas. κυβέλη ῥέα παρὰ τὰ κύβελα, ὄρη φρυγίας θεὸς δὲ καὶ ἐποχεῖται λεόντων ζευγει καὶ κίναιδοι κυβέλῃ ἱεροὶ εἰσίν. ✤ Id eſt Cybela Rhea in montibus Cybelis. Monatna eñ dea. ideo vehitur leonũ iugo & cinędi ei ſacri ſũt.

❡Hæc primũ ops & terra dicta fuit ꝙ dea telluris, quę

& Veſta dicit̃,ꝓpter qđ curru vehi a poetis fingit̃ quia terra pēdet ī aere,& rotis ſuſtineri, quia rotat̃ & ſēp voluit̃ mundus. Mater deū,qui omnia gignit. Et mater alma,ab alēdo. Et materPhrigia,a mōte phrigię quē plurratiuo numero Dīdyma vocāt. In eo ſacra ſibi ꝑ corybātes īſtituit,a quo didyme & didymenę a nōnullis vocat̃. Et Berecynthia a mōtePhrigię q βερέκυνθον appellat̃. Et paleſq; ſit pabulorū dea. Rhea ἀπὸ τοῦ ῥέω fluoq; ter afflu ēs ſit omniū rerū. Dicta ē et Idea & Phrygia & Peſſimuntia. De qua Clau. Turrigenāq; petit Cybelē ſinuoſa draconē. Mart. Et Cybeles picto ſtat corybāte tholꝰ. Ex apulei ſentētia eadē erat dea CybeleBellona & Iſis. Quandoq; tñ metri gratia ſcribitur per duplex ll. Et fit Cybelle bacchius pes ex prima breui & duabꝰ longis. Prop. Vertice turrigero iuxta dea magna cybelle. Luc. lib. j. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.

✤ Cybellus. Vide in Cybele mēs ſiue opidum Phrigię.

℄ Cybium eius piſcis genus,quod ita ſciſſum eſt vt media aquę pateat in oēs partes ad ſimilitudinē teſſerarū. Plinius libro. xxxij. Cybium eſt conciſa pelamis.

℄ Cyboriū,genꝰ pomorū Alexādrinoꝝ. Hora. Obliuioſo leuia Maſſico cyboria. Acron. Cyboria alexādrina poma,que habēt ſimilia colocaſijs folia,in quorū ſimilitudinē facta pocula eodē noīe appellāt̃, aut certe ꝑ cibis poſuit tanq̃ cibū populis cōpēſaret. Cyberiū quoq; nūc dicitur ſtructura qđā,altare cooperiēs qualia multa Romæ a ſummis pontificibus extructa fuere. Vnde ſcribit̃ diuum Gregorium feciſſe ad beatum petrū ſuper altare cyborium cum columnis quatuor ex argento puro.

℄ Cyclas dis,veſtis fœmina rotunda. Nam græci κύκλον circulū κυκλικλάω circundo dicunt. Iuue. Hę ſūt que tenui ſudāt excyclade. Et videt̃ veſtis venuſtiſſima explicatilis & ſpatioſa. Propter. Lōga cyclade verrit humū.

℄ Cyclades pe. cor. iſulæ in Ionio mari quibꝰ ob ortu ſolis Aegeū mare ē,ab occaſu. Mirtilū,occupāt ad ſeptuagīta millia. ꝑ. Dictę Cyclades q; in cycli formā diſponātur. Nā a promōtorio Gereſto circa Delum in orbē ſitæ ſunt. Alij dicūt vocari Cyclades non quia in rotūditate ſitę ſint,ſed q; longo ordine eos circuire neceſſe ſit propter promontoria. Vñ & Verg. Sparſaſque per equor. Cyclades. Sunt autem numero quinquaginta tres.

℄ Cycli quaſi circuli,loca erāt Athenis vbi aliq venæ bant. Id autem nomen eſt tractatum a circūſiſtēria vēdēdorum. Cyclus eni rotundū ſignificat. Quare Menāder ait. Itaq; ego mihi videor,per deos immortales videre, meipſum indutum currere circum ac venire.

℄ Cyclopes pe. ꝑ. gygātes ſeu reges antiquiſſimi in Sicilia iuxta Aetnā vno oculo in frōte. Cyclops quaſi circularis oculus κύκλος enim rotundum & circulum dicit ὤψ oculum.

℄ Cygnꝰ. latine olor. auis cādida,anſere maior, argutā vocē habens.& cū ad mortē peruenit, maximo dolore angit̃ a deo vt flere videat̃. Mart. Dulcia defecta modulat̃ carmina lingua Cātator cygnus funeris ipſe fui. Fuit aūt Cygnus Phaetontis amator. Poſt illiū interitū diutino fletu in hāc alitē mutatꝰ eſſe dr̃ in fabulis. Cygneꝰ a.um. vt vox cygnea,q̃ eſt cygni. Q̃nq; cygneus dr̃ candidus. Fuit inſup Cygnus filius Martis. Vñ Heſiodus in aſpide ἔνθ᾽ ἤτοι κύκνος μὲν ὑπερμενέος Διὸς υἱὸν κτεινέ μέν ἱέμενος σάκει ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος. ✤ Id eſt vbi certe cygnus quidē prępotentis Iouis filium occidiſſe prōptus ſcuto iniecit ęream haſtam.

☧ Cygnologo,is,apud Martianū ponit̃ pro dulciter canens in ſimilitudinē cygni, qui moriturus amœne canit

☧ Cydarum,pe.cor.genus nauiculæ.

℄ Cydon inſigne Cretę opidum a quo malum cydoniū pomum quod dr̃ Cotoneum. Plin. His proxima amplitudine mala q̃ vocamꝰ cotonea,& greci Cydonia ex creta inſula aduecta. Serenꝰ. Aut q̃ poma Cydō creteis miſit ab oris. Inde cydonitē appellat. Palladiꝰ cibū ex cydonijs decoctis & melle cōfectū. Coronatū vulgo dicitur. Eſt & Cydon nomē viri propriū. Et Cydones ppli,

☧ Cydonitis,pe,ꝑ, cibus ex cydonijs cotonatū dicitur.

℄ Cydnꝰ fluuiꝰ Siciliæ qui Tharſū apoſtoli Pauli vrbē diuidit cuiꝰ aq̃ cōtra podagras teſte Plinio valet. A tauro ortū habet,vt inquit Strabo,ab vndarū colore ſic dictus. Nam quicquid candidū eſt Syrij cydnum vocant.

℄ Cylicrani natio eſt quędā hominū in Hiſpania ꝓpe Herculeam habitantium. Cc.

℄ Cylidros genꝰ ſerpētis ex κυλίω voluo ὕδρος ſerpens quaſi volubilis ſerpens q; eundo ſæpe ſe inuoluat.

℄ Cylindrꝰ,colūna lapidea rotatilis qua rei ruſticę ſcriptores aream equari iubēt. Ver. Area tū primū ingenti eſt ęquanda cylindro. Cato, Aream vbi frumentū terat̃ ſic facies. Confodiat̃ minute terra, amurca bene cōſpergatur,& cōbibat. plurimū cōminuito terrā,& in cylindro aut panicula coęquato. Tractū nomen ἀπὸ τοῦ κυλίειν id eſt a voluendo. Pręterea cylindrus dr̃ omne quod rotatu facile eſt. Cic. de fato. Sed reuertatur ad cylindrū & ad turbinē ſuā quę moueri incipere niſi pulſa nō poſſit. Id aūt cū accidit ſuapte natura qđ ſupeſt & cylindrū volui vel verſari turbinē putat. Sunt & cylindri lapilli teretes,hoc eſt oblongi atq; volubiles quibus mulieres, & donabant̃ & ornabant̃. Pli. li. vltimo de beryllis,qui mira longitudine placēbant ait. Ideo cylindros, quidā ex his facere malunt q̃ gēmas. qm̃ eſt ſumma cōmendatio in longitudine. Ex quibꝰ verbis colligit̃. Cylindros oblongos eſſe,gēmas vero quadratas aut rotondas. Solinꝰ ſimiliter inquit. Indici reges hoc gñe gēmarū ī lōgiſſimos cylindros amāt fingere. In qua ſignificatione quidā chelydros ſcribi debere putant quaſi genus illud ornatꝰ ſimile eēt ſpiris ſerpētiū quos chelydros appellāt.

℄ Cylindraceus a,um,qđ eſt factū ad ſimilitudinem cylindri,hoc eſt teres & ob longū. Pli. ſcribit ſiliquas piſo quod genus leguminis eſt cylindraceas eſſe. Et Anaximander dixit terram eſſe formę cylindracceę.

✤ Cyllarus nomen vnius ex centauris,qui amātem habuit Hyllenomen cētaurā,ambo forma pſtantes. Eſt & equi Pollucis ſcđm Vergil. iij. Georg. vel caſtoris ſcđm alios proprium. Cc.

℄ Cylleborus Steleni filius qui vigente bello Troiano cum ęgiale Diomedis vxore cōſuetudinem habuit. Cc.

℄ Cyllenius Mercurius dicitur q; oēm rem ſermone ſine manibus conficiat,quibus partibus corporis qui carent κυλλοί vocantur. Ideo quadratum eum fingūt. Alij volūt q; in Cyllenia via ſit enutritꝰ. Alij q; in mōte Arcadię Cyllene. Alij a Cyllene ſit nympha educatus.

℄ Cylindroides vocatur figura columnę quę iacitur.

℄ Cylix gręce poculum,& calix latine dicitur.

℄ Cyliſma atis. volutabrum, volutatio.

℄ Cyllene mons. Arcadię,vbi enutritus Mercurius cyllenius dictus eſt.

℄ Cyma fœtus partuſq; braſſicę,q̃ſi κῦμα. quod fœtum ſignificat. Celſꝰ, Mali ē ſucci braſſica,magiſq; etiā cyma eius. Plinius libro. ix. Ex omnibus braſſicę generibus ſuauiſſima eſt cyma ſiue quyma, etſi inutilis habetur. Colu. Maior pars eius braſſicę in cymam proſilijt. Cymata etiam dicuntur hęc a columella, quę vere proximo poſt primam ſectionem e caulibus colliguntur, vel vt alij dicūt tenuiores cauliculi. Cima etiam opidum eſt Aeolicum.

℄ Cyma, tis,latine dicitur vnda. Et id quod e caulibus colligitur ſicut modo dictum eſt.

☧ Cymatilis veſtis illa dr̃ quę inſtar vndarum fluctuat ab vndis, & fluctibus q̃ cimata nominant̃. Nam cimatilis ex eo nomen accepit,q; fluctuum ſimilis,& textura ipſa fluctꝰ imitetur qualia hodie veſtimenta ſimbalota nomina,quę magis cimbalota dici debent.

℄ Cymba genus nauis. Iuuena. Atq; vna tranſire vadū tot millia cimba.

℄ Cymbium genꝰ poculi vinarij procerū ac cymbę ſimile,q̃ gręce κυμβίς dicitur. Verg. lib. iij. Inferimꝰ tepido



ſpumātia cymbia lacte, Videturq; diminutiuū a Cymba Alij Cymbium quaſi cyſſimbium per ſyncopen dici volunt a cyſſos hedera q; ex ligno hederę fieret.

☧ Sed & ab Apuleio,Cymbrum dicitur quod latine Seruius,ſitulam vocat.

℄ Cymbalum inſtrumentū muſicum qđ in ſacris matris deum cū tympanis habebatur Gal. cimbales.

℄ Cymbaliſtę qui pulſant cymbala ſicut tympaniſtę qui tympana pulſant. Apul de deo Socratis. Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum choraulium.

℄ Cymei,ſiue Cynei a Cymo Locrorū opido. Vnde in Varrone cynicus Antigonus mendoſe legitur pro Cymeus Cyneuſve.

℄ Cyminus pe. cor. Hetrurię lacꝰ eſt monti ſuppoſitꝰ. Dequo Ver. lib. vij. Et Cymini cum monte lacum.

℄ Cyminū pe. pro,qđ nos y. in u. vertētes cuminū dicimꝰ. Eſt aūt cyminū & ſylueſtre quaternis aut quinis folijs veluti ferratis,multis ęgritudinibus magno vſui ſed pallorē bibētibꝰ gignit. Perſiꝰ, Et pallētis grana cymini

Cymodoce pe. cor. dicta q; vndas maris qeſcere faciat.

✤ Cymothoe nympha nomē ſortita a velocitate curſus κῦμα fluctus θοός velox. Cc.

℄ Cynethium,vt ſcribit Dionifius lib. j. antiquitatū,eſt ciuitas in Arcadia ab Aenee ſocio ibi vita functo ſepultoq;. Hinc Cynethenſes populi quos tamen alij a Cynetho Lycaonis filio putant appellatos.

℄ Cynos latine canis. Quo noīe etiā dicta eſt ciuitas in Locride. Liu. li. viij. tertię decadis. Cynū Locridos ēporiū. Pto. In Locride cynos & calliaros, ἐνθεῖα κύων κυνός.

℄ Cynici pe. cor. cuiuſdā ſectę philoſophi. eiꝰ pricipes Antiſthenes Hercules & Diogenes fuere,ſic dicti vel a Cynoſarche gymnaſio vbi verſabat̃ Antiſthenes vel a κυνός canis quaſi canini,quia eſſent in cauillis caſtigationibuſq; more canū mordaces ꝯtra vitia,vel quia obſcœnitate licentiaq; ſermonis rabiem quandā caninā reprę ſentarent. Vel q; nequaq̃ vt canes adularent̃,ſed oīone ac geſtu in delinquentes inueherent̃ vel more canū in ypatulo voluptuaretur.

☧ Cynegetica dñr volumina de venatione conſcripta κυνηγὸς καὶ κυνηγέτης venator Flauiꝰ vo piſcus refert Olimpium nemeſianum ſcripſiſſe cynegetica.

℄ Cyniphs ſiue cynoph fluuius Aphricæ a quo & regio eo noīe dicta eſt in qua maximi ſunt hirci. Hinc grex cyniphiꝰ,i. gręx hircorū & cyniphia pellis hircina. Mart. de Vdonibꝰ. Nō hos lana dedit ſed olentis barba mariti,Cyniphio poterit planta latere ſinu.

℄ Cynachante arbuſcula q̃ acinos veluti vuę producit, latini caninam ſentem,& vulgo vuā ſpineam nomināt.

℄ Cynāche a canibꝰ dicta quos infeſtat,ꝓfocatio eſt nocturna maxie pituita craſſa & lenta in fauces ceruiceſq; delata ἀπὸ τοῦ κύων καὶ ἄγχω. ✤. i. a canis & ſuffoco qđ eſt angere. A quo & Anguſtꝰ, & Angor & Angiportꝰ.

℄ Cynomya,muſca canina κυων μυία,canis μυία, muſca q̃ ſanguinem ab animalibus. Hęc pręcipuę canum auribus inſidet & vulnerat eas.

℄ Cyniphes is pe. cor. muſca minutiſſima lōgis cruribꝰ in capite hñs roſtrū quo perforat pellē hominis. Naſcitur ex humore & iuxta aquas abundat.

℄ Cynopolis canū ciuitas,in qua Anubis colitur,& honor & ſacer qdā cibꝰ eſt canibꝰ cōſtitutꝰ. Ab hac cynopolitana pfectura appellata eſt. Qui ī ea habitāt canarij dicūtur. ℄ Cynocephalea,hærba canino capiti ſimilis κεφαλή caput dicitur.

℄ Cynocephali pe. cor. beſtię ſimiles ſimijs pter capita canina in Aethiopia,violenti ad ſaltū,feri morſu. Aug. lib. xvj. de ciui. dei. Quid dicā de cynocephalis,quorum canina capita atq; ipſe latratus magis beſtias quā homines confitentur. Pli. lib. vij. Gens quam cynocephalos vocamus lacte viuunt.

℄ Cynodontas dentes caninos dicunt,qui in vltimo ſe nio oriuntur. Cc.

℄ Cynogloſſa,hęrba q̃ dr̃ lingua canis γλῶσσα enī lingua dicitur langue de chien. ✤ Dr̃ & cynogloſſus. Cc.

℄ Cynorhodos,pe. cor. roſa ſilueſtris. i. canis roſa,ſic dicta quia eius radix ad morſum canis rabidi vnicū remedium oraculo quodam cōpertum fuit. Quidā dicūt eſſe lilij genus rubens.

℄ Cynoſorchis quaſi caninus teſtis,hęrba q̃ & orchis & cynoſarconia dicitur folijs oleę mollibus ternis.

℄ Cynoſura pe. ꝑ. canis vra. i. cauda & minor vrſa dicit̃ Lucretius lib. ix. Te ſignis cynoſura ſubit,tu ſicca ꝓfudo. Mergi clauſtra putas. Sūt aūt duę Arcti quarū vna dicitur maior vrſa,quā gręci Elicen dicūt. Altera minor vrſa,Cynoſura a gręcis dicta. Nā populi gręciæ eam notare ſoliti. Hanc Sidonij aſpicientes cōtinue nauigant. Ouid. Eſſe duas Arctos,quarum cynoſura vocatur Sydonijs,Elicen graia carina notat.

✤ Cynoſarcima hęrba dr̃ folijs oleę mollibꝰ ternis ſemipedis longitudinis in terra ſtratis,radice bulboſa,longa duplici ordine ſuperiore quę durior eſt,& inferiore quę mollior,editur vt bulbi cocti in vineis forte inuenti, dr̃ & cynoſarconia. Cc.

✤ Cynoſbatum,alij Cynoſpaſton,genus rubi foliū habet veſtigio hominis ſimile,fert & vuam nigram in cuiꝰ acino neruum habet. Cc.

℄ Cynoſſema,græco ſermone dicitur canis ſepulchrū. Quo etiam noīe,eſt dictꝰ tumulꝰ Hecubæ vxoris Priami,q̃ ex dolore impatibili poſt cladem,exitiūq; patriæ, ac ſuorum in canem conuerſa fertur. Pli.

✤ Cynozoon hęrba ſic dicta q; fœtore eiꝰ ricini canum auribus decidant. Alij cynozon dicunt. Cc.

℄ Cynthia Diana dicta a Cyntho monte in Delo inſula in quo nata cū Phœbo eſt. Vñ & Apollo cynthiꝰ a quo ipſa inſula Delos Cynthia. Qui mons tantę celſitudinis fertur vt vmbra ſua totius inſulę ambitū tegat. Cynthia etiā locus Romę vbi cynthorum monumētum fuit. Et a Diana Propertius amicam ſuā Cynthiā ob pulchritudinē vocauit quę prius Hoſtilia vocabatur.

℄ Cypſeli aues q̃ & hirūdines. Dictę ex eo q; nidū ſpecies cypſeli. i. ciſtellę ex luto fingunt. Fuit & Cypſelus tyrannꝰ apud corinthū, etiā a ciſtula nomen acceptum quā gręci cypſelō vocāt,in qua delituit occultatꝰ a matre,cū ad perniciem veſtigaretur.

℄ Cyphi genus ſuauiſſimi odoris. Hie. Odoris aūt ſuauitas,& diuerſa thymiamata,& amomū,cyphi,œnāthe muſcus,& peregrini muris pellicula,q; diſſolutis & amatoribus conueniant nemo niſi diſſolutus negat.

℄ Cypariſſus,fuit nomē pueri Thelephi filij quē Apollo amauit,poſtea in ſui nominis arborē cōuerſi. cypariſſus & per ſyneresim Cypreſſus,deinde cōuerſione y. in u. cupreſſus dr̃. Ver. Aerię quercus,aut coniferę cypariſſi. Idē, Et tenerā ab radice ferēs Syluane cupreſſum. Dicta cypariſſusq; corpus eius a rotunditate in aerē erigit̃. Vñ & conos dr̃ alta rotunditas,& fructꝰ eius conos appellatur. Hęc arbor natu moroſa eſt,& Plutoni ſacra qm̃ ſucciſa nō regeminat. Ideo funebri ſigno ad domos defunctorū illā poſuere maiores. Petro. in ſati. Gaudēt ferali circū tumulata cupreſſo/A cypariſſus fit cypariſſinꝰ & a cupreſſus cupreſſinus deducitur.

℄ Cypiron,genꝰ eſt hęrbe paluſtris ſeu iunci q̃ & cypeirꝰ. cypirꝰ vero alia hęrba eſt q̃ gladiolꝰ dr̃,radice bulboſa & odore vicino nardo Eſt & ꝑ ſe Idica hęrba q̃ cyperis vocat̃,gingiberis effigie,cōmāducata croci vim reddēs.

℄ Cyprus,inſula in carpatio mari inter ciliciā & Syriā diues,luxui dedita. Vñ & Veneri ſacra. Hora. Sic te diua potens cypri. A cypro vrbe in ea ſic appellata. In ea mercatus erat quondam nouem regnorum ſedes. Vrbes in ea præclaræ cythera,a qua Venꝰ cytherea dicta eſt Paphos, Palepaphos & Salamina. Hæc inter maiores noſtri maris inſulas locum ſibi vendicat,cuius ſeptemtrionales partes Thraciæ Ciliciæ oppoſitæ ſunt, ibiq; continenti proxima eſt, Orientales Iſſico ſinui,

Occidentales pamphylicũ alluũt pelagꝰ. Auſtrales Aegyptũ Ambitꝰ inſulę triũ militũ & quadringẽtorũ ac viginti ſtadiorũ. Hinc Cyprius a.um. Vñ res parue huic propinquę Cyprię nominantur. Et Venꝰ Cypria ꝙ ei primũ in Cypro templũ ſit conſtitutũ, vel quia parientibus pręſideat. Nã grece κύειν parere eſt. Similiter Cypricus a,um, poſſeſſiuũ, & Cyprianus nomẽ viri proprium. Cyprus etiã dr̃ vua florẽs, & ſpecies quędã extrinſecus virgulti in ægypto, ferens etiã floridũ quendã fructũ in modũ florentis vuę prolatũ. Sed videt̃ magis inqt Hie. ad fructũ vitis reſpicere cũ dr̃ in canticis. Botrus cypri dilectus meꝰ mihi in vineis Engaddi. Pli. li. xij. circa finẽ dicit arborẽ odoratã in Aegypto folijs & ſemine coriãdro ſimilis. Coquit̃ in oleo & exprimit̃. Iñ vnguẽtũ regale qđ cyprus ſiue cyprinũ dr̃. Vnde in canticis ſcribitur, cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula, & cinnamomum, cum vniuerſis lignis Libani. Naſcitur in multis locis, ſed in Cypro inſula odoris ſuauitate pręſtat. Ideo cyprus eſt appellata.

¶ Cyprinus, genus piſcis, de quo Pli. & Ariſto.

¶ Cyprogenia dicũtur q̃ ſunt in Cypro genita, etiã Venus, vt Homerus in Hymnis.

☿ Cyprium ęs, dicitur quod vulgari vſu nominatur cuprium, vnde cuprini claui.

¶ Cyrcerũ nouis Aſiena pręgrandis. Plau. Cũ ꝑcontor portitores ecquę nauis venerit ex Aſia, negãt veniſſe. Cõſpicatꝰ ſum interim cyrcerũ quo maiorẽ nõ cenſeo.

¶ Cyrene es, & cyrenę tñ plurali numero pen. produ. opidũ Libyę inclytum potenſq; conditũ a Batto Laconico: quẽ Callimachus progenitorẽ ſuũ fuiſſe tradit Ab hac Cyrene tota Libya Cyrena dicta eſt a Cyrene (q̃ & Cyrenia) virgine. Penei regis Arcadię filia, quã rapuit Apollo e monte Pelio & in Aphricã q̃ vergit in Aegyptũ trãſtulit, ex qua filios ſuſcepit. iiij. Ariſteũ, Nomiũ, Anteũ & argũ. Hinc Cyrenaicus a,um, vt regio Cyrenaica & philoſophia Cyrenaica quã Ariſtippꝰ Socraticꝰ Cyrenenſis inſtituit. Hinc Hegeſias philoſophꝰ de quo Cic. li. j. Tuſ. originẽ duxit. Hanc regionẽ Pli. appellat pentapolitanã: a numero quinq; vrbium quibꝰ maxime inclyta eſt, quarũ hęc ſunt noĩa Beronice, Arſinoe, Ptolomais, Apolonia, ipſaq; Cyrene, Scribit Salluſt. Cyrenenſes magnũ ac diuturnũ bellũ geſſiſſe cũ Carthaginẽ ſibꝰ de finibꝰ agrorum. Eſt & cyrene nomẽ vrbis in Cypro inſula, quã Cyrus cõdidit, ex qua natũ putãt. Symonẽ patrẽ Alexãdri & Rufi, vt eſt apud Euan. Aug. li. de paſtoribꝰ ſcribit Simonẽ Cyreneũ qui angariatus eſt vt Chriſti crucem tolleret, fuiſſe Aphrum, & hanc Cyrenẽ Aphricę contiguam eſſe.

☿ Cyrenaicus, a, um, vt regio Cyrenaica, & philoſophia Cyrenaica, quã Ariſtippꝰ Socraticꝰ Cyrenẽſis inſtituit.

☿ Cyreneus, a, um, quod eſt ex Cyrene, vt hõ Cyreneꝰ qui natus ex Cyrene eſt.

☿ Cyrenenſis ſimiliter vt homo Cyrenenſis.

¶ Cyrnuꝰ gręce κύρνος inſula eſt in mari Liguſtico, quã latini Corſicã dicunt. Dicta Tyrnus a Cyrno Corſicę rege, priꝰ Terãne noĩata quia ibi Terãnei populi Theſſalię habitauerũt. Longa paſſuũ. cl. millia, lata maiore ex parte. l. circuitu. cccxxij. milliũ, diſtãs a vadis Volaterranis. lxj. millibus paſſuũ. Hinc Cyrneus, a, um. Vergi. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

¶ Cyrnea, vaſis vinarij genus. Plaut. Cadus erat vini, inde impleui cyrneam.

¶ Cyrrha iugũ Parnaſi montis Bœotię. Mart. Quid tibi cũ Cyrrha, qđ cũ Permeſſidos vnda? Cyrrhea vero vrbs in Helicone iuxta Nyſam. Luc. ſed mihi iã numẽ nec ſi te pectore vates Accipiã Cyrrhea velim ſecreta mouentem Sollicita e deum, Bacchumq; auertere Nyſa.

¶ Cyrios latine proprius authenticus, dominꝰ. Vñ Cyriacus proprium nomen dominicus.

☿ Cyrus primꝰ ex regibꝰ Perſarũ fuit, vt Iuſti. li. j. ſcribit qui deuicto Aſtyage vltimo Medorũ rege, imperiũ medorũ trãſtulit in pſas. Et ſubacta Aſia totũ oriẽtẽ in poteſtatẽ redegit. Poſtremo cũ bellũ Scythis ĩtuliſſet, eoſq; clade magna affeciſſet Thomyris eo tẽpore Scytharũ regina ꝯpoſitis ĩſidijs ducẽtia millia Perſarũ cũ ipſo rege trucidauit, ita vt neq; nũcius tantę cladis ſuperfuerit Caput Cyri amputatũ in vtrẽ humano ſanguine repletũ cõiectũ fuit cũ hac exprobratiõe: Satia te ſanguine quẽ ſitiſti. ☿ Cyrrus nomẽ duorũ fluuiorũ, quorũ vnꝰ Armenię & Hyberię fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaſo. Alius eſt in Media.

☿ Cyrreſtica regio a Cyrro dicta eſt vbi Cyrreſtis dea colebatur quam Mineruam interpretantur.

☿ Cyrphis, rupes quædam Parnaſi montis.

¶ Cyſſus, genꝰ hederę q̃ ſola ſine adminiculo ſtat, a grecis orthocyſſos dr̃. Quo etiã nomine dictꝰ fluuiꝰ quidã.

✣ Cyſthus a quibuſdã inter genera hederarũ nuncupatur hęc arbuſcula eſt in inſula cypro, in cuius folijs pingue ineſt qđ rore mixtũ mane liqueſcit, quidã hãc arbuſculam cyſtharum vocant. Cc.

✣ Cytheriades muſę dñr a ſaltu cui Cytheron nomen eſt. Cc. ¶ Cytheron pe. pro. Vide in dictione cythara.

¶ Cytiſus pe. cor. genꝰ fruticis, inter cãpos & ſyluas a Cyriza ciuitate. Colu. lib. iij. cytiſum, quẽ gręci aut zeas aut carnici aut trifarinvocãt, q̃plurimũ habere expedit, ꝙ gallinis, apibꝰ, ouibꝰ, capris, & omni generi pecudũ vtiliſſimus eſt. Idẽ lib. x. Vtraq; cytiſus. Eſt enim ſatiua & altera ſuę ſpontis.

¶ Cytorus pe. ꝓ. mõs in Aſiatica regiõe q̃ Paphlagõia nũcupat̃. In eo buxꝰ plurima naſcebat̃. Vñ & buxifer a Catullo dr̃. Ver. Et iuuat vndantẽ buxo ſpectare cytorũ. Fuit & Cytorꝰ ſiue Cytorũ ciuitas Synopenſiũ emporiũ a Cytoro Phryxi filio cõdita, & appellata vt teſtatur Strab. ¶ Cytinꝰ flos ſatiuę Punicę vt balauſtũ ſylueſtris vt eſt apđ Dioſco. Pli. vero cytinũ interpretat̃ pomũ ipſum ĩmaturũ & primũ partũ eius florere ĩcipiẽtis flores vero ĩpos ĩ ipſo cytino erũpẽtes Balauſtia naturę aſtringentis ☿ Solet tñ appellatio hęc & ad alia quoq; gña cõgruere. Dioſco. Apollinaris hęrbę flores cytinos appellauit. ☿ Cythnos inſula vna ex cycladibus a cythno primo habitatore ſic appellata. Alio noĩe Ophiuſa, ac dryopis. Hinc Cythnius, a, um, poſſeſſiuum vt Timantes pictor Cythnius dictus eſt.

¶ Cythereis nomen fuit libertę Volũnij, quã Gallꝰ poeta amaſſe dicitur. Ver. eam Lycorim noĩat vel Licorida.

¶ Cythera pe. pro. inſula contra Cretã. In quã primum delata eſt Venus. Vñ Venus Cytherea dicta eſt. Feſtus tamen ſcribit Cythereã Venerem dictam ab vrbe Cythera in quam primo deuecta eſſe dicitur concha cum in mari eſſet concepta.

☿ Solinus. Cythereã appellat a Cythero Phœnicis filio. Hanc inſulam Prophyruſſam a pręſtantia purpurarum Ariſtoteles vocat. Sed Porphirida Plinius.

☿ Cytheriacus, a, um, nomen poſſeſſiuũ, vt nectar Cytheriacum quod pro ſuauitate Venerea ponitur.

¶ Cyzicus ſiue cyzicũ inſula in Propõtide duobꝰ põtibꝰ iũcta cõtinenti, hñs vrbẽ eiuſdẽ nominis mœnibus arce & turribꝰ marmoreis. Cui nomẽ indidit Cyzicꝰ rex quẽ Iaſon per imprudẽtiã interemit. De hac Oui. lib. ij. Faſt. Hinc Propontiacis hęrentẽ Cyzicon oris Cyzicon Aemonię nobile gẽtis opus Fuit hęc ciuitas magnitudine & pulchritudine cũ primis Aſię vrbibꝰ ꝯparãda, paci & bello apta, tribus armamẽtarijs inclyta, quorũ aliđ armorũ aliud inſtrumentorũ, aliud frumẽti erat receptaculũ. Huiꝰ habitatores Cyziceni appellãtur. Verũ Pius papa in aſia hãc Cyricũ appellat, non Cyzicũ. Et de cyzico ſic ſcribit Nũquid Cyzicus nobis non ſatis cõſtat, adeo claritatem rebus adimunt tempora, & nos homuntiones diuturnã quęrimus in hoc ſęculo gloriam, quam potentiſſimę ciuitates retinere non potuerunt.

☿ Cyzicenꝰ Atheniẽſis philoſophꝰ in mathematica, & in cęteris ſciẽtijs excellẽtiſſimꝰ ꝑcipue in Geometria.



D LITERA QVANDOQVE pro th. aſpirato ponit̃ vt theos deus. Qñq; conuertit̃ in b. vt qđ olim duellum nos iam bellũ dicimꝰ. Et duellona bellona. Qñq; in l. vt a ſedeo olim ſedda dicebat̃, quę nunc ſella. Quandoq; in r. vt meridies ab eo ꝙ eſt medius dies. Interponitur nonnunq̃ in compoſitis hiatus prohibẽdi cã, vt in prodeſt redarguo. Subtrahitur qñq; ſequens ſyllaba ab ſ. cũ alia conſonante incipit, vt aſcendo aſpicio. Quando aũt conuertatur in alias literas dictum eſt in Ad.

## D ANTE A

DAcia per c. regio in Scythia quã quidã Thracię partẽ, quidã conterminã dicunt. Alij prouinciã citra & vltra Iſtrum eſſe autumãt Hęc vt Ptolo. ſcribit a ſeptẽtrione parte Sarmartię a Carpato monte a meridie Danubio terminat̃, quã nonnullo Vvalachiam magnam eſſe voluerunt. Cuius populi Daci & dacę dicũtur, qui olim Stra. teſte Daui appellati ſunt. Ex quo apđ Athenienſes Dauorũ noĩa ſeruilia plurimũ abũdabant. Hinc factum eſt vt in comedijs ſerui introducant̃ daui nominati qui alio nomine Getę dicti ſunt.

☿ Dacus, ca, cum, quod eſt a dacia. Spartianus. Ad bellum Dacum Traianum familiarius proſecutus eſt.

¶ Dacicus dictꝰ eſt qui Daciam vicit ſicut a Germania germanicus Iuueñ. Cũ lance beata Dacicꝰ & ſcripto radiat Germanicus auro.

¶ Dactylus pe. cor. a latinis dr̃ digitus. Ad cuius ſimilitudinem metri pes vocatur. Itẽ dactyli carice, i. fructus palmę. Apitius, Et croci drachmę ſingulę dactylorum oſſibus torridis quinq; his deniq; dactylis nũc mollitis eſt. Eſt & dactylus vuæ genꝰ in longũ porrectę. A Col. Dactylides dicuntur vuæ a digitali gracilitate.

☿ Dactylion gręci anulũ dicunt a digito qui gręce δάκτυλος dr̃. Vnde & dactylotheca ꝓ anulorum repoſitorio.

¶ Dęmon latine ſciens dr̃. Aug. lib. ix. de ciuitate dei. Dęmones dñr, qm̃ gręcum vocabulum eſt, ob ſciẽtiam nominati. Noſtrę religionis homines appellant ſpiritꝰ in cœlo a deo creatos, qui de cœlo deiecti partim in terrę infimo, partim in hoc aere damnati ſunt. Hinc Eudęmon & Cacodęmon pro bono & malo dęmonę. Demõ etiam animus humanus in corpore ſitus vocatur.

¶ Dęmonium idem qđ dęmon. Dęmonioſus & dæmoniacꝰ qui a dęmone poſſidetur. Vñ de apoſtolo Thoma ſcribitur ꝙ dęmonioſi liberabantur.

¶ Dęmogorgon latine dicitur deꝰ terrę. Nã dęmo deꝰ, vt ait Lactã. Gorgon terra ſeu potius ſapientia terrę cũ ſępe dęmon ſciens, vel ſapientia exponatur.

¶ Dędalus, pen. cor. dici põt ingenioſus. Quo noĩe dictus eſt Athenienſis faber egregiꝰ Icari pater qui ſerã, aſciã, perpẽdiculũ terebram, glutinũ, lithotoltam, inuenit malumq;, & antẽnas, naui impoſuit. Hic accuſatꝰ ꝙ Perdicã ſororis filium interemiſſet, iudicij metu in Cretam fugit, vbi Labyrinthũ fabricauit, vbi Minotaurus includeretur, opus portẽtiſſimũ humani ingenij. Dictꝰ Dedalus (vt quidã exiſtimat) ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν qđ eſt variare. Alij hoc verbũ a Dedalo deriuatũ putant hoc multiplex variumq; ingeniũ hoĩs, ꝓpter qđ gręci δαίδαλον variũ dicunt. Et Lucre. Terrã ob rerũ artificiorũq; varietatẽ dędalã nominat Aennius ſimili modo Mineruam. Verg. Circẽ Plaut. Logodędalos vocauit qui dolum colunt ſermonis ornatu.

¶ Dędala neu. ge. vrbs Lycię, a monte Lycię, ſeu a dędalo ibi ſepulto quũ eũ coluber aquaticꝰ ex amne Nino in paludem quã Dędalus cõmeabat egreſſus momordiſſet. ☿ Dęmoniacꝰ, a, um, qđ eſt dęmonis. Lactan. li. iiij. in fine. Sed ille dęmoniacis fradibus irretiti diuinum nomen cultumq; perdiderunt.

✣ Dagnades auiculę quas potantibus ęgyptij ad coronas, deuinciebant, dũ potũ exercebant quæ cantitãdo & morſicando non paterentur dormire potantes. Cc.

¶ Dalmatia regio Illyrica contermina Liburnię verſus occaſum, a qua Dalmatę dicti ſunt populi, qui vt Appianꝰ ſcribit, domiti ab Auguſto fuere. In ea Iadera ciuitas inſignis, rerum abundantia & Raguſium olim Epidaurꝰ dicta. Hic Dalmaticꝰ, a, um. Suet. Extrema bella duo per ſe geſſit, dalmaticũ adoleſcens adhuc & cantabricũ.

¶ Dalmaticatus Dalmatarũ veſtibꝰ indutꝰ. Lamprid. in cõmodo. Dalmaticatus in publicum proceſſit.

¶ Dãma genꝰ caprę ſylueſtris tã maſc. q̃ fœmi. generis Ver. Cũ canibus timidi venient ad pocula damę. Mar. Dente timetur aper, defendũt cornua ceruum. Imbelles damę quid niſi ꝑda ſumus? Huius dimin. eſt dammula.

✣ Damia cognomen. Cybeles. & Damatris eius ſacerdos. Cc. ✣ Damium ſacrificiũ, ꝙ minime erat publicũ, damię deę. Cc.

✣ Damiporta dicitur a ferenda porta. Cc.

¶ Damnas pro damnatus apud iuriſconſultos. Marcus Quiſquis hęres dare damnas eſto. Cc.

¶ Damaſcꝰ vrbs nobiliſſima caput Syrię. Vñ Damaſcena pruna authore Plinio lib. xv. dicta creduntur.

¶ Damon nomen philoſophi Pythagorici, qui cũ Pythia arctiſſimo amicitię vinculo conſtrictus fuit.

¶ Damocles nomẽ ꝓpriũ vniꝰ ex aſſẽtatoribꝰ Dionyſij

¶ Damœtas cũ diphthongo œ nomen paſtoris, de quo Ver. in Buc. Dic mihi Damœta &c.

¶ Dãnũ & danatio a dẽptione, quaſi diminutiõe cũ minꝰ de re factũ eſt, q̃ quanti cõſtat. Hinc dãnoſus, a, um. Col. lib. j. Qđ etſi per ꝑtes nõnunq̃ dãnoſum eſt, in ſumma tñ cõpendioſum. Aliqñ ſumit̃ actiue, vt res damnoſa, q̃ damnum infert. Aliquando paſſiue. vt apud Plau. in Epi. Damnoſo ſene pro eo qui damnum ſubeat.

¶ Dãno, as, dãdo officio. Vñ indẽnis qui nullo afficitur dãno. Sed cũ de peccato vel de peccati pœna agit̃, qñq; abltõ, qñq; gtõ iungitur. Cic. li. iiij. ad herẽ. Maiores noſtri ſi quã vnius peccati mulierem damnabant ſimplici iudicio maleficiorũ multorũ conuictam oportebat. Quo pacto? Qm̃ quã ĩpudicã iudicauerãt eã veneficij quoq; damnatam exiſtimabant. Et lib. j. Tuſ. Sed plurimi contra nituntur animoſq; quaſi capite dãnatos mortes mulctauit. Quando vero non apponitur pretium vel peccatum pœnaq; peccati, accuſatiuo tantum iũgitur & ſignificat culpo. Hie. in pręfa. penta. Quid igitur? dãnamus veteres? minime. Sed poſt priorũ ſtudia in domo dñi qđ poſſumus laboramus. Cic. lib. iiij. Tuſ. Rerum naturam q̃ errorẽ dãnare voluimus. Interdũ dãnare accipitur ꝓ exhęredare. Vnde duobus filijs alterũ hęredem inſtitutum, alterum damnatum legimus. Interdum ꝓ cõpellere, obligare, & neceſſitate aſtringere. Terent. Tuus eſt damnatus gnatus, non tu. Interdũ ꝓ liberare. Ver. Dãnabis tu quoq; votis. Et eſt tranſlatio quaſi vt damnati cõpelluntur maleficijs eorũ pœnas luere, ita tu votis ſupplicũ cõpelleris eos exaudire. A participio damnatꝰ fit compoſitum indemnatus, qui in dicta cauſa, id eſt non defenſa, aut incognita cauſa damnatus eſt. Salluſtiꝰ, Hi primo cœpere quemq; peſſimum & omnibus inuiſum indemnatũ necare. Aliqñ indemnatus dicitur non damnatus Liui. lib. ij. Eum indemnatum indicta cauſa non debere violari. Compoſita a damno ſunt condemno & prædamno quod eſt ante damno Liui. lib. iiij. Totã culpam eius temporis in pędam natum collegam tranſferentem omnes tribus abſoluerunt.

✣ Damnifico damnum facio. Cc.

¶ Dan, vicus eſt in quarto a Paneade milliario euntibꝰ Tyrum, qui vſq; hodie ſic vocatur, terminus Iudeę prouincias cõtra ſeptẽtrionẽ. De quo & Iordanis flumẽ erũpens a loco ſortitus eſt nomen. Ior quippe piſpon. i. fluuium ſiue riuum hebręi vocant.

✣ Danis nomen vnius ex centauris. Cc.

¶ Daniſta fœnerator creditor. Plau. Morigerꝰ eſt mihi Daniſta q de me argẽtũ nõ petit. a dãdo, ꝙ det fœnori,

vel a græco ἀπὸ τοῦ δανείζειν quod eſt mutare. Daniſticus fœneratorius. Daniſma mutuum, vſura.

¶ Danunt qñq; a veteribus dicebatur pro dant, & duis pro dederis. Plau. Cui ſe virtutem dij danũt lenoniam.

¶ Danubius & Danubiũ dr̃. Ser. Iſter fluui⁹ eſt Scythię qui & Danubius nominaẽ. Sallu. Nomēq; Danubiũ habet, in iugis Germanię montis Sarnobe oriẽ, per innumeras gentes dr̃. Danubi⁹, vbi illiricũ attingit. Iſter. lx. amnibus acceptis in mare inuoluiẽ. Amb. lib. Hex. Danubius de occidētalibus partib⁹, barbarorũ atq; Romanos interſecans populos donec ponto ipſe condatur.

¶ Danaus ęgiſti frater, Argiuorũ rex, q anno egreſſiōis ppl'i Iſrael. xxxvij. Stenelo rege expulſo agros tenuit, ibiq; quinquaginta ānos regnauit. Genuit quīquaginta filias q̃ Belides dictę ſunt. Hę vna nocte viros ſuos ęgipti filios pręter vnam interfecerunt. A Danao fit patronymicum fœmininum Danaides. Senec. in Hercu. Vt neq; fruſtra Danaides plenas ferunt.

¶ Danae cũ ae, ſed nō diph. gręce Δανάη nomē Acriſij filię Frequēter immo fere ſemp̃ ae diuidiẽ, vt apd̃ Oui. li. ij. de Triſ. Quid Danuen Danaeſq; nur⁹ matrēq; lyei.

✣ Daſypus dicitur lepus q hirſutos habet pedes. Cc.

¶ Dapes ſunt magnifici & opipari apparat⁹. Mar. Illa qdē lauta eſt, dapibuſq; īſtructa ſuperbis. Sed nihil oīno te recitāte placet. Hinc dapalis cœna q̃ diuerſis & āplis dapibus conſtat. Pli. Pauonē cibi gratia Romę prim⁹ occidit orator Hortenſius dapali cœna ſacerdotij.

¶ Dapaticus, a, um, quod eſt amplum magnificũ, vt negotium dapaticum.

¶ Dapſa apud veteres genus ſacrificij, quod fiebat, aut hyeme ſeuienti, aut vere, a gręcis Δαψ vocatur.

✣ Dapatice aduerbium. i. laute. Cc.

✣ Dapifer dapes ferens. Cc.

¶ Dapſilis pe. cor. abũdās, liberalis. Gręci Δαψιλία largũ dicũt. Col. li. iiij. At ſpionia dapſilis muſto Δαψιλείαν largitatē, abũdantiā rerũ, liberalitatēq;, vñ noſtri quoq; dapſiles aliqñ lautos & liberales appellāt. Plaut. i Aul. Iſtas magnas factiōes dotes dapſiles nihil moror. i. affluentes & largas. Dapſile aduerbiũ abundanter. Sueto. in Veſ. Sed & cōuiuabaẽ aſſidue, ac ſępius recte ac dapſile.

¶ Daphnis, latine laurus. Fuit (teſte Seruio) Mercurij filius formoſiſſimus. Fuit daphnis Anthiochię ſuburbanũ qd̃ octoginta ſtodiorũ ambitu claudebaẽ, vt ait Stra. Lyciæ p̄terea ſolũ daphne fuit, & in ipſis pōti faucibus ad dexterā nauiganti portus, authore Steph Daphnis ad hoſtium Nili Peluſiacum reddit Herod.

¶ Daphne propriũ nomē puellę nimphę. Et Daphne vt docet Strab. nem⁹ apud Anthiochenſes. Vide in dictione Epidaphne.

☿ Dapino, nas, pe. p̱. ſignificat exhibeo a dapib⁹. Plau. in Cap. Tibi dapinabo.

☿ Daphinites, pe. pro. dicitur Appollo Ammonius.

✣ Daphnia gēma comitialibus morbis vtilis exiſtimata. Cc. ✣ Dapnoides lauri gen⁹. frutex eſt ramoſus craſſiore ac molliore folio q̃ laurus. Cc.

✣ Daphnon lauretum dicimus. Cc.

¶ Dardanus nomē Electrę Iouiſq; filij. Qui cũ Iaſium fratrem interemiſſet, inde fugiēs Samothraciā deuenit. Vñ Ver. His ort⁹ in agris Dardanus Idęas Phrygię penetrauit ad vrbes, Threciāq; Samon, q̃ nunc Samothracia fertur. Et ab ipſo Dardano Dardania regio in Phrygia vocata eſt, & Dardanidę populi. Hic Erichthoniũ genuit qui filiũ habuit Troem, qui Troiam, q̃ pri⁹ Dardania appellabaẽ a ſuo noīe vocauit. Hic filius habuit. Aſſaracum & Ilum, qui vrbem regiam a ſe Ilion nominauit. Huius filius fuit Laomedon Priami pater.

☿ Dardanũ gen⁹ ornamēti qd̃ lacertis adhibebaẽ Plin. li. xxxiij. cui⁹ ſceleris nos coarguim⁹ illũ primũ q auro dignitatē per anulos fecit, vt habeāt in lacertis iā quidā & viri qd̃ e Dardanis venit, & Dardanũ vocabatur.

¶ Darideus nomē regis Perſarũ tempore Tiberij, Caij Claudij Imperatorum.

¶ Darius nomē regis Perſarũ, qui. xxxvj. annos regnauit, cui Xerxis fili⁹ ex Atoſa Cyri filia ſucceſſit in regno. Hoc nomen habet pen. pro. quoniam apud gręcos ſcribitur per ei diphthongum.

¶ Daric⁹ pe. cor. numiſma priſcũ. Darij imagine p̱cuſſũ.

¶ Darmentius fluuius Meduallorũ ſeſe per confragoſa loca in Rhodanum pręcipitans.

¶ Daſeia, denſitas ſpũs, & ſignũ eſt vocalis aſpiratæ.

¶ Dardanarij dicunẽ p̱polę, qui oīa p̄emũt vt demũ carius vendant, Dicti a Dardano quodā cōtaminatiſſimo & p̱fligatiſſimo magno, a quo etiā dardanię artes a Colu. vocantur magicę. Eius ſunt verba, At ſi nulla valet medicina repellere peſtem: Dardaniæ veniunt artes.

¶ Datatim aduerbiũ ſignificat in vicē dādo. Plaut. Tũ iſti qui pila ludũt ſerui ſcurrarũ datatim in via. Pōpo. in lecto, Datatim luſi ſecũ. i. coeũdo. Nam datatim ludere eſt mutuo coitu vti quaſi dare atteri, quod alter det ſibi.

¶ Datarius, q in poſtulatiōib⁹ ac literis manu pōtificis maximi ſubſcriptis diē & locũ notat qb⁹ datę ſũt literę. Datarius, a, um, qd̃ eſt dādũ. Lingua vernacula dadare. Plaut. Eho an nō pri⁹ ſalus? nulla eſt mihi ſal⁹ dataria.

¶ Daunia Apulia, a Dauno Illiricę gentis claro viro, qui eam condidit.

✣ Dani populi Germaniæ nunc Daci dicti. Cc.

## D ANTE E

De pręp̄ō eſt, q̃ ſeparata mō ſignificat ἀπὸ. hoc ē vel ab, vel ex, vt audiui de patre meo. Mō περὶ, vt cũ dicim⁹ de partib⁹ orōnis περὶ μερῶν τοῦ λόγου. Nō p̱pter. Terē. in Eunu. Quantũ me amas de fidicina hac. Mō deorſum, ſicut ſus, ſurſum. Vñ ſuſq; deq; fero, veteres dicebāt. Hoc eſt ſurſum an deorſum res feraẽ paruifacio Mō memoratiuā vim habet, vt Cice. ſcripſit de officijs. Mō ſignificat nō, vt delũbe, qd̃ eſt non hñs lũbos. Cōpoſita interdũ auctiua eſt, ſiue intēſiua, vt deamo, deprauo. Interdũ diminutiua vt decreſco, deferueſco. Interdũ priuatiua ſiue negatiua, vt deſperat⁹ demēs, dedecet. Interdũ localē vim obtinet, vt deambulo deſcēdo. Interdũ deficiētē vim ſui ſimplicis īdicat, vt diſco, ediſco, tego, detego, doceo, dedoceo. Interdũ eſt honoris exhibitiua vt defero, deduco. Significat qñq; in totũ vel oīno, vt demādo, Qñq; aperte ſeu palā vt demōſtro. Cōponiẽ aũt cũ dictione incipiente ab a vt deamo b. vt debacchor c. vt decerno d. vt deduco e. vt deero. f vt defero g. vt deglutio h. vt dehiſco i. vt deijcio l. vt delabor m. vt demiror n. vt denudo o. vt deoſculor p. vt depello q. vt dequutio r. vt deriuo ſ. vt deſudo t. vt detraho. u vt deuenio. Patiẽ tñ nōnunq̃ eliſionem metri gratia ſicut in deinde & dehinc. Verg. Oſcula libauit natæ dehinc talia fatur, vbi eliditur e. & dicimus dehinc.

¶ Dehabeo es, ſignificat non habeo. Hie. ad Euſto. Ita ille moderatur vniuerſa, vt nemo quod poſtulet, nemo dehabeat.

¶ Deamo valde amo quod vulgo dr̃ cordialiter amo. Terē. in Heau. Ne ego ſum fortunatus, deamo te Syre.

¶ Deābulo de loco ad locũ, vel hincindeābulo, vt ſit ſalutis vel relaxationis cā. Terē. in adel. Deambulari huc libitũ eſt. Aug. lib. v. cō. Añ tribunal deambulabat ſol⁹.

¶ Deambulatorium locus in quo deambulamus.

¶ Deartuo, as, quaſi per artus incido. Plau. in Cap. Tũ igitur ego denunciatus, deartuatus ſum miſer.

¶ Deauro, as, a ſummo vel ad imũ auro, vñ deauratus.

¶ Debacchari p̱prie eſt prę ebrietate valde furere. Teren. in Adel. Satis debacchatus iam leno es, audi ſi vis nunc, ego ne debacchatus ſum in te an tu in me? Per tranſlationem vero dicitur cum quis ira percitus furit.

¶ Debellare bello vincere vel capere, & p̱prie debellam⁹ hoīes, expugnam⁹ caſtra, vrbes naues & huiuſmodi. Pli. lib. vj. Darium Alexander debellauit. Liui. lib. viij.

☿ Debellatum eſt cum Græcis. i. finitum eſt bellum.

¶ Debilis ex de & habilis, q̃ſi parũ habilis hoc eſt male



habitudinis. i. infirmus. Hinc debilitas, & debilito as.

¶ Debeo es, debui, itum. Pertinet ad oīa, quib⁹ deuincti ſum⁹, qd̃ vulgo teneor, ſeu debitor, ſiue obligat⁹ ſum dr̃. Cic. Plācio, Perfice vt ne min⁹ reſpu. tibi q̃ tu reip. debeas. Idē Seruio, Hō & maximis meis beneficijs deuinct⁹ & p̱pe omniũ qui mihi debere aliquid videnẽ gratiſſim⁹. Aliqñ debere eſt dare debere. Plau. in Cur. Beatus mihi videor, ſubduxi ratiunculā quātũ ęris mihi ſit, q̃tũq; alieni fiet, diues ſum ſi nō reddo eis quib⁹ debeo. Sallu. Res aũt opportuna videbaẽ, q eis priuatim egregia liberalitate, publice maximis munerib⁹, grādē pecuniā debebat. Sed cũ accipitur pro eo quod vernacula lingua dicim⁹ deuere, verbũ familiare vt tu debes legere.

¶ Debitor proprie dicitur is a quo inuito exigi pecunia poteſt vt inquit Modeſtinus.

¶ Debitio ipſe actus Cic. Perq̃ diſſimilis eſt pecunię debitio & gratię, nā q pecuniā diſſoluit ſtatim nō habet id qd̃ reddidit. Qui aũt debet ęs retinet alienũ Gratiā aũt & q refert habet, & q habet in eo ipſo qd̃ habet refert.

¶ Debitum & participiũ & nomen eſſe pōt. Qñ nomen eſt ſignificat id qd̃ debetur, vt omne debitum dimiſi tibi. Qñ participiũ dr̃ obligatum. Liui. lib. xxij. Cũ Romanus plures q̃ Pœnus recepiſſet, argentumq; pro eis debitum ſæpe iactatum in ſenatu & quam tunc conſuluiſſent patres tardius erogaretur.

☿ Debrior, aris. idem eſt q ebrior, nunquid vnus, quia debriatur & turpis videtur.

☿ Decaſtomata, decem ora.

☿ Deca γλῶσσαι decem linguę.

¶ Decacumino as, pe. cor. cacumē p̄cido ſiue cacumine priuo. Col. lib. vj. Pōt etiā vlm⁹ ſic diſponi, vt adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem. xv. pedũ excedat.

¶ Deca gręce Δέκα latine decē. Decatos dicimus Decas adis numer⁹ denarius ſeu quicquid numerũ denariũ cōtinet. Vñ Liuius libros ſuos decadas nuncupauit q decem volumina ſingulę continerēt. Itē decadas decenalia ſpatia nuncupamus.

¶ Decadarchus diciẽ ille qui pręeſt decem hominibus, quem latini Decurionem vocant.

¶ Decapolis pen. cor. Iudeę regio eſt, decem vrbiũ trās Iordanem. Hanc multi Cęſaream eſſe dixerunt.

¶ Decapulo, las, pe. cor. depleo, euacuo, a capulis deductũ q̃ ſunt vaſa anſata. Vnde & capulator, de quo ſupra.

☿ Decachinari, eſt derideri, vt eſt apud Tertullianum.

☿ Decarchon gręci eũ appellāt, q decē pręeſt equitib⁹.

¶ Decachordũ inſtrumentũ muſicũ decē chordas hñs.

¶ Decalogus pen. cor. ſacrum volumē quod decē legis pręcepta continet.

¶ Decaphorus pe. cor. lectica quę fertur a decem hominibus, ſicut hexaphorus quæ a ſex.

¶ Decadoros pen. pro. longus decem palmis.

¶ Decalciatum, calce litum.

¶ Decaluo as. Vide in dictione caluo.

¶ Decedo is, ſignificat diſcedo, proprie vero a mādato cuſtodię loco recedo, vt cōſules de p̱uincia dicunẽ decedere, & p̄ſides de vrbib⁹. Et decedere eſt deorſũ ire ſiue minui. Lactan. lib. j. Id aũt ſolidũ exiſtimādũ eſt, cui nihil decedere, id p̱fectũ cui nihil poſſit accedere. Decedere via eſt per errorē ſiue honoris gratia digredi. Suet. in Cęſa. Et cũ luminibus extinctis deceſſiſſet via diu errabund⁹ tandē ad lucē duce reperto per anguſtiſſimos tramites pedib⁹ euaſit. Idē ī Tibe. Nec mirũ cũ palā eſſet ip̄m quoq; eiſdē aſſurgere & decedere via. Plau. in Tri. Decedā ego de via, de ſemita, de honore populi. Rurſ⁹ decedere ponitur pro mori. Et per ſe planũ eſt, vt ſubintelligaẽ vita, tanq̃ de cuſtodia & gubernatione corporis p̱ficiſci, vt eo mō dicaẽ deceſſit, quo defunct⁹ eſt. Cice. tñ in Catone dixit, Vetat Pythagoras ſine iuſſu Imperatoris de pręſidio & ſtatione vitæ decedere, pro diſcedere, ſed ſemper ablatiuum deſyderat, vt exceſſit e vita.

✣ Decelea vna ex duodecim vrbibus quas Cecrops di geſſit. Cc.

✣ December nomē menſis q decimũ locũ teneat. Cc.

¶ Decerno is, p̱prie ſtatuo cōſtituo definio ſiue de magnis reb⁹ certā ſententiā p̱fero. Vñ & ſenat⁹ decretũ. Cic. lib. j. offi. Quare expectāda quidē magis eſt diſcernendi rōq̃ decernādi fortitudo. Terē. Quicqd peperiſſēt decreuerũt tollere. i. deliberauerũt. Interdũ eſt ex poteſtate conſtituere. Vñ decreta fatorum & ſyderum. ſcribit Firmic⁹ ſydera decernere fęlicitates infęlicitateſq; mortalibus. Per tranſlationem vero pertinet ad ea q̃ ſunt dimicationis. Liui. li. j. Obuiā egreſſi vt potius acie decernerent, q̃ incluſi de tectis dimicarent.

¶ Decerto as, frequentatiuum. Amb. Vnguentati ſpectare ſolent non decertare.

¶ Decermina dicũtur q̃ purgandi cauſſa decerpuntur.

¶ Decretum nomē, id ſignificat quod definitur. Vñ decreta pontificum conſtitutiones dicuntur. Decretũ participium vt cum dicim⁹. Decretum eſt. i. ſtatutũ & definitum. Decreta ſenatus a conſultis ſic diſtinguntur ab aliquibus vt decretum dicant particulam quandā eſſe ſenatuſconſulti vt cũ prouincia alicui decernitur, tanq̃ decreta ſint ſpecialia, conſulta generalia.

¶ Decretori⁹ a, um, ponitur p̱ iudiciario in quo ſcilicet iudiciũ ferri pōt, vt dies decretorius qui & criticus. Aliqñ dr̃ qd̃ eſt decretũ firmatum extanſq; ad aliquid arguendum iudicandũ ve. Quinti. At quidā litigationib⁹ ſuis illũ mō ambitioſum declamandi ſudorē pręſtitiſſe cōtenti cũ turba laudantiũ deſtituunt ſubſellia pugnāq; illam decretoriā imperitis ac ſępe pullatę turbę reliquũt. Decretorium ſydus, & tēp⁹ decretoriũ dr̃ id ex quo de prouentu aliquarũ rerũ futuro ſumiẽ iudiciũ. Plini. li. xviij. Res ſumma vitiũ agitur decretorio vuis, ſydere illo qd̃ caniculā appellauimus. Vnde carbunculatæ dicũntur, vt quodam vredinis carbone exuſtę. Idem. Aliqua exoritur veſperi decretorio die florentibus oleis.

¶ Decerpo ex de & carpo ſignificat detraho, ſiue inde carpo. Vnde decermina.

¶ Decet, cōuenit, honeſtũ eſt, aptũ eſt, cōſentaneũ eſt. Cic. li. de opti. di. gñe. Decere inquit quaſi aptum eſſe, cōſentaneũq; tēpori ac perſonę. Qd̃ cũ in factis ſępiſſime, cũ in dictis valet. In vultu deniq; & geſtu & inceſſu. Contra itemq; decedere. Et modo p̱ſonale eſt. Ouidi⁹. de reme. Lude, decēt aīos mollia regna tuos. Mō imperſonale, qd̃ nōnunq̃ cũ datiuo conſtruitur. Teren. Facite ita vt vobis decet. Plau. Nobis decet eſſe bonis. Huic cōtrariũ eſt dedecet qd̃ eſt īcōueniēs, ineptũ turpe, ſiue inhoneſtũ. Oui. li. vj. met. Admouiq; p̄ces quarũ me dedecet vſus. A decet decēs, cōueniēs, decentia, decēter, dec⁹, decor, decor⁹, decorũ, & decoro. Cōpoſita ſũt ꝯdecet, indecet, & dedecet pe. cor. A quibus cōdecēs, indecens, condecentia, indecentia, condecoro & indecoro.

☿ Decitat, pe. cor. frequentatiuũ eſt a decet. Apul. li. ij. Plantis roſcidis decitantes hoc eſt decorantes.

☿ Decircino, as, pe. cor. contrarium eſt ſuo ſimplici circino, quod ſignificat aliquid rotundum facio. Manil. li. iij. Quam tereti natura ſoli decircinat orbem a circino Circinus fit.

¶ Decor oris, pe. pro. maſc. gene. eſt quaſi pulchritudo quędā. Verg. lib. v. Et Dorycli coniunx diuini ſigna decoris. Hinc decorũ pulchrũ, & decore pulchre. Decoro as, pe. pro. quod eſt pulchrum viſu aut auditu facio, ſiue orno. Vnde decorũ & indecorũ ſubſtantiua deducũtur, ſignificat decorum decentiam quandam rebus perſonis locis ſiue in agendo, ſiue in loquendo accommodatam. Vnde ſi quis inducat agricolam ea loquentem quæ ad philoſophum pertinent, hunc non ſeruare decorum dicimus. Aliquando etiam ad virtutes trāſfertur, & appellatur, decorum non tam ipſum honeſtum q̃ quod hominibus & cōmuni opinioni honeſtum videtur & pulchrũ & approbabile. Ci. de opti. genere dicēdi. Atq; illud indecorũ qd̃ quale ſit ex decore debet intelligi. Eſt & de

corus,a,um,& Indecorꝰa,um.Quint.lib.iij.Cuncta cor rũpit ac propemodũ perdit indecora vel voce vel geſtu ꝓnunciatio. Decor,oris,pe.cor.& adiectiuũ a decus deriuat̃,ꝑ decorꝰ,a,um.Salu.lib.iij.Equis & armis decoribus vultus. Iñ fiũt cõpoſita indecor & dedecor. Ver. lib.x. Nec tñ indecorẽ tua te regina reliqt.Statiꝰ.li.iij. the. Legimꝰ indecores, Inuenit̃ tñ hic & hęc ĩdecoris. Accius, Cuiꝰ ſit vita indecoris mortẽ fugere haud cõuenit. Ver.lib.xij. Nec genꝰ ĩdecoris ſine me hęc aut mollia fatu. Vbi patet ĩdecoris ſubſtãtiuũ eſſe. Nã ſi adiectiuũ eſſet indecore dixiſſet. Iungit̃ eñ neutrũ cõi, vt paupere regno. Salu.lib.iij. Dedecores inultiq; terga ab hoſtibꝰ cędebant̃. Bad. Noniꝰ q̃dẽ indecoris, ſed plures legũt ĩdecores, vt ſit indecores genꝰ ꝑ ſynecdochẽ dictũ.

♁ Decorus,a,um,pe.pro.idem eſt quod pulchrum.

♁ Decoro,as,pe.pro.pulchrum facio ſeu orno, vt apud Quint.lib.iij.Cuncta &c.

¶ Decus,oris,pen.cor.& gene.neu. honorificentia ex rebꝰ geſtis eſt. Ver.lib.v.Oblitus decoriſq; ſui, ſociũq; ſalutis. Huius ꝯtrariũ eſt dedecus, q̃d ꝑ ignominia ſine infami turpitudinis genere ſumit̃. Capit̃ q̃ñq; etiã decꝰ ꝑ honeſto cũ quid honeſte fit, & dedecꝰ pro inhoneſto. Hinc decoro,as,pe.cor.q̃d eſt honeſto ſeu honorifico. Horatiꝰ, At bene nũmatũ decorat ſuadela venuſq; Gellius, Leonides laudat̃ qui ſimile apud Thermopilas fecit, ꝓpter eius virtutes oĩs gręcia gloriã atq; gratiã p̃cipuã claritudinis inclytiſſimę decorauere monimentis, ſignis, ſtatuis, elogijs, hiſtorijs, alijſq; rebus gratiſſimũ id factũ habuere. Vñ decora militię, laudes honeſtamẽta militi in bello cõparata. Stat.lib.Theb. Terrarũ decora alta viri decoriq; iugales. A decoro fit ꝯdecoro ꝑ honeſto. Dedecoro ꝑ vitupero, ſiue turpifico, fœdo & contumelia atq; ignominia afficio. Terẽ.in Hecy. An quicq̃ pro iſtis factis dignũ te dici põt, q̃ me & te, & familiã dedecoras? Ex his oĩbꝰ patet, q̄ plus eſt decus q̃ decor & plus eſt dedecus q̃ indecorꝰ, & decorro, pen.cor.q̃ decoro pe.pro. Qm̃ decoro pe.cor.ſignificat honorifico. Decoro pe.pro.pulchrũ viſu, aut auditu reddo. Vñ decorũ & inderorũ minus eſt, q̃ decꝰ, & depecꝰ. Cice.li.j.offic. Sin aliq̃ñ neceſſitas nos ad ea detruſerit, q̃ noſtri ĩgenij nõ erunt, oĩs adhibenda erit cura, meditatio diligentia, vt ea ſi nõ decore, at q̃ minime ĩdecore facere poſſimꝰ.

¶ Decorũ pe.pro.appellat̃, q̃d gręci prępon dicunt cuius vis ea eſt, vt ab honeſto nõ queat ſeparari. Nã & q̃d decet, honeſtũ eſt, & quod honeſtũ eſt, decet. Decorum inquit Cic.lib.de offic.id eſſe q̃d cõſentaneum ſit hominis excellentię, q̃d ad prudentiam, ad fortitudinem, ad iuſtitiã, ad temperantiam pertinet, & in omni honeſtate verſatur. Eſt & decorũ, quod & poetę ſequutur, cum id quod quaq; perſona dignum eſt & fit & dicitur.

¶ Decem a gręco Δέκα fit, a quo componunt̃ vndecim, duodecim, &c. Deriuata ſunt decimꝰ, a quo vndecimꝰ, duodecimꝰ cũ reliquis. Denus, a quo vndenꝰ duodenꝰ. Denarius, a quo vndenarius, duodenarius. Decennariꝰ & q̃ ſequuntur. Decies aduerbiũ, a quo vndecies, duodecies, &c. Colu.lib.iiij. Vt ego exiſtimo tricenas vt decenas certe amphoras percipient.

✣ Cecianus viri proprium, qui fuit ex Emerita Hiſpaniæ opido. Cc.

¶ Decimus nõ ſolũ numerũ, ſed q̃ñq; etiam magnitudinem ſignificat, vt decimum quodq; ouum, decimꝰ quiſque fructus, hoc eſt præcipuus magnitudine.

¶ Decimanus ſiue decumanus. i. magnus. Vñ decumana porta caſtrorũ, q̃ in his maxima eſt, & decumanꝰ limes in limitatione agrorũ, a magnitudine & lõgitudine dictus putatur, qui agrũ ab exortu equinoctiali ad occaſum ęquinoctialẽ ſecat. Nã alter ex trãſuerſo occurrẽs, cardo appellatur. Decumani etiã, vt Aſconius Pedianꝰ docet vocãtur publicanorum principes, a quibus decumę ſiue decimę exigebantur.

¶ Decima, mę, ſignificat portionẽ vnam ex decẽ. Plau. Vt decimam ſolueret Herculi.

¶ Decimare eſt decimã partẽ detrahere. Vñ apud Euãge. Vęh vobis qui decimatis mentã & oẽ holus. Et decimari legiones dicuntur, q̃ñ decimus quiſq; ſupplicio afficit̃ ab imperatore. Liui.li.ij. Cętera multitudo ſorte decimus quiſq; ad ſuppliciũ lecti. Sic vigeſimare & centeſimare dr̃. Huius verbi cõpoſita ſunt addecimo. Hie. lib.j.Reg. Greges veſtros addecimabit. Exdecimo eligo. Vnde exdecimatum electum.

¶ Decemiugis currus, quem decem equi iuncti trahũt.

¶ Decẽpeda pe.cor.ꝑtica qua menſurat̃ terra, a numero pedũ dicta, ſicut quincupeda a quinq; pedibꝰ. Cic. Vrbẽ iam peritꝰ metatur. & callidus decẽpeda ſua ſaxa diuiſerat. Hic Decẽpedator. Idẽ Cauebat etiã L. Antonio qui fuerat ęquiſſimꝰ agri priuati & publici decẽpedator.

¶ Decẽdium ſpatium decẽ dierum. Nã decenniũ, ſiue decennis decẽ annorum dr̃. Decẽnale, quod eſt decem annorum, vt bellum decemnale.

✣ Decius a decem, viri proprium, quemadmodũ a quinq; Quintius. Cc.

¶ Decuſſis a decẽ aſſibus, q̃ dictio in oĩ denario numero mẽſurę & põderis valet. Fuit cõſuetudo apud maiores, vt ęra in vocabuli compoſitione poſtponerent̃, ſicq; ſemiſquintus, ſemiſquartus, ſemiſtertius pronunciabant. Dipondiũ a duobus ponderibus & vnũ pondus fuit. Aſſipondium quaſi librę vnius pondus. Reliqua deinceps a numero dicebantur, vſq; ad centuſſis. Et a tribus aſſibus treſſis, & pariter vſq; ad decem ꝯputabant̃. Abinde ſumebatur cõpoſitio ad decẽ. A duobus decuſſibꝰ viceſſis, deinde triceſſis, vſq; ad centuſſis.

♁ Decuplatus,a,um, vt numerus decuplatꝰ, qui decies reſumit̃. Aug. Centum viginti decuplato numero apoſtolorũ duodecim eñ elegit, & in centumuiginti ſpiritũ menſit; ✣ Decures antiqui pro decurionibꝰ vſurparũt. Decurio verbum. i. decurionis officium exerceo. Decuriata comitia a decurione. Cc.

¶ Decurio dictus eſt autore Vlpi. q̄ in initio quũ deducerent̃ colonię cõſilij publici gratia decima pars deductorum conſcribi ſolita ſit. Vnde Cic. in oratoribus citat decreta de curionum. Colu. Claſſes etiam non maiores, q̃ denum hominum facundæ, quas decurias appellauerunt antiqui. Erant tamen alij vrbani, alij municipales decuriones. Vrbanus decurio turmæ præerat, quę duobus & triginta equitibus conſtabat. Var. autem tradit in ſingulis turmis equitum decuriones eſſe ternos. Itaq; cum turma in tres decurias diuidatur ſingularum decuriarum præfecti decuriones dicti ex eo q̄ denis equitibus præſint. Eſt autem decurionis militaris officiũ turmales ſub ſua cura poſitos erudire ad oĩa quę equeſtris pugna depoſcit. Neq; vero belli ſolũ, ſed domi quoq; ꝑ eo qui præeſt cubicularis. Suetonius in domi. Saturius decurio cubiculariorũ. Decurio quoq; palatij dictus eſt ab Ammiano, qui prępoſitus erat palatio, qui eſt ordo dignitatis. In municipijs autem decurio idem creditur, qui & ſenator Romę. Cice. Recita quęſo Sexti quid decreuerint. Capuę decuriones. Hoc etiam patet ex epiſtola Pli. qui ait. Eſſe autem tibi centum millium nummum ſatis indicat, q̄ apud nos decurio es. Igitur vt te non decurione ſolum, verum etiam equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nũmum. Similiter decurio ordo dicitur, Vnde latine dici poteſt decuria cubiculariorum, ſicut decuria iudicum & ſcribarum, cuius princeps decurio nominatur: Cuius dignitas decurionatus dicitur, ſicut a centurio centurionatus.

¶ Decuriare eſt decurionis officium exercere. Vñ decuriata comitia, ſicut a Centuriõe Centurio, as. A quo centuriatus ager, & centuriata comitia.

¶ Decido, is, pe. ꝓ. deorſum ſeco. vt fit quũ ex lardo fruſtiũ ĩcidimꝰ. Per trãſlationẽ vero ſignificat determino, & liti finẽ impono. Hora Et poſt deciſa negocia cãpo.



Vñ decidere dubia dicimus, quaſi ãputãdo ſupflua q̃d integrum eſt oſtendere. Decido, is. pen. corre. deorſum cado, a quo fit decimus, a, um.

♁ Decij, tres, pater, filius, et nepos dicti fuere, qui pro patria ſe deuouerũt. Pater bello gallico, filiꝰ bello ęthruſco, nepos bello pyrrhi. q̃d geſſit ꝑ Tarẽtinis, Vñ Cic. li.j.Tuſ. Si mors finiret̃ nõ cũ latinis pr̃ deciꝰ decertãs, filiꝰ cũ ętruſcis, cũ pyrrho nepos, hoſtiũ telis obieciſſẽt.

¶ Decidua dicũt̃ illa, q̃ cadunt, vt folia. Pli.li.xj. Oĩbus autẽ caua, et in mucronem demum cõcreta ſunt, ceruis tantum ſolida & omnibus amnis decidua.

¶ Decipio, is. pe.cor. defraudo. Vnde & decipula.

¶ Decipula æ. quoddam laquei genus ad decipiendas capiendas q; aues.

♁ Decipulum idem quod decipula. Apul.lib.viij. Oportunum decipulum nactus.

¶ Declamare eſt in ficto temathe ſe exercere. Caluꝰ ſcribit declamationem eſſe domeſticam exercitationem, q̃ res plurimũ ꝯducit eloq̃ntię. Solebãt eñ Romani adoleſcẽtes eloquẽtiæ ſtudioſi exercẽdi ĩgenij gratia inuehi orationibꝰ in eos, quos ſcirẽt aliquo crimine poſſe notari. Vñ Senecę et Quĩtiliani declinationes, que ſunt pręludia quedã orãdi. Hie. ad Dama. Nec aures Quĩtiliani floſculis & ſcholari declinatiõe mulcendę. Sene. Declamationis nomẽ apud nullũ auctorẽ antiquũ ante ipſum Ciceronẽ inueniri poteſt. Idẽ libro primo. declama. Declamabat Cicero, nõ quales nunc controuerſias dicimꝰ

¶ Declamatorius, a, um, q̃d ad declamãdũ pertinet, vt declamatorius liber, qui declamãda ꝯtinet. Declamatorie aduerbiũ ſignificat declamãdo. Hie. More eorũ, qui declamatorie loqui ſolent ad populum.

¶ Declarare eſt aperte mõſtrare. Nã plus eſt q̃ ſignificare, & tam ad facta q̃ ad dicta ꝑtinet. Cic. Luceio. Itaq; hoc ſæpius dicẽdũ, vbiq; nõ ſignificandũ. ſed etiam declarandum arbitror. Item declarauit id modo temeritas C. Cęſaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. Quandoq; etiam ponitur pro ſignifico.

¶ Declino as, pe.pro. cũ accuſatiuo ſignificat deuito. Ci.li.j.off. Declinetq; ea, q̃ nocitura videtur. Amb.li.j. offi. Ipſe ſibi ſilẽtio legem poſuit innocentię, vt tacẽdo culpã declinaret, quã vix effugere poſſet loquẽdo. Cum ablatiuo ſignificat caueo, quãuis in ſenſu idẽ ſit cũ deuito. Cic.lib.iiij.Tuſ. Quę quoniã vt bona natura appetimꝰ, ſic a malis natura declinamꝰ, quę declinatio ſi cum ratione fiat, cautio apellatur, eaq; intelligit̃ in ſolo eſſe ſapiẽte. Interdũ ponitur pro deflecto ſeu recedo. Idem in Lęl. Declinãdũ eſt de via, modo hoc ne ſumma turpitudo ſequat̃. Et in Verrẽ acti. v. Qui ſibi ſũpſit vt corrigat mores aliorũ, ac pctã reprehendat, quis huic ignoſcat, ſi qua in re ip̃e ab religiõe officij declinarit. Interdũ ꝓ rede duco. Liui.li.j. Nec ea culpa quã arguo oĩum albanorũ ducẽ ſequuti ſũt, vt & vos ſi quo ego inde agmẽ declinare voluiſſem feciſſetis. Interdũ ꝑ alieno eximo. Terẽ.in Hecy. Neq; declinatã quicq̃ ab aliarũ ingenio vllã reperias. Interdũ pro depono. vt li.ij.Reg. Extendit ora manũ ad arcã dei & tenuit eam quoniam calcitrabant boues, & declinauerant eam.

✣ ¶ Decliuus & decliuis. Vide ſupiꝰ in dictione cliuꝰ.

¶ Decollo as, collũ trũco. Feneſtella li.ij. Quẽadmodũ Cęſar a Piratis captus ſit, vtq; eos poſtea cęperit & decollauerit. Veteres autẽ ſecuti cęſos dicebant. Aenius. Quod in collo tuo eſt, decolles caue. id eſt ex collo depone. Itẽ decollare eſt decipere. Plau. Vna eſt, que decollauit. Lucil. lib.xij. Quibꝰ fructibus me decollauit.

¶ Decolor pe.cor. adiectiuũ ſignificat quod colore vitiato ẽ, vel ſine colore. Hierony. ad Ocea. Aperuit cũctis vulnus ſuum, & decolorem in corpore cicatricem flens Roma conſpexit. Dicitur & decolorus ra, rũ. Amb. Sed ea proprium quoddam genus habent, non ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolora mutatione trãſlata degenerem traxere naturam.

¶ Decoloro as, penu. pro. colore priſtino priuo, aut colorẽ vitio. Cic.li.ij. ad Herẽ. Mortuum deformatum tumore p̃ditũ, decoloratũ corpore ꝯſtat eſſe. Et in Cãt. Nolite me ꝯſiderare q̄ fuſca ſim, q̃a decolorauit me ſol

¶ Decoquo is, penul. correp. in totum vel vehemẽter coquo. Vnde decocta aqua. Pli. lib. xxj. decoquere pro conuertere accipere videtur. Si enim caligaris clauꝰ, ſi ferri vel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor affuerit, omnem illico ſuccũ alienum ſaporemq; in venenũ decoquit. Quandoq; decoquere ſumitur pro perfecte digerere. Hyſopũ (inquit Hierony.) pariter tõſum ſumebant in cibo, vt eſcam grauiorẽ illius colore decoquerẽt. Quandoq; pro ſubſtantiã conſumere, ſeu ſolutione creditoribus impedita fidem concidere. Quod ſępe euenit his, qui gulę omnia dedunt, aut qui ſcorta ſectãtur. Vñ decoctores dicũtur qui patrimonio abſumpto ad inopiam ſunt redacti. Scribit Spartia. Adrianũ ſenatoribus, qui non vitio ſuo decoxerant patrimonium pro modo, ſenatoriæ profeſſionis expleuiſſe. Col. lib. xij. Nã q̃uis interdum emendatum ſit perperam factum vel imprudentia, aut negligentia, res tamen ipſa iam domino decoxit. i. detrimentũ dedit. Tale quid in ſe habet defrigo vt hic defrixit. i. bona conſumpſit.

¶ Decortico as. pe.cor. certicem detraho.

¶ Decotes dicte ſunt toge atritæ quaſi cotibus detritæ atq; conſumptæ ſint. Habetq; penul. prod.

♁ Decrepiti dñr ſenes, quaſi clamoſi a crepitu. Nã crepare ſonare eſt. Clamoſos autem & querulos eſſe ſenes notum eſt. Alij decrepitos dici volunt, quaſi in dubio vite cõſtitutos a Crepero qnod anceps & dubiũ ſignat.

¶ Decreſcere eſt diminut, Amb. Cuius opes nunq̃ deficiunt cuius diuitię nunquam decreſcunt.

¶ Decubo as. pe.cor. iaceo, quaſi deorſum cubo. Apul. Decubatẽ excitaui ferã. ✣ Colu. li. vij. Eſt etiã poſt domituram molioris generis bos, qui decumbit in ſulco.

¶ Decũbo is, idẽ quod decubo. Hie. Quintũ iã diẽ decumbens lectulo nimia feſtinatione dictaui. Aliquãdo decumbere ſignificat mori. Ci.li.ij. Tuſcu. Mittũt etiã vulneribus cõfecti ad dominos, qui querãt quid velint, ſi ſatiſfactum ijs ſit, ſe velle decumbere.

¶ Deculto as. ex de & occulto, in quo abijcitur o, &c.

¶ Decurro is. decurri & decucurri decurſũ, deorſũ curro Verg. Summa decurrit ab arce. Per tranſlationẽ ducurrere eſt a principio ad finem vſq; currere. Lactã. li. iiij. Quę oratio tãtę affluẽtię vbertatis decurrẽs. Itẽ p̃terire Idẽ li. vij. Decurſo tẽporũ ſpatio. Aug. li. ix. Tolerabã illud interuallum temporis donec decurreret,

¶ Decuratus participiũ a decurto, idẽ eſt q̃d mutilatꝰ, breuiatus. Cic. Mutila ſentit quedam & decurata. Et a Hiero. Decurtatus liber dicitur. i. abreuiatus

¶ Docuſſare eſt in decuſſes formare atq; diuidere, & ꝑ integram longitudinẽ diſſecando trahere. Decuſſus eñi dicitur a decem aſſibus. Nam numerus denarius perfectus & abſolutus eſt. Vnde & decumanus limes. Cal. li. iiij. Nã duas regulas eius latitudinis quo paſtinato, ſulcum facturus eſt in ſpeciem gręce litere decuſſabimus.

¶ Decuſſatim ſignificat per decuſſes. Col. li. vlti. Rapã in in alueo aut cera cõponito, deĩde ſicut conſueuerunt Salgamarij decuſſatim ferramento lunato incidito.

¶ Decutio, is. pe.cor. ſſi, ſſum. ex de & quatio, ſignificat deijcio, deorſum, quatio demeto, decido. Li. li. i. Rex velut deliderandus in hortum ędium ſequente nũcio filij inambulans tacitus, ſumma capitũ papauera dicitur baculo decuſſiſſe. Hie. per tranſlationẽ ad Dardanũ dixit. Vt decutiam ſupercilium iudeorum, qui Sinagoge anguſtias latitudini eccleſię præferunt.

¶ Dedecus pen. cor. dedecoro as. Vide in Decor.

¶ Dedignor dedignaris. Vide in dictione Dignor.

¶ Dediſco is. dediſci vide in dictione diſco.

¶ Dędico as. pe.cor. ꝑ verba cõſecro. ſiue honoris gr̃a deputo, ãt dicẽdo defero. Cęci. li. i. ãnaliũ. Legati q miſ

ſi ſunt veniunt, dedicant mandata

Dedo, is, dedi deditū ſignificat in perpetuū do, vel totum ſubdo, ſiue ī manus poteſtatē ve & arbitriū do. Vñ dedere ſe hoſtibꝰ dr̄, q ſe ī hoſtiū poteſtatē tradit. Et traditio ipſa, deditio dicitur. Et qui ita ſe dedūt, dediti vocāt̄. plaut. ī Am. Cōuenit viri victi ſunt eo prelio vrbē, agros, aras, focos, ſeq; vti dederēt. Liu. li. i. Sic ad ſuplicīū Numitori Remus dedit̄. Cęſar li. i. Heluetij omniū rerū inopia adducti legatos de deditione ad eū miſerūt. Et dedere eſt ſimpliciter dare. Terē. Verberibꝰ te cęſū in priſtinū Daue dedā. Forma deditionis deſcribitur apud Liuiū in deditione Collatię, Ita enī Rex interrogauit. Eſtiſne vos legati oratoreſq; miſſi a populo Collatino vt vos populūq; Collatinū, dederitis? Sumus. Eſtne populꝰ collatinꝰ ī ſua poteſtate? Eſt. Deditis ne vos, populūq; Collatinū, vrbē, agros, terminos, aquā, delubra, vtenſilia, diuina humanaq; omnia in meam, populiq; Romani deditionem? Dedimus. Et ego recipio.

¶Deditus, a, tū. in totū vel valde datꝰ. Terē. in Hecę. Priſq̄ hanc vxorē duxi, habebā alibi animū amori deditū. Dedita opera. i. data opera, ſiue accurrata opa, ſeu de induſtria vel ex cōpoſita data opa, quaſi cura adhibita, & labore īpēſo. Idē ī Eu. Apud ātiphonē vterq; pater & mater quaſi dedita opa erāt, vt nullo mō ītroire poſſē quin viderēt me, Feſtꝰ deditū interpretatur valde datū

¶Deditus, a, tū a deditus fit, & is eſt qui ſe in alterīꝰ imperium dedidit. Curtiꝰ. Multitudo deditiorū incolis nouarū, vrbium cum pecunia capta dona data eſt. Per abuſionem tamen dicimus, ego ſum deditius tuꝰ. i. tibi deditus, & tuo imperio obnoxius.

¶Dedocere ē ſecꝰ ab eo, quod quis doctꝰ ē, docere vel falſum id eſſe oſtendere. Quītil. li. ij. Quāta in eluendis quæ ſemel inſederūt vitiis difficultas conſequatur, quū geminatū onus ſuccedētes premat. Et quidē dedocēdi onus pluſq̄ docēdi eſt, propter quod Timotheū clarū in arte tibiarū ferūt duplices ab his, quos alius īſtituiſſet ſolitū exigere mercedes, q̄ ſi rudes traderēt̄. gręce διδάσκω ἔθεν διδάσκαλος. ✤. i. doceo, vnde doctor magiſter.

¶Dedoleo, es pe. cor. non doleo vel dolore me priuo. Oui. lib. iij. Faſto. Quid me in deſertis morituram libet harenis. Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel

¶Dedolo, as, pe. p. proprie ſignificat dolabra vel eiuſmodi ferramēto deorſū, vel pulche dolo, cędo, Col. li. v. Hęc eorū & ſimilia pedamēta poſt putationē retractanda ſunt. parteſq; eorum putres dedolandæ.

¶Deduco, is, pe. p. ꝓprie ſignificat deorſū duco. Ver. Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Quandoq; deducere eſt de loco ad locū, ſiue de re ad rem ducere. Iccirco ei ablatiuus datur nōnunq̄ ſeparatiuus. Accuſatiuus vero ſimiliter. Et tam in paſſiua ſignificatione q̄ actiua, quod premonēdum eſſe diximus, ne quis in paſſiua ablatiuos huiuſmodi putet eſſe agentes, niſi in exemplo Cicerōis quod dicemꝰ. In actiuo. Plau. in Curg. Deduco pedes, de lecto clā miles ne ſentiat, Hic ponitur pro detraho. In paſſiua Hiero. ad helio. Vbi quies nō eſt, ibi mēs a propoſito ſępe deducit̄. i. reuocat̄, ſiue remouetur. Idē in Paulo. Nec tamē accepto itinere deducebatur. Lactā. li. iiij. deriuare ſeu deſcēdere poſuit. Diximus nomē religionis a vinculo pietatis eſſe deductū, ꝙ hominē ſibi deꝰ religauerit. Cic. Terētię. Neq; legis improbiſſima pœna deductus eſt, quo minus hoſpitij & amicitię ius officiūq; ꝓſtaret. Hinc deductꝰ ꝓ deteritus ſumitur, ablatiuus pœna agēs eſt, licet ſine prępoſitione ſit. Nā hoc fit interdū et in alijs. Aliquādo ſine ipſo ablatiuo ſepatiuo, et cū ablatiuo mediāte prępoſitione ponitur pro delabi, vt apud Lactā. lib. ſecundo. Homines autem ipſos ad tantā cęcitatē eſſe deductos, vt viuo ac vero deo mortuos præferāt. Propie in ſignificatione ſua cū accuſatiuo mediante prępoſitione. Cæſar in primo commentariorū. Cęſar vna eſtate duobus maximis bellis cōfectis, maturius paulo q̄ tēpꝰ poſtulabat, in hiberna in ſequanos exercitum deduxit. Ver. li. j. Geor. pro diuertere ſine ablatiuo & accuſatiuo poſuit Riuos deducere nulla religio vetuit. Sumitur & deducere pro in tenuitatē ducere. Pom. Vocē deducas oportet, vt mulieris videāt̄ verba: quare & ꝓ ſubtili, & nihil ſubruſticū proferre ponitur. Hora. Quum lamentamur non apparere labores. Noſtros & tenui deducta poemata filo. Vergi. etiā deductū carmē ſignificantiſſime dixit, ꝙ quaſi filū de inuentione deducatur. Tractū a lana, q̄ purgatur, et in fila trahitur. Inde etiam pro imminuere & detrahere, et deductio pro imminutione, vt inquit Aſco. Interdum promouere. Sal. arma deponere, præſidia de locis deducere. Interdū pro afficij, vel honoris gratia alicui comitatū pręſtare, et fit fere cū pōpa quadā, et ſępe cū multo populo. Ambro. Deduximꝰ fratres hoſtiā viuā dominū et fratrē meū Satyrum. Hiero. ad Iulia. Qđ ſanctiſſimā cōiugē tuam non quaſi mortuā, ſed quaſi proficiſcentē deduxeris. Liuiꝰ frequentes eū deduxerūt domū. Cuius cōtrariū eſt reducere. Cicero in Cato. Hęc enim ipſa honorabilia, quę vidētur leuia atq; cōmunia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi deduci, reduci, cōſuli. Comitari eſt minorū tā paucorū quā multorū Vergi. Ipſe vno graditur comitatꝰ Achate. Et magna comitāte caterua. Aſſectari fere quaſi per vrbem, vt fit quū quis amicitia vel propinquitate, vel diſcēdi ſtudio vel alicuius commodi aſſequēdi gratia quempiam aſſectatur., quaſi iuxta illum pręeuntem ſectatur. vti puer herum, filius patrem, diſcipuli præceptorem, clientes patronum. Cice. lib. de orato. Cumq; maior natu & conſularis. Sergiꝰ. Galba aſſectaretur. Eſt et proſequor qđ eſt quaſi deduco, ſed in itinere quum quempiam aliquātum, longe comitamur. Liuius lib. ij. Deſcendentem domū cū fauore et laudibꝰ ꝓſequuti ſunt. Hier. Quo gemitu te abeūtē ꝓſequutꝰ ſim, iſtę quoq; literę teſtes ſūt

¶Deerrare ē de via ſiue rōne declinare. Cic. Si trāſitionibꝰ nullis vtemur, et ſi non deerrabimus a propoſito.

✤ Defalcare ſignificat colere et amputare. Cc.

¶Defamo, as pen. pro. fama priuo ſicut diffamo. Gelli. Vt vocabula eorum qnoq; defamata atq; deformia cum ipſis viderētur. Sed ex gręco oīno veniūt φημὶ καὶ φήμη id eſt dico et fama.

¶Defæco cū dipthongo ſignificat a fęce purgo, quaſi fęcē detraho. Pli. lib. xviij. Per brumā vitem ne colito, vina tamē defęcari etiā diffundi Hyginiꝰ ſuadet. Vnde oīa pura inturbata, et ſine ſordibꝰ, ac vinū ſine fęcibꝰ, defęcata dicuntur. Plau. in Aul. Nūc defęcato demū animo egredior domo. i. ab āgore purgato ꝓprie. Col. li. vltimo. Et defęcatū vinū in amphoras bonas adijcito.

¶Defendo, is, di, ſum ex de et fendo. Vnde et offendo, quāuis fendo nō reperiatur. ſignificat tueor. Lactā. Qui ſępe etiam malas copioſe defendiſti cauſas. Duobꝰ autē modis ab aliquo defendi dicimus, vel cum ille non defendit, vel quū ipſi defēdimꝰ nos, vel quū alius defēdit nos ab illo tanq̄ iniuriā inferente. Vt ſi nobis aduerſantur iudices & Cice. tueatur, recte dicimꝰ defēdi nos a iudicibus, non ꝙ illi nos defendāt, ſed ꝙ pręſidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Differt tamē defendere a propugnare, quia defenſio eſt quoquomodo fiat, propugnatio autem non niſi per contentionē. Rurſus defendere eſt auertere, depellere, prohibere. Gel. Q. Claudius hoſtes defendebat a pinnis facillime. Cice. lib. iij. offic. Etenim ſi quis non defendit iniuriam neq; propulſat a ſuis quū poteſt, iniuſte facit. Hoc aūt fit ex vi prępoſitionis de, quę duplicē facit ſignificationem. Quū enim tueor ſignificat, tunc de, auget. Quādo vero prohibet protectionis detractionē & negationē facit. Dicimus autem Defendo frigus tibi, & defendo te a frigore. Vergi. Solſtitiū pecori defendite, iam venit ęſtas. Et alibi. Hic ego dum teneras defendo a frigore myrtos.

¶Defēſito, as, frequētatiuū eſt. Cic. li. j. offi. Si igit̄ nō poterit ſiue cauſas defēſitare, ſiue populū cōcionibꝰ tenere, ſiue bella gerere, ille tamen pręſtare debebit, quę erunt in ipſius poteſtate.



¶Deferueo miteſco, placidus fio. Cc.

¶Defero. pe. cor. aſtero. Ver. li. iiij. Celeres mandata ꝑ auras Detulit. Aliquando denuncio. Cicero. Ruffo. ſcito cōtubernales dūtaxat meos delatos eſſe. Idē ſulpicio Eiq; nec opinānti volūtatē tuā per literas detuliſſe. Aliquādo in accuſationē defero. Vnde delator occultus accuſator calūniator. Sue. ī Do. Prīceps qui delatores nō caſtigat irritat. Aliquādo prodo quod cęlatū eſt. Hiero. Sed forte conqueſta me delatorē, ꝙ te prodiderim clamabis. Pertinet etiā ad dignitatē & honorē, & venerationē, & officiū, varijſq; modis ponitur, ac cōſtruitur. ad dignitatē. Liuius. lib. j. Omnes Numę Pompilio regnū deferēdū decernūt. i. offerēdū atq; tradendū. Cic. Octa. Quę tibi non anteq̄ poſtulares, maiora q̄ velles plura q̄ ſaperes detulit ſenatus. Ad venerationē & officiū. Ambro. Nouerit deferre ſenioribus. i. venerationē exhibere, īſeruire, & ſubuenire. Aliqn̄ deferre ē tribuere. Hie. ad Ne. Honorent clericos, & ipſis a clericis quaſi ep̄is honor deferat̄. Scitū eſt illud oratoris Domitij. Cur ego (inquit) te habeā vt principē quū tu me nō habeas vt ſenatorē. Habeo hic honoro ſeu accipio ſignificat. Alias ꝓ loco. Cic. Treb. Vniuerſum ſtudiū meū, & beniuolentiam ad te defero. i. tibi attribuo. Nauis in portū delata eſt, id eſt deuecta. Hic delatus eſt lectica. i. deportatus. Ille detulit argentū. i. de loco tulit. Et diuinos honores parentibus detulerunt. i. dederunt. ſeu celebrauerunt.

¶Deferueſcere ſignificat decreſcere. Cic. lib. iiij. Tuſc. Aut rogādi orādiq; ſunt, vt ſi quā habēt vlciſcendi vim differant in tēpus dū deferueſcat ira. Deferueſcere autē certe ſignificat ardorē animi inuita ratione exanclatum & excitatū. Ex quo illud laudatur Architę, qnū villico factꝰ eſſet iratior. Quo te mō (inquit) accepiſſē ni iratus eſſem? Sed hoc ꝑ trāſlationē, quaſi ita ſit ignis qdā animum incēdens. Colu. ꝓprie deferueſcere ꝓ refrigerari poſuit, lib. ij. de fœno loquēs. Prudētes agricolę q̄uis iā illatū tecto nō ante cōponūt, q̄ per paucos dies temere congeſtum in ſe conco qui & deferueſcere patiantur.

¶Deficio, is, ex de & facio, cōſtruitur cū datiuo, & ſignificat deeſſe, vel nō ſufficere. Ci. in verrē. actio. iij. Verērer ne mihi crimina nō ſuppeterēt, ne oratio deeſſet, ne vox vireſq; deficerēt. Idē Ser. Sul. Sed opprimor īterdū & vix reſiſto dolori, ꝙ ea mihi ſolatia deficiūt quæ cęteris quorū mihi exempla ꝓpono, ſimili in fortuna nō defuerunt. Et more ſuo hic fecit. Cic. vt per deſum deficio expoſuerit. Hinc defectꝰ pro priuatione deducitur. Legimus etiā deficere abſolute poſitū pro deeſſe. Hircius Quare neque tanti ſum animi, vt ſine ſpe caſtra oppugnanda cenſeā, neq; tanti timoris, vt ipſe deficiam. Aliter alibi dixit. Martius Rufus quęſtor in caſtris relictus a curione, cohortatus ſuos ne animo deficiant. i. terreantur, & animus deſit. Inuenitur etiā cum accuſatiuo pro derelinquere poſitum. q̄q̄ in ſenſu idem ſit cum deeſſe. Cicero. Prudentia nunq̄ deficit oratorē. Cæſar. Fruſtra meę vitę ſubuenire conamini, quā iam ſanguis vireſq; deficiūt. Sal. in Iugur. Deſero vſus eſt in ſimilibus. Sed ſtudijs partium, deq; omnibus ciuitatis moribus ſi ſigillatim atq; pro magnitudine parem differere, tp̄s quam res maturius me deſeret. Accōmodatur huiuſmodi noīnatiuus rebꝰ inanimatis, vt dies deficiet, vox te deficit & oratio illum deficit. Lactan. lib. ij. Non enim verēdū eſt, ne te in tam bona cauſa deficiat oratio, qui ſępe etiā malas copioſe ac fortiter defēdiſti. Cęſar li. ij. Ipſos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his datiuo pro actō vtatur, nō culpandus erit. Frequentius tamen cū accuſatiuo vſurpatur. Et notanter dixi rebus inanimatis accōmodari ī hac ſignificatiōe, quia nō recte dixeris, vxor vel res deficit. ſed a me deficit. Itē deficere cū actō ſignificat non ſuggerere. Vergi. Cum iam glandes atq; arbuta ſacrę Deficerent ſyluę, id eſt non ſuggerent glandes atq; arbuta. Interdū abſolute ponitur ꝓ finire deſinere, vt hic pre mœrore defecit. Martianꝰ. Tū demum id agere cōſiliū erat dū vita defecit. Aug. cū infinito poſuit in quodā ſermo. Nūquid deꝰ defecerat paſcere ſeruū ſuum Heliam? Nōne illi cui deerāt hoīes alites adminiſtrabāt. Cōſtruitur quādoq; cū ablatiuo ſine prępoſitione, & ſic ſumitur pro carere ſiue priuari. Colu. li. iij. de vite loquens. Quū q; tranſtuleris inquit de humido in aridū locū, vide ne priſtino alimento deficiat. Idē Cōmode fluunt. nec deficiunt macro ſolo. Et lib. iij. paſſiuo vſus eſt. Iugatū quadā parte deficitur, quadā ſupat Et lib. viij. Qui ſi memoria deficitur, quominꝰ agnoſcat cuiuſq; progeniē pice liquida eādē notā ſcrophę & porcis innotat. Capitur & pro diſſentire recedere ſeu rebellare. & tūc ablatiuo iūgitur cū prępoſitione. Sal. in Iug. quod oppidū primū omniū poſt malā pugnam ab rege defecerat. Deficere eñ dicūtur, qui ab his quorū ſub imperio ſunt deſciſcunt, & ad hoſtiū numerū ſe conferunt Cic. in Lęl. Difficile eſt amicitiā manere, ſi a virtute defeceris. Li. li. ij. Eodē anno duę colonię Pomeria & Clora ad Aruncos deficiunt, ſubintelligitur eñ a Romanis deficiūt trāſeūtes ad Arūcos. Inde defectores q trāſeūt de vno exercitu ad aliū. Pli. Genus vini. quod Bion vocamus prodeſt ſtomacho diſſoluto, pręgnātibuſq; & defectis. Marti. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cātator cygnus funeris ipſe ſui. Idem in Cato. Q m̄ delectabant ad delectationes ſolis & lunæ multo nobis ante pręducere. Sunt & defectiones in corpe humano, qua les a mulieribus an cōceptu accidere ſolēt: vt eſt illud apud pſalmographū. Defectio tenuit me ꝓ pctōribus derelinquentibus legem tuā. Quod genus etiā malaciam pręgnantibus vocare Pli. ſolet Eſt. n. malacia in ſtomacho debilitas, & in mari malacia pro trāquillitate capit̄.

✤ Defectio, receſſio ſeu rebellio, vel militū ab Impatore vel ciuitatis a domino, qui dicūtur deficere, cū ab eorū gubernatione diſcedunt. Liu. lib. j. Ob reſiduas bellorū iras maxime ſollicitati ad defectionē voluntarios traxere. Cic. lib. Tuſcu. Omnium autem perturbationem fontem eſſe dicunt intemperantiam quę eſt a tota mente, a recta ratione defectio. Aliquādo dicitur diminutio & decretio & virium debilitatio.

¶Defectus a, um. participiū a deficio vel deficior, habet ſignificationē actiuā in voce paſſiua. Columel. Diligētis patriſfamiliæ eſt primū quamque arborem ſenio defectam tollere. i. quę defecit. Quinti. lib. iij. Vt ſi obeſſi & impares & aqua ciboque defecti de facienda ad hoſtem deditione deliberent, id eſt qui defecerunt. Hinc fit cōparatiuum defectior, & ſuperlatiuum defectiſſimus. Co. in pręfa. Sed ſiue fundū locuples mercatꝰ eſt e turba pediſſequorum lecticariorūq; defectiſſimū armis & viribꝰ in agrū relegat. &c. Defectus us, nomē ſignificat pœnuriam non vitiū aut culpam, aut morbū vt defectu ciborū dedimus nos hoſtibus. Liui. li. iiij. Defectus alibi aquarum circa torridos fōtes riuoſq; ſtragem ſiti pecorū morientium dedit. Interdū defectꝰ dicitur diminutio. Gel. lib. ij. Sed de lunę motibus ſoliſque defectibus. Pli. li. j. Defectus autem ſuos & ſolis rem in tota contemplatione naturę maxime miram & oſtento ſimilem. Defectus animi, ſiue defectus animę, vt cęlſo moris eſt loqui. Lipothymia & Lipopſychia gręce dicitur. A noſtris etiā animi deliquium, & verba linqui animo, & intermori, & deficere, & extinctę animę ſpeciē pręhere, quos Pliniꝰ & defectos animo quādoque appellat. defecta vero corpora & defecti ſunt quos græci παρέτους quaſi reſolutos dicunt, & reſolutionē ipſam πάρεσιν λέγουσι.

✤ Defectio ſiue defectꝰ lunæ grecæ Eclipſis dr̄, quo interpellari aliqñ dies ſolet duorū ſyderū occurſu. Cc.

¶Defectiuus, a, um. quod eſt mancum. Cice. lib. j. offi. Etenim cognitio contemplatioq; naturę manca, id eſt defectiua quodammodo.

¶Defetiſcor, eris. defeſſus inquit Priſcianꝰ cōpoſitū a

fatiſcor feſſus, quod quidem a Fateor deriuari volũt. Sed diomedi. aſſentiẽdũ puto, Qui ait Feſſus appellatio eſt, poſtea ſequitur. Differt aũt fatigatus a feſſo, ꝙ fatigatꝰ dicitur, quũ quis per aliũ laborare cõpellit̃, vt laſſatus. Feſſus vero quũ quis labore deficit, vt laſſus. Feſſus igitur nomen eſt non participiũ quia ſicut laſſus nõ eſt participium, ita nec feſſus quod eorũ ſignificatio quaſi eandem plane oſtendit, quã verius docuit, ex qua oſtẽditur non eẽ idẽ feſſus & fatigatꝰ igit̃ neq; a fatiſcor feſſus, neq; a defetiſcor defeſſus, quia feſſus nomen eſt, & eius cõpoſitum eſt. defeſſus, ipſaq; verba ſupinis atq; præteritis carere exiſtimo, quemadmodũ & fatiſco. Et quoniã fatiſco in vſu eſt, nimirũ fatiſcor obſolcuit, compoſitum tamen defetiſcor remanſit, & in eadem pene ſignificatione ſumitur, quia fatiſco, quod deficio ſignificat defetiſcor vero ceſſo, ſiue deficio. Et ſic duo verba nobis relicta ſunt, alterũ neutrum ſimplex, & alterũ deponẽs cõpoſitum. Defatiſco. Colu. li. ij. Sed omni ſolo, quod prædictorum leguminũ ſegetibus fatiſcit, vna pręſens medicina eſt, vt ſtercore adiuues & abſũptas vires hoc velut pabulo refoueas. Verg. lib. j. Georg. Nec puluere, victa fatiſcat. De defetiſcor. Teren. in Phor. Iſthęc res mihi ſolicitudini eſt, neq; de defetiſcar vnq̃ ego experirer donec tibi id quod pollicitus ſum effecero. Inde defeſſꝰ Idẽ in Adel. Defeſſus ſum ambulãdo. Eius cõtrariũ indefeſſus. Claud. li. iiij. Accingat luſtrare diem ꝑdeuia rerũ Indefeſſa ferar, nulla ceſſabitur hora. Nõ requies, nõ ſomnus erit, dum pignus ademptũ, Inueniam.

♉ Defigo, gis, pe. ꝓ. deorſum figo. plãto mittoue. Co. li. iij. cũ in terrã bene paſtinatã, & ſtercoratã rectũ ſarmentum defigito. Vergilius. libro ſecundo. Georgi. Altius & penitus terrę defigitur arbos ęſculus in primis. Lact. li. ij. Oculos ſuos ab alto deijciũt, ſoloq; defigũt. Aliqñ pro ferio, vel tranſfodio. Perſius. Ore teris modico pallentes radere mores. Doctꝰ, & ingenio culpã defigere ludo. Aliqñ valde figo. Vnde eſt illud. Abominatio eſt domino defigens oculum. Aliqñ defatigor ac viribus attonitorum modo linquor vt apud Pli. lib. vij. Defigatur poſtremo expiret.

¶ Definio, is, pe. cor. terminio, decerno, & quaſi finẽ do. Diffinio vero diſcerno, quaſi diſperſiẽdo diſtinguo. Vñ diffinitio vocata eſt, qua in diſputãdo vti ſolemus & cõſtat ex genere & differẽtijs. Et eſt oratio, quę id quod definitur explicat quid ſit. Eſt eñ coactę in ſe atq; cõplicate rei explicatio, veluti cũ dicimꝰ. Homo eſt animal rationale & mortale. Explicat eñ definitio id quod breuiter & anguſte deſignabatur. Quinti. Finitio eſt rei ꝓpoſitę propria & dilucida & breuiter comprehenſa verbis enunciatio.

Defioculus dicitur, qui eſt captus vno oculo, quẽ luſcũ alio nomine vocitamus.

¶ Deſit deeſt, & cũ datiuo cõſtruitur. Terẽ. in Hecy. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus ſit benigne prębeatur. Ver. Lac mihi nõ ęſtate nouũ, nec frigore deſit. Priſcia. hoc loco ait. Deficio aũt loco paſſiui defio facit, & inde defectus.

¶ Deflagro, as, penultima ꝓducto, vehemẽter comburor, ideo cum ablatiuo conſtruitur. Cice. lib. iij. offi. Ictu fulminis deflagrauit.

¶ Deflecto, is, deorſum flecto. Col. lib. iij. Cum iã ſatis amplum incremẽtũ ſuſceperit, ramum oliuę deflecte & ad crus arboris ficulineæ religa. Cicero libro. iij. offi. ꝓ declino per tranſlationem poſuit. Hoc autẽ de quo nũc agimꝰ idipſum eſt quod vtile, in quo verbo lapſa cõſuetudo de via deflexit.

¶ Deflacco, as, attero. Tractũ a veſtibus, ſiue a flacco, vt ait Nonius.

¶ Deflorere eſt ſine floribus eſſe, quod fit cũ flores decidũt. Vnde & defloreſcere. qđ eſt ſine floribus fieri. Pli. li. xvij. Peſſimũ eſt inter omnia quũ defloreſcẽtem vitẽ & oleam percutit imber, quoniã ſimul defluit fructus. Ci. ad Herẽ. per tranſlationẽ. Formę dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate. Eiuſdẽ ſignificãtiæ eſt Effloreo, vt eſt in pſal. Dies eiꝰ tãq̃ Flos agri ſic efflorebit Aliquando etiam deflorere ad flores emittere. Colu. li. ij. Et quum totam ſpicam edidit octo diebus defloreſcit ac deinde grandeſcit diebus. xl. quibus poſt florẽ ad maturitatẽ deuenit. Sic Effloreſcere eſt valde floridum fieri Ci. in lęlio. Quę tamen effloreſcit amicitia, etiam ſi tu minus eam ſecutus ſis.

¶ Defluere deorſum fluere, & proprie de fluminibꝰ dicit̃. Per traſlationem ſignificat decurrere delabi. Ci. in Lęlio. Ad leues amicitias defluxit orõ. Salu. in Iu. Vbi ꝑ ſocordiã vires, tẽpus ingenium defluxere qđ eſt quaſi cecidere & periere. Lactan. li. iij. pro in nihilum redigere poſuit. nauis ſine gubernatore abit peſſũ, & corpꝰ relictum ab anima defluit. Qñq; ponitur pro valde fluere, abundare. Am. Peccator quãuis foris abundet, & delicijs defluat, odoribꝰ fragret, in amaritudine animę ſuę vitam exigit. Quandoq; pro ſubtus fluere. Vergilius li. iij. Geor. Vdiſq; aries ĩ gurgite Villis Merſatur, miſſuſq; ſecundo defluit amni. Defluere etiã dicitur, quod ętate morbove ſoluitur. Vnde defluere capillus dicitur. Et quia defluit, dicitur defluus. Et defluuiũ capillorum fluxus, allopeciam græci dicunt.

¶ Defluxus idem quod defluuium.

¶ Defluus, a, um, qđ decidit aut decidere ſolet. Pli. li. xx. Hippocrates capillos mulierũ defluos f. icari raphanis iubet. Ambroſiꝰ improprie. Alliga ſenſum tuum, non ſit remiſſus ac defluus.

¶ Defluuium ipſe decidendi actus. Plini. Sed defluuia comarum facere dicitur.

¶ Defodio, is, penul. cor. ſepelio, obruo. Liuiꝰ. Fuerãtq; defoſſi annis quindecim ſupra quingentos, & durauerant, ſcilicet libri. Plau. in ꝓlo. aulula. Domi ſuæ defoſſã multis cũ opibus aulam inuenit. Colu. li. viij. pro fodiendo facio poſuit, quum dixit. Cõfeſtim ſcrobem defodiamus in lumine ſtabuli, & viuã pecudem; quę ſit puſtuloſa reſupinam obruamus. Et defodere eſt inter ſiue deorſum fodere. Idem li. xij. Paſtinatur terre iugerum, ita vt ſolũ in altitudinem trium pedum defodiatur.

¶ Defœtꝰ, a, um, ꝑ œ. diph. idem quod deſtitutꝰ, ſicut effœtus fœtu deſtitutus. Oui. in Ibin. Sit quoq; qđ rarũ eſt ſolito defœta fauore Fortunę facies inuidioſa tuę. Hĩc defœtiſſimꝰ. Col. Sed ſiue fũdũ locuples mercatꝰ ẽ e turba pediſſe quorum lectariorum q; defœtiſſimumq; annis et viribus in agrum relegat.

¶ Deforme turpe quaſi ſeorſum a forma, a quo deformitas & deformo, as, quod eſt a forma ſua deijcio, De quo in dictione formo.

♉ Deformo, as deſtruo, & quaſi de forma deijcio, & ab aliqua forma muto. Ci. Qui ſunt qui Italiam deformauerũt? Carthaginiẽſes, Apul. li. j. de Aſi. Aliꝰ lutore ac miſera macie deformatus Hierony. Licet longa macerent ieiunia abiecta & nigra veſtis deformet. i. maculet & turpẽ faciat. Sic Lactã. de opi. Quã mirabili quã diuina ratione molitus eſt, vt tñ hiatꝰ ipſe naſi oris ſpẽm nõ deformaret. Itẽ deformare eſt figurare, & noua forma inſignire. Victu. li. v. Tragicę ſcęnę deformãtur columnis ſignis & regalibus rebus. Hierony. in lib. numeri. Turgentibꝰ gẽmis eruperãt flores ꝗ folijs dilatatis ĩ amygdalas deformati ſunt.

¶ Deformicatum. Vide in dictione Formicatio.

¶ Defrico, as. pe. cor. valde frico. Col. li. ij. Totumq; eorum ſub palatum ſale defricato.

¶ Defrigo is, xi. Vide in dictione decoquo.

¶ Defringo deorſum, vel valde frãgo, ſiue decerpo, decido. Col. li. vj. Plęrũq; fit, vt aut crure aut cornibꝰ boũ ramuli vitium defringant̃. Verg. Aut ſummas defringe ex arbore plantas.

¶ Defraudare per fraudẽ aliquid decerpe vel fructũ diminuere aut priuare, vt ẽ illđ. Qui ſophiſtice loquit̃ odi



bilis eſt, in omni re defraudabit̃. Defraudare vero geniũ eſt interrumpere voluptatem.

¶ Defrugo, as, pe. ꝓ. oẽm fructum exhaurio. Defrugare ſegetẽ videt̃, qui vel nimia fœtura exinaniuit agros, vł ꝑ inſcitiã aut negligẽtiã perdit laceſſitve fruges omnino quum vel feſtinata ſemẽtis eſt vł ſerotina ꝑpropere q; aut ꝑpoſtere quid agit̃, defrugari ſegetem contingit. Plin. lib. xviij. Oraculum illud magnopere cuſtodiẽdũ, ſegetem ne defruges. Conſtat ſegetem nimia defrugatione exinaniri.

¶ Defrutũ a deferuendo (vt inquit Pal). Vinũ decoctũ Pli. auctore vſq; ad mediã partẽ. Sapa vero a ſapiditate muſtũ eſt ad tertiã partẽ decoctũ. At Col. aliter. Muſtũ (inquit) q̃ dulciſſimum decoquitur ad tertias, & decoctũ ſicut ſupra dixi defrutũ vocatur. Sic noniꝰ. Sapa qđ nũc Mellaciũ, muſtum ad mediam partem decoctũ, defrutum ſi ex duabus partibus ad tertiam redigatur.

¶ Defrutare, muſtũ decoquere, vt inde defrutũ fiat. Colu. li. ij. Sed defrutum quoq; & defrutare vinũ licet. Hĩc defrutarius, a, um, vt Vaſa defrutaria apud Colu. dicũt̃, quę ſunt ad defrutum idonea.

¶ Defugere, recuſare, in torũ fugere. Lactan. lib. v. Nõ defugi hunc laborem, vt impleam materiã, quã Cyprianus non eſt executus.

¶ Defundo deorſum fundo Cato de re ruſtica. Aquam defundito non omnem, eo addito oleum.

¶ Defungor, eris. Vide in dictione fungor.

¶ Degener penultima correpta qui maiorũ ſuorũ moribꝰ non reſpondet. Ponit̃ quãdoq; pro ignobili, & vili. Vergilius. Degeneres aĩos timor arguit. Eſt autẽ generis oĩs. In ablatiuo degenere vel degeneri. Luca. Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte. Degenerare idẽ qđ a gñe deſciſcere. Hie. ad damaſ. Hic obruta ſulcis frumãta in lolium auenamq; degenerant. Vergiliꝰ li. ij. Geor. pomaq; degenerant ſuccos oblita priores. i. deteriorantur in ſapore Prop. Dij mihi ſunt teſtes nõ degeneraſſe propiquis. Dicimus autem degenerare tam a malo quã a bono. Liui. lib. ix. Ne degeneraueris a familia imperioſiſſima, & ſuꝑbiſſima.

¶ Dego. is. ex de & ago, ſed abijcitur a, præteritũ facit degi, ſupinũ dactũ ſecundũ analogiã, ſed nuſquam legi, neutrũ eſt ſed in tertia perſona paſſiue eo vti poſſumus Et quandoque abſolute, quandoq; cũ accuſatiuo. ſignificatq; deduco. ſiue ad finẽ vſq; duco & ago. Lactã. li. v. Quo rectiꝰ vita degatur nõ eſt neceſſe oĩa circuire. Itẽ degere eſt viuere. Idẽ in eodẽ. Idcirco eũ voluit ſub aliena ditione atq; impio degere, ne rerũ proſperitate corruptꝰ ĩ luxuriã laberet̃. Itẽ expellere, detrahere. Plau. in Aul. Nunc ego iſtũ ſoror laborẽ degam & diminuã. Idem in Epi. degitur corium detergo meo.

♆ Degrado ab ĩpitis dr̃, vbi dicendũ eſſet deſecro. Cc.

♉ Deglabrare, & depilare, eſt glabrum facere,

¶ Degrũmari ſigni, a grumma mẽſura dirigere. Lucil. Viamq; degrummaris, vt eſt caſtris menſor faciat olim.

¶ Degulo, pe. cor. gulę trado. Plau. Poſtq̃ degulato patrimonio pauper eſt factus.

¶ Dehabeo, es. Vide in dictione habeo.

¶ Dehinc dequi manci, id eſt. poſt hac. Terẽt. in An. dehinc vt quieſcãt porro moneo. Itẽ ſignifi. apreſſo. i. deĩde, vt ſit aduerbium ordinis. Salu. In primis arduũ videt̃ res geſtas ſcribere, primũq; facta dictis exęquẽda ſunt, dehinc quia plęriq; delicta quæ tu reprehenderis maliuolentia atq; inuidia putant eſſe dicta.

¶ Dehoneſto, as, contrarium verbi Honeſto, qđ ſignificat honore afficio. Augu. lib. v. con. Quid nocuerũt tibi in quo imperium tuum dehoneſtauerunt?

¶ Deho neſtamentum cicatrix eſt vultum hominis decorans aut oculi effoſſio. Gel. libro. ij. Quo dehoneſtamento corporis maxime letabatur.

♉ Dehoneſtus, ſta, ſtum, qđ eſt valde honeſtũ. Gel. dehoneſtum deculpatumq; verbum.

¶ Dehiſcere valde hiſcere. ſiue deorſũ paſſumq; aperi. His eñ de auget. Pli. li. ix. Acus ſiue belone vnꝰ piſciũ dehiſcentẽ propter multitudinem vtero parit hoc eſt ſe aperiente.

♆ Deianita filia fuit Oenei Aetolię regis, cuiꝰ regia Calydon erat, hęc adeo formoſa erat vt multos ꝓcos hr̃et tandẽ Acheloo deſpõſata eſt prĩo, deinde Herculi. Itaque nuptiarum grã ortũ eſt inter eo certamẽ, ſed Acheloo victo. Herculi ceſſit. Cc.

♆ Deidamia, ſiue vt alij volunt deiamia, filia fuit Lycomedis Scyri regis, cũ qua Achilles cõſuetudinẽ habuit & inde natus eſt Pyrrhus. Cc.

¶ Deiero, as, pe, cor, valde vel ſctẽ, ſeu libere iuro. hiero. li. Reg. Et addidit Ionatas deierare dauidi. eo ꝙ diligeret eũ. Gel. li. j. Nã quum amicus eũ rogaret vt pro ſe cãq; eius filiũ deieraret, his ad eũ verbis vſus eſt.

♉ Tertul. ĩ Apol. Sacra faciebãt pro ſalute imperatoris, & genium deierabant.

¶ Deiurus pe. pro. qui ſctẽ ac valde iurat. Deiurium ſanctum iuſiurãdum. Gel. Octo ad oſtes redire voluerũt, ꝙ deiurio vincti forent, duo reliqui Romę manſuerunt,

¶ Deijcio, is, pe, cor, deorſum iacio, vel deorſum mitto Plaut. in Aſi. Iuſſin columnis deijci operas aranearum? Verg. Toto genitrix q̃ plurima cœlo deijcit in terras. Liui. lib. ij. pro iaciendo defigo poſuit, dum intentus in eum rex totus aduerteret alter elatã ſecuri in caput deiecit, per tranſlationẽ ponit̃ pro auerto. Ci. in Ph. Nec vero vſquã, nec a republi. oculos deijciebã. Itẽ pro depellere. vt apđ eũdẽ, Si me ędilitate deieciſſet. Ab hoc verbo fit deiectus, us, pro deiectione.

¶ Dein ex de & in, ſumit̃ pro deinde. Exin, pro exinde proin, proinde, ſubin, ſubinde. Et hęc habent accentum in prĩa. Significatq; deinde, poſtea. Et eſt vna pars orõnis, vt inquit Ser. Et in tertia ĩ fine accentũ habet licet penultima producta ſit. Qđ ideo factũ eſt, vt oñderetur vna pars eſſe orationis ne præpoſitio iungeretur aduerbio quod vitioſum eſſe videtur.

¶ Deĩceps proprie ſignificat gradatim ꝑ ordinẽ, ſiue ꝑ vices, ſiue quod dicere ſolemus. vnum poſt aliũ. Liui. libro. j. Ita duo deinceps reges aliꝰ alia via, ille bello, hic pace ciuitatẽ auxerũt. Cice. Thermo. Si tamẽ tres frẽs ſummo loco natos promptos nõ indiſertos quos video deinceps tribunos plebis per triẽnium fore te nolo habere iratos. Col. libro. vj. Quod quomodo & qualis generis faciendum ſit non pigebit deinceps præcipere, id eſt per ordinem. Interdum ſumitur pro deinde ſiue poſtea. Hierony. Verſa eſt & ipſa ſine coitu in matrẽ, vt non ſit iam admodũ quod fuerat, ſed purpura veriſſima ad indumentum & gloriam ſummi regis diuinitus aptiſſime dedicata, vt nulli deinceps ea vti vſu fœmineo licuerit, niſi deo. Interdũ ſignificat ꝑterea. Liui. Extẽplo aduocato cõcilio. ſcelera in ſe fratris, originem nepotũ vt geniti, vt educati, vt cogniti, cædem deinceps tyranni, ſeq; eius auctorem oſtendit.

♆ Deincipẽ veteres a deinceps deincipis ꝓximũ quęq; capitũ dicebãt, quẽadmodũ principẽ primũ capitũ. Cc.

¶ Deinſuper penultima corre. ſignificat deſuper. Salu. li. j. hiſto. Ad medium deĩſuper aſtãtum manibus in murum attollitur.

¶ Deintegro penultima correpta ſignificat totum, denuo, ſiue a principio ad finẽ. Terẽ. in An. Poſthac quas faciet deintegro comœdias.

¶ Deintegro, as, pe, cor, diminuo.

¶ Deiphobus pe, cor. nomen filij Priami ex Hecuba. Deiphobe vero nympha fuit Glauci filia. Vergiliꝰ. Deiphobe Glauci fatur quę talia regi.

¶ Deipilus pe. cor. fuit Steneli filius Capane in bello amiciſſimus. Deſhile nomen Adraſti regis filię, & Tydei vxoris, matris Diomedis.

♃ Nõ ſcribit̃ cũ aſpiratione, quia tũc ſcriberet̃ cum vltima, ꝑ. Eadẽ ratione qua & Allophylus & Emphylus, &

Omphylus, Eodem modo & Deiphyle

¶ Deiopea ſiue deiopeia nympha λεγέσθαι ἢ δίω ἴσως ὅτι Διὶ ἀεὶ ἐστὶ ἐφιμερὸν τὸν ἔρωτα ἱφιμι καὶ ὄπονην .i. dici puto forſitan ꝙ Ioui ſemp adſit, diurnũ amorẽ imitto vocẽ. Ita vt ab hac ꝓprie noīarit vẽtrorum flatibꝰ cõueniẽte.

¶ Deiugo, as, penultima correpta diſiundo, cui contrariũ eſt coniugo.

¶ Delabor pe. ꝓ. demit. Liui. li. j. Cœlo repẽte delapſꝰ Quandoq; cõſumor & ad nihilũ redigor. Cic. lib. ij. offi. Habenda eſt aũt ratio rei familiaris, quam quidẽ delabi ſinere flagitioſum eſt. Quãdoq; decido. Verg. Serta ꝓcul tm̃ capiti delapſa iacebant. i. quę deciderant.

¶ Delachrymare ẽ lachrymas vel aquã more lachrymãtis dimittere. Col. lib. v. de vite loquens ait. Vt interdũ potius deuexa q̃ in germine delachrymet.

¶ Delanico, as. pe. cor. diſcindo, & quaſi lanam traho. Vnde lanius qui pecus diſcindit.

¶ Delapidata dicunẽ lapide ſtrata, quales ſunt vitę apd̃ Bergomum.

¶ Delaſſo, as, valde laſſo. Plau. in Aſi. Eũ etiã hominẽ in ſenatu dare operam, aut cliẽtibus, ibi labore delaſſatum totam noctem ſtertere.

¶ Delatores occulti accuſatores & delatio talis accuſatio. Vide quę dicuntur in defero. Cc.

¶ Delecto & oblecto frequẽtatiua ſunt, & cõpoſita a lacio, is. Delecto em̃ a delicio, & oblecto ab oblicio, quod ex de & lacio cõponiẽ, Vnde fit lacto, as. Delecto ſepiꝰ in tertia pſona auctores vtunẽ. Cic. Rufo. Itaq; me & ſuperiores literæ tuę admodũ delectauerũt, quibus expectatum meum aduentẽ abs te amãter videbã. Et habet nihilominus in ſe ſignificetionem actiuã, quã doq; etiã paſſiuam, eodẽq; modo cõſtruitur, quẽadmodum oblecto. Idem Pæto. Plures iam pauones cõfeci quã tu pullos colũbinos: tu te iſthic atheniano iure delectato, ego me hic hirciano. Oblecto vero plerũq; in ſe ſignificationẽ paſſiuã habet, quãuis & actiuã. fit quãquã paſſiuã habeat, tamẽ regit accuſatiuum non alterius perſonæ aut rei q̃ eiꝰ, q ſe oblectat. Et vltra accuſatiuũ ablatiuũ poſtulat, ex quo paſſiua eiꝰ ſignificatio mõſtratur. Terẽtiꝰ ĩ Eunu. Me ſpes, me te oblectes. Quo itẽ mõ delecto ſumiẽ ex ſupiore. Ciceronis auctoritate. Idẽ in actiua ſignificatione ſumpſit, quũ in Catone ait. Quas ſi exequi neſcirẽ tñ me lectulꝰ meus oblectaret, quod eſt quaſi delectaret. Et pro Archia. Adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectans. ſ. literę. Qñq; cum ablatiuo mediante in & hoc vt oſtendatur maior vis delectationis. Teren. in Adel. In eo me oblecto, ſolũ id eſt charũ mihi, vt ſit quaſi in eo conſiſto tanq̃ in delectatione mea præcipua. Si em̃ dixiſſet eo me oblecto, hoc ad partẽ quandam pertineret oblectationis, quã de illo, non in illo ſumit. Sic Lactan. lib. ij. inquit illos non diſputare vt doceant, ſed vt ſe oblectẽt in ocio. Et ſit oblecto ab oblicio, ſicut a delicio delecto, & ſicut a delecto fit delectatio, delectamen, & delectamentum, ſic ab oblecto oblectatio, obletamẽ, & oblectamẽtũ. Delectare vero proprie ſignificat attrahere, ducere. Ennius. Ex me Apollo ipſe delectat ac ductat delpeicꝰ. Quadrigariꝰ. Fabius de nocte cœpit hoſtiũ caſtra oppugnare, hoſtem delectare. Et quoniã quę grata ac iucunda ſunt nos attrahere ſolent factũ eſt vt delectare ſit gratum eſſe, ac iucũditate afficere. Legimus etiã delector, quod quidã deponens putauerũt, ſed magis paſſiuũ eſt, licet non habeat ablatiuũ cum prępoſitione. Col. li. j. Iucũdiꝰ vtiq; viro, ſi etiam matrona comitatur, cuiꝰ vt ſexꝰ, ita animꝰ eſt delicatior, amœnitate aliqua delectanda erit, quo patiẽtiꝰ moreẽ cum viro, Qđ in alijs etiã verbis fieri ſolet, vt deſideriũ tenet me ego teneor deſiderio. Si oblector & hmõi, quę ſignificationem paſtiuam innatam habent. Lactan. li. ij. Auro & gẽmis & ebore delectantur. Idẽ. Oblectatur friuolis, & ſpecie emulacrorũ capiẽ. Cic. Cęlio. In communibus miſerijs hac tamen oblectabat ſpecula. Differunt tamẽ delector & oblector a delecto, & oblecto q̃uis eãdẽ ſignificationẽ paſſiuã innatam habeãt, ꝙ hæc accuſatiuum eiuſdẽ pſonę extrinſecus volunt cũ ablatiuo ſine prępoſitione: vt delecto, ſiue oblecto me hac re. Illa vero ſine accuſatiuo ipſius perſone cũ ablatiuo tantũ eiꝰ quo delectamur, vt Delector, ſiue oblector tua conſuetudine.

¶ Delectatio inquit Cice. li. iiij. Tuſcu. eſt voluptas ſuauitate auditus aĩm deliniens, & qualis eſt hęc aurium tales ſunt oculorũ, & tactuũ, & odorationum, & ſaporum, quę ſunt oẽs vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactę voluptates. Secundum hanc diffinitionẽ delectatio a delecto ẽ. Itẽ oblectatio eſt ab oblecto, quũ actiuę ſignificationis ſunt. Quũ vero delectatio aut oblectatio ſumiẽ ꝓ voluptate eiꝰ, qui eiuſmodi. q̃ dicta ſunt a Cicerone, aut alijs delectaẽ. ſiue oblectaẽ, tũc a delector & oblector ve erit, quamuis a delecto, vl' oblecto in paſſiua ſignificatione etiam ſumi poſſunt.

¶ Deliciũ ĩ ſingulari, & delicię in plurali, oblectamẽtũ oblectamẽta ve, q̃ nobis voluptari ſunt, a delicio, quod ex de & iacio cõponiẽ. Mar. Stellę deliciũ mei columba Verona licet audiẽte dicã. Vicit maxime paſſerẽ Catulli Sue. Titꝰ amor ac delicię gñis humani. Diciẽ etiã delicia fœ. ge. Plau. Mea voluptas mea delicia Licet delicia dicaẽ etiã genꝰ tigni quod a culmine ad regulas angulares infimas verſus faſtigiatũ collocaẽ. Vñ tectũ ipſum deliciatũ & tegulę deliciares dicũẽ, ſiue colliciares.

¶ Delicias facere ſępe legitur pro eo qđ eſt ferme laſciuire ac luſitare, & ſe quodãmodo faſtidire ac ſuperiorẽ eſſe verbis aut geſtu oſtẽdere quod aliter diciẽ deliciari Plau. Eia delicias facis mi Menęchme quin ambo is intro Hier. Sup Canti. Deliciabaẽ aũt nõ in vno ſolo edẽdi guſtandi quę ſenſu ſed & auditu deliciabatur & viſu.

¶ Delicatus a deliciũ fit, & idem eſt qđ plenꝰ delicijs. ſeu qui in delicijs viuere aſſuetꝰ eſt. Et per metaphorã mollis ac tener diciẽ. Colu. Cultam veſtitamq; familiam vtiliter magis, habeat, quam delicate.

¶ Delico, as, pe. cor. ĩdico explano, Tit. Quid iſtuc eſt, aut iſte vult ſermo mater delica. i. explana. Veteres etiã delicare pro dedicare quandoq; dicebant.

¶ Delego, as, pe. produ. deputo pręcio, vt quum quempiam mei loco, officio, negocio ve exequendo pręficio. Colu. libro. iiij. Immo quis non imprudentiſſimum quẽque etiam cum qui nihil aliud operis facere valeat huic negotio delegat. Cic. Poſt delegatam mihi hanc prouinciam, id eſt poſt onus mihi impoſitum. Hinc ſubdelegare dicimus delegatos nobis a principe cauſas alteri cognoſcendas iniungere. Delegare etiam ſignificat legatos mittere. Liuius. Decernunt vt duodecim delegarentur ad regem. Veteres delegare pro diſcedere & diſpertirę poſuerunt. Plaut. in Amph. Si cui fautores delegatos viderit. Et delegata dixerunt dijs cõſecrata, quæ nunc dedicata dicimus.

¶ Doleo, es, eui, etũ, ex de & leo, vt inquit Priſcia. Vñ deletũ ſignificat deſtruo & referẽ ad lineã & ad notam. Ttractũ in tabella geometrica, nã ibi ſcribũt ſeu lideas faciũt, q̃ poſtea delent vt alię ſupſiant. Aliquãdo eſt in totum leuare & remouere. Terẽt. Delebo omẽs dehinc ex animo mulieres. Diome. vero deleor delitus deletus Var. Delitę literę quod tamen delino eſſe poteſt.

¶ Deletile penultima cor. quod delet. Var. Si diſplicet tibi tam magnum, ſumam ſpõgiam deletilẽ. Interdũ deletile ſeu deletitiũ eſt deletum, vt charta deletilis, ſeu deletitia, quę abraſis prioribus literis reſcribitur. Alio nomine palimpſeſtus vocatur.

¶ Delebile qđ deleri põt. Cuiꝰ cõtrariũ eſt indelebile.

¶ Deligo, as, pe. cor. deorſum vel valde ligo. Liui. li. ij. Stabant deligati ad palum nobiliſſimi iuuenes. Col. lib. vj. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.

Deligo, is, penul. corre. de magis idoneis aliquem lego ad aliquid agendum, vt populus delegit imperatorem



ad bella. & impator milites ad arma. Plau. Cõtinuo delegit viros Amphytrio primorũ princeps, eos legat telebois hoſtibꝰ. Vñ delectus militũ dicitur. Eligere eſt de quouis nũero & quauis multitudine electionẽ facere ad emolumentũ vel dignitatẽ, vt quã optimam ſibi mãſionem elegit. Hinc electio elegantia, & poſtulat duplicẽ accuſatiuũ, ſed vltimũ cũ in, vt cardinales elegerũt Alexandrũ in Pontificem. Cooptare dicitur inter collegas aut fere pares. Cicero in Bruto. A quo in collegium augurum fueram cooptatus.

☩ Delectũ rerum habere eſt inter res ipſas circa quas humana vita verſatur. Delectus enim fit a deligo quod eſt ſeligo, & differentiam facio.

¶ Deliberare dictum eſt a libella, qua quid ppẽditur, & ſignificat definire. Cic. in verrem. Deliberatũ eſt. i. fixũ & decretũ eſt. Aliqñ dubitare. Cice. li. iij. offici. Eſt em̃ totum ſceleratum & impium qui deliberant vtrum id ſequantur qđ honeſtum eſſe videant.

¶ Deliberatum genus eſt quod in conſultatione poſitũ habet in ſe ſuaſionem & diſſuaſionem.

¶ Delibro, as, pe. cor. decortico. Col. li. iij. In ea nitidiſſimũ ramũ eligito & eiuſdẽ ſpatij corticẽ circũcidito & materiã delibrato. Idem li. v. Cortex quoq; aridus fiſſuſq; per ſumma trũci depẽdẽs deliberandus eſt. Eſt & de libro a libra deductũ, & ꝯpoſitũ a libro, as, cuius penul. pro. de quo in dictione Libro.

¶ Delibo, as, pe. pro. ſignificat more religioſo libo, & oſculor. Interdũ violo deſtruo vitia. Col. li. ij. Neue aut cornu bos ad ſtipitẽ vehemẽtius offẽdat, aut extremo iugo truncũ delibet deplantetq;. Gel. li. j. Rependitur quippe & cõpenſaẽ leue damnũ delibatæ boneſtatis, i. vitiatę. Et delibare eſt deguſtate ſacrificare & aquam ſulco deriuare. Sed cũ græcũ ſit, vide qd ſignificet λείβω ſtillo, fundo, rigo.

¶ Delibatorium locus delibationi accommodatus. Pli. libro. xvj. Fuit & memoria noſtra in porticibꝰ ſeptoiũ a M. Agrippa relicta ęque miraculi cauſa quę delibatorio ſupfuerat. xx. pedibꝰ breuior ſeſqui pedali craſſitudine

☩ Deleterion Δηλητήριον, latine dicitur venenũ.

¶ Delibutus, vnctus. Terẽ. in Phor. Si re delibutũ gaudio reddo. Ci. li. iij. ad Herẽ. pro cõſperſus poſuit. Aut ſiquã rem deformabimꝰ turpem, vt ſic cruẽtam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducamus. Eſt aũt participium ſine verbo nec ſcio an cõpoſitũ ſit.

¶ Deliquo is, fallo ſeu a bono deficio, p̃termitto. Plau. in Am. Ex me quæris qd deliq̃ris. Qm̃ vero p̃termittere ea q̃ p̃teriti nõ debẽt peccare eſt, derelinquere, ꝓ peccare ponitur. Sed proprie delinq̃re vt Aug. in pſm̃ꝫ interpretatione inqt eſt tanq̃ de liquido quodã defluere a ſtabilitate firmamẽti virtutis atq; iuſtitię.

¶ Deliquiũ defectus, vt deliquium ſolis cũ ſol in curſu ſuo deficit. Et deliquiũ adimi cũ animus linquitur & qs animo deficit.

¶ Delictũ pctm̃ a deliq̃uo is, ꝙ qui peccat deliquat officiũ ſuũ. Nam ꝓprie delictũ eſt cũ nõ fiunt q̃ fieri debẽt, peccatum cum fiunt q̃ fieri non debent.

¶ Delinio, is, pe. pro. valde linio vngo ſeu frico. Cicero ꝑ trãſlationẽ vſus eſt ad Cęſ. li. j. Iam eſt biẽninm cum virtuti nũcium remiſiſti delinitus illecebris voluptatis. Et delinitus dẽ mẽte alienatus. Plaut. in Am. Delinitꝰ ſum profecto ita vt qui ſim neſciam.

¶ Delinimẽtũ oblectamẽtũ, Lact. li. vj. Vitia vero quibuſdã delinimẽtis naturalibus illicere aĩos hoĩm & inanium iucunditatem ſpecie captos ad acerbas amaritudines miſeriaſq; perducere.

¶ Delino, is, pe. cor. deliui deleui & delini delitũm pe. cor. Vñ delitꝰ ꝓ fœdatꝰ, Ci. Caluo. Tuli moleſte ꝙ literæ delitę mihi a te redditę ſunt.

¶ Delinio, as, ex de & linio, qđ a linia fieri certũ eſt, ſignificat deſigno vt fit cũ articulati hoĩes aut res a picto ribus initianẽ. Pli. de Apelle. Arrepto carbone extĩcto foculo imaginẽ in piete deliniauit. Vñ liniamẽta dicta ſunt. Idem paulo poſt. Nec qui ſuccederet operi ad prę ſcripta liniamẽta iuentus eſt. Delinio, is, pe. ꝓ. permulceo ac valde placeo, cuius paſſiuũ ꝓtulit. Col. li. x. vt ſcite liceat aliud eſſe dilinio. Sed tamẽ inquit iracundia notẽ melioris facile deliniẽ aſſiduo interuẽtu eorũ qui curãt aluearia. Plau. ĩ Sti. Senex caſtigat filias ꝙ hę viros tã pſeuerent pegrinantis paupes ita ſuſtinere frẽs, neq; relinquere, contraq; verbis delinitur cõmodis.

¶ Delimo, as, pe. ꝓ. deorſũ ſeu de aliqua materia limo. Pli. Alij delimatã ęris ſcrobẽ aceto ſpargunt. Apu. delimatum poſuit pro delinito. Anus inquit muneribus delimata cõſenſit. Eiuſdẽ ſignificationi eſt Elimo. Pli. li. xxxiiij. Alij elimatam ſcrobẽ in fictili cado coquũt ĩ caminis donec percoquatur figulinum.

✣ Delli lacus erant breuiores non longe a Catina miræ ꝓfunditatis quos incolæ crateras vocant. Cc.

¶ Deliro as, pe. ꝓ. a recto recedo. Trãſlatio ab aratore. Nã lira eſt recta foſſa q̃ contra agros tuẽdos dẽ & in quã vligo terrę decurrit. Et quia rectꝰ eſt ſulcꝰ, delirare dñr qui vltra ſulcũ a recta via declinãt. Hora. Quicqd delirãt reges plectunẽ achiui. Eſt aũt cõpoſitũ ex de & liro quaſi deorſũ liro. Lirare vero eſt agros ĩ ſulcos dirigere

¶ Delirus pe. pro, qui a rõne deſcedit. Rõ enim eſt via recta per quã oẽs ducunẽ. Vide in dictione lira. Inde ꝑ delirus eſſe videtur. Nam contra ſenſus a ſenſibus ipſe repugnat.

¶ Deliteo, es, pe. cor. ex de & lateo ſignificat deorſum latens ſto. Sed nõ inueni niſi in pręterito. Verg. Limoſoq; lacu per noctem obſcurus in vlua delitui. Hinc deliteſco quod eſt eo vt lateam.

¶ Delos grece latine manifeſtus. Quo nomine dicta eſt inſulã Aegęo oĩm cycladum clariſſima, alũna Apollinis, tẽplo, & mercatu nobilis. Dicta delos vt docet Ari. ꝙ cũ merſa eſſet ſubito apparuit. Nã δηλόω oſtẽdo ſignificat. Hęc Pyrpile dicta eſt ab igne ibi primum repto A quibuſdã Cynthia, ab alijs Aſteria, ab alijs Cynetũ. Sed in primis ortygia quoniã in ea primũ cortices inuentę ſunt quas gręci ortygas vocant. Alijs ab ortygia opido ętoliæ dictã putãt, vt Nicãder. Ver. Liquimꝰ Ortygię portꝰ. Interpres Callimachi καὶ δουκυλίνης σειςμὸν γινόμενον μέγαν βουλόμενος ἐξηγεῖσθαι φησὶν ὅτι τοσοῦτον ἦν μέγας ὥστε τὴν Δῆλον νῆσον σεισθῆναι. ✣. i. Et Thucydides terremotum magnũ extitiſſe volens exprimere inquit ꝙ tam magnus erat vt delum inſulam cõcuteret.

¶ Delius qui eſt ex delo. Vt Apollo delius.

¶ Deliacus. a, um, eiuſdẽ ſignificationis. Vñ deliaca dicta ſunt vaſa ex ęre pręcioſo ab inſula. Delo vbi fuit prima nobilitas ęris. Plini. libro. xxxiiij. Antiquiſſima ęris gloria deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrante toto orbe. Cicero pro Roſcio Domus Chryſogoni referta vaſis Corinthijs & deliacis. Ex ære delico fiebant pedes triclinorum fulcraq;.

¶ Delphi tam pro opido quam opidanis plurali tãtum numero ſicut Gabij Leõtini Puteoli. ☩ Eſt aũt ciuitas ĩ Bœotia iuxta parnaſũ dicta a Delpho Neptuni filio ex Melãtho deucaliõis filia ſuſcepto. Delphis oraculũ fuit Appollinis ĩ phocyde. Vñ & Delphicꝰ apollo quãquã. Marco, aliorſum noĩat. Delphos em̃ gręca priſcaque lingua ſolus dẽ. Vñ & adelphos frater, quia non ſolꝰ qm̃ inter cętera ſydera ita eminet, vt prope modum ſolus habere poteſtatem videatur Eadem ratione & a latinis ſol dictus.

☩ Hinc delphicus, a, um. Vnde Delphica laurus ꝙ victores delphis ea coronarẽtur. Et eſt viridior laurus.

✣ Delphides fructus de genere cariotarum. Cc.

¶ Delphi & delphinꝰ genꝰ piſcis vl' potiꝰ maris bellua parit catulos decio mẽſe interdũ binos, nutrit vberibꝰ ſicut balena, & decẽ annis ad ſummã magnitudinẽ per

uenit. Hi etiã ſimones dicunt̃, ad quod nomen vocati accurrere feruntur. Ferunt delphinum non modo oĩm marinorũ, ſed etiam terreſtrium animaliũ, velociſſimũ pene volucrem ęquantẽ, & ad puerorum amorẽ duci ſolere, lingua eſt his contra naturam aquatiliũ mobilis, ꝑ voce gemitus humano ſimilis, dorſum repandũ, mulcentur muſica arte pręſertim ſymphoniæ.

¶ Delubrum locus, in quo dei ſimulacrum dedicatũ eſt, παρὰ τὸ θεοῦ λαμβάνει μέγεθος φασίν, i. adeo dici aiunt quaſi deum capiens vel dei repoſitorium, ſicut candelabrũ in quo ponitur candela. Vñ Hiero. ſup Ioel. poſuit pro tẽplo. Vniuerſa inqt donaria in delubro ei⁹ cõſecrarũt. Alij accipiunt delubrũ ꝑ loco ante aras vbi aqua currit a diluendo. Religio eñ ſacrificij apud antiquos exhibebat, vt ante faciũ ſacrificulus manus ablueret. Alij delubrũ dei ſimulacrũ accipiunt a delibrato ligno ita dictum. Ser. ait delubrũ eẽ, qd vno tecto plura ↄplectit̃ nũina.

¶ Deludo is, pe. ꝑ. decipio derideo Vñ in dictiõe ludo

¶ Delũbe adiectiuũ, quo ſignificatur nõ habens aliqd lũborũ. i. virtutis. In lumbis eñ virtus corporis ſita eſt Nam de hoc loco ſignificat nõ, vt ſit delumbis hõ effœminat⁹, & mollis ob nimiã venerẽ, qui eſtractis pudoris clauſtris in venerẽ ſoluitur. Perſi. Summa delumbe ſaliua. Hoc natat in labris. Hinc delumbe carmen ꝑ laſciuo minimeq; virilj. Idẽ ſignificat elumbe.

¶ Deluo is, lui, delutũ, depurgo, diligẽter lauo, Cato. Laſerpitiũ aceto deluito. Et deluere ẽ madefaciẽdo aliquid delere. Varro. Obortæq; inter legendũ lachrymæ literas deluebant.

✥ Delutamẽtum a deluto as. Cc.

¶ Deluto as, ex de & luto, quod a lutũ fit. Granariũ totum oblinito craſſo luto, poſtea conſpergito amurca oẽ quod lutaueris, vbi aruerit eo frumẽtum condito nõ nocebit. Lutũ enim a luo, quamuis eius ſupinum nõ inuenerim, quum tamẽ Colu. li. vij. ſupinum oſtendat dicẽs. Et eluta & ſiccata vinacea, quę de lorea eximũtur. Eſt aũt delutare vſq; deorſum luto aſpgere. Cat. Habitationẽ delutare terra ꝙ maxime cretoſa vel rubricoſa.

✥ Dema herba eſt quam alij calligo, non, nonnulli polygonon dicunt. Cc.

✥ Demagis valde magis ex & magis. Cc.

¶ Demãdo, as, in totum cõmitto. Hiero. ad Sabi. Et oĩ ordini præuidebat, præcipueq; ordinibus, quorũ ei cura cũ Barnaba fuerat demandata.

☧ Demarchus princeps populi dr̃. Spartianus in vita Adriani. Fuit demarchus in patria ſua, Athenis archõ.

¶ Demarath⁹ nomẽ Spartanorũ regis, qui ob indignationem ad regẽ Parſarũ diffugit. Alius fuit vt ſcribit Liui⁹ Corithi⁹ negociator diues, qui ob ſeditiones domo profugus tyrãnidem Cypſelli fugiẽs, in Hetruriã cõmigrauit, cõportatis opib⁹ luculẽtis, quia a Tarquinieſib⁹ Hetruriæ populis except⁹ Tarquiniũ priſcũ regẽ populi Romani ex illuſtri Hetruſca vxore genuit. Hũc comitati ſũt duo ex Corĩtho fictores Eucirap⁹ & Eugrani⁹ a qb⁹ Italię traditã plaſticẽ hoc ẽ figulinã autores ferũt

☧ Demerare eſt deorſũ penetrare diſcedere. Apu. Quę ſuis pedibus ad tartarum demeare cogeretur.

¶ Demeaculũ, deſcenſio ad loca ſubterranea. Sic remeacula a remeando. Apul. li. vj. Et illuminatum proſerpinę nuptiarum demeacula.

☧ Demeter. pe. pro. dicta eſt Ceres quaſi Gemeter. i. terrę mater. Hinc apud Galenũ lib. ij. de alimẽtis legimus demetria ſemina. i. cerealia & frumentaria.

¶ Demergo is. Vide in dictione Mergo.

¶ Demens qui eſt mente diminuta, a quo dementia.

¶ Demẽtio is, de mẽte exeo, deliro, inſanio. Lact. li. iiij Ecce aliqs inſtinctu demonis percit⁹, dementit, efferẽ inſanit Lucre. Dementit enim deliraq; fatur.

¶ Demẽto as, eiuſdẽ ſignificationis. Apul. ĩ magia. Cõfeſſa eſt ſeſe mea Magia ĩ amorẽ inductã demẽtare. Illũ vero in actibus apo. non tã ſignificat dementã eſſe quã demẽtẽ facere. Sic eñ ſcriptũ eſt. Attẽdebant eum propterea ꝙ multo tempore magicis ſuis demẽtaſſet eos.

¶ Demenetus nomẽ viri ꝓpriũ apud Plau. ĩ Aſi. ab eo qd̃ demos. i. popul⁹, & ſignificat popularẽ & idiotam.

☧ Demipho, vir popularis, demos popul⁹, phos vir dr̃

¶ Demetior diligẽter & quadã ratione metior Ci. Quę nõ inſidijs ſed aperte & palam laborat vt verba verbis quaſi dimenſa & paria reſpondeant.

¶ Demenſum quaſi menſuratũ vel equatũ. Et id eſt qd̃ ſeruis dabatur ſingulis mẽſibus vnde viuerent. Terẽti⁹ Qd̃ ille vnciatim demẽſo ſuo ſuum defraudans genium cõparſit miſer. Serui eñ quaternos frumẽtis modios accipiebant in menſe. Quod vtrum a menſe an a metiẽdo deducatur incertum eſt.

¶ Demeto is. pe. cor. Vide in dictione Meto.

¶ Demereo es, rui, itũ, qſi lucror. Gel. Thais Corĩthia ob elegantiam venuſtatẽ grandẽ pecuniã demerebat.

¶ Demereor de aliquo bene mereor, cõcilio, deuincio, placo, beniuolũ facio: beneficiũ præſto, & exigit accuſatiuũ. Ouid. Dic mihi quid feci, ſi nõ te ſemp amaui. Crimine te potui demeruiſſe meo. Quin. Simul vt pleniori obſequio demereri amãtiſſimos mei. Lactã. de ira. Votis dona offerunt iuſtis ac bonis operib⁹ demereri eũ laborantes. Sue. de Aug. Profectum mox aũcũlũ in Hiſpanias aduerſus Cn. Pompeij liberos, vix tum firm⁹ a graui multitudine, per infeſtas hoſtiũ vias, pauciſſimis comitib⁹ naufragio etiã facto ſubſecut⁹ magnopere demeruit. eſt & demereri valde mereri. Lact. li. iiij. Siue hoſtia placabilis, placabiliores vtiq; hoſtię plures. quia multiplicata demerentur potius, quã offendant.

✥ Demetrias Theſſalię oppidum eſt, quod prius Pegaſa dicebatur. Cc.

¶ Demetrius nomẽ Seleuci filij Fuit & ali⁹ Demetri⁹ Phalere⁹ Theophraſti diſcipul⁹, ꝙ ob eximias virtutes Athenieſib⁹ ꝓfuit annis decẽ, trecẽtiſq; ſexagita ſtatuis ęreis honorat⁹ eſt. Hic (vt Plutar. inqt) monebat Ptolomęũ regẽ, vt de regno ĩperioq; libros ſibi cõpararet, atq; perlegeret. Quę em amici nõ audent monere reges, hec in libris ſcripta ſunt. Fuere & alij demetrij vocati.

¶ Democedes pe. cor. fuit Crotoniata, medic⁹ illuſtris qui cũ iter Darij captiuos eſſet, & Dari⁹ ipſe ob inuerſũ pedẽ grauiter ęgrotaret, ita vt iã, vij. dies in ſõnis egiſſet, nec a medicis vllis iuuaretur. ductus ĩ mediũ Democedes vinctus compedibus Darium penitus liberauit, de hinc ſummo in honore apud regem habitus eſt.

¶ Demiror, pe. pro. valde miror. Terẽt. ĩ Hecy. Sed demiror quid ſit, quãobrẽ tãtopere hoc oẽs nos celare volueris. Aliqñ demirari eſt neſcire, quoniam vt dona, inquit. Amiratio ignorantiã facit. Terẽt. Quid mihi dicẽt & quam cauſam reperient demiror.

¶ Demitto deorſũ mitto. Verg. Cœlo demittit̃ in alto. Inde demiſſitię tunicę dictę a Plauto lõgę & demiſſę ad talos, & nulla zona ſuccĩctę. Ait eñ. Sane gen⁹ hoc mulierosũ eſt tunicis demiſſitijs. Itẽ demittere eſt humiliare & quod vulgo dr̃ ſebaſſare. Ver. li. iij. Geor. demiſſæ aures incert⁹ indem ſudor. Et Aenei. Vultum demiſſa profat̃. Itẽ defodere vt lib. ij. Geor. Alteq; iubebis ĩ ſolido puteũ demitti, oẽmq; repones Ruſus humum.

☧ Demogorgõ, magus fuit tam excellẽs, vt ꝑeſſe larius dicat̃, & illas pro nutu cogere, & ſi errent acerrime plectere.

¶ Demolior iris, a mole deductũ ẽ, & ſignificat diruo deijcio. Ci. li. offi. demoliri ea, quorũ altitudo officeret auſpicis. Inuenitur & demolio. Lactan. lib. iiij. dereliquerunt te filij Iſrael, & altaria tua demolierunt.

¶ Demõſtro as, apte vel palã mõſtro. Plau. in Aſſ. Et ędes demõſtraui nr̃as. demonſtrationem dialectici diffiniũt eſſe cũ certis ac neceſſarijs rõnib⁹ aliquid ꝓbatur.

¶ Demõſtratiu⁹, a, um, qd̃ demõſtrat, vel qd̃ demõſtratur, vel aptũ eſt demõſtrari, vt genus demonſtratiuum cauſe, ab oratore accipitur, in quo orator demõſtrat, qd̃



ſit in alicuius perſonæ laudem vel vituperium.

¶ Demoror pe. cor. multũ moror ſeu detineo. Lactã. li. iiij. Quum Moyſes dux eorũ aſcẽdiſſet in mõtẽ, atq; ibidem. xl. diebus demoraretur. Col. lib. iiij. Prudẽtis magiſtri eſt, eiuſdem nomen elationis aucupio, quo potiri nequeat ſtudioſos non demorari.

¶ Demorior in totum morior. Colu. lib. v. Siue enim caput demortuum eſt, duo induantur ſtatim vimina.

¶ Demo is, ex de & emo abiecta e, ſignificat detraho. Demos gręce, latię popul⁹. Vnde cõponũt̃ multa noĩa δημοσιεπίλημια, κὰ ταλοιπα. ✥ .i. popul⁹, peregrinatio & reliqua. ¶ Demoſthenes. pe. cor. nomẽ oratoris clariſſimi, & Græcorũ omniũ oratorũ prĩcipis, & latine robur populi dicit̃, δῆμος eñ popul⁹, σθένος τοῦσθένος robur Hic natus patre, ꝗ cultellarius cognominatus eſt, ꝗ ſcilicet domi haberet officinã, & operarios cultellorũ, relictus puer in hęreditate locupleti, tutorũ fraude & negligẽtia direptis bonis, vix habuit vnde pręceptorib⁹ mercedem ſolueret. Verũ cũ multo ſtudio, & laborioſo peruigilio, in clariſſimũ oratorẽ euaſiſſet, libertatis Græciæ defenſor, publice grauibus concionibus Philippũ inſectatus ẽ vt pote publice libertatis inſidiatorẽ. poſt cui⁹ mortẽ patria pulſus, tandẽ reuocatus eſt. Sed iã mortuo Alexãdro & antipatro rebus grecis prępoſito cũ apertam cędem videret relictis Athenis in Calabriam inſulam vbi Aſylum erat Neptuno ſacrũ conceſſit, hauſtoq; veneno ſe necauit. ☧ Sũt tamẽ qui hoc mõ ſiniuiſſe vitã dicũt. Cũ poſt mortẽ Alexandri nũciatũ eſſet. Antipatrũ Athenas aduẽtare Demoſthenes ex vrbe ꝓfugit. Miſſi ſũt ab Antipatro ſatellites, quorũ Archias tragœdiarũ actor prĩceps erat, quũ tẽplũ ingreſſus fuiſſet quo cõfugerat Demoſthenes primo ei ſuadere cœpit, vt vna ſecũ ad antipatrũ ſe conferret nihil moleſtię ab illo perpeſſur⁹. Cui rñdit Demoſthenes Nihil eſt Archia quod coneris. Neq; in ſcœna mihi vnquã placuiſti min⁹, neq; nũc perſuadebis legat⁹. Cũ autẽ Archias ſe per vi detractũ minaret̃. Tãdẽ inquit Macedonica oracula aperui ſti Nam prius quidem tanꝗ hiſtrio ſimulabas, verũ age paruper expecta dũ pauca domeſticis ſcribo, Hec locutus pro libro tãquã ſcribere vellet calamũ ori admouit, deinde caput veſte tegẽs ſe inclinauit. Cũq; ab ara retraheretur cecidit ſuſpiranſq; animã emiſit, Hic eloquẽtię ſtudio flagrãs iugiter lucubrabat a deo vt duos vel tres mẽſes cõtinuos domi incluſus ſine itermiſſione ſtuderet Abraſa parte capitis vt exeũdi facultatẽ ſibi pręriperet De hoc Hiero. Demoſthenes pl⁹ olei quã vini expẽdiſſe dicit̃, & omnes opifices nocturnis ſẽper vigilijs pręueniſſe. Mortuus eſt ſicut Suidas. ἐντελευτήσε φυλόρ ἐκ καλάβριαν ἐν τῷ τοῦ ποσειδῶνος ἱερῷ, διὰ τὸν μακεδόνα ἀντιαντίπατρον προσενεγκάμενος φάρμακον, τὸ ἐν τῷ δακτυλίῳ ἐτήβιοσ ἀσ ἐνα καὶ ἑξήκοντι. ✥ .i. Mortu⁹ eſt fugiẽs Calabriã ĩ Neptuni ęde ꝑpter Macedonẽ Antipatrũ, hauſto veneno, quod in ãnulo erat, ãnos viuẽs duos & ſexagita. ¶ Democritus pe. cor. nomẽ philoſophi Abderitę qui diuiſa ſubſtantia duobus fratribus, peregrinatus eſt in varias orbis terrarũ partes, quo ſciẽtiam perciperet. Poſtea in patriã reuerſus, cũ ſũma ĩopia ĩ hortulis, iuxta ſuę vrbis muros ſe ad ſolas rerũ naturas cõtẽplãdas cõtraxit. Fert̃ ꝗ quocũq; fortunę caſu, & mutabiliũ rerũ auditũ, in riſũ ſoluebat̃, ſicut Heraclit⁹ in fletũ. Vnde Gelaſinus, vt nominat⁹ ẽ. Tãdẽ teſte. Cic. li. v. Tuſc. ſe obſcęcauit vt naturę ſecreta ſubtilius rimaret̃. Agebat cẽtũ & nouẽ ãnos cũ mortu⁹ eſt. Hic dixit oĩa ex atomis fieri ac plures eſſe mundos & corruptibiles. Fert̃ Theologiã ac aſtrologiã didiciſſe a Magis & chaldeis, cũ gymnoſophiſtis quoq; cõgreſſus eſt. In philoſophia a deo ꝓfecit vt pentathlos ſiue quinquercio. i. quiq; certaminũ dici poſſet. Nemq; naturalia moralia, & mathematica. liberales diſciplinas, artiũq; oĩm peritiã callebat. Hũc Pli. virũ ſagacẽ, & vitę vtiliſſimũ fuiſſe refert, ſed nimio iuuãdi mortales ſtudio ꝑlapſũ. Cõſtat, hũc diuitijs opulentũ fuiſſe ĩ tãtũ vt pater ei⁹ Xerxis exercitui epulũ hoſpitaliter dederit. ¶ Demodocus nomẽ cytharœdi apud Homerũ. Cõponitur ex δῆμος popul⁹, & δοκησις æſtimatio, quaſi populi æſtimatio.

Democratia prĩcipat⁹ populi. Democratic⁹ q fouet prĩcipatũ populi. παρὰ τὸ δῆμος καὶ κρατέω. dominor.

¶ Demophoon nomẽ Theſei ex Phędra filij qui etiam athenarũ rex fuit.

¶ Demarchus trib. Ple. Demarchia ipſe tribunatus.

¶ Demulceo valde ſeu leniter mulceo, ſicut fit catulis cum manus ſuper eos tractamus. Ter. in Heau. Nõ poſſum pati quin tibi caput demulceam.

¶ Demũ ſignificat ad poſtremũ. Teren. in. Adel. Ego nouus maritus anno demũ quĩto & ſexageſimo fiã. Ponitur etiã pro duntaxat, vel omnino, preſerti quãdo iũgitur cũ eis ea id, vel ita. Cice. ĩ Sal. Ea demũ magna voluptas ęqualẽ ac parem verbis, vitam agere. Pli. Ea demũ ſola auium non niſi volatu depaſcitur. Quiti. Ita demum mihi ſatis facies ſi apud patrẽ fuiſti.

☧ Demuſſata cõtumelia id eſt diſſimulata, & cũ ſilẽtio in dignationeq; trãſmiſſa, vt apud Apul. li. iij. Muſſitare eñ ꝓprie eſt diſſimulãdi cauſa, tacere dictũ. vel a muto vel ab. m, ꝗ litera nimiũ preſſę vocis, ac pene nulli⁹. Terẽ. in Adel. Accipiẽda, & muſſitanda iiuria adoleſcẽtiũ eſt. Vbi Do. exponit Patiẽda & cũ ſilẽtio perferenda.

★ Demus pro demum veteres ſcripſerunt. Pacu. Quid demus magis commodum eſt quam ne tuum per duas iniuriam pati. Cc.

★ Demiũ gẽma eſt a pinguedine dicta. Greci eñ δημὸν pinguẽ dicunt, & hoc Homerus frequẽter, vtitur a quo δήμιον gemma apellata, nec fuit in vſu antiquorũ gẽma vlla frequentior, vt Menandri fabulæ teſtatur. Cc.

¶ Denarius, a, um, Idem quod decẽnarius. Vñ denarię cerimonię dicebãtur ſicut tricenarię quib⁹ ſacra adituris decẽ cõtinuis dieb⁹ vel trigĩta certis quibuſdã rebu⁹ carendũ erat. Hic vndenarius duodenarius & huiuſmodi. Denarius vero ſubſtantiuũ eſt genus monetę argenteæ ꝗ denas libras æris valeret vt ĩquit. Varro. Dicit̃ & denariũ neu. gene. Plau. in Rud. Qui me eſt mortaliũ miſerior qui viuat alter hodie, quẽ ad recuperatores mõ dãnauit centũ denaria philippea. ☧ Verũ Annibale romano ſurgente placuit denariũ aſſibus permutari, quinariũ octonis. In militari tamẽ ſtipendio ſẽper denarius ꝓ. x. aſſibus d atus. Nota denarij argẽtei fuere higę, atq; quadrigę. Inde bigati, quadrigatiq; dicti. Fuit & Victoriat⁹ nũmus argẽte⁹ Victorię nota inſignit⁹. Vnde & nomẽ.

¶ Denarro per ordinẽ narro. Gel. lib. ij. Hæc nobis Fauorinus ſumma cũ elegãtia verborum totiuſq; ſermonis comitate atq; gratia denarrauit.

¶ Denaſo as, pe. ꝑ. naſũ aufero. Plau. in Cap. Nãq; ęde pol ſi habites ꝓpi⁹ os denaſabit tibi mordic⁹. i. deſtruet

¶ Denato as, pe. cor. frequẽtatiuũ ẽ verbi deno, as qd̃ ẽ deorſũ nato. Augur. per trãſlationẽ dixit. Quãto humilius ſedebat tãto amplius capiebat. Cõfluit eni aqua ad humilitatẽ conualliũ, denatat de tumoribus collis.

★ Dendrachates gẽma quę velut arbuſcula ĩſignis δένδρον enim arborem dicunt. Cc.

¶ Dendris gemma quæ ſub arbore defoſſa, non permittit ſecurem hebetari.

¶ Dendrociſſos hedera eſt quę ſine adminiculo ſtat, ſic ea propter dicta ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ κισσοῦ ✥ Id eſt ex arbore & hedera. Cc.

★ Dendroides tithymali ſpecies, & ramoſũ interpretatur. Cc.

¶ Denego as, pe. cor. dare nego, ſeu nõ do. Lactã. li. ij. Si alimento frugibus longa ſiccitas denegauit.

¶ Denigro as, penul. correp. nigrum facio. Plini. Capillum denigrat ſuffitu.

☧ Deniq; ſignificat ad extremũ, vt cõplura ſunt enumerata ſubiũgit̃ deniq; ſignando vltimum omnium. Cice. Cum ibi nõ multitudinẽ militum, idoneos ĩperatores,

non pecuniã ſibi prẽſto viderent, non deniq; vllã rem quę pertineat ad bellum ad miniſtrandũ. Fitq; a den9, ſiue vt quidã volũt a denuo. Ponitur interdũ ꝓ omnino Ouid. Si quam metu dẽpto caſta eſt, ea deniq; caſta eſt.

¶ Denomino as, ex de & nomino, hic eñ deſignat diuerſitatẽ, vt ſit quaſi de alio nomine vt homo albus.

¶ Denobilito as, vitupo dedecoro. Terẽ. i Eu. Tu iã pẽdebis qui ſtultũ iſtũ adoleſcentulũ denobilitas flagitijs.

¶ Denoto as, penul. cor. culpo, increpo. Cypria. Nã cũ denotarẽt diſcipuli ei9 q; ederẽt, nec pri9 man9 lauiſſẽt

¶ Dens ab edẽdo quaſi edẽs, ſed poti9 grẽcũ eſſe quis neſcit, ἕλληνεσ γαρ οδίουσ ὀδίουτοσ ἐξ ἴδιο λεγουσι. ✤ Grẽci enĩ ὀδοῦς id eſt dẽtes ex ἔδω edo dicunt. Sed omne quo aliqui teneri vel execari põt, ſolet dẽs apellari. Ver. li. vj. Tũ dẽte tenaci anchora fũdabat naues. Hic bidẽs, tridens & huiuſmodi. Dẽtes diuerſa ſortiũtur nomina. Qui enĩ primũ apparẽt apertis labijs primores vocanẽ lati & acuti, quibus fit morſus. Ipſi enim vt Pli. lib. vij. nec cibo tantũ & alimẽtis neceſſarij, quippe vocis ſermoniſq; regimẽ primores tenẽt concentu quodã accipiẽtes ictũ lingue. Qui vero ſequũtur quaſi rotũda ſpecie acuti ĩ modũ ſerę ſerrati dicũtur, ab antiquis canini appellãtur in quocũq; animali. Plini. lib. xj. Lupi dextræ canin9 ĩ magnis habetur operib9. Sequũtur maxillares qui duplices ſũt, cibũq; cõficiũt, ob id molares dicti. Iuue. Interq; molares difficili creſcẽte cibo. Genuini nouiſſimi naſcũtur homini vt ait Plin. Dentiũ etiã quidã dicuntur ſerrati a ſimilitudine ſerrę qui pectinatim cocunt ne cõtrario occurſu atterẽtur quales habent piſces & canes Quidã cõtinui vt homini & equo. Quidã exerti, hoc eſt extra os producti vt apro & elephanto.

¶ Dentio is, dẽtes emitto Plau. in mili. Vẽter creat omnes has ęrumnas, aurib9 peraudiẽda ſunt ne dẽtes dẽtiant Hinc dẽtitio dentiũ emiſſo. Pli. li. xxviij. Infantib9 nihil butyro vtilius per ſe & cũ melle priuatĩ & in dẽtitiõe, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Dẽs lupi ad adalligatus infantibus prohibet pauores dentiẽtiq; morbos.

¶ Dentatus qui magnos habet dentes qui & dẽtoſus dicitur. Plinius tamẽ dentatũ dictũ fuiſſe. Mar. Curiũ. lib. vij. ſcribit quoniã cum dentibus natus fuerit. Hinc edẽtatus qui eſt ſine dentibns. Macrob. Edentatæ bellue morſus. Similiter edentulus.

¶ Dentale lignũ quo vomer arandi cauſa inducitur, ſed pro vomere poni ſolet. Colu. lib. vij. Et dentalibus terram ſubigere quo minoris bubus id adminiſtrari poſſit. Dicirur etiã dẽs vt Varro iquit q; eo quaſi dẽte molerẽ terra. ¶ Dẽticul9 paruus dẽs. Dẽticulo dẽtes imprimo.

¶ Dẽticulatũ quod eſt ad ſimilitudinẽ dẽticuli factum.

¶ Dentatim & dẽticulatim aduerbia, ſignificãt ad ſimilitudinem dentium.

¶ Dentifriciũ medicamentũ quo dentes fricantur vt fiant candidi. Pli. docet ex pumicib9 fieri dẽtifricia. Apule. in magia. Primo igitur legere e ludicris meis epiſtolium de dentifricio verſibus ſcriptum.

¶ Dentiſcalpiũ inſtrumentum quo ſcalpuntur dentes.

¶ Dentifragimbulũ Plautus in Bac. Ne tu hercle haud longum es ab infortunio, ita dentifragimbula hæc meis manibus geſtiunt.

¶ Dentiloquus, qui loquitur dentibus. Quo nomine dicti ſunt Macedones.

♁ Dentes, genus eſt piſcis.

♁ Dendrites pe. pro. genus lapilli. Martianus. Hyacinthus dendrites, & heliotropios vtrinq; compacti.

¶ Denſum coarctio nimia coniunctarũ partiũ. Rarũ cõtra in quo interuallis frequentibus laxior partium videtur eſſe cõiunctio. Hinc denſitas & dẽſitudo. Compoſitum condenſus.

¶ Denſo, as, cogo ſpiſſo. Luca. lib. iiij. denſaturq; glob9 quãtũ pede prima relato Hic cõdenſo. Col. li. viij. Torrido ſale cõtingitur rurſuſq; põderibus cõdenſatur. Eſt & denſeo es, a quo denſeſco is, denſus fio.

✤ Denſifico a denſum & facio. Cc.

♁ Deuubo is. Apul. in oratione ſecunda. Apo. Attũdũ eã putas etiam nunc claro fratri de nuptiarũ falſa ſpe inductus filioq; eius pontano auctor aſſentiendi fuiſti.

¶ Denudo pe. pro. ſpolia, nudum reddo.

¶ Denũtio, as, Vide in dictione indico.

¶ Denuo acuerbium ſigniſi. rurſus quaſi de nouo.

✤ Deoro pro peroro nõnulli vſurparũt. Et deoratũ pro perorato ſcripſerunt, vt Pomponius teſtatur. Cc.

✶ Deorſum cuius cõtrariũ eſt ſurſũ notã habet ſignificationẽ capiuntur tamen ambo pro vltro citroq;. Terẽ. in eunu. Sex ego te totos parmeno hoc mẽſes quietũ reddam ne ſurſum deorſũ ve curſites. Tractũ ab athenis cuius portus in imo, vrbs vero in ẽditiore loco ſita eſt. Cc.

¶ Denominatiua dñr quęcũq; ab aliquo ſolo caſu ſũt differentia, & ſecundũ illud nomẽ habent appellationẽ, vt a grammatica grãmaticus. Nomẽ enim denominatiuum debet cõmunicare cũ nomine vniuoco in prĩcipio, ſed differre in fine, a grãmatica grãmaticus., in denominatione autẽ tria requirũtur. ſ. denominãs, denominatum & denominatiuũ. Denominãs eſt forma accidentalis q̃ importatur per nomen abſtractũ, & dicitur denominãs quaſi de ſe aliud nominãs Quia de ſe dat cõcreto q; prędicetur denominetq; ſubiectum. Sed denominatum eſt accidẽs quod prędicatur denominatiue de ſuo ſubiecto, vt album vel nigrum.

¶ Depalmare eſt palma percutere. Gellius. Quẽcunq; depalmauerat numerati ſtatim ſeruos, xij. tabulas vinginti & quinq; aſſes iubebat.

¶ Deparcus, vide in dictione parcus.

¶ Depango is, plãto ſeu defigo. Col. lib. iiij. Deinceps paſtinatur malleolus vitibus inſerendus, eũ que ſat erit medio ſpatio quod vocat inter vites per vnam lineam depangere Inde depactus.

¶ Depecto is, xui, vel xi, vel xũ, diligẽter pecto. Ouid. li. iij. Faſto. Interea liber de pexo crinib9 Indos Vicit, & eo diues ab orbe redit Plin. lib. xix. Ars depectẽdi digerendiq; iuſtũ eſt e quinquagenis faſciũ libris quinas denas carminare. Per tranſlationẽ & in malã partẽ. Terẽ. ĩ Eunu. Ego ne ſi viuo adeo exornatũ dabo, adeo depexũ, vt dũ viuet meminerit ſemper mei, id eſt ornatũ cultum dictũ a contrario ſenſu. Quod ſi depeſſum legam9 a patior ſiue a pando ſignificat laceratum A depecto fit depexo as.

✶ Deperdo, is, Vide in dictione perdo.

♁ Depeciſcor ex de & paciſcor, ſignificat ſicut ſiplex, & tã in bonã q̃ in malã partã accipitur. Terẽ. in Phor. Ita me dij bene ament, vt mihi liceat tã diu quod amo frui, iam depeciſci mortẽ cupio. Cice, Quidã cũ circũſederẽt neq; effugere vllo modo poſſet depectus eſt cũ hoſtibus vt arma & ĩpedimẽta relinqueret milites educeret.

¶ Depeculor pe. ꝓ. ex de & peculor, qđ a peculiũ deducit. Peculiũ vero ſignificat lucrũ vel qcquid ſua ĩduſtria qs acquiſiuit Qui aũt peculiũ ſiue qnid peculij ſurripuerit depeculator dicẽ, q̃q̃ ſint q dicãt depeculari ꝓprie eſſe furari, ea quę ad remp. ſiue prĩcipẽ, ſiue ad ſacra pertinẽt. Sed Cic. li. j. ad Herẽ. docet aliud eſſe futurum. aliud peculatũ. Si quis inqt peculatus accuſatur, q; vaſa argentea publica, de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe poſſit dicere cum diffinitione ſit vſus, qđ ſit furtum qd ſit peculatus, ſecum furti agi & non peculatus oportere. Et ĩ ver. act. i. Quib9 in prouincijs multas domos plurimas vrbes, omnia fana depeculatus.

¶ Depello, is, depulſi, ſũ, deorſum pello. Lactã. li. ij. Inueteratos depulimus errores. Qñq; abduco remoueo. Ver. Dulce ſatis humor depulſis arbutus hędis. Nã depulſis, ꝓprie poſuit q; agnos quadã vi ab vberibus matrũ pelli coſtat dum repugnant ne inde amoueantur.

¶ De pecunijs repetundis. Vide repetundarum.

✤ Depectus ſignificat pactus, & in bonam & in malam partem capitur. Cc.



✤ Depelli portẽta dñr cũ mala quæ ex ijs fiant precib9 ſupplicijs religione & deorũ cerimonijs fugantur. Cc.

¶ Dependo is, fere pro ſimplicij pẽdo eſt, quod varie ſumitur, vt pecuniã vel tributũ pendere eſt dare vel ſoluere ſeu pati pœnam. Sed de hoc in pendo. Apul. lib. viij. Pretio depenſo id eſt ſoluto.

¶ Dependeo es, deorſũ pendeo. Colu. lib. iiij. Sed ſi per vnũ quemq; pampinũ maior numer9 vuarũ dependeat. Aliquando dependere eſt ſuſtentari. Cice. Omnis illorũ ſalus a noſtra ſalute depẽdebat.

¶ De pereo, is, ex de & pereo ccipitur ꝓ moriaor, Col. li. iiij. Nos tamen plus quatuor milibus cõſerimus quia negligẽtia cultorũ magna pars deperit. Quãdoq; de perire eſt impatienter amare. Plau. in Caſi. Hic ipſius Caſinã deperit. Hie. li. ij. Reg. Factum eſt vt Thamar adamaret Amõ & deperiret in eadẽ valde.

♁ Depeſta poculi genus quo vetuſtiſſimi vtebãtur. Cc.

✤ Depeſſus ſiue a patior ſiue a pando fiat lacerat9 dicitur Teren. Ego ne ſi viuo, adeo exornatũ dabo adeo depeſſum vt vſq; dum viuat meminerit mei. Cc.

¶ Depiles pe. correp. q ſũt ſine pilis, Var. li. j. de vi. pa. ga ludi p̃ſulis pueri eſſent glabri ac depiles ꝓpter ętatẽ,

¶ Depilo, as. pe. cor. pilos detraho. Martia. Cum depilatos chreſte, coleos portes. Et depilo rarefacio. Lucil Depilati omnes ſumus.

¶ Deplanto, as, Vide in dictione planto.

¶ Deplano, as, penul. pro ĩ planũ deduco. Lactã. li. iiij. Ego ante te ibo & montes deplanabo.

¶ Depleo, es, Col. Conchæ quibus depletur oleum.

¶ Deploro as, pe. pro. ꝓpter actũ plorationis qui ĩ rẽ miſerabili exigitur, ſi lachrymę manant tunc ꝓprie. Si nõ manãt, ſignificat quaſi plor ãdo lamentor. Cic. in Cato. Nõ libet deplorare mihi vitã quod multi & hi docti fecerunt, Et. li. ij. offi. Admonebat me res vt hanc quoq; intermiſſionem eloquẽtię deplorarẽ niſi vererer ne de meipſo aliq̃ viderer queri. Aliquando deplorare eſt plorandi finẽ facere. Vnde deplorata cadeuera dicebantur quibus vltim9 luctus perſolutus erat. Et emp. deploratam dicim9 iam euerſam. Ab hoc tractũ eſt. Conclamatũ eſt quando affines eiulantes conclamabãt. Diciturq; in omni re iam deperdita, quia poſt lachrymas affinium mortuũ plane cadauer erat. Inde & indeploratũ dicitur. Oui. in Ibin. Indeploratum proijciere caput.

¶ Depontanus pe. pro. Vide infra in dictone pons.

¶ Deponere, eſt deorſũ ponere, vt depone ſarcinã. Cc. per trãſlationẽ dixit pro dimittere. Exiſtimaui honeſtiſſime moleſtias poſſe deponi ſi me ad philoſophiã retuliſſẽ. Per trãſlationẽ etiã ſignificat priuare. Plau. Vt me deponat vino eã affectat viã. Sue. Ne imperio turpiter depoſitus, priuatus viueret. Aliquãdo dereliquere & q̃ſi deſperare. Vñ depoſiti deſperati dicunẽ. Ver. Ille vt depoſiti proferret fata parẽtis, Cic. in Ver. Acti. j. Itaq; mihi videor iudices magnã & maxime ęgrã & ꝓpe depoſitã reip. partẽ ſuſcepiſſe. Aliquãdo eſt apud aliquem quicquã ponere ſeruandũ ſeu pro pignore. Habet enim hoc loco de vi augendi, vt oſtendatur totũ fidei eius cõmiſſũ qđ ad cuſtodiã rei pertinet. Ver. Ego hanc vitulã ne forte recuſes. Depono Ad ſeruãdũ vero vt gladiũ pecuniã. Cic. li. iij. offi. Si gladiũ qs apud ſe ſana mẽte depoſuerit repetat inſaniens reddere peccatum ſit, officiũ non reddere. ¶ Deponẽs verbum. Ideo dicitur quia deponit aliquid de quantitate cũmunis verbi. ſ. futurũ paticipiũ in dus a ſignificatione paſſiua. Nã cũ participia quatuor habeãt, verbũ commune, vt criminans, criminaturus, criminatus & criminandus, hoc non habet deponens. ſ. futurum a paſſiua ſignificatione vt minor minãs minaturus & minatus non minandus.

¶ Depoſitũ quod deponitur hoc ẽ quod alicui ſub fide traditur, vel quod pignoris loco dimittitur, vel quod ſeq̃ſtro, a pluribus inſolidũ certa cõditione cuſtodiẽdũ, reddendumq;, cum fuerit de iure diſcuſſũ tradiẽ. Et ſic eſt nomen. Cic. Quid ſi quis apud te pecuniã depoſuerit, bellum patrię inferat, reddes ne depoſitum? Non reddere depoſitum maxima iuſtitia eſt.

¶ Depoſitorius, qui aliquid deponit. Depoſitarius qui depoſitum accipit.

¶ Depopulari, eſt deſtruere, ſiue deprędari. Apud antiquos etiam de populo dicebatur.

¶ Depoſcere eſt multũ deſiderare, ſiue ratiõe quadã exigere. Col. li. ij. Canabis ſolũ pingue ſtercoratũq; & riguum vel planũ atq; humidũ & alte ſubactũ depoſcit.

¶ Deportare ẽ de aliquo aliquid portare. Col. li. v. Nec procul a mari vel nauigabili flumine quo deportari fructus & ꝑ quod merces vehi poſſint. Vnde deportari dicũtur quibus aqua & igni interdictũ eſt, vel quibus princeps ꝓuinciã annotauit. Traſfertur etiam ad ea q̃ delectationẽ, laudẽ, & vituperationẽ habent, q̃ noſtra opera ſumus aſſecuti, vt cũ inde reuertimur quo profecti fueramus, aut cũ vbi ſumus inde quicquã deportatur. Cice. Trebatio. Mihi crede nihil lex ex iſta ꝓuincia potes qđ iucũdius ſit deportare. Idẽ ĩ Catone. Teq; nõ cognomẽ ſolũ. Athenis deportaſſe. Vituperationẽ, vt deportauit vertes amicã. Pro deporto vulgo reporto dicitur, cũ reporto, retro porto, ſeu reueho reduco ve quod porta tũ ſiue delatũ & d eductũ fuetat. Lactã. li. iiij. Repẽte viribus roborati, ipſi lectulos ſuos reportarẽt, quibus fuerãt paulo ante delati. Hie. ad Damaſ. Et iuẽtã ſuper humeros reportat ad caulã. Ci. ꝓ. Cę. Itaq; Pub. Lẽtuli beneficio excellenti atq; diuino nõ ſolũ reducti ſumus ſed equis inſignibus, & aurru aurao deportati. Transfert etiam ad verba, cũ quis ꝓ verbis verba reportat. Ver. Iſque adythis hęc triſtia dicta reportat.

¶ Deprauo as, pe. pro. prauũ facio. vitio, vt cũ quid eſt ſcriptorũ, aut maledicorũ vitio corruptũ. Terentius in phor. Nihil eſt tam benedictum qui male narrando poſſit deprauarier.

♁ Deprecio, as, deſpicio. Ambro. lib. de reſurrectione. Merito igitur depreciauit, & dehoneſtauit hec corpus, mortis apellans.

¶ Deprẽhẽdo, is, ſignificat caute vel incautũ quẽpiã capio, vt deprẽhenſus in adulterio, ĩ ſcelere. in ſermo. Depræhẽſus ab hoſtib9, a tẽpeſtate. Ver. Depẽhẽſis olĩ ſtatio tutiſſima nautis. Aora. in ſer. Deprẽhenſi nõ bella ẽ fama Trebo. Vñ & deprehẽſa gen9 aĩaduerſionis militaris q certo in errore deprẽhẽſi fuiſſẽt, caſtigatiõe maior ignominia minor. Iterdũ dep̃hẽdere eſt aĩaduertere cognoſcere. Lact. li. i. de Ioue loquẽs. Nonne a ſua prima pueritia ĩpi9 & pene particida dep̃hẽdiẽ? Amb. li. i. of. Qui ea q̃cũque vana ſunt dep̃hẽdit, ea q̃ ſãcta ſũt neſcit.

¶ Deprẽcor pe. cor. qñq; poniẽ ꝓ ſiplici, Vñ Hie. Noluit ĩquit veniã dep̃cari. Qñq; dep̃cari ẽ ĩpetrare. Idem apud Exodũ. Aſcẽdã ad dominũ ſi quo mõ quiuero eũ dep̃cari ꝓ ſcelere veſtro. Qñq; vehemẽtiã ſupplicationis denotat vt ſit dep̃cari vehemẽẽ ſiue ſuppliciter p̃cari, Sue. ĩ Cęſa. Satis cõſtat Syllã cũ dep̃cãtib9 amicis & ornatiſſimis viris aliquãdiu denegaſſet: atq; illi, pertinaciter cõtẽderẽt, expunatũ tãdẽ ꝓclamaſſe, Cice. ĩ Lel. At. C. Bloſius Cumanus hoſpes familæ noſtrę Scęuola cũ ad me q aderã cũ Lenate & Rutilio cõſulibus in cõſilio deprecatũ veniſſet, Et lib. j. ad Herẽ. Dep̃catio cũ & pecaſſe & cõſulto feciſſe reus cõfiteẽ & tamẽ poſtulat vt ſui miſereaẽ, Hie. lib. iij. Reg. ablatiuo iũxit, Petitionẽ vnã paruulã ego dep̃cor a te ne cõfundas faciẽ meam, Habet quãdoq; contrariã ſuo ſimplici ſignificationem, & precis negationẽ ſeu detractionẽ importat ſicut in decet deſpero & huiuſmodi. Et ſic deprecari ſignificat recuſare, Aſinius. Cicero. Nec periculũ eſt vllũ qđ ꝓ libertate aut refugiã, aut dep̃cer, Vir. Egdẽ merui nec deprecor inquit, Ouid. li. j. de. Pon. Sepe p̃cor mortẽ, mortẽ quoq; dep̃cor idẽ, Ne mea ſarmaticũ cõtegat oſſa ſolũ, hoc ẽ nõ p̃cor nollẽ recuſo, & qđ vernacula dici ſolet.

Nõ te preco de queſto maio te ne deſp̄go. Liui. de bel. Macedo. vtrãq; ſignificationẽ cõplexꝰ eſt. Ego ſi quid ſceletate in fratrẽ admiſi, nullã dep̄cor pœnã ſi ĩnocẽs ſum ne inuidia cõflagrẽ cũ crimine non poſſim dep̄cor Horũ priꝰ pro abominor, deteſtor, ſiue recuſo, ſumitur, poſterius ꝓ vehemẽter p̄cor. Qñq; deprecari eſt depellere, abigere, pro pulſare, ſiue redarguere, p̄ce adhibita vel quouis alio mõ. Indicimꝰ, Ignominiã, & inuidiã, & pœnã, deprecatus eſt Sue. ĩ Auguſto cũ lectorius adoleſcens patritij generis, in deprecanda grauiore adulterij pœna allegaret ſe eſſe poſſeſſorẽ. Ci. li. iiij. ad Herẽ. Audes verbũ facere? audes quicq̃ petere? Audes ſuppliciũ dep̄cari? Nõ ſignificat recuſare, neque p̄cari ne de ſe ſupplicium ſumat, ſed depellere, ſiue redarguere. Quin. li. iij. ſcribit dep̄cationẽ depulſionẽ eſſe. Itẽ Cic. in Catil. lib. .i. Nũc vt ad me P. C. quandã ꝓpe iuſtã q̃rimoniã deteſter atq; deprecer, percipite quęſo diligẽter q̃ dicã. Idẽ pro Balbo. Quidã de cõmuni aditione omniũ noſtrũ deprecãdę maliuolentię cauſa breuiter cõmemorandũ videtur. Qua de re ſi Gellius ſcripſit deprecari ſignificare execrari deteſtari depellere vel abominari non fuit culpandus a Lau. Valla, cum depello hiſce Ciceronis exẽplis ꝓbe cõueniat, & deprecor maxime cõgruat, ꝓpter prępoſitionẽ de, q̃ ambobus prepoſita eſt. Execror vero deteſtor abominor cũ pene idem ſignificẽt quod recuſo etiã ſibi verbo deprecor cõueniũt, in ea ſignificatione qua ſupra. Mortẽ quoq; deprecor idẽ diximus accipiendũ, vt & illud Cice. libro ſexto de rep. Etiã in Claudij inuidiã Gracchi charitas deprecabaꝛ, id eſt ꝓpulſabat & defendebat. Sal. in Iugur. Sed quoniã eo natus ſũ vt Iugurthę ſcelerũ oſtentui eſſem, nõ iam mortẽ & ęrũnas, tantũmodo imperium inimici & cruciatus corporis deprecor. Eſt autẽ deprecor quandoq; verbũ cõmune vt apud Auguſt. qui ad Hiero. ſcribens ait. Vnde agnoſco dominũ a me potius deprecandũ vt tue volũtati det facultatem mittendi quod reſcripſeris.

✤ Deprędor populor a prędor, a quo deprędator & depredatrix verbalia. Cc.

¶Deprimo is, pe. cor. deijcio, humilio, defigo. Varro. Ab eo depreſſꝰ a quo erigi extollitq; ſperabã. Lactã. li. iij. Ita dũ hominẽ quęrit extollere rẽ ipſi ĩ depreſſit. i. ĩmo defixit humiliauit. Idẽ libro ſexto. Altera q̃ ad inferos deprimat. i. deorſũ premat vel mittat. Cicero libro. iij. ad Heren. qa maxime ſedata & depreſſa voce principia dicemus id eſt demiſſa.

¶Depromo is, pe. pro. Vide in dictione promo.

¶Depſo, is, ſigni. ſubigẽdo manibꝰ aliqd molle & tenerũ reddo. Quo verbo vtitur Cato libro de re ruſt. Cuius cõpoſitũ eſt Cõdepſo, & deriuatiuũ Depſiticus a, um.

¶Depudico as, penul. pro. ſignificat violo ſtupro & pudiciam aufero.

¶De puber penul. pro. dicitur is qui ad pubertatis annos non potuit peruenire. Hinc depuberẽ porcum dicimus quẽ lactantem occidimus.

¶Depudet pe. cor. pudorẽ abijcit. Ouidius. Depudit ꝓ fuguſq; pudor ſua ſigna reliquit. Aug. libro. vij. cõ. Depudit vanitatẽ, & erubuit veritati. Hie. ad Euſto. vſus ẽ Depudeſco. Nõ depudeſco inquit infœlicitatis meę qui potius plango non eſſe quod fuerim.

¶Depunare probe punare. Lactã. lib. v. Retinuit id qđ erat ei contrarium cum quo depunare poſſet.

¶Depurgo as, probe vel deorſum purgo. Cato de re ruſti. Terram cum ſtercore bene permiſceto, depurgato ab herba graminibuſq;.

✤ Depuro ex de & puro, extraho, exſicco. Vnde depuratum dicimus ſiccatum & mundatum. Cc.

¶Deputo, as, pe. co. ꝓprie deorſũ puto. Colu. li. iij. In agro macro & ſicco vineã ĩbecillã in brumã amputato, quam partem nõ deputaueris circa calẽdas. Feb. repetito & deputato. Amb. ĩ Ser. de quadrageſima. Modo ferrũ geſtãs agricola ſarmẽta deputat vinearũ. Itẽ deputare eſt exiſtimare, cẽſere, iudicare, qđ vulgo diciꝛ reputare nõ vt multi putãt delegare. Ter. in Hecy. Adepol ne meã eſſe herus operã deputat parui pretij, q' ob rẽ nullã me miſit fruſtra, vbi totũ deſedi diẽ, Plau. ĩ am. Inde cras e prõptuaria cella depromar ad flagrũ, nec cauſam liceat dicere mihi, neq; ĩ hero quicq̃ auxilij ſiet? nec quiſq̃ ſit quin me omnes eſſe dignũ deputent. Itẽ aſſignare attribuere. Hiero. ſuper. Matheum. Phariſęi opera dei principi demoniorum deputabant.

¶Depuuio is. Vide in dictione pauio. Depuuio ex de & pauio, hoc eſt credo. Lucil. Palmiſque miſellam depuuit me id eſt verberauit.

¶Derbies, ſeu Derbiæ, & Derbij ſũt populi Hyrcanis ꝓpinqui. De quibus Hier. Maſſagetę & Derbies miſerrimos putãt q ægrotatione moriãtur, & parẽtes, cognatos, ꝓpinquos, cũ adſenectã venerũt iugulatos deuorãt rectius eſſe dicẽtes, vt a ſe potiꝰ q̃ a vermibꝰ comedãꝛ.

¶Derbẽſes populi, ex quorũ numero fuit Timotheus apoſtoli diſcipulus.

★ Dercetũ pe. cor. nomẽ cuiuſdã deę, de qua Diodo. li. iij. Iuxta Aſcalonẽ lacus eſt, vbi tẽplũ inſignis deę, quã Syrij vocant Δερκετῶ muliebri facie, reliquum vero corpus figura piſcis, cuius filio Semiramis a columbis educata ſit. Ob id ſacras genti aues eas eſſe. Titul. Alba palęſtino ſancta columba ſyro.

✤ Derce fons eſt frigidiſſimus ęſtate inter Bibilim & Segobrigam in ripa fere Salonis amnis. Cc.

¶Dereliquere, ſignificat prorſus ſeu in totũ relinquere deſerere.

¶Derepẽte, tota vna dictio, quia vt docet Dona. aduerbijs præpoſitionẽ ſeparatim non addimus. Si enĩ ſeparaueris non eſt latinũ de repente. Ter. in Hecy. Ita corripuit de repente tacitus ſeſe obuiam.

¶Derideo es, pe. pro. ſignificat cũ alteriꝰ cõtẽptu rideo.

✤ A quo deuiſor & deriſio & deriſus us, quarte declinationis & deridiculus. i. deriſione dignus.

¶Deripio is, pe. cor. tam ĩ bonũ q̃ in malũ ſumi poteſt. In bõnũ, Virg. li. ij. Geor. Collaq; p̄lorũ fumoſis deripe tectis. i. cõfeſtĩ defer. In malũ, lactã. li. v. Quomodo ſe rapinis & fraudibus abſtinebũt q Mercurij furta nouerũt, docentis non fraudis eſſe deripere ſed aſtutię, id eſt ſurripere, deripere vero in malũ eſt cũ ſignificet diuerſa diuerſe rapere, vt fit ĩ vrbiũ expugnatione. Gel. Nã cũ oppidũ Toloſanum in teria Italia, Q. Cepio cõſul diripuiſſet multũq; auri in eiꝰ oppidi tẽplis fuiſſet, qſquis ex ea direptiõe aurũ attigit miſero curciabiliq; exitu perijt.

¶Deriuo as, pen. ꝓdu. a riuis deſcendit, cum aqua deflectitur aliquo, vnde & deduco riui more ſiue deflecto ſignificat, p̄ traſlationẽ plęriq; vſi ſunt. Terent. in Phor. Quid vis niſi vt maneat Phaniũ atq; ex crimine hoc Antiphonẽ eripiã atque oẽm in me deriuẽ irã ſenis. i. deflectã. Do. deriuatio dicitur inflexio criminis ab eo ad quẽ pertineat ad eum ad quẽ nõ pertinet. Cic. ĩ ver. acti. iiij. Quid eſt quãobrẽ putes te tuã culpam non modo deriuare in aliquẽ, ſed communicare cũ aliquo poſſe. Amb. Plęriq; varias ſignificariones de vineę appellatione deriuãt. Col. li. j. proprie dixit. Crebroſq; ſulcos aquarios quos nõnulli elices vocãt, faciamꝰ & omnẽ humorẽ in Clocas, atq; inde extra ſegetes deriuemus. Cic. ꝓ Milone poſuit ꝓ deuitare. Fecerũt id ſerui Milonis, dicã enĩ nõ diriuãdi criminis cauſa, ſed vt factũ eſt, neq; ĩperãte, neq; preſente domino qđ ſuos quiſq; facere ſeruos voluiſſet. Hĩc fit deriuatiuus a, um, qđ ab alio deducitur.

¶Dero, as, pe. cor. detraho, qđ patet ex eiꝰ ꝯtrario arrogo. Hie. In ꝓlogo. Eſdrę. Interrogẽt Hebre. & ipis authoribus traſlationi meę vel arrogẽt vel derogẽt. Feſtꝰ Derogare cũ quid ex lege veteri quo minꝰ fiat ſancitur lege noua. Cicẽ. li. j. ad Herẽ. Cũ duę leges inter ſe diſcrepãt videdũ eſt primũ nõ obrogatio aut derogatio ſit. Quid ẽ ergo derogatio niſi detractio aliq̃ legis. Abrogatio ipſiꝰ legis ablatio. Illa partis legis, hęc totiꝰ ſublatio



eſt Derogo igitur detraho, quod ſimiliter fit cum dignitati honoriq; alterius detrahitur.

¶Derſæi cum æ. diph. populi ſunt græcorum in littoribus Thraciæ ſicut Herodotus oſtendit.

✤ Des olim pro bes dicebatur as dempto triente. Eſt enim des octo vnciarum pondus. Cc.

✤ Deruo is, deorſũ ruo cado. Apul. Prolapſus deruiſſẽ.

✤ Derũcinare, diſſecare, & diſſipare tractũ a runcinis, q̃ maiores ſerrę dicũtur qbꝰ fabrilignarij maiora ligna ſecãt. ✤ Deſmoterion Græci vocant carcerem.

¶Deſęuio is, valde ſęuio, quod Hie. ad dicta tranſtulit cum in lib. Regum inquit, Latrãtes canes qui aduerſus me rabido ore deſęuiunt.

¶Deſcendo is, ex de & ſcando, ꝓprie ſignificat de loco excelſo ad imũ deuenio, cuius cõtrariũ eſt aſcẽdo. Liuiꝰ libro primo. Tenuere tñ arcẽ Sabini, atq; inde proſpero die cũ Romanꝰ exercitus inſtructꝰ, ꝙ palatinũ capitoli numq; collẽ. Cãpani cõpleſſent, non prius deſcenderũt in equũ q̃ ira & cupiditate recuperãdę arcis ſtimulãte animos Romani aduerſũ ſubiere. Per trãſlationẽ vero dicimus Deſcẽdo in pręliũ, deſcẽdo in cãpũ, deſcendo in forũ, & huiuſmodi alia quia de quiete ad laborẽ, de loco tuo ad periculũ, de vita ad mortẽ eſt iſte deſcenſus, ſiue ad animã, ſiue ad corpꝰ, ſiue ad vtrũq; ſpectet. Per. Deſcẽdere ꝓ humiliare poſuit, vt nemo ĩ ſeſe tentat deſcẽdere nemo, ſed prędedẽti ſpectatur mantica tergo.

¶Deſciſo Vnde in dictione Aſciſco.

¶Deſicobinatus. fauciꝰ abraſus ſectꝰ. Var. in Melca. Si autẽ delectatiõis cauſa venamini, quãto ſatius eſt ſaluis crurib ꝰ ĩ circo expectare q̃ his deſcobinatis ĩ ſylua curare. ¶Deſcribere, ꝓprie ſignificat de exẽplari ſcribere, ĩ q̃ ſignificationẽ etiã ſũt exſcribere & trãſcribere. Cicero Cornifici, Sed ꝓxime ſcripſi de optimo genere dicẽdi, ĩ quo ſępe ſuſpicatꝰ ſũ te a iudicio noſtro, ſic vt doctũ hominẽ a nõ indocto paulũ diſſidere. Huic tu libro maxime veli ex animo ſi minus grauate ſuffragere, dicã tuis vt eũ ſi velit deſcribãt, ad teq; mittãt. Per tranſlationẽ vero ponitur pro diſponere ſeu deſignare. Idẽ in Lęlio. Mei ſunt ordines, mea eſt deſcriptio. Itẽ ꝓpigere. Plautus in Aſina. Nõ potuit pictor rectius deſcribere eius formã. Itẽ ꝓ denũtiare. Lactã. libro. v. Quod prophetę multo ante deſcripſerant, licet & ꝓ accurate ſcripſerant intelligi poſſit. Nã hoc verbũ etiã ſcriptoribus id eſt cõdentibus aliquid, conuenire poteſt cũ eis deſcriptio pro diſpoſitione & accurata ſcriptione operis poniꝛ, vt Terẽ. in Phor. Ego deſcripſi porro illis quibꝰ debui. Ver. Immo hęc ĩ viridi nuper quę cortice fagi Carmina deſcripſi & modulãs alterna notaui Experiar. Lactã. li. v. Quis eſt enĩ cur illam vel in carminibus vel in omni ſermone deſcribãt cõquerẽtes eius abſentiã cũ ſit facillimũ bonos eſſe ſi velint. Et hoc ex vi prępoſitionis de. que diligẽtiã ſcriptoris præ ſe fert. De excribo, Gel. Haud quicq̃ dubitauimus qui ea Plauti foret, & omniũ maxime germana ex qua duos hos verſus excripſimus. De trãſcribo, Hiero. in p̄fa. pſal. Vnde conſueta prętatione cõmoneo tã vos quibus forte labor iſte deſudat, q̃ eos qui exẽplaria iſta habere voluerint, vt quæ diligenter emẽdaui cum cura & diligentia tranſcribantur. Scribere proprium eorum eſt qui aliquid condunt.

¶Deſęco as, pe. cor. ferro ĩcido. Col. li. iij. Et ſi fieri poteſt iuxta aliquẽ nodũ ſerrula deſecato. Idem lib. xij. Bonus operarius prati iugerum deſecat.

¶Deſero is, pe. cor. rui, ritũ, derelĩquo deficio. Hĩc milites patriæ deſertores dñr qui patriã deſerũt quã defendere deberẽt. Ver. Deſertorẽ Aſie, Suet. in Ceſ. Deſertorum ac ſeditioſorũ ĩquiſitor ac punitor accerrimus, cõniuebat in cæteris. Hinc deſertũ locũ appellamus inhabitatum quaſi ab hominibus derelictum, quem gręci Eremũ nominãt. Quomodo autem differat deſertor ab emãſore, vide in dictione emanſor.

¶Deſertũ & participiũ & nomẽ eſſe poteſt. Participiũ idem eſt qđ derelictũ, & qñq; aſperũ atq; incultũ. Ver. Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndã. Nomẽ ſumiꝛ pro loco inhabitabili, vt in hymno. Antra deſerti teneris ſub annis ciuiũ turmas fugiẽs petiſti. Sed eremꝰ producit penul. quod ignaris grecarũ literarũ res noua videbitur, quoniam eſt ἔρημος ἔρημον καὶ ἐρυμὸ ὁ τοῦ ἀπο λείπω, καὶ [illegible] λαὸ [illegible] καὶ ἐρημία, λέγεται παρὰ τῆς ἔρας. [illegible] Eremꝰ erſimi & ἐρημόω. i. relinquo & ſolꝰ habito, eſt & requies & ſolitudo, dicitur ab amãdo

¶Deſerto, as, frequentatiuum eſt. Actiꝰ. Cum me ſolũ vterq; parens deſertaſſent.

¶Deſeruire, eſt obtẽperare ſeu diligenter humiliter ve ſeruire. Cic. Tyroni. indulge valitudini tuę, cui qdẽ tu adhuc dum mihi deſeruis ſeruiſti nõ ſatis, fac bellus reuertare Poteſt etiã ſignificare, male ſeruire quod vernacula lingua dicitur. Deſeruit ou meſſerer.

¶Deſedeo es, & deſido is, pe. cor. ſicut in aſſideo dictũ eſt. Primũ cũ quiete ſedeo quod eſt cõtinue ſedeo, ſeu ſedẽdo tẽpus cõſumo. Sue. in Cęſa. A quo ad accerſendã claſſem in Bithyniã miſſus deſedit apud Nicomedem. i. manſit cõmoratus eſt. Secũdũ cum motu ꝓcedo vt quieſcã, ſiue morer Terẽ. in Ecy. Vbi totũ deſedi diẽ michoniũ hoſpitẽ dum expecto. Feſtꝰ. Picena regio in qua eſt Eſculũ, dicta ꝙ ſabini dũ Eſculũ proficiſcerẽtur vexillo eorum picus deſederat. Quod eſt a deſido, pen. longa id eſt deſcenderat, vt moraretur.

¶Deſes idis. a deſedeo, qui nihil agit & otioſus ſedet, vel q ſtat ſępiꝰ ad ſedendũ ſup his q̃ tranſigenda ꝓpere forent. Liui. li. j. Deſidem Romanum regem inter ſacella & aras acturum eſſe regnũ rati. Et li. iij. Sedemus deſidens domi mulierum ritu inter nos altercantes.

¶Deſidioſus, q deſidia plenꝰ ẽ. Oui. Queriꝛ Aegiſthꝰ quare ſit factꝰ adulter, In prõptu cã eſt, deſidioſꝰ erat. Deſidia vero eſt vitium ignauię. Sal. Nõ fuit cõſiliũ, ſocordia, atq; deſidia bonum ocium conterere.

¶Deſilio. is, pe. cor. deſilui deſultum. Vide in ſalio.

¶Deſignare, deſcribere, q̃ ſi p̄ ſigna demõſtrare. Cæſar li. j. Ceſar hac rõne Liſci Dimorigẽ Dunatici frẽm deſignari ſẽtiebat. Sed ꝙ pluribꝰ p̄ſentis eã rem iactari nolebat celeriter cõciliũ dimittit. Aliquando ſignificat deputare decernere ſeu diligere. Sal. Catilina nihilominꝰ in ꝓximũ annũ conſulatũ petebat ſperãs ſi deſignatus foret, facile ſe ex volũtate Antonio vſurum. Colu. lib. iij. Ipſum autẽ agrũ quẽ ſeminario deſignaueris, planũ, & ſuccoſum fac. Aliquãdo ſignificat rẽ nouam facere in vtranq; partem bonã & malam. Vñ & deſignatio & cõtractio conductioq; populi in vnũ. Hoc enim ei contingit, q aliquo flagitio populi in ſe oculos & ora cõuertit, & ſpectaculo eſt vulgo. quẽadmodũ deſignatores curatores funerum q ludis funebribus præerãt & multitudinem retinebant, ob eã cauſã ꝙ in his ludis fiebãt noua & ſpectanda. Senec. de benefi. An tu aruntiũ, & aceriũ & ceteros q captandorũ teſtamentorũ artẽ profeſſi ſunt non putas eadẽ habere quæ deſignatores, & libitinarios vota? Illi quorũ merces optent neſciunt. Hi familiariſſimum quemq;, ex quo propter amicitiã rei plurimũ eſt, mori cupiunt. Teren. Modo quid deſignauit?

¶Deſioculus dicitur q vno eſt captus oculo, qui & luſcus dr̃. Mar. Hinc deſioculus, & hinc lippus.

¶Deſipio, is, pe. corre. deſipiui deſipui & deſipij. ex de & ſapio, ſignificat, inſipienter ago ſiue de ſapientia decido vel aliquid a communi ſenſu ſapientiaq; minus habeo, & conſtruitur cum ablatiuo, Cic. M. Cælio, In quo cum obiurgaret ꝙ nimio gaudio pene deſiperem. Plautus in epi. genitiuo iunxit. Deſipiebam mentis cum illa ſcripta mitterem, Aug. li. j. de ciuitate dei docet minus eſſe deſipere q̃ inſanire. Porro inquit ſi quis hoc aggrediendum & ſuadendũ putat non dico deſipit ſed inſanit, Lactã. li. ij. Deniq; pœta maximus, homo in cęteris prudẽs, ĩ hoc ſolo nõ pœtice, ſed aniliter deſipuit id eſt more anili inſipiẽter egit, Huiꝰ contrariũ eſt reſipi

co. Nã reſipio in vſu raro eſt. Reſipiſco frequẽter. Deſipio in vſu eſt, deſipiſco non. Et hæc omnia ad mentẽ ꝓprie pertinent. Eſt eñ reſipiſcere ad mentẽ redire. Lac. de ira dei. Idcirco non ad prçſens noxiũ quẽq; punit vt habeat homo reſipiſcẽdi ſui facultatẽ. Et lib. vj. diui. inſti. Reſipiſcit eñ ac mentẽ ſuã q̃ſi ab inſania recipit, quẽ errati pudet, caſtigatq; ſeipſũ dementię, & cõfirmat animum ſuum ad rectius viuendum.

❡Deſino is, peñ. cor. ex de & ſino, ſignificat omitto, ſino, ceſſo, vt deſine plura loq. Hinc deſinẽtia finis, terminꝰ. Sic dicimꝰ. Deſine artẽ ludicrã. Ci. Mario. Libenter me hercle artẽ deſinerẽ, tecũq; & cũ ſimilibꝰ noſtri viuerẽ. Eſt eñ deſinere artẽ renũciare arti, atq; relinq̃re. Vñ ars deſita dicit̃ relicta & omiſſa. Gel. lib. xv. Oĩm tũ Athenieñſiũ cõſenſu diſciplina tibijs canẽdi deſita eſt. ☿ Apul. lib. iiij. Deſine ſcelus.

❡Deſiſto, is, deſtiti, ceſſo. Ver. Me ne ĩcœpto deſiſtere victã? Deſiſtere inq̃t. Vlp. eſt a negotio abſtinere qđ calumniandi animo inſtituerat. Inde deſtitiſſe is videtur non qui diſtulit ſed qui liti renunciauit in totum.

❡Deſolor pe. pro. deponẽs a ſolor cõpoſitũ eſt & contrariam ſuo ſimplici habet ſignificantiã. Sed ꝑ trãſlationem in ſignificatiõe differt. Cũ eñ quis aliquem ſolatur quaſi de ſolo lapſũ in ſolũ ſiue ſoliditatẽ alleuat. Paſſiue tamen deſolatus accipitur apud Hiero. ad Tyra. Sola ſeparatione dormiẽtis ęſtuãs deſolatꝰ ſolatio pij pignoris iactor. Inuenit̃ & deſolo as, pe. ꝓ. a ſolo qđ terrã ſolidã ſignificat, ꝓ deſtruo ſiue de ſoliditate deijcio. Colu. li. j. Quia flagitioſum quos hoſtis ꝓfligẽdo deſolaſſet agros nouos nouo more emere Romanũ ſupra vires patrimonij. Verg. li. xj. Vidimus ingẽtes & deſolauimus agros.

❡A c n. Deſolo pe. long. quaſi ſolum & deſertũ facio a ſolus, a, um.

☿ Deſolatoriꝰ, a, um, qđ deſolatur. i. deſtruit̃. p̃s. Sagitte potẽtis acutę cũ carbonibꝰ deſolatorijs. i. vaſtatoribus.

❡Deſpero, as, pe. ꝓ. nõ ſpero, extra oẽm ſpẽ ſũ. Hic eide, negat. Ci. in Lęl. Cuiꝰ aures clauſę ſũt veritati vt ab amico verũ audire nequeat, huiꝰ ſalꝰ deſperãda eſt. Dicimus autẽ deſpero ſalutẽ & de ſalute. Ambr. Nemo veterũ cõſciꝰ delictorũ p̃mia diuia deſperet. Deſperatꝰ in morbo dicitur de quo nulla ſalutis ſpes habetur. Hie. in lib. Reg. Percuſſitq; dominus paruulũ & deſperatus eſt. Item deſperatus dicitur qui nullã habet ſpem, Vnde vetus prouerbiũ, non eſſe cũ deſperatis certandũ. Deſperatio vt inquit. Ci. li. iiij. Tuſc. eſt ęgritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum. Sal. Ne forte deſperatiõe adducti vitę mortem prçferrent.

❡Depeſco, is, cui, ſignificat pecus deduco, vt cõpeſco vna duco & paſco & in vno loco contineo.

❡Deſpicio, is, pe. cor. deorſum aſpicio. Colu. li. j. Area ſi cõpetit ita cõſtituẽda eſt, vt vel a domino, vel certe a ꝓcuratore deſpici poſſit. Per tranſlationẽ ponitur ꝓ cõtẽno ſiue paruifacio. Nã cũ quis alium cõtẽnit deſpicere videt̃, quaſi infra ſe aſpicere, queadmodũ Suſpicio eiꝰ cõtrariũ, ſurſum aſpicio, & per traſlationẽ veneror, quaſi ſupra nos aſpiciamus illũ eſſe collocatũ. Cic. lib. ij. off. Deſpiciunt autem eas & contemnunt in quibus nihil virtutis neruorum putant.

Deſpectus, a, um. participium quod eſt contemptũ. Deſpectus, us, nomen, ipſe actus deſpiciendi.

❡Deſpectio, idem quod deſpectus. Cicero in Horten. Cõſolabit̃ eam magnitudo animi & humanarũ opinionũ alta quædam deſpectio.

❡Deſpiciẽtia deſpectꝰ ſiue deſpectio, & in ſe plus cõtinet q̃ cõtẽptio, vt apud eundẽ li. j. Tuſ. Totam vim bene viuẽdi in animi robore ac magnitudine, & in oĩ rerũ humnarũ contemptione ac deſpiciẽtia ponamus. Et illuſio plus eſt q̃ contẽptio ac deſpicientia vt in Cato. idẽ Ci. Contemni ſe putant: deſpici, illudi.

✣ Deſpicus e deſpiciendo, intentus, vigil. cuiꝰ exẽpla apud Apuleium frequentiſſima ſunt. Cc.

❡Deſpecto, as, ſępe deorſum aſpicio. Claud. li. iij. Deſpectant vertice lucũ. Verg. Nunc terras ordine lougo, Aut capere aut captas iam deſpectare videntur.

❡Deſpicor, pe. cor. deſpicio. Terẽ. in Eu. Quæ nos noſtrãq; adoleſcẽtiã habẽt deſpicatã. Do. Deſpicatã cõtẽptã atq; deſpectã a deſpicor. Hier. Ieſſe filiꝰ Dauid nõ primꝰ aut ſecũdꝰ, aut tertius, ſed oĩm vltimus vngitur a propheta, & deſpicabilior cũctis eligitur in regem.

☿ Deſpicabilis, contemptibilis, a quo deſpicabilior, & Deſpicabiliſſimus.

❡Deſpoliare eſt exuere. Hie. ad Euſto. Nõ neceſſe eſt vt dicas deſpoliaui me tunica, quomodo induã illam.

❡Deſpõdeo, es, ex de & ſpõdeo. Spõdeo aũt a ſponte fit, qđ veteres pro dico vſurpãt, quia qui ſpõdet, ſpõte, id eſt volũterie dicit. Vnde reſpõdeo factũ eſt, quod eſt poſteriore loco dico, poſtea vero ſpõdere vſurpari cœptũ eſt, pro ſpõte pramitttere. Vnde qui puellã ſpõdet ſpõſor. Quę ſpõdetur puella, ſpõſa. Cui ſpõdetur, ſponſus. Qua rogatur pecunia dotis a ſpõſo, ſpõſio. hoc eſt ꝓmiſſio appellatur. Et dies qua puella ꝓmittur. Spõſalis Et ſpõſalia mẽtio & promiſſio futurarũ nuptiarũ. Eſt autem deſpõdere promittere, quod ad nuptias ꝓprie ptinet, & ad eũ prçcipue cuiꝰ intereſt locare mulierẽ viro ſiue virũ mulieri. Ter. Nã aliã pater ei deſpõderat gnatam Chremetis. Deſpõdere animũ illũ dicimꝰ q ſuę ſpõtis ſtatuit finem, & quaſi ex deſperatiõe mori decreuit. Var. li. de ruſt. Ne reliqui ſi videãt deſpõdeãt animũ atq; alieno tpe vẽditori moriãtur. Liui. li. iij. Nec ipſi ſolũ deſpõderãt animos, ſed ꝯtẽni cœpti erãt a finitimis populis. Plau. ĩ mi. Ne lamẽtetur, neue animũ deſpõdeat. Apud Senecã & Col. ſine animi adiectione legit̃ deſpõdere Nã de turdis ſic ait. Difficulter ĩ aliã regionẽ trãſferuntur, quia caueis clauſi plurimi deſpõdẽt. Similiter dicimus deſpondeer ſapientiã illum qui deſperat ſe poſſe ad ſapientię faſtigium peruenire & ob hoc deſiſtit ab incœpto. Nam libro. xij. Colu. inquit, ꝙ probabilis ratio eſt obmuteſcẽdi, quia nequeas orator eſſe ꝑfectus, aut in ſocordiã ꝯpelli quia deſpõderis ſapiẽtiã. Magnę rei q̃tũcũq; poſſederis fuiſſe participẽ nõ minima eſt gloria.

❡Deſpõſo as, a depõdeo fit. Amb. Et bñ vtrũq; poſuit ſcriptura, vt deſponſata eſſet & virgo.

❡Deſpumo, as, pe. ꝓ. ſpuma priuo, Ver. li. j. Geor. Et folijs vndam tepidi deſpumat aheni. Per trãſlationem depumare ponitur pro decoquere, Hier. ad Ocea. Venter mero ęſtuãs cito deſpumat in libidinẽ, Perſius, Stertimus in domitũ quod deſpumare falernũ ſufficiat.

Deſpuo deorſum ſpuo, ſeu ſpuẽdo execrationẽ demonſtro vt apud Perſiũ. Et prope te ignotus cubito qui tangat & acres deſpuat in mores.

❡Deſtino as, penultima correpta ex de & ſtino. Vnde & perſtino. Eſt autẽ deſtinare, deliberare, aſſignare, deputare, parare, eligere. Colu. lib. ij. Itaq; conſiderãdum erit vt ſolũ quod excolere deſtinamus pingue ſit. Cic. libro. v. Tuſ. Ad horam mortis deſtinatã. Sue. de Cæſare De ampliando imperio plura ac maiora in dies deſtinabat. i. parabat. inſtituebat, deliberabat. Plinius in panægirico. Deſtinatio cõſulatus, id eſt electio. Quãdoq; ponitur pro alligare. Apul. lib. iiij. de Aſi. Arreptũ me loro q̃ valido ad anſulã quandã deſtinatũ. Quandoq; mittere ſignificat. Iuue. Deſtinat hoc monſtrũ cymbę liniq; magiſter pontifici ſummo. Aliquando emere. Lucil. Facio ab leone tribus vt libertatẽ millibꝰ deſtinet. Hinc fit compoſitũ prçdeſtino quod eſt præordino prçmitto. Aug. Prçdeſtinatio a prçtermittẽdo & preueniẽdo vel prçordinãdo futurũ aliquid dicitur. Quandoq; texare ſiue ꝓ pretio deputare. Plau. in Ru. Minis trigita ſibi puellam deſtinat datq; arrabonẽ & iureiurãdo alligat. Hoc idẽ ſignificat perſtino Apul. Et ꝓcõtato p̃tio, ꝙ centũ nũmis indicaret aſpernatꝰ viginti denarijs inq̃t pſtinaui. Sunt q p̃ deſtitatũ intelligi vellint oſtẽſum indicatũq; vt eſt illud apoſtoli ad Romanos. Qui prçdeſtinatus eſt



filius dei. Eſt in priſtino, de quo alibi.

❡Deſquammo, ſquãmis exuo. Plau. in Aul. deſquamma piſces. Sępe enim de, detractionem notat, vt decortico, delibro, deueſtio, deplumo, depilo, decaluo, dearmo, Sępe contrariũ dehortor, dediſco, dedoceo, in multis deorſum deſcendo defluo & c. Cc.

❡Deſtituo, is ex de & ſtatuo ſigñat dereliquo, dimitto Ver. Et freta deſtituẽt nudos in littore piſces. Interdũ deſtituere eſt priuare, & ſic ꝯſtruit̃ cũ ablatiuo, Colu. li. iiij. Rurſns nimiã ſiccitatẽ deſtituere plãtas nalurali alimẽto. Interdũ diſſoluere. Nęuius. Multo nauẽ iubet deſtitui anchoris. Interdum ſtatuere. Cęci. deſtituit omnes ſeruos ad menſam ante ſe.

❡Deſtringo, is, deorſum, ſiue de alijs ſtrĩgo colligo aut excido. Col. li. xij. Tũ & alea deſtrĩgẽda eſt, ex quavelis viride oleum efficere, Mar. Pergamus has miſit curuo deſtringere ferro, Non tam ſępe teret lintea fullo tibi.

❡Deſtruo is, xi. ctũ, ſignificat qđ ſtructũ eſt, vt nõ ſtructum ſit efficio, ἐξελήνισι ἀνασκευάζω ἀπολλω καὶ λυμαίνομαι καὶ πολλα ἀντιπαυτο λαπ ὀρπραγμάτων.

❡Deſtructile, pen. cor. qđ deſtrui poteſt & deſtruetur in fine Lactã. li. de ira dei deſtructilia ſunt oĩa q̃ manu fiũt

❡Deſubulo, a ſubula, quod ſignificat perfodere. Var. Alterum carneadẽ de ſubulaſſe bona corporis, Cc.

❡Deſudo as, pe. ꝓd. valde ſuo. Sudo vero a ſudꝰ ſĩ Nonio creditur fieri cõſtat. Interdũ tñ deſudare ꝑ trãſlationẽ ponitur ꝓ laborare. Hiero. ĩ ꝓlo. li. Salomonis. Mittitis ſolatia ſumptuũ, notarios noſtros & librarios ſuſtẽtatis vt vobis noſtrum potiſſimum deſudet ingenium.

✣ Deſudaſco & deſudaſcitur impſonale a deſudo. Plautus. Homo adoleſcẽs penetrare huiuſmodi palęſtram, vbi dãnis deſudaſcitur. Cc.

❡Deſueſco, is, deſueui, & deſuo, es, eui. Primũ neutrũ ſecundum actiuum. Vnde Nonius in priſcis dictionibꝰ Deſueui illum pro deſueſeci illum id eſt cõſuetudinem illi abſtuli. Titin. Paraſitos amoui, lenonem ędibus abſtruſi deſueui ne quo ad cœnam iret extra conſiliũ meũ. Hic deſueui a deſueo in actiua ſignificatiõne accipitur Nam quamuis Priſ. Conſueſco cõſueui, etus ſum dicat, addit tamẽ, Chariſius cõſueo ponit. Idcirco priſco more iuxta Chariſium, iuxta ſignificationẽ actiuam quę in præterito deſueui a Nonio ꝓlata eſt, neceſſe eſt vt Sueo ſimplex ſit vnde formatur ſueſco, ex quo componuntur Conſueſco, deſueſco, aſſueſco, inſueſco, quę ſignificationem paſſiuam innatam habeant vti caleſco, erubeſco & augmentatiuam, vt oleſco, adoleſco, cum tamen oleo & adoleo actiuam ſue neutralem habent. Ita ſueo conſueo deſueo actiuam ſiue neutralem habere cõuenit. Ea eñ quãtum intelligo iam abſoluere, propterea in eorum locum ſucceſſiſſe cõſuefacio aſſuefacio & huiuſmodi puto Simplicis autẽ ſueſco præterita ſunt quę dicam. Claud. lib. iij. de rap. Poſt hęc cunabula dulci Ferte ſinu, ſummoq; Ioui deducere paruam Sueuerat & genibus ludentem aptare paternis. Cic. Metello. Ad te id quod ſueſti peto mę abſentem diligas atq; defendas. Quandoq; deſueſcere non per negationẽ ſed per affirmationem ex vi prepoſitionis de ponitur, quaſi deorſum ſueſcere, ſiue deſcendere ſueſcere. Plautus in Aſi. Auceps quando cõcinnauit aream effundit cibum, aues deſueſcunt, neceſſe eſt facere ſumptum qui querit lucrum. Quãdoque deſuetus dicitur valde ſuetus.

Deſuetudo, a deſueſco ſicut conſuetudo a cõſueſco quę cõtraria ſunt. Liuius lib. primo. Mitigandõ ferocẽ populum armorum deſuetudine ratus.

❡Deſidero as, ex de & ſidero Sidero vero a ſidus deducitur. dictum deſiderare pro cupere ꝙ veluti lucem ſideris, quod amamus optemus, per tranſlationem ponitur pro deficere ſeu mori. Macrobi. Ne quid ad perfectionem cœtus deſideretur inuitandos ad hunc cõgreſſum cõuentũq; cenſeo. Curti. In eo pręlio trecẽti capti quinquaginta millia deſiderata ſunt.

❡Deſiderium modo pro vehementi amore, vt apud Iuuenalem. Cur deſiderio bibulæ ſertorius ardet, modo ꝓ nimia cupiditate videndi eũ qui abeſt. Et proprie derebus gratis optatis aut amiſſis dicitur. Hinc dicimꝰ poſt puguam deſiderari milites qui periernnt. Cice. in Lęl. Ego ſi Scipionis deſiderio me moueri negem quam id recte faciam viderint ſapientes.

❡Deſideratiua verba ſunt quę a Priſcia, meditatiua vocãtur. Ea terminãtur in rio, vt eſurio parturio. Nam deſiderium magis quam meditationẽ denotãt. Cic. lib. ij. Philip. Vtinam aliquãdo dolor populi Ro. pariat quod iam diu parturit. Pli. lib. xxxvj. Et itę oẽs adalligati mulieribus vel quadrupedibꝰ in pelliculis ſacrificati vteri animaliũ continẽt partus non niſi parturiant remouẽdi alioquin vuluæ excidiũ fit. Sed niſi parturiẽtibus auferantur oĩno nõ pariunt. Sic parturio proprie pro cupio parere ſumitur q̃q̃ interdũ pro pario ſumptũ inueniatur Scaturio ꝓ primitiuo capit̃ ſcateo, Nõ eñ deſideratiuũ eſt ſignificatione ſed voce tantũ Amaturio aũt lecturio dicturio cũ amaſco & legiſco qbꝰ placẽt reliquimꝰ. Ipſa qdẽ cęteraq; eiuſmodi niſi apud authores approbatos inueniãtur nõ in gregẽ deriuatorũ aſcribãda cẽſemus.

❡Deſum dees. ſignificat deficere. Senec. Fœlix eſt cui nihil deeſt ab bene beatęq; viuendum.

❡Deſultores, qui equos eligunt, alunt, ac docẽt, quorũ ars eſt binos trahere equos: & alternatim ex vno in alterũ mira celeritate trãſultare, Liuius lib. xxiij. Nec oẽs Numidę in dextro locuti cornu, ſed quibꝰ deſultorũ in modũ trahẽtibꝰ equos inter acerrimã ſępe pugnã in recentẽ equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat, tãta velocitas ipſis, tanq; docile equorũ genus eſt. Var. li. ij. de re ruſt. Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet, aliter quadrigarius ac deſultor.

❡Deſultorij vero ipſi equi duo ſine ephippijs a grecis κέλης κέλητος καὶ κελητίζω irruo, dicti, ꝙ ex his facile deſiliant deſultores qui ſingulis equitibus prçſto erant excitatis ita militibꝰ vt altero de via feſſo deſilire poſſẽt recẽtẽ. Suet. de Cęſare quadrigas bigaſq; & equos deſultorios agitauerũt nobiliſſimi iuuenes, Caſſiodorus vero in epiſtolis diuerſum ab hoc genus ita nominat in ludis Circẽſibus. Equi inquit deſultorij ſũt per quos circẽſiũ miniſtri miſſos denũciãt exituros, vt luciferi quadã in aſtris ſimilitudine prçcurſorias velocitates imitari videantur. Per tranſlationẽ Apuleius in primo de Aſin. Iã hęc quidam ipſa vocis immutatio deſultorię ſciẽtię ſtylo quẽ acceſſimꝰ reſpondet. Similiter Martianꝰ de nuptijs Philologię. Leuitate pernix deſultoria geſtiebat.

✣ Deſuper hoc eſt ſuperne.

✣ Deſurſum idem quoſt deſuper.

❡Detego is, penul. cor. aperio, nudo. Lactã. li. ij. Nũc interim falſa detegamus.

❡Deteſtor. meo teſtimonio rẽ abominor, ĩprobo, execro deponẽs q̃uis & cõmune verbũ inuenatur. Horat. lib. j. car. Bellaq; matribꝰ deteſtata. Lact. li. j. Hinc eſt illa Plauti deteſtãda ſẽtẽtia. Male meretur q mẽdico dat quod edat, nam & illud qđ dat perit, & illi ꝓducit vitã atq; miſeriã. Apud iuriſcõſultos. Deteſtari ponit̃ pro abſẽti denũciari Iñ deteſtatio denũciatio facta cũ teſtatiõe ☿ Vt docet Vlp. Aliqñ genitaliũ abſciſſio. Apul. lib. vij Ob id truces, veſanoſq; adhibita tali deteſtatione manſuetos exinde factos.

❡Deteſtabile, ab hominabile.

❡Deterreo valde terreo, & quaſi terrore quodã prohibeo, remoueo ve. Ci. li. j. tuſ. Itaq; nõ deterret ſapiẽtem mors quę propter incertos caſus q quotidie ĩminẽt. Idẽ de optimo dicẽdi genere. Nec vero Ariſtotelẽ in philoſophia deterruit aſcribẽdo amplitudo Platonis, nec ipſe Ariſtoteles admirabili copia cęterorũ ſtudia reſtrinxit. Nec ſolũ ab optimis ſtudijs excellẽtes viri deterriti nõ ſunt, ſed ne opifices quibꝰ ſe artibus ſuis remouerunt.

Detero is, pe. cor. ex de & tero, ſignificat ꝓprie terẽdo

deijcio,quod & trituro dicitur. Nā ſpicis ꝑcuſſis frumēta in illis diſpoſita deteruntur cū grana in terrā minuta diſſiliūt. Colu. li. j. Area optima eſt in ſilice cōſtructa ꝙ & celeriter frumēta deterūtur, per traſlationē Hiero. in pro. Iob. Qui & Hebreorū ſermonē ex parte didiſcimꝰ & in latino pene ab ipſis cunabulis inter grāmaticos & rhetores detriti ſumꝰ, .i. excitati, q̄ſi a ſimili, vt gladiꝰ exercitatus, & ipſo nimio vſu cōminutꝰ, Idē poſuit pro eo qđ eſt dānū infero, & vulgo fruſtro dicitur. Veſtitus inquit pariter nō deteritur, capilli ſimul nō augētur barba in cōmune nō creſcit, calceamēta ex quo oībꝰ durāt Lactā. li. vj. quos aūt primi aditus difficultas detriuerit eos in illā vitioſam viam labi atq; deflectere q̄ primo ingreſſu ſit quaſi amœna multoq; tritior. Detriuerit ꝓ defregerit ſiue deijciendo fregerit. i. remouerit. Tritior vero pro vſitatior. Vnde tritum verbum pro vſitatum.

¶ Deter ſiue deterus, a, ū, pe. cor. dr̄ cui aliq̄d deeſt et quaſi detritum ne bonū ſit. A quo deterior deterrimus.

¶ Detergeo, es, ſi, ſum, & degergo, is, ꝓ depurgo. Col. li. iij. Quoties falcem acueris ea pelle aciem detergito. Ibidem li. viij. Aut cornu aut vngula tundunt, aut arbori affricant parietibuſve detergent.

¶ Determino, definio. Lactā. li. iiij. Determinā da ē nobis veritas breuiter, & ī ſuo ꝓprio domicilio collocāda. ♁ Sed hoc ꝑ trāſlationē; ꝓprie vero determinare ſignificat diuidere, ſepare. Hier. ad Dama. Et quia ꝓ facinoribus meis ad eam ſolitudinem cōmigraui que Syriam iuncto barbarię fine determinat non poſſum ſanctū dn̄i

¶ Detexo, is. valde texo perficio. Vergili. Viminibus molliq; paras detexere iunco Nam de agentis eſt.

¶ Detineo, nes. pe. cor. proprie ad eos pertinet q priꝰ non tenebantur, quouis modo detinētur ſiue capiūtur ne abeant iniuſſu eius qui detinet. Lactā. li. vij. Oēs in vna cōmuniq; cuſtodia detinētur. Terē. in Eu. Detineo te fortaſſe te ꝓfecturus alio fueras. Retineo pertinet ad eos qui prius tenebantur, & ne abeāt retinētur. Et hęc tam in bonā q̄ in malā partē ſumi paſſunt. Per tranſlationē autē. Terē. in Phor. Pol me detinuit morbꝰ. Sal. Me ambitio mala detineat. De Retineo Idē. Nā imperiū facile his artibus retinetur quibus ab initio partū eſt Terē. in Adel. Pudore ac liberalitate liberos retineri ſatius eſſe credo q̄ metu. Hinc detento, as. frequētatiuū.

¶ Detondeo, es. detōdi q̄uis tōdeo totōdi faciat. Antiqui tn̄ geminabant, & ſignificat a ſummo vſq; deorſum tondeo. Col. li. viij. Et eſt modus optimꝰ cōſiderare tēpeſtates quibus ouis neq; frigus ſi lanam detraxeris, neq; æſtum ſi nondum detonderis ſentiat. Verum cum quæque detonſa fuerit vngi debet tali medicamine.

¶ Detono, as. pe. cor. valde tono. Hier. Et cum perſecutionis detonaret procella in villam remotiorem receſſit. Sed per tanſlationem.

¶ Detorqueo, es, ſi, tum, ſignificat deflecto. Col. li. iiij. Sed quod in ſalicto cōferēdo vitauerimus id ſequamur in eiuſmodi maleolo quē eſt neceſſe longiorem facere ſi volumus detortum pāgere. Cic. per tranſlationem lib. ij. offi. poſuit. Nam & voluptates blandiſſimæ dominę maiores partes animi a virtute detorquent.

¶ Detraho, is, cū accuſatiuo proprie ſignificat exuo id qđ qs induit, ſiue quicquid manu cōtigi & detrahi pōt, vt detrahe veſtimēta, ſoccos, palmites & hmōi. Ter. in Heau. Occurūt ſerui ſoccos detrahūt. Plau. in aſi Nudo detrahere me veſtimēta iubes? Inrerdū detrahere ponitur ꝓ remouere. Hie. li. j. ℞. Detrahebāt hoīes a ſacrificio dn̄i. Aug. ſup Boā. Detrahe verbū, & quid eſt aqua niſi aqua? Accedit verbū ad elemētū & fit ſacramētum. Iterdū pro auferre. Amb. lib. iij. offic. Quod ſi non licet nō dare, quomodo detrahere licet? Per tranſlationē vero cū fama gloria, honor, opinio detrahuntur. Et tūc cū datiuo cōſtruit̄, Hier. ad Euſto. dicat aliqs & laudes nuptijs detrahere q̄ a deo bn̄dictę ſūt: nō ē detrahē nuptijs cū illis virginitas auferet̄. Hic detractor & detacto as

¶ Detractores dicuntur qui famę alicuius derogant.

¶ Detracto, as, frequētatiuū, ſignificat defugio, deuito recuſo, nego. Verg. lib. iij. Georg. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo, aut iuga tetractans interdumq; aſpera cornu. Iuſti. nec ipſe detractauit certamen. Aliquando detractare eſt male tractare ſeu maledicere.

¶ Detrimētū, dānū, dictū ſecundū Var. a detritu ꝙ ea q̄ trita ſūt minoris pretij ſūt. Sic intrimētum ab eo ꝙ duo iter ſe ſint diminuta. Differūtq; ab īuicē & detrimētū vt Pædia. Inq̄t, vel vniusꝑtis dici pōt. Intrimētū vero ad vtriuſq; partis ſpectat dantis accipientis incomodum.

¶ Detraho, is. pe. ꝓ. deorſum trudo ſiue trudēdo dijtio Liui. li. ij. Iā īpetu conabātur detrudere virū. Per traſlationem lib. j. offi. Sin aliquando neceſſitas eos ad ea detruſerit, que noſtri ingenii non erunt.

¶ Detrūco, as, trūcādo dijcio, ſiue in truncos, aut detrūco ſeco vt hic trūcatus ē, arborē detrūcato, ꝑtē voluminis detrūcaui. Diſtrūco aūt ī diuerſas ꝑtes trūco. Plau. ī Tru. Iā ego te hic agnū faciā & in mediū diſtruncabo.

¶ Detrullare, eſt de trula in trulā deplere, quo vſus eſt. Apitiꝰ. Quod ipſum & diffundere ſecūdum Pli. vocatur deturgeo, es, deturſi. Vide in dictione Turgeo.
¶ Deuerto de vna re ad aliã verto, deflecto, vt eũ quod cœpi relinquo vt aliud agã. Siue alio me verto. Lactã. lib. octauo. Sed huc neceſſario diuertẽdũ fuit, vt oſtẽderẽ tot ac tanta ingenia in rebus falſis eſſe cõſumpta. Et diuertere eſt hoſpitari. Columella libro primo. Hæc autem prętereuntium viatorũ populationibus & aſſiduis hoſpitijs diuertẽtiũ infeſtat rem familiarem. ꝸ Dicimus eleganter diuertor ad te & apud te.

¶ Diuerſito as, penul. cor. frequentatiuũ a diuerto pro deflecto. Gel. Ad ipſa Platonis penetralia, ipſarũq; rerũ põdera & dignitates pagendũ eſt nõ ad voculãrũ eiꝰ amœnitatẽ nec ad verborũ venuſtates diuerſitandum.

¶ Diuerſor aris, modo diuerto ſignificat, modo conuerſor. Valerius libro primo. Tabernamq; in qua is diuerſabatur petere conatus.

¶ Diuerſor qui in caupona hoſpitatur. Cice. lib. primo, artis ve. Caupo cum quibuſdã diuerſoribus illũ qui ante exierat conſequitur. In itinere hominẽ comprehendit homo in vrbem ab illo deducitur.

¶ Diuerſoriũ a diuertẽdo accipitur pro villa, & quaſi ꝓ hoſpitio quod ibi magis nos recipimus, & cõmoramur, q̃ habitemus. Cice. in Cato. Ex vita iſta diſcedo tãq̃ ex hoſpitio, nõ tanq̃ ex domo Cõmorãdi enim natura diuerſoriũ nobis nõ habitãdi dedit. Itẽ Fabio Gallo. Ne ego libentius emerim diuerſoriũ Tarracinæ ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim, proprie autẽ capitur ꝓ hoſpitio, vt apud eundẽ. Quieſcã in cęſaris ſermone quaſi in aliquo opportuno diuerſorio. Dicitur & diuerſorius, a, um, vt Taberna diuerſoria. Sueto. in Nerone. Diſpoſitę per littoia & ripas diuerſoriæ tabernę

¶ Diuerticulũ eſt via per quã a militari via ſiue de itinere noſtro alio diuertimꝰ. Tere. in Eunucho. Dũ ſenſi redeo rurſus, male vero me habẽs, vbi ad ipſũ veni diuerticulũ conſtiti. Serui. Diuerticula ſunt ſemitæ trãſuerſę q̃ ſunt a latere vię militaris. Hieronymꝰ, ꝓ ſimilitudinẽ ita accepit libro de natiuitate virginis, Deniq; inquantum recordari poſſum non verba ſed ſenſum ſcriptoris ſequens & nunc eadem ſemita nõ hiſdem veſtigijs incedens, nunc quibuſdam diuerticulis ad eandẽ viã recurrens, ſic narrationis ſtilũ temperabo, vt non alia dicam q̃ q̃ aut ſcripta ſũt aut cõſequẽter ſcribi potuerũt. Diuerticula etiã dicunt domicilia in via ad q̃ diuertendũ ſit.

¶ Diuerſus nõ ſolũ ꝓ vario, ſed etiã ꝓ ſeparato ponit.

¶ Diuortiũ ſeparatio, & proprie diſtractio matrimonij, inquit modeſtinus, quod inter virum & vxorem fieri dicitur, q̃uis ad alia transferatur. Cicer. Sic doctrinarũ facta diuorſia. Verg. Obijciunt equites ſeſe ad diuorſia nota, id eſt ad flexus viarum.

¶ Diuello, is, ſi, ſum, varie vello. Saluſtius. Rapi. virgines, pueros diuelli, liberos a complexu parẽtũ ἑλκύσι σπάω λέγουσι καὶ σπάξω καὶ τὰ πολλὰ ἔχουσιν. ✤ id eſt gręce σπάω. dicunt & σπάξω multa huiuſmodi.

¶ Diues a diuo fieri dicitur, ꝙ qui diues eſt, quaſi deus nihil indigere videtur. Et modo conſtruitur cum genitiuo, vt Inſula diues opum. Modo cum ablatiuo. Cicero li. ij. offi. Pub. Craſſus tum cognomine diues, tũ copijs, functus eſt ędilitio maximo munere. Et eſt generis omnis, facit enim accuſatiuum diuitem et hoc diues. Ouid. lib. j. Diues & prepotens naturę cęterarum gentium Priſcis, ac memorabilibus inſtitutis. Hinc diuitior comparatiuum. Teren. Heu quam inique comparatum eſt, vt hij qui minus habent ſemper aliquid addant diuitioribus.

¶ Diuito as, pen. cor. diuitẽ facio. Acti. nihil credo auguribus qui aures verbis diuitant alienas, ſuas vt auro locupletent domos.

¶ Diuitię numero tantum multitudinis ita ab omnibus differunt ꝙ diuitię ſint quibus vtamur, opes vt alijs opitulemur. Cic. Sunt ergo diuitię ad neceſſarium vſum, opes vero ad magnificentiam.

¶ Diuexo as, varie vexo. Lact. lib. vij. Vt ſi qui forte tũ fuerint boni, prędæ ſint ſceleratis, ac diuexẽtur vndiq;.

¶ Diuido is, penul. cor. ſi, ſum, cõpoſitũ videt licet eius ſimplex nõ legeri. Et eſt diuidere ſeparate partiri. Ver. Diuiſum imperiũ cũ ioue Cęſar habet. Ponitur & ꝓ pædicare. Plautus in Aul. Me quidẽ hercle dicam palã nõ diuides. Quod & pręcidere dicitur apud Martialem.

¶ Diuiſo vt Cic. lib. primo ad Herẽ. ca. eſt per quã aperimus quid cõueniat, quid in cõtrouerſia ſit, vel per quã exponimus quibus de rebus dicturi ſumus. ꝸ Inter diuiſionẽ, & partitionẽ hoc intereſſe putatur, ꝙ Diuiſio eſt generis ĩ ſpẽs, Partitio aũt eſt totius ĩ partes diſtributio Genꝰ plura cõplectitur, vt animal, hominẽ, leonẽ, equũ & huiuſmodi. Totũ vero eſt quędã res vna vt domus, q̃ conſtat ex pluribus partibus. Quintilianus li. vij. Sit igitur diuiſio rerum plurium in ſingulas partitio ſingularũ rerum in partes diſcretus ordo.

¶ Diuiſor cũ ſit verbale nomẽ a diuido plęrũq; apđ Cice. criminis eſt, hiq; ãtiquitus diuiſores vocabãtur q pecunias inter tribus viritĩ candidatorũ nomine diuidebãt ĩcreãdis magiſtratibꝰ, quos Plau. curiarũ magiſtros vocat. Conſuerãt enim petitores magiſtratuũ apud Romanos pecunia largitioneq; ſibi ſtudia cõciliare ſuffragatorũ & ꝑ cẽturias tribuſq; diuidere nũmos. Cice. pro. Plã. Quã tibi cõmodũ eſt vnã tribuũ delige, tu doce id quod debes, per quã ſequeſtrẽ, quo diuiſore corrupta ſit. Eſt & diuiſor qui pueros corrumpit. Cice. Pęto. Quid enim non honeſtum eſt verbũ diuiſor? At ineſt obſcœnum cui reſpondet intercapedo, Sunt ergo diuiſores nõ ſolũ criminoſi, ſed etiã obſcœni, tanq̃ in obſcœno coitu, prępoſteraq; libidine nates, diuidantur. Qui & emaſculatores & pędicones dicuntur.

¶ Diuiſo as, pe. pro. crebro ſiue more cõſueto vt partẽ mihi capiã, diuido. Ci. li. xi. phil. In galliã inuaſit Antonias. in Aſiam Dolobella, in alienã vterq; prouinciã, alteri ſe Brutus obiecit impetumq; furentis atq; omnia diripere cupientis vitę ſuę piriculo colligauit.

¶ Diuidiũ a diuiſione, ſicut dimidiũ a dimẽtione. Terẽ. in Adel. Totum diuidium face & pro eo dimidio.

¶ Diuidia, æ, tędiũ. Actius. Huiꝰ me diuidia cogit plꝰ q̃ eſt par loqui. Interdum etiam dicitur diſcordia.

¶ Diuidicula caſtella ex quibus a riuo cõi aquam quiſq; in ſuum fundum ducit.

¶ Diuiduum quod ſeparabile & ſeparatũ eſt. Cuius cõtrariũ eſt Indiuidiũ. Plau. in Ru. Diuiduũ talẽtũ faciam id eſt in duas partes diuiſum. Hinc diuidue, qđ vernaculo ſermone dicimus per lameitade. Idem in Caſ. Nam qđ tibi ęgre eſt idem nihil eſt diuidue.

¶ Dius dicitur generoſus ἀπὸ τοῦ Διός. i. a Ioue Ver. lib. xj. Quas ipſa decus ſibi dia Camilla. Dius in cõpoſitione accipitur pro die, vt perdius.

¶ Dium ſuſtantiuũ diurnum ſub cœlo lumen. Cælũ gręci Δῖον dicunt. Vnde adhuc ſub dio fieri aliquid dicimus cum non fit ſub tecto.

¶ Diuus, diua, diuum, idẽ quod diuidimus, quod etiam diuum dicimus, quaſi ἀπὸ τοῦ Διός hoc eſt a ioue genitũ vel quia veteres in ſingulari dium dicebãt, hoc eſt deum Vnde nunc quoq; in plurali dicimus a dio dij ſicut a deo dei. Cum autem dicimus diuam fœminam intelligimus eam quę ſua virtute diuinitatẽ meretur. Sic dicimus diuos imperatores, etiam dum in vita.

¶ Diuinus, a, um, quod eſt dei, vel quod ad deum pertinet, vt opus diuinũ, res diuinę, que vt augu. li. j. acad. inq̃t dicuntur per quas huiuſmodi diuinatio ipſa contigit. Hinc diuinitas ſicut a deo deitas. Diuinus, qui diuinat, predicit, vt apud Hieremiam. Nõ vos ſeducãt prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrũ, & diuini veſtri.

¶ Diuinitus aduerbium ſignificat e diuinis ſiue a deo ſicut humanitus ab humanis rẽ demonſtrat. Diuine vero & humane ad deorum atq; hominum ſimilitudinem.

¶ Diuini potens qui in diuinis poteſtatẽ habet. Vpul. Saga & diuini potens, cœlum deponere.



¶ Diuino as, penul. produ. non tãtum de præterito dr̃ ſed etiam de pręſenti, pro verũ dico. Vnde prouerbium aiunt diuinare ſapientem, quia qui dicit verũ de his diuinus eſt. Terent. in Hecy. Plane hic diuinam. Nam id eſt. Plęrumq; tamẽ diuinare eſt augurari quo diuinatio prouidẽtia futurorũ, quę quandoq; etiam dicitur iudiciũ Nam cũ de conſtituendo accuſatore quęritur iudicium, quod ſuper ea re redditur cui nam potiſſimũ ex duobꝰ pluribus ve accuſatio in reũ permittat, ea res diuinatio appellatur. Et vt ait Caius Baſſus id iudicium diuinatio appellatur, quoniam diuinare iudicẽ quodãmodo oporteat quam ſententiã ſeſe ferre par ſit. Alij diuinationẽ appellatã eſſe putant quoniã cum accuſator & reus duę res quaſi cognatę cõiũctęq; ſint, neq; vna ſine altera cõſtare poſſit, in hoc tamẽ cauſę genere reus quidẽ iam eſt ſed accuſator nondum eſt, & ideo diuinatione ſupplendum eſt quiſnã accuſator futurꝰ ſit. Ita Ciceronis prima verrinarũ diuinatio inſcribit, q̃a nõ de facto, ſed de futuro quęritur, q̃ eſt diuinatio vter debeat accuſare, Cic. an Cęcilius. Alij putant diuinationẽ dici ꝙ res agatur ſine teſtibꝰ & ſine tabulis & his remotis argumenta leuia ſequantur & iudices quaſi diuinẽt. Huiꝰ cõpoſitũ eſt p̃diuino quod Plinius poſuit pro pręſentia cũ ait libro decimo. Tũ vniuerſę prouolãt ſi dies mitis futurus eſt. Prędiuinant eĩ ventos imbreſq;, & tunc ſe cõtinent tectis.

¶ Diu aduerbium pro die, a quo ſit interdiu. Plau. Nec noctu nec diu quietus. Interdum ſignificat longo tempore. Vnde fit diutius longiori tempore.

¶ Diutiſſime longiſſimo tempore. Tãdiu tanto tẽpore q̃diu q̃to tempore Iamdiu olim.

¶ Diutile. pe. cor. aduerbiũ diminutiuũ ſignificat aliq̃diu Gel. Cũ diutile tacitus cogitando fuiſſem. Apul. in Hora. At non itidẽ maior meꝰ Socrates, qui cũ decorũ adoleſcentem, & diutile tacentem conſpicatus foret.

¶ Diutinus a, um, pe. cor. longus ſeu continuus. Ci. Libertatis deſiderio, tędio diutinę ſeruitutis.

¶ Diuturnus a, um, idem quod diutinus a diu deriuatũ Ci. Diuturni ſilentij.

¶ Diurnus a, um, a die fit ſicut nocturnꝰ a noctu. Vñ & diurni dñr libri in quibus ſcribuntur geſta ſingulorũ dierũ vulgo iornales dñr. Iuue. Longi relegit trãſacta diurni. Alias diurnũ accipitur pro victu atq; mercede vniꝰ diei. Sene. Diurnum accipit, in centiculo dormit. Idem lib. ij. contro. Conſors modo oĩs fortunę diurnũ petam.

¶ Diurno as, diu viuo, ſicut perenno as.

ꝸ Diunt. i. dant vt apud Plau. & Lucre.

## D ANTE O

DO das, dedi datũ Cuiꝰ cõpoſita ſi ſint ex monoſyllabis prępõnibus ſunt tertię cõiugationis & p̃teritũ geminant vt reddo is, reddidi, ꝑdo is. ꝑdidi excipit ſedo as aui, ex ſe & do. Et dicitur verbũ datiuũ quoniã vltra actm̃ poſtulat datiuũ & quicq̃ dare ſedulo reperitur. Et ita datiuo delectatur vt quandoq; duos datiuos exigat ꝓ aſcribere ſeu imputare q̃q̃ alter eorũ non ſemper ponatur, ſed ſubintelligitur. Ci. lib. ij. off. Nec Marico quidem Seio vitio datum ꝙ in caritate annonę aſſe modiũ dedit populo. Terẽ. vnũ tm̃ expreſſit. Nũc quam rem vitio dent queſo aĩauertite, ſubĩtelligit poetæ. Plau. in am. Nunc tibi hanc paterã q̃ dono mihi ob virtutẽ data eſt, alcmena tibi dono. Hic dono vtiũ caſꝰ datiui an ablatiui ſit dubiũ videtur. Vtroq; mõ ſumi poſſe cẽſeo. In datiuo pro dedico capit. Si ablatiuũ eſſe velimus vt dono ſit quaſi noĩe doni, tunc do a ꝓpria ſignificatione nõ recedit. In qua Plau. tñ ipſi verbo actm̃ vltra actm̃ ſine p̃poſitione dedit, ſed appoſitiue. Sic. Eſt ager ſub vrbe. Hic vobis eum dabo dotẽ ſorori. i. vt ſit dos, vel noĩe dotis, vel pro dote. Aliquando vltra dtm̃ ponitur accuſatiuus cum ad. Cic. Cornifi. Literas ad te nunquã habui cui darem, qui dederim. Idẽ ad. Qu. Fratrem. Oculos autem natura nobis vt equo & leoni ſetas & caudã & aures res ad motus animorũ declarãdos dedit Aliquando præter datiuum ponit accuſatiuus cũ in Terent. in Phor. Dic quid velis dari in manum vt heꝰ his deſiſtat litibus. Nonnunq̃ accuſatiuꝰ ponit cũ ad & datiuus remouetur. Cic. li. ij. phil. Ad ſepulturam corpꝰ vitrici ſui negat a me datum. Interdum ipſe accuſatiuꝰ cum in, ponitur. Plau. in Cap. Hoc ſi faxis dabo in caueam. Ci. Teren. In viam ꝙ te des hoc tẽpore nihil eſt, id eſt ponas ſeu inducas. Quandoq; regit ablatiuũ cũ præpoſitione poſt datiuum vt ſit quando damus per aliquẽ aliquid alicui ab aliquo. Plau. in Cap. Sequere me viaticum vt dem a trapizita tibi, eadem opera a prætore ſumas ſyngraphum. Quandoq; non per ablatiuũ ſed ꝑ accuſatiuum cũ per Col. li. ix. Aſcenſus deinde auibus ad tabulata per vtrãq; cellã datur. Sæpius tamẽ poſt actm̃ datiuum regit, & hoc varijs actibꝰ applicari ſolet. Plau. in Epi. ei ęquum ſit me plus ſapere q̃ vos dederim vobis cõſiliũ cautũ qđ laudetis. In Curti. Nunc rei diuinæ operam dabo in Mer. Me toxico morti dabo ĩ Cap. Do tibi operã ſi quid eſt quod me velis. Gellius. Cretenſes quoq; pręlia ingredi ſolitos, memorię datum eſt. Capit etiam ſicut vęndo, vt ꝙ in caritate annonæ aſſe modiũ pupulo dederit. Item dare eſt offerre obijcere. Terent. in Hecy profecto hoc ſic eſt vt puto omnibus nobis, vt res dant ſeſe ita magni atque humiles ſumus. Item accipere. Idem in eadẽ Dabo iuſiurandũ nihil eſſe iſtorũ tibi. Item inferre inducere. Vergil. Magnã dabit ille ruinam arboribus, Item ꝓmittere. Teren. in Hecy. Si mihi fidẽ das te tacituram, dicam. Itẽ pręmittere vt apud apoſtolũ ad Romanos. Dedit illis deus ſpiritũ cõpũctionis, id eſt permiſit vt haberent ſpm̃ compunctionis. Itẽ dicere. Terent. in Heau. Nũc quãobrem has partes dicerim paucis dabo. Itẽ obtemperare. Idẽ in Adel. Da te mihi, id eſt accommoda te meę volũtati. Item proſtituere. Martialis Caſta igitur nulla eſt? caſte ſũt mille, qđ ergo Caſta facit non dat, non tñ illa negat. Item facere. Teren. in Adel. Oeſchine pol haud paternũ iſtuc dediſti. Item concitare, vt apud eundem in Eunucho. Ludũ iocumq; dices fuiſſe illum alterũ prę vt huiꝰ rabies quæ dabit. Dare pœnas eſt ſuſtinere. Lactantius libro ſeptĩo Sed tamen docent nos ſanctę literę queadmodum pœnas impij ſunt daturi. Dare veniam eſt cõcedere qđ petitur. Terẽtius. Da veniã quęſo filio tuo. Cicero de oratore. Dabis hanc veniã mi frater, Dare operã eſt adiuuare inſeruire. Terent. in Phormione. Nos operam dabamus phędrię. Dare poteſtatem eſt rẽ in alterius arbitrio permittere. Pliniꝰ, Vt qui ſuarum oĩm rerũ poteſtatem auunculo dederat. Dare fidem eſt aliquid ſanctę ꝓmittere. Dare in manum ſignificat ſeparatim, & ſine arbitro aut interprete, vt pręuaricator aut iudex corruptꝰ accipit pecuniam. Do me in diſciplinã, ſignificat do operã diſciplinę, Ambro. Sed relictis oĩbus ĩ diſciplinã ſe propheticã daret Datum eſt, id eſt fato decretoq; cõceſſum eſt, vt Non dabitur regnis eſto prohibere latinis. Huiꝰ verbi cõpoſita ſunt. Abbo. Addo Condo. Circũdo. Credo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prędo, A quo & p̃dor paſſiuũ de quo alibi. Reddo, Subdo, Sedo, Satiſdo, Peſſundo, Væ nundo, Trado, & Mando.

¶ Doceo, es, cui, doctum. Cuiuſcunq; rei cognitionem do. Conſtruiturq; cũ duobꝰ accuſatiuis, vt doceo te lr̃as Aliquando cum vno tantum licet alius poſſet intelligi. Aliqñ pretium exprimitur in ablatiuo vl' genitiuo. Ci. li. ij. Phili. Iam inuideo magiſtro tuo q te tãta mercede quãta iã proferã, nihil ſapere docuit. Iuue. Tẽta Griſogonꝰ quãti doceat, vel Pollio quãti. aliqñ cũ abltõ. Ci. Pęto. Socratem fidibus docuit. Vergiliꝰ lib. iiij. Paucis aduerte docebo. Aliqñ cum ablatiuo cũ de. Sal. in Iug. Tametſi legatos miſerat qui ſenatum de cęde fratris de fortunis edocerẽt. Aliqñ abſolute. Ver. docuit poſt exitus ingẽs. Ponit ẽt docere ꝓ monere, qđ q̃dam barbare dicũt aduiſare. Ci. Apio Pu. Ne literas quidã vllas accepi q̃ me docerẽt qđ ageres, aut vbi te viſurus eſſẽ Huiꝰ

compoſita ſunt, Addoceo, dedoceo, edoceo, perdoceo, quę ambo ſignificant perfecte doceo. Saluſt. Cic. ꝑ legatos cuncta edoctus. Plau. in ſti. N ĩ illa oẽs artes perdocet. Prædoceo prius doceo. Saluſt. in Iugur. Cęterũ illi qui centuriis pręerant prædocti a duce arma ornatum q; mutauerãt. Subdoceo loco alicuiꝰ doceo Aug. li. viii. con. Nebridius amicitiæ noſtrę ceſſerat, vt oĩm noſtrũ familiariſſimo Verecundo Medio lanenſi & ciui & grãmatico ſubdoceret vehementer deſideranti.

¶ Doctus dicitur qui rationem rei tantum tenet. Peritꝰ qui cũ ratione experientiam & conſuetudinem tenet, ἀπὸ τῆς πείρας, id eſt experientia. Itaq; minus eſt doctus q̃ peritus. Cice. in Saluſt. Satis docte atq; perite feciſti. Idem li. iij. off. Itaq; cũ ſint docti a peritis deciſcunt facile a ſententia. Maiorem tamẽ vim habet doctus q̃ eruditus. Idem li. offi. Nec ſolum viui ac pręſentes ſtudioſos diſcendi erudiunt atq; docent, ſed hoc idem ẽt poſt mortem monumentis literarum aſſequuntur. Nec mirũ eſt ꝙ minus ſit eruditus q̃ doctus, quoniam rudis & eruditus contraria ſunt. Pli. Sedere cœpit ſentẽtia hęc, pariterq; & eruditũ vulgus & rude in eã curſu vadit. Quintilia. libr. j. A pædagogis exigat vt ſint eruditi, quo adoleſcentes audire queant, aut ſe non eruditos eſſe ſciãt ne mala pro bona illos imbuãt literarũ eruditione, eos inſuper redarguens ꝙ cedere precipiendi peritis indignantur, vt animaduertenť ſi pedagogos decet eſſe eruditos, profecto pręceptores par eſt non ſolum eruditos ſed doctos atq; peritos eſſe debere. Doctus cum quo cõponiť, indoctus nomẽ eſt, tametſi participium eſſe poſſit, ſed tñ ablatiuũ regit. Ci. li. ij. offi. Nec me angoribus dedi qbus eſſem confectus niſi reſtitiſſem, nec rurſũ indignis docto hoĩe voluptatibus. Idem cornifi. Sed proxime ſcripſi de optimo genere dicendi, in quo ſępe ſuſpicatus ſum te a iudicio noſtro, ſicut doctum hominem a nõ indocto paulũ diſſidere ſemidoctus ſimiliter & participium & nomen eſſe poteſt. Plau. in aſi. Tua iſta culpa eſt quę diſcipulum ſemidoctum abs te amoues.

¶ Docilis eſt ille, qui attente vult audire, inquit Ci. li. i. ad Heren. Vel docilis qui facile docetur. Lactã. de opi. Nam ſi te in literis nihil aliud q̃ linguam inſtruentibus auditorẽ ſatis ſtrenuum prębuiſti, quanto magis in his veris & ad vitam pertinentibus docilior eſſe debebis? Var. li. i. de re ruſt. Caſſius ſcribit hęc operarios parãdos eſſe qui laborẽ ferre poſſint, ne minores annorum viginti duorum & ad agriculturã dociles. Hinc docilitas aptitudo qua quis facile docetur. Plin. li. viij. de elephãtis. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant.

¶ Docibilis qui idoneus eſt vt doceatur. vt li. iij. Regũ. Dabis igiť cor docibile ſeruo tuo, vt iudicare poſſit populum tuum. Hiero, Ingenium docile & ſine doctore docibile eſt. Laurẽtius val. cõtra Priſ. ita differit. Docilis qui facile docetur, & qui natura aptꝰ eſt doceri. Sic Cyprianus. Docibilis eſt qui eſt ad diſcendi patientiam lenis & mitis. Augu. Omnes regni illius homines docibiles dei erunt, non ab hominibus audiant.

※ Docimaſiam gręci dicunt indicaturam hoc eſt preciũ rei probationemq; ac experientiam.

¶ Doctrina dicitur vt a doctore proficiſcitur; diſciplina vt a diſcipulo compręhenditur.

¶ Documentum a pręterito docui, fit, ſicut a monui monumentum. Et eſt id quod nos docet, ſiue ex quo quid docemur Saluſt. Quarum rerum ego maxime hęc documenta habeo, ꝙ in bello ſępius vindicatũ eſt in eos qui contra imperium in hoſtem pugnauerant.

¶ Docus, latine tignum vel trabes. Plin. lib. ij. Trabes igneę quas docos vocant.

※ Dodone Iouis & Europę filia, quę a Dodon dť. Eſt & nomen loci quem Deucalium ex oraculo condidit collectis his q ſuperfuerant diluuio, dodonemq; appellauit ab oceani filia Dodone. Vnde dodonius, a, um.

¶ Dodona, pe. ꝑ. ciuitas Epiri, iuxta quã ꝓpĩquũ erat nemꝰ Ioui ſacrũ vbi quærcus vocales fuiſſe dicũt. Hĩc Dodonęus, a, ũ. Ver. li. iij. Stipatq; carinis Ingens argẽtũ dodonęoſq; lebetas. ※ Auſo, nec dodonęi ceſſat tinnitus aheni.

✣ Dodonides nymphę, vt Pherecides ait, dñr liberi patris nutrices a dodona Epiri ciuitate, hę Atlãtides, vocantur, quarũ nomia ſunt Ambroſia. Eudora. Paſithoe. Coronis. Plexaura. Pitho. Tithe, Cc.

✣ Dodra potionis genus quæ ex nouẽ rebꝰ fiebat. Auſonius. Dodra ex dodrãte eſt, ſic collige, ius, aqua, vinũ Sal, oleum, panis, mel, piper, hęrba, nouem, Cc.

¶ Dodrans dicitur dempto quadrante ex vncia nouem partes aſſis.

¶ Dogma, atis, & Dogmatũ. Gręci dicunt δόκεῶ τὸ δοκῶ ἐςι ὃ θέμ Δόγματα ἔρχεται. Noſtri modoſcitum, mõ placitum appellant. Sunt enĩ dogmata vniuſcuiuſq; ſectæ decreta, quę vt inquit Cicero prodere ſcelus eſt non minꝰ q̃ patriã, ſine qbus nec ſectæ philoſophorũ, nec religionũ vires conſtare poſſunt. Vñ Laertius ait ſectã eã non appellari quæ dogmata non habet. Scribit Auguſtinus libro de ciuitate dei ſe ex Varrõis philoſpphia collegiſſe dogmata fuiſſe ſolo habitu inter ſe diuerſa. Vñ etiam dogmata illa dicũtur q̃ ſynodus ſanctorũ ſciuit, & Athanaſiꝰ cõſcripſit. Artes quoq; liberales habẽt decreta ſua nõ tñ ꝓcepta ſicut Medicía. Itaq; eſt alia Hippocratis ſecta. Alia Aſclepiadis. Alia Themiſonis. Pręterea nulla ars ꝯtẽplatiua ſine decretis ſuis eſt. Pli. frequẽter placita appellat, vt illud ex libro ſecundo. Babyloniorum placita motus terræ hyatuſq; & cætera omnia vi ſyderũ exiſtimant fieri. Idem magorum placita appellat.

¶ Dogmatiſtes, qui alicuius dogma ſequitur. Hie. Nũc vero cũ interpres magis apoſtoli fuerim q̃ dogmatiſtes

¶ Dolo, as, aſcia cędo vľ dolabra ſeu falce. Propꝰ. Stipes acernus eram properanti falce dolatꝰ. Dť & Dolio is, liui, itũ. Varro. in aga. Nunq̃ cælatus in manu dextra ſcyphus cœlo dolitꝰ artẽ oſtentat Mẽtoris. Huius verbi cõpoſita ſunt dedolo & edolo, de quibus locis ſuis.

¶ Dolabra, pe. cor. inſtrumentum fabrorũ quo ligna dolant. Columel. li. iij. q̃ falce amputari non poſſunt acuta dolabra abradito.

¶ Dolabella diminutiuum a dolabra. Idẽ li. v. Sempcir ca crus dolabella dimouenda eſt terra. ※ Hoc etiam nomine dictus eſt romanus ciuis.

¶ Dolabro, as, aſcia vel dolabra diminuo.

¶ Dolor ẽ animi vel corporis cruciatꝰ a dolẽdo. i. minuendo. Augentur enim corpora lętitia, dolore minuunť

¶ Dolentia, idem quod dolor, cuius cõtrarium eſt indolentia Cic. Vt qui rem expetendam vľ voluptate vel indolentia metiuntur.

¶ Doloro, as, dolore afficio.

¶ Dolorificus, a, um, quod dolorem facit.

¶ Doleo, es, dolui, itum, vnde doliturus. Auguſtinꝰ. li. xxj. de ciui. dei. Quẽadmodũ dicimus hoĩm corpora viua futura quę ſemper affutura atq; dolitura nec tñ aliquando ſint moritura. Hoc verbum ſi ad corpus referať neutrũ acquiſitiuum eſt, vt oculi dolẽt viro tuo. Sin de rebꝰ alienis. Effectiuũ eſt. vt doleo tuis rebus aduerſis. Aliquando etiam cum accuſatiuo, vt doleo tuam miſeriam. Sal. Quaſi dolens eius caſum. Huius compoſita ſũt. Cõdoleo, quod eſt ſimul vel in totũ doleo. Plau. id tru. Date iam ſoleas atq; intro me ducite actutũ nã mihi de vẽto miſere condoluit caput dedoleo, de quo alibi.

¶ Dolus a delendo. Vel a dolando. i. lędendo & minuẽdo. Nam & gręce Δόλος lęſio dicitur, & accipitur ꝓ pro fraude & machinatione quę fit ad fallẽdũ aliquẽ. Veteres tñ etiam in bonam partem accipiebant pro ſolertia & calliditate quę aduerſus hoſtes adhibeť. Vñ nunc dolum malum dicimus, quoniam & bonus dolus dicebatur Hinc doloſus pro inuidioſo. Subdolꝰ occultus deceptor a ſub, id eſt ſubtus, dolus etiam proprium nomẽ fuit auctoris Mendeſij. Cuius meminit Columel. lib. viij.



¶ Dolon nomẽ proprium viri Troiani egregia pedum pernicitate prędití.

¶ Dolones a fallẽdo dicti ſunt ingentes cõti ferro breuiſſimo qđ decipiãt cum ſpeciẽ præferant ligni, intꝰ autẽ ferrum acutũ habeant. Verg. lib. vij. Sęuoſq; gerunt in bella dolones. Vbi Serui. ait dolonẽ flagellũ eſſe ĩtra cuius virgã lateat pugio. Apđ Liuiũ accipi vidẽtur dolones ꝓ armamẽtis naualibus vbi ſcribiť. Sublatis raptĩ dolonibus epheſum petit fuga. ※ Sunt. n. minuſcula nauiũ vela quę vulgus trincheta appellat, ſicut velum maximum. Acateon tertiumq; quod retrorſum panditur in puppi poſitum, Epedremon, nautę vocant. Mezanã. Liui. lib. xxxvj. Dolonibus erectis altum petere ĩtẽdit. Nã in nauigijs ſunt maiora & minora vela, alia ĩ ꝓrís, alia in puppibus paudnntur. Suidas tamen Δόλωνες τὰ μικρὰ ςία χαλάσαντες τὰ μεγάλα ἄρμενα τοῖς μικροῖς ἄδη Δόλωνες καλοῦσιν ἔπεσλαι, καὶ αὖθις Δόλωνες προσαλόμενος τὰ παντὸς ςόλου ναῦς ὀλίγας ταύταις τοὺ Δόλωνας ἐπαράμενος ἔπνει, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πλησίον γενόμενοι καθεῖλον τοὺς Δόλωνας. ✣ Id eſt Dolones parua vela deprimentes magna carbaſa paruis q̃ nunc dolones vocant ſequi. Et rurſus dolones proijciẽs totius claſſis nauis paucos dolones ĩprecẽs. Romani autem propinqui deſtruxerũt dolones

¶ Dolia ſunt vaſa grandia quibus vinũ recondiť. Tarẽ. Depleui omnia dolia, omnes ſerias. Veteres dolia fictilia in cellis vinarijs ſeruabãt. Quę ſi duas aures habuiſſent diotæ dicebantur. Iuriſcõſulti ſcribunt, vino legato cũ vaſis dolia legata non ſunt, quia. ſ. ea mente vinũ in dolia condimꝰ, vt ex his poſtea in amphoras vel cados diffundamꝰ. Et hoc eſt vinum quod diffuſũ noĩatur Iuue. Ille capillato diffuſum conſule potat. Idẽ iuriſconſulti de fundo inſtructo indicant dolia defodi ſolita ſcribentes inſtrumento conſeruando, dolia licet defoſſa nõ ſint accedunt.

¶ Doliola diminutiuũ a dolijs. Vnde & locus in vrbe fuit ſic vocatus, quia inuadentibus gallis ſenonibns ſacra Romanorũ in eodem loco doliolis cõdita illic deffoſſa defuerũt a flamine Quirinali ſicut Liui. lib. v. ſcribit.

¶ Doliaris & hoc doliare qđ ad dolia ꝑtinet. Vñ Pla. in pſeu. feſtiuiter appellat anum ventroſam doliarem.

※ Doliariũ. quod apud iuriſcon. poni videtur pro dolio, vel cella in q̃ dolio vinaria ſint. Sic. n. ſcriptũ eſt. Si ex doliario, pars vini venierit, veluti metretę centum.

※ Dolichus continet ſtadia. xij. Dialos, mille ducentos. Milium ſtadia octo.

※ Doliche inſula eſt e regione chimęræ Lycijmontis.

✣ Doliche inſula, quæ prius Icaros dicebať, & nõnulli nomnen mari inditum eſſe perhibent ex hoc nomĩe & non ex Icaro Dędali filio. Cc.

✣ Dolobelliana pira dicebantur longiſſimi pẽdiculi ab inſatore Dolobella. Cc.

¶ Dolopes pe. correp. populi Theſſalię, vt oſtẽdit Luca. Pli. vero ſcribit eſſe populos Aetoliæ.

¶ Doma tis, tectum [illegible] Δόμος, καὶ τὸ τὸ Δῶμα, τος ✣ id eſt græce enim talia dici & Δόμος. i. domꝰ. Δῶμα, τος. Nã vt inquit Hiero. in Aegypto & in Paleſtina vbi vel ſcripti Diuini libri vel ĩterpretati ſunt, non habẽt in tectis culmina ſed domata; quę Romę vel ſolaria, vel mediana vocãtur. i. plana tecta quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentantur. Deniq; & petrus in actibus apoſtolorũ qñ aſcẽdit in doma, in tectũ ędificij, aſcendiſſe credẽdꝰ eſt. Et qñ ꝓcipitur nobis vt faciamꝰ domati nr̃o coronã, hoc pręcipiť vt in tecto faciamus per cuitũ quaſdã eminentias, ne facilis in præceps ſit lapſus, & in euãg. Quę audiſtis in aure dicite ſup domata.

¶ Domꝰ ꝓprie ędificiũ ad habitandũ factum quod ex tecto & parietibus cõſtat Δόμος. ✣ Id eſt domus græca vox eſt. Improprie pro quocunq; habitaculo. Vnde & templa & auiũ nidi domꝰ dicunť. Verg. lib. vj. Oſtia iãq; domus patuere ĩgentia centũ Spõte ſua Idem. Antiq̃ſq; domos auiũ cũ ſtirpibus imis eruit. Aliquando domus diciť familia. Idem libro quinto. Sergeſtuſq; domꝰ tenet a quo Sergia nomen. Aliqñ ſumitur pro vna tota gente. Idẽ. Cum domus Aſſaraci, volens intelligi Romanos, qui de Aſſaraco per Troianos originem ducũt. Et in ſacris literis. Domus Iacob dicitur iã ingens Hebręorum populus. Aliquãdo pro patria vt Da ꝓpriã Tymbręę domum, da mœnia feſſis. Et ſciendũ ꝙ domus facit genitiuũ domus, & domi, datiuum domui accuſatiuũ domũ vocatiuũ domus, ablatiuum domo. Sed cum dicimus domi locũ ſignificamus in quo quis manet. Cũ vero domus, tunc ędificiũ quod ex tecto & parietibus conſtat vt domi maneo, non domꝰ. Et partẽ domus demolitus ſum non domꝰ. Et ſuperiora domus, aſcendi non domi. Domi & in domo idẽ ſignificat; Quintilianus. In domo furtũ factũ ab eo qui domi non fuit. Dicimus etiã reuertor domum & ad domum, Exeo domo. vel e domo Et quoniã frequenter iungitur cum his pronoĩbus mea tua ſua noſtra & veſtra, & vni nomini aliena, non eſt dicendum ꝙ domus ſit aduerbiũ, vt eram domi meę. Tu eras domi tuę, & ſic de cæteris. Cice. Qui cum iſta ętate & forma alienę domi nolo dicere. Qđ ſi non ponanť hęc pronoĩa ſubintelliguntur, vt domi ero, id eſt meæ. Huiꝰ noĩs diminutiua ſunt. Domuſcula, Domuncula, & Domũcio. Apul. Iam deniq; nec larẽ requiro, nec domuncionẽ paro. ✣ Alij domuitionem legunt.

¶ Domeſticus a, um, quod ad domũ pertinet, vt domeſtica negotia. Aliquando domeſticus dicitur manſuetus ac mitis. Plin. Mite animal atque domeſticũ. Et domeſtici dicũť qui ex eadẽ domo ſunt & nobiſcũ habitant.

¶ Domeſticatim aduerbiũ ſignificat per varias domos. ſiue per domeſticos. Sueto. in Cęſare. Quorum vt q̃ maxime expectatio eſſet ea quę ad epulũ pertinerẽt q̃uis macellarijs oblocata etiã domeſticatim apparabat.

✣ Domicœnium cœna quę fit domi. Cic. Apud marti. Si triſti domicœnio laboras.

¶ Domiciliũ, habitatio lõgi tẽporis. Vñ mutare domicilium dñr qui migrant vt aliã vrbẽ habitẽt tanq̃ illius ciues futuri. Nã q ad tẽpus habitãt mox inde diſceſſuri us domũ qdẽ põt habere quã cõduxit, dõiciliũ aũt nõ habet. Gel. Qui domiciliũ in Italia non haberet.

✣ Domitius & domitianus a domo deriuari videť. Cc.

¶ Domiporta, a ferenda domo, quem Gręci φερέοικον vocant. Cc.

¶ Domo as, ui, itum, vel aui, atũ. Vnde domitor & domator. Ouidi. de triſ. Quid tibi de tritico referã domitore chimęrę. Tibul. De duce non alias conuerſus terga domator. Nam vt docet. Priſ. verba primę cõiugatiõis formantia ꝓteritũ in ui. diuiſas ãtiqui tertiã declinatiõe declinare ſolebant. Ex quo patet ꝙ a prima coniugatione pręteritum terminatur in aui, ſupinũ in atũ, deriuatiua in ator. atio. Quę autem in ui. diuiſas a tertia ſemptũ eſt q̃uis vt plurimum in prima coniugatione declineť Eſt autem domare q̃ſi ſub domo & poteſtate vel mea vľ alicuius facere ſiue manſuefacere, & domeſticũ redde. Vnde equorum domitores dicuntur, & domiti atq; indomiti equi. Indomitę gentes feroces. Per tranſlationẽ domare ſignificat vincere, a quo domitos hoſtes dicimꝰ. i. victos & domitos populos in poteſtatem redactos. Hinc componitur perdomo pe. cor. quod eſt valde domo vel ad finem domo. Iuſti. libro. j. Terminos vſq; Lybyę perdomuir.

¶ Domitura æ, domãdi actus. Plí. Domitura boũ ĩ trimatu optima. Col. li. vij. Curandũ ne in domitura bos alce aut cornu queq̃ contingat.

¶ Domitalis aptus domandum.

※ Domuitio dictio cõpoſita ex domo: & itio. i. reuertio ad domũ. Apul. li. iij. Deniq; nec larem requiro, nec domuitionẽ paro. Itiões aũt dici ſicut reditiões, & abitiones teſtis eſt. Ter. qui in Phor. ait. Hęccine erãt itiões crebrę, & manſiones diutinæ. Cic. li. j. de diuĩa. Sed rhodiorũ claſſis propinquũ reditum, ac domutionem dare.

¶Dominus a domo fit,& is ꝓprie dicitur qui domi prę eſt,& qui domus īperiū habet. Item domini appellatio ad eos extenditur qui rei alicuius proprietatē habēt etiam ſi vſuſtructus alienus ſit. Abuſiue tamē & filij familias & cæteri liberi qui in poteſtate ſunt & vſufructuarij dñi dicuntur. Idē dominus vocatur cui ſeruitur, & cui populi ſubſunt. Verg, Romanos rerū dominos. Hic dominium pro imperio & prīcipatu. Rurſus dñs dicit̄ maritus. Idem libro. iiij. Connubia noſtra repulit ac dominum Aeneā in regna recepit. Itē mulierū amator,& domina pro amica ſeu amāte dicitur. Oui. Hęc tibi ſub domino eſt Phirrhe puella ſuo. Et iterum. Nā furor in dominam temeraria brachia mouit. Item ponitur pro conuiuij exhibitore. Var. Aut dñm aut vinū aut aliud quid laudato. Dominꝰ quoq; ac domina ſumi ſolent pro deo ac dea. Oui. Et domino ſoluere vota Ioui. A dominus fiūt deriuatiua, Dominicus, Domitius & Domitianus.

¶Dominor aris, imperiū gero. Et mō genitiuū regit. Hie. in eccleſiaſtico. Et dñatus eſt beſtiarū. Mō datiuū. Ver. Victis dñabit̄ argis. Modo accuſatiuū cū in. Ouid. li. j. meta. Et qđ dominari in cętera poſſet. Factꝰ homo Cic. Fœlix ſenectus ſi vſq; ad vltimum ſpiritū dominabit̄ in ſuos Modo ablatiuū ſimiliter cū in Sulpi. Cicero. Quum caſus & natura in bonis dominabitur. Vergiliꝰ. libro ij. Incenſa Danai dominantur in vrbe Inde fit dominatio, imperium & Dominatus principatus.

✣Domis a poetis dominus aliqñ dictus eſt. Lucre. At cum membrana domis pręſentit frigida ſeruis. Cc.

¶Dona ſunt quę aut propitiandis dijs dantur, aut hoībus pro benefactis quę nulla neceſſitate iuris, ſed ſpōte pręſtantur. Oui. Munera credi mihi placant hominesq; deosq; Placat̄ donis Iuppiter Ipſe datis. Aliquando donū dr̄ de rebus pernicioſis Verg. Quas illi Philomena dapes, quę dona pararit. Donum honorarium. i. qđ dat̄ patrono λιγεται καὶ λ δῶρον εἰόν. Dorion.

¶Dono as, vnde donatio, quam Vlpia. dici proprie ex iſtimat, cū quis ea mente dat vt ſtatim velit accipientis fieri nec vllo caſu ad ſe reuerti,& propter nullā aliā cauſam facit q̄ vt liberalitatem & munificētiam exerceat. Qđ ſi ſub conditione fiat, non eſt vera donatio. Et dicimus. Dono tibi munꝰ & dono te munere. Donare ciuitatem eſt efficere ciues,& iura ciuiū dare. Huius verbi compoſita ſunt Cōdono, quod quādoq; pro ſimplici ponitur, qñq; ſignificat quicq̄ ad aliorū petitionem do, & qñq; ignoſco. Terē. ī Phor. Argētū qđ habes condamꝰ tibi. Salu. Haud facile alterius libidini male facta condonabā. Redono ponitur pro ſimplici. Aug. Redona qđ rogamus, excuſa quod timemus. Et habet pe. productā

¶Donatus dicit̄ cui aliquid dono datū eſt. Cuius cōtrariū eſt indonatꝰ. Ver. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

¶Donaria, loca vbi reponuntur dona, q̄ deo offerunt̄. Abuſiue ipſa tēpla. Ver. li. iij. Geor. Tempore non alio dicunt regionibꝰ illis. Quęſitas adſacraboues Iunonis, & vris Imparibus ductos alta ad donaria currus. Gel. li ij. Vbi reponi ſolerēt vetera, quę ex eo templo collapſa eſſent,& alia quędā religioſe donarijs cōſecrata. Apul. Ibi donariū deę perq̄ opulentū plurima auri & argentio in lancibus ſpectaculis poculis & huiuſmodi vtenſilibus. Qđ eſt cōtra Lauren. Vallā, qui Seruium culpat. Aliquando donaria dicunt̄ ipſa dona. Vnde Spartianꝰ ſcribit Antoniū dediſſe populo congiarium & militibꝰ donarium. Hie, ſuper Ioel Veſpaſianus & Titus Romę tēplo pacis ędificato vaſa tēpli hieroſolymitani & vniuerſa donaria in delubro illius conſecrarunt.

¶Donatiuus, qui donare poteſt. Paulus iuriſcō. Si duobus debitoribus mortis cauſa donatiuus creditor vni acceptum tulit & conualuerit, eligere poteſt vtri condicat

¶Donatiuum, munus quod a principe vel imperatore donatur. Augu. Magnū quippe donatiuū ſuis militibꝰ attullit, quo eos non ſolum copioſe ditauit, ſed etiam ad certādum inuictiſſime confortauit. ℥ Aliquādo dr̄ quod diſpoſitum eſt donationi, ſiue deputatum. Sueto. in domi. An duplum donatiuum militi donaret. Et in Galba dicit eum pollicitum donatiuū. Significant em̄ talia noīa quandoq; actum, quandoq; diſpoſitionem.

℥ Donax, latine harundo. Hinc apud Pli. Calamus fruticoſiſſimus donax dictus eſt. Donaticę coronę dicebant̄ quibus veteres in ludis vtebantur.

✣Donax eſt calamus craſſiore ligno & tenui foramine quē totū fūgoſa replet medulla, fruticoſiſſimꝰ & nō niſi ī aquaticis natus, ſagitarijs aptiſſimus, longiſſima internodia habet & dū calefactus eſt facile flectitur. Cc.

¶Donec aduerbiū mō tempus finitū deſignat, vt dormiam donec exciter ab aliquo. Modo infinitū, vt apud apoſtolum. Oportet illū regnare donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nunquid tam diu regnaturus donec incipiant eſſe ſub pedibus eius inimici? & poſtq̄ fuerint ſub pedibus tūc regnare deſiſtet? cum vtiq; tunc magis regnare incipiet cū inimici cœprint eſſe ſub pedibus eius. Et in pſalmo. Sicut oculi ancillę in manibꝰ dominę ſuæ ita oculi noſtri ad dominum deum noſtrū donec miſereatur noſtri. Ergo tam diu oculos habebit ad deum donec miſericordiam impetret,& poſtq̄ impetrauerit, oculos torquebit ad terras? cum alibi dicat. Oculi mei defecerūt in ſalutare tuum? Iungitur autem donec tam indicatiuo quam ſubiunctiuo cum ſignificat tempus finitum, vt ſeruiā tibi donec viuo. i. q̄diu viuo, Seruiam tibi donec moriat, id eſt vſq; ad mortem.

¶Donyſa, inſula eſt in mari ægęo.

¶Dorcas adis, animal damma, ſeu caprea ab eo quod acute videat, hoc ē ἀπὸ τοῦ ὀξέως δέρκειν ab acute vidēdo.

¶Dormio dormis, verbum abſolutum quamuis accuſatiuum quandoque habeat. Am. li. j. offi. Soporem quietis habere non poſſunt quē ille dromiuit, qui reſurrexit. Huius compoſita ſunt Addormio, a quo Addormiſco quod eſt contrarium verbi. Expergiſcor Sueto. de Clau Et quoties poſt cibum addormiſceret quod ei fere accidebat, olearum ac palmularum oſſibus inceſſebatur. Obdormio quod modo dormio, modo ſoporor ſignificat Pręedormio, ante dormio Redormio euigilo. Pli. in redormitione varia fuiſſe ſomnia apparet.

¶Dormito, as, pe. pro. frequētatiuū eſt, q̄uis diminutionē ſignificati, qñq; habeat. Horat. Quādoq; bonꝰ dormitat Homerꝰ. et ī Pſal. Ecce nō dormitauit neq; dormiet

¶Dorſū,& dorſus, us, ſecūdū Probū dicit̄ tota poſterior pars, qꝛ ea pars corpis deuexa ſit deorſū Hier. ī Ezechie. Inter veſtibulū & altare q̄ſi. xxxv. viri dorſa habētes cōtra tēplū de inde & faciē ad oriētē. Eſt em̄ tergū. Qđ nō ſolū dicit̄ de hominibꝰ, cęteriſq; animalibꝰ, ſed etiā de animatis, vt de littoribꝰ, aquis, mōtibꝰ & huiuſmodi. Virg. Dorſū ī mane ī mari ſūmo. Idē. Nāq; iflicta vadis dorſo dū pēdet iniquo. Significat em̄ duriorē arenā, vt inquit Ser. q̄ remeātibꝰ fluctibꝰ & eūtibꝰ denſat̄, qđ a nautis puluinꝰ vocat̄. ℥ Antiqui tamē doſſum dicebant qđ nūc dorſum dicimꝰ. Et ita vulgo vſurpat̄. Inde doſſuaria iumēta a Varro. dicta que dorſo vehunt.

¶Dorſualia tegumēta quibꝰ equi & boues tegunt̄. Iul, capitolinus. Proceſſerūt cēteni albi boues cornibꝰ auro iugatis & dorſualibꝰ apricis diſcoloribus ꝑfulgentes.

¶Dorſuariꝰ, a, um, quod dorſo aliquid fert. Varro. Greges fiūt fere mercatorū & eorū q e Brūduſio aut Apulia aſellis dorſuarijs cōportant ad mare oleū aut vinū.

¶Doris nympha q̄dā maris Oceani, et thios filia quam Nereo fratri vxorē dedit. Et īterpretat̄ amaritudo. Vnde & a poetis ponitur pro mari. Virg. in Gallo. Doris amara ſuā nō intermiſceat vndam.

¶Doriſcus, vrbs littoralis Thracię fere ex oppoſito ad Samothraciā,& a Dori nympha, hoc eſt dea marium nominatur iuxta hanc (Herodoto teſte) cāpus eſt magnus euidē nominis per quē Aebrus amnis defluir. ✣Dorij & doriēſes ſiue dories populi ſunt ſic dicti a dore regione gręcie iuxta Maliacum ſinum cuius a tergo mona ē, & doris vrbs regionis illius. Cc.



¶Doria & dorica noīa ſunt patris Achaiæ quæ propinqua eſt Athenis dicēte Platone li. iij. legū. Dori ꝓ achiuis mutato noīe appellari propter doricum, a quo exules reſtituti fuerūt Ser. vero. ſuper. ij. Aeni. Dorica inqt a doro Neptuni filio dr̄. Dores ſunt populi doricæ iuxta ætoliam.

¶Dorion Achaiæ oppidū a doride ſic nuncupatū. Cc.

¶Dory cum y, nomē oppidi Pōtici, quod apud nos lāceā ſignificat. Vnde doriphorus.

¶Dorycles nomen filij priami,& interpretari poteſt lāceæ gloria Δορὺ lancea vel haſta κλέος gloria.

¶Doriphorus pe. cor. latine ſpiculator vel ſateles dicit̄ portans lanceā. Et eſt nomē viri propriū, De quo Quī. Cur. lib. x. Cognatorū Darj Regis turbam. xv. M. hoīm fuiſſe muliebriter propemodū cultam, luxu magis q̄ decoris armis conſpicuam, doriphori vocabantur.

℥Peculiare enim erat illius agminis inſigne.

¶Doron δῶρον gręce latīe donū. Vnde Antidora remunerationes, Doron quoq; palmum appellant. Vnde Tetradoron didoron,& pentadoron. pe. pro. lateres in ſtructuris ędificiorum nominantur. Nam quod eſt quoquo verſus quatuor palmaron tetradoron, quod quandoq;, pentadoron dicitur quod duarum didoron. Id autem eſt ſexquipes. id eſt cubitus vnus, Nam Romanꝰ pes xvj. digitis conſtat.

✣Dorylus vnus ex centauris. Cc.

✣Doripetron hęrba eſt quam aliter Leoncopodion & Lithoron & Toropetron vocant, naſcitur in campeſtri & gracili ſolo. Cc.

¶Dorophorus, latine dona ferēs dicitur.

Dorylaus, nomen fluuij in Phrygia.

¶Dorcium nomē fœminę diminutionis ſiue adulatiōis cauſa ſic prolatū ab Δῶρον quaſi dulce & amabile nomē.

¶Dorodoche, nomen proprium vxoris Icari,

¶Dos dicitur cum datur & accipit̄. Niſi enim acciperetur dos nō eſſet. Et datiōe & acceptiōe firmat̄. Nec poteſt videri datū id quod non ſit acceptum. Et non ſolū ea q̄ marito ab vxore dant̄, ſed etiam quicquid alicui datū eſt vel a natura vel ab hoībus. Vnde dotes animi dicunt̄ prudētia, iuſtitia, fortitudo,& huiuſmodi. Et dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas,& his ſimilia

✣Doſis, datio a verbo grȩco Διδῶ, id eſt do. Cc.

¶Dotale, quod ad dotem ꝑtinet, ſiue quod vulgo dicit̄ per dotē. Vnde dotalia bona, dotales fūdi. Plau. in Aſi. dotalē ſeruū Saureā vxor tua adduxit cui plus in manu ſit q̄ tibi. Idē in mili. Haſce ædis dicas dotales tuas. Li. Hęc tibi a me dotalia dona accedent.

¶Doto as, dotem do. Hiero. in exo. Dotabit eam & hō habebit eam in vxorem. Vnde totatū hominē dicimus qui dotem habet,& indotatū qui dotē non habet. Plau. in aſi. Hę ſunt atq; alię multę in magnis dotibus incommoditates ſūptuſq; ītolerabiles. Nā quę īdotata eſt ea in poteſtate eſt viri. Dotatę mactāt & dāno & malo viros.

¶Doxa latine maieſtas & opinio dicitur. Vnde & paradoxa, quę admiratione digna ſunt & opinionem hoīm ſuperant. Interdum dicitur gloria. Vnde Eudoxa vera gloria, vel potius pręter opinionem.

℥Doxon opinabile, Δοξάω opinor.

## D ANTE R

DRachma, genus ponderis ex. xvj. ſiliquis, id eſt tribꝰ ſcrupulis conſtans. Eſt & genꝰ numiſmatis. Vñ Iul. pollux. Drachmō athenis numiſma, quod etiā bos dicebatur, quia boue ſignatum erat.

¶Dragma Δράω τὸ ποιέω ὅθεν τὸ δράγμα ὅτι λεγεσαι.

✣i. facio, vnde δράγμα quoniā fiat, apud grȩcos dicitur quod nos rapinam ſiue manipulum dicimus.

¶Drama atis, ſine c & ſine g, dicitur vt ī ſcęnis agi fabula ſolet, vbi diuerſę ꝑſonę introducunt̄ & alijs accedētibꝰ alijs autē diſcedētibus a diuerſis & ad diuerſos textus narrationis explet̄, ſicut in comœdijs, qđ genꝰ carminis (inqt Hiero.) cantari ſolebat. Vñ etiam apud cantica ſcribit̄. Ante thorū huius virginis frequētate nobis dulcia cantica dramatis. Hinc Dramaticus ſtilus dr̄ qui mixtus non eſt, vt poeta nuſq̄ loquitur, vt ſunt Comœdie & Tragœdię. Exegymaticus in quo ſolus poeta. Mixtꝰ, vbi promiſcue & poeta & perſona.

℥Dictus dramaticus, id eſt actiuus a δράω facio.

¶Draco genus animalis venenoſi. Plin. lib. viij. ſcribit veris draconibus ora parua eſſe & admodū nō dehiſcētia: ſed actas fiſtulas per quas trahūt ſpū s & linguas exerūt, Apud Indos & æthiopas dracones ſunt. xx. cubitorum. Dictus draco δέρκω, i. video. Nam habet aciem pacutam. Dracones etiam dicuntur a pli. li. viij. ex tortuoſitatum ſimilitudine palmites emeriti pluribuſque annis indurati.

✣Etiam Draco hęrbę genus quā aliter Pyretrū vocāt adurens linguā & medicans tam folio quam radice. Gratiſſima in acetarijs, verūtamen nec ſalem nec acetū exigens cum vtriuſq; naturam in ſe habeat. Cc.

✣Draconites ſiue dracōtia gēma eſt quę ſit ex cerebro draconū, ſed non niſi viuentibus abſciſſo gemeſcit inuidia animalis mori ſe ſentientis, quapropter mos eſt amputare caput dormientibus. Eſt em̄ colore tranſlucido nec poliri poteſt aut artem dimittere. Cc.

✣Draconigera a poetis dicebatur vrbs Boetiæ, quia a Cadmo cum quinq; viris ex dracone ab ipſo interfecto natis conſtructa fuit. dicitur & Thebę. Cc.

¶Dracunculꝰ diminutiuū ſignificat paruum draconem

¶Dracęna cum diphthongo, draconis fœmina quæ & draca quoq; dici poteſt.

¶Dracontium hęrba.

℥Dragūtea, hęrba quę & lingua colubrina dicitur qꝛ colubro ſimilis maculoſo cortice ſurgat.

¶Drāgiana prouincia in aſia maiori. Quā Ptolo. ab occaſu & ſeptētrione, Aria & Bagaomōte termīari ait, ab oriēte Arachoſia.

Draucus. Vide in dictione Path[illegible]s.

¶Depranū pen. cor. promōtoriū, ſiue vrbs, a curuo ſitu inſtar falcis δρέπανος enim falx dicitur. Non longe abeſt ab Erice monte trans Lilybeum. Vel ab eo qꝛ Saturnus amputatis virilibus paternis illuc falcē ꝓiecerit. Ouid. lib. de faſ. Quinq; locus curuę noīa falcis habet.

¶Dryades nymphe ſiluarū ab arboribus, Nā apud græcos δρῦς oīs arbor dicebat̄ quāuis poſtea ꝓ quęrcu vſurpata ſit. Hæ enim ſiluas habitare dicuntur.

¶Dryas, nomē ꝓprium viri theſſali amici. Neſtoris.

¶Dryopes, populi Epirotici. De quibꝰ Ver. li. iiij. Creteſq; dryopeſq; fremunt pictiq; Agathyrſi.

¶Dryide ſiue druidę dicti ſunt quidā gallorū religioſi & ſapientes a quęrcubus. Pli. li. xvj. Nihil habēt dryidę Ita enim galli ſuos appellant magnos. Cęſar. li. vj. con. Druydæ rebus diuinis interſūt, ſacrificia publica ac priuata ꝓcurant, religiōes interpretant̄. Ad hos magnus adoleſcētiū numerꝰ diſciplinę cauſa concurrit, magnoſq; ſunt apđ eos honore. Nā fere de oībus controuerſijs publicis priuatiſq; cōſtituūt. Et ſi quod admiſſū eſt facinus, ſi cędes facta, ſi de hęreditate de finibꝰ cōtrouerſia eſt ijdē diſcernunt, ꝑmia pœnaſq; conſtituunt,& multa refert quę breuitatis cauſa omittimꝰ. Sue. Dryidarū religionē apđ gallos dirę īmanitatis tātum ciuibꝰ ſub Augusto īterdictā Claudiꝰ īperator quitus penitꝰ aboleuit Suidas. δρύιδαι παρὰ γαλάταις οἱ φιλόσοφοι καὶ σεμνόθεοι, i. Dryidę apđ gallos pſi & religioſi, i. deoꝝ cultores.

✣Drimodis quæ nunc Arcadia prius dicebatur deide pelaſgus. Cc.

✣Drypetæ genera olearum ſunt. Cc.

✣Dryoſnipear genus viſci copioſiſſimū in quęrcu. Cc.

¶Drumus grȩci dicunt quē admodū nos latini dumum dicimus. Cc.

¶Drylon fluuius dalmatię, qui ꝑ medium Myſiam per-

gens in Danubium influit.

¶ Dromos latine curſus. Et accipitur, non ſolũ pro actu currendi, ſed etiam pro loco vbi curritur. Sue. in Nero. Elephanto ſupſedens peragratum dromorũ decurrit.

¶ Dromedariꝰ, animal a currendi velocitate dictum.

♄ Naſcitur in regione ſaba.

♄ Druſus vir Romanus genere & eloquẽtia magnus ſed ambitioſus & ſuperbus Edilis munus magnificentiſſimum dedit. Queſtor in Aſia nullis inſignibꝰ vti voluit ne quid ipſo eſſet inſignis Tribunus ple. latinis ciuitatem plebi agros equitibus iudicia permiſit. Nimię libe talitatis fuit.

## D ANTE V

DVbenus, pro dño veteres dixerunt. Pacu. Tum dubenus ſeruos ligatos peſſime verberat. Cc.

¶ Dubius, dr̃ qui duas vias habet & vtrã eligat neſcit ſicut ambiguum, quod in ambas agi partes poſſit. Cic. li. j. ad Heren. Dubiũ genus eſt cum habet ĩ ſe cauſa, & honeſtatis & turpitudinis partem.

¶ Dubio as, in dubio ſum. Plau. Dubiat quid agat.

¶ Dubito, as, idẽ quod dubio. Cuius cõpoſita ſũt: Addubito, qđ eſt etiã vel ad aliquid dubito. Liui. li. ij. Proditoribus exẽplo in vincula cõiectis de legatis paululũ addubitatum eſt. Cic. Cecinę. Habes auguriũ meũ, quo ſi quid addubitarem non potius vterer quam illa cõſolatione, Subdubito parũ dubito. Idẽ Cæ. Hæc eo pluribꝰ ſcripſi ꝙ mihi ſignificabãt literę tuę ſubditare qua eſſẽ erga illum voluntate. A dubito fiũt Dubitatio & dubietas aduerbia dubitanter, quod eſt addubitans, & dubitatim addubitãs. Cęcil. Imperator clamat de medio vt velites a ſiniſtro cornu remoueant, & Gallis nõ dubitãter immittant. Siſen. Qđ hoſtem non dubitatim cũ pluteis & ſcalis iter facere cernebat.

♄ Ducenarius, qui duas centurias, id eſt ducentos milites ducebat in acie ſecunda; qui & primus haſtatus dicebat̃ apđ Sueto. Igit̃ quartã iudicũ decuriati ab Aug. Cę. additam eſſe, quę ducẽtariorũ diceretur, iudicaretq; de leuioribus ſũmis. Ducenarij autẽ vidẽtur nominati a cẽſu ducentorum ſeſtertiorum.

✣ Dubitades fictor egregius qui vaſa ex rubra creta primus effinxit. Cc.

¶ Duco is, xi, ctum, proprie ducimus volentes, trahimus inuitos. Seneca. Fata volentem ducunt, nolentẽ trahũt. Qñq; ducere ſignificat reſpicere, iudicare, exiſtimare. Cic. Ego ſi mei commodi rationẽ ducerem, te mecũ eſſe maxime vellẽ. Verg. lib. x. Tantũ me crimĩe dignũ duxiſti. Qñq; ineſcare, allicere, & delectatiõe quadam demulcere. Ci. ĩ ver. ac. ij. Si quis honore aut gloria, ducit̃. Qñq; voluere pertractare. Ver. lib. vj. Si equidẽ ducebam animo, rebatq; futurũ, quãdoq; nudare educere. Idẽ lib. xij. Ille tamen clypeo obiecto cõuerſus in hoſtẽ Ibat, & auxiliũ ducto mucrone petebat, quandoq; cõtrahere. Idẽ. Aſtrũ quo ſegetes gauderent frugibus & quo Duceret apricis in collibus vua colorẽ, Qñq; agere ſeu pati. Idẽ. Nate dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Qñ q; ſtruere erigere. Idẽ. Pars ducere muros, moliriq; arcẽ. Qñ q; aduertere ſiue contrahere. Mar. Qui ducis vultꝰ & nõ legis iſta libẽter, Qñq; in longũ protrahere. Cic. ad Cęſarem iuniorẽ lib. j. Ne res duceret fecimꝰ vt Hercules antiarius in aliũ locũ transferretur. Qñq; dimittere deſcendere. Plaut. in Aul. Vbi ille abit ego me duco ab errore. Quandoq; gerere. Ver. lib. viij. Hi bellũ aſſidue ducunt cum gente latina. Qñq; ad ſepulturã afferre. Perſius. Nerio iam tertia ducitur vxor. Quãdoq; ad ſupplicium ducere, vt apud Curtiũ ait Hermolaꝰ ad Alexandrum, nõ dici iube. Dicitur & de obſcœna, Plau Si tenetis ducite ne diſrumpamini. Hic etiã ductor pro vibratore & lũborum ad concinniorẽ venerẽ preſtandã cõcinnatione. Huiꝰ verbi cõpoſita ſunt Abduco, Adduco, quę ſunt cõtraria, Conduco, Circũduco, Deduco, Diduco, Educo, Induco, Introduco, Obduco, Perduco, Produco, Reduco, Seduco, Subduco, Superduco & traduco.

¶ Ducto as, ſępe duco, aut huc illucq; duco guberno. Salu. Huc accedebat ꝙ. L. Sylla exercitum quẽ in Aſia ductauerat quo ſibi fidum faceret contra morẽ maiorum luxurioſe nimiſq; liberaliter habuerat. Plau. in cap. Me vt libitũ eſt ductauit dolis. Ductare etiã apud Plau. eſt ſcortũ conducere, quam pudendã eſſe vocẽ oſtendit dicens, Errabo potius quam quis me ductet. Et Quintil. ait, Ductare exercitum non ſine rubore dici.

¶ Ductito as, ſępe circũduco. Terent. in Adel. Tu ĩter eas reſtim ductitans ſaltabis.

¶ Duco as, guberno. Varro. Ab eo ꝙ ſit ducare quã eſt dux aut ductor qui ita inducit vt doceat pe. cor.

¶ Ducatus us, ipſa ducandi actio, vt eſt illud. Si cęcus cęco ducatum pręſtet, ambo in foueã cadunt. Et ducatꝰ dr̃ regio cui dux dominat̃, vel etiã ipſa ducis dignitas prefectura & imperiũ. Iu. Cap. Pẽtẽti ſignũ prima die tribuno dedit militi munus exprobans vtiq; ſegnitiem temporũ ſuperiorũ, quod quidem etiam ante oibus ducatibus dederat. Scribit Lamprid. Heliogabalũ præpoſituras & ducatꝰ & officia palaria vẽdidiſſe. Hoc nomẽ peculiariter datũ eſt Spoletanę vrbi, cuiꝰ regio Vmbria dicitur ab auctoribus. Cuiꝰ fines a fõte Tyberis vſq; ad Amclis fluuij ſiniſtram ripã. Vbi videlicet Anio tyberĩ illabitur. Ducatus. cati. eſt aureus nummus ducalis.

¶ Ductus us, ipſa ductio. Vnde aquęductus aquarũ deductio.

¶ Duces dicti ſunt qui alios ducunt. Vnde & ducẽ belli dicimꝰ, & ducem gregis. Ductor & duſtrix nomina verbalia Verg. Ductores danaum.

¶ Ductarius, a, um, Vnde ductarius funis dictus eſt qui per orbiculos troclee traijcitur.

¶ Ductile pe. cor. quod facile ducit̃ attenuaturq;. Vnde ęs ductile qđ malleis obſequit̃ attenuaturq; in lamitas. Ductilis ſcęna dicebat̃ cũ tractis tabulatis hac atq; illac ſpecies picturę interior videbatur.

¶ Ductim aduerbiũ ſignificat cum mora.

¶ Dudum quaſi diudum. eandẽ vim habet quã iãdudũ Ita vt quãdoq; diem nõ trãſcendat, vt dudũ intraui, dudũ te expecto. i. hora eſt vel duę vel tres, ex quo intraui & ex quo te expecto. Qñq; etiã trãſcẽdit diẽ. Pli. li. iiij. Fabri q dudũ aſſueti apđ pœnos, Et li. xviij. Nã dudũ ex eadẽ hiſpania zoelitẽ venit ĩ Italiã plagis vtiliſſimũ

¶ Duellum, bellum qđ duabꝰ partibus de victoria cõtẽdentibꝰ dimicatur, non tantũ duorũ, vt quidã extimauerũt, ſed multorũ & ipſorũ exercituũ. Alioquin nõ diceret̃ a plauto duellum inter Thebanos & Theleboos, Et ab Horatio. Gręcia barbarie lento colliſſa duello. Hinc perduellis & perduellio.

¶ Duello, as, bello. Vñ duellator qui duellum peragit. Plau. in cap. domi belliq; duellatores optimi.

¶ Duellicus ca, cum id eſt bellicus. Nam duellũ bellum vt Pla. in Epi.

¶ Duella, duę ſextulę ſunt, Sextula vero, cõtinet drachmam & ſcrupulum.

✣ Duellonam, bellonam antiqui appellabant. Cc.

¶ Duidẽs, hoſtia bidens.

¶ Duicenſus cum altero cenſus, Cc.

¶ Duis ꝓ dederis antiqui ſcripſere. Cc.

¶ Duillus, nomen ciuis Romani q primus Romæ nouali certamine triumphauit. Is iam ſenex & tremẽti corpore in quodam iurgio audiuit exprobari ſibi os fœtidũ & triſtis ſe domum contulit. Cũq; vxori queſtus eſſet, q̃re nunq; ſe monuiſſet, vt huic vicio mederetur. Feciſſẽ inquit illa niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere.

¶ Dulce ſuaue, qđ quidam a delicio deducũt, ꝙ dulcia maxime alliciant. Eius compoſita ſunt Prædulce valde dulce. Subdulce aliquantulũ dulce, dulciloquus pe. cor. dulciter loquens, dulcifluus, dulciter fluens, dulciſonus penul. correpta dulciter ſonans.



¶ Dulcidulus, a, um, diminutiuum eſt.

Dulcedo, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor in eodem cenſu accipiuntur. Plinius. Cõtracta dulcorem amittit. Næuius. O ſuauis linguę ſonitus. O dulcitas animę. Actius. Tanta hinc in corda dulcitudo inuaſit.

¶ Dulciarius panis qui cõficitur ex ſaccharo & nucibus pineis vel amigdalis ad iẽtacula, vt eſt qui vulgo dicit̃ Marzapanus. Piſtor dulciarius qui panes & mellita cõcinnat edulia de quo Martialis. Mille tibi dulces operũ manus iſta figuras. Extruit, huic vni parca laborat apis Lãprid. de Heliogabalo. Dulciarios habuit qui de dulcibus exhiberẽt quęcunq; coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent. Vbi dulciarius ſignificat ſimpliciter concinnatorem eduliorum mellitorum, & operis piſtorij dulcedine conditi.

¶ Dulceo es, cui, a quo Dulceſco, is, dulcis fio. Cice. in Catone. Primo vua eſt peracerba guſtata, deĩde maturata dulceſcit. Huiꝰ compoſitum eſt Obdulceſco, quod eſt in totũ dulcis fio. Aug. li. vij. cõ. Nam ſi primo ſanctis tuis literis informatus eſſem, & in earum familiaritate obdulcuiſſes mihi, & poſt in illa volumina incidiſſem, fortaſſe abripuiſſent me a ſolidamento pietatis.

¶ Dulco, cas. dulce facio. Sidonius. Apolli. ad Agricolam Pareo libens, laudaturus vitę tam dulcatæ ſollicitꝰ ingenuitatem. Hic Edulco, as, qđ eſt valde dulco. Cn. Martius. Quapropter edulcare conuenit vitam, curaſq; acerbas ſenſum gubernare.

¶ Dulcacidum pen. cor. dicitur id quod dulciſſimis rebus eſt illitum.

¶ Dulia cum accentu in penulti. latine hominis ſeruitus dicitur δοῦλος ſeruus δούλη ancilla. δουλικὸς ſeruilis Hinc fit compoſitum hyperdulia.

¶ Dulichium inſula in Maliaco mari, ſeu vt quidam aiunt Ionio, vna Echinadum, corintho proxima, ante Leucada in qua regnauit Vlyſſes. Inde fit Dulichus, a um. Prop. Aut cum dulichias Pallas ſpatiatur ad aras.

¶ Dũ aduerbium tẽporale eſt, & modo pro qñ ponitur vt dum dormis fures domum intrãt. Modo pro donec. Sal. Poſtremo neq; ſumptui, neq; modeſtię ſuę parcere dum illos obnoxios fidoſq; ſibi faceret, id eſt donec, vel vt. Modo pro poſtq̃ cũ cõiungitur pręterito ſubiũctiui. Mar. Audieris dum grãde ſophos id eſt poſtq̃ audieris. Et poſita poſt nec, vel non ſemper aduerbium temporis eſt, vt nec dũ nondũ, pro non adhuc. Eſt etiam cõiũctio, & ſignificat modo, pulchre. Sal. Neq; id quibꝰ modis aſſequeretur dũ ſibi regnum pararet quicq̃ penſi habebat. Aliquando dum modo. domente che. Hie. Dum perſecutionis finem pręſtolatur, neceſſitudinẽ in voluptatem vertit. Ponitur nonnunq̃ pro expletiua. Teren. Adeſdum paucis te volo. Cõponitur cum qui, vt quidũ Cũ age vt agedũ Cũ mõ vt dũmõ, vt taxat, vt dũtaxat.

¶ Dumtaxat componitur ex dũ aduerbio & taxo as, ꝓ æſtimo. Et non recipit, ſed etiam. Cic. pro deiotaro. Qđ ipſum & ſi iniquũ eſt in tuo dũtaxat periculo. Solum vero, & tantũ, & modo recipiunt.

¶ Dumus ge. maſc. dicitur omnis ſpina. A quo dumoſꝰ a, um, frondoſus ſpinoſus vepribus plenus. Verg. Dumoſa pendere procul de rupe videbo. Dumetũ locus vbi ſunt dumi. Antiqui dumetorum locũ dicebãt ꝓ dumoſo. Et quę nos dumeta, appellabant Dumetica.

¶ Duo is, dui, dutum, ſignificat do. Plau. in cap. At ob eã rem mihi libellam pro eo agẽti ne duis.

¶ Duo, & ambo, ſicuti docet Priſ. genitiuos & actõs iuxta ſecundã declinationẽ proferũt duorũ amborum duos ambos quãuis in neutro differentię cauſa duum ſoleat dici, vt duum millium amphorarum. Nec nõ & accuſatiuus maſculinorũ eſt qñq; ſimilis nominatiuo proferẽq; ino more gręco. Hora. Duo ſi diſcordia vexet inertes Vergil. Si duo pręterea tales idęa tuliſſet terra viros. i. duos. A duo fit duodecim, a quo duodecimꝰ, & Duodenꝰ, duodenariꝰ, duodeuigiti & huiuſmodi. Ducẽti ducentenus. Duodecies, duodeuicies, ducenties, duodeuigeſimus ducenteſimus.

✣ Duonum veteres pro bonum dixerunt. Cc.

¶ Duplaris numerus dicitur in quo minor bis numerat̃ Duplares ſiue duplarij torquati dicebãtur milites qui ĩ legione Romana ob virtutem duplas conſequebantur annonas; ſicut ſimplares, quibus vna & ſemis annona dabatur.

✣ Duplo verbum a duo. Inde duplus. Cc.

¶ Duplex quandoq; ſignificat duo. Verg. Duplices tendẽs ad ſydra palmas. Cic. lib. iiij. ad Herẽ Duplices ſimilitudines eſſe debet. Quandoq; latũ. Ver. Duplici aptãtur dentalia dorſo. Duplices tantũ numero plurali gen. maſc. tabellarũ genꝰ eſt in q̃bus lr̃ę ſcribi ſolebãt. Quę quidem aliquem aliquando etiã Triplices erãt, in quibus res amatoriæ ſcribebantur. Mar. Tũc triplices noſtros nõ vilia dona putabis. Cum ſe vẽturam ſcribet amica tibi. Sic duplices triplices q̃druplices & q̃ntuplices porticꝰ dñr in quibꝰ ordines colũnarũ duplicati triplicati q̃druplicati & quintuplicati ſũt. Victru. lib. v. in duplici palęſtrarũ porticu collocanda eſſe cõplura mẽbra ſcribit

✣ Duplonem veteres pro duplo vſurpabant.

¶ Duplico as, duplicẽ facio, gemino. Hie. Duplicauit annonã Interdũ Augere. Sal. Et Maurꝰ victus duplicauerat bellum. Verg. Et ſol creſcẽtes decedẽs duplicat vmbras. Hinc Comduplico & Reduplico.

¶ Duram quidam putant eſſe nomen fluuij iuxta quem Gigantes turrim babel fecerũt. Alij volunt eſſe campũ Vnde apđ Danielẽ. In campo duram ſtatuit, Nabuchodonoſor ſtatuam.

¶ Duria, ſiue durias, nomen fluuij Valentię ꝓximi, vt ſcribit Pompo. Hũc Sal. vocat Turiam li. iiij. hiſt. Inter leuamœniũ dextrũ flumẽ Turia quod Valentiam paruo interuallo pręterfluit. Claudia. Floribus & roſeis formoſus Turia ripis. Grammatici formoſum legerant, quod vnum amniũ Duria neutro genere proferri pntent. Au. Priſcianoq; authoribus. Ptol hac parte. Durulim vocãt amnẽ. Eſt in Luſitania quoq; Duriꝰ. Quẽ Sta duriã, mł ti Doriã appellant. Sirius Durium. Ait enim. Hinc certant pactole tibi duriuſq; taguſq;.

¶ Duro as, durum facio, firmo, ſolido. Col. lib. vij. Annicula mula recte a matre repellit̃, & amota mõtibꝰ aut feris locis paſcitur vt vngulas duret, ſitq; poſtea longis itineribꝰ habilis. Per trãſlationẽ. Quint. li. j. Multa linguę vitia, niſi primis eximunt̃ annis, inemendabili ĩ poſterũ prauitate durant̃. Et durare eſt tolerare. Verg. Durate & voſmet rebꝰ ſeruate ſecundis. In qua ſignificatione qñ q; contra naturam iungitur accuſatiuus, maxĩe apud poetas. Hora. li. j. car. Vix durare carinę poſſunt ĩperioſius ęquor. Nã ſicut dicimus clamare hoĩẽ. i. cũ clamore vocare. ſic durare ęquor id eſt per duritiã ferre Itẽ durare perſiſtere perſeuerare. Plau. in Am. Durare neq̃o in ędibꝰ ita me ꝓbi dedecoris a viro argutã meo. Huiꝰ cõpoſita ſũt. Eduro vlade durũ facio, & quaſi laborẽ aſſuefactio. Col. Quare docendꝰ & a pueritia ruſticis operibus edurandꝰ futurꝰ villicꝰ, Induro, vt indurabo cor Pharaonis. Obduro, vt eſt apud Deute. Nõ obdurabis cor tuũ. Quæ fere idẽ cum ſimplici ſignificãt. Prędu ro cito duro. Col. Verũ eſt in opere difficilior, ꝙ neq; humentẽ fodere poſſis, ꝙ ſit glutinoſiſſia, nec nimiũ ſiccaq nimium p̃durat̃. Perduro valde vel ad finẽ duro. Idẽ li. viij. Eſt etiẽ non ingrati ſaporis iniuria pduratꝰ. Te. in Hecy. Sancte adiurat nõ poſſe apud nos Pãphilũ ſe abſente pdurare. Reduro qđ eſt aperio contra id quod dr̃ obduro vt inqt No. Et oĩa habẽt pe. productam.

¶ Dureo es, durui durus ſum. A qua Dureſco durꝰ fio. Col. lib. ix. Plumulę ſub cauda clunibus detrahendę ne ſtercore coinqnatę dureſcãt. Lu. tñ Totoſq; induruit artꝰ, ab indureo, in eadẽ ſignificatiõe q̃ ĩduro ptuliſſe videtur. Sed huiuſmodi p̃terita raro a dureo in cõpoſitis reperiũt̃, ſępe aũt ab his q̃ a dureſco ſũt. Indureſco. Ver

lib.iij.Georg.Styriaq; impexis induruit horrida barbis .i.valde dura,ſiue in ſe dura facta eſt. Col.libro.ij. Iuſta eni fieri nequnt cũ indurueritager. Obdureſco vndiq; durus fio. Cicero.M.Cęlio.Magno dolore me affeciſſent literę tuę niſi & ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias,& diuturna deſperatiõe rerum obduruiſſet anim⁹ Prędureſco valde durus fio.Col.lib.vij.Verũ neq; ante tertiũ,neq; poſt quintũ annum iuuencos domare placet,cum illa ætas adhuc tenera eſt,hęc iam præduruit.i.nimis dura facta eſt.

¶Durus,a,um quod eſt ſolidũ ac firmũ,& firmitate naturę coruptionẽ ſui non facile admittit,Cui⁹ cõtrarium eſt molle ĩ quo eſt natura luxurioſior,nec ad cõtraria repellenda ſufficiens. Verg..Sed duris genuit te cautibus horrẽs.Caucaſus.p tranſlationẽ capitur modo pro patiente ac tolerate laborum. Idem Scipiadas duros bello. Et gẽs dura ac aſpera cultu,Modo pro aſpero & nocente.Idẽ.Aut durũ tineæ genus.modo pro crudeli, quoniã nulla humanitate molleſcit,vt apud eũdem . Quid iuuenis magnũ cui verſat in oſſibus ignẽ Durus amor.

¶Dute & duriter,aduerbia ſic inter ſe differũt, ſecũdũ Do.ꝙ duriter ſit ſine ſenſu laboris.Dure crudeliter. Illud ad laborẽ.Hoc ad ſæuitiã refertur,ſed dure in alterũ duriter in nos aliquid faciam⁹.Ter.in an. Primũ hęc pudice vitam pce ac duriter agebat lana & tela victum quęritans.

¶Duricia & duricies ęque dicunť de firmitate aſperitate crudelitateq;.Cic.in Cato.Quanta in altero comitas in altero duricies.

¶Durabile quod durare poteſt.Ouid.Quod caret alterna requie durabile non eſt.

¶Duramen,& duramẽtũ brachiũ vitis.Col.lib.v. Sed vt caput trunci pedali fere ſpatio ſit inferius iugo,quaterniſq; brachijs quę duramenta quidam vocant,diuidatur in totidem partes.Alio noĩe duramina nuncupãtur Idẽ.Conſiderandũ erit cuius longitudinis ſint duramina quę excedant prędictam menſurã.

¶Duracinę vuę dicuntur quę durã & firmã corticẽ habent a duricie,vel a duris acinis. Auguſtus in epiſtolis. Dum lectica ex regia redeo,panis vnciam cum paucis acinis vuę duracinę comedi.

¶Duracina pſica dñr,quorũ corpus ligno adhæret auel liq; nequit.Pli.lib.v.Sed perſicorum palma duracinis.

ʒ Durateus,a,um,idem quod ligneus.Lucre.lib.j.Nec cum durateus troianis pergama partis , inflammaſſet equus nocturno graiugenarum.

✤Dureta vas Hiſpani vocant , quo vel in balneis vel domi vel quouis alio loco ſedentes lauanť,in quo ſignificato etiã ſolium accipitur.

✤Duricors a nõnullis diciť p eo qui eſt duri cordis Cc.

✤Duſmoſum pro dumoſo dixere veteres, quemadmodũ coſmito pro committo.Cc.

¶Duricoria,dicũtur quę ſunt durij corij.Vñ ficus duricoria,quę habet duram corticem.

D ANTE

DYas,latine dualitas Δύω duo.

¶Dynaſtia vis,potẽtatus.Dynaſtes dñs regni,potens optimas. ἀπὸ τοῦ δύνασθαι, vt hi qui magiſtratus gerunt & iudicijs pręſunt.Scribit Strabo.reges dynaſtas vocari ppterea ꝙ plurimum poſſunt pollentq;, & populos quos velint aut vi,aut perſuaſione perducãt Cic.ad Articũ.Erit nebulo iſte cum iſtis dynaſtis ĩ grã.

¶Dyrrachiũ,fuit ciuitas in Epiro,quę prius epidãn⁹ vocabatur.De qua Luc.in principio.Dyrrachij rapiendas tendit ad arces.Dicta dyrrachium a noĩe Dyrrachij qui portũ vbi adiecit.Vide in dictione epidamus.

¶Dys prępoſitio gręca quę in compoſitione malũ vel difficile aut impoſſibile ſignificat.

¶Dyſcolus pen.cor.difficilis maluſue ſiue pernicioſus ex Δυσ καὶ κέλομαι iubeo .Ita vt diſcol⁹ dicatur cui difficulter iubetur.Dyſcolia difficultas.

¶Dyſenteria,dici poteſt iteſtinorũ exulceratio,ex Δυσ quod malum denotat,& ἔντερον inteſtinũ.Et latine Tormina auctore Cęlſo dicuntur.Vide in dictiõe Tormina.

¶Dyſuria,& ſtranguria difficultas vrinæ dicitur.Quæ vt Galenus inquid ſit ex veſice paſſionib⁹ vrinã ſupprimens.Quod quidem ſine calculis & inflammatione poteſt accidere.Hoc Cato ſignificat cum ait.Quibus ægre lotium it.

¶Dyſphilus pen.cor.quaſi malus amicus.Iuue,Nõ eſt Romano cuiquã locus hic vbi regnat Protogenes aliqs vel dyſphilus.

¶Dyſpheſia,difficilis concoctio.

¶Dyſpnea,Δύσπνοια ſuſpirũ irruptum,ſpirandi difficultas.Docet Hippo.in aphoriſmis in ſenectute ſtrangurias dyſpneas dyſurias caceſias eſſe frequentes .Δυσ ἐστι μόριον κακῶσ καὶ πνέω καὶ πνοή. ✤Id eſt dys eſt particula ſignificans difficulter & ſpiro & ſpiritus.

ET,Ex,prępoſitiones ſunt q̃ & ſeparanť & componuntur . Separatæ modo tẽporales ſunt vt Ex illo celebratus honos.Mõ locales,vt E cœlo Modo ponũť pro a,vel ab,vt audiui e pr̃e meo, Modo ſignificãt p vel ab.Ex dignitate,ex vſu,ex vtilitate,hoc eſt p dignitate,vel ad dignitatem.E repu.pro rep.Modo ſecundũ,vt ex Platonis ſententia,id eſt ſecundum Platonis ſententiã , ſiue pro Platonis ſententia.Modo in Cic.E renibus laborabat id eſt morbũ patiebatur in renibus.Compoſitæ qñq; priuationẽ indicant,vt elinguis,exanguis. Quandoq; vehementiam vel perfectionẽ.vt Eludo,Exoro.Qñq; extra,vt educo,excludo.Componitur autẽ e cum B, vt ebibo,D,vt educo,G,vt egredior.I.vt eiicio.L.vt eludo.M.vt emitto.N.vt enitor.R.vt erigo.V teueho ex vero componitur cũ A,vt exaudio.C.vt excurro.e, vt exeo,F,efficio,O,vt exoleo,P,vt expello,Q. vt exquiro,S.vt exequor,T,vt extendo,V,vt exuro . Verũ quando poſt ſequitur,f,mutať,x,in i,vt effundo.Cũ vero ſequitur x.abijcitur ſ,vt exequor:& exicco,in alijs integra manet.

¶Eantes,nomẽ propriũ hiſtorici Cizyceni qui fuit ętate qua Pygmalion in oriente regnabat.

¶Ear,latine ver.a qua earimus,vernus.

¶Eatenus.pe.cor.ſignificat vſq; eo,vel ad eum modũ Cui reſpondet Quatern⁹ vſquequo.Hie.Quia,& ſi inſãctis patrib⁹ & prophetis gratia fuiſſe creditur,nõ tamẽ eaten⁹ plena.Sue.in Tiber.Ac prio eatenus interueniebat ne quid perperam fieret.

E ANTE B

EBeati dicuntur qui fœlicitate aliqua reciderũt.Cc.

✤Ebeo btitudine priuo cuius paſſiuũ eſt ebeor.

✤Ebenus vel ebenũ penul.co.nomen gręcum,& Arabicanus dicitur.Lignũ nigrum eſt ſolidũ pulchrum aptumq; ocularibus medicinis.Hæc arbor naſcitur ĩ India quę cęſa dureſcit in lapidẽ,vriturque odore iucũdo Vergilius libro ſecundo Georgicorum .Sola india nigrum fert ebenum.Aetius Amelinus ita ſcribit. ἔβενος ξύλον ἐστὶ τὸ ἰσχυρὸν ἀναλυομένον ἐυπτικῶσ καὶ λέπτομερῶσ ἐστὶ δυνάμενος ὅθεν καὶ τὰ ταῖσ κόραισ ἐπισκοτοῦντα τοῖσ ἐνταῦθα πίπτοντα τε ἄλλαισ ὀφθαλμικαῖσ μίγνυται δυνάμεσι. ✤Id eſt ebenus lignũ eſt tenuis ſubſtãtiæ & abſtergentis virrutis,vñ oculorũ caliginem diſcutere creditur & alijs oculorũ medicamentis miſcetur.

✤Eboſus inſula eſt inter Ophiuſam & pythiuſam inſulas cuius terra ſerpentes fugat oĩm venenoſorũ animaliũ expers,eadẽ cuniculos gignit populãtes meſſes duarũ propinquarũ inſularũ quas nr̃i baleares vocãt.Vocať & hęc inſula Ebuſus de qua infra.Cc.

¶Ebrius,& ebria a bria quod eſt vas vinariũ.Eſt enim ebri⁹ q nimio potu alienat⁹ eſt mẽte.Cui⁹ cõtrãriũ ẽ ſobrius,quaſi ſine ebrietate,qui in cibo & potu temperãs eſt,& qui non eſt actu ebri⁹.Vnde non ſobri⁹ pro ebrio ſumitur.Mar.Et non ſobria verba notaſti.Hinc ebrietas,quã Cato dicebat nihil aliud eſſe quam inſaniã voluntariã.Interdũ ebrius poniť pro pleno & abundanti. Plau.Facite mihi cœna vt ebria ſit id eſt abundans.ebrioſus qui ſæpe ſit ebrius,a quo ebrioſitas.Hui⁹ cõtrariũ eſt ſobrioſus,ſobrietatis affectator,quo vſus eſt Cyprian⁹.Inter ebriũ & ebrioſum hoc intereſt,Nam poteſt (q ebrius eſt)tũ primũ eſſe,nec habere hoc vitiũ,& qui ebrioſus eſt ſępe extra ebrietatẽ eſſe.Sic ebrietas ab abrioſitate ſeiungitur ꝙ alterũ affectiõis ſit,alterũ habitus.

¶Ebrio,as,ebriũ facio.Vnde & inebrio verba actiua. Hier.lib.ij.reg.Et inebriauit eũ.Plau.in aul.Hõ ebriatus,ſomno ſanari ſolet.Aliqñ ebriari ſeu ĩebriari ſumiť p impleri ſeu quaſi ſatiari,vt apud apoſtolũ.Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.Veſtes purpura ebrias tinctas dicimus.

¶Ebriulo as,pen.cor.ebriũ facio.Sũt tamẽ qui hęc aſpirent ab hauriendo potu illud deducentes.

¶Ebron,mons paleſtinorũ,haud longe a Gaza Syriæ ciuitate.

Ebur & ebor vtroq; modo dicitur pro elephanti dente, quaſi e barrho,id eſt elephanto.Hor.Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis.

¶Eburneus a,um,quod eſt ex ebore aut quod inſtar eboris album eſt,vt eburnea facies.Oui.lib.iij.met. Impubeſq; genas & eburnea colla decuſq; gręce ἐλεφάντικοσ

¶Eburnus,a,um,idem qđ eburneus.Tibul.Hãc primũ veniens plectro modulatus eburno,eburneus & eburnus veniunt ab ebur.

¶Eboreus,a,um,ab ebor fit,ſicut a marmor marmore⁹ et ſignificat qđ eſt ex ſolido ebore.Quintilia.lib.vj.Cũ in triũpho Cęſaris eborea oppida eſſent tranſlata.

¶Eboratus,a,um,quod extrinſecus ex ebore eſt .Qđ & eburatũ diciť.Plau.in Perſa.Lectos eburatos auratos

¶Ebudes,inſulę ſunt quinq; numero,in oceano,britãnico,auguſto freto diuiſę,cuius ĩcolę,vt ſcribit Solin⁹ lacte ſolum & piſcibus vitam agunt.

¶Ebulum,hęrba eſt faciens baccas in ſimilitudinẽ ſambuci.Col.lib.ij.Sed citra hoc experimẽtum multa ſunt quę & dulcem terram & frumentis habilẽ ſignificent:vt iũcus & calamus gramẽ & trifoliũ,ebulũ,rubi pruni ſylueſtres & alia cõplura.Idẽ.Et rutilas ebuli creat yuida baccas.Legitur & ebulus.

¶Ebullo as,erumpo,crepo.Tractum a bulla quę ęſtiuo tẽpore ex aqua pluuia fingitur in ſpeciẽ pilæ & facile rũpitur.Perſius.O ſi ebullet patrui pręclarũ fun⁹.

ʒ Ebuleus Iouis & Proſerpinæ filius.

¶Eburones populi gallię qui per fraudẽ multos ex cæſaris exercitu trucidarunt.

¶Ebuſus inſula quę cuniculos nõ habet.Pompo.Ebuſus animaliũ quę nocẽt adeo expers,vt ne eaq̃dẽ quę de agreſtibus mitia ſunt generet,aut inuecta ſuſtineat.

E ANTE C

ECardina ſiue ecardiſtę gemma quę nigri cordis ſpeciẽ oſtendit,q̃quam aliud genus eius viridi colore ſimilitudinẽ cordis pręſeferat.Cc.

¶Echatana numero plurali pe.cor.Metropolis eſt Medię vel vt quidã exiſtimant regionis magnę nomen.eſt & ecbatana vrbs in Syria quę Epi ph an ia quandoque vocata fuit ac per g,etiam ſcribi poſſe quidam teſtantur egbatana.

ʒ Alij ecbatam appellant quã Pli.a Seleuco rege cõditã ſcribit a caſpijs portis,per.xx.mi.paſſuum diſtantem.

¶Ecbaſis pe.cor.latine dici poteſt excurſus .Nam cõponitur ab ἐκ & βάλισμα καὶ ἄλλα ἐκ τοῦ βαίνω quod eſt egreſſus,vt Vergilius lib.j.Geor.deſcribens tempeſtatẽ pręcauendam a ruſticis.

¶Ecce aduerbiũ demonſtrandi quod apud Ver.aliqd repẽtinũ inſperatũq; ſignifi[illegible],vt ęcce autem gemini a Tenedo trãquilla p alta Horreſco referens.Scribit Aſconius etiã hoc propriũ eſſe Ciceronis vt in rebus ,im p uiſis hac particula vtatur cũ apud alios interdũ in rebus lętis vſurpetur.Ouid.Ecce Corinna venit,& modo accuſatiuo modo nominatiuo iungitur.

ʒ Eccere pe.cor.iuſiurandũ eſt ac ſi dicatur per cererẽ vt eccaſtor ędepol.Alij eccere accipiunt pro ecce.

ʒ Ecchiriã gręci inducias vocant.

¶Echemythia ab ἐχεμυθέω ſileo latine taciturnitas.

¶Eccũ,eccam,eccos,eccas,quaſi ecce eũ,ecce eã,ecce eos ecce eas.Sic ellũ ecce illum,ellam,ecce illã.Ita ponit Dona.Terent.in An.eccum video.Alij exponunt eccum ecce hic ſubintellige virum de quo agebam⁹,eccam ecce hic,ſubintellige fœminam de q̃ agebam⁹.ellũ ecce illic,ſcilicet virũ reſoluendo per aduerbia non per nomina,vt apud eundem,eccum me,quod non licet exponi ecce eum me.

¶Ecccubi per duplex cc,& pe.c.Cõpoiť ex ecce & vbi

¶Ecquis ex en.p ecce,& quis cõponitur. & ſignificat nũquis.Nã particula en,iuncta dictionib⁹ incipiẽtib⁹ a q, iterrogatiue poſitis ſignãt ã,vel ne, vel nũ.Ecqd? nõne?nõquid.Adria.Car.adnotat has dictiones aliquã habere vehemẽtiã.Terẽ.in eu.ecquid nos amas de fidicina hac.i.aliquantulũ ne amas propter fidicinã.Ouid. lib.ij.faſto.Ecquid in officio torus eſt ſocialis ,& ecquid Coniugibus noſtris mutua cura ſumus?

¶Ecquando.i.nunquãdo,vel in aliqñ,& aliquo tẽpore

¶Eccleſia,latine Cœtus conciliũ,concio,congregatio eccleſiaſtes,concionator.

✤Echinometra echinorum gñs quorũ ſpinæ longiſſiæ calices minimi,nec oĩbus idẽ ruffus & vitreus color Cc.

¶Echinades pen.cor.inſulę ſunt Herodoto teſte ĩ maliaco mari ex oppoſito ad oſtiũ A ch el oi.De qb⁹ Luc. Craſſis oblimat echinades vndis.Sene.in Troade declinat echina.æ,pe.pro.Quolibet vẽto faciles echinę.

¶Echinus pe.pro.Tegmen ſpinoſum quo ſeruanť caſtaneæ,vulgo Ricium vocãt.Vnde caſtaneę echinatæ, Pli.Nuces vocamus & caſtaneas quanq̃ accõmodatiores glãdium generi,armatũ his echinato cortice vallum eſt.Ab hui⁹ tegminis ſimilitudine dictus eſt.echin⁹ piſcis quidã quem Pli.ſcribit eſſe cancrorũ gen⁹ in quib⁹ ſpinę pro pedib⁹ ſunt,ingredi huic eſt ĩ orbẽ volui Gręci ἐχῖνον hirtum vocant.Martia.Iſte licet digitos teſtudine pungat acuta.Cortice depoſito mollis echin⁹ erit Saxa petit inter quę ſe locat ne a fluctibus iactetur. De hoc Am.li.hexa.ſic ſcribit.echinus aĩal exiguũ vile ac deſpicabile maritimũ loquor,plęrũq; index futurę tẽpeſtatis aut tranquillitatis nunci⁹ ſolet eſſe nauigãtib⁹ Deniq; cũ pcellã vẽtorũ p̃ſenſerit calculũ validũ arripit eũq; velut ſuburrã vehit, & tanquã anchoram trahit ne excutiať fluctibus.Itaq; ſuis ſe librat viribus,ſed alieno ſtabilitur & regitur pondere.Quo indicio nautę velut ſignũ futurę perturbationis capeſſũt,& ſibi pręcaueť ne eos impatos turbo ĩprouiſus inueniat. Hic alio noĩe a latinis erinacheus dict⁹ eſt,eſt & echin⁹ apđ gręcos terreſtre aĩal,cui eſt apđ noſtros Hęricio nomẽ,qđ ipſũ ab hęrendo deductũ eſt & ęque ſpinis hirſutus eſt atq; maritim⁹ echin⁹.De quo Am.eodẽ lib.echinus iſte terrenus quẽ vulgo hęriciũ vocãt ſi quid inſidiarũ p̃ſenſerit ſpinis ſuis clauditur,atq; in ſua arma ſe colligit.Pręterea echinus genus vaſis ęnei eſt in quo calices lauantur quã alij Ampullã dicũt eſſe vitreã.Hora.in Ser.Pocula cũ cyatho duo ſuſtinet,aſtat echinus.Et echinus echini & echinũtis ciuitas fuit de q̃ Cic.in Arato.Diciť excelſis errãs ĩ collib⁹ amẽs.Quos tenet ęgeo defixa in gurgite echin⁹.Hoc ẽt noĩe dicta eſt alia ciuitas ĩ Phocide ĩ faucib⁹ Spchij ãnis,vt iqt Pli.Vna cũ Ptolomęo

✤Echites lapilli ſpecies viperæ ſimilis colore viridi ſuboſcuro.Cc.

¶Echeneis,genus piſciculi quẽ ferunt p aquã ſiſtere nauẽ quãuis immenſã & velo & remis cõcitatã ne poſ-

ſit iter inſtitutũ peragere ἀπὸ τοῦ ἔχω habeo teneo & ναῦς nauis, ſiue ab ἔχομαι hęreo ναῦς nauis ꝙ nauẽ teneat vel naualibus tabulamentis adhęrens remorari cõpellat Pli.lib.ix, eſt paruus admodũ piſcis aſſuetꝰ petris echeneis appellatus. Hoc carinis adhęrẽte naues tardius ire creduntur. Inde noĩe impoſito Remora a morando dr̃ latine. Ob quã rem a gręcis ita dicitur, a noſtris Remora remigioq; noĩatur. Luc.lib.vj. Non puppim retinẽs curo tendẽte tudentes In medijs echeneis aquis. Am. Alius in exiguo corpore tantũ valliditatis aſſumere, vt maximas nauium plenis currentes velis in medijs fluctibus ſiſtat, ſicut breuis piſciculꝰ echeneis tanta facilitate memoratur nauem ingentem ſiſtere vt quaſi radicatã mari hęrere videas nec moueri. Aliquãdiu enĩ immobilẽ ſeruat. Ferũt hunc piſcẽ fluxũ grauidarum vtero ſiſtere, partuſq; ad puerperium continere.

♁ Echion, medicamentũ quoddam dictum a vipera quã græci echim nuncupant.

¶ Echidna latine hydra ea potiſſimũ quæ ab Hercule interfecta eſt. Ouid.lib.iij.faſt. Sanguine cẽtauri lerneæ ſanguis echidnę Mixtus ad auxiliũ tẽpora nulla dabat. Vide in dictione excetra.

✥ Echnephias procella eſt cum nubes rupta & in ꝓnũ ſoluta fuerit. Cc.

¶ Echo ſoni vel vocis repcuſſio. Gręce ἠχώ ſonꝰ & ἠχέω reſono. Ouid.lib.iij.me. Planxerũt dryades plangentibus aſſonat echo. Fit enim in cõuallibus & locis concameratis vbi ſcinditur reſultans aer, inquibꝰ acceptę voces numeroſiore repercuſſu multiplicanť, nomẽq; echo eiuſmodi voci, a gręcis datũ eſt, vt Pli.lib.xxx. ſcribit, qm̃ non eſt vagandi liberrimus cãpus, ſed obiectu reflectitur. Quę cauſa etiam multas voces multis in locis reciprocas facit ſicut ĩ vrbe Cyzico turres ſeptẽ acceptas voces multiplicant. et olimp iæ porticus fuit, quã heptaphonõ appellant, qm̃ ſepties eadẽ vox reddiť. In hac ſententiã ait Lucre. ſex etiã ac ſeptẽ loco vidi reddere voces. Vnam cũ iaceres, ita colles collibus ipſi. Verba repulſantes iterabãt yerba referri, hęc echo a litinis dr̃ imago. Val.Flaccus lib.iij.argo. Rurſus hylan & rurſus hylan per longa reclamat Auia, reſponſant ſyluę & vagacertat imago. Hora. Quẽ deum cuius recinit iocoſa nomẽ imago, vbi Porphyrio expoſuit ꝙ imago dr̃ quaſi imitago. ♁ Scribit Ouid.lib.iij.meta. echo nympham fuiſſe reſtitiſeq; ei vocem ſolũ & oſſa, oſſaq; lapidis traxiſſe figuram.

¶ Echos ἠχοῦς etiã gręci vocant argutas valles ab ἠχέω vt inquit Colu. lib.x.i.reſono.

✥ Eclephron vnus ex Neſtoris filijs.

¶ Eclegma atis, latine linctum dicimus frequentiſſimũ medicis oĩbus. Sunt enim eclegmata quę fiunt linguendi gratia non edendi neq; deuorãdi hoc eſt cũ aliquid in ore tenentes paulatim diſtilando ſorbemꝰ, ἀπὸ τοῦ ἐκ καὶ λείχω γίνεται ἐκλείγματα. ✥ Id eſt ab ex & λείχω quod eſt lingo fiunt eclegmata.

¶ Econas, vocant imagines ex membris aliquorũ ſimilitudine expreſſas, inquit Plin.lib.xxiiij. Vnde & econcula diminutiuũ. Sue.in Nero. Pro ſummo inquit numine, tribuſq; in die ſacrificijs colere perſeuerauit econculã puellarẽ. Dicitur etiam Icona & Iconcula.

¶ Eclipſis latine defectio, eclipticus defectiuus ἐκλείπω deficio.

✥ Ecõtrario ſignificat ediuerſo contra Cc.

¶ Ecthlipſis latine eliſio, qñ vocalis, cum vocali eluditur. Ab aliquibꝰ elipſis. A Quintiliano. Detractio tranſfertur ἀπὸ ἐκ καὶ θλίβω tribulo frango premo.

¶ Ectaſis dici poteſt productio. Figura eſt q̃ ſyllaba naturaliter correpta producitur. Ab ἐκτείνω produco. Dicitut a nõnullis extaſis, vt Italiã fato profugus.

¶ Ectaſis latine ſtupor, gręce ἔκστασις. Aug. in pſal. iterp̃tatione. ectaſis exceſſum mentis ſignificat. Quę fit vel pauore vel aliqua reuolatione, in qua omnes ſancti fuerũt, quibꝰ arcana dei mũdũ iſtũ excedentia reuelata ſũt ita vt de eorum memoria haberentur interna.

¶ Ecloga, electio, explanatio, ab ἐκλέγω qđ eſt eligo. Vñ & exceptus diciť ſicut teſtať euſebius lib.de eccle. hiſtoria, neq; ſermonẽ de capris ſignificat. Tunc enim egloga dicitur.

Ecphraſis eſt mera, puraq; enarratio.

♁ Echioni dicti ſunt thebani a rege echiõe, qui fuit vnꝰ ex quinq; iuuantibus Cadmum ædificare Thebas.

¶ Ectrapeli, quaſi horrentes & auerſati communẽ & vſitatum naturæ modum.

¶ Ectropiũ dr̃ cum inferio palpebra paruum ſurſũ attollitur, & pendens hiat, nec cũ ſuperiore cõmittitur. Lagophialmos vero cũ ſuperior palpebra nõ deſcendit.

✥ Ectypa dñr opera quę ex ipſis typis formata ſũt Cc.

¶ Ecyra pe.cor. ſocrus latine dicitur. Vnde Terentij fabula. Similiter ἑκυρός ſocer, Pater viri. Sunt tamẽ q hoc nomen aſpirent.

✥ Eculeus vide in dictione equuleus.

## E ANTE D

EDo es eſt, edi, eſum, vel eſtum. Dr̃ & edo is, correpta prima ſyllaba ab ἔδω qđ ſignificat veſcor. Verg. eſt mollis flamma medullas. Infinitiuo eſſe, in paſſiuo, edor eris, eſtur pręteritũ eſus. Pli.li.xx. Et in Aegypto propter eius amaritudinẽ nõ eſtur. Qñq; edo ſignificat cõſumo. Verg. Nam ſepe fauos ignotꝰ adedit ſtellio. Ambedo circumedo. Idẽ Ambeſas malis abſumere mẽſas. Comedo, a quo excomedo. exedo. Obedo. Peredo & ſupedo, quę habẽt pen.cor. Ab edo deducunť eſito as, & eſurio, & quæ ſequuntur.

¶ Edax accipitur pro vocare cõſumptore, a quo edacitas pro ingluuie. Ouid. Tempus edax rerum.

¶ Edo onis, idẽ quod edax, qui & manduco dicitur.

¶ Edeatrę dicti ſunt qui præſunt regijs epulis.

✥ Ede naſturtium ꝓuerbiũ ad excitandũ torporem, qđ perinde eſt acſi diceremus expergiſcere. Cc.

✥ Entulũ dicunt eũ qui ſine dentibus eſt. Cc.

✥ Ederam ab ędendo dictam volunt ꝙ parietes edat q̃uis alij ab hęrendo potius dictã velint, licet primã cor. habeat ꝙ hęreat ſemp & ſequatur proximũ, eſt enim arbor oĩbus inimica fatis, ſepulchra ac muros rumpẽs ſerpentiũ frigori gratiſſima. Cc.

¶ Edilia dñr omnia quę ad eſum ꝑtinẽt. Gel. Quod ex ſalutis vſu foret, vt edilia quidẽ omnia defenderet ab arteria depelleretq; in ſtomachum & pulmonẽ.

¶ Edones pe.cor. ſunt populi Thracię maritimi quãq̃ apud Gręco per ω ſcribatur.

¶ Edonij etiam Thracię populi mediterranei. Ver. Ac veluti edonij borę.

¶ Edonꝰ mõs eſt apđ eoſdẽ pplos, a quo edonij ppli.

¶ Edonides mulieres bacchãtes quę furore diuino agitatę myſteria Bacchi celebrabant, varijs autẽ noĩbus appellabanť huiuſmodi bacchãtes. Nã & euãtes & Thyades, & Mimallones, & Męnades, & Baſſarides. De his Oui. Protinus in ſyluis matres edonidas omnis.

¶ Edeſſa nomen ciuitatis quo ſignificatur aquarũ ſpectus Hinc edeſſẽnſes populi. Stra. Trans euphratem eſt bãbyce quã edeſſem & hierapolim vocãt, in qua Atergatim Syriam deã colunt.

¶ Edico edicis pe.pro. ſignificat Iubeo, pronũcio, decerno & eſt ꝓpriẽ magiſtratuũ. Vnde edicta, quæ ſunt Cõſulũ prætorũ & ędiliũ literæ quibꝰ aliquid imperať. Mandare eſt gerendũ aliquid aſſequẽdũq; committere. Pręcipere magiſtrorũ ſeu magiſtratuũ & ſuperiorũ. Iubere frequenter pro imperare. edicere etiã eſt oſtendere, & declarare quaſi extradicere. Vnde legimꝰ de apoſto Ioãne ꝙ cõpulſus fuerit diuinã natiuitatẽ edicere.

✥ Edyra nympha eſt ſic dicta ἀπὸ τοῦ εἴδω ſcio. Cc.

¶ Ediſſero, ediſſeris, pen.cor. extra diſſero, explano declaro. Pacu. Ediſſere fabulam hanc, Verg.lib.ij. Mihiq; ediſſere vera roganti.



¶ Edolo as, pe.cor. perfecte dolo, polio. Nonius. Edolare Fabrorũ eſt cũ materiarũ cõplanatur aſperitas. Vſi ſunt eo verbo laudãdi ſcriptores vetuſtatis etiã ad alias fabricas rerum. Vnum ego libellum non edolem.

✥ Edomus mõs eſt ꝓpe Pãgęũ ĩ finibꝰ Theſſalię. Cc.

¶ Edõ, Eſau dictꝰ eſt ob coctionẽ rufę lentis, cuiꝰ edulio primogenita perdidit. Hebręi nãq;, vt Ioſephus.li.ij.ſcribit. Edõ rubeũ dicunt. Vnde & regio ĩ qua regnabat Eſau Edõ dicta eſt, quã Gręci honeſtius Idumeam demoniauerũt Hęc nunc regio inquit Hierony. Gebalena dicitur quę eſt in finibus Eleutheropoleos, vbi habitabãt ante Chorrei qui interpretantur liberi. Vñ & ipſa vrbs poſtea ſortita vocabulũ eſt. Nũc viculus palęſtine ẽ a cõditore ſic ĩpoſito noĩe. Alio noĩe diciť Seir, piloſus & hiſpidꝰ. Vñ & mõtes Idumęorũ appellãť mõtes Seir

♁ Edentatus, dentibus priuatus & edẽtulum facere excuſſis dentibus. Plau. in rup. Nimis velim improbiſſimo homini malas edentauerint.

♁ Edentulus qui ſine dentibus eſt.

¶ Eden, interpretatur voluptas.

✥ Edora a veteribus dicebatur ſacrificij genꝰ quod nũc ador vocamus. Cc.

✥ Edria aliquando dicta eſt rhodus inſula. Cc.

¶ Educo is, pe.ꝑ. extra duco. Lib.j. In aciẽ copias eduxit. Ver. pro extraho poſuit li.x. Hoc dicens eduxit corpore telũ Aliquãdo educere eſt erigere. Idẽ lib.vj. Arãq; ſepulchri cõgerere arboribꝰ, cœloq; educere certãt. Aliquãdo nutrire. Terẽtius in Ade. Inde ego hunc maiorẽ adoptaui mihi, eduxi aparuulo, habui, amaui, ꝓ meo Sed nos magis educare dicimꝰ quã educere. Ver.li.vj. Quatuor hic iuuenes totidẽ quos educat Vfens.

¶ Educo as, pe, cor, nutrio Vnde liberorum educatio.

¶ Edurum non durum, quaſi extrã durũ. Ibi enĩ e priuationem ſignificat, vt in enode. Nam eduras corylos dicimus, Hoc eſt non duras.

¶ Edulis pe.ꝑ. quod manducari poteſt. Hor. Vinea ſũ mittit capreas non ſemper edulis.

¶ Edulium, dicitur quicquid ad prandiũ cœnamq; edẽdi gratia apponitur, & ſumimus, pręter panẽ. Hie. Cuiꝰ edulio primogenita perdidit.

✥ Eduſam ab edẽdo dixerũt veteres deam quę eſui pręerat quemadmodum Potinam quę potui. Cc.

## E ANTE E ET F

EE Fœmininum eſt ab ea pronomine numeri multitudinis.

¶ Eetion nomẽ patris Andromaches, qui apđ Cilicię Thebas ĩperabat. Homerꝰ lib. Ilia.xxi. κρήδεμνόν θ' ὅ ῥά οἱ δῶκε χρυσῆ Ἀφροδίτη ἤματι τῷ ὅτε μιν κορυθαιόλος ἠγάγεθ' Ἕκτωρ ἐκ δόμου Ἠετίωνος. ✥. Id eſt. vittam quã dedit aureę Veneri die cũ ipſum varie galeatꝰ duxit e domo. Eetionis. Sed nota Caſſandrã ĩ prędã veniſſe Agamennoni, eiuſq; cõcubinã fuiſſe, vñ Euripides ĩ Hecubę tragœdia πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κομίζεται ἡ φοιβὰς ἣν καλοῦσι κασσάνδραν φρύγες

✥ Id eſt Prope tua latera filia mea portatur phœbꝰ quã vocant Caſſandram Phryges.

¶ Effartio is, effarſi tum, maxime impleo. Ceſar. lib.vij. Hæc autem quę diximus interualla grandibus in fronte ſaxis effarciuntur.

¶ Effata ſũt vltime precatiões augurũ quas poſt fines auſpiciorũ extra vrbẽ ſunt effati, vt Var. & Ser. aiũt effari enim ꝓprie eloqui eſt. Ver. Sic effatus veſtigia p̃ſſit.

✥ Effari tẽpla ab auguribus dicunť cũ fines notantur.

¶ Effaxillo as, ab Axilla fit & ſignificat exero, ꝙ exerto brachio axilla oſtendatur.

¶ Effero pe.cor. effers, extra fero ſed omnino grecũ eſt φέρω φέρεις καὶ μέλλον οἴσω ἐστὶ γὰρ ἀνώμαλον. ✥ .i. fero fers, & futurũ feram, eſt enĩ anomalũ. Verg.li.ij. Me ne efferre pedem genitor. Hĩc efferri cadauer dicitur cũ celebratur funus, vel dũ ſepelitur, quaſi extra domũ ferri Si quidem veteres ſolebãt extra vrbem ſepeliri niſi fuiſſet magiſtatus. Honeſtiores tamẽ circa vias. Vnde frequẽter epitaphia ad viatores dirigũtur. Lucil. Depugnabũt pro te ipſi ac morientur ac ſe vltro efferent. Et efferri dicuntur mala que patiendo vincimus & quaſi tumulamꝰ. Cic.lib.iiij.tuſ. Neq; tã terribilis vlla fandi ratio eſt neq; ſors, neq; ira cœlitũ inuẽtũ malũ quod nõ natura humana patiendo hęc efferat id eſt vincat ſubdat ſepeliat. Interdum efferre eſt prouehere exaltare. Ver. Extulit hęc Decios Narios magnoſq; Camillos. Interdum laudare q̃uis ad idẽ reduci poſſit. Nam cũ dicimus, Effero illius facta, cũ euehimus ab humiliori gradu ad altiorem. Sed hæc per tranſlationẽ. Nam proprie idem alibi. Oſtendit dextrã inſurgẽs Entellus, & alte extulit. id eſt in altũ leuauit. Interdũ proferre, vt apud eundẽ Vt belli ſignum Laurẽti Turnus ab arce extulit. Interdũ eleuare minuereq;, quaſi extra ferre, hoc eſt euacuare. Ci.lib.ij.de ora. Illa autẽ q̃ aut conciliationis cauſa leuiter aut permiſſionis vehemẽter aguntur contrarijs cõmotionibus efferẽda ſunt, vt odio beniuolentiã miſericordia ĩuidia tollať.

¶ Effero as, pe.cor. efferũ, hoc eſt crudelẽ inſtar feræ facio. Sta.li.achi. Et raptũ ſuperis Mars efferat aurũ. Ambro. Efferauerat Herodes vniuerſos. Hier. ĩ Daniele deponẽti vſus eſt cũ inquit. Cũ ap propĩquaſſet prope arietem efferatus eſt in eã. Efferare etiã eſt quod vernacula lingua dicimꝰ In ſaluatichire. Liui.lib.ſecundo. Obſita erat ſqualore veſtis fœdior corporis habitꝰ pallore ac macie perẽpti. Ad hæc prolixa barba capilli efferauerãt ſpeciẽ oris. Lact.lib.tertio. Nã ſi homo ad aſpectũ alterius hominis efferaretur quod facere videmus animãtes quorum natura ſoliuaga eſt, nulla eſſet hominũ ſocietas.

♁ Efferare quoq; ferarum imagines effingere.

¶ Efficio is, penul.cor, perfectionum denotat. Terẽ. in An. Quid eſt quod mea ars efficere hoc poſſit amplius Inde effectus & efficientia.

¶ Efficax dicitur quod ad agendum aliquid vim habet, ac maxime conducit. Hinc efficatia quę eſt vis.

¶ Effingo is, valde fingo. Ex enim auget, vel quaſi naturalia formo, & ad alterĩꝰ formã fingo, & qualem volo fingendo formã repręſento. Quint. Nã mihi videť. M. Tulliꝰ cũ ſe totũ ad imitationẽ gręcorũ contuliſſet, effinxiſſe vi Demoſthenis, copiã Plato. Iucũditatẽ Iſocratis.

¶ Effigies ſignum cum ad viuã alterius ſimilitudinem, vel ad veritatis imaginẽ factum tã in picturis q̃ in ſculpturis. Ponitur & quandoq; pro aſpectu. Dicitur etiam effigia. Plau. in Ru. Veneris effigia hæc quidem eſt.

¶ Effigio as, ad effigiem formo. Auguſt.li.vij. de ciui. dei Quid ſunt idola niſi ꝙ oculos habent, & non videbunt tale de materijs licet a fabro effigiatis tamen vita ſenſuq; carentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autem q̃ non habet aliq̃ formam

¶ Effilatum, vide in dictione Filo.

¶ Efflagito, efflagitas cũ clamore ſeu cũ magna inſtantia flagito. Virgil. ille ſimul fugiẽs Rutulos ſimul increpat omnes nomine quemq; vocans notumq; efflagitat enſem, Quint. ad. Tripho. efflagitaſti quotidiano cõuicio vt libros quos de inſtitutione oratoria ſcripſeram iã emitere inciperem tamen a flama componitur.

¶ Efflictim aduerbiũ ſignificat valde. Plau. in pe. carũ hic adoleſcens alteram efflictim perit.

¶ Efflo as, extraflo, ſpiro, Var.lib.j.de re ruſt. Pręterea ꝙ ab ſole toto die illuſtrať ſalubrior ẽ, ꝙ & beſtiolę ſi q̃ prope naſcuntur aut inferuntur, aut efflantur, aut ariditudine cito pereũt. Inde efflare animã dicimꝰ, Suet. Prius quam efflaret animã pro mortuo deferi iuſſit.

¶ Effloreo es, a quo effloreſco. Vide ĩ dictione defloreo

¶ Effluo, extra, fluo, effundor. Lactan.li.j. Siue igitur a meliſſeo ſicut Didiymus tradidit colẽdorũ deorum ritus effluxit. ¶ Effodio is, pen.ꝑ. extra fodio Plaut. in cur. Eſterquilinio effoſſa tua illic præda eſt.

¶ Effœmino as. pen.cor. ĩ muliebrẽ, mollicię, atq; laſciuiam cõuerto. Salu. Ea quaſi venenis malis ĩbuta corpꝰ

animũ ꝗ virilem effœminat. Cice. li. i. tuſc. Cogitationibus moleſtiſſimis effœminamur. Vñ & effœminati molles & laſciui dicuntur.

¶ Effœta cũ œ diph. accipiť ꝓ ea q̃ fœtũ emittit, vt illud Col. li. viij. Primꝰ effœtę partus amouendus eſt quoniã tyruncula nec recte nutrit. Itẽ ſumitur effœtus pro fœtu q̃ emiſſus eſt. Idẽ lib. nono. Pullos oportet ſingulos, vt quiſq; natus ſit tollere, ſed vno die in cubili ſinere cum matre & aqua ciboq; abſtinere dum omnes excludant. Poſtero die cũ grex fuerit effœtꝰ hoc modo deponatur. Effœta quoq; dicitur quę nõ amplius parit quaſi frequẽti partu laſſata. Pli. Eſt autẽ tanta gallinis fœcũditas, vt aliquę & ſexagena pariãt oua aliquę quotidie, aliquę bis die, & aliquę intãtũ vt effœtę moriantur. Hinc effœtus fœtu deſtitutꝰ eneruatus exhauſtus & laſſatus. A ſimilitudine mulierũ, quas partus debiles reddit. Vergi. Frigentq; effœtæ in corpore vires. Similiter effœtam tellurẽ dicimus vt idem lib. primo Geor. Effœtos cinerẽ immũdum iactare per agros. Vbi Ser. Continua fertilitate lacertos ſicut etiã frequẽti partu effœta dicitur mulier. Colu. in pręfatio. q̃ exiſtimẽt vbertate nimia prioris ęui defatigatũ & effœtum ſolum nequire priſtina begninitate præbere mortalibus alimẽta. Ci. in Cat. Libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti id eſt debile & infirmum quia vacuum viribus & eneruatum.

¶ Effrænus. Vide in dictione frænum.

¶ Effugio is, pe. cor. extra fugio euado, Vnde effugiũ & effugia æ vide in dictione. Fugio.

¶ Effundo is, extra ſpargo. Lacta. li. primo. Nã pręter verborũ licẽtiã quibus obſcœnitas omnis effũdiť. Plau. Totãq; effudit fideliam id eſt ſparſit quicquid in fidelia erat Per trãſlationẽ effũdere ponitur pro cõſumere. Ci. li. ij. of. Multi patrimonia effunderunt incõſulte largiẽdo. Qñq; ꝓ emittere. Vergi. Ruũtq; effuſi carcere currꝰ Qñq; pro proſternere profligare Saluſti. Effuſo ac profligato peditatu paulatim retrocedere cœperunt.

¶ Effutio is, pen. ꝓ. inepte & icõſulto ne loquor euacuo Trãſlatio a vaſe futili, quod patulo ore fundo acuto iuſtabile nihil in ſe cõtineat. Et ipſe futilis diciť qui nihil intra ſe cõtinet, & ſẽper inanis ẽ. Hora. Effutire leues indigna tragœdia verſus. Var. Euax verbũ nihil ſignificat, ſed effutitũ naturaliter eſt. Noniꝰ Effutire exponit ꝓ dicere cũ mẽdacio adducitq; Ciceronẽ lib. v. tuſ. vbi ſic ait. Nec hoc ſic agit, vt ex tẽpore quaſi effutire videatur.

E ANTE G I ET L

EGelaſte oppidum in Hiſpania citeriore vnde ſunt egelaſtani.

¶ Egelidor penultima correp. regelor geluq; diſſoluor. Sidoni Egelidarentur fibræ glaciales.

¶ Egeo, es, egui, alicuius rei neceſſitatẽ habeo, & tã genitiuo q̃ datiuo iũgiť. Plau. in aſi. Quia tui abeũtis egeo. Lactã. lib. quito Tantã eſſe innocẽtiæ vi, vt nõ egeat, nec armis nec viribus. Hic cõponitur Indigeo. Deriuãtur vero egeſtas, paupertas. Egens, egentior, egentiſſimus. Aug. libro primo con. Oppibus egẽtiſſimo.

¶ Egenus penulti. prod. qui aliquid habet & aliquo indiget Pauper qui nihil habet, Inops ſine ope.

✠ Egeſtas paupertas Hãc aiunt herebi & noctis filiã nõ eam quã plurimi arbitrantť. ſ. oportunis carere, quã viri fortes tolerãtia ſuperauere vt ĩ arenis libycis. Cato, ſed eam potiꝰ qua abũdãtes falſo iudicio tracti ſuccumbunt vt auri cuſtos Midas phrigũ rex qui dũ omnia quę tangebat, iuxta votũ verterentur in aurũ, fame peribat.

¶ Egeſtoſus, ab egeſtate formatur ſicut a ſobrio ſobrioſus Cyprianus. Cũ nulla fuerit opportunitas ſcãdali vbi tranſeunter quod peius ẽ egeſtoſam habuerit mãſionẽ.

¶ Egeria, nympha cui ſacrificabant prænantes, ꝙ eam putabant facile fœtum aluo egerere.

¶ Egero, is, pe. cor. ſſi. ſtum, Vide in dictione gero.

✠ Egilops latine Auena diciť ſerpit inter ſegetes cũ folijs tritico ſimilibus, ſimplicibus quidẽ ſed hirſutis.

✠ Egeſta ciuitas in Sicilia quam Aeneas condidit, & ab Aceſtis matre Egeſta, ea denominauit Egeſtam, pręposita litera, ſ, ſegeſta dicta eſt poſtea. Fuit & Egeſta nomẽ mulieris Troianę, quę Aceſtem genuit crinisſo fluuio.

¶ Egregius a, um. excellens, quod ex toto grege eligitur. Et egregius eminẽs & pręſtans. Ter. in An. forma egregia & ætate integra. Hinc contra grãmaticorum regulas. Iuue. Formauit comparatiuum. Egregius cœnat meliuſq; miſerrimus. Sic Lucre. Nam nihil egregiꝰ quã res ſecernere apertas a dubijs. Egregie aduerbiũ excellenter, quamuis etiam vſurpetur pro valde nimis, vt apud Teren. in an. Horum ille nihil egregie pręter cetera ſtudebat.

✤ Egothelę aues ſunt grandiores merulę aſpectu fures nocturni, aliter caprimulgi. Interdiu enĩ viſu carent, ſed cũ diphtongo pingi debet quoniã ex αἰξαιγος componitur quod capram dicit, & θηλη thele mamma.

¶ Egredior, extra gradior exeo. Lactan. li. ſecũdo. Ille vero cũ egreſſꝰ eſſet ex arca. Dicimuſq; egredior tẽplo & tẽplũ id eſt extra gradior tẽplũ. Inde egreſſꝰ & egreſſio

¶ Egurgito as, pe. cor. ſignificat exhaurio. Plau. ĩ Epi. Atq; egurgitem domo prorſus.

¶ Eho, Interiectio eſt ad ſe vocãtis, vel nutꝰ eſt intentionẽ depoſcentis eius in quo vult loqui. Terẽ. in Am. Eho dum ad me. Alias interiectio admirantis, vt apud eundẽ Eho an tu te intellexiſti hoc aſſimularier.

¶ Ei datiuus ab is, ea, id, aliqñ habet qualitatis vi. Teren. in An. Ei ne ego vt aduerſer? hoc eſt tali tam bono. In metro plerũq; monoſylaba dictio ẽ ſicut cui & huic, licet quãdoque etiã duarũ ſyllabarum reperiatur, vbi e, mõ corripitur, modo prodicitur Iuue. Iuuenes hortãtur vt illam Ire viam pergant, & eidẽ imcũbere ſectę Luc. libro ſexto Sclilcet & fluuius qui viſus maximus ei.

¶ Eia modo adhortantis eſt, mõ corripientis, ἑλληνιςὶ εἶα καὶ ῥῆμα ἀπὸ τοῦ εἶω ἐῶ. ✤. Id eſt græce eia & verbum a ſino.

¶ Eijcio is, extra iacio, excludo. Virgi. Nec nõ Tarquinium eiectum Porſenna Iubebat accipere. Quandoque extẽdo Idem Eiectoque incumbit cernuus armo. Eiectum quoq; ꝓ naufrago idem poſuit. Eiectũ littore egẽtem excepi Hic eiectitius a, um, Plinius. Vulua eiecto partu melior q̃ edito. Eiectitia vocatur illa hęc porcaria

✠ Eiurare, eſt extra ius facere, quemadmodum exaugurare extra angurium facere. Vale. lib. ij. ignominioſa cõſulum eiuratione.

✤ Eiulare eſt voce in altum ſublata plorare, a quo eiulatio & eiulatus dicitur ploratus rationis expers, eſt que verbum fictitium. Cc.

¶ Eiuſmodi & eiuſcemodi ꝓnomina ſiue nomina exſe inuicẽ cõpoſita genitiui caſꝰ, oĩbꝰ alijs figurate adiũcta

✠ Elęa ciuitatis nomẽ a qua Elęaticus ſinus dictus ẽ de qua Plin. lib. v. Haud procul Elęa quam in littore dicimus pergamena vocatur.

¶ Elabor pe. pro. extra labor, effugio, eo mõ quo lubricus anguis aut ãguilla manu ꝯpręhẽſa lapſu fugit. Ver. Ecce aũt lapſus Pyrrhi de cęde polytes. Plau. ĩ cap. Ea ſpecies elapſa eſt id eſt effugit. Hiero. in ꝓlogo Iob. Vt ſi velis anguillã aut murenullã ſtrictis tenere manibus quanto fortius preſſeris tãto citius elabiť. Cic. per trãſlationẽ. Hic fratre ſuo cenſore qui proximus ante me fuerat elapſꝰ ẽ, hoc ẽ accuſatorũ veluti p̃ſtãtiũ manꝰ effugit

¶ Elaboro as, Vide in dictione laboro.

✠ Elacatena, genus ſalſamẽti piſcis de quo Col. lib. ix. Scombri, carchari, elecateneq; vẽtriculos, & ne ſingula enumerẽ ſalſamentorũ omnium purgamenta.

¶ Elamitæ pe. pro. dicti ſunt perſarũ prĩcipes ab Elã, filio Sem vt ait Ioſephus.

✠ Elaphebolion dicitur menſis februarius.

¶ Elaphos, pe. corre. latine ceruus. Vnde tragelaphus hircinus ceruus.



¶ Elatus penu. prod. ſublimis, excelſus eminens, ſuperbus ab effero effers.

✠ Elaps ſerpens.

✤ Elaphoboſcos hærba eſt ferulacea geniculata digiti craſſitudine ſemine corymbis dependentibus folijs oliſatri, cõmendata in cibis contra ſerpentium omniũ que aculeatorum ictus. Cc.

¶ Electra teſte Heſiodo nympha oceani & Thetyos filia vxorque Atlantis, cuius filia quędam etiam Electra dicta fuit, quę Ioui Dardanũ peperit dicẽte. Ver. li. viij Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & author Electra graij perhibent Atlantide cretus. Et ſubdit. Electra maximus Atlas Edidit æthereos humero qui ſtuſtinet orbes. alia fuit Electra Horeſtis ſoror.

¶ Electryon, Amphitrionis fratrer & filius Alcęi.

¶ Electrum gummi ſiue lachryma ſuccuſve ex arboribꝰ pinei generis profluens quod a latinis ſuccinũ dicitur, naſcitur vt inquid. Pli. in exoticis ĩſulis ſub metalli ſpecie & gleſſum dicũt barbari Hic electriferas inſulas gleſſarias. Cuiꝰ coloris ſimilitudine puto eã mixturã electrũ dici quę ex parte quadã auri & argẽti cõficitur, dicente Plin. lib. xxxiij. Aurum in quo quinta argenti portio eſt electrum vocatur.

¶ Electridas nõnulli dicũt eſſe ĩ Britãnia arbores Electrũ eminẽtes. Alij dicũt ĩſulas eſſe ĩ mari Adriatico ad quas padꝰ dilabereť, quod falſũ eſſe manifeſtũ eſt. Cc.

¶ Elecmoſyna munꝰ quod Inopi datur, ab ἔλεος quod miſerationem ſignificat. Quod nomen apud gentiles raro legitur cum apud Chriſtianos frequẽtiſſimũ inueniatur. Spartianus de Caracalla, Non tenax in largitionem non lentus in eleemoſynam.

¶ Elegãs pen. cor. nomẽ eſt nõ participiũ ab eligo, vt Cic. lib. de opti. dicẽdi genere inuere videtur cũ inquit. Nã ſi vt in epularũ apparatu magnificentia recedẽs nõ ſe parcũ ſolũ, ſed elegantem videri volet, eliget, quibus vtatur. Sũt enĩ plæreq; aptę huiuſipſius oratoris de quo loquor parſimonię. Eſt igitur elegãs idem quod cultus ornatꝰ politus quaſi q̃ eligere ſciat, aut q̃ ipẽ ſibi ſit eligẽdus Teren. Rẽ elegantẽ narras. Gel. Elegans homo nõ dicebať cũ laude ſed id fere verbũ ad ętatẽ. M. Catonis vitij non laudis fuit. Cato li. de moribus. Auaritiam omnia, vitia habere putabant, ſumptuoſus, cupidus, elegans. vitioſus irritus qui habebatur is laudabatur.

¶ Elegãtia dicta ẽ ꝙ ſit electe & ſeparata a vulgari opinione, & accipiť pro cultu & ornatu, quę tamẽ apud veteres nõ ad ingenij opera ſed dũtaxat ad nimis amœnũ lautũq; cultũ ac victũ applicabatur. Nec ſine vitio erat nunc elegans ſolũ laudãdo dicitur, vt elegãs oratio. Eſt & elegãtia orationis pars quę facit vt vnũ quodq; verbũ pure aperteq; dici videatur. Huius duæ ſunt partes latinitas & explanatio. Latinitas quæ ſermonẽ purũ ſeruat ab omni vitio. Explanatio eſt quę reddit apertã & dilucidã orationẽ. Ea duabus rebus cõparatur. ſ. vt vſitatis verbis vtamur & proprijs. Vſitata ſunt quę verſantur in conſuetudine quotidiana. Propria ſunt quæ eius rei de qua loquimur verba ſunt aut eſſe poſſunt.

¶ Elegia pe. pro. ſiue elegi a miſerabilis vel miſeria, ab ἐλεῶ miſereor ἔλεος miſeria. Vnde elegi verſꝰ, dicti ſũt ꝙ ad fiſtulã luctus cantari ſoliti erãt, aut ꝙ his miſerabiles hominũ ærũnę & amoris quærimoniæ decantantur Romani id genꝰ carminis quod cũ lamẽtatione adcanitur mortuis. Nęniam nũcuparunt. Vnde tractũ vt epitaphia quoq; defunctorũ elegis verſibus ſcribantur. Oui. Flebilis ĩdignos elegeia ſolue capillos. Ab nimis ex vero nũc tibi nomẽ erit. Dicitur elegiũ metrũ & elegia & per diminutionẽ Elegidiõ. Perſius. Nõ ſi qua eligidia crudi dictarũt proceres. Penultima huius nominis elegia a poetis lõga profertur. Mar. Detineat cultis aut elegia comis, Oui. li. de remed. Blanda pharetratos elegia cantet amores Statius vero li. i. ſyluarũ Quas inter multũ petulãs elegia propinquat Huius metri prĩceps fuit Callimachus. Secũdus Philetas. Ab elegus ſit elegiacꝰ a, um, Elegiographus qui elegiam ſcribit.

¶ Eletus dictꝰ eſt ſol ἀπὸ τοῦ ἑλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, hoc eſt ꝙ æterno circa terram meatu volui videatur. Cc.

¶Epaminondas Thebanus vir fuit, honeſto gñe natus, patre Polimno, citharizare & cantare ad chordarũ ſonũ doctus eſt a Dionyſio. Carmia cantare tibijs ab Olympiadoro; Saltare a Calliphrone, i philoſophia pręceptorẽ habuit Lyſiam Pythagoreũ. Hic fuit modeſtus prudens, grauis, peritus belli, fortis manu, adeo maximo adeo veritatis diligẽs, vt ne ioco quidẽ mẽtiretur. Vide Plutarchũ. Hic cũ apd Leuctra Lacedęmonios plaga peſtifera adeo affeciſſet, vt ex eo tẽpore Lacedęmoniorũ opes corruerit & principatũ græcę amiſſũ vltra reparate nequierit, dicere ſolebat orbũ ſe nõ tñ ſiue liberis mori, & ex ſe natã relinquere pugnã Leuctricã. Hic poſt facinora edita extremo tẽpore apd Mãtineã cum acie inſtructa & ducis optimi & militis fortiſſimi officio fungit ſparto agreſti telo percuſſus ictu mortifero, relatuſq; in caſtra ſemianimis reqſiuit a circũſtantib⁹ ſaluus non eſſet clypeus. Cũ ſaluũ eſſe flentes ſui reſpondiſſent allatũ veluti ſociũ laborũ glieq; oſculatus eſt, Iterũ quęſiuit eſſent neſuſi hoſtes? Cũq; id quoq; vt cupiebat audiuiſſet, euellitũ deniq; ſpiculum iuſſit. Ita multo ſanguie pfuſo in lętitia & in victoria mortu⁹ eſt. Cui⁹ morte Thebanorũ vires habetatę ſunt, vt nõ tã illũ amiſiſſe quã cũ illo interiſſe oẽs viderent. Nã ante Epaminõdã Thebani alieno iperio paruerunt, poſt interitũ eiuſdẽ i ſeruitutẽ priſtinã reuoluti ſũt vt manifeſtũ ſit gloriã Thebanã cũ illo natã, & cũ illo extinctã fuiſſe.

¶Epacta ἐπακτὰ qd eſt addo ex ἐπὶ & ἄγω compoſitum.

¶Epagõ, ontis, artemo a noſtris vocat. Trocleęq; id genus eſt q̃ in machinis tertia dicat, qd & Egreta dicit a Victruuio. Idq; vernacula ſiplicitas appellat Arganũ

¶Epanalepſis replicatio, vel repetitio ab ἐπὶ & ἀνά q̃ duo ſimul & re, & iterũ denotant, atq; λῆψις acceptio. Figura quæ fit quãdo vna dictio in principio verſus ſũpta iterũ in fine verſus ponitur. Iuue. Creſcit amor nũmi qtum ipſa pecunia creſcit.

¶Epanaphora latine repetio.

¶Epanados penu. cor. regreſſio ex ἐπὶ & ἀνὰ q̃ retro indicant & ὁδὸς via, quaſi retro poſt viã, vt principat⁹ bonus nõ aũt bon⁹ qui in tyrannidẽ commutat.

¶Eparchia prouincia. Eperchiotes ꝓuincialis. Eparch⁹ pręſes prouincię.

¶Epaphroditus pe. cor. venuſtus iucundus.

✠Epatria vrbs Atticę, quam cũ alijs duodecim ſic digeſſit Cecrops. Cc.

¶Epauxis dici poteſt incrementum.

℥Epaphus Iouis filius qui mẽphim in ægypto cõdidit.

℥Eparges grece candida ſignificatur.

¶Epectaſis pe. cor. dici poteſt porrectio. Figura qua in medio dictionis litera vel ſyllaba iterponitur, vt induperator, pro imperator, ex ἐπὶ ſuper ἐκτείνω extendo.

¶Epentheſis pe. cor. Interpoſitio, ex ἐπὶ & ἐν q̃ dicũt inter, & θέσις poſitio, vt relligio pro religio.

¶Epeus pe. pro. nomen propriũ Endymionis filij & Pęonis fratris, a quo Epee ciuitas in grecia, ἐν ᾗ hic equum ligneũ extruxit quo Troia prodita eſt. Verg. Et ipſe doli fabricator Epeus.

✠Ephębeum ex edra ampliſſima, cum ſedibus, tertia parte longior, q̃ latior. Cc.

¶Epheb⁹ pe. ꝓ. pubes dr ꝙ iã ſit i pube & ad. annos pubertatis peruenit, ex ἐπὶ & ἥβη pubertas. Iuue. Armenius zelotes, cũctis narratur ephebis. Ter. in An. Nam is poſtq̃ exceſſit ex ephebis, Soſia liberius viuẽdi fuit poteſtas, i. poſtq̃ exceſſit ex ea ætate qua puben primo emiſit.

¶Ephebia pubertas dicta eſt, i. pria ętas adoleſcentiæ ꝓ Adoleſcẽtia vero extrema pueritię inquit Do. Cenſorin⁹ ſeparat ephebos ab exephebis, tanq̃ ephebi dicant in. xvj. ætatis anno Exephebi vltra illud tẽpus appellant. Inde Ephebeũ dictũ paleſtre mẽbrũ in quo ephebi exercent, de quo Vict. lib. v. ſic iquit. In duplici porticu collocẽtur hæc mẽbra ephebeũ in medio. Hoc aũt exedta ampliſſia. In li. ij. Mac. Ephebia fœ. gñe dr vbi ſcriptũ eſt. Sup hoc ꝓmittebat & alia talẽta cẽtũ quinquaginta ſi poteſtati eius cõcederetur gymnaſiũ & ephebiã ſibi cõſtituere Et paulo poſt. Etem auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſiũ cõſtituere, & optimos quoſq; epheborũ in lupanaribus iponere, q̃ dicta ab ἐπὶ καὶ ἥβη θεᾶς ἡλικίας ✠. i. eſt ab epi & hebæ dea ætatis.

¶Ephedrõ apud quoſdã herba eſt quã equiſetũ vocãt a ſimilitudine ſetæ equinæ ei pus terræ, hęc curſorum lienes extingit fictili nouo decocta. Cc.

¶Ephegeſis pen. ꝓdu. grece ἐφήγησις latine expoſitio prioris dicti.

✠Ephemeris pen. cor. liber in quo res geſtę pſingulos dies ſcribũtur. Latine acta diurna & diarium dr ἐφημερὶς ἐφήμερος quotidian⁹, ab ἐπὶ & ἡμέρα dies. Mos fuit Romanis vt ſinguli rerũ ſuarum tabulã conficerẽt. Vnde Iuue. accipit pro libro in quo diurnales diuinationes erãt cũ aiũ in cuius manib⁹ ceu pinguia ſuccina tritas cernis ephemeridas. Propertius vero ꝓ libro fœneratoris in quo ſũmas pecunię mutuaticę fęnerateq; pſcribit & ratiũculã ꝓ ſingulos dies expẽſi acceptiq; ſubducit & lucra dãnaq; cõputat. Dicit em̃ me miſerũ his aliqs ratione ſcribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Sene. vocat id gen⁹ librorũ Calendariũ li. de beneficijs. Nemo beneficia in calendario ſcribit. Et alibi Calẽdariũ verſat, ſit ex domino procurator.

¶Ephemerinos febris vnius diei eſt. Amphemeris nos vero quotidiana eſt, & ex humoribus corruptis pręſertim pituita coaleſcit.

¶Ephemeron animal ortum apud Hippanẽ fluuium apud Boſphorum. Ariſto. lib. v. animalium.

¶Epheſ⁹ pe. cor. vrbs ionię ſeu lydię celeberrimo



Dianę templo clara ab Amazonibus condita. Hoc templũ ducẽtis viginti ãnis a tota Aſia factũ fuit in ſola paluſtri ne terræmotus ſentiret. In eo centũ vigintiſeptẽ columnę fuerũt a ſingulis regib⁹ factę ſexaginta pedũ altitudine inter quas triginta ſex cęlatę fuerũt miro artificio. Hęc ciuitas Nauale & portum habuit, & loci opportunitate multũ creuit & maximũ citerioris Aſię emporiũ fuit. Ex Epheſo Heraclitus cognomẽto Scotin⁹ fuit & Hermodot⁹ qui propter excellẽtiã ingenij & doctrinã & quia frugi erat in exiliũ miſſus fuit Hipponax poeta & Parrhaſius pictor, & Apelles, & Alexander orator & Theodotion iudęus qui ſacrã ſcripturã iterptat⁹ eſt.

℥Ephelis pe. pro. Nã ſcribitur ἔφηλις, eſt aſpredo q̃dam cutis mali odoris in facie.

¶Epheſtius latine domeſticus familiaris dicitur.

¶Epheſtris, idis, a græcis dr veſtis quę armatis ſuper induitur.

℥Ephi, eſt menſura trium modorum, de qua fit mentio in ſacris literis.

¶Epheſtiades inſulę quæ a latinis Vulcanię & ęoliæ, ꝙ ęolus Iliacis tẽporibus illic regnauerit. De quibus ſupra in dictione ęolus.

¶Ephippia equorũ ornamẽta ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῷ ἵππῳ græci equũ dicunt, proprie tegmina ſeu ſtragula quib⁹ equi ſternunt, vel ſellę equis ad inſiſtẽdum impoſitę. Cato. Mihi puero modica fuit vna tunica, i. toga ſine faſceis calciamẽti equ⁹ ſine ephippio. Hinc eqtes Ephippiati q̃ ephippia habent in equis. Cęſar. Nõ eorũ morib⁹ turpi⁹, aut inerti⁹ habetur q̃ ephippijs vti, itaq; ad quẽuis numerũ ephippiatorũ quis pauci adire audẽt. Equi ſine ephippijs deſultorij dicũtur, ꝙ ex his deſiliãt. Et equi ephippiarij, quibus ſellæ imponuntur propter molliorẽ vecturã. Generaliter autẽ oĩa quę mulis equis aſinis ue inſternunt, ſtrata dixere, & equos ſtratos ac iſtratos eis ornatos. Vide in dictione Srata.

¶Ephialtes a noſtris dicitur incubus.

¶Ephira, ę, ſeu Ephire, es, pe. cor. Vrbs Achaię quæ nũc Corinth⁹ dr. Luc. lib. vj. Aut Pelopis latinis ephiren erumpere regnis. Sic dicta ab ephyra Oceani filia. Hic Ephereus a, um. Prop. Nõ ita cõplebant ephireæ laidos ędes Luc. lib. vj. Inſedit caſtris ephireaq; mœnia ſeruat. Nã Ver. Ephireia, ęra pro Corinthijs dixit li. ij. Georgicorum.

¶Ephyrę, arũ nomẽ vrbiũ in Theſſalia Epiro Teſ. ptis ętolis & Peredis, a quibus Ephyri populi vocantur.

¶Ephod dictio hebręa, qua ſignificatur ſuphumerale põtificis veſtimentum.

¶Ephodius, ſiue ephodion, viaticũ, & quandoq; ſumitur pro apparatu. quaſi ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. i. in via.

¶Ephorus, pe, cor, nomẽ ꝓpriũ hiſtorici Cumani viri & latine ſuperiſpector pręſes pfectus epiſcop⁹ ab ἐπὶ & ὁρῶ aſpicio. Quo vocabulo. Cicero vtitur ꝓ quodã magiſtratu Lacedęmoniorũ. Erant ei ephori tales apd Lacedęmonios quales apd Romanos tribuni plębis, quia Theopompo ſic oppoſiti regibus ſunt vt apd Romãos cõſulibus tribunũ. Satis cõſtat ad ephoris reges eiectos alios fugiſſe, alios interemptos. Oli ꝓ miniſtris regum fuerũt, paulatim deide omnẽ potentiã in ſe trãſferẽtes ad id licentiæ puenerũt, vt ſenſim a rege magiſtratũ ꝓpriũ cõſtituerint noĩe Ephoram Ephoria tutella.

¶Epi prępoſitio grecą, q̃ nõq; ad, nõq; in, nõq; aduerſus vel contra, quãdoq; ſupra ſignificat.

¶Epialos gen⁹ febris eſt ex pituita frigida, ſed vitrea putrefactaq; nomẽ dedit ei placida pellacia põti ſubdola quã greci γαλήνης ἠπιότητα qm agitatũ ex tranquillo difficillimũ efficit, vel ἀπὸ τοῦ ἠπίου ἐλαύνειν quia blande ac modice calefaciat.

¶Epibatę ſunt bellatores in re nautica. Hirci⁹ i cõmẽ. belli Alexandrini. Capta eſt vna hoſtiũ quadriremis, depreſſa eſt altera, alteraq; ꝑturbata deide oẽs epibatis nudatę. Idẽ in cõ. belli Aphrici. Remigũ partem ex claſſe Gallorũ Rhodiorũ epibatarũ armata ἐπιβάτης tñ ꝓprie aſceſor dr, ἀπὸ τοῦ ῥήματος βαίνω a verbo vado.

¶Epibathra, æ, pe. pro. ſcala nautica.

✠Epidœdiũ carmen eſt, qd in laudẽ defuncti ante cadauer ſepultũ cani ſolet, aliter nenia vł monodia dictũ Cc

¶Epicharida, pe. cor. genus naiculę.

¶Epicheremata argumẽtatiões ſunt, quę nõnulli rationes appellauerũt Cic. raticionatiua. Hiero. ad Auguſt. Ego ſimpliciter fateor dignationi tuę licet ſtil⁹ & ἐπιχειρήματα tua mihi videntur, tñ nõ temere exemplaribus literarum credendum putaui.

¶Epicluſis vas quo i cõuiuijs veteres vti ſolebãt. Cc.

¶Epicœnũ latine ſub cõmune ꝓmiſcuũ, ex ἐπὶ καὶ κοινὸν qd eſt cõmune. Intereſt autẽ inter genus cõmune & epicenon; ꝙ in gñe communi & hoies ſunt & pecora, i epicœno pecora tantũ. Et in gñe cõmunia ambo articuli ſunt, hic & hæc cum nomine communicãtes, vt hic & hæc canis. Epicœnon autẽ cũ articulo vno maſculo cõmunicat fœmininũ, vt hic paſſer ſub quo intelligit, fœmina. Et ſub neutro intelligitur fœmina, vt hoc pecus vt Vergilius. Lenta ſalix fœto pecori. i. grauido.

¶Epicarmus nomẽ philoſophi Siculi eruditiõe pcelſętis & acumine ingenij prędití. Cuius mentionẽ facit. Cicero li. Tuſculana. q. Suidas ἐπίχαρμος Τιτύρου ἢ χειμάρρου καὶ σικελὸς συρακούσιος ὃς εὗρε τὴν κωμῳδίαν καὶ τάλαντα ✠Id eſt Epicarmus Tytiri vel Chimari filius & Siculus Syracuſanus q inuenit comœdiã & reliqua. Suidas. σικελὸς legit puto ſaluo meliori iudicio σικιλος legẽdum eſſe, & Siculus dici debere.

¶Epicurus pe. ꝓ. nomẽ philoſophi voluptarij. A quo dicta eſt ſecta Epicureorũ qui ſummũ bonũ in voluptate collocãt. De qbus Sidonius. Aſt Epicureos illuminat vndiq; virtus. Hic fuit Athenięſis pago Gargetius hortorũ magiſter. Vnde a Papinio in ſyluis dr. Mallet deſerto ſenior gargetius horto. ℥Hic Neoclis Athenięſis filius maieſtati deorũ detrahere conat nec aliquid fieri aſſerit, ac ſe vniuerſum ſic ſe habuiſſe, neq; aliud noui fieri pter id, qd tẽpore infinito iã factũ eſt, corpuſq; eſſe vniuerſum nõ ſolũ immutabile verũetiã infinitum finẽ bonorum voluptatẽ ſtatuit, ſcribitur grece cũ ο υ, dipthõgon, ἐπικοῦρος ἀπὸ τοῦ ἐπικουρεῖν. i. auxiliari.

✠Epichriſta apud Galenũ in eũdem fere vſum accipitur quo circũlitiões quas Diaſco. περίχρισμα appellauit a circũlinẽdo qd eſt expolire. Nam & in pictura circũlitionẽ vocat ipſe cũ operibus iam perfectis manus quędam ſalutatrix admouetur vltima.

℥Epicheia latine æquitas dicitur.

¶Epictet⁹ pe. ꝓ. nomẽ philoſophi ſtoici, qui ex Hieropoli Phrygię vrbe originẽ ducẽs, Romę Epaphrodito cuidã Neronis familiari ſeruiuit. Atq; ad marcei vſq; Antonini tẽpora puenit. Domitiano aũt imperãte eius dñatu offenſus, Roma Hieropolim migrauit, rat⁹ verũ eſſe, qd eſt tragicũ, patriã eſſe cuiuſq; vbi quis recte ageret. Tãta vero apd oẽs hoies eius vitę admiratio extitit vt Lucan⁹, Epicteti lucernã fictilẽ, tribus drachmarum millib⁹, ob eius auctoritatẽ veniſſe tradat. Hic Enchiridiõ ſcripſit, op⁹ vtile, qd angel⁹ Polit. nup latinũ fecit

¶Epicrocõ pe. cor. genus veſtimẽti croceo colore inſectum cuius meminit Varro.

℥Epichiſis vaſis genus ab epicheo qd ſignificat infundo ergo infundibulũ a nobis eſt dictum.

℥Epicnomus, recognitor. Nam epicnoſis recognitio dicitur.

¶Epidãmus ciuitas epiri ab epidãtio rege Barbatorũ. Sed Romani eo Coloniã deducentes, vt inqt Pli, dyrrachiũ dicere maluerũt ꝓpter iauſpicatũ nomẽ Epidãmi, tanq̃ a dãno dicat Epidamnũ, ad qd alluſit Plau. i Me. cũ ait. Ne mihi dãno in Epidamno duas, tanq̃ nomen inditum eſt Epidãno ꝙ illuc nemo ſine dãno diuertat. De hac Luca. li. x. Ad cãpos Epidãne tuos. Appianus ſic habet. Epidam⁹ rex vrbẽ cõdidit quę ab ipſo nomẽ

aſſumpſit. Huiꝰ ex filia nepos Dyrrhachus portum vbi adiecit, qđ dyrrachum appellatur.

¶ Epiſdaphne duę dictiones, quaſi ad daphnē. Locus in ſyria de quo Stra. In Seleucide Syrię q̃tuor inſignia ſunt oppida, ob id & tetrapolis dicta regio Antiochia Epidafne cognominata. Eſt autē Dapne Anthiocenſibꝰ vicinū & amœnitate inclitū nomē octoginta ſtadiorū ambitu quo loco Anthiocenſiū conuentus agitabaꝛ, dictū a Daphne Ladonis filia. Iul. Capi. Vetus poſtea q̃ in Syriam venit in delitijs apđ Antiochiā & Daphnē vixit. Ammianꝰ Tūc apđ Daphnem amœnum illud & ambitioſum Antiochię ſuburbanum.

¶ Epidaurꝰ ciuitas in Peloponeſo, vt Ptol. inquit, a Strabone Epidaura dicta. Pli. Epidaurū oppidū Aeſculapij tēplo celeberrimū. Hoc etiā noīe dicta fuit inſula iuxta Dalmatiā in Illyrico mari ſita. De qua Luca. li. ij. Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.

¶ Epidromes dicuntur funes q̃bus rętia tenduntꝛ circa ſummā & imam partem ꝙ in his rętia diſcurrant ἐπὶ ei ſignificat ſupra δρομῶ curro. Quidam accipiūt ꝓ annulis quibus cortina chordę impenditur.

♁ Alij Epidromon vocant velum qđ in puppi panditꝛ, quod nautę mezanam vocāt. Sūt. n. tria gn̄a velorum. Dolon Acation epidromon.

♁ Epidicticon dr̃ demonſtratiuū. Nam ἐπιδείκνυμι oſtēdo ac demonſtro ſignificat.

✣ Epię numero multitudinis tantū oppidū eſt Achaię ide Epij populi quibuſcūq; bellum geſſit Neſtor adhuc iuuenis poſtea Helij dicti ſunt Cc.

¶ Eigamia, ę, cōnubiū, affinitas cum alijs gentibus.

¶ Epigenes nomē philoſophi Byzantini.

¶ Epigoni dicti ſunt authores ſecūdi belli Thebanni q̃ſi fœtus illorū qui primū confecerant bellū, gręce em̄ ἐπὶ γονὴ fœtus appellaꝛ, & qui poſt gignitꝛ. Inde Epirides tragicꝰ tragœdiā hoc argumēto cōpoſitā epigonos inſcripſit quæ agi expoſcebat voce magna ſcęnicorū & ſonora. Ob hoc dixit Ci. libro. j. offi. ꝙ Hiſtriones voce fractiagūt Epigonos Medeāq;. Errāt qui exiſtimant. Epigonos apđ Strabonē eſſe populos, a quibus fabulæ nomē inditū ſit quū Epigoni dicti ſunt generali vocabulo oēs illi q ex diuerſis populi cōflati, ſecundū bellū Thebanū duce alcmeone confecerūt, quaſi poſt geniti & filij illorū, q in primo bello ad Thebas mortē oppeti erant. Nā ex Statij lectiōe cōſtat bellū Thebanū, & nomina ducū, q in eo bello occubuerūt. Quorū filij vt mortem parentū vlciſcereꝛ cōmunia cōtra Thebanos iterū arma mouerūt, qui acceperāt reſpōſum ab Apolline eā ſe ciuitatē expugnaturos ſi Alcimeonē Amphiarai filiū imperatorē rei bellicę feciſſent. Igitur Aclmeō exercitu ex grecis collecto cōtra thebas duxit copias acerrimeq; cōmiſſa pugna potitꝰ eſt victoria, & Thebę captę ac dirutę ſunt. Epigoni etiā dicti ſūt ſucceſſores Macedonū, veteranorū qui ſub Alexādro magno ex Aſiaticis fœminis ſobolē ſuſceperūt. Quę ſoboles vt hiſtorici memorant nomē habuit Epigoni, qui ī caſtris nati ī armis educati, a paruuula ętate periculis exercitati, laboribus durati prorſus inuicti extiterūt.

¶ Epigrāma, tis ſeu epigrammatū, ati dr̃ inſcriptio vel ſuperſcriptio, ab ἐπὶ ſup γράμμα lr̃a, vel ſcriptio. Hic epigrammatarius & epigrammatiſta pro eo qui epigrāmata componit.

¶ Epigraphe. pe. cor. titulus, inſcriptio, cenſus. i. dinumeratio ciuiū, luſtrum.

¶ Epigryphus, pe. cor. dr̃ qui habet aduncum naſum.

¶ Epigloſſis, ſeu epiglottis fiſtula exterior eſt. Quo etiā vocabulo dr̃ eius fiſtulę ſuperior pars, qua cibus potuſq; ferūtur. Totaq; curculus vocatur.

¶ Epilepſia pen. pro. latine correptio ſeu apprehenſio dicitꝛ. Morbꝰ eſt ſic dictꝰ ꝙ mentē apprehendēs, corpꝰ pariter poſſideat ex melancholico humore. Cōtrahuntꝛ ei nerui ex hoc morbo. Dicitꝛ & morbus caducus, vulgꝰ appellat lunaticū. Idē Comitalis appellatur eo ꝙ ſi cui q̃ in comitijs contigiſſe deprehenſū fuiſſet, dimittebantur comitia. Sunt etiam huius morbi alia noīa, de q̃bus in dictione Comitialis.

¶ Epilepticus, qui ex Epilepſia laborat.

✣ Epilima vnguenti genus viliſſimum quo paſſim vtebantur. Cc.

¶ Epilogus pe. cor. latine cōcluſio. Nā q̃s nō cōcluſiones dicimꝰ, gręci epilogos appellāt ab ἐπὶ q̃ dimunutionē hic denotat. & λόγος ſermo. Epilogus eſt ps nouiſſima orationis, quā quidā cumulū, quidā ꝑ orationem vocant. Rhetorici tripititum epilogū faciunt conſtantē ex numeratione, amplificatione, & cōmiſeratiōe. Per enumerationē fit rerū repetitio, quę gręce dr̃ anacephaleoſis, i. recapitulatio. Per amplificationē concitantꝛ animi auditorum. Per commiſerationem flectuntur ad miſericordiā.

¶ Epilogiſmus cogitatio, Computatio.

¶ Epimachus pen. cor. nomen ꝓprium viri, & latine facilis expugnatu dicitur.

¶ Epimenides pe. cor. nomē philoſophi Cretēſis cōtēporanei Pythagorę qui multa & verſu & proſa ſcripſit vixitque annis. clxxix. vel ſecundum aliquos. ccxciiij. Vide Laertiū.

¶ Epimelas q̃ colorē nigrantē habet ī cādida gēma Cc

¶ Epimendiū, vt Pli. ſcribit eſt tertiū bulbi genus cibis gratum anguſtius folio minuſq; aſpero.

¶ Epimone pe. co. latine pſeuerātia. Figura quādo ad maiorem certitudinē in eadē dictione pſeueraꝛ vt apud Verg. Sic ſic iuuat ire ſub vmbras. Hęc etiam epizeuſis vocatur.

♁ Epinyctides, puſtulę minutę ſeu vari dicti a nocte ī q̃ max ſe ꝓueniūt. Iul. pol. Epinyctis puſtula ſubliuida modice humeſcēs & plena ſanguis in tibijs & pedibus.

¶ Epicinia, orū, gręci vocāt p̄miū & celebritates ꝓpta victoria ἐπινίκιος ἐπὶ καὶ νικάω ὅθεν παράγεται καὶ νικοτίλος. Victorialis. Hieronimus. lib. ſecundo. Mach. Et cū epinicia agerēt in Hieroſolimis, id eſt ſolēnitates de victorijs. Suet. vero accipit pro carminibus ac laudationibus cōpoſitis cū in Nero. ſcribit Sequēti die lętū inter lętos cantatuiū epinicia quæ iā nūc ſibi componi oporteret.

✣ Epipedō a latinis planū ſiue ſupficies dicitur. Cc.

¶ Epiphania gręce, apparitio ſeu manifeſtatio latine dr̃ φαινῶ enim manifeſto. Hiero. Dies epiphaniorū gręco ſermone ſic vocatur. Quod em̄ apud nos apparitionē vel oſtentionē dicimus, gręci epiphaniā vocant Hoc aūt ideo quia dn̄s noſter hodie ſaluator apparuit in tenebris Licet enim olim natꝰ eſſet ex Maria, & trigīta annorū expleſſet ętatem, tn̄ ignorabatur a mundo eo tp̄e cognitꝰ eſt quo ad Ioānē vt Batizatureꝛ aduenit & vox de cælo p̄ris intonantis audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui. Quē pater de cœliis mōſtrauerat voce, hunc ſpiritus ſanctꝰ verſꝰ ī columbam, & ſuper caput illius ſedens tactu quoque ipſo voluit demonſtrare, ne quis aliꝰ dei filius putareꝛ ex populo. Epiphania quoq; vocatur cū latitudo menſuraꝛ cū longitudine. Vide in dictiōe Grame.

¶ Epiphanes pe. ꝓ. latine illuſtris, ἐπὶ ſuper φανός clarus. Vnde Anthiochus ephiphanes. i. illuſtris qui fuit crudeliſſimus omnium tyrannorum.

✣ Epiphonema figura diffinitur rei narratę vel prolatę ſūma acclamatio, ex prępoſitione ἐπὶ qđ aliqn̄ ex ęgnificat, & φώνημα ſignante clamorem. Cc.

¶ Epiphora pe. cor. morbus oculorū, quē vulgo lachrymā vocant, cū deſcenſus humoris oculos angit, ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc eſt ab inferēdo. Pli. Caro peponū epiphoris oculorū & doloribus prodeſt. Columel. lib. ſeptimo, de magudari. Eadē radix cōtuſa, & cū oleo lētiſci iūcta vitiū expurgat, ephiphorā ſupprimit, polenta cōſperſa mulſa aqua. Dicitur & de alijs membris. Plinius. Teſtiū vero epiphoris cū ramis laureæ tenerę adeo peculiaris



✣ Epiploele dr̃ omenti in ſcortū deſcenſus quem noſtri cōmuni nomine Herniam vocant. Cc.

✣ Eplexia ſiue Apoplexia dr̃ ſubita ꝑcuſſio πλήττειν ei ꝑcutere eſt. Cc. Stupor. mente. corporeq;. languor & aduerſitas. a verbo ἀποπλήττω, i. ꝑcutio quia qui hunc languorem patiuntur attoniti & immobiles ſtant ac ſi graui ictu ferirentur.

¶ Epithediū rheda, cōpoſitū nomē eſt gręco & gallico ἐπὶ & rheda gallicū. latini epirhediū dixerūt. Iuue. Tritoq; trahunt epirhedia collo.

¶ Epireus pe. ꝓd. Continens dr̃ hoc eſt firma terra regio quæ Moloſſa dicta eſt, & a Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc vero Albania vocatur. Terminaꝛ Epirꝰ a ſeptentrione Macedonia, ab oriente Achaia, ab occidente Ionico epirota, qui eſt ex Epiro.

¶ Epirotica mala dicuntur orbiculata a figura orbis in rotunditatem circunacti. Cc.

¶ Epiodiū ſeu epicœdiū canticū quod dicitur cadaueri nōdum ſepulto alio noīe Næuia dicitꝛ, ex ἐπὶ ſup & ᾠδὴ canticum.

♁ Epiſcopus pe. cor. gręcū, inde ductū, ꝙ ille qui preficitur ſupintendit, curā eorū gerens ἐπὶ ſup σκοπός intentio ſpeculatio cōſideratio. Nā ideo altior locus poſitus eſt epiſcopis, vt ipſi ſuperintēdāt & tanq̃ cuſtodiāt populum ergo ἐπισκοπεῖν, latine ſuperintendere poſſumus dicere, vt intelligat, nō ſeipſum, qui pręeſſe dilexerit, non prodeſſe. Apud latinos dr̃ inſpector, ſpeculator, cuſtos, conſultatorq;, & vltor, ac propoſiti compos, & apđ Homerū eodē epiſcopū eſſe nomine regēq; appellatū eſſe nouimus ſcribit ſe per epiſcopū a pompeio deſtinatum eſſe orę campanę, & marritimę in principio ciuilis belli. i. exploratorem ſpeculatorēq;, & ꝓprie dicitur, q pręeſt pani cęteriſq; venalibus rebus ciuitatibꝰ, ob quotidianum victum neceſſarijs epiſcopis dicitur.

¶ Epiſcopiū ſubiunctiuū epiſcopi habitatio dicitur.

♁ Epiſcopatꝰ, us, ipſius epiſcopi officium dignitaſue.

♁ Epiſcopaliter, ſignificat intente. Aug. lib. v. cō. Suſcepit me paterne ille homo dei & peregrinationem meā ſatis epiſcopaliter dilexit.

♁ Epiſcopius, a, um, ponitur ꝓ exploratorio. Cic. ad atticum cōſcendi in phaſelum epiſco piā, id eſt nauem exploratoriam.

♁ Epiſpaſtica medicamenta quę ꝑtinent ad vlcus purgandum, puſq; extrahendum.

¶ Epiſtola ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν quod eſt mittere, quia ad abſentes mittitꝛ. Hinc epiſtolę quod ad epiſtolā ꝑtinet Hiero. Neq; ei epiſtolaris anguſtia euagari lōgiꝰ patiebaꝛ. Libaniꝰ aūt in libello epiſtolādi ἄριστα δ᾽ ἄν τις συνθείη ἐπιστολὰς εἰ γνοίη τί ἐστι ἐπιστολή, καὶ τί λέγειν ἐν αὐτῇ θέμις ἢ εἰς πόσα προσηγορίας διαιρεῖται. ἐπιστολὴ μὲν ὁ ὑμεῖν ὁμιλία ἐγγράμματος ἀπόντος πρὸς ἀπόντα γινομένη καὶ χρείῃ σκοπὸν ἐκπληροῦσα ἐρεῖ δ᾽ ἐν αὐτῇ ὥσπερ παρόντι πρὸς ἀπόντα. διαιρεῖται δ᾽ εἰς συχνάς τε καὶ παμπόλλας προσηγορίας.

✣ Id eſt Optime quis poſſet mittere ſi noſcat quid ep̄l'a eſt & quid fas eſt in ipſa dicere aut in quod ſalutationes diuidaꝛ, epiſtola em̄ literata locutio eſt, abſentis ad abſentē facta, intentionem explens. Loquitꝛ quis in ea vt pręſenti ad abſentem.

¶ Epiſtolium parua epiſtola Catul. Conſcriptum hoc lachrymis mittis epiſtolium.

¶ Epiſtylium capitellum, quod ſup columnā ponitur.

¶ Epiſtrates græce dicitur qui a nobis Villicus procuratorq; ac prępoſitus rei faciendę vocatur.

¶ Epiſtomiū dicitur in fontibus manu fabrefactis in q̄bꝰ ſunt fiſtulę plures aquam tranſmittētes. Sene. ad Lucil. Niſi aquā argētea epiſtomia effuderint. & adhuc plębeias fiſtulas loquor. Varro lib. iij. de re ruſt. Cū & aqua callida & frigida ex orbe ligneo mēſaq; quā dixi in primis radijs eſſe epiſtomijs verſis ad vnūquēq; factum ſic vt fluat in conuiuam.

¶ Epiſchidion apud Vict. accipitur pro cuneo.

¶ Epiſynalipha conglutinatio duarū ſyllabarū in vnam qđ in diphthongo, & ſyneręſi fieri contingit. Nam συναλοιφὴ coniunctio dicitur.

¶ Epitaphiū latine ſupra ſepulchrū τάφος ei ſepulchrū & ſumitur pro laude poſt ſepulturā, eſt em̄ elogiū quod in ſepulchris marmoreis inciſum videmꝰ cōpleta ſepultura. Accipitꝛ & pro titulo & pro oratione funebri.

¶ Epitalamiū ſacer hymnus qui in ſponſalibus canitur

¶ Epitheſis pe. cor. impoſitio impoſtura aggreſſus

¶ Epithetes moleſtus, impoſtor, fraudator.

¶ Epitheton. pe. cor. a Quint. dicitur appoſitū ab alijs adiectiuū, ab ἐπὶ qđ ſignificat in & τίθημι quaſi impoſitū Epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur. Diſcretiōis vt Phrygię molimur montibus idę. Proprietatis, vt terribili impexum ſetaq; & dentibus atris. Ornatus, vt Alma venus.

¶ Epitome, es, pe. pro. breuiariū vel inciſio dicitur & cōpendiō, ab ἐπὶ ſuper & τομὴ inciſio vel interfectum.

¶ Epitogiū genus pallij, qđ ſupra togam ferebaꝛ. Compoſitum nomen ex gręco & latino.

¶ Epithima pe. pro. dici poteſt ſup impoſitum, operculū θῆμα poſitū, dicitur quicquid alicui rei īponitꝛ ex quo & medicamenta quę ad refrigerandū componitur, epithimata ſeu epithemata dicuntur.

¶ Epithimia, ę, cū accentu in pe. latine dicitur cōcupiſcentio deſiderium vaporatio ſacrorum.

¶ Epityrū genus edulij ſeu caſei ſiculi. Fit enim ab ἐπὶ & τυρὸς caſeꝰ, epithyrū etiā ſiue pithyrū dicitur a cōfracta oliua q̃ græce dr̃ πιθύρις. Vnde apud Col. epithyrum conditurам oliuarum legimus.

♁ Epitragus penul. cor. genus piſcis ab hirci ſterilitate ſic appellatum.

♁ Epitrope, pe. cor. latine procuratio & tutela, epitropas Procurator.

¶ Epitrapezia dn̄r gn̄aliter menſis apta, q̃ ſunt vaſcula & potoria & eſcaria, ab ἐπὶ & trapeza menſa.

¶ Epitritus pen. cor. pes ex quatuor ſyllabis conſtans quarū vna ſemp ab alijs tribus diſcrepat. Primus cōſtat ex iambo & ſpōdeo. i. ex prima breui & tribus lōgis vt ſacerdotes. Secundus ex trocheo & ſpōdeo, id eſt ex ſecūda breui alijs longis, vt conditores. Tertiꝰ ex ſpōdeo & iābo, id eſt tertia breui alijs lōgis. vt hęreditas. Quartꝰ ex ſpondeo & troceheo, id eſt ex quarta breui, cæteris longis, vt Cæleſtinus.

✣ Epitritus numerꝰ dr̃ qui continet totū aliquē numerū & eius partem tertiam, vt quatuor ad tres. Cc.

¶ Epitrocaſmos verborū ſuper ſe inuicem effuſſio vel ſupermenſio, quę fit aduerſarij turbandi cauſa.

¶ Epizeuſis combinatio. Figura cū dictio ī verſu abſq; medio aliarū cōbinaꝛ. Verg. Meme adſum qui feci.

♁ Epopteia ἐπόπτεια latine dr̃ īſpectio meditatio q; in q̃ voce poſſis & ſpectacula accipere qn̄quidē ipſas ſpeculas gręci ἐπωπάς & ἐπωπίδας, vocant, ab epoptia ſiue a verbo ἐποπτεύειν ſpeculor. Dicunꝛ etiā epoptę īter mixtas ephori quoq; dicti, qm̄ poſt annū quē imitari eſſent admittereꝛ ad ſpectandum ſacra. Inde ἐπόπτης ſpectator.

♁ Epporrhedicæ, a gallis dicunꝛ, boni equorū domitores, vnde vrbi ephorhedię inditū nomē.

✣ Epops auicula ſordidiſſima eſt eaq; criſtata, quam ſoni fictione. Vpupam nominamus. Cc.

✣ Epoptidon dicitur liber ſpectaculorū. Cc.

¶ Epos carmen heroicū diuinarū rerum & heroicarum humanarūq; cōprehenſio. Martialis. Scribamus epodos cœpiſti ſcribere ceſſi. Aemula ne ſtarent carmīa noſtra tui Cōpoſitū cum ᾠδὴ qui eſt cantus apud nos dicitꝛ epodus quaſi carminis cantus, & inde epodiō diminutiuū, id eſt paruū carmē, qđ a lyricis clauſula breuis dicitꝛ quaſi præciſos verſus integris ſubijciat, vt apud Hora. Beatus qui procul negotijs. Deinde ſequitur p̄ciſus, vt priſca gens mortaliū, & ſic deinceps alterni quibꝰ aliq̄ pars deeſt, & ſunt ipſis pręcedentibus ſimiles.

¶ Epulę ab opulentia, ſiue ab edendo q̃ſi edipulę, ſunt cibi miniſterio hoĩm in noſtrum vſum comparati. Epulũ vero ſignificat ſolẽniores & ꝓprie publicũ cõuiuium in propatulo ciuibus exhibitũ, ſiue in dedicationẽ templi ſiue in triumpho, ſiue in funere, ſiue ludorũ cauſa, q̃le ĩperatores apud Romanos, & quale factũ eſſe cõſtat a pluribus qui teſtamẽto legauerũt epulũ quotãnis adſe pulchrũ roſis & varijs reſperſum odoribus pro hęreditatũ facultatibus exhibendum. Iuuena. Vnde epulũ poſſis centum datur pythagoręis. Sed cõfunduntur q̃nq;. Nã epulũ pro priuato cõuiuio inuenitur, & epulæ pro conuiuio incõmuni. Ci. pro L. Plan. Sepulchrũ L. Cantilinę floribus ornatum hominũ audaciſſimorũ ac domeſticorũ hoſtiũ conuentu epulíſq; celebratum eſt.

✥ Epulam quoq; in ſingulari veteres dixerunt. Cc.

¶ Epulari eſt in cõuiuio eſſe, ſeu cõuiuari. Liu. li. xxv. Vulgo apertis ianuis in propatulo epulati ſunt. Cõſtruitur quãdoq; cũ actõ quaſi pro comedo. Amb. Nõſtatim inquit epulamur omnia neq; potamus.

¶ Epulones dicti ſunt conuiuę, vnde & coepulones q ſimul epulantur, Itẽ epulones dicebantur quos põtifices ꝓpter ſacrificiorũ multitudinẽ eſſe voluerũt vt ludorum epulare ſacrificium conficerent. Author eſt Cic. li. iiij. de orat. Hi epulas Ioui cęteriſq; dijs inſtituendi poteſtatẽ habebãt Vñ Aug. lib. de ci. dei, aſſerit epulones ꝑpetuos fuiſſe q ad aureã Iouis menſam ſtatuæ appoſitam ꝑpetui erant conuiuæ, vt minorum potius & pariſitorum conturbernia, q̃ dei ſacra celebrarentur.

♉ Coepulonus dr̃ a Plau. in perſa. conuictor & hiſdem epulis veſcens. Ait, eñ. O mi Iuppiter terreſtris & Coepulonus.

¶ Epulare qđ ad epulas ꝑtinet, vt epulare ſacrificiũ, epularis ſermo, q ĩcõuiuio fit. Apul. Iã illatis luminibꝰ epularis ꝑcrebuit ſermo: epulares etiã vocabant̃ qui in ſacris epulabantur. Var. Dũ epulares nocte epularentur.

¶ Epulatorius a, um, qđ aptũ eſt vt in epulis comedat̃. Am. ad Simplic. Bona opera epulatoria dicimus q̃ ſunt eſui, & paulo poſt, epulatoria & refectoria requies ĩ deo quę facit tranquillitatem.

## E ANTE Q

EQuꝰ aĩal quadrupes qui & caballus, ab ęqualitate dictus, detracta prima litera quę diphthongũ faciebat, quia pares eligebãtur qui bigis, quadrigiſq; iũgerentur, equorum alij gradarij, qui molli gradu, & ſine ſuccuſſura incedunt. Contra ſuccuſſores ſeſſorẽ frequenter inquietant. Alij dicuntur Veredi ĩ curſu velociſſimi quibus maioreres vſi ſunt in venatione.

Eques ge. com. ſignificat hominẽ inſidentem equo. Vnde equites a peditibus diſtinguntur. Verg. lib. viij. Interea ꝑmiſſi equites ex vrbe latina. Sumit̃ q̃nq; ꝓ ipſo equo Idẽ. Dorſoq; equitem docu ere ſub armis Inſultare ſolo & greſſꝰ glomerare ſuperbos, & eques dicit̃ qui eq̃ſtrem dignitatem adeptus eſt.

¶ Equeſter ab eques fit, ſicut a pedes pedeſter. Vñ pedeſtres & equeſtres copię, ęqueſtrẽ vero ordinẽ, mediũ fuiſſe conſtat iter patritios & plębẽ. Hi olim ſub Romulo regibuſq; celeres dicebantur a Celere Remi interfectore, deĩde a flectendis animis qm̃ iudices erant, ſiue potius a flectendis equis. Flexamines vocitati, poſtea Troſſulia troſſulo oppido Thuſcię, quod id ſine vllo peditum adiumento equites cępiſſent.

¶ Equeſtre ęs, dictum eſt quod equiti dabatur.

¶ Equeſtria loca erant in quibus ſedebant equites. Seneca li. vij. de benefi. equeſtria omniũ equitũ Romanorũ ſunt & iterum. Sed cum in theatrũ veni ſi plena ſunt equeſtria &c. Sic popularia dicebant̃ vbi plæbs ipſa in theatro ſedebat Suet. in Domi. & quia pars maior intra popularia deciderat quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtres ac ſenatorij ordinis ꝓnunciauit.

♉ Equiſeſſor, qui ambulat pedibꝰ equinis. i. qui equitat, ſicut q in lectica geſtat̃ ambulat pedibꝰ lecticariorum.

¶ Equito as, dr̃ de homine equo inſidente, & de equo. Lucil. de equo. Nẽpe hunc currere equũ nos atq; eq̃tare videmus. Huius cõpoſita ſũt Adequito, quod eſt iuxta eq̃to. Liui. Adequitauit deinde ſenſim portis. Obequito, circũequito. Idẽ. Obeq̃tare iubet oſtium portis. Perequito ſicut perago, vt apud eundẽ. Cũ perequitaſſet aciem, tantum iniecit ardoris, vt non vltra ſuſtinuerint impetum equi.

¶ Equitatꝰ modo equitũ turmam ſignificat, ſicut peditatus ꝓ pedeſtribus copijs, modo actũ equitãdi. Pli. Semina equitatu atteri & aduri ſolent, modo ordinẽ equeſtrẽ. Idẽ li. xxxiij. Quinetiam ipſum equitum nomẽ ſępe variatũ eſt in ijs quoq; qui ad equitatũ trahebantur.

✥ Equapium, apij, hęrbę genus a gręcis. Cc.

¶ Equarius, a. um. quod ad equũ pertinet, vt equarius medicus qui equis medetur. Val. Max. li. vlt. Helophilus equarius medicus. C. Marium ſepties conſulẽ auum ſibi vendicando ſe excudit.

♉ Eq̃ferus pe. cor. equus ferus. i. nõ domeſticus. Pli. lib. xxviij. In primis efficax equiferorum ſanguis.

¶ Equinus a, um, poſſeſſiuũ. Hora. Humano capiti ceruicẽ pictor equinam Iungere ſi velit.

¶ Equio is, de equis dicitur cũ coitũ appetũt, ſicut catulio de canibus & Subo de ſuibus. Col. lib. vij. equienti mulę cruda braſſica datur.

¶ Equimẽtũ merces quę datur ꝓ admiſſura equi. Var. An ſi equã emiſſes q̃drupedẽ, vt meo aſino reatino admittens q̃tum popoſciſſes dediſſem equimenti.

¶ Equitiũ equorum mandra. Vlpiana. equitij vſu iugo videndũ an & domare poſſit & ad vehendũ ſub ſigno vti

¶ Equitius nomen viri ꝓprium & cognomẽ familię ronæ ab equo deductum.

¶ Equila diminutiuũ eſt ab equa. Varro. Nemo eſt tam negligens qui ſumma diligentia eligat aſinũ qui ſaliat equilam. Cc.

¶ Equile pe. cor. ſtabulũ equorũ ſicut ab oue ouile. Vnde Var. Suadet frẹnos in equili ſuſpendere, vt oculi equulorũ conſueſcant videre eorũ faciem, & e motu crepitus audire cum iam ad manus accedere conſueuerint, interdũ imponere his puerum.

✥ Equiſetum. Vide in dictione ephedron.

¶ Equiſo equorum domitor. Var. Nam vt equus qui ad vehendũ eſt natus, tamen traditur magiſtro vt equiſo doceat tollutim incedere, & non tantum equorũ magiſtrũ, ſed etiam omniũ rerum quarum ei regimen conceditur equiſo deſignat.

¶ Equitabilis, locus in quo equi facile inãbulare pñt. Liui. Opportuna explicandis copijs regio erat equitabilis vaſta planities. Idẽ contrariũ poſuit. Imber violentiꝰ q̃ alias fuſus cãpos lubricos inequitabilis fecerat.

¶ Equulesꝰ diminutiuũ, ſumit̃ pro pullo equino & nouello. Cic. ĩ Hortẽ. Vt igit̃ domitores equorũ nõ verba ſolũ adhibẽt ad domãdum, ſed cibũ etiam ſępe ſubtrahunt, vt fama debilitet̃ equuleorũ nimis effrẹnata vis ẽ & equuleꝰ tormenti genꝰ in equi forma in quẽ conijciebant̃ rei. Cic. lib. quinto Tuſc. Hęc etiã in equuleũ conijciũt̃, quo vita non aſpirat beata. Idẽ de fini. libro. iiij. Nec ſi ille ſapiens ad tortoris equuleũ a tyranno ire cogatur ſimilẽ habeat vultũ, vt ſi ampullã perdidiſſet.

¶ Equulꝰ etiam diminutiuũ. Cic. de ſignis, equulos argenteos nobiles qui maximi fuerũt aufert, & lib. tertio de natura deorũ. Omnia imperfectis & maturis docet eſſe meliora vt in equo q̃ in equulo, in cane q̃ in catulo in viro quã in puero. Varro ait equuleũ poſt annũ ſex menſes domari poſſe. Sic equula. Idẽ. Nemo eſt tã negligẽs q̃n ſũma diligẽtia eligat aſinũ q ſuã ſaliat equulã

¶ Equiria, ludi quos Romulꝰ Marti inſtituit. in his ei ludis currere in Martio campo equi ſolebant.

¶ Equidẽ non ab ego & quidẽ compoſita coniunctio, ſed ſimplex eſt. Salut. ego equidẽ ſit exiſtimo. Nã ſi eẽt cõpoſita, nõ ſubiungeret̃ ego q̃q apđ Verg. Vbiq; ego



quidẽ ſignificet. Equidem merui nec deprecor inquit. Perſius poſuit pro quidẽ. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Conſentire dies.

♉ Equicerꝰ, animal ĩ oriẽte habẽs cornua & iubas poſt collum deſcẽdentes vſq; poſt ſcapulas, & barbã ſub mẽto, & ſoleas ſicut equꝰ, & corpꝰ ad cerui quantitem.

## E ANTE R

ERaphiotes bacchus dictus eſt ab inducenda contentione quoniã vinũ iram atq; certamen inducit ἔρις eñ contentio φαίνειν oſtendere.

¶ Eraſiſtratus nomen medici eximij, ex Ariſt. familia nati ἔρος amorem ϛρατὸς exercitum ſignificat.

¶ Erate, es, pe. cor. nympha oceani & Tethyos filia ab ἔρως, quod eſt amor.

¶ Eratę numero plurali, vrbs Corytannorũ.

¶ Erato pe. cor. vna muſarum ab amore dicta ἔρως ἔραμαι, amo, ꝙ pręſit his qui amoris face rapiũtur. Verg. li. x. Nũc age qui reges erato quę tempore rerũ qui latio antiquo fuerit ſtatus.

¶ Eratoſthenes pe. cor. nomẽ philoſophi qui orbis terrarũ mẽſor appellatus eſt. Hic vixit annis. lxxxj. ſicut & Plato. & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus, ἐρατὸς ἐράομαι καὶ ὁ σθένος δύναμις καὶ κράτος λέγεται, ἦν καὶ ἰατρὸς περίσημον καὶ μαθηματικός.

✥. i. Ab eratos quod eſt amabilis & ſthenos potẽtia dicitur, medicus fuit inſignis & mathematicus.

¶ Eraſinus pe. pro. fluuiꝰ in argolica. Papi. Ruit agmine facto Inachꝰ & gelidas ſurgens eraſinꝰ ad actos. Dictus eſt & Arſinus, & in Arcadia vbi ortũ habet. Stymphalus Sunt & eraſmini Peloponneſo alij ſicut Strabo ſcribit.

¶ Ercinia multis ſyluis nomẽ eſt inditũ. Sed apđ Germanos maxĩe q̃ apud Gręcos Orcimia dr̃ Ab Heluetijs ad nemetũ Turiacorũq; fines ꝓtenditur, & ad Dacos & Danubiũ, inde ad alias gentes longitudine ſex dierum multitis feris abundans & proceris frequens arboribus. Sunt qui hoc nomẽ aſpirent, & cũ. y. ſcribant.

✥ Erciꝰ Iuppiter dicebatur ab arcẽdo qui intra conceptũ cuiuſq; domus colebat̃, quẽ etiã deũ penetralem appellabant. Cc.

✥ Erctũ in libris antiquis legit̃ pro arctũ ab arcẽdo. Cc

¶ Erciſcere priſca lĩgua ſignificat diuidere. Inde familię erciſcundę. i. rei familiaris diuidendę. Quidã erciſcũdũ ab erciũ antiqua dictione vici volũt a coercẽdo. Vñ & Iouẽ arciũ puto dictũ quod mala crederetur arcere.

¶ Erebꝰ pe. cor. fluuiꝰ inferorũ. Vergi. Magnos erebi tranauimꝰ amnes. Quandoq; pro obſcuriori inferni parte, vt Imas erebi deſcendit ad vmbras. Varro ex erebo natã noctem ait. Vnde & illud, erebo creatam fulcis crinibus noctem inuoco.

♉ Ere nata ſignificat ex occaſiõe rei pręſentis capto cõſilio & aliq̃ñ pıcitur abſolute, ere nata, & aliquãdo cũ cõiũctiuo vt erenatũ exordiũ dixit. Quint. intelli volẽs ſubito inuẽtum Apu. erenata fallacia ſignificatur eñ muliebris dolꝰ ad fallendũ ſubito excogitatus, nõ domi añ compoſitꝰ, ſed ex ipſa re & negocio exprõptꝰ. Erembi populi in Arabia qui pręrupta ſaxa nudi inhabitant.

¶ Eregione ex aduerſo ex oppoſito.

¶ Ere mea, ere tua. Vide ſupra in e. & ex.

¶ Erepublica. i. ex vtilitate & commodo publico. Suet. in Cęſa. Plęriq; pecunias cõtulerũt ne catone quidẽ abnuente eam largitionẽ e republica fieri. e cõtrario dicimus ab re eſt, ꝓ eo ꝙ eſt contra commodum.

¶ Eremus pe. pro. Nam apud græcos per η ſcribit̃ ἔρημος. Solet tñ ab aliquibꝰ corripi propter inopiã literarũ græcarum, vt Præpotens martyr eremiq; cultor, eſt & generis fæmi. Hierony. Inter multos ſępe dubitatũ eſt a quo habitari cœpta eremꝰ, ſignificatq; eremus ſolitudinem. Hinc eremitæ & eremitani. Vñ ordo eremitanꝰ ſubdiuo. Aug. militans non tã doctrina q̃ virtutibs inſignis.

♉ Ermodiciũ apud iuriſcõ. dicit̃ quaſi deſolatũ ac deſertũ, ſeu deſertio cauſę abſentia ſeu negligẽtia ptiũ facta Dicit̃ autẽ ermodiciũ iudiciũ in quo reꝰ abfuit, quaſi deſertũ, quãuis mẽdoſe legatur Hermodiciũ, cũ aſpiratione. Contrahitur autẽ eremodiciũ triennijs, aut alterius iuſti, temporis lapſu.

♉ Eretũ pe. &. gręce ἐρητὸν vicus ſabinorũ ſupra Tyberĩ Apud Vergi. vero videtur eſſe locꝰ, qui mons eretũ, & corrupta dictione mons rotundus appellatur vbi ait, eretimanꝰ omnis oliferęq; mutiſcæ.

✥ Eretria Ceruſę genus quę terrę ſuę nomẽ habet, qua pręcipue vſus fuiſſe Parrhaſius dicitur. Cc.

¶ Erga prępoſitio licet eandẽ vim habere videat̃ cum contra beniuolentię tamẽ plena eſt, vt pro meo ſummo erga te amore onus ſubeo.

¶ Ergaſylus nomen viri proprium.

¶ Ergo illatiua ſiue completia cõiunctio eſt, quę minoribus adhibet̃ clauſulis, ſicut igit̃. Aliq̃ñ inceptiua eſt cõueniẽs maxĩe ĩdignatiõi. Iuue. Impugne ergo mihi recitauerit ille togatas Hic elegos? Aliq̃ñ hortatiua, q̃ ponitur vt hortemur qui tarde aliquid faciũt & affectũ exprimit reprehendentis. Verg. ergo age chare pater. Aliq̃ñ aduerbiũ eſt, & ponitur pro cauſa. Circũflectiturq; vltima. Ver. li. vj. Illius ergo Venimꝰ & magnos erebi tranauimꝰ amnes. Siſen. li. iiij. Milites vt lex Calphurnia conceſſerat virtutis ergo ciuitate donati.

✥ Ἐργαστὴς ergaſtes operarius dicit̃ a verbo gręco ἐργάζομαι operor. Cc.

¶ Ergon latine opus, a quo fiunt quę ſequuntur.

¶ Ergaſtulũ pe. cor. taberna vel officina vbi lapides metalla ve fodiũtur, vel aliud quippiam operis a vinctis ſeruis ſit, quos Plini. his verbis deſcribit. At nũc eadẽ illa vincti pedes, damnatę manus, inſcripti vultꝰ exercent Dictũ ergaſtulũ ab ἐργάζομαι, qđ eſt operor. Iuue. Nempe in Lucanos & Tuſca erga ergaſtula mittas. Sed q̃ñ in diuerſis locis ſerui durius operari cogerent̃, factum eſt vt ergaſtula modo ipſos damnatos, ſeruoſ ve operantes modo carcerẽ ſignificẽt. Var. Miſitq; mox eo virũ q tota ergaſtula donaret libertate. Col. li. j. Optĩe ſolutis ſeruis cellę meridiẽ æquinoctialẽ ſpectantes fient. Vinctis q̃ ſaluberrimũ ſubterraneum et gaſtulum plurimis ſitq; id anguſtis illuſtratum feneſtris.

¶ Ergaſtulꝰ cuſtos pœnalis loci. Lucil. Non ergaſtulus vnꝰ & aliꝰ indicem appoſuit, vt nemo ſententiã liberẽ magis q̃ ergaſtulꝰ dicere poſſit. Aliq̃ñ ſumit̃ ꝓ operario. Pli. Colitura ergaſtulis peſſimũ eſt, vt quicquid agitur a deſperantibus.

¶ Ergaſtularıꝰ qui præeſt ergaſtulis. Vñ Col. li. j. docet quomodo ergaſtuli ab ergaſtularijs tractari debeãt, ergaſtes & ergaſticꝰ, latine operariꝰ, ergaſta operatio, ergaloia ferramẽta, ergaſenõ officina, ergaſenos fabricabilis ergaſteriarches tabernarius opifex.

¶ Ergaſteriũ officina vbi aliquid operamur, vt eſt in decretis diſtinct. xliiij. Nulli clerico liceat tabernam. aut ergaſterium habere.

¶ Ergeteni. pe. pro. populi ſunt ab ergeto oppido. Silius Hadranum ergetũq; ſimul.

¶ Erginꝰ tyrãnꝰ fuit, qui ab hercule ex mynyis Orchomini vrbe extruſꝰ poſtea & extinctꝰ fuit. Cc.

¶ Ergumenꝰ pen. cor. qui a dẹmone agitat̃, ab ἔργυμαι quod latine dicitur agor. i. agiior ꝓhibeor.

¶ Eriboea dicta eſt nouerca Mercurij. i. Iuno, cuiꝰ monitu & precibus ipſe Mercuriꝰ Martẽ ex vinculis liberauit. Et dici poteſt lis buculę, nã ἔρις lis βοῦς bucula ſiue iuuenca dicitur, quia Iſidem multa indignatione proſecuta fuit.

¶ Erica frutex eſt quã & alij Siſarũ nominat. Folia habet amaraci ſimilia, hęc tñ hẹrba ſola floret ĩ ſiluis ideoq; melli nomen pręebet. Cc.

¶ Ericates nomen viri, & põt interpretari, quaſi ira cõfractꝰ. Nam ἔρις ira κατάγω infringo.

Ericthеus nomen ꝓpriũ phęacis viri. Alter fuit Athenarũ rex, quem Minerua e rure vbi natꝰ erat ſuſcepit, educauit, & Athenienſi populo pro rege tradidit.

☿ Erichthoniꝰ rex Athenienſis, vulcani, & Mineruę filiꝰ. Dictus ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, id eſt ex certamine atq; humo. Nam cũ vulcanꝰ dijs arma feciſſet, eiq; iuppiter optionem dediſſet pręmij quod vellet poſtulãdi iuraſſetq; per infernam paludẽ ſe nihil negaturũ. Tũ illę mineruæ nuptias poſtulauit. Hic iuppiter abnuere nõ potuit: mineruam tñ monuit repugnare pudicitiãq; defendere. Tũ in illa colluctatione vulcanũ in terrã profudiſſe aiunt ſemen vnde ſit natus Ericthonius. Hic teſte Plin. quadrigas primꝰ ĩuenit & ludos ĩſtituit in attica regiõe. Ab eo populꝰ Athenẽſis Erictoniꝰ dictꝰ eſt.

¶ Eridamus penu. cor. fluuius in Italia ab Eridano Solis filio ibi ſubmerſo dictus, quãuis ſit ita intelligẽdũ, vt non erremus ſed melius eſt tacere q̃ multa dicere, alij viderint. Alio nomine padus dicitur.

¶ Erigone pe. cor. nomen Icari filię, quę ob fratris necẽ dolore percita laqueo ſe ſupendit, vt Higinius late tractauit.

✤ Erigryppus vnus ex Dentauris. Cc.

¶ Eriphyle, pe. ꝓd. nomen vxoris Amphiarai & ſororis Adraſti. Hæc accepto aureo monili latentẽ maritum ꝓdidit. Verg. lib. vj. Hiš phędram procrinq; locis mœſtãq; eriphylen. Scribitur & ſine h. Iuue. Occurrũt multæ tibi bellides atq; eriphylę.

¶ Erimantꝰ qui lites diſſeminando diuinat, q̃ſi ἔρις ἔριδος, i. lites μάντις diuinus. Iuue. Aut diſpylus aut criminantꝰ. Erymanthus vero cum y. & h. mons Arcadiæ quo aprũ agrorum vaſtatorẽ Hercules domuit, viuũq; ſup humeros ad euriſteũ detulit, Quo cõſpecto euriſteꝰ in ęreo ſe vaſe abſcondit. Vergi. Aut erimãthi placarit ſiluã, & lernã tremefecerit arcu, eſt & ſilua & fluuiꝰ hoc noĩe in Alphæũ defluẽs, vt oſtẽdit. Pli. li. iiij. Cic. li. ij. Tuſ. vocat erymanthũ beluã erymanthiã vaſtitam. Sophocles aũt λαμπτς εἶα ὄρος ἀρκαδίας ἀφ᾽ ὧ καὶ ποταμὸς ῥεῖ ἐρύμανθος, περί ἧ [illegible] καὶ ἡρακλῆς φησὶν ὅτι ἐπὶ τὰς πύλας τῶν μυκηνῶν κομίσας αὐτὸν ἀπέθετο ✤ Id eſt Lãpria mõs eſt Arcadię a quo fluuius defluit erymanthus.

¶ Erinaciꝰ aĩal non maius ericio, vt Hiero. inquit ſimilitudinẽ vrſi muriſq; habens. Vñ in paleſtina Arconus dr̃, & magna eſt in iſtis regionibus huius gñis abundantia ſempq; in cauernis petrarũ, & terrę foueis habitare cõſueuerũt. Dr̃ ab aliquibus Cyrogryllus. Quod nomẽ abhorrendo quidam deducũt, & cum h ſcribunt.

☿ Erineon, gręci vocant caprificũ, vnde & vrbs in doride a caprifico, dicta eſt erineum, vt auctor eſt Stra.

☿ Erina, nomen fuit poetrię ex teno vrbe laconyca oliſpiadæ, capitu. vj.

¶ Erinnys cũ y. furia infernalis, dicta ꝙ humanã corrũpat mentẽ ἀπὸ τοῦ ἐρρειν τὸν νοῦν τι ερα λέγεται ἡ γαῖα καὶ μανιῶδτι. Huiꝰ genitiuꝰ erinnyos & erinnyus latine & pſy nęre ſim erinnys. actũs erinnia & erinnyn, ĩpl̃ari erines.

¶ Eripio, is, pe. cor. extra rapio, & cõſtruitur cũ datiuo. fere in malã partem, vt eripuiſti mihi ſubſtantiã. Aliqñ cũ ablatiuo in vtrãq; partẽ, vt eripuiſti me a periculo, & eripuiſti a me librum.

☿ Aliquando eripere eſt accelerare raptim facere, veripe n ate fugam.

¶ Eriphyſa inſula vna ex ęolijs, quaſi ἔριν id eſt litẽ φυσῶσα ſufflans dicitur.

☿ Erigenneton, hęrba a verno tempore dicta erogenneton vero ab affectu amoris noĩatur alia hęrba. ꝙ amatorijs conueniat γεννάω καὶ γεννῶ gino & ἔρος amor.

☿ Erithalles, hęrba, quę & erigeneton dicitur.

☿ Eropoliſtides nomen apud Plau. quo ſignificatur ob amorem vendita ἔρως amor πωλῶ vendo.

✤ Eris eſt hęrba in Aegypto naſcens, aro ſimilis, niſi ꝙ minor eſt, & minoribꝰ folijs ac radice, quę tñ grãdis oliuę magnitudinẽ implet. Significat & contentionem ἔρις enim gręce ira vel contentio. Cc.

✤ Eriſi ſceptrũ hęrba quam & dipſacon & aſphaltũ vocant Vide Dipſacon. Cc.

¶ Erodius & erodion auis maxima omniũ volatiliũ, & Aquilam vincit & comedit.

¶ Erogo as, pe. cor. diſtribuo, & quaſi rogatoribus diſtribuo Hie. ad Iulianũ, Cũ multis erogaueris cẽſum tuum & quidã tua gaudeant liberalitate, tñ multo plures ſunt quibꝰ nihil dediſti, Inuenitur etiã exrogare, quod eſt vt Feſt, inquit ex lege vetere aliquid per nouã legẽ eximere.

☿ Eros ἔρος amor latine dicitur, vnde erotica carmina, id eſt amatoria.

¶ Erotema, pe. pro. gręce ἐρώτημα, interrogatio latine dicitur. Vt Quo res ſumma loco pantheu? quã prẽdimꝰ arcẽ? erotematicꝰ ĩterrogatiuꝰ ἐρωτηματικὸς [illegible].

☿ Erotium, latine amatorcula nomẽ mulieris. Nã eros erotos amor dicitur.

✤ Eropia inſula vna ex cycladibus. Aliter Acis, & poſtea Siphnus appellata. Cc

✤ Erotylos gemma ſilici ſimilis. Cc.

¶ Error inq̃t Aug. lib. encheridij, eſt exiſtimatio vl̃ approbatio veri pro falſo, vel ecõuerſo: & certi ꝓ incerto vel econuerſo. & errare eſt putare vel approbare verum eſſe quod falſum eſt, quod verũ eſt, vel certum ꝓ incerto, ſiue falſum ſiue verũ ſit. Vnde ſciendũ ꝙ licet abſq; ignorãtia errare nequeat, nõ tamẽ qui aliquid neſcit cõtinuo errat, ſed q̃ ſe exiſtimat ſcire quod neſcit, & falſum ꝓ vero, ſiue incertũ pro certo apprpbat. Accipit̃ ẽt qñq; error ꝓ peccato, & qñq; ꝓ vagatione, & errare ꝓ vagari & diſcurrere. Verg. Vidiſtis ſi quã hic errantẽ forte ſororũ. Sed qm̃ pecudes errãdo. i. vagãdo paſcuntur errare ponitut ꝓ paſcere. Verg. Mille meę ſiculis errãt in montibꝰ agnę Itẽ quia errãdo ſępe a recta via deflectimur errare ſumit̃ ꝓ peccare. Sane inter errorẽ & errationẽ hoc intereſſe. Donatꝰ exiſtimat, ꝙ error animi ſit erratio pedũ. Terẽ. in Adel. Sane ac multo ꝓpriꝰ ibis & minor eſt erratio. i. minus eſt ſpatij, per qđ erret̃, Cõpoſita verbi erro ſunt. Aberro, qđ eſt valde erro, vel lõge vagor. Cic. in Tuſ. Sed redeat vnde aberrauit oratio. Deerro, Oberro, Circũerro. Lactã. li. ij. Vulgus exiſtimat mortuorũ animas circa tumulos & corporũ ſuorũ reliqas oberrare. Pereo ꝑ totũ erro. Col. in p̃fa. Sẽꝑ ritu volucrũ longinqui littoris peregrinꝰ ignotũ pererret orbem exerro, valde erro. Cypria. ad Ianuariũ. Ne quis exorbitans, & a via veritatis exerrans apđ hęreticos iũgeret̃

¶ Erratus us, & erratũ ti. peccatũ Cic. Tironi. Tantum mihi dolorem cruciatumq; attulerũt errata meæ ætatis vt non ſolũ animꝰ a factis, ſed aures quoq; a cõmemoratione abhorreant. Et in Decre. diſt. xl. ſcribitur. Qđ aliqñ in ipſis quoq; cõſpicimus erratibus electorũ

¶ Errones ſunt vagabundi. Tibul. Atq; iterũ erronem ſub tua ſigna voca Sapho. At vos erronẽ tellurę remittite noſtrũ. Vlpia. Errones appellant̃ ſerui, qui nõ quidẽ fugiũt ſed frequenter ſine cauſa vagant̃, & temporibꝰ ĩ res nugatorias conſũptis ſerius ad dominũ redeũt.

¶ Errabundꝰ, affatim vel valde errans. Ver. Si qua forte ferant oculis ſeſe obuia nr̃is. Errabũda bouis veſtigia

¶ Erraticus a, um, quod vbiq; ſerpit, ſeu vbiq; naſcitur vt vitis erratica.

¶ Erubeſco rubẽs fio. Aug. ꝑ trãſlationẽ ꝓ verecũdor in ſignificatione actiua poſuit, quum ait. Quiſquis me erubuerit corã hoĩbus erubeſcã eum coram p̃re meo.

¶ Eruca pe. ꝓ. (ſi Apuleio creditur) ab hærendo venit qm̃ rebꝰ, q̃s occupat tenaciter inhęreat, verũ alijs magis ſine h. & ſine diphthõgo ſcribi placet, & aberodẽdo deduci. Eſt aũt genꝰ vermis. Campe alio noĩe: qui ĩ olerũ folia repit, abroditq; p̃ſertim braſſicas. Co. li. xij. Vbi vero apricis regionibꝰ poſt pluuias noxia inceſſerunt aĩalia q̃ a nobis appellant̃ erucę græce aũt cãpe noĩant̃ vel manu colligi debent, vel matutiuis tp̃ibus frutices



olerũ cõcuti. Sic enim dũ adhuc torpent nocturno frigore ſi deſiderint nõ aplius in ſuperiorẽ partẽ prorepunt, eſt etiã eruca hęrba quędã virtutis callidę, dicta ſimiliter ꝙ erodat. Nã beſtiolas oẽs corpori enaſcẽs erodit, Venerẽq; excitat. Ouid. de remed. amo. Nec minus erucas iubeo vitare ſalaces Col. excitet vt veneri tardos eruca maritos Sunt qui erucã dici velint ꝙ vrat. Nam linguã purgit, & ſanguinẽ exurit, vt ſic eruca quaſi vruca, v. in. e. verſa. Aut ꝙ fortaſſe dicta ſit ab eſu, hoc eſt ab edãdo, & quũ principio eſſet eſuca, poſtea cõmutatione literæ facta eſt eruca vt ex Valeſio Valerius.

¶ Eructo as. ex e. & ructo, quod eſt frequentatiuũ verbi erugo is, Iuue. Poſuit exẽplũ de ructo. Si bene ructauit, ſi rectũ minxit amicus, De eructo Hiero. Eructauit cor meũ verbũ bonũ. Eſt & ructor ĩ eadẽ ſignificatione oerati. Hic dũ ſublĩmis verſu, ructatur & errat. Ructo aũt a rugo is, xi, ctũ. Vñ ructus. A ructo quoq; fit ructito aliud frequẽtatiuũ. Col. li. vij. de boue ęgrotãte ſic inquit. Gemitus exprimit, loco q; ſtare nõ patit̃, ſępe decũbere & ruſtitare cœpit caudamq; crebrius agere. Dicit̃ & Ructuo as, & Ructuor. Hinc a Sidonio dicta eſt ruſtuatio eſculẽta ex quo eructuo. Aug. Illi audiũt tãq̃ verbũ eructnatũ, illi tanq̃ ſcientiã annunciatã. Quod eni ructuat̃ pręſentibus ructuatur eſt autẽ eructuare ꝓprie extra ructũ mittere, q̃uis ad alia transferatur. Col. lib. viij. Neq; ipſum viuariũ replet̃ cõgerie, quã tẽpeſtatibus eructat pelagi violẽtia, eſt & irructo. Plautus in pſeud. Quid tu malum ergo in os mihi ebrius irructas.

¶ Erudiõ is, pe. cor. ſignificat ex rudi doctũ facio. Hic eruditio pro doctrina.

¶ Erudero as. pe. cor, ab e. & rudero. Rudero vero a rudus eris, & ſunt rudera purgamẽta, puta cœmẽtũ, lapides cõfracti, arena, calx, & hm̃õi ex ruinis cõgeſta. Hic Ruderatꝰ ager, qui veterũ ędificiorũ materia ſcatet, eruderare itaq; eſt purgare, & extraiacere. Ambo. de obitu theo. Sed Iſaac obſtructos ab alienigenis puteos eruderauit, nec latere aquam paſſus eſt.

¶ Erugo. Vide ſupra in dictione Aerugo.

¶ Erumna. Vide in dictione Aerumna.

¶ Erunco as. Vide ſupra in dictione Aberrunco.

¶ Eruo is, extraho Lactã. li. j. Ipſe ſibi oculos eruat, vt oẽs cæci ſint. Interdum eruere eſt in totum deſtruerę. Idẽ li. vij, eruentur funditus ciuitates.

¶ Eruum genus pabuli ſeu leguminis Colu. eruũ lætat̃ loco macro nec humido, quia luxuria plęrũq; corrũpitur Dictũ eruũ ab eruendo Carpitur enĩ & manu vellitur.

¶ Eruila idẽ ꝙ eruũ. Col. Sarcena putat agros ſtercorari lupino, faba, vicia, eruia, lente, circercula, piſo.

¶ Eryngiõ hęrba aculeatę mordacitatis, ſpinoſa veluti cardus, ſatilis, in cibis probat̃ radice tantũ, q̃ melle cynamomo & garyophilo cõdita, guſtui non iniucunda eſt.

✤ Dicitur aliter erynge alba.

¶ Erythace apũ cibꝰ dũ operant̃, quã alij Sandara cam alij Cerinthũ nominẽt. Hic ſępe fauorũ inanitatibus inuenitur ſepoſitus ſaporis amari. Varro erythacẽ vocãt, qua fauos extremos in ſe cõglutinãt, erythace a coloris rubędine dicitur. Gręce enim ἐρύθημας rubor appellatur

✤ Erithacus auis hyeme dicit̃. Phœnicurus ęſtate, quã vulgo pectus rubeũ vocãt, ἀπὸ τοῦ ἐρυθραίνομαι, hoc ẽ a rubeſcendo ἐρυθακός, phoenicurus vero quod caudã rubeã habet, phœni purpureum ſignificat οὐρα cauda eſt. Cc.

✤ Erytheus rex fuit Athenarũ Orithyriæ pater quam Boreas rapuit, & in Thraciam deduxit. Cc.

✤ Erythra thalaſſa dr̃ mare rubrum. Cc.

✤ Erithranum hederæ ſpecies. Cc.

✤ Erythros hęrba eſt, de qua Xenocrates dicit, nullum eſſe corporis malum, cui non ſit ſalutaris hęc hęrba, vocatur & Strychnium & Neuris. Cc.

✤ Erythrotaones ex anſerũ genere volucres, in quibꝰ nitor eximiꝰ, abſolutaq; nigritia, & in ſupercilis cocci rubor ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ, i. rubro & ταῶ pauone. Cc.

✤ Erythroton latine ruffum dicimus. Cc,

¶ Erythreõ rubrũ dr̃, Col. li. viij. Nec minꝰ aſia rutilos quos vocat ἐρυθραίους Hoc nomine perſci & Andromachę filius vocatus fuit, A quo, teſte ſolino, non ſolum ab arenarum colore Mare id vocatum fuit, quod rubrum dicimus.

☿ Erythreum mare rubrũ dicitur, ab erythreo rege pſei. & Andromadæ filio vocatum, & quia erythros rubrũ ſignificat multi putant erythreũ rubrũ interpretari. Hoc mare eſt inter indiciũ & æthyopicũ oceanũ ampliſſimo ore ab auſtro, in ſeptẽtrionem, alij a colore rubrũ dici putant quod fons ſit in littore quẽ cum greges biberint in rubrũ colorẽ incipiunt mutare lanas. Huius maris oppidum Arſiono. Colu. lib. viij. Nec minꝰ aſia rutilos quos vocat ἐρυθραίους

¶ Erythre ciuitas Aſię non lõge a chio, ex qua Sibylla fuit quam numine afflatam crediderunt. Antiqua ſane mulier & diuinatrix, & tempore Alexandri.

¶ Erythea ĩſula Geryonis regia ĩ mari Gaditano. In ea tãta aeris benignitas fert̃, vt homines pariat pene ĩmortales Habuit ẽt canẽ geryõ, de quo fratre Cerberi ita ſcribit Iulius Pollux li. v. γνώριμος δ᾽ ἂν ὁ γηρυόνου κύων ὃ τὰς βοῦς φυλάττων ἀδελφὸς ἦν τοῦ κερβέρου ἀναιρεθεὶς ὑφ᾽ ἡρακλέους. ✤. Id eſt. Notus geryonis canis, qui boues ſeruabat, frater fuit cerberi interemptus ab Hercule.

¶ Eryx nomẽ mõtis in Sicilia ab erice ibi ſepulto & nomẽ ciuitatis in eo ſitię, in quo templũ Veneri cõſtruxit, Eryx filius eius. Ouidi. Sed dea nec patit̃ ſic ad ſua munera cogi. Colle ſub vmbroſo, quã tenet altus Eryx Põpo. Mõtiũ Eryx maxime memoratur ob delubrum Veneris. Vnde Venus Ericyna dicta eſt. Ouid. Quid geminas erycina meos ſine fine dolores?

## E ANTE S

ESalos accipitris genus, qui ſolus omni tẽpore appare t. Romani Buteonem appellant. Cc.

¶ Eſau nomẽ filij Iſaac, qui & edõ hoc, eſt rufus, & Seir quod piloſum ſignificat, appellatus eſt.

¶ Eſca cibus. qui datur hominibꝰ animalibuſq;. Et eſca eſt quę datur auibus piſcibuſue ad dicipiẽdum, a quo fit Ineſco, as & eſcarius, & eſculentus adiectiua, & eſito.

☿ Eſcara medicamen Vndiq; erodens.

¶ Eſcariꝰ, a, um, quod ad eſcã pertinet. vt eſcaria vaſa. Pli. Ad eſcaria vaſa totũ rubens vitrũ non tranſlucens. Eſcaria menſa in qua homines epulantur.

¶ Eſculentꝰ, a. um, quod ad edendũ ꝑtinet. Pli. lib. x. Accipitres totius Maſſiliæ humi fœtificãt, nihil eſculẽti rapere vnq̃ ex funerũ ferculis Hieron. ad euſt. poſuit eſculẽtior ꝓ delicatori cũ ait. q̃a ſi volueris reſpõdere te nobili ſtirpe generatũ ſemper in delitijs, ſemꝑ in plumis non poſſe a vino & eſculẽtioribꝰ cibis abſtinere, nec his legibꝰ viuere diſtrictiꝰ. Reſpõdebo. Viue ergo lege tua

¶ Eſculus arbor glãdifera, ꝙ veteres ex eius fructu eſcam ſumerent.

¶ Eſito, as, pe. cor. frequentatiuũ eſt a ſupino eſum formatum. Gel. Videtur autẽ de Cyamo nõn ęſitato tũ erroris fuiſſe. Sſcribitur per, æ.

¶ Eſbõ ciuitas Seõ Regis Amortheorũ ĩ terra Galaad.

¶ Eſſeda, pe. cor. vehicula. Gallorũ Britãnorũq; apud Belgas primo repta. & ꝓprie eſſedũ in quo, ſicut ſtaticulũ in vehiculo, petoritũ in mula eſt. Silius de aſturcone Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo. Cõfunduntur tamen hęc. Suetonius in Claud. Solitus in geſtatorio ludere, ita eſſedo alueoq; adaptatis ne luſus confunderetur. Hinc eſſedarij qui eſſeda regunt.

¶ Eſſedones ſunt aſiaticorum Scitarũ populi, quibꝰ teſte. Herod. li. iiij. hiſto. mos eſt parẽtũ funera cãtu ꝓſequi & cõgregatis ꝓximis cadauera ip̃a, pecudũ admixtis carnibus comedere, q̃ oſſa capitũ ſuorũ parẽtũ auro cincta in poculorũ tradere miniſteriũ aſſeruntur.

¶ Eſſei iudei. Nã tria iudeorũ dogmata. vt ſcribit Ioſe-

phꝰ extitere. Phariſæi, Saducæi, & eſſæi, & hi quidē eſſæi ab vxoribꝰ & vino & carnibus abſtinuerūt ſemper, & quotidianum ieiunium verterunt in naturam.

¶ Eſſentia fit ab infinitiuo eſſe & idē eſt quod eſſe, quādo nominaliter accipit̃, quale eſt apud Perſiū. Velle ſuū cuiq; eſt Vt eni velle idē eſt quod voluntas, & ſcire ipſū quod ſcientia & poſſe ipm̄ quod potentia & viuere ipſū quod vita, ita eſſe ipſum eſt quod eſſentia. Aug. li. ij. de ciui. dei. Sicut ab eo quod eſt ſapere vocatur ſapientia, ſic ab eo quod eſſe eſt vocatur eſſentia, nouo quidē nomine, quo vſi veteres nō ſunt latini ſermonis auctores, ſed iā noſtris tēporibꝰ vſitato, ne deeſſet etiā linguæ noſtrę quod græci appellāt ὀυσίαν. Hoc enim verbū e verbo expreſſum eſt, vt diceretur eſſentia. Hinc eſſentiale, quod eſt eſſentiæ, & eſſentialiter ſecundum eſſentiam.

¶ Eſto futuri temporis imperatiui. Interdum concedentis aduerbium eſt. Verg. eſto egrā nulli quondā flexere mariti. ¶ Eſuries, eſurio, eſurigo, & fames idē ſunt, hoc eſt edendi auiditas.

✣ Eſurigo eſuries. Var. Quolibet ire licet, ac cubitū accedo ꝙ eſurigo fieret edebat coſtas.

¶ Eſurio is, pe. cor. iui, itū, cupio edere, abſolutū eſt q̄q̄ & cū accuſatiuo inueniatur. Augu. & fructū pietatis quē debuerant, quēq; in eis dn̄s eſuriebat ferre recuſabant. Amb. Qui verbū interioribꝰ animę receperūt, alimenti cęleſtis & fontis vbertate recreati eſurire & ſitire nō poſſunt, hoc eſt famē & ſitim pati. Quint. Pater filios eſurit

☿ Eſuriales feriæ dicuntur a Plau. in cap. quibus ab edēdo feriati ſumus.

## E ANTE T

ET coniunctio, ſed græca eſt τε, per literarum tranſpoſitionē, etiam hoc latini ſuſceperunt, modo copulatiua, vt Cicero eloquēs fuit, & philoſophꝰ. duplicaturq; interdum ac completiua eſt. in diuerſis rebus. vt te admirantur & ciues & hoſpites. Verg. Multum ille & terris iactatus. & alto. Modo cauſalis, vt Quorum Iphitus æuo Iā grauior Pelias & vulnere tardus Vlyſſi. pro etiā Modo interrogatiua ſeu expletiua. Verg. Et quę tanta fuit Romam cauſa videndi. Modo indignatiua. Idem. & quiſq̄ numē Iunonis adorat. Præterea aut ſupplex, aris imponit honorē? Modo confirmatiua, vt & dubitamus adhuc virtutē extēdere factis Ponitur interdum pro id eſt Plaut. Annos natus iā ſexaginta & ſex. Interdum ꝓ etiam. Quint. Tamen ſi quid aduerſus te ipſe cōmiſit ſit hoſtis & meus. Verg. Natꝰ & ipſa dea Interdū pro quia Idem. Audieras & fama fuit. Quintilia. Has primū audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur, & natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ mollibus animis percipimus. Pleruq; ſententiarū initijs competit. Idē, & finitæ quidē ſunt partes duæ, quas hęc profeſſio pollicetur. Deſeruit etiam affectui & quaſi interrogandi vi habet. Cice. Et ſunt qui de via appia loquantur, taceant de curia. Interdū ponitur pro aduerbio ordinādi, vt corpuſq; lauant frigentis & vngunt. id eſt deinde vngunt. Itē pro quāuis Cice. Defendi legem voconiam magna voce boniſq; lateribꝰ, & videtis annos meos?. i. q̄uis ſim ita ſenex. Huius cōpoſita ſunt. et ſi, tametſi.

¶ Etenim ſignificat quia, & modo primum locum, mō ſecundū obtinet in oratione. Plinius. Etenim multa de hac magi traderunt, quæ non ſunt a nobis commemorāda. Sene. Quis etenim inter tot corporis cruciatus fœlicē quem q̄ eſſe poſſe exiſtimat.

¶ Etheocles. Oedipodæ & Iocaſtę filius partu nefando editus, vt pote ex cōcubitu materno, licet huiꝰ rei ignarus. Oedipodes fuerit Rex hic Orchomeniorum quōdā fuit & Gratijs templum primus dicauit. Cc.

¶ Etiam cōponitur ex & iam, & ſigni. quoq; Plau. Tu. ne etiā id eſt reſciſti miſer? Aliqn̄ ſigni. ahuc ſiue p̄terea Terē. in an, Nihil ſuſpicās etiā mali. Idē in eadē. Non ſatis me prenoſti etiā qualis ſim ſimo. Aliqn̄ hortātis eſt pro eia. Ser Sul. etiā tu ab hiſce rebꝰ animū ad cogitationē tuā aduoca. Aliqn̄ confirmantis eſt ꝑ ita eſt enim affirmatiua reſponſio, vt vidiſtis me hodie reſpouderi debet etiā vel ſic. Plin. ad Tacitum. Studes inquā? Reſpōdit etiam. Vbi? Mediolani. Quod perinde valet, ac ſi dixeris ſtudeo. Sed cū multa latini dixerint. teneo ſolem clarum eſſe. ſ. ab græco deduci ἔτι addēdo am ſit; etiam, ideo per t ſcribitur.

¶ Etiamnum ponitur pro quoq;. Plin. Quod eo magis miror ſi etiānum. Homero prodente ægyptijs nō erat.

¶ Ethalia inſula in liguſtico mari Populonię vrbi oppoſita, ab ethalio qui ei præfuit ſic dicta. Quidam hoc nomē cum diphthongo ſcribunt.

¶ Eteachus nomē propriū regis Oaxis vrbis Cretæ.

¶ Eteſię venti qui certo anni tēpore flant. Hos Strabo lib. iij. ſubſōlanos vocat, hoc eſt euros. Hierony. Mēſe Auguſto flātibꝰ eteſijs nauē ſecurus inſcendi. Hi quotānis in vigore ęſtatis perflant. xl. diebus poſt caniculæ, exortū. Dicti eteſię, id eſt anni ἔτος enī annus ἐτήσιος annus, ꝙ ex omnibus ventis hi maxime flati ſint, & ſingulis annis eodē tempore redeant.

¶ Etheocles cum accentu in antepe. fuit filius Oedipodis Thebanorum regis.

¶ Ethnicus pe. cor. gētiles ab ἔθνος quod gentem ſignificat Hierony. cōtra Iouinia. & ſi ducēdæ eſſent vxores chriſtianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas.

¶ Ethnearches gentis princeps. ethnerchia principatus vel præfectura.

☿ Ethanion græci appellant collū, Vnde verbum excollare pro eo quod eſt purgandi, gratia guttatim per collū diffundere. Latini ethanium dicunt pro vaſe Athæneꝰ in ægyptiorum domibus tria hæc viſuntur aerea cyathꝰ phiala ethanium.

¶ Ethos quum ſignificat cauſam producit primā. Quādo ſignificat morem corripit. Vnde Callimachus opus ſuum ethia hoc eſt de cauſis inſcripſit.

¶ Ethicꝰ peñ. cor. latine moralis dicit̃ ab, ἔθος ἤθος mos ἀλλὰ καὶ ἐθίζω καὶ ἠθος ἦ θεος ὅθεν πρώτη συλλαβὴ δίχρονα ἐοικε καὶ ἐθικὰ τὰ ἀριστοτέλους. ✣. Id ē Sed & aſſueſco & mos vn̄ prima ſyllaba anceps videtur, & Ariſtotelis ethica.

¶ Etholog⁹ pe. cor. moris expreſſor, q geſtu ipſo corporis & ſono vocis ita exprimit voces hominum, vt geſtꝰ & mores eorū loqui videantur ab ἔθος mos conſuetudo, & λόγος ratio ἀπὸ τοῦ λέγειν dicere ratiocinari.

¶ Ethymō recta interp̄tatio. Etymologia latine veriloquium ἔτυμον verū λόγος rationē ſignificat. Sed quia veriloquium (vt inquit Boetius) minus in vſu latini ſermonis habetur. Cice. ætymologiā vocat notationē, quia notā facit rem de qua prędicatur. Ariſto. ſymbolū nominat Alij vim intuiti originationem vocant.

## E ANTE V

EVado is. penul. ꝓd. extra vado, effugio. Verg. li. ix. Noſtras ne euadere demēs Speraſti te poſſe manꝰ. Idē ꝓ tranſeo. & per quācūq; difficultatē peruenio, euaditq; celer ripā irremeabilis vnde. Plau. in aſi. Demiror quid ſit & quo euadat ſūmo in metu. Et euadere eſt aſcēdere. Ver, euado ad ſūmi faſtigia culminis, vnde. Itē apparere Idē. vt tandem ante oculos euaſit & ora parētis. Itē liberare Salu. At ni marius ſigna inferre, atq; euadere oppido properauiſſet, profecto cūcti aut magna pars fidem matauiſſent. Itē fieri Cice. An verebar ne nō putaremus potuiſſe improbum euadere?

¶ Eualuo as, extra valuas excutio, e valuis eijcio. Plinius libro. xviij. Et ipſa quę eualuantur variam picturarum rationem habent.

¶ Eualeo es. pe. co. a quo eualeſco, valde validꝰ fio. Plinius. li. xv. Quæ poſtq̄ eualuit flacceſcēte primitia marſico bello languida auctoritas patrū facta eſt ac paulatī in ſterilitatem emarcuit maieſtas.

¶ Euā interiectio, & exclamātis vox. laudātiū Bacchū & interpretatur bone puer. Poteſt tamē declinari ſecundū Priſcia. Euantis, Verg. lib. vj. euantis orgia circum.



¶ Euadne p d ante n, martis filia ex Thebe vxore eaſopi, fuitq; cōiunx Capanæi, quę illum incredibili amore dilexit, itaque quum audiſſet illum apud Thebas cecidiſſe fere in mortis ſtuporem diriguit. Deinde cum celebraretur funus ſe in rogum proiecit.

¶ Euęnetus nomē regis Lacedęmoniorū, qui ad cuſtodiendū introitū Theſſalię cōtra Xerxē vna cū Themiſtocle Athenienſiū duce a Græcis conſtitutus fuit.

¶ Euander propriū nomē Carmētis filij, & interpretat̃ bonus vir. Hic dimiſſa Arcadia ad Italiā venit, & oſtia Tybridis intrans, atq; pulſis Aboriginibus in palatino monte conſedit, vt oppidum palanteū fundauit.

¶ Euaneo es. pe. produ. a quo euaneſco, quod eſt vanꝰſio, ſeu in nihilum redigor. Lactā. lib. vij. Non eſt animę vitium, ſi viſus euanuit.

¶ Euanidus ſine fructu. Col. lib. iij. Nam quæ in ꝓceritatē extenduntur euanidę fiunt, parumq; fructus ferūt.

¶ Euāgeliū latine bona nūciatio. Athanaſiꝰ in homilia λέγεται δὲ εὐαγγέλιον ἄξιος, ὅτι εὖ καὶ ἀγγέλλω ὅθεν καὶ ἄγγελος ὀνομάζει ὅτι τῶν ἀνθρώπων σωτηρία ἐυταγγέλεται ἅπασι υἱοῖς τοῦ θεοῦ. ✣. i. Dicitur euangelium, digne quoniam εὖ bonum & ἀγγέλλω nuncio vnde, & angelus nominatus eſt, quoniā ſalutem omnium hominum nunciat omnibꝰ filijs dei. Quare autem ſit bona nunciatio. Euſeb. lib. de prępatione ſic oſtendit. Euangelium dicimus ꝙ æternorum atq; incorruptibilium bonorum quæ certe ſuprema & maxima ſunt, & ex antiquiſſimis prędicta temporibꝰ nuper vero ſplendore ſui orbem illuſtrantia, cunctis hominibus annunciat, ꝙ non cęcas caducaſq; huius ſęculi diuitias, nec breuem hanc calamitoſamq; vitam, nec inſtabilia corporis commoda ſed animarum quę intellectuales ſubſtantię ſunt, a quibus etiam corporum bona quaſi vmbram conſequentia dependent, ſumma propriamq; nobis affert fœlicitatem.

¶ Euapelos pe. prod. ſtolidos & amentes dictos refert Photion grammaticus.

¶ Euax interiectio exultantis. Plau. Euax iurgio vxorē tādem abegi. Fuit etiam nomen regis indiæ, qui de virtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem, quē habet tēpeſtate noſtra Petrus bonus Aduogarius ciuis ferrarienſis aſtronomus in omni ſęculo admirandus.

¶ Euboea nomen inſulę, & ciuitatis in ea ſitę. Hinc euboicū mare, qđ duplex eſſet dr̃, aliud in ęgeo aliud in cāpano ſeu thuſco qđ ī eubœæ adiacet īſulæ, a qua denoīatū eſt Qđ aūt in thuſco Cumarū Baiarūq; alluit oram ab euboicis aduenis & Cumarū conditoribus nuncupatum

¶ Ebulus pe. cor. nomē hiſtorici, qui hiſtoriam multis voluminibus expleuit.

☿ Eucarpia, vrbs phrygie in qua racemi feracitate ac magnitudine ſpectabiles ſunt. vnde & nomen.

¶ Eucharíſtia latine bona gratia. ex εὖ & χάρις gratia gratitudo & gratiarū actio. euchariſteo gratias ago. Euchariſticon liber in quo gratię redduntur.

¶ Euchion nomen bacchi deductum ab εὐχή quod votum & precem indicat, quaſi dignus ſit voto.

¶ Euchilę res dicūtur, quę ſunt boni ſucci. vt eſt caſeꝰ molis. Caſeus vero vetus a Cor Cęlſo numeratur inter res cacochilas. i. quæ ſunt mali ſucci.

✣ Euchimō ellebori ſpecies ſic dicta a bonitate ſaporis

¶ Euclides pe. ꝓd. nomē geometræ inſignis ab oppido Megaris, qđ Iſthmo adiacet. & Plutarcho authore Socrati cōtēporanei. Sed videāt ne errēt. Nā ꝓclus interpres faciens quatuor libros in primum librum Euclidis ita ſcribit οὐ πολὺ δὲ τούτων νεώτερός ἐστιν εὐκλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγὼν γέγραφε καὶ ἄλλα πολλὰ ἄλλος ἦν. ✣. i. nō multo his iunior euclides q elemēta ꝯgregās ſcripſit plęraq; alia. ☿ Hic platonicꝰ Philoſophus fuit tempore primi Ptolomęi. Poſterior aliquāto his q Platonis tēporibus vixerunt. Antiquior vero Archimede & Eraſtothene multa ſcripſit, quæ ad Gęometriā & Muſicam capeſcēdā pertinēt Et de diuiſionibus & de vniuerſalibus.

¶ Eudæmonidas nomen viri proprium, & latine dicitur bene intelligens.

¶ Eudamidas penul. cor. nomen filij Archidami, & fratris Algidis.

¶ Eudora penul. pro. nympha Oceani & Tethios filia, interpretari poteſt bonum donum.

¶ Eudora vna ex atlantidibus, quæ ſeptem numero eſſe perhibentur. Ambroſia. Eudora, Paſitoe. Coronis. Plexaura. Pitho. Tythe Cc.

¶ Eudoxa bona gloria δόξα em̄ latine gloria dr̃ & opinio. ¶ Eudoxus bene glorioſus, quaſi gloria inſignis ꝓprium nomē echinis filij, qui patria Guidius geometra & aſtrologus, ſummus medicꝰ, Socratis auditor, qui primus annū cōpoſuit. Scripſit leges, & de geometria atq; aſtrologia libros edidit. Fuit & alius eudoxus Rhodius hiſtoricus, alius Siculus Agatoclis, poeta comicus.

¶ Eucho is, extra veho. Var. li. j. de re ru. Quarto eūdē fructuoſiorē faciunt vecturę, ſi vię ſunt qua plauſtra agi facile poſſunt, aut flumina ꝓpinqua, q̄ nauigari poſſint, quibꝰ vtriſq; euehi atq; inuehi ad multa prædia ſcimus Per tranſlationē ſignificat extollo. Vnde euectio extollentia. Aug. lib. v. conf. Miſſum eſt a mulo. Romam ad præfectū vrbis vt illi ciuitati rhetoricæ magiſter traderetur imperita etiam publica euectione.

☿ Euchemerus, pe. cor. nomē hiſtorici de quo Lactā. ſic inquit. Euchemerus antiquus auctor fuit e ciuitate meſſana, res geſtas Iouis, & cęterorum qui dij putantur collegit, hiſtoriamq; contexuit ex titulis, & inſcriptionibꝰ ſacris, quę in antiquiſſimis tēplis habebantur. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, & ſecutus.

¶ Eumenes ſeu eumenꝰ fuit vir Cardianus, qui cura, vigilātia, patria calliditate, & celebritate īgenij oēs Macedones ſuperauit, de quo multa a gręcis hiſtoricis tradūt̃

¶ Euenire eſt alicui quippiā ꝑ fortē venire. Et plęrūq; de magiſtratibus ac prouincijs dicitur. Salu. in Iug. Metellus & Syllanus cōſules deſignati prouinciam inter ſe partiuerant, Metelloq; Numidia euenerat.

¶ Euentus ge. maſcu. & quarti ordinis tam in plurali, q̄ in ſingulari dicitur quod caſu aut fortuna nobis euenit, tam in bonū, q̄ in malum. Cic. li. j. de Orato Vt enī quis optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, varioſq; euentus orationis expectationēq; hominum pertimeſcit. Similiter dicitur euentum neut. gene. qđ in plurali euenta facit. Lucr. lib. j. Euentum dici poterit quodcūq; erit actum, Cice. in partitionibus. Si cuiuſq; facti & euēti cauſa ponetur. Idē de diuina. Si euēta quærimus, quæ exquiruntur auibus. Et ad Atticum Semper cauſę euentorum magis mouent q̄ ipſa euēta. Quod eſt contra Vallam & Si pontinum. Aliquando etiam euentus finis rei dicitur. Ouidi. Careat ſucceſſibus opto, Quiſquis ab euētu facta notanda putat.

¶ Euenos, pe. ꝓ, fluuiꝰ a Tracia deſcēdēs, & Calidoniā ſecās. De quo Oui. li. ix. Met. Nāq; noua repetēs patrios cū cōiuge muros Venerat eueni rapidas Ioue natus ad vndas. Hūc fluuiū poetæ quādoq; cētaurū vocarūt.

¶ Euerto extra verto, eruo demolior. Sēper em̄ ſignificat ruinā alicuius magnę rei Cic. lib. j. offic. De euertendis diripiendiſq; vrbibus valde illud conſyderandū eſt. Vergi. Priamiq; euertere gentē viſum eſt ſuperius. Vnde euerſiones dictæ ſunt.

¶ Euerro is, extra ſeu valde verro. Col. lib. viij. Stabula frequenter euerrenda & purganda, humorq; omnis vrinæ deuerrendus eſt.

¶ Euerriator dicitur, qui iure accepta hæreditate iuſta facere defuncto debet, quæ ſi non fecerit, ſeu quid in ea re pecauerit ſuo capite luat.

☿ Euphantaſiotos εὐφαντασίωτος latine dici poteſt qui bene aliquid imaginatur.

☿ Eumolpides, erāt ſacri ſacerdotes, ſeu magiſtratꝰ athenis in honorē Eumolpi regis quē ægyptij generis fuiſſe, Diodorus ſcribit. Hunc Suidas Athenienſis filium

Muſei poetæ ait. Aliј vatem Orphei filium.

¶ Eueſtigio aduerbiũ dicit vel qđ ſtans aliquis in eodẽ veſtigio facit. Vnde ſtatim dicitur, Vel quãtũ tẽpus eſt in vno veſtigio faciẽdo, quod eſt breuiſſimũ. Vel tractũ eſt ab his, qui ſe planta mouentes nihil tardant aliquid perficere & illi negocio quod eis imminet nullã aliã rẽ anteuertunt, ☿ Vel cũ aliquid repente fieri volumus ita dicere ſolemꝰ ante quã eueſtigio moueare hoc exquire.

¶ Euganei venetiarũ populi ab euganea, hoc eſt nobilitate cognominati de quibus Stra. Pli. Liuius.

¶ Euganei montes ſupra patauiũ Iſtriã verſus in quibꝰ abundãt pecudes molliſſimas lanas faciẽtes. Luc. Euganeo ſi vera fides memorãtibꝰ augur Colle ſedens apponi terris vbi fumifer exit. Atq; antenor ei diſpergit vnda Timaui Hinc euganeus a, um. Iuuena. Et euganea quantumuis molior agna.

¶ Euge interiectio aſſentientis, quaſi ſponte ſua cõgratulãtis. Hiero. interpretatur euge euge bene bene, vt illud eſt in Pſal. Euge euge viderunt oculi noſtri.

¶ Eugium caro eminula inter cunni ſymplegadas. Vñ ſcindere eugiũ eſt puellã inſcẽdere Neuius. Sine eugio puellã inuenit. Laberius. Quęnã mens, quę diritas vos ſuppilatores fecit cũ cano eugio velitari. Idẽ. Quare tã arduum aſcendis an concupiſcis eugium frangere.

✣ Euhohe interiectio exclamatiua, quemadmodum & ohe. Cornucopie.

¶ Euidens pen. cor. quod aperte videt & intelligit, ab euideo quod eſt clare & expreſſe video. Euidenter clare

¶ Euilla regio ad orientẽ vergẽs quã circuit de paradiſo Phiſon egrediens, quẽ noſtri mutato nomine Gangẽ vocant. In ea aurũ precioſum, quod hebraicezaab, & gẽmæ precioſiſſimę carbũculus ſmaragduſq; naſcuntur.

¶ Euiratus modo cui amputata ſunt virilia dicit, hoc eſt eunuchatus, mõ laſciuus perditꝰ atq; effœminatꝰ. Plau. Adoleſcens euiratus ac mollis. Ambro. Euiratos deliciẽ reddũt, Varro. Euirauit omnes veneri vaga pueros.

¶ Euiſcero as, Vide in dictione Viſcus.

¶ Euito as, pe. pro. vitam eripio, vita ſpolio, ſicut Lętare eſt leto multare. Eſt tamen vetus verbũ planeq; poeticum. Cic. lib. iiј. Tuſc. Hæc omnia vidi inflãmari, priamo vitam euitaris Euitare etiam dici poteſt valde vitare cauere.

✣ Euhyus bacchi nomẽ, quaſi bonus filius, ἐῦ bene ὑιὸς filius dicitur, nec euchius legendũ ex græca, auctoritate Cornucopie.

¶ Eulogium dicitur benedictũ, ἐυλογέω benedico ἐυλογία benedictio. Eulogos rationabilis. In decretis canonicis logia pro benedictionibus, ſiue muneribꝰ, quę minutili ſacerdotes ad ſynodũ conuenientes a maioribus ſymmatibuſque ſacerdotibus deportãt. Vnde. xxiiј. diſ. ſcribitur de eulogiјs ad ſacra conſilia deferẽdis nihil inuenimus a maioribus determinatum.

¶ Eumeces balſami genꝰ, ꝙ læni cortice cęteris ſit ꝓcerꝰ ἐυμήκης enim gręce procerus & prolixꝰ dicitur. Cc.

¶ Eumelus Admeti regis. Theſſaliæ ex Alceſta vxore filius.

¶ Eumenides furię iſernales, latine beniuolę, & mites dicũtur per cõtrariũ quaſi nõ mites ἐυμενὴς eñi beneuolꝰ ☿ Has tres ferũt Acherõtis fuiſſe filius atq; noctis, vno partu editas. Et apud Inſeros vocantur canes. Vñ Luc. Lã vos ego nomine vero eliciam ſtygiaſq; canes in luce ſuperna deſtituã. Apud mortales furias, ab effectu. Ver. Cæruleis vnũ de crinibus anguẽ cõiјcit, inq; ſinu precordia ad intima ſubdit. Quo furibunda domum mõſtro permiſceat omnem. Apud ſuperos dicuntur diræ. Idẽ. At procul vt dirę ſtridorem agnouit & alas, infœlix crines ſcindit iuturna ſolutos. Vocant & volucres vt apud eundẽ Iam iam linquo acies ne me terrere timentẽ. Obſcęnę volucres alarũ verbera noſco.

✣ Eumeris gemma quę capiti ſuppoſita nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit. Cc.

¶ Eumonides nomen proprium viri thebani, ſicut ſcribit Plutarchus

¶ Eunuchus pe. pro. caſtratus ab ἐυνὴ quod eſt cubile & ἔχω cuſtodio, quia id hominũ genus adhibebat ſeruãdis cubilibꝰ regũ, quaſi euneechus, & ꝑ ſyneresim eunuchꝰ

¶ Eunucho as, caſtro. Varro. Quod facit ꝓ ſua parte is qui ſe eunuchat.

¶ Eunuchizo as, eiuſdẽ ſignificationis. Hie. cõtra Iouinia. Sũt eunuchi q de vtero matris ita nati ſunt. Et ſunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati ſunt. Et ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cęlorum.

¶ Euoco as, pe. cor. extra voco. Plau. i Amp. Euocate huc ſoſiã. Per trãſlationẽ eſt quaſi extraho. Cic. li. ј. tuſ. Nãquid aliud agimꝰ, quũ a voluptate, id eſt a corpore, quũ a re familiari, q̃ eſt miniſtra & familia corporis, quũ a rep. quum a negocio omni euocamus animum.

¶ Euocati dicuntur non qui iuſti milites ſunt, ſed qui repentina aliqua neceſſitate ex agris in bellũ tumultuarie vocãtur. Hi pro militibus ducebantur. Saluſtius. Heu quis miles, neu pro milite.

¶ Eupalia nomen vrbis in Locride, quam aliј eupalion aliј eupollon vocant.

✣ Euplecton ſtructurę genus in ędificiјs tantummodo frõdibus politis, quaſi ἐύπληκτον id eſt bene cęſum. Cc.

✣ Eupetalos gemma ignem in primis colorẽ habens, ſed cęruleo, & miniј, ac mali coloribus admixtis. Cc.

✣ Eupheme mulieris nomen nutricis muſarum & Croci matris. Cc.

¶ Euphemia nomen mulieris, & latine dicitur laus, fauor Euphemus boni nominis.

¶ Euphonia cum accentu in penultima bona ſonoritas vel vocalitas. Euphonus concinnus.

¶ Euphranor nomen ſtatuariј laudatiſſimi Iſthmiј, de quo Quintilianus libro duodecimo.

¶ Euphrates is, & euphrate es, pe. pro. fluuius Meſopotamię in paradiſo oriẽs. Strabo ſcribit euphratem ex Niphete monte armenię magnũ profundum & celerẽ naſci, exire aũt in mare rabrum, prius tñ Babyloniam ꝑ medium diuidere & tigri coniunctum Meſopotamiam facere. Saluſtius quoq; certiſſimus auctor aſſerit tam Tigris q̃ Euphratis in Armenia fontes demonſtrari. Ex quo aĩaduertimus inquit Hier. aliter de paradiſo & fluminibus intelligẽdũ. Boe. Tigris & Eufrates vno ſe fõte reſoluũt. Euphrates latine fœcũditas atq; abũdantia fructuũ dicit. Amb. li. de paradiſo. Plęriq; inquiunt euphratem dictũ ad ἐυφραίνεσθαι hoc eſt a lętãdo, eo ꝙ hoim genus nullo magis q̃ lętitia & ęquitate lętetur.

¶ Euphroſina, æ & euphoſine, es, pe. cor. fuit vna ex tribus gratiјs, & nomen mulieris ꝓpriũ, latine lętitia dicitur, Euphroſia exultatio euphręnin lętari eſt.

¶ Euphorbiũ & euphorbia herba ab Euphorbo medico Antoniј muſę fratre dicta, vt inqt Pli. Naſcit in Atlãte mõte. Hiero. cõtra Ioui. Baſilides magiſter luxurię poſt tot annes ita in Iouinianũ quaſi in euphorbũ trãſformatus eſt, vt latina quoq; lingua haberet hęreſim ſuam.

¶ Euphoriõ nomẽ poetæ Calſidenſis, quem tranſtulit Gallus. Habebat hic quoſdam ita deditos ſibi amatores vt eũ pręferrẽt Ennio, & reliquis poetis, eiuſꝙ poemata ſtadioſe cantarent, poſthabitis aliorũ poematibus.

¶ Euphraſinũ, ſiue euphroſinũ hęrba eſt alio nomine Bugloſſa. Sic dicta ꝙ lętificet gręci enim ἐυφραίνειν lętificare dicunt. Cc.

¶ Euplius, lacus ciſalphinę gallię, in quem progredit Lambrus in padum defluens.

¶ Euppia latine decor, ex ἐῦ bonũ & πρέπον decens.

✣ Eureos gẽma, q̃ nucleo oliuę ſimilis eſt Cc.

¶ Eripides nomẽ egregiј poetę apud gręcos Tragœdię illuſtratoris, quã ſcribere natꝰ ãnos duodeuigĩti adortꝰ eſt, & in ſpelũca quadã tetra & horrida Salaminis inſulę fertur tragœdias ſcriptitaſſe, hic vi ſermonis & ſentẽtiarũ cribritate oratoribus cõparandus fert. Hic a canibus



lacceratꝰ petiјt, vnde iterpres Euripidis ita ſcribit λέγεται γὰρ ὅτι ἐκεῖ ἐν τινὶ ἄλσει φροντίζων ἔτυχε καταβρωθεὶς ὥς φασιν ὑπὸ τῶν τοῦ ἀρχελάου κυνῶν ἐξιόντος εἰς θήραν ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονὼς ἐτάφη μὲν ἐν μακεδονίᾳ. ✣ Id ẽ Cõuerſans igitur illic in quodã nemore cogitabundus, forte fortuna (vt aiunt) deuoratus eſt a canibꝰ Archelai exeuntis in venationem, ſupra octaginta annos natus, ſepultus quidem in Macedonia.

¶ Euripi pe. pro. canales ſeu ductꝰ aquarũ aliũde deductarũ in ſublime ſaliẽtiũ, ſi paulo minutiores ſint, quos intra domos Romani per pratũ ducebant. Si autẽ maiuſculi ſint. Nili dicũtur. Cice. li. ј. de legibus. Ductus aquarum quos iſti nilos euripoſq; vocãt, quis quũ viderit nõ irriſerit? Euripi quoq; ſunt foſſę in ludis circundatæ pro ſeptis, quorũ loca tẽporaria prius clauſtra fuerũt auctore Plinio. Spatiatꝰ in elogia. Euripis vino plenis nauales circẽſes exhibuit. Quidã euripos interp̃tantur piſcinas. Euripus etiã dicitur fretũ id eſt mare anguſtũ, qualis eſt Euripus taurominitanus in ſicilia, & alter in eubœa.

✣ Eurocias gemma quæ ſitu videtur operire nigriciẽ. Cornucopiæ.

¶ Europa tertia pars orbis ab Europa Agenoris phœnicũ regis filia ſic appellata. Dicit autẽ Europa quicqd terrarum iacet a freto ad Tanaim, & habet quatuor ſinus magnos, quorũ primus eſt a gaditano freto ad lacinium vſq; promontorium italię in locris. Secundus a lacinio ad ipſa epiri acroceraunia, Tertius inde ad Helleſpontũ Quartꝰ ab Helleſpõto ad Męotidis oſtia. Fuit & Europa nomen Oceani & Tethyos filiæ.

¶ Eurotas, pe. pro. nomẽ fluuiј i Laconia, q teſte Liuio li. iiiј. de bel. Macedo. vrbẽ Lacedæmona p̃terfluit. De hoc Ver. Omnia quæ phœbo quondã meditante beatꝰ Audiјt Eurotas iuſſitq; ediſcere lauros.

✣ Euronotus alio nomine vulturnus vẽtus eſt ab oriẽte hiberno ſpirans, quod inter notũ & eurũ ſit. Cc.

¶ Eurus vẽtus ab oriẽte flans, & callidus eſt. Col. li. vј. Quum plęrũq; ſideris caniculę tẽpore quędã partes eiꝰ regionis ſic infeſtantur euro, quẽ incolæ Vulturnum appellant, vt niſi teguminibus vites opacent, velut halitu flãmeo fructus vrantur. Gręci appellãt Apeliotẽ ꝙ a ſole ſpiret, vñ & a latinis eadẽ ratione ſubſolanus vocat.

¶ Euriale fuit regis Minois filia, quæ neptuno Orationem peperit. Alia fuit Præpeti Arginorum Regis filia Alia ex tribus Gorgonibus vna.

¶ Eurialus nomẽ vnius ex principibꝰ Pelopõneſiacis qui agros & ꝓpinquas vrbes incolebant, & ad troiam cõ octoginta nauibus venerunt. Aliũ troianum finxit. Vergilius. Fuit & nomẽ hiſtrionis. Iuue. Nobilis Eurialum aut Mirmillonem exprimat infans.

¶ Eurybates nomen viri ithaci. Oui. Simul eurybates metalthibiuſq; vocarunt.

¶ Eurybiades, teſte herodoto fuit vnꝰ ex ducibꝰ Xerxis

¶ Eurybia nympha, quæ ſtellas & luciferum genuit.

¶ Eurycĩõ nomẽ fabri argentariј, de quo Vergi. lib. x. Que bonus Eurycion multo cælauerat auro.

¶ Euricatridas vir lacedęmonius, de quo Plutarchus.

¶ Eurydamꝰ pe. cor. vir troianꝰ. Latinę dicitur late domãs Ouid. Vtq; vel eurydamas ter circumbuſta traſylli. Et lariſſæ is tractꝰ ab hoſte rotis. Vbi per eurydamanta intelligũt Hectorẽ qui virtute cuncta domitabat.

¶ Eurydame, teſte Herodoto, fuit vxor Leutichidis Spartanorum Regis.

¶ Eurydicę, vxor Orphei, ꝓ qua recuperanda ferũt Orpheum ad inferos deſcẽdiſſe. Alia fuit Neſtoris cõiunx

✣ Eurydomene nympha marina ἀπὸ τοῦ ἐυρὺ καὶ δίδωμι hoc eſt abũdanter do, Perhibent hanc matrem gratiarũ fuiſſe quã aliј. Eurymeduſam a verbo greco μέδω quod rego ſignificat vocant. Cc.

¶ Eurylochus fuit phlegiarũ rex, qui Thebas deſtruxit antequã veniret Cadmus, q eas poſtea reædificauit.

¶ Eurymedõ nomẽ patris Periboiæ, ex qua Neptunꝰ genuit Nauſitheũ regem Phęacũ. Alter fuit Athenienſium dux cum Demoſthene.

¶ Eurymone nympha Oceani & Tethyos filia Mater Leucothoes. Alia fuit Apollinis filia, q̃ Adraſtũ Arginorũ Regẽ, & Etyphilem Amphiarei coniugẽ peperit,

¶ Eurypeus pe. cor. fuit Herculis filiꝰ, qui regnauit in Coo inſula, & cunctorũ Grędorũ augur peretiſſimus eſt habitus. Verg. Suſpenſi Eurypilũ ſcitatũ oracula Phœbi Mittimus. Fuere & aliј hoc nomine.

✣ Hunc Eurypilũ non Herculis filiũ, ſed nepotem ex Thelepho filio fuiſſe auctor eſt Homerus Cc.

✣ Euripidius numerus in talis quadrigenarius, ab Euripide inuentus. Cc.

¶ Euryſtheus fuit Steleni Mycenarum regis filius, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, vt varia monſtra ſuperaret, quibus poſſet perire.

¶ Eurythus pen. cor. Oecalię rex, & pater Ioles. Hinc Eurythis idis, patrimonicũ fœminũ. Oui. Eurythidos Ioles, & inſani Alcidæ. Alter fuit centaurus

✣ uſebes gemma ex qua traditur Tyri in Herculis templo facta ſedes ex qua facile diј ſurgebant. Cc.

✣ Euſebia græce ἐυσέβεια pietas religio, ἐυσεβέω ſum pius pietatem exerceo, ἐυσεβὴς pius religioſus. Cc.

¶ Euſtratius nomẽ philoſophi, qui in ethica Ariſtotelis ſcripſit, ab στρατὸς exercitus nomen deductum.

✣ Euſtathius nomen fuit grammatici gręci.

☿ Euſymbolos, latine bonum nomen dicitur.

☿ Euthycus, latine fortunatus, cui omnia ex ſententia ſuccedunt. Nam ἐυ bonum & τύχη fortunam ſignificat.

☿ Eutaxia, latine bona ordinatio dicitur.

☿ Euthyoria ἐυθυωρία ſignificat, non per diuerticula itinerum quæ obiectu montium, & interuentu conualliũ, aut fluminum flexũ, plęrumque neceſſaria ſunt, ſed in directum acta menſura.

☿ Euthimꝰ, nomẽ viri, qui pugil appellatꝰ eſt. Hic in locris italiæ qui epizephyriј cognominantur ortus Aſtycleo patre vel vt indigenis perſuaſum eſt. Cecino anne genitus, qui locros theginis diuidit.

✣ Euthale lauri genus. Vide in dictione Daphnoides.

¶ Euterpe fuit vna ex muſis ἐῦ bene τέρπω delecto, quaſi ſit bana delectatio.

¶ Eutrapelos pen. cor. quidã aiunt ſigniſicare tricubitos Mar. Eutrapelus tonſor dũ circuit ora luperci. Vide Pli. lib. viј, circa principiũ. Aliј putant hoc nomẽ ſignificare apud gręcos eũ, qui facilitate quadã morũ præditus eſt, hoc eſt comis, lepidus, elegãs & facetꝰ. Eutrapelia comitas. ¶ Eutyces pe. cor. nomẽ fuit hereſiarchæ.

¶ Eutymedon pe. cor. nomẽ cuiuſdam philoſophi.

✣ Eutymia animi tranquillitas. Laertius in vita Democriti Finem eſſe rectum quietumq; animi ſtatu, quẽ Euthymiam dicit, dum nullo motu, nulla ſuperſtitione, aut alia quauis perturbatione agitatur.

¶ Euxinꝰ pe. pro. mare illud eſt, qđ incipit a Boſphoro thracio Componitur ex ἐῦ, quod bonum apud nos indicat & ξένος hoſpitium vel amicus quaſi bonum ſit hoſpitium. quod per contrarium dictum eſt, nam ibi ſunt loca aſperrima. Oui. lib. iiј. de triſtibus Euxinus a falſo noĩe dictus habet Sed teſte Pli. lib. vј. Pontus euxinus antea ab in hoſpitali feritate Axenus appellatus eſt peculiari inuidia naturę ſine vllo fine indulgentis auiditati maris Poſt commercio illarum gentium mollitis aliquantum moribus dictum eſt Euxinus.

¶ Euxomũ bonũ ius ἐῦ bonũ ζωμὸς ius quod comeditur

¶ Euzonos ſtrenuus ζώνη cingulum. Nam qui militant cinctos dicimus, diſcinctos inhabiles.

## E ANTE X

Exactũ pręteritum, tranſcurſum. Verg. li. iiј. Georg. At tribꝰ exactis vbi quarta acceſſerit æſtas. Exacti menſes dicũtur, qui circa partũ ſunt. Idẽ Exactis grauidæ cũ menſibus erant. Item exactũ diligẽs. Vale. Max. Quia nunq̃ remotos ab exactiſſimo cultu cerimonias

rum oculos. Itẽ exhauſtũ ſuperatum. Sene. Vt tot procellis tẽpeſtatibuſq; exactis aliquãdo in portũ veniamꝰ In hunc ſenſum veteres exanclatum accipiũt, habet & alia ſignificata, de quibus in dictione exigo.

¶ Exactor & exactio. Vide in dictione exigo is.

✠ Exactum ſubſtantiuũ ſignificat exactionem. Quintil. de paſtu cadauerum. Sacro ſanctus mercator opportunꝰ opinor inuenit mercis exactum. Hie. Nõ exactum ſed exactionem inuenies. Exactus vero, a, um, ea ſignificat quę, exigo. Ibi ergo require.

✠ Ex prepoſitio de qua ſupra in E. & ex.

¶ Exaduerſo appellare. Vide in dictione appellare.

¶ Exaggeratio magna coacervatio, ponitur q; ꝓ altitudine & excellentia. Tranſlatio ſumpta a terra, quę exaggerata & in aggerem erecta ſuſtollitur in faſtigiũ. Ci. li. ij. Thuſ. Hoc tibi ꝓpone, amplitudinẽ animi, & q̃ſi quãdã exaggerationẽ q̃ altiſſimã animi q maxime eminet ĩ contẽnendis & deſpiciẽdis doloribꝰ vnã eſſe omniũ rẽ pulcherrimã. Oratores exaggerationẽ facere dicũt, qñ pluribus verbis vnã eandemq; rẽ vehemẽter dicũt quæ res maxime venuſtat orationẽ. Apud Catonẽ luculenta illa exaggeratio eſt. Succidias humanas facis, decẽ funera facis, decẽ capita libera interficis, decem hominibus virũ eripis in dicta cauſa, iniudicatis, indemnatis.

¶ Exagoge pen. cor. latine eductio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐξάγω ἀγαμι ... ἄξω, Ab ex & ago futurum agam.

¶ Exagito tas, ſignificat vehemẽter vexo. Lactã. li. vj. Poetæ tres furias eſſe dixerũt, q̃ mẽtes hoĩm exagitẽt. Itẽ ſignificat exaſpero, ad irã ꝓuoco. Sal. Tñ quia ĩ tali tempore tanta vis hominis magis lanienda q̃ exagitanda videbatur.

¶ Exalburno as. Vide in dictione alburnum.

¶ Exalto in altum eleuo. Col. Senum pedũ latitudinis ſulcos dirigunt, fodiuntq; & exaltant in tres pedes. Per tranſlationem ſignificat magnifice laudo.

¶ Exaluminati dicuntur vniones, qui colore prẹſtant.

¶ Examẽ noua apũ ſoboles, quã parẽtes ex ſuis aluearibus ad nouas ſedes quęrẽdas exire cogũt, ꝙ hę ita vniãtur, vt ſimul ligatę videanẽ. Nec ſolũ de apibꝰ, ſed etiã de veſpis & hmõi intelligiẽ. Rurſus examẽ ſtylus eſt in lãcea ſiue ſtatera, q quo põdus ſe vergit, exit. Ver. li. x. Iuppiter ipſe duas ęquato examine lãces. Hęc bilancis ſeu ſtaterę lingua, ab alijs æquamẽtũ, ab alijs libramẽtũ ab alijs ęquilibrium & trutina dicitur. Añ metaphorice ponitur ꝓ ęquamẽto, & iudicij inueſtigatione. Perſius. Examẽq; improbũ in illa Caſtiges trutina.

✠ Exacerbeſco, ſcis, valde acerbus, i. aſper fio. qđ ab ex acerbeo, es, fieri conſtat: licet Acerbeo raro inueniatur Apule. in Apologia. Quis tã eſt mitis qui exacerbeſcat?

¶ Examino as, pe. cor. ſcrutor & ĩueſtigo ęquãdi cauſa

¶ Examuſſim, vide in dictione Amuſſis.

✠ Exãgue dicimꝰ qđ ſine ſãguine ẽ, & ꝓ pauido capiẽ.

¶ Exanimꝰ a, ũ, & exanimis, & hoc examine, & exanimatꝰ a, um, ãbo duplicẽ eandẽq; ſignificationẽ habẽt licet Ser. Velit hec inter ſe differre. Exanimis idẽ eſt qđ mortuꝰ, vt apud Liui. li. viij. Vt vno ictu exanimẽ equo ꝑcipitaret. Ver. Examinũq; auro corpꝰ vẽdebat. Achilles. Interdũ idẽ ẽ quod exterritꝰ. Idẽ li. iiij. Audijt exanimes trepidoq; exterrita curſu Vnguibꝰ ora ſoror fœdans ſi pectora pugnis Per medios ruit Sic examinatꝰ nõ ſolũ ꝓ exterrito, ſiue ꝑturbato, vt Terẽ. in an. Ibi tũ examinatꝰ Pamphilus bene diſſimulatũ amorẽ & celatũ indicat, ſed etiã pro mortuo accipitur, vt apud. Liui. lib. xxij. Vnam in ipſo potu ſoſpite filio repente oblato in cõſpectu eius expiraſſe ferunt. Alteram cui mors filij falſo nũciata mœſtam ſedentem ad primũ conſpectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatum.

¶ Exanimalis, & hoc exanimale, qđ nõ eſt animal, vel ꝙ ẽ ſine anima. Plau. ĩ Bac. Nã neq; Bellona mihi vnq̃, neq; mors creduat ni illum exanimalem faxo, niue exheredem fecero vitę meę.

¶ Ex animo facio. ſignificat facio qđ in aĩo volo, vt ſit q̃ſi ex animi ſententia. Exanimi eñ ſententia, lucutio eſt quotidiana, qua vtimur quãdo ſignificamus aliquid factum eſſe prout optamus & volumus. Vnde dicimus habes iam vxorem exanimi ſententia.

¶ Exanimo eſt vt natura fert, hoc eſt vt refert naturalis ingenita actio.

¶ Exanimo as, capitur ſicut aĩo, de quo ſupra, niſi ꝙ ex prępoſitio ſignificat extra, ſiue quũ aĩam quis emiſerit ſiue cũ pene aĩm pauore amiſerit. Qñ ab aĩo fit, ſignifi. perterreo, ꝑturbo. Plau. in aul. Nimis male timui, priuſq̃ intꝰ redij examinatus fui Terẽ. in an. Oratio hęc me miſerã exaĩauit. Qñ vero ab aĩo eſt, ſignifi. aĩa priuo, ſiue neco. Curti. Multos exanimauit rigor inſolitus niuis, mũltorũ aduſſit pedes plurimorũq; oculis prẹcipuẹ penetrabilis. Gel. Anus repẽte filio viſo copia atq; turba & quaſi ruina incidenti inopinati gaudij oppreſſa exanimataq; eſt.

¶ Exanio as, Col. li. vlt. Vt omnẽ amaritudinẽ eius & pallorẽ exaniet. Et alibi, Patimur aũt nonunq̃ tota nocte poſtero die baccam velut exaniari.

¶ Exanclo as, ab ex & ãclo, Priſciano dicẽte Anclo, ꝓ ãclor, ſignificat effundo, ex haurio, ſupo Plau. ĩ Sti. Ne iſte ẹdepol vinũ poculo exãclauit. Cic. li. j. Tuſ. qa quũ exãclauiſſet oẽs labores, tũ ĩcideret ĩ mortis malũ ſẽpiternũ. Aliqñ exãclare ẽ ꝑpeti. Lucil. li. xxx. Quãtaſcũq; mõ ęrũnas quãtoſq; labores exãclaris. Aliqñ perficere. Pacu. Nõ poteſt Menalippe hic ſine tua opera exanclari clauus. ✠ Examurcari oleũ dr̃ qñ ab amurca defęcatũ fit. Apu. li. iiij. Ac dũ cęleſtis vaporis flãmis examurcat

✤ Exantaxenos latine hoſpes dicitur. Cc.

¶ Exanthemata appellantur a Plinio eruptiones pituitæ, aliquando papulæ,

¶ Exarmo as, mãſuefacio. Vñ exarmatę beſtię pro cicuribꝰ & mãſuefactis. Lãpri. in Helio. Habuit leones & leopardos exarmatos in delicijs, quos edoctos per mãſuetarios ſubito ad ſecundã menſam & tertiam menſam iubebat accũbere, Ignorantibus cunctis ꝙ exarmati eſſent ad pauorem & ridiculum excitandum

¶ Exareſco perfecte areo Columel. li. iiij. Et ſole ac vẽto penitus ſiccari atq; exarſcere. Cic. Papirio. Deinde ipſa illa ſi qua fuit ĩ me facultas orationis niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. hoc eſt omnino arida facta fuiſſet & defeciſſet.

¶ Exareſio idẽ quod exareſco, niſi ꝙ exareſco ꝓprie ex trĩſecꝰ fit. Exareſio intrĩſecꝰ, vt de fuco marino đt. Pli. li. xxvj. Sed oĩbꝰ articulis morboꝝ ĩpoſitꝰ añq̃ exareſiat

¶ Exaro, as, pe. prod. ꝑfecte aro ſed ꝑ tranſlationem ſignificat ſcribo. Qui eñ ſtilo ſcribũt in codicillis, hi quaſi ſulcos inſtar aratorum ducere vidẽtur. Cic. Cornificio. Hæc quum eſſem in ſenatu exaraui.

¶ Exaſſe duę partes ſũt, ſignificatq; ex tota hęreditate q̃ dicitur as, aſſis, quę pluribus modis diuidebaẽ. Vnde dicimus Hic ex aſſe hęres relictus eſt. i. ex toto. Mart. li. vij. Hęredẽ Fabius Labienũ ex aſſe reliquit.

✠ Exaſpero, as, vltra notã ſignificationẽ ſignificat acuo Sil. Saxoq; exaſpat enſẽ. Tacitꝰ. Saxo exaſperaẽ ferrũ.

✠ Exaſceare, aſcia polire lęuigare. tranſlatio a fabris lignarijs ſũpta q ligna prius dolant deinde poliũt. Plau. in aſi. Iam hoc opus eſt exaſceatum. i. perfecte dolatũ.

✠ Exędifico, perfecte ędifico. Vide in Aedefico. Aliqñ ſigni. domo priuo, domo eijcio. Plau. in Tri. Qui exędificaret ſuam incoatam ignauiam.

¶ Exauctoro, as, pe. ꝓ. ſignificat ab auctoramẽto, hoc ẽ obligatione militari atq; ſtipendio libero priuoq;. A quo ex auctorati milites dicũẽ q miſſionẽ habuerũt & frequẽter cũ dedecore exauctorari dicũẽ, perſępe tamẽ ſignificat miſſos facere a militia milites citra vituperationẽ. Liui. li. xxv volũnij exercitꝰ q vino Gaccho ſũma fide ſtipẽdia fecerat velut exauctoratꝰ more ducis ab ſignis diſceſſit, & libro vigeſi. vj. Quum deſeruiſſet exauctoratos



dimiſit Vlpia. exauctorare ĩterpretatur inſignia militaria detrahere, quod cum infantia conficitur, vt eſt apud Lampridium, qui ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauiſſe.

¶ Exaudio perfectione audiẽdi denotat, & hoc duobꝰ modis. Vno, quũ quod petimꝰ ĩpetramꝰ. Vñ etiã dicere ſolemꝰ. Vt nos exaudire digneris. Ver. & nulli exaudita deorũ Vota preceſq; meæ. Alio, quũ ꝓxime ſeu vehemẽter audio. Liui. lib. j. equitẽ clara increpans voce, vt hoſtes exaudirẽt, redire in prẹliũ iubet Terẽ. in Hecy. Vereor ſi clamorẽ eiꝰ hic crebro exaudiat, ne parturire intelligat. ¶ Exballiſto tas, a balliſta fit, & ſignifi. decipio. Plaut. ego hũc cõmunẽ meũ atq; uoſtrũ omniũ hoſtem exballiſto lepide ἀπὸ τοῦ βάλλω λέγεται καὶ ἀλλοῖς/τὸ σκόρπιος, ἀπὸ τοῦ σκορπίζω τὸ ἀπὸ σκεδάννυμι. Hoc ẽ a βάλλω qđ eſt mitto, aliud enim eſt Scorpius a σκορπίζω quod eſt diſſipo, ſpargo. Ita ſcribit Michalus etymologicus. Et Balliſta eſt maiorum tormentorum genus, quam Bricolam dicebant aui noſtri.

¶ Excalfacio, & excalfactorius. Vide in Calefacio.

¶ Excandeſco is, & excandefacio. Vide in Candeo.

¶ Excandeſcẽtia ab Apul. li. de Dog. Platonis appellatur ea animæ pars quę irritabilis eſt, habẽs domiciliũ in corde, q̃ alio nomine iraſcẽtiã nominãt, quę iracundia a Cic. dicta eſt ĩ prima Tuſ. a furore & ĩpetu animæ ducto vocabulo, vt inquit Plato in Cratillo.

¶ Excãto as, ſignificat quod incãtatũ eſt alio incantamẽto, libero, quod & recãto diciẽ. Pli. xxvij. Qui fruges excantaſſet. De recãto. Idẽ. Nõ pauci & ſerpẽtes ipſas recãtari putant. Aliquãdo excãtare capiẽ pro excludere. Plautus Nã crede cuiꝰ cor excantare poteſt.

✠ Excarnificatus diciẽ ille, qui per carnificinę tormenta diſcerptꝰ eſt. Sue. in Vitel. Apud gemonas ſcalas minutiſſimis ictibus excarnificatus, atq; confectus eſt.

¶ Excerebro as, cerebrũ excipio, vt apud Eſaiam qui mactat pecus quaſi qui excerebret.

¶ Excetra dicta eſt hydra, ꝙ vno cęſo capite tria excreſcebãt. Plau. in Perſa. Cũ excetra, cum Anteo de luctari maueli q̃ cũ amore. Græco vocabulo dr̃ echidna. Ouid. Pars quota lernẹę ſerpẽs eris vnꝰ echidnæ? Scribit Diodo. Herculẽ debellaſſe hydrã non ſolũ ferro, ſed etiam flãmis adhibito Iolao, qui inciſam ceruicẽ ardente face eueſtigio inureret. Cõſtat ſecundũ hiſtoricos Hydrã in Lerna argiuorũ palude extitiſſe venã aquas euomentẽ, q̃ vaſtabãt vicinas ciuitates, ĩ q̃ vno meatu clauſo multi erũpebant. Quod Hercules vidẽs loca ipſa exuſſit, & ſic aquæ meatus clauſit. Nã hydra ἀπὸ τοῦ ὕδατος. i. ab aqua nomẽ accepit. Plato aſſerit in euthydemo hydrã fuiſſe callidiſſimã ſophiſtriã, cui prẹter ſapientiã pro vno ſermonis capite amputato multa repullulabant.

¶ Excedo is, pe. ꝓd. diſcedo, egredior. Cic. in ipſa cura & meditatione obeundi ſui muneris exceſſit e vita. Itẽ vltra cedo trãſeo. Col. li. vij. Quũ exceſſerit annos decẽ fœtibꝰ ĩutiles ſunt. Plau. ĩ aul. Iſtic adeſto ſi hercle tu ex iſthoc loco digitũ tranſuerſũ, aut vnguẽ latũ exceſſeris. Itẽ ſupero, vt Cice. facile excedit omnes eloquentia.

¶ Excido is, pen. cor. ab ex & cado, a in i mutata prẹteritũ excidi, ſupinũ excaſum facit, ſignificatque deorſum cado. Verg. lib. ij. Georgi. Nã ſępe in cautis paſtoribus excidit ignis. Vnde per traſlationẽ excidere animo eſt in obliuionẽ dare. Idẽ. Necdũ etiã cauſæ irarum ſęuiq; dolores, exciderant animo. Interdũ diſſentire. Luc. lib. xxviij. Ego ab archilocho excido.

¶ Excido is, pen. ꝓ. excidi exciſum, extra de aliquo cædo & penitꝰ deſtruo. Cic. li. ij. offi. Nec lapides ex terra exciderẽtur ad vſum noſtrũ neceſſarij. Idẽ in Cato. Quo modo Cartagini male iamdiu cogitati bellam inferatur multo tempore ante denũcio de qua veteri non ante deſinam, q̃ illam exciſam cognouero.

¶ Excidiũ, & excidio, ab excido deduci manifeſtũ eſt ꝓ perẽptiones, & quaſi nece vrbis aut prouĩcię vt quũ cæſis hominibus mœnia ad ſolum deducuntur. Hæc etiã a cadendo dici videri poſſunt.

¶ Exciſo as, pe. ꝓ. lanio, verbero, & qđ vulgo diciẽ ſtratio frapo. Plau. ĩ Ciſt. Capillo ſciſſo atq; exciſatis auribꝰ.

¶ Excęllo, lis, exceli excęlſum, & excęlleo es, excellui ſignificat ſupero. Lact. lib. vij. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Hinc excęlſus magnus. Gel. li. j. Tanto fuiſſe Herculem corpore excęlſiorem.

¶ Excerno is purgamẽta ventris emitto. Cęlſus li. iiij. Qm̃ porta modo in inferiores partes ea quę excreturi ſumus, emittit. Hĩc excrementũ purgamentũ & ſtercus Vñ. Plin. li. x. ſcribit, quod quia coruus excremẽtis calciamẽta fœdauerit a mẽcippe examinatꝰ ſit. Proprie tamẽ Excernere eſt extra cernere, quod vernacula lingua dicimus, cernit fora. Col. li. ij. Itaq; in area detrita frumẽta ſic aggeranda, vt omni flatu poſſint excerni.

¶ Excerpo, is, pſi, ptum, ſignificat ſecernendo extraho Vnde excerpta dicimus que ex libris veluti floſculos extrahimus.

¶ Excipio, is. pe. cor. extra capio. Cice. li. j. Tuſ. Nã ſi ſolũ eos diceres miſeros, quibꝰ moriẽdũ eſſet, neminẽ tu quidẽ eoꝝ qui viuerẽt exciperes. Aliqñ excipere eſt ad ſe aliquẽ recipere, & ꝓprie excipiunẽ cadẽtes aut in calamitatẽ collapſi. Lactan. li. ij. Hunc errantẽ atq; inopem Ianus excepit. Vergil. li. iij. Heu quis te caſus deiectã coniuge tãto. Excipit. Aliquãdo aliquid recipere Augu. li. v. conf. Et dũ cor aperiã ad excipiendũ q̃ diſerte diceret pariter intrabat. Aliquãdo inquirere. Cic. lib. ij. de orato. Quædã dari ex hac vita ad pertrahẽdos animos hominũ, & ad excipiendas eorum voluntates. Aliquãdo ſeparare. Vergi. li. ix. Ipſum illũ clypeũ criſtaſq; rubentis. Excipiã ſorti. Aliquãdo per dolũ capere opprimere. Idẽ, excipit incautũ patriaſq; obtrũcat ad aras. Aliqñ colligere. Mart. Vẽtris onus miſero nec te pudet excipis auro. Aliquãdo abſcondere Plaut. in Aulu. Nec parẽ tibi ab eo indipiſces, neq; furem excipies.

¶ Exceptio excluſio, quæ ſicuti Vlpianus docet, interponitur actioni cuiuſlibet rei, ad excludendum id quod in intentionẽ condemnationẽq; deductum eſt.

¶ Excepto, as, ſępe extra capio, vel ad me frequẽter traho. Cic. in paradox. Et videant aliquẽ ſũmis populi bñficijs vſũ barbatulos nullos exceptantẽ de piſcina. Ver. li. iij. Georg. Ore oẽs verſæ in zephyrum ſtant rupibus altis. Exceptantq; leuis auras & ſæpe ſine vllis Coniugijs vento grauidæ mirabile dictu. i. frequẽter ad ſe trahũt & capiũt. ¶ Excipiũ, quod excipiẽ, ſicut ꝑcipiũ, qđ ante capiẽ. ¶ Excipula ab excipio, ſicut decipula a decipio, eſt ſeptũ ex arũdinibus cõtextis ad capiẽdos piſces Pli. Hyemato lacu fluctibꝰ glomerate voluunẽ anguillę in tãtũ mirabili multitudine vt in excipulis eiꝰ flnminis ob hoc ip̃m frabricatis ſingulorũ milliũ globi reperianẽ.

¶ Excieo es, ex ciui ci, excitum, extra moueo. Feſtus. Exciet excutiet.

¶ Excio, is, exciui, vel excitũ, extra voco, vel extra ſeu valde commoueo. Plau. in Ciſ. Vt mihi exciuiſti lachrymas. i. cõmouiſti. Et in Epi. Quid eſt pater ꝙ me exciuiſti ante ædes. P. Vt matrem tuam videas. i. euocaſti. Excire autem expergefacere eſt, Liui. libro. j. Hercules ad primam auroram ſommo excitus.

✤ Exciſſatũ veteres pro vulnerato & laniato dixerunt. Plaut. Capillo ſciſſo atq; exciſſatis auribus. Cc.

¶ Excito as, pe. cor, frequẽtatiuũ, Terẽ. in heau. Nũ vides q̃tũ mali ex ea re excites, pro expergefacio. Damaſus ad Hiero. Dormientẽ te & lõgo iã tempore legentẽ potius quam ſcribentem quæſtiunculis ad te miſſis excitare diſpoſui. Pro prouoco ſollicito ve. Col. lib. j. Nam cũ certamine opus excitetur, tũ inceſſantis animaduerſio iuſta eſt, & ſine querela videtur adhiberi.

¶ Exclamare voce magna clamare. Plaut. in Amp. ibi neſcio qs maxima voce exclamat. Itẽ exclamare alte vocare. Idem in eadẽ. Dũ hęc agũtur voce clara exclamat

vxorē tuam. Exclamationes fieri ſolent ſine aliquo adminiculo, mō per nominatiuū, mō per accuſatiuū modo per vocatiuū. Excludo is, pe. prod. extra claudo, eijcio. Plau. in aſina. Homo hercle hīc excluſus eſt foras. Hieron. Philippū regē Macedonū introeuntē ex more cubiculū vxor irata excluſit. Per trāſlationē excludere ponitur pro liberare. Actius. Qua virtute hic ſe ſeruitute excluſit. Itē pro incubādo pullū emittere. Columel. lib. nono. Veteranas aues ad rem eligi oportebit, q̄ iā ſępiꝰ id fecerit, moreſq; earō maxīe pręnoſci, quoniā aliæ melius excludāt, alię ęditos pullos commodius educent. Idem. Columbę excludunt vigeſimo die. Sic excludere eminere & apparere, qđ idem fere eſt qđ emittere, vt in Pſal. Excludant eos qui probati ſunt argento. Vñ dñr & in arte argentaria excuſſores. i. ex quadam confuſione maſſę ad ſuam formam expreſſores.

¶ Excolo is, pe. cor. Liui. Excultū perfecte adoro. Lactā. li. vj. Nā ſi deorū cultores ſimulacra inſenſibilia excolūt, & quicquid pretioſi habēt in ea cōferunt. Habet & reliquas ſignificationes, quas colo, ſed perfectas ratione prepoſitionis ex.

☩ Ex cōmunicatio vt ī decre. iij. q. iiij. diſtrīguit ab anathemate tanq̄ excōmunicatio ſit minor. Anathema maior. Vñ anathematizati ab eccleſia omnino ſeparantur. Cū talibus neq; ſermonis cōgreſſus neq; cibus cōicatur Hos. Cypria. abſtentos vocat eleganti vocabulo.

¶ Excōpoſito ſecūdū ordinē datū. Liui. Tū ex cōpoſito orta vis, ſignoq; dato iuuentus Romana ad rapiēdas virgines diſcurrit. ¶ Excorio as. Vide ī dictione coriū.

¶ Excors extra cor, q̄ſi ſine corde, hoc eſt aīo quo ſapimus In corde em̄, vt inquit Pli. habitat mens. Vñ ponitur ꝓ inſipiente. Lactā. li. iij. In quo alios nō excordes tantū fuiſſe arbitror, ſed etiam impios, ꝙ in ſecreta cęleſtis illius ꝓuidētię curioſos oculos voluerūt immittere.

¶ Excreare ē quadā vi expuere. Cęlſus, Et interdū aliqd purulenti excreat. ☩ Dictū a ſcratis, Scratę vero nugatorię ac deſpiciēdę mulieres dicebātur ab hiſq; ſcrea idem appellabāt id quod quis excreare ſolet, quatenus id faciendo ſe purgaret.

¶ Excreſcere valde ſiue extra creſcere. Col. li. v. Si ſatis excreuerint iugo ſupponantur.

¶ Excretū ſupinū ab excerno ſignificat egeſtū. Vñ excreta tritici dñr vulgo granacia, hoc eſt q̄ ex incerniculo ꝓ immūdis ſeponūtur. Col. li. vj. Vbi annona eſt carior excreta tritici minute cōmode dantur gallinis. Ibi excreta nomē Participium vero eſt, vbi paulo poſt ait. Furfures a farina excreti. Excretū vero ſupinum ab excreſco ſignificat qđ valde creuit. Virg. li. iij. Georgicor. Multi iam excretos prohibent a matribus hœdos.

☩ Excrementum, qđ egeritur ex cibo potuq;. Et eſt duplex ſiccū. ſ. & humidū. Cōceptaculū humidi dr̄ veſica conceptaculum ſicci. Alluus nominantur.

¶ Excubo as, pe. cor. vigilo, cuſtodiā facio, & q̄ſi minime iaceo, vt milites extra caſtra. vel extra tētoriū ad Imperatoris cuſtodiā noctu armati cōſidunt. Sal. ī Iu. Neq; ſecus q̄ſi iter faceret caſtra munire, excubitū in porta cohortes ex legionibus, pro caſtris equites auxiliarios mittere. Liuius. Ptolomęum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt.

¶ Excubię vigilę, licet vigilię tantū nocturnę dicātur: excubię & diurnę & nocturnę.

¶ Excubitor que excubat. Vnde gallus dicitur excubitor, qui peruigil horas cātu indicat. Tibul. Excubitorq; diem cantu pręedixerat ales.

¶ Excudo is, pen. pro. ſi, vel excudi ſum, cudēdo elicio Virg. Vt primū ſilicis ſcitillā excudit Achates. Per trāſlationē ędo ī lucē ꝓfero. Lactā. de opifi. Profiteor nullā me neceſſitate vel rei vel tēporis impediri, quo minꝰ aliquid excudā, quo philoſohi ſectę noſtrę quā tuemur inſtructiores doctioreſq; in poſterū fiant. Sic Vir. Vt varias vſus meditādo excuderet artes. i. ſtudioſe reperiret excudere etiā dicūt gallinę oua, qñ ex illis pulli naſcūt quod & excludere dicimꝰ, Columella lib. nono. Negāt anſer aliena excudere oua, niſi ſubiecta ſua q̄q; habuerit.

¶ Excuſſo as, pen. ꝓ. obiectū crimē purgo & a me repello. Ci. Nulla eſt excuſſatio peccati, ſi amici cauſa peccaueris. Et excuſſare eſt afferre in excuſſationem id quod peccādi cauſam prębuit, quod potius per accuſo dici debere videtur, veluti ſi latrones aut flumina impedimēto fuerunt ne ad diē adeſſe poſſem. Eo modo quo. Quint. Tu tamē ſi interpellatus tēpeſtatibꝰ ſerius veniſſes, excuſares mare & ambiguos flatꝰ. i. mare ī excuſationē adduceres. Liui. de Torquato. Oculorū valitudinē excuſauit. ¶ Excuſabile quod excuſatione dignū eſt.

¶ Excuſatorius a, um, quod ad excuſationem pertinet, vt excuſatoria epiſtola.

¶ Excurio verbū a curia quaſi extra curiā eijcio. Varro Appollonium ideo excuriauit quia nihil habebat. Cc.

¶ Hxcutio, is, penul. correp. ſſi, ſſum, ab ex & quatio, ſignificat quod vernacula līgua dicimꝰ ſcorlare. Virgi. li. xij. Summaſq; excuſſit vertice criſtas Plaut. excute dū paliū. Per trāſlationē ſignificat eijcio, emitto. Plautꝰ in Aulu. Nihi miſero cerebrū excutiunt tua dicta ſoror, lapides loqueris, id eſt frāgūt. Virgiliꝰ, excuſſus aconteꝰ fulminis in motē. Itē deijcio. Hic excuſſores equi dicūt q ſeſſorē deijciunt. Plini. Excuſſo circēſibꝰ auriga cucurriſſe excuſſores conſtat & primatū obtinuiſſe. Itē eligo. Cice. li. j. Phil. Iuuentutē omnē ex tota Italia excuſſimꝰ

☩ Excuſſorius, a, um, qđ ad excutiendū pertinet, vt excuſſoriū cribrū qđ excutit & trāſmittit farinā ignobiliorē ad panem ſecūdariū qui apud noſtrates ſub ventrem apud alios tritellum. Polinariū tenuius, flori farine accōmodum. Nam farina in polinem & ſecundarium & furfures partitur.

¶ Exdecimo, eligo, & exdecimatū, electum dicimus, a verbo decimo quod eſt decimam partem detraho. Cc.

¶ Exdiſpoſito dicimus hoc eſt dę induſtria & quemadmodum a nobis conſtitutum eſt. Cc.

¶ Exdiſcutio, ab ex, & diſ, & q̄ſio ſigni. ꝑfecte diſcutio. Hier. ad Ctheſi. Cū hęc ſe ita habeāt ꝓuoco aduerſarios vt oēs retro chartulas ex diſcutiant, & ſi quid in meo ingeniolo vitij repererint proferant in medium.

¶ Exdorſuo, as, dorſum cōfrīgo vel dorſo nudo. Plau. in Aul. Tu machęrio congrū murenā exdorſua quantū poteſt. Hęc duo pręter regulā cōponūtur cū ex. Nō enī ex, ſed e, componitur cum d, vt educo.

☩ Exdotes, pe. pro. quaſi ſine dote. Apud Ambro. li. de reſur. Immunes videntur, & exdotes reatus, quum grauiores pœnas intra luant.

¶ Exceco, as, pe. cor. ab ex & ſeco, ſed. ſ. abijcit, & ſignificat excido extra ſeco. Col. lib. iij. Arborē quā inſerere voles diligēter execato ea parte q̄ maxime nitida & ſine cicatrice eſt, dabiſq; operā ne librum lędas.

¶ Execro, as, pe. co. ab ex & ſacro, abiecta. ſ. & a le, mutata Dicit & execror, deponēs ꝓ horrori & abominationi habeo, quod eſt magis in vſu. Verg. Et terrā altricem ſęui execramur Vlyſſis. ☩ Hinc execratio q̄ aliquādo ſumit ꝓ iuratione q̄ maledictis obſtringit q̄ accidant ei q̄ peierauerit vt inquit Augu. quale eſt illud Gene. xxvj. ca. Fiat execratio inter nos, & inter te.

¶ Exedo, is, p. co. vel exes, corrodo ꝯſumo. Pli. li. xxvj Naſcūt quoq; ī ſāguine ipſo hoīs aīalia exeſura corpꝰ. Ci. li. iij. tuſ. Aegritudo lacerat, exeſt aīam plane ꝙ cōficit, aliqñ excedere ē extra ſeu de aliquo vaſe edere. Te. in Phor. Tu tibi hoc in triſti, tibi omne eſt exedēdum.

¶ Exedra, locꝰ ſpatioſꝰ quaſi tricliniū, quę quaſi ad occidentē verſa eſſe ſolebat. Cic. li. iij. de orat. Tūc dedita opera quieſcētibus alij in eam iam exedrā veniſſe ī qua Craſſꝰ poſito lectulo requieuiſſet. Hier. ad Euſto. Si qs cœperit ęgrotare, trāſfert ad exedrā latiorē & tanto ſenū miniſterio cōfouet, vt ne delitias vrbiū, nec matris quęrat affectum. Michalus autem etymologicus, ἐξέδρα



τοπός τίς ἐστι ἀπὸ τοῦ ἐξ καὶ ἕδρα καὶ συγκοπὰ καθέδρα παρὰ τὸ ἐδρεύω μέχρι ἔξω. ✤. id eſt Exedra locꝰ eſt ab ex hędra ſedes, & cum κατὰ fit cathedra ἑδρεύω quod eſt ſedeo.

¶ Exemplū: inquit Feſtꝰ, qđ ſequamur aut vitemꝰ. Exemplar ex quo ſimile faciamus. Pli. lib xxxv, Sunt q venerē Dioneā illam pictam exemplari putāt. Sed ſępe cōfundūtur, vt exemplū ſit ex quo ſimile faciamus. Saluſt. Literas quas ſibi nomine Catilinę redditas dicebat, exemplū earū infra ſcriptum eſt, id eſt earum forma infra ſcripta eſt. Quint. li. x. Sic literarum ductus vt ſcribendi fiat vſus pueri ſequuntur. Sic muſici vocē dicentiū. Pictores opera priorum. Ruſtici probatam experimēto culturam in exēplum intuentur Cic. Appio. ex literis quarum ad me exemplum miſiſti. Ouid. de triſ. Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor. Ponunt nonnunq̄ pro eodem Cice. pro Murena. Domeſticū te habere dixiſti exēplū ad imitandum. Et iterum. Ad imitandū vero tam mihi propoſitum exemplar illud eſt q̄ tibi. Dicitur & exēplariū pro exemplari. Plinius. Iuba hęc omiſit, in hoc tractatu exemplariū vitioſum eſt. Sciendum tamen ꝙ exēplum dicitur qñq; grauis pœna quę poteſt cęteris documento eſſe. Terētius in Eu. Quę futura eſſe debent exempla in eū indigna. Rurſus exemplū dicitur illud qđ adhibetur rei aut ꝓbandę, aut ornandę cauſa. Vñ pars probationis vocatur ab exemplis. Et in elocutione exēplum inter ornamēta numerat, pro quo exēplar dici nō nō pōt. Similiter exēplū vocat qđ vulgo dicit Mōſtra Cic. Si quis purpurā aut aliud quippiā vęndens dicat, ſume a me, ſed huius exemplū aliūde rogabo tibi quod oſtendam. Aut ſi aceruos dicant ſe tritici habere & eorū exemplum pugno nō habent quod oſtēdant.

¶ Exemptus. Vide in dictione eximo.

¶ Exequor, pe. co. ſignificat ꝑficio, executioni mādo. Apul. Neq; in tenebris ſed in ꝓpatulo iuſſa dñi exequebar. Qñq; declaro exprimo. Ci. Var. Habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi poſſum.

¶ Exeqæ, funebre officiū, qđ. ſ. ī funere exequimur, ab eo dictę quod homines pompam poſt ſequuntur. Hinc Exeqor, qđ eſt exequias facio, vel exequijs conuiuor. Var. Ipm propter ius liberti ſemitracti exequiant. Hęc etiam parētalia & iuſta dicebantur.

¶ Exerceo, es, cui, exercitū: ab ex & arceo, quaſi extra arceo premo fatigo. Nam exercere proprię fatigare eſt. Terent. ī Adel. I ſane ego te exercebo hodie, vt dignꝰ es, ſilicerniū. Quandoq; Exercere eſt in operā ponere. Vegi. libro tertio Georg. Exercete viri tauros. Quādoq; tractare. Columel. li. iiij. Qui vrbanas ac delicatas artes exercuerit. Qñq; habere. ſalluſt. Iurgia diſcordias ſimultates cum hoſtibus exercebant, quandoq; lucrari. Teren. in Heautō. Ancilas ſeruos niſi eos qui opere ruſtico faciūdo facile ſumptum exercercent ſuum omnes produci ac vendidi. Quandoq; ꝓbe terram colere. Ver. libro primo. Georg. Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. Hiero. a ſimili in pręfa, pſalmorum, Cogitis ergo vt veluti quoddam nouale ꝓſciſſum iam aruū exerceam, & obliquis ſulcis renaſcentes eradicem qñq; inſequi. Verg. Tum vos o Tyrij ſtirpē & genus oīe futurum Exercete odijs.

¶ Exercito, as, frequentatiuum. Ci. ꝓ Cluē. Homo in primis ingenioſus di & in dicēdo exercitatus. Hinc ex exercitatio de qua idem lib. j. ad Heren. Exercitatio eſt aſſiduus vſus conſuetudoq; dicendi.

¶ Exercitiū eſt ipſe actus & vſus exercendi operādiq;.

¶ Exercitus a, um, participiū. vt homo exercitus q multis negotijs aſſuetus ſit & experiētia doctus & detritus. Gel. Ad erat forte ibi amicus noſter homo lectione multa exercitus, cui pleraq; omnia veterum literarum quæſita, meditata, vigilataq; erant. Cic. li. v. tuſ. vſus eſt inexercitus pro non exercitato cū ait Aſclepiodē ferunt non ignobilem nec inexercitum philoſophum. Aliqñ exercitus ſumitur pro fatigato & in laboribus aſſueto. Vir. li. iij. Nate Iliacis exercite fatis. Aliqñ ꝓ durato vt cum quis diu ſe exercendo durus hoc eſt robuſtus factꝰ eſt corpore, in laboribus ꝑferendis. Sal. in Iug. Habdalſa exercito corpore. i. ſolidato vt exponit Nonius. ☩ Interdū ꝓ contempto neglecto, vt docet Fulgēj. Allegās illud Plau. Nos noſtramq; familiam habes exercitam.

¶ Exercitus, us, nomē ſignificat militū copiā, ab exercēdo, quia vt inquit Var. exercendo fit melior. Vege. li. ij. Numerus militū exercitatur, vnde ex re ipſa atq; opere exercitus nomē accepit, vt ei nūq̄ liceret obliuiſci qđ vocabatur. Docet etiam Vegetius Romanos milites tā veteranos q̄ tyrones exerceri ſolitos ad omne genꝰ armorum. Omnes em̄ artes iugibus exercitijs proficiunt, cuncta exercitatione conualeſcunt, vt merito dictum ſit quotidiana exercitia ad ſanitatē plus ꝓdeſſe q̄ medicos. Et nō vnam cohortem neq; vnam alā, ſed nūeros multos militū exercitū eſſe. Vlp. ſcribit.

¶ Exercitorius, qui ſe exercet.

¶ Exercitio is, iui, itum, ab ex & ſarcio componitur, & ſignificat Sarcio.

¶ Exentero as, pe. cor. perfecto. Plau. in Epi. Acutum cultrū habeo qui exenterem maſupium ſenis.

☩ Exegeticon. i. expoſitiuū, vel enarratiuum.

☩ Exegematicꝰ character dr̄ in quo nuſq̄ nemo niſi poeta loquitur. vt Verg. in tribus li. Geor. Dramaticus in quos nuſq̄ poeta loquitur, vt ī comœdijs, & Tragœdijs Tertiꝰ character mixtꝰ ī quo, & ītroductæ pſonæ loquūtur vt in Aeneide. Vide cōmentarios. Seruij in Bucco.

¶ Exeo. is, extra eo, egredior, & cōſtruitur tā cū accuſatio quā cū abltō., vt exeo domū, & exeo domo. Per trāſlationē exire eſt liberari. Luci. li. xxviij. Ne hoc faciat atq; ęrūna exeatis. Item vitare. Ver. li. v. Corpore tela mō atq; oculis vigilantibus exit. Item erūpere. vt apud eūdē li. ij. Nō ſic aggeribꝰ ruptis cū ſpumeꝰ ānis exit. ☩ Dr̄ etiā exit in laudē, exit ī vituperationē, exit ī acta, exit in fabellas, & ſimilia. i. fit vel efficitur. Lact. potuerūt. n. & libri aboleri, & tñ in memoriā exire. i. fieri memorabiles & de quibꝰ fiat mētio. Pli. li. vij. Exit hic ani mi tenor, aliqñ in rigorē quēdā toruitatēq; naturę durā & inflexibilem. Quint. Si hiſtoricꝰ narret fabellā elegāter exit in fabellā. Exire de poteſtate ſignificat mētis īpotē fieri. Cic. lib. iiij. Itaq; iratos ꝓprie dicimus exiſſe de poteſtate. i. de conſilio, de ratione, de mente.

¶ Exero is, pe. cor. exerui exertū, ab ex & ſero ſignificat extraho, emitto, eleuo, nudo. Sta. Fulgētēq; exierit enſem. Oui. li. j. Faſt. Credibile eſt illos pariter vitijſque iociſq;. Altiꝰ humanis exeruiſſe caput. Idē, Exierit hęc humerū veſtes trahit ille paltas. Lucanꝰ, Hoc tā ſegne ſolū raras tñ exerit herbas. Colum. li. ix. poſuit ꝓ exeo cū ait. Nā dum vincula exercere conant non quieſcunt

✤ Exerti dētes dñr extra os ꝓducti, vt equorū. Cc.

¶ Exerto as, ab exero, Ver. li. iij. At Scyllā cęcis cohibet ſpelūca latebris Ora exertātē & naues ī ſaxa trahētē

☩ Exetaſticon, latine inquiſitiuum dicitur.

¶ Exſio ſignificat purgo, a quo exſitꝰ us, pro purgatiōe

✤ Exſir veteres ꝓ purgamento poſuere. Cc.

☩ Exgrumare dñr coclee grumos eruētes, & ex grumis exilientes, grumus. n. eſt terræ collectio, a congerie dictus. Veteres etiā exgregie dixerūt ꝓ egregie. Cc.

¶ Exhęredare, Vide in dictione Abdico.

¶ Exhalo as, pe. ꝓ. extra halo, ſpiro. Lact. li. vij. Quos aūt morbus interimit ſpm̄ diutius exhalant. Verg. li. vij ſęuāq; exhalat opaca Menphitin.

¶ Exhaurio is, prorſus euacuo finio. Ver. li. iiij. Heu q bus ille Iactatꝰ fatis q̄ bella exhauſta canebat. Inde īexhauſtꝰ, ꝓ īfinito. Sic dicimꝰ, grās deo īexhauſtas refero

¶ Exhęrbare eſt hęrbas extirpare. Col. li. v. Perticalis fere ſalix eūdē agrū quē vimīalis deſyderat, melior enī riguo ꝓuenit, atq; ea taleis cōſerit, & cū graminauit ad vnā pticā ſūmit, crebroq; foditur atq; exhęrbat, nec minus q̄ vinea pāpinatur, & alibi exhęrbandus eſt locus.

✣Exhebeñ:gemma qua aurifices aurũ poliunt. Cc.

¶Exhibeo,es,pe.cor.profero & in publicũdeduco,vt videndi tãgendiq; facultas ſit, vel reoſtẽdo,quaſi extra ſecretũ habeo. Paulꝰ iuriſcõſultꝰ exhibere eſt facere in publico poteſtatẽ,vt ei qui agit experiũdi ſit copia,exhibere negotiũ eſt laborare vel moleſtia afficere. Cic. li. iij. offi. Qđ cũ audiſſet adoleſcẽs negociũ exhiberi prĩ.

¶Exhorreo,a quo exhorreſco,pro ex paueſco. Pla. Ciceroni, Sed non poſſum non exhorreſcere ſiquid intra cutẽ ſubeſt vulneris qđ prius noſci põt q̃ ſciri curariq; poſſit. Ibi paſſiue. Verg. actiue,dixit li. vij. Adueniat, vultus neue exhorreſcat amicos.

ʒExhomologeſis latine dr̃ confeſſio. Au. Qui criminũ ſuorum ſorde pollutus eſt,exhomologeſis ſatiſfactione mũdeẽ. Eraſ. libertus ſic inſcribiẽ. Cypri. Ne inecclesia exhomologeſin criminum facerent.

¶Exhibilo,as,pe.cor.ſignificat cũ ſono vocis & populari tumultuariaq; ſibilatiõe expello derideo. Ci. Hiſtrio ſi paulũ ſe moueat extra numerũ,aut ſi verſus ꝓnũciatus vna ſyllaba breuior aut longior, exibilatur atq; exploditur. ✣Exiſilare aliquẽ dicebant veteres dum populari & tumultuaria ſibilatione eum expellabãt Cc.

¶Exigo is,penul.cor.exegi,exactum,excludo,eijcio, expello,quaſi extra ago. Plautꝰ, Itaq; oẽs exegit foras, & exigere eſt debitũ repetere. Cicero. Caſſio, Longiores expectabo vel potius exigã. Hĩc exigere pecuniam dicimur,q̃ nobis debetur,& exactores vocanẽ q pecunias exigunt. Interdũ eſt cõueniẽter poſtulare. Lact. lib. iiij. Sapientia ſpectat ad filios quę exigit amorẽ. Interdũ vehementer & cũ inſtantia poſtulare. Hiero. in pro. Thobiæ. Mirari non deſino exactionis veſtrę inſtãtiã exegiſtis ei librũ Chaldęo ſermone ſcriptũ ad latinũ ſtilũ trahã. Iterdũ agere ſeu traducere. Terẽ. in Hecy. Illi q; ex opto vt reliquã vitã exigat. Interdũ ꝑdicere inquirere. Verg. Quęrere cõſtituit ſocijſq; exacta referre. Sue. in Cęſare, Britãniã petiſſe ſpe margaritarũ,quarũ amplitudinẽ cõferẽtẽ interdũ ſua manu exegiſſe põdꝰ, Interdũ facere. Ver. Quos improba vẽtris exigit cęcos rabies. Inrerdũ definire cõſtituere. Idẽ li. iiij. Decreuitq; mori ſecum ipſa modumq; Exegit. Interdum complere, Plau. in am. Menſes iam tibi exactos eſſe vides. Interdum vi extorquere. Cic. lib. de di. Et cum eſſet tritici modius ſeſtertijs duobus pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe.

¶Exitiũ ah exeo is. Feſtus, Exitiũ antiqui ponebãt ꝓ exitu, nunc exitũ peſſimũ exitũ dicimus. Vnde & mors dicitur aliquãdo calamitas. Ter. in Phor. Qđ ego nunc ſubito huic exitio remediũ iueniã miſer? Colu. lib. i. Sic emunita ſola & latera horreorũ prohibẽt curculionẽ, qđ genus exitij cum incidit, multi opinãtur arceri poſſe ſi exeſę fruges in horreo ventilẽtur & quaſi refrigerẽtur.

¶Exitiale mortiferum,calamitoſum,dãnoſnmq;. Pli. li. viij. Ille cõtra vrinã ſpargit prudẽs hãc quoq; leoni exitialẽ. Ver. li. vj. Sed me facta mea & ſcelꝰ exitiale Lacænę. Exitiabile,idẽ qđ exitiale. Oui. lib. vj. met. Dumq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

¶Exilio is,pe.cor.ab ex & ſalio ſignificat exeo, & q̃ſi ſaltãdo prorũpo. Cic. Tyroni, Mihi crede tuis & illius lr̃is plectis exilui gaudio. Huiꝰ frequẽtatiuũ eſt exulto.

¶Exiliũ priuatio patrię,quaſi extra ſolũ. Sene. in libr. de conſolatione ad Albinam matrẽ exiliũ diffiniens ait exiliũ nempe loci comutatio eſt. Hanc cõmutationẽ loci aliqñ ſequntur incommoda, paupertas, ignominia, contẽptus, quibus detractis nihil eſt quod magnopere exilium ſit pertimeſcendum, nec cõmutatio loci onerosa Aſſiduus ei eſt humani gñis diſcurſus & naturalis q̃dam iritatio animis mortaliũ ineſſe creditur cõmutãdi ſedes & transferendi domicilia.

¶Exilior aris, exul fio, Vñ ſcribiẽ de Ioãne aplõ ꝙ domitianꝰ iuſſerit cũ exiliari. Exulo, as, idem.

¶Exilicꝰ,a,um,quod ad exiliũ ꝑtinet, vt exilica cauſſa quę aduerſus exules agitur.

¶Eximio is,pe.co.ab ex & emo ſignificat excipio, ſeu aufero. Terentius, Vbi ubi inueniam Pamphilũ vt ęgritudinẽ in qua nunc eſt eximã atq; expleã gaudio. Aug. li. viij. con. De vinculo deſyderij cõcubitus quo arctiſſimo tenebar, & ſeculariũ negociorũ ſeruitute quẽadmodũ me exemeris narrabo. Vnde exempti dicuntur excepri, exemptus apud iuriſconſultos dicitur qui a ſuo iudice, ſiue iuriſdictione ordinarij ſubductus eſt.

¶Exemptus eſt rebus humanis, id eſt mortuus eſt.

¶Exemptibile pe.cor. qđ auferi & eximi poteſt. Col. li. ix. Quadratę particę paxilis ſuperponunẽ, vt auem recipiant aſſilientẽ. Sed idcirco ſunt exemptibiles vt cũ res exigit a paxilis deductę liberum aditum conuertentibꝰ ſtabulum præbeant.

¶Eximiũ. excellẽs, egregiũ, ab eo ꝙ in ſacrificijs optimũ pecꝰ de grege eximebatur, vel ꝙ eximia ſpecie animal numĩe offerendum, & eximij porci dicebãtur maiores qui ad ſacrificandũ electi erant ſignati macula, aut nota, ſicut egregię oues egrege electę, Nã quod a vulgo exẽptum eſt, ſingulare dicitur ꝙ in aliorũ ordinem non redigendum. Vñ Ver. Eximias hoſtias dixit q̃ ad ſacrificiũ deſtinatę eximuntur a gręge, vt Quatuor eximios pręſtanti corpore tauros. Dicitur & in malũ. Ci. in ver. Sin hãc vos in rege tã eximtã iniuriam, tam acerbã neglexiſſe.

¶Exin, proiñ, ſigni. ꝓpter hoc, quapropter, ideo. Liu. li. j. Vt igitur pauloante animũ inter Fidenatẽ Romanã que rem ancipitem geſſiſti, ita iã corpus paſſim diſtrahẽdum dabis, exin duabus admotis quadrigis in curru earum diſtentum illigat Metium.

¶Exinanio, is, ab ex & inanio, euacuo attenuo & ad nihil redigo.

¶Exinſperato, aduerbiũ, quod nõ ſperabaẽ. Liui. lib. j. Tanc clamore qualis ex inſperato fauentiũ ſolet, Romani adiuuent militem ſuum.

¶Exis dictio gręca ἕξις qua ſignificatur habitꝰ, Pli. in epiſtolis. Ad tantã ἕξιν ſtudio & exercitatione peruenit Sed cum h hexis ἀπὸ τοῦ ἔχειν haberc.

¶Exiſtmo as, pe. cor. puto, iudico, & quaſi ex ęſtimatione ſtatuo atq; decerno. Hĩc exiſtimatio q̃ fere ſemper paſſiue ſignificationis eſt, & ꝓ reputatione ac bona fama capiẽ, vt homo magnę exiſtimatiõis. i. de quo omnes bene opinantur, Pau. iuriſcõ. exiſtimatio eſt dignitatis illęſi ſtatus legibꝰ ac moribus cõprobatus, q̃ ex delicto noſtro authoritate legũ aut minuiẽ aut cõſumitur. Minuitur quoties manẽte libertate circa ſtatũ dignitatis pæna plectimur, ſicut cũ relegaẽ quis, vel cũ ordine mouetur vel cũ ꝓhibetur honoribus publicis fungi, vel cũ plebeiꝰ fuſtibꝰ cędiẽ vel in opus publicũ daẽ. Gal. a la cor uee, vel cũ in eã cauſam quis incidit quæ edicto perpetuo infamię cauſſa mẽoraẽ. Cõſumiẽ vero quoties magna capitis diminutio interuenit. i. cum libertas ammittitur, veluti cũ aqua & igni interdicitur.

¶Exiſto, appareo, emineo, ꝓdo, exurgo, exalto. Ci. de diui. Sũmerſus equꝰ voraginibus nõ exiſtit, & iterũ, exiſtit hoc loco quęſtio ſubdifficilis, & libr. ij. offi. Atq eo tꝑe tantę diſcordię ſecutę ſunt vt & tyrãni exiſterẽt & optimates exterminarenẽ. i. exurgerẽt vel exaltarẽtur.

¶Ex iure manũ conſere dr̃ quaſi ſimul cõiũgere & cõmiſcere manus in rem de q̃ erat controuerſia.

¶Extare, eminere, ſupeſſe. Verg. Torpẽt mole noua & ſummis vix cornibus extant, Vñ extare dicuntur libri q de mortui non ſunt. Cic. Quę, vt ſcis extat oratio, Nã vt de homine qui adhuc viuit dicimꝰ ſupeſt, quaſi non eſt ſub terra humatꝰ, ita de rebus extat, quaſi extra ſtãt & nõ intra atq; in tenebris latẽt, & eſt trãſlatio ſumpta a ſtatua q̃ ſtat & apparet. Huiꝰ cõtrariũ ẽ. Intercido, qđ eſt peo, Pli. lib. trigeſimoquito, vtrũq; cõplexꝰ eſt, Iam vero & onerarijs nauibꝰ, qm̃ & pericula expingimꝰ, neq̃s mireẽ & rogos pingi exceptis operũ claritatibꝰ, q̃ & ipſa conueniet attingi ſiue extant ſiue ĩtercidere. Interdũ extare eſt manifeſtũ eſſe. Lact. lib. iiij. Si celeſtibꝰ beneficijs extiterit ingratus.



¶Exlex, qui ſine lege vel extra legem viuit.

¶Exoculaſſo is, vide in dictione Oculo as.

ʒExoculatus, oculis priuatus Apul. Cęcã, & prorſꝰ ex oculatã eſſe fortunã. Deſioculus vero cui deeſt oculus quẽ luſcum dicunt. Mart. Et diſioculus & inde lippus.

¶Exoche, eminentia vel excellentia latine dr̃. Vñ Catexochen dr̃ per excellentiam ἐξοχῆς ἐξ...

¶Exodiũ, genns cantus, vt inquit Iul. Pol. quẽ credẽtes de theatrro cantare cõſueuerant, ab ἐξῳδῶν. Sũt q exponãt exordiũ eſſe cantũ, ab ἔξω extra, ᾠδὴ cantũ erant enim ſecundũ eos exordia ridicula verſibus intexta fabellis Attellanis potiſſimum incerta, quę ſine conatu ſolebant iuuenes iactitare. Iuue. Tãdemq; redit ad pulpita notũ Exodiũ, Et iterũ. Vrbicus exodio riſum mouet Attellanę. Suet. in Tyberio, Vnde vox Attellanico exodio ꝓximis ludis aſſenſu maximo excepta pcrebruit, hircũ capreis naturam ligurire. Exodiũ etiã ſignificat exitum quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ. i. extra viã. Vnde Varro finẽ vię appellat exodiũ, Idẽ. Quod cœperas modo in via narra, vt ad exodiũ deducas. Vnde etiam Exodus liber quo Iudæorũ exitus ab Aegypto deſcribiẽ. Sed ſecunda ſyllaba corripitur in exodotã in prima quã in ſecunda ſignificatione, quãuis alteiũ ab ὁδὸς qđ viam ſignificat, alterum ab ᾠδῆς. i. a cantu cuius ſyllaba pen. eſt ꝓ.

¶Exoleſco is, iui, ab exoleo fit & ſignificat creſcere deſino. Vñ exoletus: maſculũ ſcortũ, ſeu pathicũ concubinũ iã adultum & fere dimiſſum ꝙ creſcere deſinit ſignificat. Olim Alexãder Romanorum imperator exoletos heliogabali iuſſit deportari, aliquos etiã naufragio mergi. Scribit Pli. Hominẽ creſcere ad annos vſq; terſepte nos in longitudinẽ, tum deinde in plenitudiuẽ. Aliquãdo Exoleſcere eſt vehementer creſcere. Vnde Exoletꝰ a, um, pro vehementer adulto. Plau. Reliqui domi exoletam virginem. Aliqñ ſignificat veterẽ fieri, deficere. Agrętius. Adoleſcere augmenti eſt: ĩoleſcere coaugmẽti, exoleſcere vaneſcentis eſt Pli. li. xxxvij. Carchedonij neſcio an in totũ exoluerit poſtq̃ metalla ęris ibi defecerũt. Col. li. ij. Nã multa ſunt vt dixi quę negligentia exoleſcãt & fiant ſterilia. Vñ Exoletus, vetuſtus, & ab vſu remotus. Quin. lib. viij. Obſcuritas fit i verbis ẽt ab vſu remotis, vt ſi commentarios quis pontificũ, & vetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus authores, id ip̃m petat. Liui. Arte agẽdũ exoleto iam vetuſtate odio.

¶Exoluo is: quod ligatũ erat pfecte ſoluo. Plau. in epi. Tu vt exoluam manꝰ. li. j. Religionũ animos nodis exoluere pergo. Itẽ exoluere eſt pfecte ſoluere. Hie. in p̃ſa. epi. Sunt nonnulli qui votũ quo deo vouerunt ſe in ſingulos dies pſalteriũ totum in eius laudẽ eſſe dicturos vel diabolo exagitari, vel ecõtrario ieiuniorũ auſteritate, vel debilitate corporis, id exoluere nequeant. Item prẽmio afficere. Lact. li. v. Imperatori omniũ deo fides ſeruanda eſt: qui non tantũ viuentibꝰ ſed etiã mortuis poteſt virtutes exoluere. Itẽ Expedire liberare. Terẽt. in Hecy. Illas errore & te ſimul ſuſpitione exoluas. Exolutus. i. expeditus & exertis humeris.

¶Exomides, genus veſtis quę alijs ſuperponitur.

ʒExomidas etiam pe. cor. appellant veſtes ſine manicis q̃ſi humero tenꝰ exertas, & citra humerũ deſinẽtes talibus vſi ſunt monachi, Et Eremite, qui hodie æque ita figurãtur exertis extra veſtem brachijs. Quod genꝰ veſtiũ Colobia nuncupant quaſi truncata, & mutilata ſine manicis.

ʒSunt qui comicorum veſtimentum eſſe intelligant exertis humeris.

ʒExopolis pe. cor. dr̃ qui extra muros vrbis habitat q̃ſi extramuranus.

¶Exorbito as, pe. cor. q̃ſi exorbita recedo. Orbita vero veſtigiũ eſt rotę decurrentis ſiue circuitꝰ. Aug. li. ix de ciui. dei. Non eis cedẽtes ad aliqđ approbãdũ vel pꝑetrãdũ qđ exorbitet ab itinere ſapiẽtię & lege iuſtitiæ.

✣Exorbito ex recto decedo & quaſi extra orbitã eo Cc

¶Exorcizare inquit Aug. li. j. de beata vita, eſt per diuina immũdũ ſpiritũ adiurãdo expellere. Exorciſmus adiuratio. Exorciſta adiurator. Sed ſpiritus rident barbariſmos, ideo dicẽdũ eſt exorgizare, nã cõponiẽ ex ἐξ καὶ ὀργή ... Id eſt ira, hinc verbũ, & Suidas ex cõcitando in irã inijcere.

¶Exordiũ, initiũ. Verg. lib. iiij. Aenid. Q m̃ reginã ãbire furẽtẽ Audeat affatu. quę prima exordia ſumat. Ci. lib. i. ad Herẽ. exordiũ eſt principiũ orationis per quod animus auditoris vel iudicis conſtituitur vel apparatur ad audiendum.

¶Exordior iris, exorſus, incipio. Plau. in Aſſ. Pergam quo occœpi & ibi cõſilia exordiar. Ver. li. ij. Ge. Nõ hic te carmine ficto, Atq; ambages & longa exorſa tenebo.

¶Exordine ſine intermiſſione. Vergil. lib. iiij. Ge. Septem illum totos perhibent exordine menſes fleuiſſe.

¶Eorior, noſcor emergo exurgo. Terẽ. Tu ſola exorire q̃ perturbas hęc tua ĩpudentia. Et exoriri inuadere ẽ Nã vt Don. iqt. Qui expectãs aliquẽ inuadit, exoriri dr̃.

¶Exorno as, valde orno, ſeu manifice appo, inſtruo. Plau. in Aul. Repudiũ rebus paratis, exornatis nuptijs Terẽ. in Eu. ita viſus eſt dudum, quia varia veſte exornatus fuit, nunc eo videtur tibi fædus quia illã non habet. interdũ exornare, fędare dicitur idẽ in Heau. Egone ſi viuo adeo exornatũ, adeo depexũ dabo, vt dum viuat meminerit ſemper mei.

¶Exors tis, extra ſortẽ. Cui cõtrariũ eſt Conſors.

¶Exoro, pe. pro, orando induco, ſeu orãdo impetro. Terent. in Phor. Nequeo te exorare vt maneas triduũ hoc. Idem. Orator ad vos venio ornatu prologi, ſinite exorator ſim. Interdum exorare ſignificat pro magna gratia orare, pręſertim qñ cũ duobꝰ accuſatiuis cõſtruiẽ Plau. i ca. Vnũ exorarę vos ſinite nos. Sic dicimꝰ. Hoc vnũ te exoro. Hoc eſt vnum pro magna gratia, ſiue vnũ magnopere te oro. Quod prępoſitio ex & oro cõmode & naturaliter expetunt.

¶Exorabula ab Apulcio vocãtur omnia artificialia argumẽta, qbꝰ orator ꝑ vim eloquẽtię iudices exorat.

¶Exos, ſine oſſe. Luc. Exos & exanguis tumidos ꝑfluctuat artus.

¶Exoſſo as, oſſa detraho. Teren. in adel. Cõgrũ iſtum maximũ in aqua ſinito ludere pauliſper. Vbi ego venero exoſſabitur. Apul. Exquammatus atq; exoſſatus piſcis vix palpitat ampliꝰ. Et apud Perſiũ exoſſatꝰ ager.

¶Exoticus a, um, pe. cor. peregrinus, aduentitiꝰ. Plautus. in Muſ. Non poſſũ olere vnguenta exotica, hoc eſt aliunde apportata.

ʒDictũ exoticum ab ex extra & ontiõ auris quaſi a noſtris auribus alienum.

ʒExpalmo mas, ſignificat palmis cędo. Aug. in quodã ſermone, Expalmatur, qui eſt vera palma victorię.

¶Expando is. Vide in dictione Pando.

¶Expalpo as, elicio. Plau. in Aul. Nunc ſeruus argentũ a patre expalpabit.

¶Expapillo as, vſq; ad papillã denudo. Vnde brachiũ expapillatum dicitur. Plau. in Mili. Idẽ connexum in humero lęuo expapillato brachio.

¶Expato as, pe. pro. Expatare eſt in locũ patentẽ ſedare. Pacu. Expauit ſe omnes, publiceq; oſtendunt. Et ſi a pateo fit. Quidã ad ſpatiũ deriuãt, vt ſit Expatare in ſpatiũ ſe conferre. Sed & ſpatium a patẽdo deduciẽ. Nihil enim aliud eſt ſpatium quã locꝰ ſiue tempꝰ patens. Hoc eſt interuallũ vel loci vel temporis.

¶Expectoro as, pe. cor. extra pectꝰ eijcio. Cic. li. iij. de Ora. Tũ pauor mihi ſapiẽtiã omnẽ exaiato expectorat.

¶Expello is, eijcio. Plau, Ancillam domo expulit.

¶Expulſo, as, frequẽtatiuũ, qđ ſignificat frequeti pulſu agito. Mar. ſi me nobilibꝰ ſcis expulſare ſiniſtris. Sũ

ſi neſcis ruſtice reddere pilam. Hinc expulſor & expultrix verbalia. Cic. Epultrixq; vitiorum.

¶Expulſim aduerbiū, ſignificat frequenter pulſando.

Expeculiari dicuntur ſerui ſine peculio, quo vocabulo vtitur Plautus.

✣Expecto as, ab ex & ſpecto ſignificat obſeruo. Terē. in An. Expecto quid velis. Qm̄ vero aſpiciētes aliquid diligētes manere diutius eodē loco ſolemus, expectare quãdoq; pro manere capitur & operiri. Teren. in Phor. Senē quo ad expectatis veſtrū? Itē pro deſyderare, qm̄ quę deſyderamus cū voluptate aſpicimꝰ. Vergiliꝰ. in ij. Expectate venis. Terēt. i An. Expecto quid velis idest deſydero ſcire quid velis. Vnde expectatus pro odioſo & moleſtę vitę. Nã filijs parētes aut amabiles ſunt, aut expectati, amabiles boni, expectati mali, quorū mors in dies ſingulos expectanda & exoptanda eſt. Itē ꝓſperare. Verg. libro primo Geor. Sed illos Expectata ſeges vacuis eluſit ariſtis.

¶Expedio is, pen. cor. libero & quaſi pedū ligamenta diſſoluo. Siſen. libro tertio hiſto. Inermes armat īpeditos expedit. Aliqñ ponitur pro explico. Seneca. Iãqd vtile ſit expedi, Aliqñ pro extra fero profero. Ver. Ceremq; caniſtris Expediunt. Aliqñ pro extollo. Idem Tū vero augurium Rutuli clamore ſalutant, Expediūtq; manꝰ. Et expedire eſt vtile ſeu bonū ac neceſſarium eſſe, Sed hoc tantū in tertia perſona ſingularis vel pluralis numeri. Teren. in Heau. Expedit bonas eſſe vobis Idē in Phor. Noſtrapte culpa facimus, vt malos expediat eſſe dū nimiū dici nos bonos ſtudemus & benignos hoc eſt congruat & quaſi neceſſe ſit.

☩Expedire etiam eſt euentum habere. Plau. in An. Nequiter pæne expediuit.

✣Expediti milites dicuntur leuioris armaturę & ſine impedimentis.

¶Expeditio vocaẜ cū exeūt milites ad bellū, ꝙ expediant rēpu. aut ſe a cęteris negocijs. Curtiꝰ, Omnē expeditionem ac militarē apparatum adduxit.

✣Expendo is, di, ſum, pōdero, Plau. in Aſi. Quot pondo te cenſes eſſe nudū? At pol ego qui te expendi ſcio nudus vinctus centū pondo es per pedes qñ pendes. Qñq; ſignificat exacta examino, conſydero. Cic. libr. j. offi. Quę contēplantes expendere oportebit quid quiſq; habeat ſua eadēmq; moderari. Amb. li. j. offi. Expendat atq; examinet verba ſua. Qñq; eſt perfecte ſoluere. Vergi. libro ſecundo Aeneidos. Et ſcelus expēdiſſe merentē Laocoonta petunt id eſt perſoluiſſe. Qñq; exponere erogare. Vnde Expenſę dictę ſunt. Hiero. Qualiter fauēte deo tota hęc dies expendatur in laudem & cū gaudio celebretur.

¶Expenſa, æ, ſumptus.

¶Expio as, Vide in dictione Pio as.

¶Expergo is, xi, ctū, q̄ſi exporrigo, a ſōno excito Cic.

¶Experge te iam, vñ Experrectus excitatus, recētes a ſomno exporrigi & extendi ſolemus.

✣Experſum madefactum dicimus. Verg. Sanieq; expſa natarent Limina. Cc.

¶Expergiſco is, & expergefacio, & expgifico actiuam ſignificationē habent. Plinius. Vrtica lethargicos expgiſcit tactis cruribus magiſq; fronte. Auliꝰ Gell. Ingenio expergiſicando ratꝰ idoneꝰ. Cic. Expergere facias ſcripſit pro expgefacias. Expergiſcor, & expgeſio paſſiue. Cic. Expergiſcimini aliqñ atq; exurgite. Ab expergiſcor fit experrectus ſecundum Diomedem. Expergitꝰ ab expergor. Et expergefactus, ab expergefico. Expergitus dicitur qui ſatiatus ſomno ſponte vigilat. Vñ & Lucil. ait. Ego e ſomno pueros cum mane expergitꝰ clam. Experrectus a quiete impeditus, Sall. Experrecti ſomno arreptis armis tumultum facere. Expgefactꝰ qui per aliū ſomno excitatus eſt. Feſtus aliter Experrectus qui ꝑ ſe vigilare cœpit. Expergitꝰ ab alio exitatus, quē ſolemꝰ dicere expergefactum.

¶Experior iris, expertus ſignificat tētare. Terē. in Eunu. Omnia prius experiri conſilio quã armis ſapientem decet. Vnde inexpertus intentatꝰ. Verg. Nequid inexpertū fruſtra moritura relinquat. Et experiri doceri. Idē Vos & Cyclopea ſaxa, Experti reuocate animos. Vnde experti dicuntur. Experientia, vſus, doctrina.

☩Experientia cognitio nullo docēte per vſum reperta & ꝓprie ſingulariū, ars vero vniuerſalium, vt ait Ariſt. li. j. me. Manilius li. j. Per varios vſus artem experiētia fecit, exemplo monſtrante viam.

¶Expes, ab ex & ſpes, ſed ſ. abijcitur & ſignificat extra ſpem, vel ſine ſpe.

¶Expers, extra partē, vel ſine pte, & ponitur ꝓ ignaro rudique, & nullã rerū experientiã habēti. Apul. homo rudis, omnium bonarū artium expers. Quandoque etiã ꝓ eo qui non ſentit. Vnde expers doloris, qui non ſentit dolorē. Expers mortis, qui nō moritur. Expers lucis qui non habet lucem. Quidam hoc nomē componi volūt a pars, quidam ab experior.

☩Expeto is, pe. cor. quod ad ſignificationē cupiēdi. Vide in appeto. Interdū expetere ſignificat euenire ſicut appetere aduētare. Plau. in Am. Ergo in ſeruitute expetūt multa iniqua. Interdū velle. Pacu. Dij me & ſi ꝑdūtñ ad vitam expetunt id eſt volunt. Interdum accipere tranſcendere euadere.

✣Expicio cuiꝰ frequentatiuū eſt expecto ab ex prępoſitione & ſpecio inuſitato verbo. Cc.

¶Expilo as, pe. pro Diripio, depcor, furtiue fraudo, dictū a pilis Romanorū telis, vel a gręco πιλῶ. q. ὀπιλῶ. i. complano, ꝙ qui e domo ſupellectilem detrahunt æqre ac cōplanare omnia videnẜ. Inde apd̄ iuriſcōſultos titulus eſt de crimine expilatę hęreditatis & qui alienã hęreditatē expilauerit extraordinarie ſolet coerceri. Cice. in parado. Si ſocios ſpolias, ęrariū expilas. Oui. li. iii. me Expilatq; genis oculos. ☩Maternꝰ. Si luna a Mercurio defluēs feraẜ ad Martē in diurna genitura faciet effractores fures & qui templa ſemper ſacrilego furore expilent.

¶Expiro as, pen. ꝓdu. dictū a ſpiritu effuſo, vel a ſpiraminibus quaſi ſpirū emitto, Lucre. lib. iij. Expirans animã pulmonibꝰ ęgeragebat, Aliqñ pꝛe plenū eſt & ſignificat mori vt expirauit, id eſt mortuus eſt.

¶Expiſcor aris, diligēter quęro vbinã piſces lateãt. Sępius tamen expiſcari ꝓ indagare ſumiẜ. Terētiꝰ i Phor Perinde expiſcaris quaſi non noris, Qñq; ꝓ lucrificare Plau. Tandēq; neſcio quid ab eo expiſcatur.

¶Explano as, pe. ꝓ. ꝑfecte planū facio, declaro. Sallu. De cuius moribꝰ hominis pauca prius explananda ſūt. q̄ initium narrandi faciam.

¶Explanto, as, Vide in dictione Planto.

¶Expleo, es, ꝑfecte īpleo, ſeu ſatio, Ver. lib. iiij. Geor. Improbus ingluuiē raniſq; loquacibus explet, Salu. Neq; prius iugulandi finis fuit q̄ Sylla oēs ſuos diuitijs expleuit. Interdū cōpleo ſeu ꝑficio. Ver. Diſcedã explebo numerū reddarq; tenebris. Pli. li. xxxvj. Vlcera eorum purgant leniter, explent cicatrices & emendant. Interdū conſolor. Teren. in Heau. Hē tot mei ſoliꝰ ſolliciti ſunt cauſſa vt me vnum expleant, Interdū Minuo. Nã ex qñq; priuatiua eſt. Aennius, Nauibus appellãt ſeſe terriſq; replebant.

✣Explenūt pro explēt ſcripſerunt veteres. Cc.

¶Explico, as, pe. cor. ꝓprie extēdo, emitto. Cic. Quæ virtus pręter cęteras totã ſe ad alienas vtilitates porrigit atq; explicat. Per trãſlationē ſignificat explano, oſtēdo. Idē li. iij. offi. Vt q̄dã ſibi cōcedanẜ quo facilius quę volūt explicent. Itē extraho. Ouidius, Atq; explicat enſē. Itē exhibeo, mar. Explicat & cœnas vnica mēſa duas

¶Explodo, is, pe. pro. ſi, ſum. ab ex & plodo ſignificat cum ſono elido, quod fit cum rem quæ nō placuit clamore & geſtu ac ſtrepitu dãno. Nec ꝓprie idē eſt qd̄ manibus cum ſono pulſantibus eijcio, ſicut Laurē. Valla docuit. Nec ſupplodo eſt pedē terrę incutio. Nec complodo ſignificat aduerſas manus inuicem collido. Qd̄ nō ſignificat ex ſe, alioqui. Cicero fruſtra pedem adiecisset libro. j. de Ora. Pedē nemo in illo iudicio ſupplodit. Similiter Quin. li. xj. Pedis ſupploſio, vt loco eſt opportuna vt ait Cic. in cōtentionibus aut incipiēdis aut fouēdis, ita crebra eſt inepti hominis & deſinit iudicē cōuertere Aliqñ per tranſlationē ſupploſus pro reiectus ponitur. Dama. papa. Hiero. Abſciſſis opinionibꝰ, ambiguitatibus ſupploſis. Idētidem de Complodo dicēdū eſt, quoniã & Hieronymꝰ libro numerorum manibus addidit. Iratuſque Balach contra Balaam comploſis manibꝰ ait ad maledicēdū inimicis meis vocaui te, qbꝰ ecōtrario tu modo benedixiſti. Et in Ezech. Ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam tuã. Apul. ſcribit, Cōplodere vacuas manꝰ doloris & modeſtię ſignū eſſe. Quinti. li. xj. Nam etiam & cōplodere manus ſcęnicū eſt, pedes applodere interī licet. Pręterea ꝙ iſta verba a plodo compoſita nō niſi actibꝰ pedis vel manuū accōmodari poſſint minime crediderim, quãuis plęrumq; accomodenẜ. Lactan. eī libro de opi. dei ad linguę actū vſus eſt complodo cū dixit, Beſtias etiã potu adiuuat, protenta enim cauataq; hauriunt aquã, eamq; compręhenſam ligue ſinu ne tarditate ac mora effluat ad palatum celeri mobilitate cōplodunt. Hie. libro Iudi. Cœperunt buccinis clãgere & cōplodere īter ſe lagenas. Cūq; ꝑ gyrum caſtrorū in tribꝰ perſonarent locis & hidryas cōfregiſſent tenuerunt ſiniſtris manibꝰ lampades & dextris ſonantes tubas. Pręterea, ꝙ explodo ſignificet eijcio manibꝰ, & quidē cū ſono pulſantibꝰ, neq̄quã verū eſt, qm̄ ſi eijcio ſignificaret. Cic. li. iiij. de fi. bo. non dixiſſet, Quærimus autē non quæ ſint iã, ſed vñ ſint exploſę eiectęq; ſentētiæ Pirrhonis, Ariſto. Herilli. Et ꝓ Cluē. Te vero illd̄ idē quod tū exploſum & eiectū erat nūc rei tuliſſe demiror. Si aūt ſignificat per pulſationē eijciēdū quempiam manuū vel pedū ſiue alio aliquo, liquet explodo nō ſignificare eijcio, qm̄, &, copulare debet diuerſa, & non temere Ciceronē eiectę & eiectū ſubtexuiſſe par eſt. Quãdoq; Explodere ſignificat aliquid tãquam indignū ſeu inutile eijcere. Cic. lib. ij. de diuinatione. Sed hoc genꝰ diuinationis vita iã cōmunis exploſit. Applodo etiam. Hie. pedibꝰ accōmodauit, ſicut ſupplodo contra. Vigi. ſcribens, Recordare quęſo illius diei quando me de reſurrectione corporis prędicante ex latere ſubſultabas & plaudebas manu & applodebas pede. Idem Damiano, Nã ſi applosiſſet pedē, intendiſſet oculos, rugaſſet frontem, iactaſſet manꝰ, verba tonuiſſet, tenebras ante oculos offudiſſet iudicibus. Igitur applodo cōplodo explodo ſupplodo, & ſi qua alia reperiãtur ſecundū rei actum cui applicãtur, ita ſumi oportet. Et quicquid ſignificat quatio, eiuſq; cōpoſita ad ipſum plodo eiuſq; compoſita deſignãt, niſi ꝙ in ſono pulſationis diuerſa eſſe exiſtimo, & q buſdã actibꝰ rerū iſta non accōmodari qbꝰ illa.

¶Exploro as, pe. ꝓ. Exclamo, & cum fletu quodã vociferor. Varro. Gemit, explorat, turbam omnē concitat. Vnde tractum eſt vt capiatur ꝓ intentis ac etiã cū voce inquirere. Ver. Exire locoſq; Explorare nouos. Hīc exploratores dicti ſūt. Interdū explorare dicitur obſeruare. Idē li. ix. Nec nō & trepidi Troes formidine portas explorant. Interdū probare. Cic. in Cato. Quis eſt tam ſtultus, quamuis adoleſcēs, cui ſit exploratum ſe ad veſperū eſſe victurū? Interdū deliberare. Verg. Tuus o regina quod optas Explorare labor. Interdum ſiccare. Idem libro primo. Georgic. Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus.

¶Expono is, pen. prod. explico, declaro, oſtendo. Ci. li. primo Phil. Antequã de rep. ſcribam. P. Con. exponã vobis breuiter conſiliū ꝓfectionis & regreſſiōis meę Vñ expoſitio pro interpretatiōe. Idē, Vocat ad cœnã deinde ipſe pretorē, exponit copias ſuas oēs id eſt oſtēdit. Poniẜ quãdoq; ꝓ extraho, & quaſi extrapono. Ver. lib. xj. Socios de puppibus altis Pontibus exponunt. Quandoq; ꝓ abijcio. Vñ infantes abiecti vt pereãt ex̄poſititij, ſiue expoſitij dicuntur. Teren. in Heau. Erat hic Corinthianꝰ haud impura, ei dedi exponēdã. Plau. Reuertar ad illã puellã expoſititiã. Quãdoq; pro expēdo. Solinus, Cū magnã his pecuniã expoſuiſſet. Qñq; ꝓ expromo. Ci. Cū tibi expoſita eſſet ad prãdium omnis Pamphilia.

¶Expoſco, is, Vide in dictione Poſco.

¶Expoſtulo as, pe. co. Exquiro, conqueror, ſeu querelã apud eū ipſū depono qui fecit iniuriã & cum querela amico inſto, & quaſi officiū amicitię in alio deſydero. Et nō ſolum ablatiuo cū præpoſitione iungiẜ, ſed etiã alij ablatiuo. Marcus Ci. filius. Lenis & facilis a te exiſtimari debeo q nihil tecū de ipſis rebus expoſtulem. Aliqñ ſine ipſo ablatiuo, vt cū īiuria de qua quis rationē poſtulat in accuſatiuo poniẜ. Et tunc etiã ſignificat exquiro. Teren. in An. Sed quid agã, adeã ne, & cū eo iniuriam hanc expoſtulē? Iniuriã id eſt rationē ſiue cauſam iniurię. Aliquãdo expoſtulare eſt vehemēter poſtulare id ē vehementer velle, ratione ex, quę multū auget. Poſtulo vero ꝓ volo ſæpe ſumiẜ. Teren. in An. Etiã me nunc ſeducere iſtis dictis poſtulas. De expoſtulo. Idē i Adel. Si me in illo crediſti eſſe hoīm nūero q ita putant ſibi fieri īiuriã vltro ſi quã facere ipſi expoſtulãt & vltro accuſãt. Do. Expoſtulatio q̄rela aduerſꝰ ipm̄ q peccauerit

¶Exprimo, is, pe. cor. ꝑmēdo extraho, Pli. Expreſſo vino infundiẜ aq̄ vinaceis. Aliqñ declaro manifeſto. Macro. Nihil vnquã loquutus fui expreſſius. Hiero. in prolo. Tobię. Quicqd mihi ille, hebraicis verbis expreſſit, hoc ego accito notario, ſermonibꝰ latinis expoſui. i. elocutꝰ eſt. Idē. Et nomē domini terragrammaton in q̄buſdã gręcis voluminibus vſq; hodie antiquis expreſſū literis īuenimus id eſt clare vel proprie ſcriptum.

¶Exprobro as, pe. cor. quę alijs ꝑſtiti cōmemorans impropero. Teren. Nã iſthęc cōmemoratio quaſi exꝓbatio eſt immemoris beneficij. Sumiẜ tamen exprobare ꝓ q̄lemcūq; culpã obijcere. Oui. li. xij. meta. Trepidoq; fugam exprobrauit amico. Et apd̄ euãgeliū Exprobrauit idcredulitatem illorum.

¶Expromo, is, pe, prudu. Vide in dictione Promo.

¶Expurgo as, Quęre in dictione Purgo.

¶Expugno. Vide in dictione Pugno.

¶Expungo, is, Extrudo atq; admoueo. Perſiꝰ, expungnã nãq; eſt ſcabioſꝰ & acribile tumet. Vñ etiã milites ab exercenda militia repellere adempto ſtipendio ſignificat. Seneca lib. iiij. de benefi. Pignus eſt ꝓtinus aliud inuicē mittere & munꝰ munere expūgere, qd̄ ſignificat delere ne debere videaẜ. Milites ei pūctis ſcripti inſerūtur legioni & iurant, vt docet Verg. li. ij. Inde expuncti dicti deleti, & a militia remoti. Itidē expūgi dñi iudices qñ amouenẜ a iudicãdo, veluti cancellati ex albo iudicū Diſpungere quoq; ſimile eſt, qd̄ ſignificat Conferre accepta & data, ſicut Papinianus iuriſconſultus docet.

¶Expuo is, cū faſtidio aliquid eijcio, q̄ſi pus extra mitto. Pus aūt eſt oīs humor corpori oneroſus. Priapera. Et periculoſam Cū tuſſi miſer expuo ſaliuã. Teré. ꝑ trãſlationē in Eunu. dixit. Illã vbi expueret miſeriã ex aīo

¶Exputo, as, pen. correpta ab ex & puto componiẜ ſignificatq; ex arbore puto & incido, Col. li. xj. Palos vna opera cædere & exputatos acuere cētū numero poteſt. Itē exputare eſt ꝑfecte ſiue extra putare, vt apud eūdē lib. iiij. Deinde velut veteranã vitē totam exputare, & ad vnam materiam firmiſſimã redigere nodoſq; & cicatrices alleuare ſatis officiū eſt. Itē ꝑfecte intelligere ſeu diſcere Plãcus Cic. Quę mens eum. aut quorū cōſilia a tãta glꝛia, ſibi vero etiã neceſſaria ac ſalutaria auocarit & ad cogitationē cōſulatꝰ bimeſtris fūmo cū terore hoīm & inſula cū efflagitatione trãſtulerint exputare non poſſum Exputare vero cōpoſitum ab ex & ſputo habet pu, ſyllabam proſpu. & ſignificat quaſi extra ſputare.

¶Exquiro penultima cor. diligēter inquiro,ſecerno eligo. Vnde exqſita opera dicuntur opa electa,quaſi diligēter quęſita.Plau.in Am.Te certo heri aduenientem ilico & ſalutaui & valuiſſes ne vſq; exquiſiui.

¶Exquilię tantum pluraliter,Romę mōs erat ab excubijs regis,vel ꝙ excultę fuerint a Tullio rege. Ouid. li. Faſt. Adde ꝙ excubias vbi rex Romanus agebat , Qui nunc exquilias noīa collis habet. Hic & equilinus mōs dicitur. Var. Exquilinus mōs ſepticeps apud ędē Iunonis Lucinę vbi ędituus habitare ſolet.

¶Exta dicta ſunt(vt ſentit feſtꝰ)ab extando quę ex viſceribus ſacrificant̃ dijs,& ex quibus haruſpices futura pręnoſcūt dicta ꝙ ad hunc vſum ꝓſecentur quia maxīe extāt eminentq; propter qđ cor nō ſolebat olim īter exta numerari.Poſtea pinguedo illa quę ī ſūmo corde eſt lęta exta fecit,ſunt aūt proprie exta cor,pulmo, iecur & huiuſmodi quia in parte ſuperiori ęxtāt & ſupra inferiora inteſtina locātur Ver.in Geor.Pinguiaq; in verubus torrebimus exta colurnis:Omnia ſimul complexus eſt. Romanorū religio ſemper extorum caput putauit iecur Scribit Pli.libro.xxx.pręcordia vocari vno nomine exta in homine.

¶Extales,vię purgandę aluo deſignatę.Hi.in lib.℞. Et computreſcebant prominentes extales eorū.

¶Extēplo aduerbiū tota vna dictio,ſignificat ſtatim q̄ſi extra tempꝰ,hoc eſt tpis commoditatē. Templū eīn dicitur locus manu deſignatus in aere poſt quem ilico captantur auguria,ſeu ꝙ augures ſtatim viſis auſpicis, vel a tēplo cœli oculos auertebāt,vel e tēplo terrę diſcedebāt procul eſſe iubebantur prophani.

¶Extiſpites pe.cor.dicti ſunt haruſpices ab extris inſpiciēdis.Extiſpiciū ipſa extorum inſpectio quę alio nomie haruſpicium dicitur.

¶Ex tempore duę partes ſunt,& ſignificat exīprouiſo & impremeditate.Cic.Quos credimꝰ expedire rē & cōſilium ex tpe capere poſſe.Inde vocat̃ extēporalis ſiue extemporaria oratio,Vide in dictione Tēporalis. Aliquando ſignificat ex tpe ꝓ tēpore,pro tpis conditione Cice.lib.iij.offi.Huius gñis quęſtiones ſunt hę omnes in quibus ex tempore officium quęritur.

✣Extemporaneum pro ſubitario accipimus.Cc.

¶Extendo is,Vide in dictione Tendo.

¶Extenuo as,valde tenuē facio,ſiue minuo.Cic.li.ſecūdo ad Heren.Defenſor autem fuiſſe cauſam negabit ſi poterit aut eam vehementer extenuabit.

¶Exterreo es,rui,ritum.Vide in dictiōe Terreo,Hic exterritus quod modo paucfactū ſignificat.Ver.Plauſūq; exterrita pēnis Dat tecto iugētē.Mō accenſum inflāmatū.Idē.Sęuit agris aſperq; ſiti atq; exterritus ęſtu.

¶Exterrebro as,pe.cor.extra vel valde terrebro. Per trāſletionē ſignificat aliqd extorqueo,ſcrutor & curioſius q̄ro.Var.Atq; oēs adeo ꝑquirit atq; exterebrat artes

¶Exter a,um pe.cor.idem qđ释 externꝰ.Vnde Sta. Externos dixit vix exter reperias.

¶Externus a,um,idē qđ exter.Ver.li.iiij. Et nos fac extera quęrere regna.Fitq; ab Exter.qđ ab extra deduci certū eſt.Hinc exterior Extimus ſicut ab interus īterior intimus.

✣Ab extra fit externus ſicut ab intra internus. Cc.

¶Externus a,um,qđ nō eſt ex patria.Liui.li.j.Timor deinde pr̄es inceſſit ne ciuitatē ſine imperio, exercitū ſine duce,multarū circa ciuitatū iritatis animis vis aliq̄ externa odorietur.Proprie aūt quod foris & palam eſt At heſternꝰ cum h.& s.fit ab heri.Ci.lib.Tuſ. Dici nō poteſt q̄ ſim heſterna tua diſputatione delectatus.

✣Externo as,ab ex & ſterno dementēfacio.Pa.Sed eccā miſerā quā frequēs luctus externauit.

¶Exterraneus,aduena q̄ſi ex alia terra,ſicut Conterraneꝰ qui eſt ex eadē terra,quāuis id nomen parū ab eruditis vſurpetur.Exterraneꝰ eriā vocat̃ qui ante tempus natus vel potius eiectus eſt.Dictꝰ ꝙ eū mr̃ exterrita eiecerit deſydero authoritatem.

¶Extero is,pen.cor.extra tero,aut terendo extraho. Col.li.ij.Cū rurſus amplior meſſis ꝓuenerit quicqd exteret̃ capiſterio expurgandū erit.Var.li.j.deteruſ.Apđ alios exteritur grege iumentorum inacto,& ibi agitat e particis ꝙ vngulis e ſpica exteruntur grana.Exterere etiam dicimus aciem ferri vt exacuta ſit.

¶Extermino as,pe.cor.extra terminos mitto.Ci.li.iij offi.Atq; hoc omne genꝰ peſtiferum atq; iniuriū ex hominū communitate exterminandū eſt. Aliquando exterminare ponitur pro demoliri.Hie.ī Matthę.Exterminant̃ exules qui mittunt̃ extra terminos. Cum ergo in euang.dr̃.Exterminant facies ſuas,ſemper demoliūt̃ debemus accipere.

¶Extillo as,ab ex & ſtillo.Vnde & diſtillo,extillare & guttatim finiri.Terē.in Phor.Hiſce ego illā dictis ita ſibi incenſam dabo,vt ne reſtringuas lachrymas ſi extillauerit.i.ſi lachrymæ ex corpore defluerem,aut corpus guttatim finiret̃,vel totum in lachrymas conuerteretur

¶Extimeſco valde timeo actiuę tātum ſignificationis reperi.Cic.in Caten.Quod igit̃ adoleſcētes & hi quidē non ſolum indocti ſed etiam ruſtici cōtemnunt id eſt docti ſenes extimeſcent.

✣Extimꝰ & extime ſuperlatiua ſunt ab exterior & exteriꝰ cōparatiuis quanquā & latine extremus & extreme dicitur de quo inferius.Cc.

¶Extingo,ab ex & Tingo,minorē in ſe vim habet quā opprimo.Cic.in Lę.Primū dāda opera eſt ne qua amicorū diſſidia fiāt Sin tale aliquid euenerit vt extīctę potius amicitię q̄ oppreſſę videant̃.Quaſi quod extinguit̃ poſſit redamari quod opprimitur nō queat. Aliquando extinguere eſt ꝑfecte diſtinguere.Idē in Hortē.Quam ſi ſubtraxeris,qui.i.quomodo extīgues artificē ab īſcio Aliq̄ñ ſignificat occidere deſtruere.Lactā.li.iij.Cæleſtes aīas vna cū corporibus extingūt.Idē lib.iiij.Iudęorum nomē & gentē Vaſpaſianus extīxit,id eſt deleuit. Terent.in Adel.Seui animam primū extinguerē ipſi q illum produxit ſcelus,id eſt auferrem.

¶ Fatũ a fatus ſecũdũ Priſci. in paſſiua ſignificatiõe id eſt dictus. Vñ fatũ iuſſum & dictũ dei. ꝑs. Semel locutus eſt deꝰ duo, hæc audiui, qm̃ poteſtas dei eſt & tibi domine miſericordia. Aug. li. v. de ciui. dei. Quod eñ dictũ ẽ ſemel locutꝰ eſt, intelligiẽ ĩmobiliter, hoc eſt incõmutabiliter eſt locutꝰ, ſicut nouit ĩmutabiliter oĩa quæ futura ſunt & quæ ipſe facturus eſt. Hac ratione poſſemus a fando fatũ appellare niſi hoc nomẽ iã in alia re ſoleret ĩtelligi, quo corda hominũ nolumus inclinari. Scribit Cice. fatum eſſe connexionẽ rerũ per æternitatẽ ſe inuicẽ tenẽtem quę ſuo ordine & lege variantur ita tamẽ vt ipſa varietas habeat ęternitatẽ. Sene. in queſtio. naturalibus. Quid intelligis fatũ? Exiſtimo neceſſitates rerũ omniũ actionũq; quas nulla vis rũpat. Sed quid de fato ſentire debeãt catholici, ſcribiẽ apud patrẽ meũ Auguſtinũ li. v. de ciui. dei capite. ix. Apud poetas fatũ quandoq; capitur ꝓ natura. Verg. Nã quia nec fato, merita nec morte peribat. Quãdoq; pro volũtate. Id enim Plato dicit fatũ eſſe volũtatẽ & iuſſionẽ diuinã. Verg. Fatis iunonis iniquę. Quãdoq; ꝓ oraculo quod dij fantur. Idẽ. Oblitꝰ fatorũ. Quãdoq; ꝓ morte, quia nihil tam neceſſariũ impendet homini ꝗ mors. Vnde fato cõcedit qui moriẽ.

¶ Fatale quod pnicioſum eſt, vt dies fatales. Et fatale diciẽ quicquid nobis ex fato debeẽ ſiue bonũ ſit, ſiue malũ Aug. li. v. de ciui. dei. Et fãtalia dicũt ꝗ ꝑter dei & hoĩm volũtatẽ cuiuſdam ordinis neceſſitate cõtingũt. Aliqñ fatale dicitur ſalubre. Val. li. j. Eo legatis id ẽ miſſis vnicam fatalis remedij opem impetraturam ſe credidit.

¶ Fatidicus pe. cor. qui futura prediuinãdo ſolet fari, q nobis fata. i. decreta deoꝝ exponit. Vñ fatidici libri qui cõtinẽt fata populorũ, quales erãt decẽ ſybillarũ libri, q & ab hiſtoricis fatales appellantur fatidici vates, & fatidica Mãto nominatur quoniã erat fatiloqua quæ vaticinabaẽ diuinitate prædita [Greek text]

✠ Id eſt græce diuini dicuntur & vates.

¶ Fatifer fatifera, um. pe. cor. quod eſt mortiferum.

¶ Fatim aduerbiũ abũdanter, a fando quia tã verborũ ꝗ rerũ maior ſit copia, vel quod fari facile ſit. Hinc cõponitur Affatim de quo ſupra.

¶ Fatiſco is, deficio. Col. lib. viij. Non debet octo capitũ numerũ excedere, nõ quia ignorẽ fœcũditatem ſcrophatũ maioris eſſe numeri, ſed quia celerrime fatiſcit ꝗ pluris educat. De hoc etiã in Defetiſcor.

¶ Fathiſcere cũ h eſt abũdanter aperiri, quaſi affatim hiſcero. Verg. Rimiſq; fathiſcunt. Amb. lib. hexa. Plerũq; terra meridianæ plagæ torretur ardoribus atq; æſtu ſoluta fathiſcit in puluerem, miſerandi agricolæ labore cõſumpto.

✠ Fatuitas ſtultitia. Deſydero probationẽ.

¶ Fatuus inſipiens, tractũ a ſapore ciborũ: qui cum nõ ſapiũt fatui dicũtur. Mar. Vt ſapiant fatuę, fabrorũ prandia betę, O ꝗ ſæpe petet vina piperq; coquus. Terẽ. in eu. Fatuus eſt inſultus tardꝰ. Var. hoc nomẽ a fando deriuat. Fatuus qui fatur qđ puer primo fatur, hoc eſt qui inepta loquitur. Fatui quoq; dij ſunt qui & fauni dicuntur quaſi multum fantes.

¶ Fatua dea dicta ẽ terra ꝙ inf ĩtes partu editi nõ prius vocẽ edũt ꝗ terrã attigerint. Eadẽ & Bona dea vocata ẽ ꝙ omniũ nobis ad victũ bonorũ cauſſa ẽ Et Fauna ꝙ omni vſui animãtiũ fauet, & Ops ꝙ ipſiꝰ ope vita cõſtat

¶ Fauiſſę cellę quędã & ciſternę ĩ area capitolina vbi reponi ſolebãt ſigna & alia quędã religioſa donarijs cõſecrata. Author Gellius. ♁ Dictę fauiſſæ quod in eis non rudęs argentũque, ſed flata ſignata que pecunia conderetur. Vnde & a priſcis latinis flauiſſas dictas fuiſſe comperitur quas gręci tauros appellant. Cellę igitur quibus ęditui capitolini vtebantur ad cuſtodiendas res veteres religioſas, fauiſſe detracta l, littera dicebantur.

¶ Faueo es, faui fautũ. Fauere ꝓprie eſt bona fari, ſeu fauorẽ facere. Hic fauor vox bene precãs alicui, ſiue alicuius cõmodũ & laudẽ tuẽns. Fauere etiã tacere ẽ, vt ĩquit Do. Ter. in an. Fauete, adeſte ęquo animo. Similiter fauere lĩguis ẽ tacere. Sed de beata vita, Fauete lĩguis. In ludis vero ore fauere ĩquit. Ser. eſt dicere bona verba q in illis neceſſariꝰ ẽ fauor. A faueo fiũt fautor & fautrix.

✠ Fauentia, bona ominatio a fauendo dicta. Cc.

✠ Fauij populi ſũt ſic dicti ꝙ priceps eiꝰ gẽtis ex ea natus ſit cum qua Hercules in fouea cõcubuit, quãuis alij

putent ita vocitatum ꝙ primus oſtenderit quemadmodnm vrſi & lupi foueis caperentur.

¶Fauorabilis dicitur qui gratioſus & impetrabilis ac fauoris plenus eſt apud oẽs. Suetonius in Cali. Sic vulgo fauorabilis vt plurimi tradãt quoties aliquo adueniret, vel ſicunde diſcederet præ turba occurrentium proſequentium ve nonnunq̃ eum diſcrimen vitæ adijſſe.

¶Fauſtꝰ, a, um, a fauore ꝓſperũ ac ꝓpriũ ſignificat cui omnes fauent. Terent. O fauſtũ & felicem. Hinc aduerbium fauſte quorũ contraria ſunt infauſtũ & infauſte.

¶Fauni: agrorũ & ſyluarũ putati ſunt dij qui poſt ꝓlixum tempus moriunt̃ ꝙ e terra geniti ſint. Hinc fana dicta exiſtimat Probus. Ser. Faunum & Faunam tradit dictos eſſe a vaticinando id eſt fando. Vñ & fatuos dicimus inconſyderate loqnentes. Hos quidã incubos vocant Fauni apud latinos ij ſunt q apud grecos Satyri filij Saturni Scribit Hie. Satyrũ a diuo Antonio inuẽtũ. Aug. docet Faunos aut immortales animas non habere aut humano ſemine natos. Et Faunus dictus fuit Pici filius & Latini pater qui regnauit in Latio, a fando dictus ꝙ oracula ſua voce redderet.

✤Fauna dea, vide Fatua.

¶Fauilla quaſi cinis extictus ꝙ ignẽ tectũ foueat quaſi fouilla. Eſt enim deſerta igne. Siue potiꝰ quaſi flauilla a colore. Nã & Pacu. flauũ dixit puluerẽ. Scitilla vero ꝓprie eſt q̃ e ſilice cũ is cędit̃, exilire ſolet. Verg. Ac primũ ſilicis ſcītillã excudit achates. Ouid. li. iij. faſt. Pars quoq; cũ ſaxis paſtores ſaxa feribant Scintillã ſubito ꝓſiluiſſe ferũt. Hier. in eccle. Ab ſcitilla vna augeẽ ignis.

☿Fauorinꝰ nomẽ philoſophi de quo fit mẽtio apud Gelliũ. ¶Fauoniꝰ vẽtus a fouẽdo dictꝰ ꝙ cũcta foueat. Eſt enim genitalis ſpiritus viuendi, eo maritantur viuiſcentia terræ, zephirus a græcis dicit̃. Spirat aduerſus Eurũ

¶Fauſtianum vinũ dicitur quod in medijs collibus Falerni montis gignitur. Cc.

✤Fauſtulꝰ paſtor q Remi & Romuli nutritor fuit, Cc.

¶Fauꝰ apũ domus & cellulæ a fouẽdo q; in his ſobolẽ foueant. Plin. Primũ itaq; fauos cõſtruunt, cærã fingũt Verg. Prima fauis ponũt fũdamina, deĩde tenaces. Suſpendũt cęras. Plin. Iunior. Bucellã panis dedit & fauũ mellis, hoc eſt fruſtum operis apiarij melle plenum.

¶Fauulus diminutiuum paruus fauns. Plau. Meus dulciculus fauulus.

¶Faux ſuperior pars gulę mẽto ꝓpinqua, ſed interior vbi os anguſtatur. Plin. li. xj. Sũmũ gulæ fauces vocãt̃, poſtremũ ſtomachus. Verg. li. vj. Veſtibulũ ante ipſum primiſq; in faucibus orci. Per trãſlationẽ fauces dicunt̃ ſtricti ingreſſus valliũ, ſeu alterius loci. In faucibꝰ ſunt foramina duarũ fiſtularũ cibalis. ſ. & ſpiritalis quę continua humectatione indigẽt. Siccæ enĩ exulcerãtur. Oui. li. vj. Caret os humore loquẽtius. Et fauces arent, vix ẽ via vocis in illis. A faux fiũt. Offoco Præfoco & ſuffoco

¶Fax, iuſtis inciſus, a lumine faciẽdo, ꝙ lumẽ facile faciat. Cuius diminutiuũ eſt facula. Primã facẽ noctis principium vocitabant, ꝙ tũ primũ vti face incipiunt.

✤Facẽ in nuptijs præferre ſolebant, ſiue ad obſeruandã antiquã conſuetudinẽ ꝙ ante non niſi noctu dici nouas nuptas a ſponſis mos erat. Siue in honorẽ Ceteris quæ facẽ in querẽda Proſerpina geſtauerat. Siue vt noua nupta ignẽ & aquã quę duo ſunt in vita maxime neceſſaria cũ viro cõmunicare videretur. Etenĩ aqua quoq; aſpergi ſolebat vt caſta puraq; ad ſponſum duceretur. Cc.

¶Faxo is, ꝓ faciã. Ver. lib. xij. Ego ſydera faxo Firma manu Faxim fecerim. Faxint faciant. Teren. in Heau. Vtinam dij ita faxint.

## F ANTE E

FEbris a feritate morbilis mali, vel ſicuti Ser. docet a feruore.

¶Febricula diminutiuũ parua febris. Plautꝰ Ciceroni. Qui ex labore in febriculã incidit aſſiduã & ſatis moleſtam græce πυρετὸσ καὶ πύρέττω ἀπὸ τ πυρὸσ παραγίνονται.

✤Id eſt Græce πυρετὸς febris & πυρέττω febricito πυρέω id eſt æſtuo deducuntur.

¶Febriculoſus qui habet multã febrem. Gel. Non morbus hic febriculoſus aut nimium grauis.

¶Febrile pe. pro. quaſi ad febrem pertinens. Apul. Ardore æſtuans febrili.

¶Febrio, is, itum febrem patior. Macer, Hæc nondũ tremulo potanda dabis febrienti.

¶Frebricito as, pe. cor. & Febricitor deponens in eadẽ ſignificatione. Col. lib. vij. Febricitanti boue conuenit abſtinere cibo vno die.

¶Februo, as, luſtro purgo, a ferueo, hoc enim adolẽdo & flãmis feruẽtibus fieri ſolebat, vel a Sabinorũ lingua qui febrũ purgamẽtũ dicunt. Hinc Februarius mẽſis dictꝰ eſt, ꝙ tũ, id eſt extremo anni menſe populus februaret̃. i. purgaret̃ ꝑ. xij. eñ dies cõtinuo februarij, celebrabãtur quiete omnis populus piaculis ſacrificijſq; circa ſepulchra accenſis facibꝰ cæreiſq; intẽtus erat. Et Iuno februata ſiue februalis, ꝙ ei hoc mẽſe ſacra fiebãt, eiuſq; feriæ erãt Lupercalia. Et quæcũq; purgamenti cauſa in quibuſcunq; ſacrificijs adhibebãtur februa appellabant̃. Et id quod purgatũ erat februatũ dicebatur. Pli. Vulgata priſcis tẽporibus opinio obtinuit februa eſſe omnia quibꝰ malefactorũ cõſciẽtia purgaret̃, delerẽturq; peccata, aut manes animabꝰ defũctorũ placidi redderentur.

¶Februs Dis pater, ꝙ ei mẽſe februario ſacrificaretur.

¶Februarius menſis. Vide pauloante in februo as.

¶Feciales dicti ſunt a ferẽdo ꝙ belli paciſq; ferendę apud eos ius erat. Neq; enĩ licebat bellũ alicui ĩferre niſi hi & iuſta cauſſa ſuſceptũ declarauiſſẽt & priꝰ ĩdixiſſent Var. Itaq; bella tarde nec magna lumina ſuſcipiebãt, ꝙ beliũ nullũ niſi piũ putabãt geri oportere, & priuſq̃ indiceretur bellũ ijs a quibꝰ iniurias factas ſciebãt, feciales legatos rẽs petitũ mittebãt quatuor, quos oratores vocabãt, Sunt etiã qui feciales a faciendo deriuari exiſtimẽt ꝙ apud eos belli ac pacis faciendæ ius eſſet.

¶Felis animal quadrupes quod nobiſcũ in domibꝰ tenemꝰ ad muriũ venatũ, vulgo Catus, quod nos cautum aſtutũq; dicimꝰ, a quo Catones primo volũt appellatos, a græcis αἴλουρος dicit̃. Et ipſi quorum vanitas ridet̃ Egiptij nullam belluã niſi ob aliquã vtilitatem conſecrauerunt, velut Ibim, ꝙ vim ſerpentiũ cõficiat. Crocodilum ꝙ terrore arceat latrones. Felẽ ꝙ pelle eius ſcuta contegãt Ichneumones ꝙ non ſinãt ſerpẽtes, maximã eiꝰ regionis peſtẽ augeri. Plin. li. x. Feles quo ſilẽtio, quã leuibꝰ veſtigijs, q̃ multo ſpeculatu in muſculos exiliunt excremẽta ſua obruũt terra intelligẽtes odorẽ illũ indicẽ ſui eſſe. Ait enĩ Var. li. iij. Omnes parietes tectorio lęuigant̃ ne felis alia ve beſtia ĩtroire ad nocẽdũ poſſit. Hos Varro & Col. accipiũt ꝓ eo genere animalis quod vulgus fouinũ ſeu maturellũ appellat. Sene. li. epiſtolarum moraliũ. xx. Quid eſt quare tã pauonẽ quã anſerẽ gallina nõ fugiat? At tãto minorẽ eis nec notũ ſibi accipitrẽ? quare felẽ pulli timeant, canem non timeant.

¶Fel fellis eſt purgamẽtũ ſanguinis peſſimũ, cui tantũ ineſt virus vt hominẽ totũ decolorẽ reddat, & maxime oculos, vt in homine irato cernimꝰ. Fel eñ irę ſedes eſt Humor aũt q in folliculo fellis bilis vocat̃, q̃ ꝓ ſui cõditione hoĩem cõuariat. Bilis enim atra quã gręci melancholiã vocãt, facit inſaniã. Plaut. in Amp. Delirat vxor atrabili percita eſt. Sed de bili ſuo loco dictũ. Aliquando fel cũ ſit peſſimꝰ humor ꝓ animi amaritudine ponitur.

¶Fello as. lac exugo & ſuccũ ebibibo. Mar. Si fellas aquam biberis nil Leſbia peccas. Qua tibi parte opus eſt Leſbia ſumis aquã. Solinus in collectaneis. Nequaquã mater equa pullo ꝓbet vbera fellicãda. Nõ auſim dicere optime lector, quãturpia huc cõtexuerat Calepinus, q prorſus eradenda putauimus, ne iuuenum mentibus nimirum tenaciſſimis adhęreſcerent.



Satius erat tam ſpurca iuuẽtuti nõ obtruſiſſe.

¶Fellicones homines mali dicunt̃ & nullius vſus.

✤Felicata patera q̃ ad filicis hęrbę ſiĩitudinẽ cęlataẽ. cc.

¶Femur quod & femor dr̃ ſecũdũ Phocã, a ferendo ꝙ his præcipue partibꝰ ſuſtinet̃ animal atq; ferat̃. Hic femoralia ꝓ verẽdoꝝ tegminibꝰ. Suet. de Auguſt. Quare quaſſato corpore neq; frigora neq; ęſtꝰ facile tolerabat, hyeme quaternis cum pingui tota tunicis & ſubucula & thorace laneo & femoralibus & tibialibus muniebat̃.

¶Femen, inis, capit̃ ſicut femur. Plau. in Mili. Ecce autẽ aduortit nixus læuo in femine. Proprie tamen femina ſũt interiores partes, femora exteriores, femĩa poſteriores, femora anteriores. Plin. lib. xj. ſic de apibus ſcribit. Prioribus pedibꝰ femina onerãt ꝓpter id natura ſcabra. Et li. xxviij. Femina inq̃t atteri ĩduriq; equitatu notũ eſt. Femina enĩ interiora equitãdo atterũt̃ nõ exteriora. Hic Apuleius finxit vocabulũ Interfemineũ ꝓ locis mulieribꝰ veluti poſitis inter femina. Col. li. vij. Vereris quoque & ſub femina manũ ſubijcere ne ad huiuſmodi tactũ poſtmodũ paueſcãt. Exiſtimat Ser. femẽ in nominatiuo nõ reperiri. Priſ. docet eſſe ĩ raro vſu. Feſtꝰ femẽ declinat, femina etiã inferiores partes ſignificãt. Nã a flexu dicta vident̃. Vbi enĩ iũctura cũ flexu pedis eſt femina dicũt̃. Plau. in Aſi. Sed tamẽ tu nempe eos aſinos prædicas vetulos claudos quibꝰ obtritę ad femina erãt vngulę. Colu. li. vij. Femina ſecari & ĩterdũ inuri ſolẽt.

¶Femina tegumẽta feminũ & ſubligacula. Hierony. in Exo. Facies & feminalia linea vt operiãt carnẽ turpitudinis ſuę a renibꝰ vſq; ad femora. Idẽ ad Fabiolã. Diſcamus primũ cõmunes ſacerdotũ veſtes atq; pontificũ, lineis feminalibꝰ quæ vſq; ad genua & poplites veniunt verecũda cælantur & ſuperior pars ſub vmbiculo vehemẽter aſtringit̃ vocaturq; ligua hebræa Machinaſſe, grece περισκελῆ, a noſtris feminalia vel brachę vſq; ad genua pertingentes. Et vt ſcribit Ioſephus ob fortitudinẽ ex biſſo retorta fieri conſueuerũt.

¶Feneſtra ἀπὸ τῦ φαίνειν quod eſt lucere. Fit enĩ ad lucẽ reddendã. Ouid. Qua lumẽ thalamis parua feneſtra dabat, Interdũ ponit̃ ꝓ auditu & via. Teren. Hui quãtam feneſtram ad nequitiã patefeceris. Plini. Feneſtrare verbum vſurpat ꝓ feneſtras aperire. Sic enĩ ait. Media oculorum cornua feneſtrauit pupilla.

¶Feneſtrenula parua feneſtra. Hierony. Sit autem vna vel plures feneſtrenulæ iuxta diſpoſitionem epiſcopi. Et ꝑ detractionem mediæ ſyllabæ. Feſtra quod eſt oſtium paruum in ſacrario, vt ait Macro.

¶Feneſtrella ſimiliter & feneſtricula diminutiua ſunt.

¶Feneſtella ſiner, nomen eſt ꝓprium hiſtorici, qui nouiſſimo tempore Typerij. Cæſaris claruit.

¶Feneſtratus a, um: quod eſt apertum, ꝑforatum. Plautus Nulla eũ feneſtratior domus.

¶Fero fers tuli latũ & tetuli ſecundũ Diom, Terẽ. Huc tetuliſſem pedẽ, ꝓprie ſignificat porto, Verg. li. v. Vix illã famuli phegeus Sagariſque ferebãt. ῥῆμα ἑλληνικὸν φέρω γὰρ λέγουσι καὶ ἀνώμαλον λέγον οἴσω ὄντα τοῖς λατίνοις

✤Id eſt verbũ græcũ, φέρω enim dicunt & anomalũ futurũ οἴσω, id eſt feram ſic & latinis. Aliquãdo tolero, patior Teren. in Heau. Nã quẽ feret ſi parentẽ ſuum non feret. Aliquando duco, diripo. Liuius lib. j. Pergit ad ꝓximam ſpeluncam ſi forte eo veſtigia ferrent. Verg. lib. vij. Hinc via tartarei quę fert Acherõtis ad vndas. Aliqñ dico, nomino. Idẽ. Quã iuno fert̃ terris magis omnibus vnam Poſt habita coluiſſe Samo. Aliquando Do, exbibeo. Idẽ. Sacra Dioneę mari diuiſq; ferebã. Lactan. lib. iij. Nõ enim deſcendit aliquis e cœlo qui ſententiã de ſingulorum opinionibus ferat. Aliquando concupiſco, Sal. Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, ꝓſcriptiones locupletũ, magiſtratꝰ, ſacerdotia, rapinas atque alia omnia quę bellum & libido victorum fert. Aliqñ Extollo. Idem. Cõſulares oẽs itemq; ſenatus magna pars ſententiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt, Aliquãdo gigno, ꝓduco. Verg. Si duo ꝓterea tales Idęa tuliſſet Terra viros. Aliqñ habeo Idẽ. Ferre ſui dederat monumẽtũ & pignus amoris. Aliqñ Affero. Idẽ. Legati reſſponſa ferunt, Aliqñ Cõfero. Idẽ. Quibꝰ acer Erix in pręlia ſuetus Ferre manũ. Aliqñ Diſturbo. Idẽ. Quippe ferãt rapidi ſecũ verrantq; ꝑ auras. Aliqñ. Oſtento. idẽ li. xj. Captiuo ſiue vt ſe ferret in auro Venatrix. Aliquãdo Cõſulo. vt Põpeius tulit ad populũ. Aliqñ Aufero Vergi. Poſtq̃ te fata tulerũt. Et omnia fert ætas. i. aufert. Aliqñ Refero ſeu recipio. Terẽ. in Adel. Pro labore ab his fero odiũ. Aliqñ. Aſſequor. Idem in Eunu. Hoc ſi effeceris, quod vis donũ a me pręmiũ optate, id optatũ feres Et in Adel, Ne faciãt quod illos æquũ eſt haud ſi, ferẽt. i. obtinebũt. qa ſi cũ hoc verbo, præ me, præ te, vel præ ſe addãt̃, ſignificat dicto vel facto vel geſtu aliquid oſtẽdo cõfiteorq; & ipſa ſtati fronte de aliqua re aut homine, vt præ te fers irã. Quit. Fiduciã igit̃ pręſe ferat orator, ſempq; ita dicat tanquã de cauſa optime ſentiat. id eſt ex ipſo aſpectu oratoris, ex ipſa voce, ex ipſa tota oratione eluceat fiducia, quemadmodũ qui pugnaturi ſunt in vultu & geſtu indicãt tacitã vel formidinẽ vel fiduciã, hoc eſt pręſe ferũt fiduciã formidinẽ ve. Cic. Nã ille q accipit iniuriã meminit & præ ſe fert. i. ſe mentẽ perſequendæ iniuriæ habere oſtendit. In eundẽ ſenſum accipi ſolent. Præ me duco, præ me gero. Compoſita ſunt Affero. Aufero. Antefero. Confero. Circũfero. Defero. Diſtero. Effero. Infero. Introfero. Offero perfero. Præfero. Profero. Refero. Suffero. Superfero, & Transfero, quæ, habẽt penultimã correptam.

☿Ferre auras eſt aſſueſcere aeris varietati, q̃ obeſt. Ver. lib. ij. Georg. Cũ ſemel heſerũt aruis auraſq; tulerunt.

¶Eeræ a ferendo dictę ſunt ꝙ toto corpore ferãt̃, ſiue ꝙ cũ impetu & ſine ratione ferant̃, aut ꝙ naturali vtunt̃ libertate & ꝓ deſyderio ferunt̃. Proprie autẽ feræ dicũt̃ quæ ferocitatẽ habent, vt Leones, pardi, lupi, quæ vbi manſuefactæ ſunt Cicures appellãt̃. Improprie omnes quadrupedes, pecudibus exceptis.

¶Fere aduerbiũ ſignificat feſtinanter & parũ abeſt qui quaſi cõtinue ferẽdo. i. quod fert̃ in motu eſt, vt fere hominẽ occidiſti. i. parum abfuit quin hominẽ occideris. Priſ. docet fere ſignificare iuxta, quia celeribus omnia iuxta ſunt. Et ꝓfertur cũ accentu in vltima φερεία. Interdũ ĩ oratione ita ꝯſtituit̃, vt ĩtelligat̃ quædã vniuerſitas Quint. Hæ fere ſunt emẽdate loquẽdi ſcribendique partes, id eſt fere omnes Ci. Memini in eũ ſermonẽ ĩcidere qui tum fere erat in ore: id eſt fere ſemper.

¶Ferinus a, um. penul. ꝓdu, quod eſt ferarum. Apul. Ferino ac beluino ritu.

✤Feritas naturæ quędã aſperitas, & a ferꝰ deducit̃. Cc.

¶Ferale adiectiuum ſignificat dirum, exitiale a feralibꝰ ſacrificijs. Apul. Rogum demolirent̃, cœnam feralem a tumulo ad menſam referrent. Verg. Sola que culminibꝰ ferali carmine bubo Viſia queri. Et ferialis dies dicebat̃ quo feralia fiebant.

☿Et generali vocabulo dicit̃ omnis res lugubris pertinens ad defunctos. Vnde feralis pompa: exequialis quę cadaueri efferendo exhibet̃. Veteres quoq; feralia dixerunt dijs manibus ſacratam diem a ferendis epulis ad tumulum in cœnam quam & ipſam feralem nuncupant. Ouidi. An quia iuſta ferunt dixere piacula lucem, Vltima placandis manibus illa dies

¶Feralia ſacrificia parentalia quædam ab inferis & ferendo ꝙ ferrẽt epulas ad ſepulchrũ eius cui vellẽt parẽtare, vel feriendis pecudibus. Funebris pompę dixere feralia Lucẽt: Funeribꝰ nomẽ victoria ceſa dedit

☿Feralia officia ſunt quæ inferis a defunctis exhibent̃.

☿Feralia fœdera, tedę ferales, & arma feralia, quaſi mortifera.

☿Feralia amicula ſunt veſtimẽta quibus cadauera defunctorum veſtita ſepulchro conduntur.

☿Ferales vitæ dicunt̃ quæ ſunt funeri accomodatæ.

♁Feralis cultus pro funebri & lugubri.
♁Feralis dies dicebaẽ quo feralia fiebãt. Feralis dr̃ bubo.
¶Ferus diciẽ atrox, ſeuerꝰ, qui ferinũ animũ habet, vel qui durioris eſt vitæ & animi crudelioris. Verg. Ferus omnia Iupiter Argos Trãſtulit. Vñ Auguſtinꝰ in Dial. Ferũ mãſueto oppoſuit. Hic feritas naturæ quędã aſperitas, & diri ſemper eſt animi. A ferus cõponitur Semiferus penultima correp. Semifera dicũtur animalia quæ ex fero placidoq; naſcũtur, vt ex Apro & Sue. Semifera etiã dicunẽ quæ nec placida nec fera ſunt ſed medię inter vtrũq; naturæ, vt in volucribus hirundines, in cãpo lepores, cuniculi, in mari delphini. Perferꝰ valde ferus. Var. lib. ij. de re ruſ. Boues perferi etiã nunc multi ſunt in Dardania & Media & Thracia.
¶Ferox: fortis, inuictus Hora. li. car. Vrbes gẽteſq; & Latium ferox. Salu. Ille animo feroci negat ſe fuſam toties Numediã pertimeſcere. Itẽ dicitur pręanimoſus ad certandũ cum altero, & vim alteri inferendã atq; nocẽdum. Verg. Stat ſonipes & fręna ferox ſpumantia mandit. Auguſti. in dial. Mãſueto oppoſuit. Plau. ꝓ cordato & faceto in Mili. poſuit, Et quia tecũ erã, ꝓpterea animo erã ferocior, Hinc ferocia & ferocitas. Cic. lib. vj. de rep. Qui cõperit eius vim & effrænatam illã ferociam. Ferociter. Plau. in Mil. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant.
♁Ferocitas, vt inquit Speu. exceſſus audacię haud metuens quæ metuenda ſunt.
¶Ferocio, is, iui, vel ferocij, ferocitũ: ferox fio, quod vernacula ligua dicitur Ingagliardir. Gellius lib. j. Nihil adeo incõgrediendis hoſtibus atq; in principijs prælio-rum ad ſalutẽ virtutẽq; aptius rati quam ſi permulcti mitioribus non immodice ferocirent.
¶Ferax dicitur quod abundãter ex ſe ꝓducit Plinius, Vt tam ferax bonarũ artium ſęculum videremus. Vnde inferax contrariũ. Sic Hiero. ad Dama. Inferaces ſyluas dixit. ♁Hinc feracitas.
¶Fertile adiectiuũ pen. cor. ſicut ferax ſumitur. Col. li. iiij. Vt ex his partibus trunci ſumãtur, quę & genitales ſunt & maxime fertiles. Hinc fertilitas, ſic a ferax feracitas. Idem. Id enim non accidit palmitis fertilitate.
¶Ferẽtarij, leuis amaturę milites auxiliatores a ferẽdo auxilio, vt quicquid opus eſſet auxilio ferrẽt ex curſu leues armis grauibus non impediti, ſed enſe & telis tãtũ inſtructi. Vel dicti ſunt Ferẽtarij, quia fundis lapidibuſq; pugnabãt quę tela feruntur non tenenẽ. Sal. Poſtquã eo ventũ eſt, vnde a ferẽtarijs pręliũ cõmitti poſſet. Cato eos ferentarios dixit qui tela ac potiones militibus pugnãtibus miniſtrabãt. Hi & velati vocabantur.
¶Feretrius dictus eſt Iupiter ꝙ pacẽ ferre putareẽ quoniã ex tẽplo eius quod Romæ primũ a Romulo ędificatũ eſt ſumebãt ſceptrũ per quod iurarẽt, & lapidem ſilicẽ quo fœdus ferirẽt: vel a feriendo vt inquit Plutar.
¶Feretrũ a fero pe. cor. lectus vel aliqͣ aliud quo mortuus ferri ſolet. Et alio nomine Capulꝰ diciẽ a Capiẽdo, ſeu in quo aliquid cũ põpa fertur. Liui. Spolia ducis ſuſpenſa fabricato ad id apte feretro gerẽs in Capitoliũ aſcẽdit. Ibiq; cũ ad quærcũ paſtoribus ſacrã depoſuiſſet, tẽplũ deſignauit. Quidã græcũ putant φέρετρον greci enĩ pheretra vocant argentum, aurũ, gẽmas, imagines principũ ſpolia hoſtiũ & cętera quę in pompa feruntur.
¶Ferẽtinũ: oppidum quod Pli. collocat in prima Italię regione in qua Roma eſt, a qua ferẽtinates dicti. Eſt & Ferentinum in Thuſcia, vnde ferentini.
¶Feretrus mons, a qua familia Feretria dicta, a qua Vrbini dux originem habet.
¶Ferentũ: opidũ Sabinorũ, ſeu Samnitum, a quo Ferẽtani dicunẽ. De quo Dionyſiꝰ Halicarnaſeus lib. xvij.
¶Ferculũ a ferendo. Vñ & fercula pulmẽtoriũ ab eo ꝙ menſę inferãtur. Iuue. Quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus? Aliquãdo ſumiẽ ꝓ geſtamine quo põpa deferri ſolet. Sue. in Cęſa. Pontico triũpho inter põpę fercula triu m verborũ prætulit titulũ. Veni vidi vici: hoc eſt inter pompę triũphalis geſtamina. Quo nomine cõtinenẽ ſimulacra opidorũ, ſimulacra deorũ, ſpolia hoſtiũ coronę, machinę, & id genus alia quę fieri ſolẽt in pompa triũphali, ſicut fercula ludorum, fercula quæ in ludis. Fercula ſacrorũ q̃ in ſacris. Acron etiã docet fercula eſſe pulpita in quibꝰ deorũ ſimulacra ſint, quia in pompa circenſi, hoc eſt celebritate ludorũ circenſium huiuſmodi ſimulacra deorũ feruntur. Cic. lib. j. offic. Cauendũ eſt ne tarditatibus vtamur in ingreſſu mollioribus vt ſimiles pomparũ ferculis eſſe videamur. Amb. li. j. offi. Sũt qui ſeuſim ãbulando imitantur hiſtoricos geſtus & quaſi quænã fercula pomparum.
¶Ferio is, percuſſi pręteritũ mutatur a percuſſio idemq; ſignificat. Ver. Cornu ferit ille, caueto. Et ferire, ſancire firmare. Vnde ferire ſeu percutere fœdus dicimus. Idẽ Haud mora Tarchõ Iũgit opes, fœduſq; ferit. Et apud Eſaiã Feriã vobiſcũ pactũ ſempiternũ. Itẽ Ferire pulſare eſt. Plautus in Amph. Feriã fores, aperite. Huius cõpoſitum eſt Referio, quod eſt repercutio. Idẽ in aſi. Pati tor tu idem cum ego te referiam.
✣Ferire iugulũ veteres dixerũt pro eo quod eſt Petere mortẽ vel inferre mortẽ & ꝓ iugulare ſiue ĩterficere. Cc.
¶Ferię a feriẽdis victimis dicti ſunt dies ceſſationũ ab opere ſeu ab epulis ferẽdis. In his enim epulę fiebãt. Feriarũ autẽ apud antiquos multa erãt genera q̃ pollui dicebãtur ſi in his aliquod opus fieret. Feriarũ publicarum erant quatuor genera. Statiuę, vniuerſi populi, communes, q̃ certis & cõſtitutis diebꝰ fiebãt, in quibus præcipue ſeruabanẽ Agonalia, carmẽtalia, lupercalia. Cõceptiuę quę quotãnis a magiſtratibꝰ vel ſacerdotibus cõcipiebãt certos ſiue incertos dies, vt ſunt latine Sementinæ, paganalia, cõpitalia. Imperetiuæ, quas cõſules vel prætores ꝓ arbitrio indicebãt. Nũdinæ pannorũ ac ruſticorũ quibꝰ ad negotia & merces conueniebãt. Erant præterea ꝓprie familiæ ferię quas quęq̃ familia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruabat, vt Claudiæ feriæ & Aemyliæ. Itẽ ſingulorũ vt nataliciorũ dierũ q̃ Natalitię dicũẽ, & fulgurũ & funerum expiationes. Et a ferijs feſti dies dicti ſũt feriati. Hoc eſt in quibꝰ feriæ celebrabãẽ.
¶Ferio as, & ferior deponẽs ſignificat vaco. Vñ feriatꝰ ocioſus. Plin. lib. xviij. Malũ patrẽfamilias qſquis interdiu faceret quod noctu poſſet niſi intẽpeſtate cœli: Peiorẽ q profeſtis diebus ageret quod feriatis deberet: Peſſimũ qui ſereno die ſub tecto potius operareẽ q̃ in agro. Aug. li. cõ. Interpoſito ocio ex neceſſitate domeſtica feriatꝰ ab omni ſchola cũ parẽtibꝰ eſſe cœpi. Hiero. li. ij. macha. Tũc feriatis Iudæis arma capere ſuis præcepit.
¶Ferula penultima cor. baculus ſiue virga qua puerorum manus feriuntur, a feriendo ſiue ferendo, id eſt portando. Iu. Et nos ergo manum ferulæ ſubduximꝰ. Græce νάρθηξ & ꝑ diminutionem narthenium diciẽ. Inde apud Platonẽ in Phædrone narthecophori miniſtri Bacchi quaſi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulę aſſignantur quę aſinis gratę ſunt in pabulo. Ideo aſinus grata hoſtia Baccho cadit. Ferula eſt inter externos frutices a Plinio: Lignũ corticis loco habet: ligni autẽ loco fungoſam intus medullam, vt ſambuci callidis innaſciẽ locis, cuius eadẽ natura eſt q̃ aneto & fructu ſimilis, nulli fruticũ leuitas maior: ob id geſtata facilius baculorum vſum ſenectuti prębet. Col. li. iij. In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſecretę, terram minutam in modum, ſemipedis ponito. Ibiq; ſemẽ ferulę facito cũ ferula fuerit enata eam findito & in medulla eiꝰ nucẽ grecã vel auellanã abſcõdito. Hinc ferulaceus, a, um. Plin. lib. xviij. At millium & panicũ in culmen geniculatum & concauum, ſiſania vero in ferulaceum ſcilicet faſtigiatur.
¶Ferabites. penul. prod. dicitur Agreſtis. Siſen Partim ferabite partim lauro ac pinu abundant,
¶Ferme aduerbiũ idem quod fere. Terẽ. Iã ferme moriens me vocat, i. cũ parum abeſſet qui moreretur. Ponitur quandoq; pro facile. Idem in An. Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.



✣Ferualis Iuno ſiue februata ſiue februlis dicebatur ꝙ ei menſe februario ſacra fiebant. Vide Februo. Cc.
¶Feruor calor qui cum ſit ex igni, ex contrario & ꝓ frigoribus ponitur.
¶Ferbeo ferbes ferbui, bullio. Hora. li. j. Car. velatum q; ſtola mea cũ deferbuit ira. Vnde & ferbeſco ferbeſcis. Amb. Quomodo ĩtelligimꝰ ꝙ ſit torcular niſi forte qa pſalmi de torcularibus inſcribunẽ eo ꝙ in his myſteria domini paſſionis modo muſti ſancto feruente ſpiritu ꝓphetarũ ardẽtius ferbuerũt? Huius cõpoſita ſunt deferbeo qđ eſt a bulliẽdo ceſſo. Hier. in li. Heſter. His itaq; geſtis poſtq̃ deferbuerat regis Aſſueri indignatio. Gel. proprie. Puer interea venerat & aula deferbuerat, tempuſq; eſſe cœperat edẽdi. Efferbeo extra vel valde bullio. Hie. in Iob. Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie.
¶Ferueo, es, ferui per duplex uu, vno cõſonãte altero vocali, qđ & per ſincopẽ dicimus ferui, in eadẽ ſignificatione, quia non ſolum ex incendio calere ſignificaẽ, ſed etiam ex quibuſcunq; moleſtijs ꝑturbari. Vnde & iactus marini & æſtuatio animi ſub hac ſignificatione recte poni ſentiunẽ. Verg. lib. Geor. Omnia tunc pariter vẽto nimbiſq; videbis Feruere. Feruere opus dicimꝰ dũ ſtudio & diligentia elaboratur. Et hominẽ ira odio aut calore feruere, dum ira, aut odio, aut calore incẽſus eſt. Cuius cõtrariũ eſt deferuere quod eſt miteſcere, & placidũ fieri, ſeu a calore deficere. Compoſita a ferueo ſunt deferueo, efferueo valde ſeu extra ferueo. Referueo rurſus ferueo. Pli. Item therebinthinã in ſartagine referuenti. A quibus Deferueſco. Efferueſco & Referueſco.
✣Feruo uis, ui, eiuſdẽ ſignificationis eſt cũ Ferueo. Proper. Incipit & ſicco feruere terra cane. Gel. Dñs quos rogauerat opperitur, ſol feruit. & fit nihil, hinc ferueſco.
¶Feruefacio, is, bullire facio. Cato de re ruſt. Et potionẽ polentę eodẽ addito & oleũ poſtea feruefacio. Hinc cõponitur Inferuefacio, quod eſt intus bullire facio. Idẽ Sumito braſſicã conijcito in aquã feruentẽ coquito paulisper vt ſubcruda ſit, poſtea aquam defundito nõ omnẽ eo addito oleum bene & ſalem & cumini paululum, ĩferuefacito pauliſper.
¶Feruidus pe. cor. callidus diligenſq;.
¶Fermentum dictum eſt ꝙ feruendo creſcat. Eſt enĩ farina, quę ſubigitur priuſq; addatur ſal ad pultis modũ decocta & relicta donec aceſcat.
¶Fermento as, miſceo ſeu creſcere facio. Pli. Cũ fieret panis hordeacæꝰ cicerulę farinę admixtione fermẽtabaẽ Col. li. ij. poſuit ꝓ pinguefacio. Maxime inquit tñ colũbinum ꝓbamus quod modice ſparſum terrã fermẽtare cõperimꝰ. Hie. Neq; panes azymi poterãt fermentari.
¶Fermenteſcere eſt creſcere. Plin. Cõteratur inter digitos fermenteſcẽns.
¶Ferrum vel a ferendo ꝙ in agros colendi grã feratur. vel a feriẽdo ꝙ cętera eo ferianẽ, hoc eſt domenẽ. ♁Sua ei ſęuitia ferẽdo domat reliq̃ metalla attenuat & extẽdit.
¶Fereus a, um, quod ex ferri materia eſt, vt maſſa ferrea, annullus ferreus.
¶Ferrarius a, um, quod ad ferrũ ꝑtinet, vt faber ferrariꝰ fodina ferraria. Aliqñ etiam ſignificat quod ex ferro eſt quaſi ferreum. Pli. li. xxxiiij. Conium in Itali cũ ferraria metalla in his locis non ſint.
¶Ferraria, ę, locus in quo ferrũ fodiẽ, ſicut Auraria, Argentaria, Aeraria, in quibꝰ aurũ, argentũ, & æs effodiẽ. ♁Eſt etiam ferraria vrbis nomen in Italia.
¶Ferramentarius ferramentorũ confector. Iul. Firmicꝰ ſcribit. Mercuriũ in ſolis domo conſtitutum facere ferramentarios & pelliones.
¶Ferramentũ inſtrumentũ ex ferro. Vnde ferramenta fabrilia & ferramenta tonſoria dicimus. Col. li. iij. Nonnũq̃ etiã cũ frondere ceperint arbores cacumina fici acutiſſimo ferramento ſumma amputare prodeſt.
¶Ferro as, ferrum induco. Vnde ferraria ſpicula & ferratas lanceas dicimus. Verg. lib. iij. Geor. Vndiq; iam tergo ferratos ſuſtinet orbes. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Pręferro, qđ eſt ãte vel in anteriori parte ferrum induco. Pli. lib. xviij. Quippe & hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato.
¶Ferrugo. pe. pro. rubigo ferri proprie dicitur ſicut ęrugo æris. Pli. Sudor virgę cornu arboris lamina cadente ferrea exceptus nõ contingẽte ligno illita. qđ deide ferrugo incipientes lichenas ſanat. Per tranſlationẽ ferrugo cõpſſę purpuræ color rufus nigrioris rubedinis q̃ſi violacei, vulgo morellum dicunt ſimilitudine coloris ferri dũ eſt rubiginoſum. Vñ Verg. li. ix. Pictꝰ acu chlamydẽ & ferrugine clarus hybera. Quidã ferruginẽ ſcribunt eſſe cęruleum colorẽ. Erat & oppidũ & lacus ferrugo i Voſcis apđ Valeriũ, ſed a Liuio vocatur verrugo.
¶Ferrugineꝰ, a, um, qđ eſt coloris ferruginis, vulgo viridis obſcurus. Verg. Et ferrugineꝰ hyacinthus. Pli. Et ferrugineas maculas habẽtes. Quidã ferrugineũ colorẽ accipiũt ꝓ cęruleo marinis fluctibꝰ ſimili qui & Thalaſſicus .i. marinus diciẽ. Gręci enim Thaſſalam mare appellãt. Hunc colorẽ. Vege. li. iiij. de mili. vocat Venetũ ſcribens nautas veſte veneta eſſe induendos, & vela nauiũ exploratoriarũ colore veneto eſſe tingẽda. Eſt autẽ venetus color cæruleus ſimilis marinis fluctibus. Vnde Plautus. in Mili. Tu ilico facito, vt venias ornatu huc naucleriaco cauſeam habeas ferrugineã, hoc eſt ſubnigram cęruleiq; coloris a ſimilitudine ferri.
¶Ferrumen pe. ꝓ. quaſi gluten, iũctura ſeu ligatura. Pli li. xxxvj. Ea maxime cauſa ꝙ calce ſine ferrumine ſuo cæmenta componuntur.
¶Ferrumino pe. cor. iũgo aut ſimul tempero, ꝓprie de metallis dr̃ q̃uis ad alia transferatur. Pompo. Iuriſcõ. Si tuũ ſcyphũ alieno plũbo plũbaueris argento ferruminaueris nõ dubitatur tuũ ſcyphũ eſſe Pli. ꝓ glutino poſuit lib. xxxvj. Vitrũ ſulphuri incoctũ ferruminaẽ in lapides quaſi glutinaẽ in formã lapidis. Et li. xxxv. Calcis quoq; bitumẽ ꝓbuit ita feruminatis babylonis muris.
¶Feronia nemoris dea a ferendis arboribus. Verg. Et viridi gaudẽs feronia luco: fuit & feronia ciuitas ſub mõte Soracte, in quo eiuſdem nominis dea erat quã finitimi mira religione venerabantur.
¶Fertũ genꝰ libi, a fero dictum, ꝙ ſæpe ad ſacra ferebaẽ Perſiꝰ. Attamen hic extis & opimo vincere ferto ĩtẽdit. Vel dicitur fertũ ꝙ pluribus varijſq; rebꝰ fertum eſſet. Nã vt Cato de re ruſt. ſcribit ſtruẽ farris tritici hordei fabę ſeminis rapacij thure ac vino additis ãte meſſẽ parabant in porcę præcidaneę immolatione, Ianoq; ac Ioui & Iunoni ſacrificabant, quę diuerſarũ rerũ congeries fartum nominabatur.
¶Feſtino as, pe. ꝓ. ſignificat ꝓpero, Ver. Feſtinate viri nã q̃ tã ſera moriẽ Segnities? Ambro. cũ actõ iunxit, anxia mr̃ ꝓ filio feſtinauit hieroſolymã Dicimꝰ etiã feſtina me baptizare & feſtina ad baptizãdũ. Interdũ feſtinare eſt trepidare & turbari. Salu. Feſtinãtibꝰ in ſumma inopia patribus. hinc coponiẽ Præfeſtino. De quo alibi.
¶Feſtinus celer. Feſtinantia & feſtinatio celeritas.
¶Feſtinanter aduerbiũ feſtinans deductum celeriter.
¶Feſtinato aduerbiũ a feſtinatus. Hier. in Geñ. Itaq; feſtinato deponentes in terrã ſaccos aperuerũt ſinguli.
¶Feſceniũ opdiũ Campanię inqͭ. Fer. vbi nuptialia inuẽta ſunt carmĩa, Hi aũt populi ducũt originẽ ab Athenienſibus. Ver. Hi feſceninas acies, ęquoſq; faliſcos.
¶Feſcenini verſus q canebanẽ ĩ nuptijs, ſic dicti, ꝙ ex vrbe feſcenino dñr allati: ſiue a faſcino, qa faſcinũ putaẽ arcere veluti malorũ incongruentiũ amuleta.
✣Feſijs pro ferijs aliqñ dixerunt antiqui. Cc.
¶Feſſus gñale eſt. Dicimꝰ enim feſſus aĩo, feſſus corpe quod magis ꝓprium eſt. Et feſſus rerum a fortuna venientium. De quo indefetiſcor. Verg. Feſſi rerum.

¶Feſtus a,um:ſolẽniter lętum & feriatum. Vnde feſti dies in quibus vel ſacrificia dijs offerebantur, vel dies q diurnis epulationibus celebrabanť, vel ludi in honorẽ deorũ agebanť vel feriæ obſeruabanť. Verg. Feſtoſque dies de noïe phœbi. Cuiꝰ cõpoſitũ & cõtrariũ eſt ꝓfeſtꝰ vt ꝓfeſti dies q hoïbus ad rẽ vel priuatã vel pubicã ad miniſtrandã conceſſi erant. Pli. Malum patremfamilias &c. Vide in dictiõe Ferio. Hi feſti erant quibus licebat prętorius dicere. Qñq; Feſtus dicitur ad feſtum diẽ pertinens, vt feſtę frondes q̃ feſtis adhibentur. Eſt & īfeſtus, a quo infeſto as, de quibus infra.

¶Feſtiuus a,um, pe. cor. a feſtus, ꝙ eſt iucundum, & lepidum, vt feſtiua oratio, dictum feſtiuũ. Cic. li. j. offi. De græcis dulcẽ & facetum, feſtiuiq; ſermonis. Multi etiam feſtiuum pro feſto accipiunt, ſiue ad feſtum pertinente vt feſtiua gaudia.

¶Feſtiuitas, quaſi iucunditas, & lętitia quędã in dictis Cic. li. j. ad Heren. Illud genus narrationis, qđ in perſonis poſitum eſt, debet habere feſtiuitatem.

¶Feſtiuo as, diem feſtum ago.

¶Feſtuca pe. ꝓ. dicitur & arboris nouellę oïno infãtis cuiuſq; ſati pullulus, vt inqt Augu. Hoc nomen ſcribiť a quibuſdam ꝑ œdiph. ꝙ feſtus a fœtu deducatur.

¶Feſtra oſtium minuſculũ in ſacrario, ab Feneſtra ꝑ detractionem medię ſyllabę.

## F ANTE I

FIber aïal in põto ſic dictũ ab extremis oris amniũ q̃s colit, & vbi maxïe ſolet videri. Effoſſis eï in ripa cuniculis caudã intra aquas tenet, reliquo corpore in ſicco habitat. Plau. Sic me ſubis quotidie quaſi fiber ſalicem. Hoc aïal periculo vrgẽte teſticulos ſibi ãputat. Hocme dici caſtoreũ vocãt, & ipm aïal caſtora. Paruum eſt īfra magnitudinẽ porcelli. Pedes habet breuiſſimos, vñ fit vt currere nõ poſſit vẽtricoſus eſt. Cũ vocẽ dat infãs eſſe creditur dẽtes habet pacutos, nec minime mordet. Veſciť pomis & arborũ corticibꝰ. Huiꝰ pilꝰ plumamollior habeť. Sed Alber. magnꝰ dicit hẽre pedes anſerinos poſteriores qbꝰ faciliꝰ natet, ãteriores caninos negatq; ſe poſſe caſtrari ſine ꝑnicie ꝙ teſtes ſpinę alligati ſint. Si quẽq̃ morſu dep̃hẽderit, nõ ãte dimittit q̃ crepitantis oſſis ſtrepitum ſenſerit. Eſt & fiber genꝰ veſpæ q̃drupes incitatiſſimum. ¶Fibrę oïm extremitates rerũ. vñ & iecoris & cordis & cuiuſcũq; viſceris extremę partes. i. in q̃s iecur ipm diuidiť fibrę dñr. Verg. li. vj. Nec fibris reges dať vlla renatis. Et Pli. pulmonis fibras nominat cũ inqt. A tergo ſpinę ipſi iunctus in duas fibras vngulę bubulæ mõ diuidiť. Venarũ quoq; ꝑtẽnues meatus per quos ſudor itfibrę dicũť. Plin. Murũ iecuſculis fibræ ad numerum lunę dierum in menſe congruere dicunť totidẽq; inueniri. Quin & minutæ radices arborũ herbarũq;. Idẽ de arborũ ſationibꝰ ait ſolũ eligi oportere q̃ maxime rimoſum ne ſol exurat fibras. Ver. Et amaris intuba fibris. Colu. de allio. Cũ ternas īquit fibras emiſerint ſpicę ſarriãtur. Idẽ li. vlt. de rapis. Mediã rapi. Sic etiã veſtimentorũ extremitates fimbrias dicimus.

¶Fibula pe. cor. circulus proprie ornamẽtũ cinguli ad veſtẽ ſubligãdam. Ver. Aurea purpureã ſubnectit fibula veſtẽ. Poniturq; qñq; ꝓ circulo æneo. Colu. de bobꝰ ſic habet. Aenea fibula pars auriculę latiſſima circũſcribitur ita vt manante ſanguine tanq̃ o literę ductus appareat. Hinc Suffibulum veſtimentũ album prætextum quadrangulum oblongum qđ in capite veſtales ſacrificãtes habebãt idq; fibula comprehendebatur.

¶Fibulare opponere, cõiungere. Col. li. j. Oẽſq; parietũ & ſoli iuncturę teſtacijs puluinis fibulãtur qm̃ fere cum his ꝑtibus ædificia rimas egerũt caua p̃bent ac latebras ſubterraneis aïalibꝰ. Huiꝰ cõpoſita ſũt Diffibulo, Refibulo, & Infibulo. Eſt autẽ infibulare fibulã ponere. Infibulatio fiebat, vel vocis ſeruandę gr̃a quę a coitu mutatur, vel valitudinis. Hoc mõ ꝑforabãt vtriq; a lateribꝰ autẽ q̃ ſupgrandẽ extenditur atq; ſupaddebãt fibulam, id eſt circulum ęneum. Refibulare vero eſt fibulã tollere ſiue ſoluere. Mar. Cui refibulauit turgidũ faber penẽ. Idẽ ſignificat Diffibulare. Papiniꝰ. Emicat & torto chlamydem diffibulat auro.

¶Ficus gręce σῦκον & σύκοσιγκῶ συκῶν τόπος ἐστι, συκῆ δὲ Δένδρος. ✤Id eſt Fructus & ficetũ locus eſt συκῆ vero arbor a fœcũditate. Nã maſculino quidẽ genere, ac ſecunda declinatiõe ꝓ fructu ꝓtulit. Pli. lib. xvj. Fici mirabiles ſunt & abortiui qui nũquã matureſcũt. Galcotꝰ Narnienſis vir nõ indoctꝰ in eo quẽ de homine inſcripſit libro hęc intulit verba. Sed nuſquã in lingua latina. Ficꝰ maſ. ge. eſt, capitq; Priſcianũ vna cũ Laurẽtio Vallenſi cũ ipſe potiꝰ carpẽdꝰ ſit. Pli. Iunior ad Octauiũ Ruffum Quę nũc cũ ficis & boletis certamẽ habẽt. Macro. Groſſi appellãtur fici q non matureſcũt. Cic. ī Cato. Ex tãtulo grano fici. Hora. in Ser. Pinguibꝰ & ficis paſtũ iecur anſeris albi. Inuenitur etiã gñe fœ. & quartę declinationis. Iuue. Si vis aliã decerpere ficũ. Hie. in hieremia. Calathꝰ intꝰ ficꝰ bonas habebat nimis, vt ſolẽt ficꝰ eſſe primi tp̃is. Mar. Res mira eſt ficus nõ habet vnus ager. Itẽ dr̃ ficus gene. fœ. & ſecunda declinatiõe, vt apđ Varro. li. j. de re ruſt. Fici inquit nomẽ naturale intus in ea fico quã edimꝰ quę ſunt minuta grana e quibꝰ paruis ꝙ enaſci colliculi vix queunt. Et paulopoſt. Cũ eī perreſticulã ficos quas edimus maturas ꝓferunt: & eas cũ maturuerint complicant. Huius diminutiuũ eſt Ficulus Plau in Sti. Nucibus fabulis ficulis. In ficorũ gñe ſunt chalcidicę, chię, purpureę chelidonię, mariſcę, caliſtrutię, liuię, libiſſę, fiauę, & reliq̃. Ficꝰ ꝓ arbore gñis fœ. eſt & ſecũdę declinatiõis. Pli. li. xvj. Quidã breuitate radicũ ſeneſcere celerius arbores putant quid coargũt fici quarũ radices longiſſimæ ſunt & ſenectus ocyſſima. Iuue. Ad q̃ diſcutiẽda valẽt ſteri. is mala robora fici. Ci. li. de ora. ſcđm quartã declinationẽ īflexit. Cui cũ familiaris quidã q̃reretur ꝙ diceret vxorẽ ſuã ſuſpendiſſe ſe de ficu.

✤Fycus ægyptia fructus eſt ſilique arboris, & dicitur a græcis xilocreta. Cc.

¶Ficus ꝓ morbo maſ. ge. & quartę declinationis. Mar Dicemꝰ ficus cęciliane tuos. Naſcitur hoc vitiũ fere in capite, tũ in capillo, tũ in barba & locis obſcœnis q̃ pilis integũtur. Cor. Cel. li. xj. Eſt etiã hulcus qđ a fici ſimilitudine ἀιμορροῖς a gręcis a latinis etiã mariſca noïatur. caro excreſcit, ſub quo duę ſpecies. Nã alterũ hulcꝰ durũ & rotundũ, alterũ humidũ inæquale. Ex duro exiguum quiddã & glutinoſum exit. Ex hũido pus mali odoris. Fitq; in his ꝑtibus q̃ pilis cõteguntur. Sed id qđ calloſum eſt & rotundũ maxïe eſt in barba. Id vero qđ humidũ p̃cipue eſt ī capillo, atq; ano ex attritu quẽ cynedipatiuntur. ¶Ficetum, locus vbi ficus conſitę ſunt Var. Ficuſq; dẽſa materia non eſt, ideo ſequitur calidiorẽ, a quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri non poſſunt.

¶Ficoſus, ficis hoc eſt vlceribus & tuberculis plenꝰ. vñ & ficoſitas ipſa hulcerum copia.

¶Ficitas ficorum fructuum abundantia ſeu fertilitas.

¶Ficarius qui libenter comedit ficos. Pli. Ficarios culices caprificus generat.

¶Ficaria ficꝰ arbor. Palladiꝰ. li. iiij. aliqui inter ficarias caprici arborẽ ferunt. Et hoc eſt contra Vallam, qui negat dici poſſe Arbor fici, ſed arbor ficus.

¶Ficitor pe. ficorũ amator, ſeu ficorũ collector. Nęuiꝰ ficitores omnes cupiunt ficitatem.

¶Ficedula auis q̃ vulgo Galberiꝰ dr̃ a ficu fructu. Mar. Cũ me ficꝰ alat, cũ paſcar dulcibꝰ vuis. Cur potiꝰ nomẽ nõ dedit vua mihi? hãc auẽ gręci quoq; ſycelidã appellauere. ¶Ficatũ iecur ſuillum maxime qđ gręci ſycotõ appellant a ſue fico paſta.

¶Ficulnus a,um, quod eſt materiatũ ex ficu arbore. Hora. Olim truncus erã ficulnꝰ inutile lignũ. ꝗ Vbi porphi Attende nomen a fico deriuatũ ficulnus nõ vt vulgo ficulneꝰ. Sed q̃uis a rectiꝰ ficulnꝰ dici videať q̃ ficulneꝰ tñ apđ ſcriptores priſcos ī vſu quoq; ficulneꝰ ẽ & ilígneꝰ & hmõi. Cato. Fibulę vnde fiãt aridę ligneę vlmeę nuceę ficulneę face vti in ſtercus aut in aquam conijciãtur. Populneam quoq; frondem dixit. Col.



¶Ficulneꝰ a,um, idẽ qđ ficulnus Aug. de arbore ficulnea quã trienniũ habebat, & fructũ nõ ferebat. Et iterũ ibi in Lucã. Primꝰ hõ poſtquã peccauit folijs ficulneis pudẽda velauit. Eadẽ autẽ forma ficulnus & ficulneus, qua ſalignꝰ & ſaligneus, ilignus & iligneus dicitur.

¶Ficulnea æ, ipſa ficus arbor, vt eſt apud euangelium. Videte ficulneã. Pli. lib. xvj. Quibꝰ & ficulnea & ligna ex hedera tradentur. Amb. Plęriq; ſecundũ domeſticã & fructiferã ficũ agreſtẽ ficulneã feruntur inſerere. Hiero. in cãticis. Et ficulnea germinauit. Idẽ ſup pſal. In vineis ficulneiſq; ac reliquis lignis omne humanum genꝰ oſtendit plagis cęleſtibus verberatum.

✤Ficolea palus ficulnus. Cc.

¶Fictor a fingendo dictus eſt qui fingit, i. qui compõit & qui ſimulat.

¶Fictum qđ factum vel ſimulatum.

¶Fictitius a,um, qđ factum eſt hoc eſt ſimulatum, vt ratio fictitia quę ficta eſt & ad tempus excogitata.

¶Fictile pe. cor. quod eſt factũ a figulo. Pli. li. xxxv. Fictilibus dolijs ad vina excogitatis. Hiero. Calix & vrceolus fictilis probantur prius & ſic emũtur, ſola vxor nõ oſtenditur ne ante diſpliceat quam ducatur.

¶Fides fidei genitiuũ facit nõ rõne ſed differentiæ cauſa vt inquit Ser. Quod nomẽ videť habere cũ id qđ dr̃ fit, vt ſcribit Cic. li. iij. de rep. Hinc dare fidẽ dicimꝰ aliqđ ſancte ꝓmittere. Ver. Accipe daq; fidem qđ eſt promitte. Diffiniť aũt ſic. Fides eſt dictorũ & cõuentorum conſtantia & veritas. Vel Fides eſt commendatorũ fida executio vel obſeruãtia. Aliqñ fides capitur ꝓ crudelitate. Vñ bonę fidei poſſeſſor diciť q ignorauit rẽ q̃ emit alienã eſſe, aut putauit eũ qui vẽdidit ius vẽdẽdi habere. Itẽ bonę fidei homo vocatur cui res tuto crediť, vel q rẽ ſibi creditam fideliter ſeruat. Sueto. Auguſtus populo ꝓmiſſum congiariũ repoſcenti, bonę ſe fidei eſſe reſpondit. Hic habere fidẽ credere eſt. Et accipere fidẽ eſt credi. Ter. ī Eu. Si hęc fidẽ habeat ſe ire ꝓpoſitũ tibi Mar. Accepit fabula priſca fidẽ. i. credita eſt. Sic a theologis accipiť, vt eſt illđ fides tua te ſaluũ fecit. Interdũ ꝓ dei dono ſeu gratia quã ſancti miracula factitarunt, vt eſt illud ap̃li ad Ro. Vnicuiq; ſicut deꝰ diuiſit menſurã fidei Et illud Si habueritis fidẽ vt granũ ſinapis dicetis monti tranſi hinc. Cicero ꝓ Lẽtulo. Fidem ꝓ promiſſione & q̃ſi ſpõſiõe poſuit. Põpeij fides quã de me Cęſari dederat. Et fides ꝓbatio diciť vt facio fidẽ ꝑ teſtes. Itẽ fides ponitur ꝓ auxilio. Iuue. Nos hoïm diuũq; fidẽ clamore ciemꝰ. Sic etiam ſumiť cum apud auctores dicitur. Proh deum atq; hominum fidem.

¶Fidem aſtringere eſt ꝓmittere, quia vincula fidei dicũtur. Terẽ. ī eu. Heus tu hac lege tibi meã aſtringo fidẽ.

¶Fideiuſſor qui fide iubet. Eſt ẽt ſignificationis actiuæ

¶Fideicõmiſſarius habet paſſiuã ſignificationẽ. Nã is dr̃ qui fidei commiſſionem accepit.

¶Fido is fiſus, fidẽ habeo, credo, ſpem pono, & tã cum ablatiuo q̃ cũ datiuo cõſtruiť. Iuue. Fidimꝰ eloquio Cic. Ver. Et fidere nocti. Huiꝰ cõpoſita ſunt Cõfido & Diffido, quæ ſunt cõtraria. Nã diffidere eſt credulitatẽ deponere. Seneca. Nec ſecundis rebꝰ nimis fidẽdũ nec ad uerſis diffidendũ eſt. & habent pe. pro.

¶Fidus a fido is, dicitur cui fidendũ eſt. Cuiꝰ compoſitũ & cõtrariũ eſt infidꝰ. pe. ꝓ. Nã ꝑfidꝰ pe. cor. a fides fit. Liu. Infida regni ſocietas. Similiter malefidꝰ. i. minꝰ fidus. Male enim diminutionem ſignificat non negationẽ. Verg. Statio malefida carinis.

¶Fidelis a fide & is diciť cui fidere poſſumꝰ. Ter. ī hecy. Qđ paucos repias meretricibꝰ fideles euenire amatores. Et ꝓprie vt ſcribit Do. ad ſeruũ pertinet, fidus ad amicũ Fidele edim officiũ eſt ſeruare aliq. Ci. ī Lel. Qđ Tarquiniũ dixiſſe ferunt tũ cũ exulẽ ſe eſſe itellexiſſet. Quos fidos & quos infidos. Transfertur etiã ad inaïata. Pli. lib. xxxvj. de infideli exemplũ poſuit. Globoſꝰ fortis cõtra iniurias, ſed ad ſtructurã infidelis niſi multa ſuffrenatione deuinctꝰ, nec certior fluuiatilis ſemper veluti madens. Hinc fidelitas & infidelitas. In ſacris l̃ris fidelis qñq; accipiť pro veridico. Apoſtolus ad Chorin. Fidelis deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius

¶Fidelitas a fidelis ſicut ab infidelis infidelitas. Cc.

¶Fidẽtia a fidens ꝑticipio, & ãbo in laude ponunť. Ci. li. ij. rhe. ſcribit fidentiã partẽ eſſe fortitudinis per quã magnis & honeſtis in rebus multum ipſe animus in ſe fiduciæ cum certa ſpe collocauit.

¶Fiducia ſimiliter audacia, & fere ſemꝑ in bonũ q̃uis aliquando in malum. Ver. Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri. Et Cernis quæ rutulos habeat fiducia rerũ Aliqñ fiducia ponitur pro ſpe. vt apđ Eſaiam. Qui autẽ fiduciam habent mei, hęreditabunt terram.

¶Fides fidis cithara dicta ꝙ tm̃ inter ſe chordę eiꝰ quãtũ inter homines fides cõcordet. Ci. ī hortẽ. Ponẽdę ſũt fides & tibię. Aliqñ chordę ipſę dicuntur fides.

¶Fidicula diminutiuum parua cythara vel chordula citharę. Gel. li. j. Sed em̃ achęos Homerꝰ pugnã indipiſci ait nõ fidicularũ tibiarũq; concentu conſpiratã. Cic. li. iij. de natura deorũ. Quid ſi platani fidiculas ferrẽt numero ſe ſonantes idẽ ſcilicet cenſeres in platanis ineſſe muſicã. Sue. in Tiber. pro chordulis accepit. Excogitauerat iter gñã cruciatus, vt repente veretris deligatus fidicularũ ſimul vrinæq; tormento diſtenderet &c. Eſt & fidicula inter aſtra cõſtituta, quę fides a columella, ab Hygino lyra noïať. Pli. li. xxviij. Fidicula occaſu ſuo autũnum inchoat. Pręterea Fidiculę nũero tãtum plurali ſumiť ꝓ inſtrumento torquẽdi ex duobꝰ vt putatur lignis cõpacto, ab extorquẽda veritate ac fide, vel a nerueis funibus vinculis quibus ad illũ modũ hoïes torquẽdi alligabantur. Sed verius putatur eſſe tormentum quo ſontes a tortore chordis funibuſq; alligat i vulgo torquentur.

¶Fidicẽ. pe. cor. qui fidibus canit. Cic. Pęto. Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fi dicen.

¶Fidiꝰ deꝰ eſt qui fidei p̃eſt. Plau. Per deũ fidiũ credis iurato mihi. Vñ dicimꝰ mediusfidiꝰ, ſicut me hercules.

¶Fidelia ę, genus vaſis famij ad vſus pl̃imos. Per. Diſce, nec inuideas ꝙ multa fidelia putet. In locuplete penu. Curiꝰ. Ci. Nec ſolere duos parietes de eadẽ fidelia dealbare. Plau. in au. Mulſis congialem plenam faciam tibi fideliam.

¶Fidena ę, pe. ꝓ. & fidenę arũ. vrbs latinorũ mediterranea. Ver. li. vj. Hic nomẽq; tuũ gabios vrbemq; fidenã. Iuue. Viuat fidenis & agello cede paterno.

¶Figo. is, xi, ctũ, & xũ ſcđm Diome. Scaurum referentẽ qui ait. Sagitta cõfictꝰ. vſus tñ eſt ꝑ x. Eſt autẽ figere qđ vernacula lingua dicimus ficare. Hie. ad Helio. Cerne manus iudeę quas fixeras cerne latus romane qđ foderas. Interdũ poniť ꝓ plantare. Ver. li. iiij. Georg. Ipſe feraces figat humo plantas. Interdũ ꝓ percutere ferire. Iuue. Cũ tenet vxorẽ ducat ſpado, Meuia tuſcũ figat aprũ, & nuda teneat venabula mãma. Huius compoſita ſunt Affigo iuxta figo, appono. Lactã. li. iiij. At illi cõp̃henſum ac Põtio Pilato qui tũ legatus ſyriã regebat oblatũ cruci affigi poſtulauerũt. Aliqñ iuxta planto. Verg. lib. iij. Georg. Nec ſemine iacto. Concretã patiť radicẽ affigere terrę. Aliqñ digitis ficus facio qđ in vitupeꝛiũ fieri ſolet. Lactã. lib. v. Si quis attigerit ex iſtis ineptę religioſis, vt ſunt nimia ſupſtitioſe īpatiẽtes inſectẽtur ẽt maledictis, & vix lecto fortaſſe principio affigat ꝓijciat execreť, ſeq; īexpiabili ſcelere cõtaminari atq; aſtrigi putet ſi hęc aut legat patiẽter aut audiat. Cõfigo ſimul figo. Defigo deorſum figo planto aut mitto. Col. li. iij. Tũ interrã bene paſtinatã & ſtercoratã rectũ ſarmentũ defigito. Ver. li. ij. Geor. Altius & penitus terræ defigiť arbos ęſculꝰ ī primis. Lact. li. ij. Oculos ſuos ab alto

¶Fœmina ę, mulier a fœto as. Hinc fœmineus a, um, & fęminus a, um, Diminutiua, fęmella, fęminella & fęminula. A fęmina etiam fit effęmino

¶Fœnus oris, vſura dicitur a fœtu. Nihil enĩ aliud eſt fœtus q̃ fœtus hoc eſt partus pecuię. Quidã tamẽ a fundo, quod cũ. o. nõ. u. apud antiquos ſcribebatur, ꝙ prouentus ſit ex naturli terre fructu, poſtea vero ad vſuram trãſlatũ quaſi pecunia per ſe fructũ producat ſicut terra Hinc vſura vorax auidũq; in tẽpore Plaut. in Aſi. Nã ſi mutuo non potero, certum eſt ſumam fęnore.

¶Foęnuſculũ dimi. Plau. Ad Daniſtã adderes foęnuſculũ. ¶Foęnebre. pe. ad placitũ qđ ad foęnus pertinet, vt lex foęnebris de credita pecunia. Siquidem credit nũmi alios pariunt. ¶Foęnero. as. pe. cor. cũ accuſatiuo, & foęneror cũ datiuo idẽ ſignificat, q̃ tam ꝓ dãte q̃ accipiente ſamunt̃. Qđ eſt cõtra Laurentiũ Vallã. Hie. in Ecclesiaſtico. Qui facit. miſericordiã foęnerat̃ ꝓximo ſuo. Et poſtea. Foęnerate ꝓximo tuo in tẽpore neceſſitatis illius. Ci. Vt enĩ benefici liberaleſq; ſimꝰ non vt exigamus gratiã, neq; em̃ beneficiũ foęneramur ſed natura ꝓpenſi ad liberalitatẽ ſumus. i. foęnori damus. Mart. Hęc ſapit, hęc omnis foęnerat vna deos. Augu. in ꝑs interpretaiõe. Audi ſcripturã quomodo foęneres dominum. Foenerat dominum qui miſeretur pauperis.

¶Foeneror cũ ablatiuo ſignificat ad vſurã accipio vt eſt apud lib. digeſto. xxxj. Si autẽ aliquis eorũ voluerit vẽdere partẽ ſuam vel foęnari ſuper eam poteſtatẽ habeat vẽdere cohęredi ſuo, & foenerari ab eo. Res foenerata q̃ ad foenus tradita eſt.

¶Fœnerator qui dat ad foęnus, Gręce daniſta vocatur.

¶Foeneratus, tus. Idẽ quod foeneratio, id eſt mutatio ad vſuram.

¶Foeneratitiꝰ, a, um, quod datum eſt foenori, vel quod ad foenus pertinet. Foęneratitia pecunia quæ ex vſuris collecta eſt. Cc.

¶Foenũ dictum eſt quod ſine cura foenus prebeat, vel ꝙ hæbę eędem manentes quotãnis nouas pariant. Hĩc Foenile pro loco in quo ſeruatur foęnum.

¶Foenꝰ, a, um, quod ex foęno factũ eſt. Auguſt. lib. iiij. con. Popularis glorie ſectãtes inanitatem vſq; ad theatricos plauſus & cõtentioſa certamina & agonem coronatum foęnerarum.

¶Foenariꝰ, foęnaria, foenariũ, qđ ad foenum ꝑtinet, vt falces foedariæ quibꝰ fonnũ ſecamus, q̃ aptę ſunt.

¶Fœnifex, cis, qui foenũ ſecat. Pli. li. xviij. Igitur cornu ꝓpter oleũ ad crux ligato foęniſex incedebat. Idem Foeniſeca, æ, penulti. correp, qui foenarijs falcibus foenum in pratis ſecat. Collu. lib. ij. Ita nec vbi ferramentum foeniſecis poſſit offendere. Varro. libro primo, de re ruſt. Herba in pratis ad ſpeciem foenicę nota nõ modo nõ euellanda in nutricatu ſed etiã non calcanda. Idẽ Nõmulto poſt. Sicilienda prata. i. falcibus conſectanda q̃ foęniſecæ præterierunt.

¶Foenogręcium, genꝰ hęrbę alias Aegoceros dictum quoniam ſemen corniculis ſimile habet. Cc.

¶Foeniſecium, ipſa foęni ſectio & veluti meſſis foeni. Idẽ in eodẽ. Nec primo anno rigari nec paſci ante ſecũda fęniſcia ne herbæ vellantur, obtrituq; hebetentur.



¶Fœniculũ a fœnore vt quidã exiſtimãt, q̃ſi paruũ fęnꝰ ꝙ ſemẽ terre mãdatũ magno fœnore reddat fructũ. Gręci Marathrõ vocãt. oculorũ claritati mire cõfert angues ꝑ hyemẽ mẽbrana corpori obducta fœniculi cibo ĩpedimẽtũ illud exuunt, quod ſenectꝰ & vernatio appellatur.

¶Fœteo es, male oleo. Fœtidus male olẽs. Fœtor malꝰ odor. Plautꝰ in aſi. Dic amabo an fœtet aĩa vxoris tuæ.

¶Foliũ, gręci φύλλον dicũt. Sed ideo ꝑ ſimplex l. ſcribit̃ quia ãtiqui nõ geminabãt conſonãtes. Eſt autẽ foliũ qđ in libris ponitur a palmarũ folijs in quibus olĩ ſcribi ſolebãt, & gręca voce phylura apellatur. Cuiꝰ extremitas margo dicit̃, & pagina vtraq; pars folij. Nã folium duas paginas habet. Veteres etiã quarũdã arborũ libris, hoc eſt corticibꝰ ſcribere ſolebãt. Ex quo libri & ꝑ diminutionẽ libelli, & codices a codice q & caudex vocat̃ ex quo cortex extrahit̃. Hinc cõponũt̃ Trifoliũ. quĩquefolium gręce pentaphyllũ. Latifoliũ quod habet lata folia. Milleſoliũ gręce. Miriophilõ hęrba, & huiuſmodi multa.

¶Foliatꝰ a, um, qđ habet folia. Vñ foliatũ vnguẽtũ ꝑtioſum dictũ. Vnguẽtũ nardinũ, a nardi folio, quo cõfectũ ẽ Hoc Pli. ſcribit cõſtare cõphatio balanino iũco nardo amomo myrrha balſamo. Plau. in Cur. gręca dictione ſignare voluit, cũ dixit. Tu petalõ. Petalon em̃ græci vocãt foliũ. ¶Foliaceꝰ a, um, quod ex folijs factũ eſt, Pli. li. xix. Paucis foliacea & lata vt a triplici ſunt ſemina.

¶Follis maſcu. gñis inſtrumẽtũ quo attrahit̃ vẽtꝰ atq; emittit̃ ad ignẽ excitandũ. Ver. li. viij. Alij ventoſis follibꝰ auras. Accipiũt, reddũtq; His vtuntur ferrarię argẽtarięq; officinę. Vtunt̃ & coqui ſed paruulis ne opus ſit ignẽ inſufflare buccis. Qđ qui faciunt ſuffitores vocãtur. Primꝰ Anacharſis philoſophus folles ignis exuſcitatores inuenit vt refert Stra. lib. vij. Et follis ſiue folliculus dicit̃ vter. i. pellis flatu plenꝰ Liuiꝰ lib. ix. Eques folliculis in caſtra frumẽtũ veheret. Ibi accipere videt̃ ꝓ ſacculis & crumenis. Rurſus follis pilę genus ex pelle atq; inflatione factũ, & pugno reddit̃, a flatu nomẽ habẽs ſiue ꝙ veteres follẽ pellẽ dicebãt, & ꝑ diminutionẽ folliculũ. Mart. Ite ꝓcul iuuenes mitis mihi cõuenit ętas. Folle decet pueros ludere folle ſenes. Sue. in Aug. in diminutiua forma dixit, ſeparauitq; pilã a folliculo cũ pila ſit illa puſilla, folliculꝰ ſit illa vẽto tumeſcẽs. Poſt bella ciuilia, ad pilã primo folliculũq; trãſit. Qm̃ vero follis pugno ꝑcutitur, pugillatoriꝰ follis qñq; vocatur. Plaut. Extẽplo hercle ego te follẽ pugillatoriũ faciã, & pendẽtem curſabo pugnis periuriſſime.

¶Folliculꝰ cũ ſit diminutiuũ a follis, ponit̃ tamẽ ꝓ vulua. Nã vt Pli. inquit antea vulua vocabat̃. Qñq; ꝓ theca frumẽti vel lini vel cuiuſlibet alterius rei, q̃ granũ cõtinet inuolutũ. Vñ apud exodũ legimꝰ. Linũ iam folliculos germinaret. Qñq; ꝓ corpore. Lucil. lib. xxvj. Et quo folliculo nunc ſum indutus non queo.

¶Folliculare pars remi q̃ folliculo tecta eſt. A quo vita folliculаris dicta eſt.

¶Fomes is, fouendo, hoc eſt nutriendo ignẽ dicit̃. Eſt em̃ aſſula ex arbore excuſſa dum cedit̃. Ponit̃ & ꝓ omni materia ſicca in qua facile ignis inflamat̃. Verg. Ac primũ ſilicis ſcintillã excudit. Achates, ſuſcepit ignẽ folijs atq; arida circũ Nutrimẽta dedit, rapuitq; in fomite flãmã. Per trãſlationẽ fomes dicit̃ qcqd excitat nos & accẽdit ad aliqd agẽdũ Gel. Fomitẽ eſſe quẽdã dicẽs & incitabulũ ĩgenij virtutiſq; mẽs & corpꝰ hoĩs vino flagraret

¶Fomẽtũ ſimiliter a fouẽdo. i. calefaciẽdo vel nutriẽdo Vñ fomẽta dicũtur applicatiões rerũ callidarũ ſeu humidarũ ad partes corporie lęſas medẽdi gratia. q̃ & fotꝰ appellãt̃. Decoctura eorũ cœliacos iuuat potione & fotu.

¶Fons a fũdẽdo, inde fundat aquã tam maſculini q̃ fœminini generis. Inter fontẽ & puteũ hoc intereſſe. Aug. ꝓuat ꝙ omnis puteus fõs, nõ oĩs fõs, puteus Vbi em̃ de terra a qua manat & ſe vſui ꝑbet hauriẽtibꝰ fõs dicit̃. Si aũt in alto & in profundo ſit ita puteus vocat̃, vt fontis nomẽ nõ amittat gręce fons πηγὴ καὶ κρήνη λέγεται. Vnde pagus ſimul poſitę villę id eſt ruſticanę domus plures non accepit, ꝙ circa fontes hę ponerentur.

¶Fonticulus diminutiuũ paruus fons, a quo fonticellus Pli. Vbicũq; moueris humũ, funticuli ſcatant.

¶Fontanꝰ a, um. quod ex fonte eſt vt aqua fontana. Plini. Fontanę aquę cyathos duos. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Sub hoc tot duorũ pręſidio quos numerare quis poteſt, numera indigenas, & alienigenas, cœleſtes, terreſtes, infernos marinos, fontanos fluuiales.

¶Fõtinalia. fontiũ ſacra. Fontinalis porta vrbis Romę ob propinquitatẽ ſcaturiẽtiũ fontium. Eadẽ Capena vocabat̃. Iuue. Subſtitit ad veteres arcus mandidãq; capenã. Liuius. Aediles alterã porticũ ad portã fontinalem ad Martis aram qua in campos iter eſſet perduxere.

¶Forago pe. pro. a ferendo filiũ quod a textricibus fert̃ vt diurnum opus diſtinguant. q̃uis & a forando etiã dici poſſe videatur.

¶Foro as, penetro quaſi foras do. Col. li. vj. Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidẽ adijcito, & ita librũ arboris inoleſcere ſinito. Hinc cõponit̃ perforo pe. cor. qđ eſt multũ foro. Idẽ. li. v. Sed aliud eſt ferramẽtũ quo priores vitem perforabant. Liui. Vna tamen perforata naui. In foro de quo alibi.

¶Foramẽ. pe. ꝓ. quaſi diminutiuũ a foribus. Siſen. lib. iiij, hiſt. Neq; porta neq; foramẽ erat, quo poſſet eruptio fieri. ¶Foratꝰ us, idem quod foramen. Lact. li. de opi. Oculorũ orbis concauis foraminibus concluſit a quo foratu frontẽ nominatam Varro exiſtimauit.

¶Forũ neu. ge. a ferendo dicit̃ ꝙ cõtrouerſię & res venales illuc ferãt̃. Et quatuor modis dicit̃. Prĩo negociationis locꝰ quo vęnalia ferũt̃, vt forũ Iuliũ, forũ Flaminiũ, forũ Sẽproniũ ab eorũ noĩbꝰ q ea fora cuſtodienda curaũt. Qđ etiã in vijs & locis priuatis & in agris fieri ſolet, & vbi res multę varięq; vẽdũt̃. Vñ forũ boariũ in quo boues vẽdũt̃, forũ holitoriũ ĩ quo hęrbę, qđ erat antiquũ macellũ quapropter nũc quoq; õlerũ locũ. Lacedemonij macellũ vocãt. Forũ piſcariũ in quo piſces. Cupedinis forũ in quo vẽdũt̃ cupedia. ſic em̃ antiqui lautiores cibos noĩabãt. Alterũ in quo iudicia fieri, cũ populo agi, & cõciões haberi ſolẽt. ꝙ ibi iudicia ferũt̃. Vñ cauſæ forẽſes. Tertio cũ is q ꝓuincię ꝑeſt forũ agere dr̃, cũ ciuitates vocat, & de cõtrouerſijs cognoſcit ac ſentẽtiã fert. Quarto cum id forum veteres appellabant, quod nunc veſtibulum ſepulchri dici ſolet.

✥Forbea genus cibi a veteribus dicebatur quo callido veſci ſolebant. a Furno dicta. Cc. ¶Forũ vinariũ de quo Var. li. j. de re ruſt. Itaq; lectꝰ defertur in forũ vinariũ, vnde in doliũ inane veniat electa in ſecretã corbulã inde ĩ ollulas addat̃ & in dolia plena vinaceorũ. Col. li. xij. ait Torcularia & fori diligẽter emũdata lotaq;.

¶Forulũ dimi. qđ & foriculũ apud Var. li. de re ruſt. dr̃

¶Forũ iuliũ, regio italię q̃ quõdã lapidia dicebat̃. Vergi. li. iij. geor. Caſtella in tumulis & lapidis arua. Timaui In ea ſunt. Aquileia. Vtinũ. Ciuidale. & Tergeſtum.

¶Forũliuiũ, ciuitas ĩ Aemilia nobilis Galli poetę ortu.

¶Forũ Cornelij. ſimiliter vrbs Aemiliæ quę nunc Imola vocatur.

¶Forẽtia veſtes quibꝰ in foro vtuntur. ſicut cœnatoria quibꝰ domi vtebãtur in cœna. Sue. de Aug. Forẽtia autem & calceos nunq̃ non intra cubiculũ habuit. Alio nomine dicuntur toge forenſes.

¶Foratia a foro dicitur mulier villatica quæ fructus villæ vænales hoc eſt pillaſtros pipiones poma nuces & huiuſmodi in forum defert.

¶Foras & foris, aduerbia, primũ ad locũ, ſecundum in loco & de loco ſignificar, vt egredior foras, tu moraris foris. Ponitur quandoq; foras loco prepoſitionis. Hiero. Foras portam ſepelierunt corpora martyrũ. A foris fiũt compoſita. Aforis & deforis, pen. cor. vt eſt apud Geñ. Et incluſit eum dominus deforis.

✥Fora tria iudiciaria antiquitꝰ Romę fuiſſe manifeſtũ ẽ

Forū Latiū ſiue Romanū antiquiſſimum. Forū Cęſaris dictatoris in quo loricatā ſibi fieri ſtatuā paſſus eſt. Et forum Auguſti, quod in ęde. Martis vltoris extruxit. Cc.

¶Forenſis duobꝰ modis intelligi pōt. Vno cum a foro deſcēdit in quo iura reddūt, vt cauſę forēſes, & forenſes q in foro verſanť, quos gręce pragmaticos dicūt. Alio cū a foris aduerbio fit. Amb. li. i. offi. Nō ſecūdū forenſē abūdātiā eſtimādā beatitudinē ſingulorū, ſed ſecūdū interiorē cōſcientiā. Idē lib. hexa. Quę ſignis forēſibus internā exprimet volūtatē. Sic veſtimēta forenſia dicunť a Colu. quę foris non in domo geruntť. Et forenſia neutro genere veſtis quā ad forū ꝓficiſcētes ſumebāt. Apul. Forenſi toga indutus accūbebat. Suet de. Aug. Forenſia & calceos nunq̄ nō intra cubiculū habuit.

¶Fori numero plur. ſunt tabulata nauiū vel loctis ĩ naui aptior, q ĩter nauē pābulātibꝰ p̄bet, ab eo ꝙ p eos ferāť inceſſus. Cic. in Cato. Cū alij malos ſcādant, alij p foros curſitent alij ſentinā exhauriāt. Itē fori dicūť. Cricēſia ſpectacula. i. loca erecta & ex his ſpecteť. liui. li. i. Tū primū circa q maximꝰ dr̄ deſignatꝰ eſt locꝰ, diuiſa loca patribꝰ eqtibuſq;, vbi ſibi ſpectacula qſq; faceret fori appellati. Ex his minores forulos dicimꝰ q armariola qñq; ſignificāt ſiue capſulas ĩ qbꝰ reponūť libri. Suet. in Auguſto. Hos quoq; delectu habito cōdidit duobꝰ forulis auratis ſub latini Apollonis baſi. Iuue. Hic libros dabit & forulos mediāq; Mineruā. Apd̄ Ver. ꝓ oppidanis accipimꝰ. forulos cū lib. vij. ait. Caſperiā colunt Forulos & flumē hymelle. Fori etiā in agris ſunt veluti parui ſulci & oblongi. Col. Anguſtoſq; foros verſo limite ducens.

¶Foruli diminutiuum a fori de quo modo.

¶Fores proprie inquit Seruiꝰ q̄ foris aperiūť. Vñ Plutar. memorat primū Valerio Publicolę frī eū de Sabinis triūphaſſet domū publice poſitā, cuiꝰ fores extra apirēť cū ātea ceterarū ędiū intro reſerando ĩpellerentur, vt ex hac cōceſſione honoris appareret quotidie eā domū aliquid publicę admiſſurā Valuę q̄ intꝰ reuoluunť, & ſe velant, hę per deminutionē forulę appellanť. Ianua primꝰ domi ingreſſus. Cętera intra ianuā oſtia, ſiue valuę ſiue fores gñaliter vocanť, q̄uis vſus iſta corruperit. Hoc nomē etiā ſingulariter declinať. Ouid. li. j. de amo. Difficilē moto cardine pande forē. Cic. pro. Corne. Apuit forē ſcalarū. Terē. Quidnā fores crepuit? vbi Dona. fores ſingularis numeri nominatiui caſus.

¶Forculus deus putabať qui foribus pręerat ſicut. Cardinea dea quę cardinibus pręerat, & Limentinus deus qui pręerať Limini.

¶Foriculę diminutiuū a fores. Varro li. i. de re ruſt. Et ideo oporothecas q faciūt ad aquilonē vt feneſtras habeāt atq; vt perſlētur curāt, neq; tamē ſine foriculis necū humorē amiſerint pertinaci vento vineta fiant.

¶Forinſecꝰ pe. cor. ſignificat qđ a foris ē, ſicut ĩtrīſecꝰ qđ eſt intus. Aug. li. xxj. de ciui. dei. De pomis terrę Sodomorū forinſecus quaſi maturis intrinſecus furneis.

¶Foria, ſtercora, liqdiora ſic dicta ꝙ facile ferāť foras.

¶Forio. is, iui. vētrē deonero, foras eijcio Cuiꝰ cōpoſitū ē Cōforio. Pōpo. ĩ magno. Cōforiſti me. Diomedes.

¶Foriolus cū accentu in antepe. qui ventrē ſolutū habet, & foria facile emittit. Laberius. Foriolus eſſe vide ris in coleos cacas.

¶Forica penultima. co. locus in quē alui ſtercora deijcimus Iuue. Inde reuerſi cōducunt foricas. Et proprie de publicis dicitur, latrina de priuatis a latendo.

¶Forē es, &. ꝓ eo qđ eſt eſſem es. &. Cętera declinatione deficit inquit Diome Salu. in Iug. Nā ego quidē vellē & hæc quę ſcribo & ea q̄ antea in ſenatu queſtus ſum, vana forēt. Fore vero habet ſignificationē participij futuri vna cū ĩfinito eſſe. Idē eſt eñ fore quod futurū eſſe. Id eo iūgiť cū nomine nō cū participio, vt ſpero te amicū fore. Nō amaturū fore. Cic. Treba. Scribit ad me Cęſar ſe tibi nōdū familiarē eſſe ſatis ꝓpter ocupationes ſuas ſed cito fore. Qñq; etiā cū participio p̄ſentis, qđ eſt ꝯtra Vallā Cęſar Nōnulli etiā Cęſari nūciabāt cū caſtra moueri aut ſigna ferri iuſſiſſet, nō fore dicto audiētes milites. Cōpoſita vero ſine nomine & ſine participio. Ver. Eſſe quoq; ĩ fatis reminiſciť affore tēpus. Eſt autē affore affuturū eſſe, afforē adeſſē. Verg. atq; vtinā rex ipē noto cōpulſus eodē. Afforet. Aeneas. Cicer. Serui. Sulpitio. Maior mihi ratio affore nulla poteſt q̄ cōiūctio cōſuetudijs ſermonūq; noſtrorū. Abfore de quo ſupra. Cōfore cōuenire & cōcordes eſſe. Terē. ĩ Andria Reſtat chremes, qui mihi exorādꝰ eſt & ſpero cōfore id ē cōuēturos eſſe Defore deeſſe Cice. cōtra Rul. Veiū arbitrāť nō defore qui illa reſtituerēt. Profore ꝓfuturū eſſe. Hora, Quę nocuere ſequar, fugiā q̄ profore credā. Perfore valde futurū eſſe. Cicero Appio pul. Tunc mihi ille dixit ꝙ claſſe tu velles decedere perfore accōmodatū tibi ſi ad illam maritimā partē prouīcię nauibꝰ acceſſiſſem.

¶Forſipes penul. cor. a foruo & capio quaſi foruicapes dictæ ſunt quibꝰ forua id eſt callida capiūtur. Verg. lib. viij. Verſantq; tenaci forcipe maſſam, Et eſt ſecundum Priſcianū tam maſculini q̄ fœmininis generis.

¶Forfices pe. cor quibꝰ telā ſeu fila incidimꝰ a ferro & filo dicti. Huius diminutiuū eſt forficuli. Pliniꝰ li. xxxv Prę terea mirum inuentum eſt ꝙ inciſum forficulis vt diximus ſcribant.

¶Forpices pe. cor. quibꝰ incidimꝰ pilos a ferro & pilo.

¶Forcus nomē viri ꝓpriū qui tres filias habuit Gorgonas Stēnio. ſ. Euryalē, & meduſam, quę nimis locupletes fuerūt & gorgones dicūtur. i. terræ cultrices.

¶Forda. bos pręgnans, a ferando. Oui. Forda ferēs bos eſt fœcūdaq; dicta ferendo. Priſ. horda dicebat. Vñ & ſacra Fordicalia, quibus pregnantes boues vt inquit. Var. immolabantur.

¶Forma facis cuiuſq; rei q̄ ĩmobilis ē & naturalis. Vultus & moueť & fingiť. Terē. in An. Forma & vultu Soſia adeo modeſto. Qñq; tamē ſpecialiter pro pulchritudine ſumiť. Hora. li. i. car. Forma captiuę dñm tegmeſſę. Inde formoſus. Transferť ad architectos ꝓ deſignatione. Cicer. lib. j. offic. Formā quidē ipſam Marce fili & tanquā faciē honeſtatis vides. Hinc cōpoſita fiunt. Cōformis, Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis Semiformis, & huiuſmodi adiectiua. Columel. lib. nono. Quæ cūcta remedia credūtur eſſe aduerſus tonitrua quibus vitiantur oua pulliq; ſemiformes interimūtur anteq̄ toti partibus ſuis cōſumentur.

¶Formula parua forma diminu. eſt. & capitur nōnunq̄ ꝓ lege & inſtitutione. Cice. lib. iij. offi. Nondū. Aquiliꝰ ꝓtulerat de dolo malo formulas. Et formulæ dicuntur q̄ nos inſtrumenta vocamus.

¶Formela diminutiuū a formula. Hiero. lib. Reg. Accipe fratribus tuis decem formellas caſei.

¶Formoſus pulcher a foruo calido, ꝙ ſanguine calidiore forma aquiritur. Contra langueſcente corpore forma perit Hinc diminutiuum formoſulus, quo vſus eſt Hierony. cōtra Iouianium.

¶Formo, as, formā ĩpono. Lactā. li. ij. Nā ſolis lunę q̄ ſimulachra humanū in modū format. Huiꝰ cōpoſita ſūt Cōformo, Simulformo, Cōfiguro. Gelli. lib. j. Hippocrates in eo libro de quo ſupra ſcripſi, cū & numero dierum quibꝰ cōceptum in vtero coagutū cōformatur. Cice. li. iij. ad Heren. In primo loco rei totius imaginem cōformabimus, id eſt in formā cōponemus, Aliquādo cōformari eſt quaſi aſſimilari. Idē Lētu lo. Verūtamē ne ipſe cōformo ad eius voluntatē. Et apud apoſtolum. Nolite conformari huic ſeculo. Hinc cōformatio quæ pro figuratione ponitur. Cice. lib. j. Tuſ. Quaſi vero intelligant qualis ſit in ipſo corpore, quę cōformatio, q̄ magnitudo, qui locus. Aliqñ pro exornarione rhetorica que fit cum perſona fingiť, aut cū res muta ſiue informis fit eloquēs & formata. Greco vocabulo diciť ꝓſopopeia, deformo deſtruo & q̄ſi de forma deijcio. Cic. Qui ſunt qui Italiā deformauerūt Cathaginēſes. Quandoq; maculo & turpe facio. Hiero. Licet lōga macerent ieiunia, adiecta & nigra veſtis deformet, longa officiorū & operū texať ſeries &c. Lact. li. de opifi. qa mirabili q diuina ratione molitus eſt vt tamē hiatus ipſe naſi oris ſpeciē nō deformaret. Interdū deformare eſt perfecte formare, figurare deſignare. Hie. li. numeri. Turgētibꝰ gēmis eruperāt flores qui folijs dilatatis in amygdalis deformati ſunt. Viſtru. Architectus graphidis peritus vt deformare poſſit lineis imitationē quā velit ędificiorū. Var. lib. iij. de re ruſt. Inter quas locus deformatꝰ ad tabulę literariæ ſpeciē. Informo formādo, inſtruo. Ambro. lib. offi. Et ſicut Tullius ad erudiēdū filiū ita ego quoq; ad vos informādos filios meos. Lact. Chriſtꝰ inſtructꝰ venit in terrā vt eā doceret, hominēq; ĩformaret. Reformo in priorē formā pono. Lact. li. j. Pedes quoq; claudorū ad officiū gradiendi reformauit. Transformo in alterā formam formo. Idem li. vij. Et transformabit deus homines in ſimilitudinem angelorum.



¶Formię latina vrbs maritima iuxta Caietā quā Lacones cōdidere. Stra. li. v. ſcribit oppidū. Formias eſſe maritimū vltra Tarracinā quas priꝰ hormias ab ὅρμης id eſt ſtationis bouitate appellabant.

¶Formica a ferēdis micis diciť. Mica vero ꝓprie puluiſculus ille q in arena quaſi argentū fulget. A quo & panis & omniū rerū minimę partes micę dicunť quaſi minūti cadentes. Vel diciť ſimpliciter a ferendo ꝙ nullum animal frequentius pōdera conuehat, neq; ſi menſuram corporis reſpicias maiora. Inde fit dimutiuū formicula.

¶Formicę indicę cornua habēt. Egerūt aurū ex cauernis terrę in regione ſeptētrionaliū Indorū, q Dardę vocanť, colorē ſeliū habent. magnitudinē Aegypti luporū, aurū ab his hiberno tēpore erutū ęſtate Indi furanť illis propter calorē ſolis in cuniculis latentibus. Cc.

¶Formicinus a, um, pe. prod. quod eſt formicę. Plaut. Homo formicinus.

¶Formicatio, vitiū corporis cū parua tubercula rotūda & pinguia corpꝰ infeſtāt. Pli. Cinis muliebriū criniū cū fuerint cōbuſti addito melle ſanguinē ſiſtit illico & formicationē corporum. Dicta formicatio ꝙ veluti exceſſe carnē formicę videanť. Et deformicatū dicitur a formicis ſubmerſum quibus cōfoueri ſolitum erat.

¶Formido pe. ꝓ. pauor a ferendo vt quidā ſentiunt ꝙ vehementis in mouēdo vt ab ſe abeat foras fertur. Cice.

¶Formidinē metū permanentem diffiniunt.

¶Formido as, magnum timorē habeo. Plaut. in ca. Nimiſque hercle illū male formidabā. Huius cōpoſita ſunt Deformido & reformido quæ ſignificāt valde formido. Col. lib. i. Si vexationem vię non reformidet.

¶Formidoloſus & actiue & paſſiue ſumiť ꝓ eo q timet Terē. Eho formidoloſus? id ē ego ne qui timeā. Et ꝓ eo qui alijs timorē infert. Saluſtius. Regibus boni quā mali ſuſpectiores ſunt, ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt. id eſt quę formidatur.

¶Formidabile quod eſt formidandum.

¶Fornax a foruo callido. vel a furuo atro, caminꝰ vbi coquūtur lapides. Cuius diminutiuū eſt fornacula.

¶Fornacalia, ferię farris terēdi gr̄a ĩſtitutę ꝙ a fornacē q̄ in piſtrinis erat ſacrificiū fieri ſolebat. Ouid. lib. ij. faſt. Facta dea eſt fornax lęti fornace coloni. Et paulo poſt. Curio legitimus tunc fornacalia verbis maximus indicit nec ſtata ſacra facit.

¶Fornix, icis pe. cor. gen. maſcu. Arcꝰ ĩ ędificijs & qđcūq; opꝰ cōcameratū, a furno atro. Loca autē ĩ arcū ędificata ſubobſcura ſunt. Cic. Videt ad ip̄m fornicē. Fanianū Qm̄ vero meretrices in huiuſmodi locis. i. fornicibꝰ habitare cōſueuerūt, poniť fornix ꝓ lupanari ſeu meretricia cella. Seneca li. ij. cōtrouerſiarū. Redoles adhuc fuliginē fornicis. Et in priap. Nigri fornicis oblitꝰ fauilla. Hic fornicor & fornicarius. Vnde fornicarię mulieres. Iuuenalis Lenonū pueri quocūq; in fornice nati.

¶Fornico as, pe. cor. fornices facio, vel ſpeciē fornicum aſſumo. Pli. li. xj. Ruētes cęras fulciunt pilarū inſtar interius a ſolo fornicatis, vt ſit aditus ad ſarciendum.

¶Fornicor idē ē qđ meretricor. Eſt autē meretricari cū meretricibus coire. Eſt etiā. paſſiuū a fornico, ſignificās incuruari. Pliniꝰ li. xvi. Populus cōtra omnia inferiora pāditur, palma econtrario fornicatur. Dictū fornicari a fornicibus in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

¶Fornicarius a, um, quod fornicatur vt mulier forcicaria, q̄ vt Hiero. inquit ea dicitur quę copulať cū plnribꝰ Adultera quę vnum virum deſerens alteri iungitur.

¶Fornucalis quaſi foruucalis forceps dicebatur. Cc.

¶Fortis a ferendo dicitur, ꝙ æquo animo fert aduerſa. Vnde fortitudo q̄ eſt cōſiderata periculorū ſuſceptio & laborū perpeſſio. Vel vt alibi idē. Cic. diffinit. Eſt ſcientia rerū perferandarū vel affectio animi in patiēdo ac perferendo ſummę legis parēs ſine timore. Aug. lib. i. de libero arbi. Fortitudo eſt illa animæ affectio qua oīa ĩcōmoda & dāna rerū nō in noſtra poteſtate cōſtitutarū cōtēnimus. Macro. Fortitudinis eſt animū ſupra periculi metū agere, nihilque niſi turpia timere, tolerare fortiter vel aduerſa vel ꝓſpera. Fortitudo pręſtat magnanimitatē, fiduciā, ſecuritatē, magnificentiā, cōſtantiā, tollerātiā, firmitatē. Fortis igitur diciť q infractum habet animū quādoq; q vallidis viribus pręditus eſt quādoq; celer. Ver. Si fœmina forti fidis equo. Qñq; formoſꝰ. Plau. Ec quid fortis viſa eſt. qñq; diues. Idē. Eam ſororē ſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam.

¶Fortifico as, fortē facio. Plautus. Fortifica animum.

☩Forteſcolis, fortis fio. Neuius. Creſcit annis & forteſcunt vites.

¶Forticulus dimi. a fortis. Cic. quāuis idē epicurus forticulū ſe torminibus & in ſtrāguria ſua prębeat.

¶Fortuna a ferēdo dicta eſt, ꝙ temere & ſine ratiōe ferať. Eſt eñi fortuna accidētiū rerū ſubitꝰ atq; inopinatꝰ euentus. Hæc dea credita eſt. Iuue. Te facimus fortuna deā cœloq; locamus. Fortunę vocabulū mediū eſt. Sed cū fortunā ſolam dicimꝰ intelligimus fœlicitatē. Vnde fortunatos fœlices nominamus infortunatos infœlices, & infortuniū malā fortunā. Fortunę numero plurali dicūtur diuitię.

¶Fortuna eſt euentus bonus. Ver. Forte ſua libycis tēpeſtas appulit oris. Terē. O fortuna, o fors fortuna Dona. Aliud fortuna eſt, alid̄ fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res. Fors fortuna euentus fortunę bonus. Nam fors fortuna eſt cuius diem feſtum colunt qui in arte aliqua viuūt. Aliquando fors pro forſitan.

¶Forſfeat fors fuerit. Sido. Remigio.

¶Fortuno, as, eſt ꝓſpero, in bonis augeo. Cic. curioni. Tibi patrociniū dij fortunent.

¶Fortunatꝰ, ta, tum, qđ eſt ꝓſperū. Qñq; ꝓpitiū. Afr. Deos ego omnes vt fortunati ſint precor.

¶Fortunatę inſulę a fructū vbertate dictę ſunt. De qbꝰ Strabo li. j. ſic inquit, fortunatę inſulę cōtra Mauritanię finē ad occidētē ſūt. Quā quidē ad patrē & hiſpaniæ terminus cōcurrit. Ex ipſo aūt noīe manifeſtū ē quoniā & has ipſas fœlices exiſtimabāt, quia hm̄ōi locis ꝓpinq̄ forēt Fueŕt autē ſex numero, quarū prima Ombriō ſecūda Iunonia. tertia eodē noīe q̄rta capraria quīta Niuaria, a ꝑpetua niue nebuloſa. ſex Canaria plena canibꝰ ĩgētibꝰ

¶Fortunatī aduerbiū ſigni. ꝓſpere. Plau. Si dederit Iupiter vt fortunatim omnia ſuccedant.

¶Forte & nomē eſt ablatiui caſꝰ a fors, qđ capiť ꝓ fortuna. Hora. li. j. ſer. Qui fit mœcenas vt nemo quā ſibi fortē ſeu ratio dederit ſeu fors obiecerit illa Cōtentꝰ viuat. Nec habet alios caſus niſi ablatiuū ſingularē. Verg. Forte ſua libycis tēpeſtas appulit oris. Et aduerbiū dubitādi vt Forte ſub arguta cōſederat ilice Daphnis. In qua ſignificatione accipiūtur Fortaſſis. Fortaſſe. Forſan forſitā, & forſit, q̄ aliquādo accipiunť ꝓ temere. Aliqñ ſunt aduerbia dubitādi, Hora. li. j. ſer. Diſſimile hoc illo eſt, quia nō vt forſit honorē Iure mihi inuideat quiuis.

¶Fortuitus a,ũ,penu.cor.quod caſu accidit, a forte & eundo vt quidã aiunt, Aug.li.v.de ciui.dei.Fortuita dicũt eſſe quę vel nullas cauſſas habẽt,vel nõ ex aliquo rationabili ordine veniũt. Hinc fit aduerbiũ fortuito. Eſt & fortuitus nomẽ quarti ordinis, vt apud eundẽ lib. xi. Et ſicut nõ eſt cõſequẽs vt fortuitu potiꝰ q̃ ratione diuina deus nõ alio ſed iſto in quo eſt loco mũdũ cõſtituerit.

¶Foſſa locus vñ terrã fodiſſent,ab effoſſa terra dicta. col.li.iij.priuſq̃ pomariũ cõſtituas q̃ magnũ habere voles circũ munito macerię aut foſſa ita vt nõ ſoli peccori,ſed nec homini tranſitus ſit niſi per aditũ dũ adoleſcãt ſemina. Vlpia. ſcribit foſſam eſſe receptaculũ aquę manu factum,vt ad caſtra ſeu vrbes opida ve aut alia huiuſmodi muniẽda. Poteſt etiã foſſa eſſe participiũ,vt foſſa terra.

¶Foſſor qui fodit. Verg.li.ij.geor. Et labefacta mouẽs robuſtus iugera foſſor.

¶Foſſio ipſa fodiẽdi actio. Col.li.v. Deĩde malleolo inter ordines poſito crebris foſſionibꝰ paſtinatũ reſoluere

¶Foſſura,foſſio. Idẽ in eodẽ. Hanc planã foſſurã maxime nos probamus numerus autẽ foſſionis aut idem debet eſſe qui primi anni aut vna minus.

¶Foſſula pe.cor.diminu.parua foſſa. Cato. Deĩde foſſulas facito qua radices aſpergi dimittas.

¶Foſſarius clericus mortuos ſepeliẽs ſcribit Hie. primũ in clericis gradũ foſſariorũ ordinẽ eſſe,qui in ſimilitudine Thobię ſancti ſepelire mortuos admonentur vt exhibẽtes viſibiliũ rerũ curã ad inuiſibiliũ feſtinẽt & reſurrectionem carnis credentes in domino totum qđ faciunt deo ſe pręſtare non mortuis cognoſcant,& differt a veſpilone de quo poſtea.

¶Foſſitiꝰ a,um,quod foditur. Pli.li.xxxvj. Arenę tria genera. Foſſitia,cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinę tertia.

¶Foſſile pe.cor.quod foditur ſeu quod fodi poteſt. Pli. lib.xxxvj. Theophraſtus author eſt,& ebur foſſile cãdido & nigro colore ĩueniri & oſſa e terra naſci, Et li.xxxiij Tum ſalẽ foſſilem adijciunt.i.qui fodiatur.

¶Fotus a,um,participiũ a foueo,vt apud Eſa. Vulnus & liuor & plaga tumẽs nõ eſt circũligata,nec curata medicamine neq; fota oleo id eſt aſperſa. Fotus us,ſubſtãtiuũ. Amb.lib primo offi. Radices arborum aut vtãtur frigore,aut fotu ſolis vireſcant.

¶Foueo es,ui,tum.ſignificat nutrio ſuſtineo proueho. Verg.lib.iij.geor. Progeniẽ nidoſq; fouent. Interdũ aſpergo madefacio. Idẽ.li.xij. Fouit ea vulnus lympha lõgeuus iapix. Interdũ cõſtituo. Idẽ li.iiij.geor. Sub terra fouere larem, Interdũ tueri,vt apud eundẽ lib.ix. Non obuia ferre Arma viros ſed caſtra fouere. Iterdũ amplecti ſeu in delicijs habere. Idẽ Infœlix o ſemper ouis pecus ipſe neęrã Dũ fouet ac ne me ſibi pręferat illa vereť Huius cõpoſita ſunt Cõfoueo ſimul nutrio. Circũfoueo Amb. Mater cũ Maria ſinu circũfouet. Refoueo rurſus foueo. Col.in p̃fa.li.ij. Sed ſi frequẽti & tẽpeſtiua & modica ſtercoratione terra refoueať, Et hęc habent fo. ſyllabam correptam.

✥Fouee a fodiendo dicunť ſcrobes ſiue ſpeluncę. Cc.

¶Fręnum cũ æ dip.a frangẽdo. Inſtrumentũ quo equꝰ coercetur,dictũ ꝙ equorũ ora frangat. Sunt etiã q a ferẽdo deducant,ꝙ equos vertat feratq; quo velit. Seneca. Hypolitꝰ arctis cõtinet frẽnis equos Fręna Peletronij inueneręq & ſtrata equorũ primi mõſtrauerũt. Et in ſingulari quidẽ neu.gene.eſt in plurali tã maſcu.q̃ néu. Augu.li.x.cõf. Itaq; fręni gutturis tẽperata relaxatione & cõſtrictione tenendi ſunt. Hinc cõponunť, Effręnꝰ na,num. Et effręnis & hoc effręne,quod eſt ſine fręno. Vergili.li.iij.geor. Gens effręna virũ ripheo tunditur euro Ser.i. Sęua rectorem recuſans. Hieron. Ne quaq̃ effręni lingua reperiaris. Infręnꝰ ſiue infrenis,eiuſdem ſignificatiõis,vt illud. Hic numidę infręni cingunt.

¶Fręnũ mordere,ſignificat contẽnere. Tranſlatio ab equo q cũ ſeſſorẽ cõtẽnit fręnũ mordet, Cic. Cornifi. Si frenum mo morderis peream.

¶Fręno as. cõtineo cohibeo. Ver.li.iij.geor. Et glacie curſus frenaret aquarum. Huius compoſita Defreno quod eſt frenũ depono.ſiue abſq; fręno rectoreve duco. Ouidius lib.j.metamor. Et defrenato voluũtur in equore curſu. Effreno idem ſignificat. Cic.lib.iiij.Tuſcu. Vt ęgritudo quaſi morſum aliquẽ doloris efficiat metus receſſum quẽdã animi & fugã letitia profuſam hilaritatẽ, libido effrenatã appetentiã. Nã effrenatus dicitur qui cohiberi & ꝓ arbitrio noſtto agi nõ põt. Refreno, quaſi retraho. Lactãtiꝰ li.vj. Virtꝰ ẽ irã cohibere, cupiditatẽ cõpeſcere,libidinẽ refrenare, Suffreno. Pli.lib. xxxvj. Sed ad ſtructurã ĩfidelis niſi mulra ſuffrenatiõe deuictꝰ.

¶Fretus a,um,idẽ quod ſuſtentatus cõfiſuſq;, Et eſt incertæ originis Licet a fruor quidã participiũ eſſe velũt. Et ſcribiť cũ diphth.vt differat a fretũ qđ mare ſignificat, plau.ĩ Am. Magnanimi viri freti virtute & viribꝰ

¶Frãgo is,fregi,ctũ rũpo. plau.in aſi. Quis noſtras ſic frãgit fores? Dicimus etiã. Fregi nauim,fregi brachium quaſi ipſe fregerit & non potius paſſus ſit. Terẽ.in An. Is fregit nauẽ apud Andrõ. Ci. Gregaleſq; eum in campum quum non veniſſet requirerent excuſauit Veſpa. Terẽ.ꝙ eum brachiũ fregiſſe diceret. Hoc eſt ꝙ ei brachium eſſet fractũ. Frangi vero in fœminã eſt rẽ habere cum fœmina. Cypria.ad Euagriũ. Dacet queadmodum maſculus frãgatur in fœminã,& ſexus arte muteť. Huius cõpoſita ſunt Conf.ingo ſimul ſeu in totũ frango. Lactã.lib.iij. Vt videatur iam pridẽ ſuis armis eſſe confracta. Defringo de quo alibi. Diffringo diuerſis modis,ſiue in varia fruſtra rũpo. plau.in Aſia. Crura hercle diffringentur. Effringo valde frãgo. idẽ in cap. Neq; ieiuniofiorẽ,neq; magis effractũ fame vidi, Terẽ.in Adel. Fores effregit. Et effringerę dť vt author eſt. Var. quũ glębę grãdes prima oratione ſolẽt excitari. Infringo valde frango. Vide alibi. Offringo. Perfringo valde ſiue in totum frango. Cic.lib.iij.offi. Ego etiã cũ Catone meo diſſenſi.nimis ꝑfracte videbať ęrariũ veſtigaliaq; deffẽdere. Pręfringo. Vide alibi. Refringo. Suffringo aliquãtulum ſeu per mediũ frãgo. Lactan.lib.iij. Carnifices non putauerũt oſſa eius ſuffringere,ſicut mos eorũ ferebat. Plau.in Trucu. Vt ego hiſce ſuffringam talos.

¶Fragmen & fragmentũ accipi ſolẽt ꝓ parte rei factę.

¶Fragor ſonitus qui ex arbore aut alia re fracta reddiť. Ver.li.j.Geo. Et horridus altis Mõtibꝰ audiri fragor. Ser. Horridus fragor.ſonitus qualis fieri ſolet ex aridis cunfrãguntur arboribus. Liui.lib.j. Iam fragor tectorum quę diruebantur vltimis vrbis partibus audiebatur.

¶Fragoſus a,um,a frango,aſper atq; pręruptꝰ. Col.li. ij. Incultum igitur locũ cõſideremus ſiccus an humidꝰ, nemoroſus arboribus an lapidibus confragoſus.

¶Fraxo,as, vigilias circuneo,ꝙ eo labore hõ frangať.

¶Frageo es,a quo frageſco, is quod eſt frangor. Pacu. Frageſcit animus miſerijs.

¶Fragile pen.cor.caducum.debile & quod facile frangi poteſt. A quo fragilitas,debilitas,inconſtantia.

¶Fragiliter inconſtanter.

Fracidus a, um,pe.cor.a frango dicitur, quod eſt plus quã maturum & iam putreſcens. Cato Fractores volunt vt oliua in tabulato dieu ſit vt fracida ſit,quo facilius efficiant. Quidam fracidum a fraceo deducunt.

¶Fraceo,es,a quo fraceſco,quod eſt quaſi frangor, reſoluor & quaſi vetuſtate putreſio. Col.lib.j. Oleũ quod nimis prouenit ſi congelatur fraceſcet.i.putreſcet Var. Hęc de qua fit oleum congeri ſolet aceruatim dies ſingulos in tabulata vti ibi mediocriter fraceſcat.

¶Fragitides,pen.cor.authore Cęlſo dicũť venę grandes quæ tumidę ab vtroq; latere colli apparent.

¶Fraga mora quę in terra naſcuntur. Verg. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga.

¶Fragrare odorem emittere,a fragẽdo, quia res fractę vehemẽtiꝰ olẽt. Aug.li.j.de ciu.dei. Nã pari motu exagitatum & exhalat horribiliter cœnum,& ſuauiter fragrat vnguentum. Hinc fragrantia. Hie.in Ge. Vt ſentit veſtimentorum eius fragrantiam.



¶Fragor aris,non eſt in vſu, quum tamen compoſita Refragor & Suffragor habentur, quorum primum pro Repugno,ſecũdum pro adiuuo,quaſi ſuffragor accipiť.

¶Framea frameę,pe.cor.ab aliquibus exponitur pro lancea ſiue haſta. Tacitꝰ de germanis Ne ferrum quidẽ ſupereſt ſicut ex genere telorũ colligitur rari gladijs aut maioribus lanceis vtuntur haſtas vel ipſorum vocabulo frameas gerunt ãguſto & breui ferro, ſed ita acri, & ad vſum habili vt eodem prout ratio poſcit vel cominus, vel eminus pugnent,& eques quidem ſcuto frameaque cõtentus. Augu.vero in octauũ pſaſ.pro gladio accipit ſic ſcribẽs. Gladiũ dei bis acutum hoc eſt frameã. Iuue. Et Martis frameã & Thyrrhei ſpicula vatis.

¶Franoſus qui fraudem commiſit.

¶Frater dť,ꝙ ſit fere alter, vel a græco, Græci eñ φρά-τριαν cõiũctos appellãt. & φράτριας vocant contuberniũ. Et quatuor modis in ſacris diciť. Natura.ſ.gẽte,cognatione,& affectu. Natura ſicut.xij.patriarchę filij Iacob. Gẽte,qua omnes iudei inter ſe fratres vocãť,ſicut habetur in Deutero. Nõ poteris cõſtituere ſuper te alienigenã, quia nõ eſt frater tuus. Cognatione fratres vocãtur, qui ſunt de vna familia id eſt patria, quas latini paternitates interpretantur quum ex vna radice multa generis turba diffundiť, vt in Geñ. Dixit Abrabã ad Loth. Nõ ſit rixa inter te & me,& inter poſtores meos & poſtores tuos,qui fratres ſumus. Affectu qui in duo diuiditur. in ſpeciale & cõe. In ſpeciale quia oẽs Chriſtiani fratres dicũť vt ecce q̃ bonũ & q̃ iocũdũ habitare fratres ĩ vnũ. In cõe, quia oẽs homines ex vno patre nati pari germanitate cõiũgimur,ſicut apoſtolus ad corinth. Si quis frater nominatur fornicator aut auarus.

¶Fraterculus diminutiuum id eſt paruus frater. Iuue. Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigantum.

¶Fratria vxor fratris. Nam fratrię dicuntur quaſi fratrum inter ſe vxores.

¶Frater patruelis,filius patrui. Fratres patrueles, ſororeſq; patrueles dicũť, qui quęve duobus ex fratribus ꝓgenerantur, vt apud iuriſcõ.traditũ eſt. Sueto.in Cęſa. Qui fratri patrueli ſuo Marco in conſulatu ſucceſſerat.

¶Fraternus ſubſtantiuum appellatur fratris filius, vt inquit Hiero. quo vocabulo vſus eſt lib. Canticorum.

¶Fraternus a,um,poſſeſſiuũ,vt fraternꝰ amor. A quo fraterne aduerbiũ,quod eſt ad ſimilitudinẽ fratris. Au. Quũ euũ a teneris annis ardẽtiſſimo illo puerili amore mihi cõiunctum pluſq̃ fraterne amarem.

¶Fratarӕ puerorũ mãmę,ꝙ velut fratres pares oriãť quod etiam in frumento ſpica facere videtur

¶Fratili villi ſordidi in tapetis,ꝙ per terram ferantur

¶Fraus a ferẽdo,deceptio quę alicui inferť, ſicut impoſtura,ab imponẽdo. Accipitur quandoq; ꝓ periculo. Verg.li.x. Quis deꝰ in fraudẽ,quę dura potentia noſtra Egit, Et in iure lectũ ẽ. Erat illa res fraudi periculo quãdoq; ꝓ pœna. Cic.li.de Orato. Idcirco narrabo & fraude capitali eſſe. Verg.lib.xj. Iã noſces vẽtoſa ferat,cui gloria fraudẽ. Differũt tamẽ ſecundũ Vlpia. Pœna & fraus, ꝙ fraus ſine pœna eſſe poteſt. Pœna ſine fraude eſſe nõ poteſt. Pœna eſt noxę vindicta,fraus & ipſa noxa diciť & quaſi pœnę quædam pręparatio ἀντιφράζω τὸ λέγω μαι φράσις ὁ λόγος ἐκ μικροῦ ἐν τῷ λόγῳ, Δόλος δὲ ἐν πράγμασι. ✥.i.aut qm̃ φράζω dico & φράσις locutio ex rẽ parua Dolus autem in re.

¶Fraudulоſus,qui fraudẽ facit,quod magis a diminutiuo fraudula,q̃ a fraude videtur deſcendere.

¶Fraudulentus fraudis plenus,a quo fraudulẽter, hoc eſt cum fraude.

¶Frauſus erit qui fraudẽ cõmiſerit. Plautꝰ ĩ Aſina. Nõ placet,metuo in cõmune ne quam fraudẽ frauſus ſit.

¶Fraudo as,id ẽ decipio,& dicimꝰ fraudo te,& fraudo te hac re, Verg. Quẽ regno heſperię fraudo & fatalibus aruis. Fraudare geniũ eſt nõ ſatiſfacere neceſſitati naturæ & voluptati cuius contrarium eſt Curare geniũ id eſt laute viuere. Fraudare deſyderium eſt non facere quod cupit & non eſſe voti compotme. Vnde legimus. Non ſunt fraudati a deſyderio ſuo, Hinc componitur Defraudo.

¶Fraxinꝰ pe.cor.genꝰ arboris ꝙ ĩ fragoſis locis naſcať

¶Fragellæ oli ciuitas,nũc vicus nõ lõge a Velitris.

¶Fremo is,ui,itũ.tumultũ facio,vt fit ab vndis maris. Ver. Talibꝰ Ilioneus cũcti ſimul ore fremebãt. Ser. Fremebãt hoc eſt cõſentiebãt. Et bene ore,quia etiã armis poſſumus fremere. Vnde Lactã.lib.vij. Frement vbiq; bella,oẽs gẽtes in armis erunt. Huiꝰ cõpoſitũ Infremo pe.co.qđ ẽ valde fremo. Idẽ li.ij. Si belli terror ĩfremuit

¶Fremitꝰ us.pe.cor.ꝓprie ſonus fluctuũ,& in populo murmur indignãte:& pręiracũdia in humanã vocẽ imitãte. Ver. Fluctibus & fremitu exurgẽs bęnace marino. Feſt. vult fremitum dictũ quaſi ferimentum.

¶Frendeo.es dui.freſum ſigni.frango, Vñ faba.freſa diciť mola leuiter fracta. Col. Cicera bubus erui loco freſa dať in Hiſpania Bethica. Et frendere eſt cũ gemitu ſiue iracũdia vocẽ emittere,vt apud Eſa. Rugiet vt catuli leonũ & frẽdet & tenebit pręďã. Hie.in Pau. Fremi. At ille barbarũ neſcio qđ frẽdẽs & frãgẽs potius verba q̃ ꝓloquẽs inter horrẽtia ora ſatisblandũ q̃ſiuit alloquiũ. Hic cõponiť Infrẽdo id eſt valde frendeo. Ver.li.iij. Dẽtibꝰ infrendens gemitu graditurq; ꝑ ęquor iam medium.

¶Frequens,vide in dictione Celebris.

¶Frequẽto as,ſepe vel cũ multis adeo. Sal. Iuuẽtutẽ q̃ domũ Catilinę frequẽtabat. Inde frequẽtatio & frequẽtia ꝓ cõuentione & cõcurſu,ſeu multitudine, Idẽ reliquos cũ cuſtodibꝰ in ędẽ. Cõcordię venire iubet. Eo ſenatum aduocat,magna frequẽtia eiꝰ ordinis erat. Aliqñ frequẽtare eſt frequẽter facere. Aug.li.ij.de ci.dei. Extruanť ãpliſſimæ atq; ornatiſſimę domꝰ,vbi opipara conuiuia frequẽtenť. ¶Frequẽtariꝰ,a,um,veteres dixerũt ꝓ frequẽte. ¶Fretũ ab vndarũ fremitu dictũ, vt Var, ĩquit, a ſimilitudine feruẽtis aquę,ꝙ in fretũ ſepe cõcurrat eſtꝰ atq; ferueſcat. Et ſignificat mare naturaliter mobile. Anguſtias enim,quibꝰ atlanticũ mare irrũpit terras. Gręci πορθμόν. Latini fretũ appellãt. Abuſiue ꝓ ipſo mari. Hic trãſfreto,as pe.cor.qđ eſt trans fretum nauigo.

¶Fribolus penultia correpta quaſi fere obolo dignus.

¶Frico,as,fricui,frictũ. Vnde frictus ſecundũ priſc. Iuuena. Si prurit frictus ocelli angulus. Grego.tamẽ dixit Confricatus. Macer. Vrticę folijs reuocatur vulua fricata. Eſt autem fricare,ſicut ſonat. Virg.lib.iij. Geor. Fricat arbore coſtas. Huius cõpoſita ſunt Affrico,iuxta frico. Colu.lib.viij. Pecudes aut morſu ſcalpunt aut cornu aut vngula tundunt aut arbori affricant parietibuſue detergent. Pli. Marathro hęrbe ſeſe affricat, Cõfrico ſimul frico. Plau.in Aſi. Atqui. Pol.hodie non feres ni genua cõfricentur. Col.lib.ij. Boues quũ ab opere dimiſerit ſub ſtrictos confricet,manibuſque cõprimat, dorſum & pellẽ reuellat. Defrico deorſum frico, Cic.lib.iiij. Ad Hęrẽ. Nã vt forte hic in balneas venit,cœpit poſtq̃ defuſus ẽ defricari. Columel.li.ij. Solida in ſole ſicceturq; & radice ſilphi trita cũ aceto aſpergatur,defricetur. Infrico intus frico. Idẽ.li.vij. Maxime ꝓderit fuligo ex alieno vlcere infricata. Colu.li.vij. Deinde nares perfricato vt homines diſcant odorari. Plin.in ꝓlogo. Perfricui faciẽ nec tamẽ profeci. Mos eſt eorũ q cũ pudore aliquid agũt vt faciem perfricent,natura ipſa ad id impellẽte,q̃ſi ad abigendũ ſanguinẽ,qui ex precordijs ad faciei ſuperficiem confluit,propter quod quęrit Ariſto. Cur pudore facies hominis erubeſcat,metu palleſcat,quũ pudor nihil aliud ſit,q̃ timor futurę reprehentionis, Hic ergo ortũ eſt prouerbiũ; vt quoties dicere volumus nos pudorẽ deponere,dicamꝰ. Perfricui faciẽ hoc eſt pudorẽ expuli. Refrico rurſus frico. Cice. Sex. publij filio. Sin autẽ omnia quæ ſentio perſcripſerim, ne refricem meis literis

deſideriũ ac dolorẽ tuũ. Et omnia habẽt pen. correptã.

Frigus oris. pe. cor. Frigor oris. pe. p. ꝓ horrore q eſt cõtrariꝰ calori. Ver. li. j. Geor. Friguſq; caloreq; iter. Macer, Pellet frigorẽ, reuocauit, & ipſa colorẽ. Aliqñ ſumit pro metu ab eo qđ ꝓcedit ad id qđ ſequit. Ver. Extẽplo Aeneę ſoluunt frigore mẽbra. Ser. Frigore. i. timore Reciproca trãſlatio, & timor ꝓ frigore, & frigus ꝓ timore ponit, vt ĩ Terẽ. Vxorẽ tuã pauitare aiũt nõ timere, ſed laborare frigoribꝰ. Vtrũq; enĩ ĩ vnũ exitũ cadit, ſicut & de calore & frigore vrere dicimꝰ, vt eſt aut boreę penetrabile frigꝰ adurat. Rurſus frigus dicit ipſa aeris natura Ver. li. ij. geor. At ſceleratũ exquirere frigus Difficile ẽ.

Frigeo es, frigui & frixi ſcđm Diome, frigidꝰ ſũ. Priſ. Syllaba vero naturaliter lõga ante geo mutãt geo in. xi. vt lugeo luxi. frigeo frixi. Verg. li. xj. Corpuſq; lauãt frigentis & vngũt. Fit aũt frigeo (vt qbuſdã placet) a frãgo ꝙ tã calor, & horror nimiꝰ corpora frãgat. Alij a gręco dicũt ἀπό του φρύπτω quod eſt horreo. Vñ φρικύ horror ſiue frigus dicit. Interdũ frigere eſt ſegnẽ eſſe. Plaut. Frigent oẽs, nemo ſe mouet. Huius cõpoſitũ eſt refrigeo.

Frigeſco is, frigidus fio. Lact. li. vij. Quos autẽ morbꝰ interimit ſpiritũ diutius exhalãt, vt paulatĩ frigeſcẽtibꝰ mẽbris anima efflet, q cũ materia ſãguinis ꝯtineat ſicut lumẽ oleo ea materia febriũ calore cõſumpta neceſſe eſt mẽbrorũ ſumma q̃q; frigeſcere, qm̃ venę exiliores in extrema corporis portigũt, & refrigeſco cõpoſitũ. Col. li. vij. Sibos aut ex langore aliquo ad maciã perductus eſt aut ſudãs in opere faciundo refrixit.

Frigidꝰ a, um, qđ habet frigꝰ. Ouidiꝰ. Frigidꝰ glacie pectus amantis erat. Quandoq; frigidus dicitur ſegnis. Verg. Largꝰ opũ & lingua melior. ſed frigida bello Dextra Quãdoq; pernitioſus & nocens, eo ꝙ frigida naturę mortalium pernitioſa ſunt. Idem. Frigidus o pueri fugite hinc, latet anguis in hęrba.

Frigidulus diminutiuum eſt qui eſt parum frigidus.

Frigorificꝰ a, ũ, qđ frigꝰ ĩducit, ſicut a calore calorificꝰ

Frigefacio, a quo fregifio, notę ſignificationis.

Frigero as. pe. cor. frigefacio, a quo refrigero, qđ ẽ rẽ aliquã callidã frigidã facio. Perfrigero, valde frigero. Pliniꝰ Omniũ earũ vis eadẽ perfrigerare & aſtringere.

Frigutio is, iui, frigutire ſurſum ſaltare vt ẽ ex frigore tremere, vel calore frigere, & qđ nos vulgo dicimꝰ ſgriſolos habere. Plau. iñ Caſ. Nam quid frigutis, quid iſtuc tam cupide cupis.

Frigilla auis dicta, ꝙ frigore cantet & vigeat.

Frigo is, xi, xũ, & gui, ctũ, ſignificat torreo, quod vulgo dicit frizere, ἀπὸ τõ φρύττειν ὅθεν λεγεται φρικη. Feſt. frigere & Frictũ a gręco. Inde frictoriũ & frixorium in quo qđ Frigitur. Hie. in Eſa. Confrixa ſunt oſſa mea, tanq̃ in frixorio. Cor. Cęl Tũ res eadem magis alit iurulẽta q̃ aſſa, magis aſſa q̃ frixa. Hiero ad Furiã. Pueri erant nec dũ ad ſartaginem venerant, in qua rex Babyloniꝰ ſenes iudices frixit Hĩc fiũt cõpoſita Defrigo & perfrigo. Iuue. Et ſi perfrixit cantat bene.

Frixoriũ a ſono frixationis dicit ſartago in qua quid frigitur, quę & frictorium appeliatur.

Fritila cibus ex pulte factus qui frigitur.

Frit dicitur illud in ſumma ſpica iam matura quod eſt minus q̃ granum.

Fritillus dicit apud nos tabula luſoria, qui apud gręcos Fyrgus, in quo teſſeræ coniectę agitatęq; mittũt vt inquit Porphy. Ex quo demõſtrat teſſeras cõijci fritillo tanq̃ vaſculo, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolũ. Iuue. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillꝰ vt quidã putãt, a crepitu ipſo teſſerarũ. Vel ꝙ ſuper eo teſſerę ferãtur. Hinc etiam alueolus dicitur & Pyrgus Mar. Dum blãda vagus alea decẽber incertis ſonat hĩc & hinc fritillis, Var. Quales ſunt teſſerę quibus in Alueolo luditur. Hora. Mitteret in Pyrgum.

Frio as. ſignificat tero. Pliniꝰ ĩ ipſa qdẽ Aetiopia friatur huic tanta ſiccitas vt farina ſpiſſatur in panem huiꝰ cõpoſita ſunt Affrio, infrio, quod eſt terẽdo aliquid digitis leuiter inſpergo Suffrio paululum contero.

Friabile qđ facile friat, & quaſi manibus minutĩ terit Pliniꝰ. li. xxviij. Optimaq; eſt quę cãdidiſſima & friabilis minimeq; põderoſa cũ teratur inter digitos.

Friuolus a, um, pe. cor. a frio as, dicit qđ eſt inane leue nulliuſq; momẽti ſicut friuola dicuntur verba, quæ minus fide ſunt ſubnixa. Vnde Friuola ꝓ nugatorijs qñq; poni cõſueuerunt. Et vaſa friuola, quę vix attrectando aliquid cõfriguntur, & in puluerem vertuntur.

Frons frõtis, ab oculorũ foratu, vel a ferendo, ꝙ indicia animi pręſe ferat. A dextra & ſiniſtra tẽporibꝰ, a ſuperori capillorum radice, ab inferiori vero parte ſupercilijs terminata, corrugatur in triſtitiam, & in lętitiam dilatatur. Eſt enim triſtitię, hylaritatis, clemẽtię ſeueritatis indicium. Et pudorem ſignificat. Perſ. Exclamet Melicerta periſſe. Frontem de rebus Et ob hanc cauſã frontẽ Genio priſci conſecrarunt. Dicitur frõs etiam de rebus inaĩatis. Ver. Fronte ſub aduerſa ſcopulis pendẽtibus antrũ. Et licet a Grãmaticis genere fœ. ꝓferat tñ a Cęcilio genere maſc. ponit. Hi ſunt (inquit) inimici peſſimi fronte hilaro, triſti corde. Hinc cõponitur Brifons.

Frontale. quod ad frõtẽ ponitur. Pli. li. xxxvij. Quõdamq; tãtę magnitudinis fecere, vt equis regũ in oriẽte frontalia atq; pro phaleris penſilia facerent.

Frontati, vt eſt apud Victru. id genus laterũ dicũtur. quos gręci Diatonos appellãt, quia per latitudinem totam porrecti, vtrãq; parietis frontem conficiant.

Frontoſus pro impudente capitur.

Frons dis, ge, fœ, a fero, ꝙ frondes arborũ huc atq; illuc a vento ferãtur. Proprie autem frõdes arborũ dicũt, folia vero tam arborũ q̃ hęrbarũ & florum. Hinc frondifer. Lucre. Frondiferaſq; domos auium.

Frõdeꝰ a, um, qđ totũ ex frõdibꝰ eſt, vt torus frõdeꝰ.

Frõdoſꝰ a, um, qđ frõdibꝰ abũdat, vt Lucꝰ frõdoſus.

Frũdarius, a, um qđ ad frõdes ꝑtinet ſiue qđ ex frondibꝰ eſt. Pli. li. xviij. Vnus frõdator quatuor frondarias fiſcinas cõplere in diem iuſtũ habet.

Frondeo, des. dui, frondes habeo. Virgil. nunc frondent ſyluæ, hinc frondeſcere. Colu. libro. v. nilominus enim paucis frondeſcet pampinis.

Frondo, as, frondes emitto. A quo frõdator, frondatio, & defrondo, quod eſt frondes deijcio.

Frondator, q̃ arbores amputat, & qui e frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad paſtũ efferendos. Et qui manibus virium folia vellit, quo ardor ſolis vuã maturiorem reddat.

Frondatio. Col. li. vj. Atq; in frondatione cauendum, ne aut prolixiores pollices fiãt, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

Fruor eris, fructũ in ſupi. ſcđm Priſc. ſicut Struo ſtructum. Cice: in Hortẽ, Et amœnitate ſumma perfructurꝰ eſt. Vlpi. tamen ad ſabinum, frutum fruiturus non fructurus, quomodo ortum oriturus, erutum eruiturꝰ, mortuum moriturus dicit: qtod quum i, in pręterito non habeant, id in futuro habẽt. Hiero. vero ad Principiã fruitum dixit. Sepe & multũ flagitas virgo xp̃i pricipia vt memoriam ſanctę fœminę Marcellæ literis recolam, & bonum quo fruiti ſumus etiam cęteris noſcendum imitandumq; deſcribam. Cice. lib. iij. Tuſc. zeno ſtoicorum acutiſſimus contẽdere & magna voce dicere ſolebat, cũ eſſe beatum, qui pręſentibus voluptatibus frueretur, cõfideretq; ſeſe fruiturum. Vtra autem ſit verior ſentẽtia, ꝙ fruor fructum, an ꝙ fruitum faciat non ſatis dignoſci poteſt qđ raro huiuſmodi exempla reperiantur, & nonnunq̃ vitiata, puto tñ ꝙ fructus & fruitus, a quo fruitio, non fretus faciat, cũ non ſit eiuſdẽ ſignificationis. Neq; aſtipulor illis. qui dicũt Frui de diuinis. Vti de humanis dici. quum & in bonã & in malã partẽ accipiatur. Augu. lib xv. de ciui. dei. Boni ad hoc vtũt mũdo, vt fruantur deo. Mali autẽ contra, vt fruãtur mundo vti volũt deo.



Hiero. ad Iulia. Difficile immo impoſſibile eſt vt & pręſentibus & futuris quis fruatur bonis & ventrẽ hic & ibi mentem impleat. Iuuena. Exul. ab octaua Marius bibit & fruitur dijs iratis. Eſt itaq; quaſi delectationẽ & fructũ capere. Teren. in Adel. Eſt hic paululum qđ locitas foris huic demus qui fruat. Cõpoſita huius verbi ſunt. Defruor & Perfruor q̃ ſignificant in totũ fruor, ſeu omnem fructum percipio.

Fruiſcor a fruo deducit, ſicut a fateor fatiſcor. Metellꝰ ad Domitios. Illi vero omni iure atq; honeſtate interdicti, ego neq; aqua neq; igni careo, ſed ſumma gl'ia fruiſcor. Cęlius li. ij. cũ accuſatiuo iunxit. Domos ſuas (inqt) qñq; iubet ire. & ſua omnia fruiſci.

Fruniſcor ꝓ fruor Cato poſuit, & frunitũ dixit prudẽtẽ, hoc eſt quo ꝑfrui liceret, ſicut e cõtrario ĩfrunitũ inſipiẽtẽ ac ſtolidũ q nulli vſui eẽt, q̃uis alij fronitũ ꝓ o a gręco φρόνιμον ei gręci prudentẽ dicũt, ἄφρονα vero demẽtẽ. Vñ & illđ ĩ ſacris lr̃is. Et aĩo irreuerẽti & ĩ frunito ne tradas me.

Fructꝰ tus. & fructi & fructuis. Terẽ. in Adel Nũc exacta ętate hoc fructi ꝓ labore illis fero. var. Quęro vtrũ fructuis an delectatiõis cã vẽdatis. Antiq etiam hęc fructa dicebãt cuiꝰ loco dr̃ hęc fruges. Et a fruendo dr̃ fructꝰ, vt iqt Var. qa his fruimur. Quidã ẽt a ferẽdo fructꝰ deriuãt, & dñr illę res q̃s fũdus fert & q̃ in fũdo ferunt.

Fructifer, a, um, quod fert fructũ, hoc ẽ pigue & fertile. Et fructiferę arbores, quæ ferunt fructum.

¶ Gallia regio Europe, a candore populi dicta Gala eĩ lac latine dicitur. Nam montes & rigor cœli ab ea parte ſolis ardorem excludunt, vt eorum corpora non colerẽtur, quę triplex eſt, tõſa. ſ. ſiue togata. Comata & braccata Gallia togata dicitᷣ Ciſalpina, vt Pli. l. iij. ſcribit Mar. Gallia Romanę noĩe dicta togę Comata cognominatur oĩs Tranſalpina gallia, quam in tria populorum genera hiſtorici diuiſerũt. Belgicã Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremotica ante dicta eſt. Nam a Scalda ad ſequanã belgica. Ab eo ad garumnam. Celtica eadẽq; Lugdunẽſis. Inde ad Pyrenei mõtis excurſum Aquitania. Auguſtus quadrifariã diuiſit addita Lugdunenſi ꝓuincia. Ammianus in multiiugas ꝓuincias diuiſit vt pote qui primam & ſecundam Lugdunenſem & primam & ſecũdam Aquitanicam faciat. Gallos celtas nomine regis dictos, & ab eius matris vocabulo. Galatas ſermo græcus appellat. Narbonenſis vero prouincia appellatur pars galliarum. Braccata autẽ dicta eſt a genere veſtiũ. A gallia fit gallus, a,um, de quo ante.

✣ Gallicum acer albũ & pręcipui candoris dr̃. Cc.

¶ Gallicus a,um, penult. cor. quod ex gallia eſt, vt arma gallica.

¶ Gallicanus a,um,idẽ q̃d gallicus ,vt gallicanę veſtes

¶ Gallius,a,um,ſicut gallicus & gallican⁹.Sal.lib.iiij. hiſto,Duæ gallię mulieres conuentum vitantes ad mẽſtrua ſoluenda montem aſcendunt.

¶ Gallogręcia galatia dicta eſt,a qua gallogręci.Nã cũ galli multitudine abundantes relicto natali ſolo Italiam inuaſiſſent,Gręciam impleuerunt,Macedoniam occuparũt,in Aſiam trãſierunt duce Leonorio qui gallo gręciã mixto ex gallis gręciſq; vocabulo cognominauerũt.

¶ Gallicia regio Hiſpanię quę vt Iuſti.refert a Teucro Telamonis filio condita eſt.

¶ Galatia gręce γαλατία per ſimplex,l,regio minoris, Aſię.Hęc ab oriente Cappadociam & Halym fluuium ab occidẽte Bithyniã & aſiam a meridie . Pamphilam, a ſeptentrione Pontum Euxinum habet,quam olĩ galli ex europa venientes habitarunt,& gallogręcia dicta eſt

¶ Galatę pe.cor.populi q galatiã habitant . Hi primo Gomoritę dicti ſunt a gomor Iapheth filio,vt Ioſeph⁹ lib.j.refert,& fratre Aiacis qui ad ea loca veniens ibi ſedes poſuit,nuncupata eſt.

¶ Gallina auis nota,a quo noĩe deducũt hęc adiectiua

¶ Gallinaceus a,um,quod ex gallinis eſt,vt pullus gallinaceus,Varro.Gallinaceis eĩ pullis bis deni dies op⁹ ſunt Pauoninis ter nouenij.

✣ Gallus gallinaceus notus vulgo eſt nocturnus vigil, quẽ excitãdis in opera mortalibus,rũpedoq; ſomno genuiſſe prouidentia diuina videtur.Cc.

¶ Gallinaceus ſubſtantiuum ipſe gallus.Poſcẽninus niger ob vnius gallinacei direptionem decem commanipulares qui raptum ab vno commederant,ſecuri percuti iuſſit.Sic gallinacea gallina.Varro.Si oua gallinis pauonina ſubijcies cum iã decem dies fouere cœpit gallinacea tum deniq; ſubijce vt vna excludant.

¶ Gallinarius & gallinaria q & quę gallinas curat.Plin. lib.x.Traditur quędã ars gallinarij cuiuſdã dicentis q̃d ex quaq; eſſet.Varro.Inter duas oſtium ſit qua gallinarius curator earum ire poſſit.

✣ Gallipes,pedes galli gallinacei habens.Suet.Trãqllus Ad extremũ vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus eſt vt vulgo iam ꝑ iocum gallipes vocaretur.Cc.

¶ Gallinaria inſula eſt in mari Thuſco ſcd̃m Italiã contra mõtes Liguſticos,viginti miliũ Albumingauiũ,alijs ab his villaticis inuectis a nautis ibi feris factis inuſitatis vt inquit Var.lib.iij.de re ruſt.a gallinis ruſticis appellata.Eſt & ſylua gallinaria Cumis vicina de qua Cic. ad petũ.Q.Ceparius obuiã mihi fuit in ſylua gallinaria De hac Stra.Itẽ ſcribit.Hoc quoq; ĩ ſinu fructicoſis virgultis frequens & arboribus ſylua eſt multis porrecta ſtadijs aquarum indiga.

¶ Gallinarium locus in quo morantur gallinę.Col.lib. ix.Gallinaria cõſtitui debent,parte villæ quæ hybernum ſpectant orientem.

¶ Gallicinium pars noctis appellata eſt qua galli cãtãt quæ eſt quarta caſtrenſis vigilia.

¶ Gallo,as,inſanio.Varro,Et deam gallantes vario retinebant ſtudio.

¶ Galluo as,pe,cor.pubeo,a quo gallulaſco,pubeſcoq; pubeſcentes vocem grandiorem ad galli gallinacei ſimilitudinem faciant.Nęuius.Cuius vox gallulaſcit.

¶ Galla fructus quercuũ.Gręci quoq; gallã lac noĩnãt. Vnde & galli ſecundũ aliquos dicti ſunt q̃ſi Lactei gallã bibere ac rugas cõducere vẽtri ait Lucil.q̃ſi de parſimonia eſſe vtendũ,neq; gulę ĩdulgẽdũ,vẽtreq; coarctãdum. ¶ Gallaici ſiue gallęci Hiſpanię populi ſunt gallis finitimi Mar.Nec quę gallaico liniuntur auro.

¶ Galilęa pe.ꝓ.nomẽ duauũ regionum,ex quibus vna galilęa gentium vocatur vicina Tyriorum finib⁹,vbi & Solomõ viginti ciuitates donauit Hyram regi Tyri in ſorte trib⁹ neptalim.Altera galilęa dr̃ erga Tyberiadẽ & ſtagnũ Generareth in tribu zabulõ.Galilęa teſte pli. Syriæ Arabiæ atq; Aegypto coniungitur.Terra ferax.

¶ Galenus pe.ꝓ.nomen medici excellentiſſimi ex Pergamo Aſię vrbe q vulgo Galien⁹ dici ſolet barbare & inepte nã ἑλληνικῶς γαληνὸς λέγεται ἀπὸ τοῦ γάλακτος ὡς ἐγὼ οἴομαι τουτέστι λευκότητος.Id eſt gręce galenus dicit a lacte vt ego arbitror.i.candore.☿ Floruit tẽporibus Marci,& commodi imperatorũ.Multa compoſuit in medicina,philoſophia,grammatica,& rhetorica.Quo noĩe etiam dictus eſt imperator Romanus.

¶ Gãma gręce,latine litera γ q̃ apud nos ſignificat g.

¶ Gamale pe.cor.vrbs in Iudęa.Ioſephus.Syriæ habitio quędã fuit Gamale.Suet.in Tito gamales appellat. Tarichiam inquit & gamalem vrbes validiſſimas Iudęę in poteſtatem redegit.

¶ Gammarus pe.cor.aquaticũ animal ſimile Cancro,vl' vt quidã putãt ipſe Cancer,cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur,concoctus fit rubeus Mar.Concolor in noſtra gammare lance rubes.

¶ Gamos gręce,latine nuptię.Hinc cõpoſita ſiũt Agamus,Monogamus,Bigam⁹,Digam⁹,Trigamus.Quadrigam⁹,Octogam⁹.Hiero.contra Ioui.Non dãno digamos,immo nec trigamos,& ſi dici poteſt octogamos

☿ Gammoide ferrum quo vtuntur chirurgici ad extrahendum pus.

¶ Gaphaſantes populi in Libya ſine vllis veſtib⁹ viuẽtes,qui ſicuti ſcribit Pompo.a pręlijs abſtinent,cũ nec tela iacere aut vitare noſcant.Ideoq; obuios fugiunt.

¶ Ganea ę,& ganeum lupanar meretricũ,guloſorũ diuerſorium,& popina,ꝙ.ſ.ſit in terra non vt cœnacula ſuperius Eſt enim locus abditus & velut ſubterrane⁹ vinolentiæ & libidini aptus.Terent.in Adel.vbi ego illũ quęrã?Credo abductũ in Ganeũ.Col.in prolo.Mox deĩnde vt apti veniamus ad ganeas,quotidianam Laconicis cruditatem excoquimus.Pli.tñ videtur innuere popinas eſſe in quibus vnctoria edulia conficiebantur & pro ipſa ingluuie cibarijſq; Ait enim de porco li.octauo Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ.

¶ Ganeones Helluones qui ganeas frequentant.Iuue Sed laudem ſilicas occultis ganeo pultes.

¶ Ganges is,& gangetis Indię fluuius maximus.Alio noĩe Phyſon a gręcis dictus,de paradiſo exiens,quem alij in certis fontibus vt nilum,rigantemq; vicinia eodẽ modo ferunt.Alij in Scythicis naſci,ipſamq; indiam ſecare dixerũt fluereq; in eũ triginta amnes.Minima gangis latitudo per octo milia paſſuum,maxĩa ꝑ viginti patet.Altitudo vbi vadoſiſſimus eſt menſuram centũ pedũ implet.Dictus ganges a gange Aethiopũ rege vt ait Suidas.Ouid.li.iiij.Meta.Decolor extremo qua cingit india gange.Hinc gangeticus a,um.Col.li.ix.Iam nũc gangeticas & ægyptias aues temulenter eructant.Arrianus lib.v.de geſtis Alexandri mag.ἐν Τάξιλα δ' ἀλέξανδρος ἀφίκετο πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα, τὴν μεγίστην τῶν μεταξὺ Ἰνδοῦ τε ποταμοῦ καὶ Ὑδάσπου· καὶ ἐκεῖ ὁ Πῶρος βασιλεὺς δὲ ὁρῶν ἀλέξανδρον,

✣ Id eſt In taxillã Alexander peruenit ciuitatem magnã & fœlicẽ,iter Indũ & Hydaſpim fluuios & illic Port⁹ rex qui vidit Alexandrum.

¶ Gange,es,eſt vrbs Indiæ regia.

¶ Gangaridę,vt inquit Curtius populi inter Aſſyrios & indos iuxta gangem qui nouem oſtijs effluit.

¶ Gangręna cũ ę diph.Caro eſt emortua ex vlcere vel inflãmatione ac rubore.Subalbeſcit autẽ primũ demum atra fit ſeuſu amiſſo in ꝓminentibus mẽbris.i.inter vngues & alas & inguina.Et in ſenibus fere atq; his quorũ corp⁹ mali habit⁹ eſt.Luc.lib.j.Saty.Serpere vti gãgręna malo. ¶ Gangiliõ ſiue ganglion gen⁹ morbi ĩ capite cũ humor q̃dã includit.De quo Col.li.vij.Eſt & gãgliõ vt docet paulus nerui alicuius vel exitu,vel ex laſſitudine contortio.Multis quidem omnino partibus corporis ſed ꝓcipue mollibus,vt in extremitate manuum atq; pedum.

¶ Gannio,is,niui,vel gãnij itũ.gãnire ꝓprie canes dicuntur cũ murmure vel quaſi plorando cõqueri vident.



Inde gãnitio & gannit⁹.Lucre.Lõge alio pacto gãnitu vocis adulant.Aut cũ deſerti baubãtur in ędib⁹ Aut cũ plorãtes fugiunt ſummiſſo corpore plagas.Inde ad homines tranſlatum Terẽ.in Adel.Quid ille gannit,quid vult?Huius cõpoſitũ eſt Oggannio.☿ quod eſt in aurem ſecreto loquor,& veluti ĩmurmuro.Apul.lib.ſecũdo.In aurẽ mulieris ogganniit.Aliquando multũ dico inculco Plau.in Aſi.Cui nũq̃ vnam rẽ me licet ſemel pręcipere fieri quin centies eandem imperem atq; ogganniam.

☿ Gannitus us,ipſa vox quę & gannitio dicitur.Aliquãdo vox appellatur.

✣ Ganimedes Trois fili⁹ fuit formoſiſſimus puer in quẽ cũ Iuppiter deperiret iuſſit in cœlum ab aquila portari, & ſitus a caliculis eſſe Hebe nympha deiecta,in cœlum tranſlatus Aquarius dicitur.Cc.

✣ Ganzę anſeres ſunt germanico vocabulo.Cc.

¶ Garamãtes populi Libzæ pſillis finitimi a garamãte Apollinis filio cognominati qui ibi garamão oppidum ex ſuo nomine condidit.A quo garamantius a,um,& garamãtis idis.Fuit & alius Garamãtes rex,cuius filiã garamãtida Iupiter apud Bragadam fluuium cõpreſſit,& ex ea genuit Hiarbam.& garamenticus adictiuum.

¶ Gãrganus pe,pro.mons in Apulia.Luc.lib.iij. Appul⁹ adriacas exit garganus in vndas.

¶ Gargarape.cor.mutatiõe literę κάρα κάρα.i.caput capitis.i.altitudinis altitudo καρκαρα capita.Vn⁹ eſt excollibus mõtis Idę Eſt & oppidũ huius nominis poſitũ in imis radicibus Idæ mõtis.Et defluentibus inde humoribus gargara irrigantur,fiuntq; feraciſſima.Apud hãc ciuitatẽ tanta erat frugũ copia,vt qui magnũ cuiuſuis rei numerũ vellet exprimere ꝓ multitudine immenſa nominaret Vñ & Oui Gargara quot ſegetes quot habet me thymna racemos.Dicitur & gargarus numero ſingulari. Stra.lib.xij.Gargarus in ſuperioribus Idę partib⁹ loc⁹ oſtẽdit a quo Gargara dicunt Aeolica ciuitas græci γάργαρον neutro genere dicũt.Sũt & gargara in Myſia.Sũt qui gargar⁹ dici velint,ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν τὰς πηγάς.i. ab emittẽdis fõtibus.Ouid.Creberrima fontibus ida.

¶ Gargariſſo as,ſicut ſonat.Plini.li.xx.Sedat anginas cũ melle ac hyſopo ex aceto gargariſſatũ.Apud gręcos γαργαρίζω.Fit autẽ gargarizatio in ſũmo gutture.Et gargatizare ſæpe ad gur gulionẽ.i.guttur reuocare.Et duplici modo conſtruitur.Nam res qua ſępe guttur alluitur in nominatiuo plærũq; ĩ ablatiuo ponit.Pli.li.xx.Voci ſuccus ſub certamine vtilis,& q gagarizatur vua tumẽte adiecta mẽta.Cor.li.iiij,In vetuſto capitis dolore cõmunia ſunt ſternutamẽta excitare,inferiora vehemẽter refricare,gargarizare his quæ ſaliuã mouent.

✣ Gargarus vnus ex collibus Tauri montis.Cc.

¶ Garrio is,garriui vel garrij,itum,inepte loquor.Cic. li.ij.de ora.Nã & ſęculis mulis ante gymnaſia inuenta ſunt poſt in his philoſophi garrire cœperunt.

¶ Garriophilũ flos,garophol⁹ nomẽ nec græce nec lane habeturr

¶ Garruli pe,co.ꝓprie dicũtur vt inquit Augu,qui vulgo verboſi appellant accedẽte lætitia nec valentes nec volentes tacere.Et garrulę dicũtur aues canorę & hilares.Ver.Garrula quũ tignis nidum ſuſpendit hirundo. Garrulus etiã dicitur cordatus.Var.In hac ciuitate tum regnabat Dionyſius homo garrulus & acer.

¶ Garritido as.pe.cor.idem quod garrio.Var.Quidnã garritidatis dicẽtes o fortuna.✣ Perott⁹ Garridito legit

¶ Garrum apud Col.Liquamẽ eſt ex piſce factum.

¶ Garũna fluuius trib⁹ ãplificat⁹ amnibus ꝑ Bituriges & Sãtones Gallicã vtrãq; gẽtẽ effluit.Eſt enĩ in Gallia Narbonẽſi terminãs Aquitanos.Diſtat a Narbone ſtad. octingẽtis.Delabitur ex Pyreno,& in oceanũ excurrit.

✣ Gaſidanes gẽma qua gręci mittũt coloris olorini.Cc.

✣ Gaſterochites dicebãtur quaſi vẽtri man⁹ qui manuũ artificio victum quęritabant.Cc.

¶ Gaſter ſeu gaſterium genus vaſis,cui⁹ formã alij aliter accipiunt.

¶ Gaſtrimargia pe.cor.nimia ingluuies,vt apud Ariſtotelẽ in æthicis.Gaſtrimargus guloſus.ob vẽtrẽ inſaniẽs γαστὴρ enĩ vẽter ẽ μάργος μα edax inſanus ſtolidus a μαργαίνω ꝙ eſt inſanio & inſanire facio vel a μαργάω id eſt ago nimiũ feſtinanter.

¶ Gaudiũ eſt affectio animi alicuius preſentis boni opinione cõcepta, ☿ & proprie cũ exilaratur aĩus aliqua re neq; tamẽ ita ad exteriora diffunditur vltra modũ vt facile appareat Lętitia vero cum ita mouetur animus vt etiam ad exteriora egrediatur & maxime in vultu.Hinc dicunt Stoici Gaudiũ in ſapiẽtẽ capere poſſe,letitiã nõ poſſe.☿ huius diminu.eſt Gaudiolũ,& compoſitũ Gaudiloquus pe.cor.qui cũ gaudio loquit vt apud.Pla.Dictum gaudium quaſi Gauriũ.Gręci enim γαῦρον lętum.

¶ Gaudeo es,gauiſus,gaudium habeo de bono proprio quandoq; etiã de bono alterius,ſed intrinſecus.Lętari vero extriſecus,Conſtruiturq; gaudeo diuerſis modis Nãquandoq; ſine appoſito,vt Gaude & Lętare.Quandoq; cum datiuo.Ci.Mihi gaudeo,tibi gratulor.Quandoq; cum ablatiuo.Ver.Numero deus impare gaudet. Quãdoq; cũ ablatiuo mediante in.Cic Lentulo.In moleſtia gaudeo.Quãdoq; mediã te,de Hie.ad Heli.Gaudebo de aſcenſu,ſed timebo de lapſu Aliqñ gaudere eſt valde ſeu cum delectatione quod vulgo dici ſolet Gaudere,& conſtruitur cũ accuſatiuo.Hie.in prolo.Iob Beatũ Iob qui adhuc apud latinos iacebat in ſtercore & vermibus ſcatebat errorum,integrum immaculatumq; gaudete.i.cum gaudio perguſtate.Teren.in Adel.Hũc ſcio mea ſolide ſolũ gauiſurum gaudia.i.perguſtaturũ.Ci.Pęto.In theatrum Curionis Portenſis introijt puto vt ſuũ gaudium gauderemus.Auguſtinus lib.viij.cõf.imperſonaliter vſus eſt tantus auctor.Quando,inquit,cũ multis gaudetur & in ſingulis vberius gaudium eſt,quia feruefaciunt ſe,& flammantur in alterutro.Et alibi.Multũ inter ſe hęc duo gaudia differunt,ſuntq; omnino contraria Quandoq; gaudetur in ſæculo non gaudetur in domino.Huius verbi cõpoſita ſunt Congaudeo q̃d eſt ſimul gaudeo Am.Congaudete mecũ & congratulamini Adgaudeo.Lactã.li.iiij.Ego eram cui ad gaudebat,hoc eſt quaſi applaudebat.

¶ Gaudere inſinu,ꝓuerbialis locutio quã & poete vſurpant.Q̃d ſignificat ſecum & cũ ſuis lętari.Ci.lib.iij.tui Quoniã plauſibilia nõ hęc ſunt vt in ſinu gaudeant,glorioſe loqui deſinant.Tibul.Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.Proper.In tacito cohibe gaudia clauſa ſinu.

¶ Gaudimoniũ pro gaudio vſurpat.Hie.in prohemio propheraũ.Gaudimoniũ eius erit in luctum.

¶ Gaueleon teſte Solino ora Lybiæ obiacẽs,in qua ſerpẽs neq; naſcitur neq; inuectus viuit.puluiſq; eius quocũq; gentiũ iactus angues & ſcorpiones perimit.

¶ Gaulus nauis genus paruę & rotundę.

¶ Gaurus mons Campanię.

☿ Gauranũ vinũ dicitur quod in ſummis mõtium gignitur a gauro Campanię monte.

¶ Gauſape pe.cor.militare ſtramentũ vtrinq; villos habens vel vna tantũ e parte,quod pro lecto in caſtris ſternebat Plin.li.viij.Antiquis tot⁹ e ſtramento erat qualis nũc in caſtris gauſape.Nunc ponitur ꝓ panno quo menſa ſternitur.Declinatur autẽ hoc gauſape Antiquiſſimi hic gauſapes & hæc gauſapa,& hoc gauſapũ.Vnde in plurali gauſapa.Per.Iam chlamides picti,iam lutea gauſapa captas.Caſſius ad Mœcenatem.Gauſapo purpureo ſalutatur.Inde Gauſapina.

¶ Gauſapina pen.cor.genus veſtis.Mar.Menſe vel auguſto ſumere gauſapinas.

¶ Gaza dictio Perſica & nũero ſingulari ſignificatõne q̃d poſſidem⁹.põpo.mela.Gazã Perſæ ęrariũ vocant. Curti⁹.Igit quaſi parũ munimẽtis oppidi fidẽs ãte ſolis ortũ pecuniã regiã gazã perſę,vocãt,cũ ꝓ ciſiſſimis rerũ

afferri iubet ſimulās fugā. Inde nomē ē gaze ciuitati eo ꝙ Cābiſes illuc belli & opes pecuniā ītulerat. Hec eſt Euehorū ciuitas inqua habitauere Cappadoces priſtinis cultorib⁹ īterfectis. Apud veteres termin⁹ erat Cananeorū iuxta Aegyptū cecidítq; in ſortē trib⁹ iudę, & eſt vſq; hodie īſignis ciuitas paleſtinę, vt ſcribit Hiero. a qua gazeus a, um, qđ eſt ex gaza vrbe, & Gazetic⁹, tica, ticū, ex gaza vrbe pſica, vbi nobiliſſima vina, vel vt Pompo. ait, mella. Sidoni⁹ a Fauſtū. Vina mihi nō ſunt gazetica, chia falerna. Suidas γάζα γὰρ θησαυρὸς Πέρσαι μηδικῇ καὶ πόλις ἄλλη ἐν Φοινίκῃ ὁ πολίτης γαζαῖος. ✤. i. Gaza enī theſaur⁹ dictio medica & ciuitas alias phœniciæ cuius ciuis Gazeus.

❡ Gazophilaciū cum c. nomē cōpoſitū ex dictione perſica & gręca φύλαττω καὶ φυλάσσω λέγεται. qđ eſt cuſtodio quaſi locus dicat̄ eſſe in quo opes reconduntur. Augu. in ps. Gazophilaciū arca vbi colligebant̄ ea quę ad indigētiam ſeruorum dei mittebātur. Ambro. ad Studiū. Quid eſt Gazophilaciū? Collatio fideliū ſumptus pauperū, requies egenorū, iuxta quod ſedens Chriſtus vt habes ſecundū Lucam. duo ęra mulieris viduę diuitum muneribus cenſuit pręferenda. Significat & capſam qua res pręcioſiores & ſecretę in ſcrinijs ſcripturæ ſeruātur. Vnde ſcrinarij ſcretaij, quos etiā a ſecretis dicimus. vt ſcribas ab epiſtolis.

## G ANTE E

GEographia dicit̄ terrę deſcriptio. γαῖα enim terra eſt, & γραφία ſcriptura nā. γράφω ſcribo ſignificat.

❡ Geomantia pe. pro. diuinatio ex terra γαῖα καὶ μαντεία diuinatio, vaticinium.

✤ Inde Gęomantes.

❡ Gęometer & gęometra pe. cor. terræ mēſurator. Gręci γεωμέτρης μέτρον ἔργον mensura Gęometria terræ mēſuratio dicit̄ Et geometria qdē ſciētia eſt mathematica, ſicut aſtrologia, muſica, & arithmetica q̄ in numeros & formas diuiſa eſt, quā oratori neceſſariū eſſe autumāt eruditi. ✤ Gęon fluuius. Vide Gion.

❡ Gęorgius nomē viri ꝓpriū, quo apud nos Colonus ſignificatur. Georgica agricultura. Gęorgica q̄ ad agrorū cultum pertinēt. ἔργον opus, γαίας terrę. Gęorgi. populi Scythici agros incolentes.

❡ Gebalena regio in finibus Eleutheropolos.

✤ Gebbanitę ſiue gelbanitę populi ſunt maris rubri accolę in Arabia deſerta quorū caput Thoma eſt. Cc.

❡ Gebuſeus filius canaā, a quo gebuſei dicti ſunt, q Hieruſalem habitauerunt.

❡ Gebenna mons qui hodie dicitur mons geneuerę. luca. Caua pendentes rupe gebennas.

❡ Gedeō nomē propriū iudicis Iſrael qui occidit Oreb zeb zebee & Salmana.

❡ Gedroſia regio maioris Aſię.

❡ Gehēna, hoc nomē ꝓpriū inqt Giero, a Saluatore noſtro ponit̄. Queram⁹ q̄ ſit ſermonis huius occaſio. Erat idolū Bahal iuxta Hieruſalē ad radicē montis Mora, in quibus Siloa fuit. Hęc vallis & parua cāpi planicies irrigua erat & nemoroſa plenaq; delitijs & luc⁹ in ea idolo conſecrat⁹ in tantam autē populus iſrael venerat demētiam vt deſerto templo vicini ibi hoſtias immolaret, vt rigorem religionis delitiæ vincerent, filioſq; ſuos incenderent demonibus vel initiarēt Et appellabat̄ loc⁹ ipſe Gehennon. i. vallis filiorū, Eennon. Hoc regū volumē, &. paralipomenon, & Hieremias pleniſſime ſcribūt. Et cominatur deus ſe locum ipſum impleturū cadaueribus mortuorū vt nequaq̄ Tophet & Bahal. ſed vocetur Polyēdriū. i. tumulus mortuorū. Futura ergo ſuplicia & pœne ꝑpetuę quibus peccatores cruciandi ſunt huius loci vocabulo denotantur. Duplicē autē eſſe gehennā nimij ignis & frigoris in Iob pleniſſime legitur.

❡ Gela fluuius in Sicilia a quo & gela vrbs nomē habet Ver. li. iij. Immaniſq; gela fluuij cognomine dicta Suidas γέλα πόλις σικελίας καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ γέλα ἡ δὲ πα γάκειται ἡ πόλις ὁ δὲ ποταμὸς ὀνομάζεται οὕτως ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ ταύτην γὰρ τῇ ὀπικῶν φωνῇ καὶ σικελῶν γέλαν λέγεσθαι ἢ ἀπὸ γέλωνος τοῦ ἔθνους καὶ οὐ μᾶλλον τὸ ἐθνικὸν γελῷος οὐ γελῷος. ✤. Gela ciuitas Sicilię, vocatur aūt ab amire gela cui adiacet ciuitas. Fluui⁹ aūt nominat̄ ita q̄m muliā gignit pruinā quā Opicorū & Siculorū voce gelā dici, vel agelone gentili inde gentile gelęus non gelo⁹.

❡ Gelaſini pe. pro. dētes anteriores quos ridēdo oſtēdimus. γελάω γελῶ eſt rideo. Et gelaſini lineę q̄ ridēdo efficiuntur. Mar. Nec grata eſt facies cui gelaſin⁹ ab eſt. Et gelaſini dicūtur mimi q geſticulatione faceta populū oblectant. Vnde gelaſinus ille Plautinus riſionibus & falſis dicterijs populū delectat. Et dū facit vt ab omnibus rideatur irridetur. Vñ eſt plautinū illud. Caue ex Gelaſino fias Catagelaſinus. Hoc eſt deridiculus.

☿ Gelos gelotos riſus.

✤ Gelenites gēma quę candido tranſlucet melleo fulgore lunę imaginem continens. Cc.

❡ Geloi Campi in Sicilia apud gelam fluuiū. Ver. Campiq; geloi. ✤. Suidas gelæi non geloi legit.

❡ Geloni vel gelones, populi Scytici interius habitātes & Agathyrcis ꝓximi, a Gelono Herculis filio. Hi ſolebāt ſe pingere. Ver. pictoſq; gelones. Luca. li. iiij. Maſſagetes quo fugit equo forteſq; geloni. Hi nunc Getę dicūt̄ ſiue Tartari qui Tartari corrupto vocabulo vocant̄. Sāguinē equinū cū lacte mixtū bibūt. Ver. Biſaltæ quo more ſolēt acerq; gelon⁹, Cū fugit in Rhodopē atq; ī deſerta getarū. Et lac cōcretū cū ſanguine potat equino.

❡ Gelboæ mōtes alienigenarū in ſexto lapide a Sitopoli in quib⁹ etiā eſt vicus grandis qui vocatur Gelbos.

❡ Gellius, viri propriū ἀπὸ τοῦ γελᾶν. ridere. Cc.

❡ Gelu ꝓprie glacies, dictū ἀπὸ τοῦ λύειν hoc eſt ſoluēdo terrā. Nā glacie prociſſa terra reſoluitur. Aliquādo tamē ponit̄ ꝓ frigore, Vnde gelidū frigidum dicimus. Dicitur etiam hoc gelu hic gelus. Lucretius libro quīto Aſſiduoſq; geli caſus mortalibus aufert. Et lib. vj. Dimittit qua ſæpe gelu quod continet in ſe.

❡ Gelicidium ipſius gelu. Colu. Vt prius cōualeſcant radices frumētorū q̄ hibernis imbribus, aut gelicidijs pruiniſue infeſtentur.

❡ Gelo as, Pli. lib. xvij. Si ꝓtinus editis fructibus gelatio magna conſecuta eſt etiam paucis dieb⁹ necat. Iuue. Pauidoq; gelantur pectore. Hinc cōponuntur Congelo & Regelo penul. cor. Colu. lib. j. Oleum quod minus ꝓuenit ſi congelatur fraceſcet.

❡ Gelaſcere eſt in gelu aſtringi. Gellius. Vina rarenter congelaſcunt.

❡ Gelabile ꝙ gelu durari poteſt. Gel Cur fluuiorū & fōtium aquæ gelu durentur mare omne ingelabile ſit.

❡ Gelidus gelida gelidum pe. cor. frigidus. Hinc cōponūtur Prægelidus, & Egelidus quod ſignificat id quod nō eſt calidū neq; frigidū. Nā e quādoq; priuationē denotat q̄uis Ser. pro valde frigido expoſuerit. Sue. de auguſto. Vngebatur ſæpius ſudabāt ad flāmā, deīde perfūdebatur egelida aqua vt ſole multo tepefacta. Ouid. Sed gelidum boream egelidumq; notū, Vbi gelido egelidū oppoſuit.

❡ Gelima gelimę penul. cor. faſciculus manib⁹ genib⁹ ligatis. Gelimarū vero multitudo meta dicitur. ❡ Hic locus mēdoſus ab impreſſore addictus eſt, vt parētheſis illa ſuperflua in vocabulo gehēna de idolo.

❡ Gēma oculis vitis quē primo emittit. Virgi. Turgēt in palmite gemmæ, Ab huius gēmæ ſimilitudine gēma lapillus vocatur, quāuis generale nomē ſit cōpræhēdēs proprie quæcūq; nec oblōga nec perforata. Augu. in dialo. Similiter ornamentorū diuerſos lapides cōpendioſe vocauit gemmas.

❡ Gēmula dimi. a gēma, quo etiā flores ſignificant̄ qb⁹ tanq̄ gēmis verno tēpore cūcta pingunt̄. & prata veſtiūtur. Apu. li. x. Plane tenui ſpecula ſolabar clades vltimas q̄ vere in ipſo ortu iam gemmulis floridis cuncta deſpigeret, Bigēmis Trigēmis, diriuatiua ſūt, De qb⁹ alibi



❡ Gemmare eſt gemmas in arboribus emittere. Colu. Cū primum vites incipiunt gemmare.

❡ Gemmaſcere in gēmas efferri, Pli. Atq; vt gemmaſcere incipient ligetur calamus.

❡ Gemmatus a, um, quod eſt gemmis ornatum.

❡ Gēmoſus a, um. quod eſt quaſi totū ex gēmis Apul. lib v. Auro facto gemmoſiſq; monilibus onuſtas eas tradit reportandas.

❡ Gemo is, ui, itum. Vnde gemitus qui eſt pectoris cū præ anguſtia in ſonū ꝓrūpit. Vñ. iumenta & inanimata cū nimis onuſta ſunt gemere dicunt̄. Ver. Gemuit ſub pondere cymba. Gręcū tamē eſt γέμω, id eſt plenus ſum, forſan ab eo quod ſequitur, vt videmus alternari ab ſcriptoribus, ſed in alia etiā ſignificatione γεμίζω, ſignificat enim īpleo imples. Quādoq; tamen Gemere ponitur ꝓ flere. & quandoq; pro canere, de ijs ſolum auibus que flebilem cātū habent. vt turtur & colūba Vergi. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Hīc fit ingemo. De quo infra. Sed talia proficiſcuntur ab metaphoris quibuſdā, quibus gręci pleni ſunt.

❡ Gemurſa tuberculū ſub minimo pedis digito, ꝙ gemere faciat eum qui id gerit inquit Feſtus. Plinius ob literatum id & nomen & malum ait.

❡ Gemini ꝓprie dicūtur duo. Verg. li. vj. Sunt geminę ſumni portę. Nā ſi tres ſunt trigemini dicūtur. ſi quatuor quatergemini. Colu. lib. iiij. Albanas equitiæ familię trigeminorū matres. Quandoq; gemini dicūtur qui vno partu naſcuntur etiā ſi tres vel quatuor vel plures naſcerent̄. Quādoq; geminus ꝓ ſimul ponitur. Pacu. Par fortitudo, gemina cōfidētia. Et gemini cœleſte ſignū quod Caſtor & pollux cōſtituūt. Varro. lib. ij, de re ruſti. geminos intelligit Apollinē & Herculem. De quib⁹ Seneca In magna tēpeſtate apparent quaſi ſtellę cœlo inſidētes adiuuariq; ſe tunc periclitantes exiſtimant. Pollucis & Caſtoris numine A Collumella dicitur Geminum aſtrū qđ. xiiij. Calendas Iunij ſol ingreditur A geminus fit cōpoſitum. Cōgeminus qui cū aliquo natus eſt, Aug, in. ps Phares cōgemino ſuo prelatus eſt.

❡ Sed poſtea q̄ de cōſtellatione geminorū tetigim⁹ dicimus totū zodiacū. in. ccclx. gradus diuidi rurſuſque ſubdiuidi in. xij. ſigna q̄ ab aſtronomis etiā dom⁹ dicūt̄. Eſt aries, taur⁹, gemini, cācer, leo, virgo, libra, ſcorpi⁹, ſagittarius, capricornus, aquarius, & piſces q̄ regiones cœlorū habēt de nominationē ab aliquo animali ꝓpter ꝓportionem & quādā cōuenientiā. Aries eſt domus Martis, nati ſub tali ſigno aſcendēte ſunt inclinati ad malitiam & rixoſi diuiteſq; & de lanificio ſe ītromittētes facit etiā capillos criſpos, & in negocijs ſuis agilles, & expeditos Loquor autē q̄tum de natura eſt ipſius ſigni, nā aliud eſſet ſcđm ſitum & aſpectū planetarū. Taur⁹ autem facit nato collū groſſum, & quia eſt ſignū vel dom⁹ Veneris, ideo enī natus mulierib⁹ dedit⁹ & agriculturę, ſed tard⁹ in negociorū & rerū ſuarū expeditiōe, Geminorū ſignū eſt Mercurij nat⁹ ſub tali aſcēdēte erit deditus literis & viris illuſtribus vel pricipibus, & tot⁹ affabilis, & ſemꝑ cū ſocietate alicui⁹ eritq; pulcher. Cācer facit natū lōgū corp⁹ habētē & breuib⁹ crucib⁹, līguā nō ſatis expeditā & qui aliqñ in ſtatu ſuo augeat̄ aliqñ vero deprimat̄ mō añ ꝓficiat, mō retrocedat, & labrū ei alterū altero mai⁹, erit tamē fortunę cito mutabilis & agilis in rebus peragēdis. Leo facit hoīem natū ſub tali ſigno crura retorta habentē vel ſignatū in cruce, & q tard⁹ ſit ad proſperitatē habēdā, tñ inclinabit̄ eſſe curialis, & habebit amicitiā dominorū, erit iuſt⁹, pius, & habebit nobilē animū, ſed iuidi eū ſemꝑ agitabūt. Virgo facit hominē ſterilē, q naſcetur oriēte tali ſigno erit tamē pulcher, & human⁹, & doctus, & qui amicitiā habebit pricipiū. Libra facit natū iuſtum, & humanū, & qui a ꝓditoribus patietur multa pericula. Scorpius ſignū Martis, q habuerit tale aſcedēs erit ꝓditor niſi alicui⁹ planetarū vel Iouis, vel Veneris benignitate minuat̄ talis malitia, vel faciet hoīes in iudicio dānari. ſed ſi Mars fuerit ī eo ſigno aſcēdēte dabit diuitias multas, vel hęreditatem, vel militiā, vel accuſator erit Sagittarius facit natū pugnacē, humanū, tenuem & affabilem, & qui equis delectetur. Capricorn⁹ facit natū ſub tali ſigno eſſe doctū. Quis nō miraretur? Preſertī in mathematicis, facit etiā effœminatū. Aquarius vero facit natū benignum, & clementem. Piſcium ſignum facit natum mercatorē ꝑ maria, vel rerū liquidarū olei vel vini & taliū rerū, & qui līguā expeditā nō habeat, ſed balbus ſit. Sed vnū admonemus vt quilibet habitet vrbes ędificatas ſub ſuo aſcēdente vt diues ſit, & plurimū grat⁹ quicunq; enī ſignum oppoſitum habitauerit. i. vrbem, ędifcatam ſub ſigno oppoſito ſēper anxius erit, pauper odio omnibus, & infortunat⁹, ideo ꝓuerbiū eſt vulgariū qui mutat locū mutat fortunā, quoniā qñq; vadit ad loca ſui aſcendentis, vbi bene agit & proſperatur.

❡ ASCē. Totū hoc ab eo loco. ❡ Sed poſtea q̄ &c. & illđ in Gemo. Sed talia ꝓficiſcūt̄, ridiculū eſt, & turpiter īſertū ab eo qui nō ſatis verborū habuerat ad cōplendas pagellas quę oīa ſuſtuliſſem, niſi tam ſtultos ſcirē, vt ſi ea ſublata norint, imperfectum op⁹ calumnient̄. Subdit author, Home. autē ī hymnis. κάστορα καὶ πολυδεύκεα ἀείσεο μοῦσα λίγεια τυνδαρίδας οἱ ζηνὸς ὀλυμπίου ἐξεγένοντο τοὺς ὑπὸ ταϋγέτου κορυφῆς τέκε πότνια λήδη λάθρη ὑποδμηθεῖσα κελαινεφεῖ κρονίωνι. ✤. Caſtora & pollucem cantabis muſa ſonora Tyndaridas qui Iouis olympij geniti ſunt, quos in Taygeti crepidine perperit venerāda Leda latenter cōmixta nebulatio Saturnio, id eſt Ioui.

❡ Gemellius diminu. Ver. Modo namq; gemellos Spē gregis ah ſilice in nuda connixa reliquit gemellę vites a Columella dictę ſunt ab vuis ſemper geminis. Nā duplices vuas vt inquit Columella exigunt.

✤ Gemibundus abunde gemens. Cc.

❡ Gemino geminas penulti. cor. duplico cuius cōpoſita ſunt Congemino, Plau. in amp. Nūc ſi pater a paterā peperit, omnes cōgeminauimus, Ingemino intus duplico. Ver. li. j. Geor. Tū liquidas corui preſſo ter gutrere voces. Aut quater ingeminant.

✤ Geminus deus Ian⁹ dicitur quaſi vtriuſq; ianuę cœleſtis potēs ꝙ ſol ſit & oriens aperiat diē & occidēs claudat. Cc. ✤ ❡ Gemines gēma quę veluti candidas manus inter ſe cōplexas habet. Cc.

❡ Gemonię ſcalæ dicebātur ad quas corpora dānatorū tracta pręcitabantur, Cor. Tacit⁹ tunc confoſſum collaceratūq; & abciſſo capite truncū corp⁹ Sabini in gemonias tradūt, Pli. lib. viij. ſcribit canē a corpore ſerui non receſiſſe abiecto in gradibus gemonijs.

☿ Gemonidę pręgnantes & plenę appellantur.

☿ Gemellaria, rię Inſtrumentū quo oleū defluit a torculari. Aug, in expoſitione ps. Quare tā cęc⁹ es, vt amurcā fluētē per plateas videas oleū in gemellaria nō videas.

❡ Gena genę vulgo palpebra dicitur, hoc eſt mēbrana quę ſuperius inferiuſq; tegit oculū. Teren. Hodie nō cōpreſſi genā genæ, Pli. Aquatilia dormire exiſtimāt nō oculorū argumēta quia nō habēt genas, ſed ipſa quiete placita ſeu ſoporata. Extremus ambitus cilium dicitur, Vnde ſupercillia in quibus eſt animi pars. Nā ex his negamus & annuimus. Hæ gęne pilos habēt in modū valli, quos a palpitando palpebras appellarunt. Genę etiā dicūtur partes illę a Cilio ad vniuerſam parē illā oculis ſubiectā q̄ barba veſtit̄, quas radi in fœminis. xij. tabularū interdicto antiqui vetuerunt, pudoris ſedes eſſe arbitrari, ꝙ ibi maxime oſtendat̄ rubor, Dictę gęnæ ꝙ in is pili gignantur. Ver. Tū mihi prima gęnas veſtibat flore iuuēt⁹. Apul. in magia. Purpuris infectas genas & oculos illiſos illices. Hæ quoniam in mali ſpeciem factę ſūt rotundę, dictæ ſunt etiam malę.

❡ Genaui⁹, a, um, idem quod guloſus ſa. ſum. varro. Hę nouiſſime in triclinium genauium introierunt e culina ꝓpter faſtidium.

¶Gen9 a greco γένος proprie principiū vniuſcuiuſq; generationis, vel ab eo qui genuit, vel a loco ī quo genit9 eſt, vt Horeſtes a Tātalo duci gen9. Et plato gñe Athenieſis eſt Patria eñi gñationis vniuſcuiuſq; pricipiū eſt quēadmodū parētes. Hic per trāſlationē gen9 etiā vocam9 multitudinē aliquorū ad vnū aliquid & ad ſe inuicē quodāmō ſe habētiū, vt Romanorū gen9 dicim9 qđ ad Romulū referf, & cognationē inter ſe habet, p quā a cęteris diſtinguitur. Hic rurſus appellaf gen9 cui ſupponitur ſpecies & p̄dicatur de plurib9 differentib9 ſpecie q̄ quaſi principiū ſit oim q̄ ſub ipo ſunt ſpecierū. Itē gen9 dicif quicquid eſt p qđ alicuius rei qualitas indicaf. Vñ genus mortis gen9 vitę, gen9 pœnę genus marmoris, gen9 coloris, & huiuſmodi. Seneca. Sūmū genus infœlicitatis miſero eſt fuiſſe aliqñ fœlicē. Verg. Quod genus hoc hominū? queve hunc tā barbara morē permittit patria? Nōnunq̄ ſumitur pro accidēte partium orationis vt cū dicimus animal eſt generis neutri. Et eſt ſciendū q̄ licet gen9 ſit tertię declinationis, in cōpoſitione tñ qñq; fit ſecūdę & adiectiuū, vt Alienigenus alienigena alienigenū. Multigenus multigēa multigenū. Pli. li. x. Multa hęc & multigena terreſtriū volucrūq; vita. Dicim9 quoq; id gen9 pro ei9 generis, vt multa ſunt id gen9 monſtra. qđ eſt fere ſimilia & eiuſdem generis monſtra

¶Gene[…]a, ū, qđ ē nobile, & ex p̄claro genere. Ver. lib. i[…]ōtinuo pecoris generoſi pull9 ī aruis. Audet & ignot[…] ſeſe cōmittere ponto. Ci. in Lel. Humilē ſane reliquū & minime generoſū, vt ita dicā, ortū amicitię, quā ex inopia atq; indigētia natā volūt. Interdū dicif forte Cic. li. iij. offi. Cūq; de īperio certatū eſſet cū rege generoſo atq; potēti. Et generoſum dr̄, qđ gñare facit, ſeu pducit. Col. li. iiij. Atq; vbi multa inuitabūt regionis commoda vt nobilē vitē cōſeramus gñoſam requiremus. Idē. li. iij. Vitā maxīe popul9 alit, & poſtea vlm9 quā Atinā vocāt ruſtici generoſiſſima ē. Hic generoſitas nobilitas & quaſi pducibilitas. Idē in eodē. Qui vineam vel arbuſtū continuere volet ſeminaria prius facere debet. ſic enim ſciet cuius generis vitē poſiturus ſit Nā quę præcio parata diſponitur certā generoſitatis fidem non habet, cum dubium eſt an is qui vendidit legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam.

¶Generale qđ ad oēs pertinet, a quo aduerbium Generaliter quod ſignificat ſimul quę ſub genere ſunt amplectendo vt amo generaliter omnes homines.

¶Generatī p ſingula genera, ſeu magis p ſingulas ſpecies, ſiquidē ſpecies genera vocam9, vt qđ ſunt genera verborū. Verg. li. ij geor. Quare agite o pprios generatim diſcite cult9 Agricolę. Varro Nō in volucrib9 gñatim ſeruaf analogia, nō ex aquilis aquilę neq; ex turdis pcreāf turdi, ſic ex reliquis ſui cuiuſq; generis. Aliqñ generatī dicif nō p ſingula genera, ſed generaliter & in vniuerſum & vniuerſaliter. Cice. libro ſecūdo de oratore. Infinitū mihi videtur id dicere in quo aliquid generatim quereretur hoc modo expetenda ne eſſet eloquētia expetendi ve honores.

¶Genero generas notę ſignificationis. Hui9 cōpoſita ſūt Cōgenero p adiūgo aſſocio. Ennius. Quē mihi cōgenerat affinitas, Degenero, de quo ī Degener. Ingenero qđ mō ſignificat genero, mō int9 genero. Lactā. lib. vj. De9 itaq; cū hominē primū fingeret mirabili prouidētia ingenerauit ei prius iſtas animi cōmotiones vt poſſet capere virtutē. Cice. li. offi. Eadēq; natura vi rationis hominē cōciliat homini, & ad orationis & vite ſocietatem īgēneratq; in primis pręcipuū quēdā amorē in eos qui pcreati ſūt. Progenero vlta generatiopē pduco. Colu. Nā & humidę res & ſiccę, qua terra progenerat, facile vitiāf. Hinc pgenies p genere & familia Regenero rurſus gñ[…]. Lact. li. iiij. Ex eorū ſemīe regenerari eū iuſſit

✤Generiana pyra ſic dicta ab iſtore ſiue plātatore. Cc.

¶Genex filię meę vir quia ſit generis ppagator, Adhibetur eni ad gen9 augēdū, a quo progener. Hūc appellat auus neptis ſuę virum.

¶Genitor modo pater dicitur, mō ad honorē refertur. Similiter genitrix & p mare, & verationis gratia.

¶Genitus a gigno gignis idem quod natus. A quo vnigenitus primogenitus & progenitus.

¶Genitura quādoq; generationē ſignificat. Gelli9. Ac multo etiā anteq̄ pater ipſe ac mater naſcerētur ex eorū genitura debuiſſe iā tunc proſpici. Quādoq; ſemen hominis quod & ſemen genitale dicitur.

¶Genitalis & hoc genitale. Idē quod natalis. Vñ genitale ſolū dicif patriā in qua nati ſum9, quod & natale ſolū appellaf. Ambro. Ranūculi circa genitales ſtrepūt paludes. Et genitalē diē quo ſcilicet geniti. i. in lucē prodi ti ſum9. Genitalia ſemina, quib9 aliquid pcreatur & gignitur. Verg. lib. ij. geor. Vere tumēt terræ & genitalia ſemina poſcūt. Colu. li. iiij. Adhibēda ratio eſt ſubtilior vt ex his partib9 trūci ſumāf q̄ & genitales ſunt & maxime fertiles. Idē li. viij. Fœminis quoq; vuluę ferro exvlceranf. & cicatricib9 claudūtur ne ſint genitales id eſt ne poſſint generare. Genitalia mēbra ſiue genitales partes dicūtur pudēda tā in viro q̄ in fœmina Aug. lib. xiiij. de ciui. dei. Seminaret igitur plē vir, ſuſciperet fœmina genitalib9 mēbris qñ id opus eſſet. Colu. li. vij. Elicitur cupiditas odore genitaliū admoto narib9. Idē in eodem Et ipſos neruos quos gręci cremaſteras appellant, q̄ ex illis genitales ptes dependent compręhenſos.

¶Genitiu9 a, um, quod habet vī generādi. Vñ gentiu9 humor, & genitiu9 caſus. Et genitiuus dr̄ quaſi genitalis a natura ingenit9 & genuinus, & originalis, & cū naſcente cōgenitus, vt genitiuę notę, q̄ ſūt maculę a natura ingenitę. Sueto. de Auguſto. Corpore traditur maculoſo diſperſis p pectus atq; aluū genitiuis notis in modū & ordinē & numerū ſtellarū cœleſtis vrſę.

¶Genethlius latine natalis dicitur qui & deus nuptijs p̄fectus putabatur ab antiquis, vt ſcribit Hierony. Scribit autē Suidas q̄ etiā Genethlius paleſtinus fuit expertus ſophiſta diſcipulus Minutiani & agapeti, qui tandē viridi ęuo morif, Scripſit autē multa λαλιάς ἤτοι Διαλέξεις καὶ μελέτας, & multa alia, vt mirabile ſit dictu tā paucis annis vitę tanta ſcripſiſſe.

¶Genethliacus q ex die natali fortunā hominis & ſucceſſum pnūciat ἀπό τοῦ γεννάομαι φῦσαι καὶ γενέθλη γένος ἀρχὴ γενέθλου, ✤. id eſt. γεννάομαι naſcor & γενέθλη genus.

¶Geni9 veterū ſentētia dicif vniuſcuiuſq; anima rationalis. Ideoq; eſſe ſingulos ſingulorū. Fuere etiā q dicerēt genios deos aquā, terrā, ignē, & aerē, q̄ rerū ſemina ſunt, elemētaq; appellata. Duodecī quoq; ſigna lunāq; & ſolē inter hos deos putabāt. & a gerendo q̄ multa gerere poſſēt. Gerulos, deinde genios vocitarūt. Cēſorin9 ſcribit Genios dictos quia vt gignamur current, ſiue q̄ vna gignantur nobiſcū, vel etiā quia nos genitos ſuſcipiāt ac tueanf. Certe a ginēdo genius appellatur, Eūdē eſſe Geniū & larē multi veteres memorię pdiderūt. Euclides Socratic9 duplicē omnibus omnino nobis geniū dicit appoſitū. Hoc eſt duos lares. Hi etiā penates dici ſolēt. Ab aliquib9 geni9 dicif vis & naturæ de9 hoſpitalis, & ipſa voluptas, Scītra de antiquitate verborū li. iij. Scio geniales homines ab ātiquis appellatos q ad inuitandū & largi9 apparēdū cibū pmptiores eſſent. Iuxta qđ etiā Seruius interpretaf p voluptuoſe & cōuitiali, Vir. li. j. Geor. Inuitat genialis hyēs Nā quoties voluptati operā damus Genio operā dare dicimur, ſicut e cōtratio apud Terētiū. Suū defraudās geniū, cū parce viuimus & a voluptate ceſſam9. Gebetes theban9 ī pictura mūdi. ταῦτα μοὶ δοκεῖ καλῶς μὴ δοκεῖς ἐξηγεῖσθαι ἀλλ' ἐκεῖνο οὐδέπω ἡμῖν δεδήλωκας, τίνα ὁ δαίμων τοῖς εἰσπορευομένοις τὸν βίον ποιεῖν. ✤. Id eſt Hæc autē pulchre mihi videris exponere, ſed illud nondum nobis declaraſti q iubet nomē ingrediētibus in viā facere. Proclus autē Platonic9 in theurgicis diuinit9 loquif, eū legāt q curioſius talia querāt & p Horatij loco & de alijs auctorib9.



¶Genij etiā guloſi a veterib9 vocabāf & vētri ſemper īdulgētes Lucilli9. Genię illę vetulę īprobę ineptę. Cc.

¶Genialis & hoc geniale qđ ad geniū pertinet. Vñ genialis lectus q in nuptijs ſternitur in honorē genij. Genialis homo hoſpitalis atq; ad inuitandū & largius apparandū promptior. Ver. Lucent genialibus altis.

✤Geniana gēma quā inimicorū pœnas efficere aiūt. Cc

✤Genō cępę gen9 cui acut9 ē ſapor & lachrymoſ9. Cc.

¶Genuini dentes poſteriores, q̄ in extrema gingiua in homine gignuntur nouiſſimi. Nā circitar vigeſimum annum multis etiā octogeſimū innaſcuntur. Dicti genuini q̄ a genis depēdeāt, vel a gignendo q̄ cū homine generentur, & cū ipſo intereant. Cicero. Dentib9 in ore cōſtitutis manditur, atq; ab his extenuatur atq; molif cibus. Eorū aduerſi acuti diuidunt eſcas. intimi autē cōficiūt q genuini dicunf. Hos ſatyrorū inſtrumēta eſſe ad morſū oſtendit, Perſius. Secuit Lucillius vrbē te Lupe te Muti & genuinū fregit in illis. Hieronym9 ad Marcellā. In plęriſq; puincijs familiare eſt vt genuino dente ſe lacerent. Iuuena. ad morſum eſculēti referēs ait. Quę genuinū agitē non admittentia morſum. Hos autē genuinos gręci κυνόδοντας noſtri caninos dentes appellant.

☧Genuin9 ſermo. i. natiu9 ac pericularis Apul. Genuino ſermone nomen Auguſti Cęſaris inuocare tentaui.

☧Genocha beſtia paulominor vulpecula colore inter nigrum & croceum, maculis nigris interpoſitis, manſueta eſt ſi non laceſſitur.

¶Gens & natio differunt, q̄ in ſe cōtineat gēs q̄ natio: Nā gēs ē tāq̄ gen9, natio ſpecies. Gēs eni habet ethruſcos, vmbros, picenos, & hmōi. Cic. lib. j. offi. pprior ē eiuſdē gentis nationis lingue qua maxime cōiungūtur.

✤Gens a genus deducitur, u, litera detracta & modo natione ſignificat. Ver Gens inimica mihi thyrrenū nauigat ęquor modo familiam inde gentiles. Cc.

¶Gētiles qui ex eadē familia ſunt. Et qui eiuſdē nominis ſunt qui & cognomines dicuntur. Vñ Cincius. Gentiles mihi ſunt, qui meo nomine appellātur. Vnde. Cic. li. i. Tuſculanarū. Pherecydes ſyr9 primū dixit aīos hominū eſſe ſempiternos. Antiquus ſane. Fuit eñi meo regnante gentili Hoc eſt ſeruio Tullio. quia eiuſdē nominis erat, Et hoc eſt qđ ait Pli. Seruos dominorum fuiſſe gentiles id eſt eodē nomine appellatos quo domini appellabātur, vt Marcipor & publicor. Ci. in Topicis. Gētiles ſunt qui inter ſe eodem ſunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit & qui capite diminti non ſunt. Idem lib. i. ad Herē. Si paterfamilias inteſtatus moritur familia pecuniaq; eius agnatorū gētiliū q; eſto. His gētilitas peculiariter eſſe dicitur cū neq; ſeruorū neq; libertinorū gentilitas vlla ſit. Itē Gētile dicitur quod eſt gentis ppriū id eſt familiare vt apud Iuuenalē qui gentilia typana dixit id eſt gentis propria. Sueto. de Tyberio. Capillo pone occipium ſummiſſiore vt ceruicē etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur. Et gētes dicūtur nationes. Verg. Quas gentes Italū, quas non oraueris vrbes. Rurſus gētiles dicti ſunt idęlorū cultores q aliter q̄ chriſtiani de deo ſentiūt Diuerſę enim gētes innumerabilia numina habuerunt, qui in gentilium id eſt maiorū ſuorum fide perſtiterunt nec religionis cultum mutauere.

¶Gentilia nomina dicūtur, quę originē gētis vel familiæ declarāt, vt Portius Cornelius. Gellius. vulgus autē quos gētilitio vocabulo chaldęos dicere oportet mathematicos dicit. Sic Gentilitia nota a Liuio. Gētilitia funera a Plinio nuncupātur. Aliqñ tamē Gentiliū a gente id eſt natione non a familia vſurpatur. Inde gentilitia ſacra dicūtur a Liuio quę ſtatuta ſunt eidē gēti. Gentilitium ſacerdotium quod ad ius familię pertinet Et nunc vulgo ius patronatus dicitur.

¶Gentilitas propie multitudo ipſa vel familię vel gentis ſeu nationis alicuius & ipſi gentiles.

¶Genſelia quę ex multis familijs conficitur.

¶Geneſis pe. cor. latine generatio, natiuitas. Geneth gen9 Inde genethliaci. i. natalitij q contēplantes hominū natiuitates de vita prędicūt Immo gręcū eſt γένεσις.

¶Genearcha generis princeps.

¶Genealogia pe. p. ſermo de origine generatiōis γενεᾶς generationis & λόγος ſermo. Hiero. Notādū in genealogia ſaluatoris nullam ſanctarum aſſumi mulierum, ſed eas quas ſcriptura repręhundit.

¶Gentiana hęrba amariſſima & medicīalis, ſic dicta q̄ eā rex gentius inuenerit, vt inquit Pli. lib. xxv. Paulus autē ęgineta medic9 excellentiſſimus, ita ſcribit de ſimplicib9 loquēs. γεντιανὴ πόα ἐστὶ ταύτης ῥίζα διαφόρητικὴ ἐστὶ καὶ ἀλεξιφάρμακον ✤. Id eſt gentiana hęrba eſt cuius radix anheloſis auxiliatur.

¶Genu genū & Gen9 gen9 teſte priſciano declinari poteſt pro femorū ac crurū cōmiſſione. dicta genua, q̄ hęc dū infans eſt in vtero matris genus oppoſita ſint. Siue a generando, q̄ in genib9 eſt vitalitas. Hinc cōgenu dare qđ eſt genu replicato cadere vel genib9 flecti Ingeniculatū quod eſt cœleſte ſignum. Victruuius lib. ix. Pes ingeniculati. Es genunixum eiuſdē ſignificationis. Ouidius li. viij. metamor. Cōſiſtuntq; loco ſpecie remanente coronę. Qui medius nixiq; genu anguemq; tenētis. Dicitur genu de hęrbis. Vide in dictione ſtipula.

☧Genetęū promōtoriū, a Genete fluuio vocatū in quo tēplum fuit hoſpitalis Iouis, quē xeniō appellant.

¶Geneſareth a gręco vocabulo dictū eſt quaſi generās aurā. Hoc tamen ego puto falſiſſimum eſſe, nā nomina gręca nō ita cōponuntur, vt excāt in ſonum barbarum, & ideo non eſt ſic dicendum, neq; poſſibile ſcdm rectam deductionem licet enim γεννάω dicetur gręcum verbum ἀρὲθ nihil ſignificat. Nec inde ſtagnum Geneſareth dictum eſt, eo q̄ flātibus vētis criſpantibus vndis aurā ex ſe generare videatur. Idē dicitur mare Tyberiadis a Tyberiade ciuitate. Et mare galilęę ab adiacēte Galilęa puincia. Tenet hoc mare ſiue ſtagnum centū quadraginta ſtadia in lōgitudine, quadraginta vero in latitudine. Nō propter hoc mare vocatur q̄ eius aquę ſint amarę, ſed hebreę linguę cōſuetudo eſt omnes cōgregationes aquarum ſiue ſalſę ſint ſiue dulces vocare mare, ſicut in Geñ. ſcriptū eſt. Cōgregationes aquarū vocauit maria.

¶Geniculū diminutiuū. Pli. lib. xiij. Genicula autē tritico ſunt quaterna, farri ſena, hordeo octona. Quandoq; geniculum accipitur pro germine.

¶Geniculatim aduerbium ſignificat per genicula.

✤Genicularis hęrba ē quę alias heliotropiū dicif. Cc.

¶Geniculatum dicitur q̄ frequentius geniculis cōſtat, vt heliotropium. Ob id genicularis gerba vocatur.

¶Genunē pe. pro. a gino generatio dicitur vt in euangelio. Genimina viperarum.

¶Geneſtrę arbuſculę quędam.

¶Genua Liguſticū ēporiū. Hinc incipit Apēnin9 mōs diſtatq; a Sabatijs ſtadijs ducētis & ſexagīta, Eſt autē extremū Allobrogū oppidū pximū heluetiorum finibus. Ex eo opido pōs ad heluetios pertinet. Inter Varrū & Genuā habitāt. Ligures. Dicta Genua a genu, quia habet tanq̄ vnū genu recuruū a latere maris, vel a Genuo Saturni filio qui fertur eā cōdidiſſe. vel, vt quidā aiūt, a Genuino Phaetontis ſocio, Alij etiam a Iano Italorum rege. Hanc Anibal penitus deleuit, ſed Cornelius Seruilius conſul inſtaurauit, ſicut Liui. refert. Hic fiunt adiectiua genuēſis & genuanus. Quidā ex imperitiorib9 Ianuā hanc vrbē appellant, q̄ a iano cōditā dicant. Cur autē dicaf Liguſtica regio apparet nō obſcurū a lyge gigante, qui Herculē profligauit Marſiliā vſq; poſt aduētū ab geryone defraudatis illis armētis de quo etiā Euſtathi9 in cōmētarijs Dionyſij libyci multa diſcurit, & multa alij græci ſcriptores, & quid actum ſit vbi Iuppiter venit in auxiliū hęrculi, aliter enim actū erat de Hercule vt gręci ſcribūt. Habitauit Lygis ppe chryſopoli. i. Parmū, & Rhegiū Lōgobardię, & Murinā, & Mātuam.

¶ Geodeſia eſt ſcientia earum quæ inſenſibilibus ſunt corporibus magnitudinum & figuratum ſubdiuiſionem & compoſitionem tradens.

♃ Geodetes, qui geodeſiam nouit.

¶ Gerrę crates viminee. Athenienſes enim cum ſyracuſas obſiderēt & crebro gerras poſcerent, irridentes ſiculi gerras clamitare cœperunt. Vnde factum eſt vt gerrę pro nugis cōtemptuq; accipiantur.

¶ Gerrones nugatores a gerēdis nugis. Feſtus. Gerrones leues & inepti a cratibꝰ dicti qꝫ ſiculi aduerſꝰ. Athenienſes cratibꝰ proſtratis vſi ſunt, quas gręci gerras appellāt. Auſo. ad Symmachū. Miſi itaq; ad te friuola gerris ſiculis vaniora. Hinc fit cōgerro ꝓ cōnugone. Plau. in Perſa, Iam pol ille hic aderit credo congerro meus.

¶ Gerra gerrę nomē triū vrbium, quarū vna ē in Syria, alia prope Traconitas, alia in fœlici Arabia.

¶ Gerres genus locuſtrarū vt habet Plinius. Mar. teq; iuuaut gerres.

¶ Gerrꝰ fluuiꝰ Scythię ſeptimꝰ ab iſtro memoria dignꝰ

¶ Geron gerōtis latine ſenex. Gerōticus Senilis. Gerōtia diminutiuum vetulus quē latini Senicionem Seniculumq; dixere. Geronticos aduerbiū seniliter.

¶ Gero geris geſſi geſtū proprie ſignificat porto. Ver. Bella manu lętumq; gero. Interdum gerere eſt habere. Idem. libr. iȷ. Et nos aliquod nomenq; decuſq; geſſimꝰ. Interdum facere. Idem. libro. ix. Nec tecum talia geſſi. Magnanimum æneam & phama extrema ſecutꝰ. Interdum adminiſtrare. Cicero in Catone. Qui ampliſſimum magiſtratum ge ruut. Hic dicūtur geſta & geſtę res. Cū accuſatiuo reciproco ſignificat viuere. Ambroſius in Lucam Si quis ſecundum Chriſti precepta ſe geſſerit, iam non lectus doloris eſt, ſed quietis Huius compoſita ſunt Aggero, Congero, Digero, De quibꝰ locis ſuis. Egero extra porto. Lactātius lib. ȷ. Qui fimum ſtabulo q̄ qui vitia de corde egerit. Col. lib. iȷ. Auium primum habetur ſtercus quod ex colūbariȷs egeritur. Vnde quādoq; pro euomo vel ventrem exonero poniꝫ. Ingero. Vide alibi Oggero intendo ſeu iniȷcio, & quod vernacula līgua dicitur tener adoſſo. Plautꝰ in Trucu. Quādo intro aduenīūt, vnus eorū aliquis oculum amicę vſq; oggerit dum illi agant. Progero vltra ſeu foras gero. Colu. lib. ȷ. Ideo q; periti ruſtici qcquid ouilibus ſtabuliſq; cōuerſum progeſſerunt ſuperpoſitis virgis tegunt. nec areſcere ſolis incurſu patiunꝫ. Regero retro porto, reduco. Pliniꝰ. Et q̄uis aſſidua cōuerſione immenſę celeritatis attollantur, quoniā hauſtū omnē lucis aduerſa illo regerat vnde acceperit. Hinc regeſtū. Colu. lib. v. Vt ſit inferior tenera ſubiacēs terra q̄ nō arceat nec duritia ſua repellat nouas irrepentis radiculas. Iſtud quidē contingere poteſt. etiā ſi ager bipapalle moueatur, & deprimetur, ſcrobis ī regeſto quod eſt fermentatū plus dipondio ſemiſſe. Regerere eſt mouere. Apuleius. Nā & regeſta crapula veſtē inquinauerat. Suggero ſubminiſtro, ī cor ponoſeu ſupporigo. Aug. li. i. de ciui. dei. Nā cū ei ſcriba ſuggeſſiſſet qd de ſignis deorū q̄ molta capta fuerant fieri iuberet cōtinentiam ſuā iocūdo cōdiuit. Hiero. Ad palinum. Quicquid aliȷs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere ſolet illis ſpirituſſanctus hoc ſuggerebat. Hic ſuggeſtus. Sunt & alia cōpoſita, vt belliger armiger, & multa huiuſmodi quę omnia habent penultimā correptam

¶ Gerulus penultima correpta portator, qui fert aliqđ onus & ꝓ baiulo accipitur. Baiulum eīm dicimꝰ qui mercedis gratia onera ferre conſueuit, Suet. in Caligula Ex gerulorū diurnis quęſtibus pars octaua exigebatur Hic nugigerulus nugarum apportator.

¶ Gerūdiū nomē participale appellaꝫ. Caret numeris & perſonis & ſub vna voce actinā & paſſiuā ſigificationē gerit. Vñ a gerendo duplici ſignificatione quidā gerūdia dicta eſſe exiſtimāt. A parte poſt ſeruat cōſtructionē ſui verbi & habet quatuor caſus, genitiuū, datiuū accuſatiuum & ablatiuū, Genitiuus iūgitur, nominibꝰ ſubſtantiuis in vtraq; ſignificatione vt habeo volūtatem docendi te bonos mores. Vergi. Et q̄ tanta fuit Romā tibi cauſa videndi. In paſſiua vt habeo voluntatē diſcendi rhetoricā a preceptore. Datiuꝰ iungitur adiectiuis nominibus in vtraq; ſignificatione, vt ſum aptus diſcendo rhetoricā. Et ſum aptus diſcēdo rhetoricā a preceptore Inuenitur ſoluēdo nō ſum, quod nunq̄ patitur ſecum ſubſtantiuū, & regit poſt ſe datiuū, licet nō ſemper apponatur. Cice. Lentulo. Ciuitatū principes ad me detulerunt ſumptus decerni legatis nimis magnos cū ſoluēdo ciuitates nō eſſent. Interdū aliū caſum. Quītilia. Maximum virorū & quibꝰ artis ſuę ſoluendo nō ſit humanitas Accuſatiuus iungiꝫ verbis ſignificantibꝰ motū ad locū, vt vado ad legendū Vergiliū. Et in ſignificatione paſſiua. Saluſtius. Cū ipſe ad impetrandū aſſidue vocareꝫ id eſt vt ei imperaretur. Itē cū verbis ſignificātibus permanentiam, vt maneo hic ad legendū. Sum paratus ad audiendū, & ſum idoneus ad intelligendū. Ablatiuus tribus modis accipiꝫ. Primo ſine regimine, vt legēdo diſco, & currendo cecidi. Et ponitur actiue & paſſiue. Ver. Actiue cantando tu illū. Paſſiue. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, Idem. Aliturvitium creſcitq; tegendo id eſt dū incantantur & dū tegitur. Secūdo cū prępoſitione de, ex, a, ab, cū, vel in, Cice. ex quo ardeſcit ſiue amor ſiue amicitia. Vtrūq; enim dictū ab amādo. Idē In deferendo maior labore eſt q̄ in accuſando. Quintili. Cū pręcipere, de apte loquēdo cœperimꝰ. Tertio cū verbis ſignificantibus motū de loco, vt venio ab arādo redeo aſpectando. Licet magis vſurpemus ab aratione, & aſpectaculo. Quō autem gerundium a participatio differat, vide in dictione Participium.

♃ Gerontocomion vbi alimoniæ ſubminiſtrantur ſenibus deſtitutis.

✤ Geryō, nomē regis hyſpani qui ob triplex regnū corpore triplicato fertur conſtitiſſe quē Hercules interfecit eiuſq; boues abſtulit, præfuit enim tribꝰ inſulis, quę adiacent hiſpanię beleariçę maiori & minori, & Ebuſæ, & fingitur etiā bicipitem habuiſſe canē, quia & terreſtri & nauali certamine plurimū potuit. Quod nomē etiā Geriones, onę, & Geryones, is, & geryoneꝰ, ſecundū Priſcianuū declinari pōt. Hic gerionaceꝰ, cea, ū, Plau. Qui mihi intromiſiſti in ędibus quingentos coquos, cū ſenis manibꝰ, genere geryonaceo. Ariſtophanes. βάλ(λ)ε Διαμὰς χεβαὶ γηρύονη τετραπτίλωσον λὰς ἀντίτου πετρακέφαλο ὀγὰς γηρυόνης τρικέφαλος ... ἔχει ... ἥρακλα. ✤. Id eſt vis pugnare geryōi tetraptiio, vt Suidas interpretatnr tricipiti, quia geriones triceps fuit certamē inuit cum Hercule.

¶ Germē diciꝫ qđ ex arborū oculis naſcitur ſurculꝰ pregnans a generendo, diciꝫ & generationis principium.

¶ Germino as, pe. cor. pullulo, & germē emitto. Cuius cōpoſita ſnnt. Cōgermino, quod eſt coaleſco, ſocio, cōiugo. Var. li. iiȷ. rerū hu. Poſtea cū his vnā rēpu. cōiūcti ac cōgerminati tenuere, Egermino extra germino Col. li. v. Nā plurimū intereſt nō eſſe lōgū ſacramentū quod inſeratur & rurſus pluris oculos quibꝰ ingerminet in eſſe. Pro germino vltra germinando eo. Idem in eodem Vt & radices deorſum agat, nec ex propinquo negligēter in ſumma terra reſecta progerminet.

¶ Germinaſco germinaſcis & eiꝰ cōpoſitū cōgerminaſco, ſignificāt coaleſco, cōiūgor. Quadrigariꝰ. Facite exēpla eorū, vt cum illis congerminaſcere ſciatur.

¶ Germani quaſi ex eadē ſtirpe geniti. Differtq; germanus a fratre, qꝫ ille de eadē genitrice ſit natus nō vt multi dicūt de eodē germine natus, quos varro tantū fratres vocat. Hoc tamen cōfundit vſus. Inuenitur enim Germanus eſſe a patre patris, & fratre qui ex ſolo patre, vel ex ſola matre natus ſit Fœminiū huius nominis eſt Germana Virg. Inueni Germana viam gratare ſorori.

¶ Germania regio q̄ a Gallis, Rheniȷs, ac pānonis rheno & Danubio fluminibus, a Sarmatis Daciſq; metu mutuo ac montibus ſeparaꝫ. Hinc germanici & germanicani. q̄ inter ſe differūt, ſicut Hiſpanienſes ab Hyſpanis ſeparāꝫ Siciliēſes a ſiculis. Nā germanicani dñr milites Romani ī Germania militātes. Germanici q ex germania ſunt. Suet. in Tyberio. Flagitabāt ambo exercitus multa extra ordinē ante omnia vt ęquareꝫ ſtipēdio prętoriani germanicanis. Idē infra. Neq; enī deteriores eſſe, aut Hiſpaniēſi exercitu, q Galbā, aut Germanico q Vitelliū feciſſet. Germanici etiā dicti ſunt quidā imperatores a deuictis germanis. Dicūꝫ & Germani ipſi indigenę. vt Strabo. li. ſeptimo. teſtatur, perīde ac fratres qm̄ & ꝓceritate corporū & colore flauo, & forma, & moribꝰ, & viuēdi ritibus pares exiſtimanꝫ. Hi antea Teutones appellabāꝫ a Teutone eorū deo, quē terra ortū exiſtimabāt. Poſtea Alemāni dicti ab huiuſmō dei filio Manno. Aliȷ Alemanos ad Lemanū lacum natos volunt.



¶ Gergonia oppidū in altiſſimo mōte ī regione Aruernorū. Cuius meminit Suetonius in Cęſare.

¶ Geruſia ingręcis vrbibꝰ vocabant cōuentū ſenum, apud nos ſenatū & ſenaculū ab ętatis vocabulo. Pliniꝰ li. xxxv. Sic extruere domū regiam Attali Tralibus. Itē ſardibꝰ Crœſi, quā geruſiam fecere. Victruuius, Crœſi domus quam ſardiani ciuibꝰ ad requieſcēdū ætatis otio ſeniorū collegio Geruſiam dedicarūt. Varro. Senaculū vocatū vbi ſenatus aut vbi ſeniores conſiſterent dictum Geruſa.

¶ Geſto as, ſępe vel q̄ſi cōtinue gero. Hiero. ad Helio. Hic eſt ille operariȷ & quęſtuarię filiꝰ, hic qui matris geſtatus ſinu hominem deus fugit in ægyptum.

¶ Geſtito as, pe. cor. frequentatiuū. Plautus in Cur. Rogita vnde iſtuc habeat annulū pater iſtū meus geſtitauit Geſta acta. vide in dictione Acta.

¶ Geſtus geſtus eſt id quo indicatur quid geratur.

¶ Geſtus a, um, participiū a gero.

¶ Geſtuoſus a, um, quod eſt plenū actibus letitię.

¶ Geſtamē quicquid geritur, vt veſtes, arma, ſceptrū, Vergilius libro tertio. Aere cauo clypeum magni geſtamen Abamtis poſtibus aduerſis figo id eſt quod geri ſolebat a magno Abante.

¶ Geſtatoriū appellaꝫ lectica, ſella, ſiue carruca & oīe id in quo geſtamur. Hiero. li. iȷ. mac. In geſtatorio portabaꝫ. Antiochus vt de corpore impiȷ vermes ſcaturirēt. Sue. de Claudio. Solitꝰ etiā in geſtatorio ludere. Dicimꝰ etiā geſtatoriꝰ a, ū, vt ſella geſtatoria. Sueto in Nerone. Interdiu quoq; clā geſtatoria ſella delatꝰ in theatrū.

¶ Geſtio geſtis geſtiui vel geſtiȷ proprie ſignificat geſtꝰ indicantes animi affectꝰ corporefacio. Ex motu enī corporis geſtus fiunt. Qnod Cice. lib. iiȷ. ad Hærenniū docet cum ait. Motus corporis eſt & vultus moderatio quędam quæ probabiliora reddit ea quę pronunciantur. Cū ergo geſtus quidam motus corporis dextra pede ve deſignati aut capitis ictu & huiuſmodi, profecto geſtire ē geſtus facere Geſtinus autem quandoq; letitie ſeu voluptatis nimię cauſa, vt in hymno. Enixa eſt puerpera quā Gabriel p̄dixerat, quē matris aluo geſtiens clauſus ioānes ſēſerat. Cic. li. iȷ. offi. Aut voluptate nimia geſtiunt quorum omnium vultus, voces, motus, ſtatuſq; mutantur. Aliquando etiam mœſtitię cauſa vt apud eundē lib. iȷ. ad Hæren. Sin vtemur amplificatione per cōqueſtionem fœminino plangore & capitis ictu nonnunq̄ ſedato & in conſtanti geſtu mœſto & conturbato vti oportebit. Interdum etiam quis geſtit nō pręlętitia, neq; pręmœrore, ſed pręcōcupiſcentia. Plau. in Am. Geſtiunt pugni, id eſt geſtus faciunt, ſiue mouentur. Quod autē Do. in Terent. dicit non eſſe. Geſtire quod lætum eſſe, verum dicit, quia cum prius dixiſſet quid eſt qꝫ lætꝰ ſis? ſequitur. Quid eſt qꝫ ſic geſtis. Cherea enim geſtus turpis amoris quoſdā ſignificabat. Sic Pliniꝰ lib. octauo. lętitiam a geſtu diſiunxit cum de pāthera loq̄reꝫ his verbis. Vt cauſā doloris intellexit, ſimulq; ſalutis ſuę mercedem, exemit catulos, eoſq; cū his proſequēte vſq; extra ſolitudines deductus, lęta atq; geſtiēte vt facile appareret gratiā referre. Similiter Cicero lib. iȷ. de fi. bonorum Quorum alter lętitia geſtit, alter dolore cruciatur. Significat etiā quandoq; geſtire deſiderare, ſiue vehementer cupere, ſed ſemper cū geſtu aliquo vt apud Terē. ī phor. Ego illi ſuccenſeā? ꝑm geſtio mihi dari in cōſpectū nūc ſua vt ſciat culpa lenē patrē illū factum eſſe accerrimum. Quādoq; etiā lætari ſiue delectari. ſed tamen cū geſtu. Perſius. Nō hic qui ī crepidas graiorū ludere geſtit. Auguſtinus lib. iȷ. confe. Vbi me pater in balneis vidit pubeſcentē quaſi iam ex hoc in nepotes geſtiret gaudens matri indicauit. Per tranſlationē. Cice. locutꝰ eſt ꝓ Marcello. Parietes mediuſfidius vt mihi videtur huius curię gratias agere geſtiūt id eſt quaſi geſtu videntur mihi parietes gratias agere. Et hoc vt Cæſari gratularetur. Huius compoſitum eſt Pręgeſtio quod eſt valde geſtio, vt exponit Priſcianus Horatius libro primo carmi. Ludere cū vitulis ſalicto. pręgeſtientis.

¶ Geſticulor aris, geſtū facio. Col. in pręfa. Nec minus corporum geſticulatorem ſcrupuloſiſſime requirāt ſaltationis muſicę ſtudioſi.

¶ Geſticularius a, um, quod ad facientem actus lętitię pertinet. Geſa haſta vide in dictione Cęſa.

✤ Geſeorta genus nauigiȷ, a nōnullis ꝓ ſimia dicta. Cc.

✤ Geſos viros fortes galli vocant. Cc.

¶ Geſſus fluuius apud Iones.

¶ Geſſuri pe. pro. regio in Aſia.

¶ Geſſemani pe. cor. villa pinguiſſima interpretatur.

¶ Geſſen locus ægypti in quo habitauit Iacob.

¶ Geth allophilorū ciuitas fuit. Hęc nūc appellaꝫ zapli

¶ Gethę populi in Scytia Europea. Quidā Gethas dacos appellāt, vt Appianꝰ. Strabo arbitraꝫ eos eſſe Gethas qui ad pontū in orientē ſpectant Helius Spartianus Gethas dicit gothos. De his Ouid. li. de pōto. Nulla gethis toto gēs eſt truculentior orbe. Huius nominis nominatiuus ſingularis eſt getha vel gethes.

¶ Geuma, atis, guſtatus. geuo guſto cuius futurum geuſo. Vnde geuſis guſtus.

¶ Getuli Aphricę populi garamentibꝰ finitimi, & eorū regio getula dicta. Cc.

## G ANTE I

GIarus pe. cor. Inſula parua ex cicladibus circuitu. xiȷ. milliū paſſuum, ad quā noxiȷ dānabanꝫ. Iuuenalis pluraliter dixit. Aude aliquit breuibꝰ giaris & carcere dignum. Vt alias etiam notaret.

¶ Gibber & gibberoſus & gibboſus, qui gibū, id eſt tumorem in dorſo habet, quāuis & pro alio quocūq; tumore ſolido ponatur Iuuenalis. Attritus galea mediȷſq; in naribus ingens gibbus & acre malum ſemper ſtillantis ocelli. Gibbus & gibba ipſa tumor. Plinius gallinarum genus gibbatum vocat, ipſe quoq; gibbus nominaꝫ gibber. Iunenalis. Attritus gibbere naſus, Iulius firmicus tradit naſci gibberoſos, qui in ſeptima parte arietis habuerint horoſcopū. Cor. Cęlſus tamen docet ſtrumā extantiā quandā in tergo gibbū vero in pectore.

¶ Gigas gigantis vir altiſſimę ſtaturæ & terrę filius a poetis fingitur, cū nihil aliud gigantes fuiſſe credendū ſit q̄ hominum quandam impiam gentem deos negantem, & ideo creditā deos e cęleſti ſede pellere voluiſſe Hinc giganteus a. um, nomen poſſeſſiuū. Ioſephus vero lib. ȷ. Anti. dicit gigantes fuiſſe ex demonibꝰ incubis progenitos. Idem Aug. lib. xvȷ. de ciui. dei. & Euſebiꝰ de prępara. lib. viȷ.

¶ Gigantomachia, gigantum pugna.

¶ Gigeria. Vide in dictione gingeria.

¶ Gigno nis. genui vel gignui: ſcđm Diome. gēitū ſignificat genero. Lact. li. iiiȷ. Hac ꝯditione gignimur. Huiꝰ cōpoſitum eſt Ingigno, quod eſt intus gigno Col. li. iiiȷ. Tāquā naturali & ingenita ſterilitate laborātibꝰ. Hic ignis dictꝰ eſt quod in eo, nihil gignaꝫ & pregnās quę iā occupata eſt in generando quod cōceperit, & begninꝰ

nomẽ compoſitum ex bono & gignendo.

¶ Gilo nomẽ ciuitatis, a qua Gilonitę pe. pro. homines in ea habitantes dicũtur. Eſt & nomẽ viri. Iuuena. Vnciolã proculeius habet, ſed Gilo deuncem.

¶ Giluus colorˀ mediꝰ inter albũ & rufum, ☩ vt Sentit Gel. Scribit. n. eſſe tria genera nigrũ, albũ, mediũ, quod vocãt κίρρον. Giluũ Alij colorẽ buxeũ vulgo gialdũ. quidam flauum intelligunt qui ex viridi & rufo & albo concretus eſt. Ser. Mellinũ intelligit alij cinericium.

¶ Gindes fluuiꝰ qui per Dardanos fluẽs ĩgredit̃ Tygrĩ

¶ Gingiuę pe. pro. in quibꝰ dentes ſunt a gignẽdis dẽtibꝰ. Lactã. lib. de opi. Dẽtes autẽ ipſos ne magis horrori q̃ ornamẽto eſſent gingiuis mollibꝰ quę a gignẽdis dẽtibus nominantur, ac deinde labiorũ tegminibus honeſtauit. Iuuenalis Frangendus miſero gingiua panis inermi. Huius diminutiuum eſt gingiuula, Apul. Complanatorem tumidę gingiuulę.

✤ Gingiuerĩ ſiue gingiberim piperis radicẽ eſſe phibẽt quidã, ſed falſo. Naſcitur id in arabia & troglodytica Cc.

¶ Gingrio is, gingrij gingritũ, Eſt autẽ Gĩgrire anſerũ vocis ꝓpriũ. Vñ genus quoddã tibiarũ exiguarũ a voce anſerũ. Gingriuę dicũt̃. A quibꝰ Gingritor tibicen.

¶ Gigeria ex multis obſonijs decerpta appellant̃. Quidam Gigeria ſine n. ſcribunt. Eſſeq; gallinarũ inteſtina & quę cũ his coquebantur. Lucillius gigeria ſunt ſine allio, his veſcamur alacriter.

¶ Gion fluuius q apud ęgyptios. Nilus vocat̃. In paradiſo oriẽs vniuerſam circuit ęthiopiam. Ioſephus Gion quoq; per ægyptũ fluẽs oſtendit eum qui nobis ab oriẽte redditur, quẽ gręci appellãt. Nilũ. Significat hoc nomẽ terrę hyatum. Quo nomine etiam vocatus eſt mons in Iudæa apud quẽ Salomõ in regem vnctus fuit.

¶ Girgillus inſtrumentum quo filij reuoluuntur.

¶ Girim mons apud garamentes, in quo naſci gemmas vetuſtas teſta eſt.

☩ Gith, genus ſeminis, Col. li. vij. Interdũ faſtidio ciboꝛũ angueſcit pecꝰ eius remediũ genꝰ ſeminis quod Gith appellat̃. Pliniꝰ ſcribit aliquis id melanthion, alios mel aſperniõ appellare, optimumq; excitatiſſimi odoris, & quã nigerrimũ. Colligitur ſuccus eius vt hyoſciami ſimiliterq; largius venenũ eſt quod miremur quũ ſemen gratiſſime etiã panes condiat. Pla. Gith, excalfactat.

## G ANTE L

GLaber a, um, qđ eſt lęne & ſine pilis. Plaut. ĩ Aulu. Tu iſtum gallũ ſi ſapis glabriorẽ reddes mihi q̃ volſus ludius Nonius de doctorũ ĩdagine. Legitur ꝙ ludis ꝑſulis eſſent glabri ac debiles ꝓpter ætatẽ quos antiqui ludios appellabant. Aug. lib. vj. de ciui. dei. A quibus autẽ adſpernentur glabros aut male barbatos videremus. Huius diminutiuum eſt glabellus. Glabra etiam ſiue gabella vocatur interſtitium ſupercilũ ſupra naſum diſterminans, quia ſine pilis eſſe cõſueuit. Martianus capel. lib. i. Quarum vna deoſculata philogiæ frõtem illic vbi pubẽ ciliorũ diſcriminat glabellę medietas.

✤ Glabriores idem qđ glabri. Et apud Romanos erat glabriorm familia. Ex qua Accilius Glabrio vir Romanus fuit.

¶ Glabreta a Columella dicũtur loca quę nihil ferunt. Hęc græci phalacras quaſi calueta appellant, quę ſatis fructibuſq; nuda ſunt.

¶ Glabreſco glaber fio, ꝓprie glabreſcere eſt ſine pilis aut capillis aut plumis fieri, quod euenit nõnũq̃ morbo aliquo Tranfertur etiã quandoq; ad hęrbas. Columella. libro ſecũdo. Nã dũ a pecudibus legumina proculã tur, hærbæ etiam vngulis atterunt̃. Atq; ita glabreſcit. & fit idonea ſenibus area. i. fit glabra mundaq;.

¶ Glacies aqua congelata gelu, quaſi galacies.

¶ Glaciari eſt glaciem cõuerti. Plinius. Flore eius aquã glaciari Pythagoras tradit.

¶ Glacitare ꝓprium eſt vocis anſerum Ouid. Cacabat, hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer.

✤ Glacialis a glacie deducitur & eſt quod in glaciem aſtringi ſolet. Iuuenalis. Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem. Cornucopie.

¶ Gladius enſis, a clade dici videtur, qui ad cladem ſit inuentus. Dicitur & gladiũ neutro genere, vt docet Varro. Hinc degladior aris, de quo alibi. Eſt & gladius genus piſcis marini.

¶ Gladiolꝰ paruus gladiꝰ. Quo nomine etiã dicta ẽ hęrba, q̃dã ꝙ ſit folijs gladij ſimilis flores habet purpureos

¶ Gladiatores, dimicatores dicũtur. Cice. lib. tertio ad Herẽ. Tanq̃ gladiator habuerit. Inter gladiatores ſpecialiter ſunt retiarij, qui aduerſus mirmillonẽ pugnabãt Dicti arete quod ſub ſcuto gerebant vt mirmillonẽ inuolucrent. Mirmillones dicebant̃ gladiatores qui genere quodã gallicę armaturę vtebantur, quod mirmillonũ dicebatur. Vnde Galli. ante non mirmillones vocabãtur, in quorum galeis piſcis effigies erat. Solebant autem retiarij aduerſus mirmillonem pugnantes hęc verba cãtare. Non te peto piſcẽ peto, quid me fugis galle.

¶ Gladiatura ę. ars ipſa gladiatorum.

¶ Gladiatorius a, um, quod ad gladios pertinet, Vñ ſpectacula gladiatoria. Cyprianus ad Donatũ. Paratur gladiatorius ludus, vt libidinem crudelium luminũ ſanguis oblectet. Saluſtius. Itẽ ex ſenatus cõſilio decreuere, vt gladiatorię familię Capuam & inter cętera muncipia diſtribuerentur. De gladiatorũ origine ac cauſa Iulius Capitolinꝰ habet hoc pacto. Multi dicũt apđ veteres, hãc deuotionẽ contra hoſtes factã, vt ciuiũ ſanguine litato, ſpecie pugnarũ fortunã ſatiarẽt. Alij hoc literis tradũt, quod veriſimilius credo. Ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos, inter ſe coeuntes ne in bello armatos hoſtes timerent, aut vlnera, & ſanguinem p horreſcerẽt. Hic mos tractꝰ videret̃. Vt ĩperatores ad bellũ ꝓficiſcentes munꝰ darẽt gladiatoriũ. ¶ Glaneꝰ nomẽ ꝓpriũ viri Chij, qui primus omniũ ferri cõpactionẽ fertur excogitaſſe.

¶ Glaphyrus pe. ꝓ. feſtiuus, iucundus, ornatus, politꝰ, cõcauus, ſculptus, famoſus, aſtutus.

¶ Glans glandis & glãdis glãdis dici poteſt pro fructu arboris quercus, & aliarum arborum glandiferarũ, Pli. lib. xvj. Dulciſſima eſt omniũ glans phagi. Vir. Nec de concuſſa tãtum pluit ilice glandis. Sed quia ex his homines quõdam viuebãt, glandis appellatione, vt Vlpianus ſentit, omnes fructus cõtinẽtur. Hinc glãs plumbũ quod eſt in modũ glandis formatũ. Sal. in Iug. Pars eminus glande aut lapidibus pugnare. Item glãs pars ſũma cauſalis dicitur q̃ perpetuo tegitur oculo ſimilis. Præputiũ enim pellis eſt qua glans tegitur. Coles ipſe penis a quo Colei pẽdent. Rurſus glandes ſeu glandulę eſt morbus faucium ob quandam gladis ſimilitudinem. Ibi enĩ eſt caro glãduloſa, quę ab antiquis boni ſaporis putabatur, Martia. Partitur apri gladulas paleſtritis. Apitius. Interpones pulpas pulli glãdulas edonas. Hic illa pars ſuis laudatiſſima. Gladium dictũ eſt. Solent autẽ hæ gladulæ intumeſcere adeo vt hominem graui morbo infeſtent. Hunc morbũ etiã Tonſillas dicunt. Plinius libro trigeſimo ſeptimo de Electro, Pado vero annexa fabula euidente cauſa. Hodieq; tranſpadanorum agreſtibꝰ maxime decoris cauſa, ſed & medicine quoniã tonſilis creditus reſiſtere & faucium vitijs. Idem lib. xi. Tõſillæ in homine, in ſue glandulę quę inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato. A glãs fiunt Glandeus, a, um, Glãduloſus a, um, glandifer, glandula diminutiuum, Iuglãs, & Dijuglans, glandatio.

¶ Glãdatio glãdiũ collectio & paſtio ſuũ ex glãdibus.

¶ Glandiũ pars quędã inteſtinorũ eſt, vt inquit Priſcia Alij volũt eſſe partẽ Apri iuxta ceruicẽ vel ipſam ceruicem. In hac enim glãdulę poſitæ ſunt, Plautꝰ in Capti. Pertruncauit tribus tergoribꝰ glãdia. Inde Caro glãdionica. Idẽ in mene. Glandionicã ſuillã lardum pernam. Eſſe autẽ ſuis hanc peculiarem laudem oſtendit, Colu.



qui porcum laudat qui eſt amplę & glanduloſę ceruicis. Dñr etiam glandulę de homine. Cęlſus lib. iiij. Itẽq; arterię quas parotidas vocant ſurſum ꝓcedentes vltra aures feriunt̃ & in ipſis ceruicibus glandulæ poſitę ſunt.

✤ Glanicꝰ amnis qui & lyris appellatur, in cuiꝰ ripa tẽplum fuit Maricę nymphę Minturnenſis. Cc.

¶ Glarea pe. cor. terra ſabuloſa quę in fluuiorũ ripis vel maris littoribꝰ reperitur. Hie. in terra aurũ quęrit̃ & de fluuiorum alueis ſplendens profertur glarea. Luc. Aut impulſa leui turbatur glarea vena. Huiꝰ diminutiuũ eſt Glareola cum accentu in antepenult. Plau. Glareolam manu effudẽs. ¶ Glareoſus a, um, quod eſt plenũ glarea Pli. li. xxvj. Silaris naſcitur glareoſis & perẽnibus riuis cubitalis apij ſimilitudine.

✤ Glaſtũ hærba ſimilis plantagini, qua Britanni ſe inficiũt vt author eſt Cęſar, quo horridiori ſint aſpectu in pugna. Efficit enim cæruleum colorũm.

¶ Glaux γλαῦξ gręce auis nocturna a qua glaucus color

¶ Glaucus color vti placidus grammaticus docet interdum ponitur pro viridi. Eſt enim qui admixtũ habet viroris alborem. Vnde Verg. Glaucas ſalices & oliuas dixit. Itẽ in hoĩbus & equis glauci oculi pro ſpendidis dicuntur Hunc colorem quidã Cæſiũ vocant Legimꝰ nõnunq̃ & maris colorẽ glaucum ſed tunc quãdo caneſcit fluctibus. Vñ glaucus deꝰ marinꝰ ſenior fingitur ex piſcatore conuerſus in deum gramine guſtato. Fuit & alius Glaucus qui primus ferri conſolidaturam inuenit. Aliꝰ Hyppolyti filius a quo Iones nati ſunt reges. Multi ꝙ hoc noĩe ſunt vocati. ☩ Inter quos fuit Minois filius in mellis dolio necatus & eſculapij ope reuixit. Itẽ Glaucus cariſtius pugil ex Euboia qui ex aratro in olympia productus ſępe vicit. Glaucus item phormęus ex Bœotia memoratur quẽ libidine furentes equæ laceuerunt. Hic maris eſt numen Apud Strabonem Libyę ſinus eſt & amnis ibidem vt inquit Plinius.

☩ Et Glaucus nomen piſcis eſt.

¶ Glauciolus dicitur equus qui fellineis oculis eſt. Cc.

¶ Glaucium hęrbę genꝰ ſylueſtris & erraticę rumagrũ vocatur. Alij paralaiõ dicunt. Naſcit̃ ĩ afflatu maris, aut nitroſo loco, inde nomen aſſumpſit. Nam Glaucus cæruleũ ſignificat qui color eſt maris.

¶ Glaucinũ gręce dicitur oleũ muſtũ hoc eſt expreſſum anteq̃ oliuę prẽmantur, Nã gręce, γλαῦκος latine muſtum. ¶ Glaucoma atis, glaucomatũ, ati, & glaucoma ę, vitiũ humoris eius qui cryſtallinus appellatur in colorẽ glaucũ mutantis in oculo. Plau. in Mili. Glaucomam ad oculos obijciemus. Serenus. Si vero horrẽdum ducent glaucomata plũbum. Spiritus alteriꝰ prodeſt qui grana cymni Pallẽtis mãdens viſus exhalat ĩ ipos. Hypochyſis vero ſiue quod idem eſt Hypochymata quę nos ſuffuſiones vocamus oculorũ fit ex humore inter corneã & chryſtallynã partẽ cõcreto Interdũq; hęc oculi potẽtię q̃ cernit̃ ſe opponit. ¶ Glaucopis pe. co. idis. habẽs oculos cęſios. Quo noĩe dicta eſt Pallas quę a latinis dr̃ Cęſia. Diodo. ſcribit aerẽ nominatũ eſſe pallada, & ideo dici glaucopin quoniam aer glauci, hoc eſt viridis ſit aſpectus. ✤ Gleſſum electri ſpẽs, quo Gleſſaria ĩſula abũdat. Cc. ¶ Gleſſaria inſala ĩ Oceano germanico quę Solino teſte cryſtallum dat & ſuccinum.

¶ Gleba cęſpes terrę dicta ꝙ ſit quaſi globꝰ, Huius diminutiuum eſt Glebula Col. li. j. Eadẽ euentilata mũdidiora ſunt lapilliſq; carent & glebulis quas per trituram fere terrena emittit area.

¶ Glis gliſis ge. fœ. terra argylloſa. Glis etiã gene. fœ. Carduus dr̃. Glis gliris generis maſc. animal muri ſimile, nutritur in arboribꝰ. Mar. Sõniculos ille porrigit glires. Idẽ. Tota mihi dormit̃ hyens & pinguior illo Tempore ſum quo me nil niſi ſomnꝰ alit. Hinc Glirariũ pro loco in quo nutriuntur glires. Var. Glirarium diſſimili ratione habetur ꝙ non aqua ſed maceria locus ſepitur.

¶ Gliſco creſco. Liui. li. vj. Gliſcẽte in dies ſeditione. Itẽ pingueſco. Col. li. ij. Prius tñ q̃ exilẽ terram iteremꝰ ſtercorare cõueniet. Nam eo quaſi pabulo gliſcit. Idẽ li. viij. Paleis quę pene omnibꝰ regionibus abundant etiã glicit. ſ. aſinꝰ. Item ardeo cupio, vt ĩ hymno. Nã gliſcit aĩmꝰ prom ere cantibus victorũ genus optimũ. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Pergliſco. Col. lib. viij. Quę prima luna ſaginari cœpta vigeſima pergliſcit.

¶ Globus & globum vtroq; modo dicitur pro corpore ſolido vndiq; rotundo, quẽ gręci Sphęrã appellãt. Ver Lucentemq; globum. Ponit̃ quãdoq; pro multitudine hoĩm, ſiue aliorũ animalium, aut alteriꝰ cuiuſq; rei ſimilis collecta & quaſi cõglobata. Sal Alij fiducia gnaritatis locorũ in occultam fugam ſparſi, alij globis eruptionẽ tentauerunt. Sciendũ quod ſi globus ex filo aut alia ſimili re factus ſit glomus dr̃. A Globus fit globoſus a, ũ pro rotundo ſpiſſatoq;.

¶ Globo as, aceruo aduno, a quo cõglobo, de quo ſupra Glocido as, pe. cor. propriũ eſt vocis gallinarũ cũ ouis incubituræ ſunt. Quod fit crebris ſingultibus interiecta voce acuta.

¶ Glocio is, idẽ qđ glocido. Col. li. ix. Obſeruare debet cuſtos dum edant oua, vt ea quę nata ſunt recolligantur notenturq; quo quęq; die ſint edita, q̃ recentiſſima ſupponantur glocientibus.

¶ Glomꝰ mi, & glomus eris, eſt globꝰ ex filo factus.

¶ Glomero as, pe. cor. Implico & globi ſpeciẽ formo ſiue filũ induco. Per tranſlationẽ glomerare ſumit̃ pro cõgregare accumulare. Verg. Et fœdam glomerant tẽpeſtatem imbribus atris collectę ex alto nubes. Hinc fit cõpoſitum Agglomero, quod eſt applico adiungo. Vergil. Et lateri agglomerant noſtro.

✤ Glinon aceris genꝰ qđ aliter craſſiuenium dicunt cãpeſtre candidum nec criſpum. Cc.

¶ Gloria eſt frequens de aliquo fama cũ laude. Qui. Cõſentiens laus bonorum gloria appellatur. Aug. dixit eſſe iudiciũ hominũ bene de hominibus opinantiũ. Eſt tamẽ inanis gloria vitiorum plęrũq; laudatrix quę diffinit̃ ꝙ ſit popularis fama ex honeſtatis ſimulatiõe ꝓueniẽs Cic. li. offi. Vix inuenit̃ qui laboribus ſuſceptis, periculiſq; aditis non quaſi mercedẽ reiũ geſtarũ deſyderet gloriã. Inter gloriã & claritatẽ hoc intereſt, vt inqt Sene. li. xviij. epiſtolarum moraliũ, ꝙ gloria multorũ iudicijs conſtat claritas bonorum.

¶ Gloriola diminuti. eſt. Ci. Luceio, Illa nos cupiditas incendit ꝙ alacres aĩo ſumꝰ vt cęteri viuentibꝰ nobis ex libris tuis cognoſcant & noſmetipſi viui gloriola noſtra perfruamur.

¶ Glorioſus gloria plenꝰ, vt glorioſus homo, glorioſus dies glorioſus triumphus. Cuiꝰ contrariũ eſt Inglorius q nulla laude aut gl'ia dignus eſt & veluti ignobilis. Ver lib. iiij. geor. Ille horridus alter Deſidia latãq; trahẽs inglorius aluũ. Interdũ tñ glorioſus affectionẽ ſignificat & in malum, vt glorioſus dicat̃ qui ſe inaniter iactat, vl' alterius inani laudatione effertur & laudari quęrit, vt miles glorioſus apud Terentium.

¶ Glorior aris, conſtruit̃ modo cũ prępoſitine de Lact. de ira. Apolodorus quidẽ, vt de ciui & populari ſua gloriatur. Modo ſine præpoſitione.

¶ Gloriabundus qui abunde gloriatur.

¶ Glos appellat̃ mariti ſoror atq; item fratris vxor.

¶ Gloſſa, æ, per duplex ſſ. latine lingua dr̃. Vnde groſſæ & gloſſaria pro interpretationibus ponunt̃, ꝙ vice linguæ hoc eſt vice doctoris fũgãtur. Quin. Gloſſæ ſunt ſecretioris linguę expoſitiones.

¶ Gloſſemata ſignificat voces minus vſitatas.

¶ Gloſſematici, qui gloſſas conficiunt.

☩ Glottis idis, latine lingua. Hic Pli. auẽ q̃ rex cothurnicũ appellat̃, glottidã vocauit, ꝙ ꝑlongã lĩguã habeat.

✤ Gloſſopetra geme ſpecies gręcorũ lingua humanę ſimilis, magi eam credunt non naſci in terra, ſed deficiente luna de cœlo decidere. Cc.

¶ Glubo is, corticẽ detraho. Vnde & pecus glubi dicit̃ cum pellis detrahitur. Cato de re ruſt. Salictum ſuo tempore cædito, glubito, arteq; alligato, librũ conſeruato. Suuet. de Tyber. Boni paſtoris eſſe tõdere pecus nõ deglubere. ¶ Gluma folliculus grani frumentarij, a glubẽdo, ꝙ eo folliculo deglubatur granum, hoc eſt decorticetur. Auctor Varro li. j. de re ruſt.

¶ Gluire ſeparare eſt & diſtinguere. Var. Quę non modo diſtringit buccam ſed etiam ramis gluuit. Cc.

¶ Glucidatum ſuaue & iucundũ a gręco γλυκὺ quod dulce ſignificat.

¶ Glutio is, iui, itum, douoro. Iu. Quales tũc epulas ipſum glutiſſe putamus. Induperatorẽ. Hinc fit deglutio.

¶ Gluto guloſus. Amb. Sic amat diabolus filios ſuos vt perdat ſicut amat gluto porcellum vt comedat.

¶ Gluten & glutiũ, pe. cor. collo dicitur gręce Auguſt. libro. iiij. con Laudet te ex illis anima mea deus creatorẽ omniũ, ſed non infigatur in eis glutino amoris per ſenſ⁹ corporis. Hinc glutinoſus a, ũ, Pli. Prioris laus vt recens ſit & lenis linguaq; glutinoſa. Col. In Aſia Miſiaq; denſa etiã glutinoſa terra maxime exuberat.

¶ Glutino as, pe. cor. cõiungo ferrumino. Pli. Vis bituminis q̃ ſulphuris, ſiſtit, diſcutit, attrahit, glutinat Idẽ Quo genere ſiſtit̃ ſanguis, & vulnus glutinatur. Huius cõpoſita Agglutino. Auguſt. lib. iiij. cõ. Quia nõ eſt vera amicitia, niſi cum eam tu agglutinas inter herẽtes tibi charitate diffuſa in cordibus noſtris. Cõglutino. Pli. li. xxiij. Cortex vitiũ & folia arida vulnerũ ſanguinẽ ſiſtunt, ipſumq; vulnus cõglutinãt. Deglutino, a glutine libero. Idẽ. li. xxv. Pugant vlcera oculorũ explentq; & ad cicatricem perducunt, palpebras deglutinant.

¶ Glutinamentũ, cõpactio coniunctio. Plini. li. xiij. Deprehendit & lentigo, ſcilicet chartę oculis, ſed medijs ĩſerta glutinamentis.

¶ Gluo is. glui, diſtringo valde ſtringo. Var, de re ruſt. Duricia eſt enim ea quę non ſolũ ſtringit baccã, ſed etiã ramis gluit ac relinquit ad gelicidium.

☿ Glyciamerides genus ciborũ. Vñ & Macro. glycia merida; vocauit inadijciali cęna lentuli flãmis appoſitas.

## G ANTE N

GNaſalon, gen⁹ tormẽti, Nã quorũ natura mollis cãdida & oĩno lanea eſt, γναφαλωλη gręce appellantur. ¶ Gnarus, & Narus dicit̃ ſcius & peritus. Gnaritas ſcientia. Sal. Nãq; alij fiducia gnaritatis locorũ occulta fuga ſparſi, alij globis eruptionẽ tentauere. Horũ cõtraria ſunt ignarus & ignaritas. Gnare aduerbiũ perite, & qñdoq; aperte. Apul. Qui ignare id noſtris oculis cõtẽplati ſumus. Vide in dictione ignoro. Antiqui Gnariter pro gnare dixere, a quo prognariter, quod ſignificat audacter, ſtrenue. Plau. Age indica prognariter.

¶ Gnarauit Liuius poſuit, pro eo quod eſt narrauit & gnarauiſſe pro narrauiſſe.

¶ Gnoro as, ſcio, licet nõ ſit in vſu, ſed eius compoſita habentur Ignoro & dignoro. de quibus alibi.

☿ Gnauus & nauus, ſceler ſtrenus a nauium celeritate. Grãmatici protheſim figurã appellãt qñ apponitur litera principio dictionis, vt gnatus pro natus, gnotus ꝓ notus Cicer. Noti erant & naui, & nari quibus cũ in prępoſitio debet adiungi dulcius viſum eſt, ingnoti ignaui & ignari dicere q̃ vt veritas poſtulabat.

✣ Gnaphos frutex eſt ſpinoſus quo veſtes radũtur. Cc.

✣ Gnaphalon lana illa breuis atq; cõciſa quę ex veſtib⁹ a fullone poliendo detrahitur. Cc.

✣ Gnaphalium hęrba quam quidam Chamęzelon nominant cuius folia ita alba ac mollia ſunt vt plane videantur tomentum. Cc.

¶ Gnatos latine Gena maxilla ve dicit̃ aut bucca. Inde apud Terent. Gnato paraſitus. ☿ Hinc cõponitur tetragnathius a numero maxillarũ genus araneorũ ſiue ſcorpionum, vt apud Plin. lib. xxix.

¶ Gneus corporis inſignę eſt & pręnomen.

✣ Generoſũ noſtri obſcurũ dixere quaſi nebuloſũ. Cc.

✣ Gneſion aquilę genus a latinis ſincerũ interp̃tat̃, velut verum ſolumq; incorruptę originis, media magnitudine colore ſubrutilo, raro viſum. Cc.

✣ Gnit̃ ꝓ gignit̃ veteres dixerũt & Gnix⁹ ꝓ gẽit⁹. Cc.

¶ Gnidus ciuitas Lycię q̃ duos port⁹ habuit & in frõte inſulam quę ſtadia ſeptẽ ambitus cõplectebat̃, theatralis & alta aggerib⁹ ĩſicta cõtinẽti. E Ggnido viri memorabiles fuerunt Eudoxus mathematicus Platonis ſodalis, & Agatharchides peripateticus hiſtorię cõditor, & Theopõpus Iulio Cæſari familiaris, & Arthemidorus eius filius. Et his antiquior Cteſias qui Xerxem medicatus eſt, & res ſyriacas perſicaſq; conſcripſit.

¶ Gnoſis latine cognitio ſcientia notitia

¶ Gnoſos vrbs Cretę in plano ſita, q̃ alio nomĩe. Cerathus vt ſcribit Strabo. appellata fuit a fluuio. Ea fuit Minois regia. hinc gnoſius a. um. & gnoſidus a, um. Suidas κνοσιος ὄνομα κύριον καὶ ὁ πολίτης ἀπὸ κνωσοῦ, κνωσὸς γὰρ πόλις ἐν τῇ κρήτῃ. ✣. i. Gnoſius nomen proprium & cuius a gnoſſo, Gnoſſos enim vrbs eſt in Creta.

☿ Gnoſti. i. heretici quidã, q ſe ſic appellatos ꝓpter excellentiam ſciẽtię vel appellari debuiſſe gloriabant̃ quũ eſſent omnib⁹ vaniores. atq; turpiores. Vide Auguſtinũ lib. De hæreſibus

¶ Gnomones dicũtur quatuor dentes, qb⁹ equoꝝ ętas dignoſcit̃. Alij Gnomonẽ aliter accipiunt. Augu. in dialec. Si detracti loco addas Gnomonẽ qui hemicycli ſpecie ponit̃, plus tetragono maiori quã detraxeras reddidi. herodot⁹ vero ſic. Nã poluere & gnomonẽ, id eſt normam & .xij. diei partes a babylonijs Gręci didicerunt.

✣ Gnoſco ꝓ noſco veteres dixerũt ſicut gnotũ ꝓ notũ.

## G ANTE O

GObius piſcis, q & Gobio dicitur, Iuuenalis. Cũ ſit tibi Gobio tantũ in loculis. Marti. Principium cœnæ gobius eſſe ſolet.

☿ Goetia pe. cum accentu Nã gręci γοητεία dicunt gen⁹ magiæ quę alio nomine theurgia dicitur a legibus probita. vide in magia.

¶ Comor proprie mẽſura vini eſt, vt interpretat̃ Amb. in epiſtola ad Iuſtũ. etiam dicitur menſura alterius rei. Hiero. in Exod. Colligat vnuſquiſq; ex eo quantum ſufficit ad veſcendum gomor per ſingula capita.

¶ Gomorra & gomorrum vtroq; mõ dr̃, ſicut Sodoma & ſodomum Solin⁹ de ſitu Iudeę. Ibi duo oppida Vnũ Sodomum, alterum Gomorrum appellatum.

¶ Gonos, gręce γόνος latine ſemẽ γόνυ vero geniculũ, vt polygonatum hærba a geniculorum frequentia dicta.

☿ Gonorhei dicuntur ſemine fluentes. Nam γόνη genitura, ῥέω fluo. Ioſephus lib. vj. de bel. iudaico. Templum Salomonis arãq; cingebat ex ſaxo lorica vſq; ad cubitũ ſurgẽs q̃ populũ a ſacerdotib⁹ ſegregabat & gonorheos arcebat. γόνος latine filius dicitur quod patet per eius cõpoſita. Antigonus. Chryſogonus.

¶ Gorgias nomen ꝓpriũ Rhetoris celeberrimi qui pulcherrimum librum de concordia gręcis tunc inter ſe diſſidentibus recitauit olympiæ. Fuit & alius gorgias philoſophus Leontinus, qui auſus eſt in conuentu poſcere qua de re quiſq; vellet audire, qui de omni re quęcũq; in diſceptationem quęſtionemq; vocaretur ſe copioſiſſime dicturum eſſe profitebatur.

¶ Gorgones pe. cor. dictę ſũt Phorci filię. ſ. Scilla Meduſa Stenio & Euriale, quę Dorcades inſulas in oceano æthiopico ſitas habitaſſe dicuntur cõtra heſperidũ hortos, quæ ab agilitate nomẽ habent, γοργὸν eñ agile dicunt Scribit Dio. Fœminas fuiſſe in Aphrica bellicoſas aduerſus quas Perſeus bellum geſſerit, & earum reginam Meduſam debellauerit, ac interfecerit, ex cuius cruore (vt eſt in fabulis mox) natus eſt pegaſus alatus equus, inde ad heliconẽ bœotię montem euolãs & pede ſaxum feriens πηγὴν hoc eſt fõtẽ aperuit a quo pegaſeus eſt nominat⁹ & ab eo fons ipſe hippocrene ſiue pegaſeus ſiue caballinus dictus. Gorgoneus a, um. Ouid. Gorgoneas tetigiſſe domos. Suidas. τρεῖς γυναῖκες αἳ τοσοῦτον εἶχον φοβερὰ τὰ πρόσωπα ὡς τοὺς ὁρῶντας θνήσκειν καὶ τίθρασος ποταμός ἢ τόπος Λιβύης ἔνθα αἱ γοργόνες διέτριβον.

✣ Id eſt Tres mulieres vſq; adeo terribiles habuerunt facies vt videntes morerentur, & Tithraſus fluui⁹ vel locus Libyę vbi gorgones conuerſabantur.

☿ Gog & magog multi putãt eſſe gẽtes ſythicas ĩmanes & innumerabiles q̃ trãſmõtẽ caucaſum & meotidẽ paludẽ, & ꝓpe caſpiũ mare ad Indiã, vſq; tendunt̃ Sed Hie. eſte in Ezechi. non ſunt gẽtes, ſed latino ſermone gog tectum dr̃. Magog vero deiectum quæ non literaliter, ſed ſpiritualiter intelliguntur & breuitatis cã omittim⁹

✣ Gortyna ſiue cortyna (vtrumq; enim ſcriptum comperimus) inſignis vrbs Cretę inſulæ fuit per quam fluit Lęneus amnis. Cc.

✣ Goſſipion ſiue goſſampinus frutex eſt ex ſuperiori parte ęgypti quę in Arabiam vergit allatus nunc etiam in quibuſdã Italiæ locis naſcens ex quo lina fiunt quæ goſſipina ſiue goſſapina dicuntur. Cc.

✣ Gotthia regio Europę cõtermina Dacię & Noruueegiæ, ex qua Gotthi immanes populi, qui olim Italiam armis ſubegerunt.

## G ANTE R

GRabatus pe. pro. lectus exiguus in quo meridiari ſolent, dictus quaſi garabat⁹, ꝙ in eo capite recumbemus καρὰν eñ caput, βατὸν peruiũ gręci dicunt. Vñ & plecticis pauperum & mendicantium grabati accipi ſolent, vt eſt illud in euange. Tolle grabatũ tuũ & ambula. Cic. lib. ij. de diui. diuerſa facit lectos & grabatos, ait eñ. Cõcurſare omnium mortaliũ qui vbiq; ſunt nõ mõ lectos verum etiam grabatos.

¶ Gracc⁹ nomẽ auis cornici ſimilis niſi ꝙ minor eſt, a voce quã facit vel a gerendo dicta ꝙ iacta ſegetum ſemina gerat, vel quia ex oliuetis cubitũ ſe recipiens duas pedib⁹ baccas, tertiã ore ferat. Seu etiã ꝙ gregatim volitet, ſiue a gracilitate ꝓpter paruitatem. Eſt huic furandi natura, ex quo nonnulli Monedulam eã appellauere a furãdis monetis. Exprimit ſermonẽ humanũ, & cauea emiſſus reuertitur. Harum auium tria ſunt genera. Maiuſculę ſimiliores ſunt cornicib⁹ niſi ꝙ nigriores. Minimæ & inter eas medię quibus roſtra & pedes rubent.

☿ Graculus diminutiuum accipitur pro monedula aue, & pro piſce qui a Plinio dicitur ꝙ ſit ſimilis dracũculo.

¶ Gracchus per duplex cc, & cum aſpiratiõe cognomẽ fuit familiæ Romanę. Duo aũt fuerũt gracchi fratres Tyberius & Caius ambo eloquentes, quorum eloquentiæ mater Cornelia multum cõtulit, verum & doctior & eloquentior fuit Caius qui erat minor natu, quo nemo plenior, nemo vberior fuiſſe fertur, grandis erat verbis, ſapiens ſententijs, genere toto grauis.

¶ Gracile adiectiuũ pe. cor. ſignificat qđ ẽ tenue ac corpore macillẽtũ. Turpil. Noſti q̃ ſit gracili corpe. Qđ & gracilens, tis, dicitur & gracilentũ Neuius. Vide gracilentis colorẽ. Interdũ gracile ponit̃ ꝓ molli. Hor. Quis multa gracilis te puer in roſa. A gracilis fit gracilitas & gracilitudo. ✣ Gracchuris vrbs Iberię que antea Iurcis nominabatur. Cc.

¶ Gradus ſunt ex quibus ſcalę conſtant, & qb⁹ ad ędificiorũ altiora conſcenditur, a gradiendo dicti ꝙ p eos eatur. Ver. Aera cui gradib⁹ ſurgebãt limina. Grad⁹ etiã gradientiũ pedũ viciſſitudo eſt, vt apud eundẽ. Gradibuſq; ſonare cõpoſitis. Interdũ grad⁹ ſumit̃ ꝓ ſtandi firmitate. Cic. lib. j. offi. Nec tumultuantes de gradu deijciuntur. Hinc gradum facere & gradũ iacere dicimus, vt ſi in arborẽ tectũve ſcandere velim ex ſaxo aut ſcãno aliqua ve alia, gradũ facio. Cice. cõtra Rul. Hunc quaſi gradũ quendã atq; aditũ ac cętera iactũ ĩtelligetis. Gradus quoq; cognationis dicti ſunt ad ſimilitudinẽ ſcalarũ locorumue decliuium, quos ita ingredimur vt a proximo in ꝓximum. i. in illum qui quaſi ex illa naſcitur veniamus. Quapropter graduum huiuſmodi alios ſupioris ordinis eſſe Caius ſcribit, vt ſunt pater & mater q ſunt in primo gradu. In ſecũdo Auus & Auia. In tertio Proauus & Proauia. Alios inferioris, vt liberi. Alios ex trãſuerſo ſiue latere vt fratres & ſorores liberiq; eorũ. A grad⁹ fiũt. Tardigradus a, um, pe. cor. qui tarde gradit̃. Vñ teſtudinẽ tardigradã dicim⁹ Spiſſigradus pro frequenti graduũ motu incedente. Plaut. Spiſſigradiſſimos tardiores q̃ corbitæ ſint in tranquillo mari.

¶ Grador aris, quaſi p grad⁹ eo, a quo regrador, de quo alibi. ¶ Gradator a magno gradu. Plau. in pe. Vincere tis curſu ceruas, & gradatorem gradu.

¶ Gradarij equi q ſine ſuccuſſatiõe molliter ĩcedũt. Lucili⁹ lib. xiiij. Ipſe equus nõ formoſus gradari⁹ optim⁹.

¶ Gradatio apud rhetores dr̃ cum ex prima ſententia oritur ſecunda, & ex ſecunda tertia, atq; ita deinceps.

¶ Gradatim aduerbium ſignificat per gradus & ordinate lenteq;. Varro lib. j. de re ruſt. Cito quidẽ inquit gradatim alium preponens alio agrum meliorem dicit eſſe in nouem diſcriminibus.

¶ Gradiuus pe. pro. a gradiendo, vel quia gradatim & p ordines in bellũ itur. Vñ mars gradiuus dict⁹ eſt. Sunt tñ qui gradiuũ a gramine dictũ putẽt, quia gramine ſit ort⁹. Vñ & graminea corona in re militari maxime eſt honorationis. Alij a vibratione ꝓpter haſtas crebro in bello vibratas, qm̃ græci κραδαίνειν vibrare dicunt. Alij gradiuum non latinũ nec gręcũ, ſed thrax vocabulum eſſe, & ſignificare bellicoſum & fortem dicunt.

¶ Gradior eris, greſſ⁹ ſignificat vado. Lact. li. iiij. Claudis vero ac pedũ vitio afflictis non modo gradiendi, ſed etiã currẽdi dabat facultatẽ. Hui⁹ cõpoſita ſunt. Aggreor. Antegredior. Congredior. Digredior. Egredior. de qb⁹ alibi. Ingredior. Introgredior. Dicimuſq; ĩgredior forũ & in forum. Aliqñ ponit̃ ꝓ ſimplici gradior ĩcedo. Ver. li. iij. Geor. Cõtinuo pecoris generoſi pull⁹ ĩ armis Alti⁹ ingredit̃. Cic. ad Atticũ. Si dormis expergeſcere, ſi ſtas ingredere, ſi ingrederis curre, ſi curris aduola Interdũ ingredi eſt ꝓuenire & ſe oſtendere. Plau. Nihil te pudet ſceleſte in cõſpectu ĩgredi. Ingredi ĩ mulierẽ eſt mulieris perſonã aſſumere. Hie. in pſal. interp̃tatione. Solet in theatris vn⁹ hõ frequẽter diuerſas hr̃e perſonas, nũc ingredit̃ in mulierẽ, nunc in virũ, nũc in regẽ, Et q in regẽ ꝓceſſerat, rurſum in ſeruũ ꝓcedit. Interdũ eſt quaſi incipere. Lact. lib. vj. Iuſtus ergo qm̃ durũ aſperũq; iter ingreſſus eſt. Introgredior. Ver. lib. j. Aenei. Poſtq̃ introgreſſi & corã data copia fandi. Progredior vltra ꝓcedo. Cic. in Lælio. In primũ videam⁹ ſi placet, q̃tenus amor in amicitia ꝓgredi debeat. Hinc progreſſus & ꝓgreſſio. Idẽ lib. j. Tuſ. Qui errantiũ ſtellarũ motus progreſſiones inſtitutioneſq; notauit. Hinc ꝓgreſſus & progreſſio pro ꝓceſſu. Aliqñ antegradior. Plaut. Extremum intra carcerem ipſum progreditur parthenopeũ. Prętergradior vltra tranſeo. Cic. Appio pul. Currẽs Lepra venit, mihiq; nunciauit te iã caſtra prętergreſſum eſſe. Apul. Cumq; ſtabulũ prętergreſſus fuiſſem recognita cœpi retrocedere. Hie. Ponam & aliam expoſitionẽ ne quid videar p̃tergreſſus. Regredior retrogradior reuertor. Plau. in Aul. Illuc regredere ab hoſtio Lact. lib. vj. Cum ventum fuerit ad extremũ vnde iam regredi non licet. Supergradior ſuperambulo ſupero vt eſt illđ, Sed tu ſupergreſſa es vniuerſas. Subtergradior trãſgredior vltra gradior. D. Brutus Cic. Vt alpes tranſgrederet̃. Lact. lib. ij. Nemo tũc milleſimũ annũ tranſgreſſus eſt. Tranſgreſſio apud rhetores dr̃ cũ ab ea ſentẽtia quã propoſuimus conuertimus ſermonem ad aliquam perſonam aut rẽ aut fortunam & tanquam præſentem appellamus. Vt hæc mulier nuper fuit locuples & potens in amore delitijs neceſſariorũ ornat⁹ ei⁹ opib⁹ abũdabat, magnus ancillarũ q̃ ſequebantur comitatus appellabatur. Nunc contra ſubito & graui caſu afflicta vix mediocris ãcillulę dignitatẽ retinet, O fortuna q̃ vehemẽ-

ter te rerum varietas oblectat, & quã magno odio eſt tibi beatę vitę perpetuus & conſtans fructus.

¶ Graſſor aris, quaſi a gradior frequentatiuũ eſt. Feſtus graſſari proprie dicuntur latrones vias obſidentes. Gradi ſiqdẽ ãbulare eſt. Vñ tractũ graſſari ab impetu gradiẽdi. Sed cũ quid graſſat̃, i. cũ ĩpetu ſiue frequẽti gradu vadit in aliquẽ & bono & malo animo graſſari põt. Ideo & in bonã & in malã partem accipi põt. In bonã. Saluſt. in Iugu. Sed dux atq; imperator vitę mortalium animꝰ eſt qui vbiq; ad gloriã vi graſſatur id eſt cũ frequẽti gradu vadit, abunde potens pollenſq; & clarus eſt. Silius. Graſſandũ ad clara periclis. In malã. Lact. li. ij. Suis eñ vitijs perditi ſęuiunt & graſſantur, vt perdãt. i. cũ frequẽti gradu vadũt. Ab hoc malo animo in hoc verbo Graſſor ſęuio ſignificatio naſcitur eo ꝙ cũ quis graſſat̃. i. frequẽti gradu ſiue cum impetu properat in aliquẽ vt ipſũ telo ſeu quouis alio mõ feriat, vel malo aĩo rapiat, hoc ſęuire dicitur. Lact. li. iij. Archipyrata quiſpiam vel latronũ ductor ſi ſuos ad graſſandũ cohortet̃. Cęſar. Graſſari in hoſtes vetat. Aliqñ in hac ſignificatiõe ita accipitur vt etiã in ꝓpriã ſignificationẽ redigat̃. Liui. lib. ij. Trecenti cõiurauimꝰ principes iuuentutis Romanę vt in te hac via graſſaremur. Huius compoſitum Oggraſſor qđ eſt obuiã ſeu contra cũ ĩpetu aut freq̃nter gradior Plau. in Pe. Niſi cũ pedicis ꝯdidiciſtis oggraſſari gradu

¶ Graſſator qui per vim & inſidias latrocinat̃. Iu. Interdũ & ferro ſubitꝰ graſſator agit rẽ. Calliſtratus. Graſſatores q̃ prę de cauſa id faciũt, ꝓximi latronibus habentur.

¶ Gręcus cũ æ, diph. nomẽ viri propriũ, a quo Gręcia regio Europæ dicta eſt, a quo gręcus a, um, qđ ex græcia eſt. Hec ab Iſthmi anguſtijs incipit & a ſeptẽtrione in meridiẽ vecta, qua ſol oritur ægęis, qua occidit Ionijs fluctibꝰ obiacet. In ea Athenę & Marathonij cãpi. Citheron & parnaſus montes.

¶ Gręcoſtaſis pe. cor. quaſi gręcorũ ſtatio, Locꝰ de quo Varro ſic habet. Ante curiã hoſtiliã, roſtra, cuius id vocabulũ ex hoſtibus capta, fixa ſunt roſtra, ſub dextra horũ comitio locus ſubſtructus, vbi nationõ ſubſiſterẽt legati, q̃ ad ſenatũ eſſent miſſi gręcoſteſis appellatus erat ꝓpter nationis excellentiã ſupra gręcoſtaſim vbi ędis concordię cenaculũ & baſilica opimi.

¶ Graiugenę pe. cor. gręci dicti ſunt.

¶ Gręcari pe. cor. eſt conuiuijs & libidinibꝰ operã dare ab eo ꝙ gręci liberię ſe haberent in conuiuijs. Nã qñq; verba trahuntur a moribus nationum.

✤ Gręca ſalix dicitur ſalix rubra. Cc.

✤ Grȩciſſo gręcos imitor. Cc.

✤ Gręcula mala a patria ſic dicta. Cc.

¶ Gręcula roſa q̃ nõ niſi in humidis ꝓuenit nec vnquã excedẽs qñq; folię violę magnitudine colore nullo. Cc.

¶ Gralle fuſtes furculas habentes ſunt quibus nitunt̃. Hic grallatores dicuntur qui in perticis abiegnis paſſus ingẽtes faciũt. Grallotoriũ gradũ Plau. vocat maximum ſicut ęcontrario minutulũ formicinũ & teſtudineũ. Plau. vinceretis ceruas curſu & grallatorem gradu.

¶ Gramma atis, & grãmatũ ati, latine litera dr̃. Vnde epigrãma & epigrãmatũ cũ alijs a grãma cõpoſitis

¶ Grammatica literaria dr̃. Eſt eñ vt literę ſuas cuſtodiant voces, & quaſi depoſitum reddant. Et eñ grãmatica rectæ loquelę, recteq; ſcripturę ſciẽtia, q̃ vſu ratiõe auctoritateq; conſtat.

¶ Grãmaticꝰ, literatoriꝰ ſeu literator qui grãmaticam docet qui & grãmatiſta dici põt & triuialis. Sed & poetarũ interpretes grãmatici dicunt̃ verſantur q; non ſolum circa ſermonẽ, ſed etiã circa hiſtorias & carmina euagãtur. Mar. de Epigrãmatis ſuis. Grãmaticis placẽt & ſine grãmaticis. Grãmaci prius critici dicti ſunt authore Dione Chryſoſtomo. Cor. nepos ait literatos ꝓprie appellãdos eſſe poetarũ interpretes q̃ a gręcis grãmatici noĩantur, eoſdẽ literatores vocitatos Meſſala Coruinus author eſt. Sũt qui grãmaticũ a grãmatiſta diſtinguunt vt literatũ a literatore tanq̃ grãmaticꝰ abſolute & ꝑfecte doctus ſit, ſicut literatus. Grãmatiſta ſicut literator mediocriter eruditus, in malam enim partem accipitur.

¶ Grammanę gemmę quæ per tranſuerſum alba linea precingantur. Cc.

¶ Grammaticus a, um, quod ad grammaticam pertinet.

¶ Grammatei dicunt̃ ſcribę qui rationes publicas in tabulis ſcribunt. Apul. lib. xj. Tũ ex his vnus quẽ cuncti grãmatea dicebãt. Hi etiã ab epiſtolis & cãcellarij dñr. ꝫ In libris regũ Auriculariꝰ a ſecreto dr̃, quẽ lingua vernacula ſecretariũ appellãt & ab epiſtolis. Suidas ait grãmatea eſſe notariũ & ἀπορρήτωρ. i. arcanorum participẽ. ꝫ Hinc Archigrãmateus princeps ſcribarum.

¶ Grammatophilacium locus vbi ſcripta publica ſeruantur.

✤ Grammatocyphon qui capite ſummiſſimo, & in genibus papyrum tenens ſcribit.

¶ Grãme lõgitudo ſine latitudine mẽſurę ſubiecta. Au. Si omiſſa latitudine ſolã quis lõgitudinẽ voluerit emetiri, lõgitudo ſine latitudine mẽſurę ſubiecta grãme dr̃, non ꝙ ſit lõgitudo aliqua q̃ careat latitudine, ſed ꝙ ſolã quis metiens lõgitudinẽ grammẽ metiri dr̃. Et hæc Linea a noſtris dr̃. Eã ita diffinit Euclides. Linea eſt lõgitudo illatabilis. Emenſa vero cũ longitudine latitudo dicitur epiphania.

¶ Gramię ſũt oculorũ pituitę. Vñ gramioſi oculi, a quõ qui triſtes ſunt in hodiernum quoq; diem gramioſi vulgo nominantur.

¶ Gramẽ herba vulgatiſſima ſic dicta ꝙ geniculatis inter nodijs mirifice ſerpat, a gradiẽdo, vel a gignẽdi fœcũditate. Crebro enim nouas ſpargit radices Refert Pli. eã. herbã naſci vbi humanus ſanguis ceciderit. Gramen capiti circundatũ ſanguis fluxiones e naribꝰ ſiſtit. Qñq; tñ gramẽ ponit̃ generaliter pro oĩ herba. Vñ graminea corona dicta eſt q̃ ab vniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori dabat̃ vbi obſeſſor aliqs ſeruaſſet quodcũq; id genꝰ herbę foret decerpto viridi gramine. Graminoſus plenus gramine. Col. lib. j. Quid ſylueſter ager, qđ humidus & graminoſus quid ſiccus & ſpurcus recuſaret.

¶ Grando gutta aquę in aere congelata, ſic dicta ꝙ ſolito grandior ſit, Vel quia granis contineatur. Hinc grandinoſus a, um, vt Grãdinoſa loca in quibꝰ frequẽtes ſũt grãdines. Grãdo etiã quã gręci χάλαζαν & Χαλάζιον vocãt colectio eſt ſub cute buboni & ęgiptię fabę ſimilis vt inqt Pollux dolorẽ ſi tangatur afferens. Dñr & in oculo Grãdines cũ ſegnis humor circa palpebras coit ſed ita vt id tuberculũ digito huc & illuc impelli poſſit.

¶ Grandinoſus a, um, qđ abundat grandine. Col. li. iiij. Poſt hæc non ignorabit dominꝰ loci plus eſſe poſſe q̃litatẽ cœli frigidã vel callidã ſiccã vel roſidã grandinoſã ventoſamq; vel placidam ſerenam vel nebuloſam, id eſt quæ ſępe grandinem infert. Roſida quę ſiccitatibus laborant.

¶ Grandinatus a, um, participium qđ eſt grandine ſauciũ Aug. in pſal. Grandinata eſt vinea. ꝫ Idẽ de cõuenientia. x. ꝑceptorũ. Qui ſuo malo deſyderio forinſecꝰ fuerent iuſto dei iudicio intrinſecus grandinant̃. Et infra. Qui tibi prodeſt ſi vbi hõ non videtur furaris, vt ibi deꝰ videtur grandinaris?

¶ Grãdebalę pe. cor. pili ſubalares, quos, Volſellis tolli ſępe molliores iubebant.

¶ Grandis & hoc grãde, apud veteres, nõ ad corpꝰ, ſed ad ętatẽ tm̃ referebat̃ iã adultã Ter. Au ſedere oportuit domi virginem tam grandẽ. Qđ ſi natu addatur ꝓuectiorem ætatẽ ſignificat, & iã pene ſenilẽ. Plin. Iunior Mulier natu grãdior & tot liberorũ partus. Nunc vero grandis ſumitur pro magno & nonnunq̃ ad inanimata refert̃ Hię. Grandes materias ingenia parua non ſufferunt.

¶ Grandiuſculus a, um, dimi. Terenti. in An. Iam fere grandiuſculo profecta eſt.

¶ Grãdit̃ aduerbiũ. Cypria. ad corneliũ. Docuiſtis grãditer deũ timere. Chriſto firmiter adhærere.



¶ Granditas dicta eſt maior ætas. Siſen. li. iiij. hiſto. Neq; ętatis granditatẽ neq; ea merita, neq; ordinis honeſtatẽ aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi.

¶ Grandæus a, um, quod eſt prouectioris ætatis hoc ẽ grãdis eui. i. ſenex.

¶ Grãdiloquꝰ pe. cor. eloquẽs & qui cũ quadam verborum magnificentia loquitur. Cice. Nã & grãdiloqui vt ita dicam fuerunt cum ampla ſententia tum grauitate & maieſtate verborum. Hinc grandiloquentia.

¶ Grãdo is, iui, itũ, grandẽ facio. Plautus in aul. Si hodie hercle fuſtem cœpero aut ſtimulũ ĩ manu teſtudineũ iſtũ tibi ego grandibo gradum.

¶ Grandeſco creſco grandis fio. Pli. li. xviij. Creſcente luna frumẽta grandeſcũt. Hinc ĩgrandeſco qđ eſt valde vel intus grandis fio. Columella. Quæ lens vt celeriter prodeat & ingrandeſcat antequã ſeritur fimo arido ꝑmiſceri debet. Idem lib. ij. Omne autẽ frumẽtũ ſpicam a tertio ad quartũ nodũ emittit & cũ totã edidit. viij. diebꝰ defloreſcit ac deinde grandeſcit diebus. xl. quibꝰ poſt florem ad maturitatem peruenit.

¶ Granum fere frugũ dicitur vt tritici, hordei, farris & huiuſmodi qđ eſt intimũ ſolidum, a quo granariũ. Acini ſunt cæterorũ fructuũ, vt vuę baccarum & huiuſmodi. Granũ etiã generaliter dicitur pro omni eo qđ gręci vocant coccum. Vñ coccum illicis granum vocamus.

ꝫ Et coccum granũ emerita luſitanię, ac bæthica fere tota copioſum fert. Vnde puto cõſecutũ vt regio ea modo granata nominetur bæthica.

¶ Granarũ locus in horreis ſeruandis ſeminũ granis paratus vel in quo grana frugũ reponuntur. Var. At triticum condi oportet in granaria ſublimia quę perflentur vẽtis ab exortu, & ſeptentrionum regione ad quę nulla aura humida e propinquis locis aſpiret. Granaria quidã habent ſub terris ſpeluncas quas vocant ſiros. Alij puteos Per. Iam nunc aſtringas iã nunc granaria laxes. Nõnulli horreũ ab hordeo, Feſtus a farre farreum vocat.

¶ Granoſus a, um, dr̃ omne qđ intus habet grana.

¶ Graphis idis, ars pingendi quę maxime lineis cõſtat & linearis vocatur, quã Pli. li. xxxv. ſcribit eſſe inuentã a Sophocle. Dicta graphis a ſtilo quẽ gręci graphion & graphida quoq; nominant. Pli. li. v. Graphidis veſtigia extãt in tabulis ac membranis ex quibꝰ proficere dicũtur artifices. In quo ſciendũ per graphidis veſtigia picturę genꝰ accipiendũ eſſe qđ gręci vocant Ichnographiã Ea eſt circini regulęq; modicę continens vſus, ex qua capiuntur formarũ in ſolis arearum deſcriptiones vt inquit Victru. lib. j. Qui & ortographiam & ſciographiam nominant.

¶ Graphiũ ſtilus ferreus ſeu penna argentea qua ſignãtur in tabellis literę vt olim in cęra, ſeu figurę. Amb. li. Hexa. Neq; vero ſi ipſe non cõprehendas idcirco non cœpit aut nequaq̃ deſinet ſi ipſe circuitum vel atramento vel graphio ducas. Oui. Quid digitos opus eſt graphium laſſare tenendo. Stilus autẽ ſicut docet. Hie. in expoſitione pſalmorũ ſcribit in cęra. Calamus in charta membrana aut in quacũq; materia quę apta ſit ad ſcribendum Graphus ſcriptus vel pictꝰ. Agraphus non ſcriptus vl' non pictus Graphia ſcriptura vel pictura. Vnde ſcribo pro pingo etiam apđ nos & picturas legere dicimus.

ꝫ Graphicus homo dicitur ad vnguem factus abſolutuſq; & quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. Ne tu habes ſeruũ graphicũ & q̃tũuis pretij Graphice, eleganter polite. ꝫ Graphicotera quoq; per cõparatiuum dicta abſolutiora elegantioraq;.

ꝫ Graphe apud gręcos dr̃ accuſatio. Et vt ĩquit Suidas genus eſt cuiuſdam publicę accuſationis.

¶ Graphiarium theca in qua ſtili reponuntur quibus & ſcribere ſimul & pinguere ſolebant anteq̃ penicili & colores inuenirentur. Dr̃ & theca grapharia. ꝫ Mart. Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro.

¶ Gratia inquit Aug. dicta eſt q̃a gratis dat̃. Quare gratis datur? quia merita non præceſſerunt ſed beneficia dei te pręuenerũt. Vnde recte gratia ſumitur pro beneficio Cicer. Cum pręſertim conſiderem nullam eſſe gratiam, quã vel non capere animus meus vel in accipiendo vel remunerando cumulãdoq; illuſtrare poſſet, Omne enim quod habẽt homines adeo gratia eſt. Nihil enĩ ex debito habẽt. Quis enim prior dedit, & retribuetur illi. Tres autẽ ſcribũt fuiſſe gratias Aglaiam id eſt lętitiam. Thaliã id eſt virentem quia beneficiũ ſemper viret, Euphroſynem quam delectationẽ nominant. Hęc a gręcis χάριτες vocantur ἀπὸ τῆς χάριτος quod lętitiam ſignificat. Merito lętari videntur & qui dant & qui accipiunt beneficiũ. Treis autẽ ideo eſſe prodiderunt quia & benefici eſſe in alios debemus, & aliorũ beneficia ſuſcipere & iſs qui in nos liberales fuerunt retribuere. Dare autẽ & accipere & referre treis actus ſunt inter ſe diſtincti. Hinc gratioſꝰ Aliquando capitur pro pœna ſiue dãno. Idem. Vt pro iniuria parem ei gratiam referret. Aliquando pro mercede. Idem in Lęl. Vt enĩ benefici liberaleſq; ſumus nõ vt exigamus gratiã, id eſt mercedẽ vel vtilitatẽ, neq; beneficium fœneramur, ſed natura propenſi ad liberalitatem ſumus. Aliquando pro pace ſeu amore. Terẽt. in Hecy. Neq; alio pacto componi poteſt inter eas gratia. Et in Eu. Adibo atq; ab eo gratiã quã video velle inibo. Aliqñ pro benignitate. Tibul. Grã magna Iouĩ vetuit pater ipſe valere. Aliqñ pro cauſa ſeu reſpectu. Sal. Rem omnẽ aperit cuius gratia mittebãtur. Aliqñ pro virtute ſeu efficacia vt frequenter apud Amb. Habere autẽ gratias vel agere vel referre. Vide ĩ dictione Ago.

¶ Gratus qui gratiã pro benificio refert, vel ſaltem memor eſt accepti beneficij. Cuius cõtrariũ eſt ingratꝰ a quibus gratitudo & ingratudo. Grate & ingrate aduerbia, & gratis & ingratis. Accipitur etiã Gratus pro lęto & in ingratus pro triſti. Ver. li. vij. Et cineri ĩgrato ſuprema ferebant Et gratꝰ ꝓ ſpõtaneo. Et ingratus ꝓ ĩuito & coacto legit̃. ¶ Gratioſꝰ valde gratus. Nã plenũ gratia ſignificat & is eſt qui habet gratiã. i. qui in populo acceptꝰ eſt. Cic. li. iij. offic. Tũ Pithius vt argentarius quieſſet apud omnes ordines gratioſus. i. habens multã gratiam Idẽ. Lẽtulo. Vehementer confidit his noſtris literis apđ te gratioſũ fore. i. valde gratũ. Gellius accipit gratioſum tam ꝓ eo qui gratias adhibet q̃ qui admittit.

✤ Gratidia propriũ nomẽ mulieris Neapolitanę vnguẽtarię ac maleficę quam Horatius in epodo. Canidiã nominauit. Cc.

¶ Gratis aduerbiũ ſignificat ſine pręmio, ſine merito, qđ Vulgo dr̃ per gratiã. Hiero. in gene. Quia frater meꝰ es, non ſeruies mihi gratis. Amb. In diuinis ſcripturis reus ſcribit̃ qui nõ ſtuduerit dare gratis qđ ipſe gratis acceperit. Alias ſignificat ſponte. Aug. li. iiij. cõ. Quorum exempli gratia quędã gratis poſui vel in ipſo ſubſtantię genere innumerabilia reperiũt̃ Sic ingratis inuite nõ vltro, quia vltronea grata ſunt. Ingrata quę ab inuitis & recuſantibus fiunt. Plau. in Amp. Hęc heri ĩmodeſtia coegit me q̃ hoc noſtis ingratis excitauit. Terẽti. in Eunu. Opus faciam vt defatiger vſq; ingratis vt dormiam.

¶ Gratuitus a, um. pe. ꝓ. quod dat̃ gratis. i. ſine ꝑmio ꝙ non eſt mercenarium. Cic. li. j. de legibus. Quid liberalitas gratuita ne eſt, an mercenaria? ſi ſine ꝑmio begnina eſt & gratuita, ſi cum mercede conducta. Aug. Gratuitã nobis ĩpendit deus dilectionẽ quibus gratis vnigeniti ſui miſit redemptionẽ. Hinc fit aduerbiũ gratuito. Suet. in Cæſare Oĩbus vero circa eum atq; etiam parte magna ſenatus gratuito aut leui fœnore obſtrictis.

¶ Grates numero tantũ ꝑlari & in hac tantũ terminatione ꝓ gratis q̃ referri debent ꝓ accepto bñficio. Verg. Grates ꝑſoluere dignas. Non opis eſt noſtrę Dido.

¶ Gratificor rẽ gratiã facio, conſentio, cõplaceo. Cice. Lentulo. Qđ Pompeio ſe gratificari putant. Differũt tñ Gratificari & gratũ facere, ꝙ gratificari ĩ ſe cõtineat qđ

dam maius. Eſt enim beneficium eſſe. Vñ dicimꝰ Deum gratificari hominibus quaſi ſit beneficia cõferre. Gratũ vero facere ſit obſequi & inſeruire. Cic. Si hunc iuueris gratiſſimum mihi feceris. Hinc gratificus.

¶ Grator aris dijs gratias ago & quaſi ſupplico. Oui. li. iij. faſt. Quiſquis ades, caſteq; colis penetralia Veſte, gratare illacis thuraq; pone focis, interdũ Gratari eſt gaudere de bono ꝓprio, vt apud eundem, libro. viij. meta. O ſuperi totoq; libẽs mihi pectore grator. Q ñq; etiã eſt lętari de bono alterius. Ver. Inueni germana viã gratare ſorori. Liui. lib. vij. tũ ſequẽtes currũ Iouis optimi maximi templũ gratantes ouanteſq; adire.

¶ Gratulari cũ datiuo proprie eſt dijs ſiue hominibꝰ q nobis benefici fuerũt in ſucceſſu aut noſtro aut aliorũ cũ laudibus feſtiuitatẽ oſtẽdere. Oritur eñ ex lętitia gratulatio vt ex dolore querimonia. Lact. lib. vj. Nihil eſt ꝙ ſibi aliquis gratuletur has inanes virtutes adeptꝰ ẽ. Aẽniꝰ in Hecuba. Iuppiter tibi ſumme tãdẽ re male geſta gratulor. Interdũ prætermittiꝛ datiuus cũ fuerit pronomẽ. Ouid. Priſca iuuẽt alios ego me nunc deniq; natum gratulor. vbi intelligitur mihi. Quin. Gratulemur iã ꝙ nulla ciuitas laborat, ſubintelligiꝛ nobis. Gratulari etiã eſt gratias agere ſiue ſupplicare. Liui. Triumphantes in capitolium aſcendebanț Ioui optimo maximo cęteriſq; dijs gratulaturi. Nec mirum ſi gratulari dijs dicimus qſi oñdere nos illis aggaudere, cũ ſalutare etiã eos dicamus quaſi ſalutẽ illis optare, quod non dijs ſed hominibꝰ cõuenit. Vnde dicimus ſalue ſacta parens. Gratulari cum accuſatiuo eſt gratum habere. Terent. in Eu. Salutãt, ad cœnã vocant, aduentum gratulantur. Plau in Cap. Vbi quiſquã vident eunt obuiã gratulanturq; eã rẽ. i. gratiã habẽt. Huius compoſitum eſt congratulor.

✣ Graucaſum Caucaſum nominant, quod Scytharũ lingua ſignificat niue candidum. Cc.

¶ Graue ſuapte natura ſignificat ponderoſum, vt graue ſaxum quod nos cũ moleſtia grauat inferẽdo. Vergi. Vomis & inflexi primum graue robur aratri. Et per trãſlationẽ dicitur morbus grauis, ſenectus grauis, id eſt moleſta, qm̃ qui moleſtiam ex ſenectute morbo cęteriſque huiuſmodi ſentiunt quaſi onerabili premuntur, qđ cupide velut graue onus a ſe vellẽt deponere. Cic. in Cato. Qđ nunq̃ ſenectutẽ tibi grauẽ eſſe ſenſerim. Itaq; vnus modus eſt quę corpori aut animo moleſta ſunt ea grauia appellare eo ꝙ moleſtia a mole. i. a re magna vocata eſt. Alter modus eſt, ꝙ quemadmodum grauia & grãdia ſaxa non facile loco mouentur, ſed ad omnẽ temporũ mutabilitatẽ hęrent, ita hoĩes conſtantes ac ſapientia ꝑditi merito graues dicuntur, qui nec ꝑcibus, nec minꝰ ab æquo dimouentur, vt hi faciunt quos leues vocamꝰ, qui ĩ ſimilitudinem paleę ad omnẽ auram ventilantur. Hinc grauitas pro firmitate ac cõſtantia aĩ ac in vultu moribꝰ verbis rebus agendis quędam ſeueritas. Aliqñ pro moleſtia & magnitudine vt grauitas odoris, grauitas doloris, grauitas ſõni. Varijs modis dꝛ graue ſed ad hos reduci poſſũt Nã poniꝛ ꝓ pnicioſo acerbo nocẽte. Ci. li. iij. of. Magnum illud bellum & grauẽ aduerſarium imperij ſuſtuliſſent. Idẽ. Facilius & in morbos incidunt adoleſcentes & grauius ęgrotant. Pro forti & robuſto. Ver. lib. v. Prima pares ineunt grauibus certamina remis. Pro grãdęuo. Idẽ Hinc grauis entellꝰ dictis caſtigat aceſtẽ. Pro vtili ſolido firmo cõſtante. Ci. lib. j. offi. Vt iam ſint alia grauiora atq; meliora tamen nos ſtudia noſtra naturę regula metimur. Pro triſti. Verg. lib. viij. Grauior ne nũcius aures. Vulneret. Pro ſapienti cũ auctoritate. Cice. in Hortẽ. Quid eñ aut Herodoto dulcius aut Thucide grauius? Pro ponderoſo. Vnde graue æs dicitur, quia deni aſſes ſingula pondo efficiebãt. Pro neceſſario. Lucil. li. xxix. Habeaſq; animo mihi admodũ cauſam grauẽ fore quę me ab vllo cõmodo abducat tuo. Pro pleno Vergi. Tum pietate grauẽ ac meritis ſi forte virum quem Conſpexere ſilent, ꝓ fœcundo & frugifero. Idẽ. Quid labor aut benefacta iuuãt, qđ vomere terras Inuertiſſe grauis? Pro multo. Var. Vbi graues paſcantur atq; alanꝛ pauonum greges. Sal. lib. iij. hiſto. Cœpit per omnẽ prouinciam graue pretium fructibus eſſe. Pro amaro. Var. ĩ quinquatribus. Abſynthiũ vt bibam graue & caſtoriũ. A grauis fit aduerbium grauiter & graue.

¶ Grauiter ſignificat multũ. Cęc. Placere hoc cœpit grauiter. Cic. Nec vero audiẽdi grauiter qui inimicis iraſcẽdum putant. Verg. Grauiter ſpirantis copia thymbræ. Aliqñ ſignificat aſpere male. Idẽ. Graue olẽtis auerni. Aliqñ moleſte. Cic. Grauiter & iniquo animo tuli. Aliqñ ſapienter. Idem. Si quid prudenter ſi quid grauiter factum eſt. hoc eſt non leuiter ac inſipienter, ſed mature ſapienterq;.

¶ Grauedo ponderoſitas, qñq; ſumiꝛ pro morbo ſeu humore q ex capite diſtillat. nares claudit, vocẽ obtundit, tuſſim ſiccã mouet, ſicuti docet Cęlſus li. iiij. Catul. Sentire ceſſo ꝙ grauedinẽ & tuſſim. Plautꝰ. in Aſi. Qđ illa haud ſimulet quaſi grauedo profluat. Hoc ne ſic faciat tu labellũ abſtergas. Gręci corizas vocant. Hippocrates diſtillatiões omnes & grauedinem nominat coryzas.

¶ Grauedinoſus nõ ſolũ qui grauedine infeſtaꝛ, ſed etiã qui ad eũ morbũ eſt procliuior. Cic. lib. iiij. tuſ. Itaq; dicimꝰ quoſdã grauedinoſos, quoſdã terminoſos nõ quia iã ſint ſed quia ſępe ſint. Plinius appellat Aruũ grauedinoſum, ꝙ bobus in pabulo grauedinem facit.

¶ Graueolẽtia malꝰ dolor. Pli. Et oris graueolẽtiã tollit

¶ Grauicos grauis cordis. Cc.

✣ Grauiloquꝰ grauia loquens, ide grauiloquentia. Cc.

¶ Grauo as, ꝑmo onero moleſto. Vergil. Nec me labor iſte grauabit. Huiꝰ cõpoſita, Aggrauo qđ eſt ſup ſeu plꝰ grauo. Col. libro. ij. Tum etiam ratio ruſtici aggrauatur exiguo ꝓfecti operis. Degrauo deorſum grauo. Idẽ li. j. Et quod prius extructum imminebit cedenti paulatim degrauatũ pondere ſuo pręceps attrahetur. Verg. li. iij. Ddgrauat ętna caput. Cypri. Quomodo cœlũ petunt & ad ſublimia & alta conſcẽdunt q terrenis cupiditatibus degrauantur. Ingrauo intus ſeu valde grauo Hieron. in Exo. Ingrauatũ eſt cor pharaonis. Pręgrauo valde grauo. Idem ad Marcellũ. Quapropter moneo vt dũ mũdi huiꝰ viam currimus nõ duabus tunicis, nõ calciamẽtorũ pellibꝰ ꝑgrauemur. Et hęc oĩa habẽt penu. correptam.

✣ Grauo depo. Plautꝰ. in mili. Quid grauaris? i. grauiter fers. Et modo abſolutũ, modo tranſitiuũ eſt, vt cũ dicimus Grauor aduentum tuum. Paſſiuum eſt cũ dicimus Grauor ingenti onere.

¶ Grauate aduerbiũ ſignificat cũ labore ſiue cũ moleſtia

¶ Graueſco is, grauis & oneratꝰ fio. Ver. li. ij. ge. Nec minꝰ interea fœtu nemꝰ omne graueſcit. i. oneraꝛ. Hic aggraueſco magis grauis fio. Teren. in Hecy. Male me tuo ne philomenæ magis morbus aggraueſcat. Ingraueſco eiuſdem ſignificationis eſt. Augu. lib. ij. de ciui. dei. Nã ingraueſcẽte peſtilẽtia ludi ſcęnici Romę primitus inſtituti ſunt. ¶ Grauida mulier q̃ iã cõcepto fætu grauatur. Pręgnãs q̃ iã occupata eſt in generãdo qđ cõceperit. Aug. Qũo fiet iſtud vt vtero grauida ſim pudico, & immunis ſim a marito? Aliqñ ponitur pro plena. Inde grauido as, ꝓ impleo veteres poſuerũt. Cæcil. Tite per myſteria hic honeſte grauidauit probo. Leo papa. Virgo regia Dauidicæ ſtirpis eligitur, q̃ ſacro grauidãda fœtu diuinã humanãq; prolẽ conciperet tam mente q̃ corpe. Et inſciens propinqua partui, ꝙ incitatꝰ ſit fœtus eius.

¶ Grauaſtellus ſenior. Plau. Quis eſt grauaſtellus iſte q aduenit? Vt puto a grauitate dictꝰ. Plau. in epi. Sed quę eſt hæc muliercula & ille grauaſtellus qui venit. Quidã tamen legunt Rauaſtellus a rauo colore.

¶ Grex differt ab armẽto, ꝙ grex minorũ animaliũ ſit congregatio, vt ouiũ, porcorum, caprarum. Armẽtũ maiorum, vt Camelorum, boũ equorum. Hiero. in deutero Habueriſq; armẽta boũ & oniũ greges. Ouid. Mille greges illi totidẽq; armenta per herbas paſcebãt Ver. Hęc



ſatis armẽtis, ſuperat pars altera curę. Lagineros agitare greges hirtaſq; capellas Inueniꝛ tñ quãdoq; grex de maioribꝰ dici. i. bobꝰ. Verg Aut aliquam ĩ magno ſequitur grege. Tñ ad diſtictionẽ adidit magno ſicut Hora adiecit mugiẽtiũ. Aut ĩreducta valle mugientium proſpectat errãtes greges Quaſi Grex generalꝰ nomẽ ſit, armẽtũ ſpecialꝰ. Et illud ſine appoſito poſſit de pecoribꝰ minutis ĩtelligaꝛ, cũ appoſito poſſit etiam ad maiora traſferri. Ci Fudit apothecas, cecidit greges armẽtorum. Col. li. i. Nec abſitꝰ reges armẽtorũ cęterorũq; quadrupedũ culta & dumeta paſcẽtiũ. Diciꝛ & grex de auibꝰ. Aug. lib. vij. de ciui. dei. Alias vero greges ĩſtituerit q̃ cõgregatę atq; ĩ gregibꝰ malint viuere, vt ſũt colũbe ſturni, cerui, damulę, & cętera huiuſmodi. Etiã bonorũ vel malorũ hominũ diciꝛ Grex Cic ĩ his bonis gregibus omnes aleatores oẽs ĩpuri ĩpudiciq; verſãꝛ. Et eſt tam fœ q̃ maſc. gñs

¶ Gregarꝰ ex grege, vulgaris. vnde gregarꝰ miles diciꝛ non electꝰ ſed tumultuarie vndecũque collectus Saluſt. Deĩde multi mẽores Syllanę victorię ꝙ ex gregarijs militibꝰ alios ſenatores videbãt alios ita diuites vt regio victu atq; cultu vitã agerẽt. Colu. li. vij. Gregariorũq; paſtorũ velut minutã profeſſionis ſuę diſciplinam conſtantiſſime repudiaſſe.

¶ Grego. gregas de quo Priſci. Sunt & alię deriuatiões diuerſas ꝉminationes habẽtes tã a nõibꝰ q̃ a verbis naſcentium verborum, vt a Gręco greciſſo & gręcor. a grege Greco. a philoſopho philoſophor. Huiꝰ tamen cõpoſita magis ĩ vſu ſũt, vt abgrego quod eſt deduco, aggrego. aſſocio, adiũgo. Lactã. libro quarto. Si nobis credẽdũ eſſe nõ putãt, credãt Homero qui ſummũ illum Iouem dęmonibꝰ aggregauit. Congrego Idẽ in eodem. Alium q̃ ſibi populũ fideliorẽ ex alienigenis cõgregaret. Segrego ſeorſũ pono, diuido. Feſtꝰ Segregare ẽ ex pluribꝰ gregibꝰ partes ſeducere. Et hęc habẽt oĩa penulti. corep.

¶ Gregalis & hoc gregale quod ĩ grege viuit. Var. li. ij de re ruſt. Equi bõi futuri ſigna ſũt ſi cũ gregalibꝰ ĩ pabulo cõtẽdit in currẽdo alia ve qua re quo potior ſit.

Gregati per diuerſos greges. Var Merula ꝙ mera. i. ſola volitet. contra ab eo graculi ꝙ gregatim.

¶ Greſſus a, um, participiũ a gradior. Greſſus us, inceſſus, ambulatio, vt greſſus meos dirige.

¶ Greſſibile quod eſt aptum ad gradiendum, vt homo eſt greſſibilis.

¶ Greſſutꝰ a, um, penultima producta idẽ quod greſſibile, nõ eſt qđ magnos habet pedes, vt quidã autumãt Nã Auguſt. ĩ dialec. ſic ſcribit. Socrates eſt homo ergo geſſutmeſt.

¶ Groſſus a, um, nomen eſt quãtitatẽ ſignificans. Cuiꝰ diminutiuum eſt groſſulus.

¶ Groſſi tantũ pluraliter dñr ficus antequam matureſcant. Alij dicunt groſſos eſſe ficus qui nõn matureſcũt. Primitiuę ficus quę pręcoces ſeu pręcoques & a neotericis. Flores appellantur, apud gręcos ꝓdomos vocant Col. li. iij. Si voles ficũ quãuis natura feram facere cum groſſuli minuti erunt factum decutito.

¶ Groſſipion ſiue exylon ſeu groſſapainꝰ frutex eſt ex ſuperiori parte ęgypti q̃ in Arabiam vergit allatus, nũc etiã in quibuſdã locis Italię naſcens, ex quo lina fiunt quæ groſſipina ſiue xylina ſeu groſſipina dñr paruulus eſt, ſimilẽq; barbatę nuci debet fructũ plenũ lanugĩe, ne vllum genus lini in cãdore mollitia ve ꝑfertur huic. Iuriſconſulti inter lanas potius cõnumerant, dicuntq; lanã lineam a gręcis appellari. Ex his fiũt veſtes candidiſſimę ac ſubtiliſſimę q̃ vulgo bombicinę dicuntur, cũ xylinæ ſeu groſſipinæ groſſam pinę ve appellari debeãt. Quidã huiuſmodi linũ cotonũ vocant. Frutices id ferentes quibuſdã ĩ locis folia habẽt vitiũ ſimilia niſi ꝙ minora ſunt, feruntq; cotonei mali ſimilitudinẽ & cucurbitas q̃ maturitate ruptę lanuginis pilos emittunt.

¶ Grues aues minime ſoliuagę, q̃ ſe nõ ſegregãt ſiue cũ volãt, ſiuę cũ paſcũtur. Et a ſono vocis dictę. Excubias nocte diuidũt, capite ſubter alam condito dormiunt alternis pedibus inſiſtentes. Volãtes autẽ ordine quodã y literã faciũt, id qđ palamedem depręhendiſſe legimꝰ Hierony. ad Ruſticũ. Grues vnam ſequuntur ordine literato. Marti. Turbabis verſus nec litera tota manebit Vnã perdideris ſi Palamedis auẽ. De natura huius auis Amb. li. Hexa. ſic habet, grues iniuſſi & voluntario vſu in nocte ſollicitã exercent cuſtodiam diſpoſitos vigiles ſeruant, & cęteris conſortibus generis quieſcentibꝰ alię circumeunt & ex plorant ne qua ex parte inſidiæ tentẽtur, atq; deferũt impigrã ſuo vigore tutelam, poſt vbi vigiliarũ fuerit tempꝰ impletum perfuncta munere in ſõnũ ſe præmiſſo clãgore componit vt excitet dormientẽ cui vicem muneris traditura eſt. At illa volans ſuſcipit ſortem, nec vſu noſtro inuita & pigrior ſomno renũciat ſed ĩpigre ſuis excutiture ſtratis, vicem exequitur, & q̃ accepit gratiã pari cuſtodia atq; officio repſentat. Ideo nulla diſcretio q a deuotio naturalis ideo tuba cuſtodia quia volũtas libera. Hunc etiã volantes ordinẽ ſeruant & hac moderatione omnẽ laborem alleuiant vt ꝑ vices fungantur ductꝰ ſui munere. Pręcedit enim vna & pręcurrit cęteris, deinde conuertitur & ſequenti ſortem ducendi agminis cedit.

¶ Gruo is, grui. Feſtus gruere dicuntur grues vt Sues grũnire. Hinc congruo ꝓ conuenio concordo. Terẽ. in heau. Cõcede hinc domum ne nos cõgruere ſentiant. i. cõcordare. Hinc congruum, & Ingruo is, de quo alibi.

¶ Grumus terrę collectio, minor tumulo. Apud Col. dꝛ cliuulus. Vñ li. ij. ait, grumos quos ad verſuram plęrumq; tractę crates faciunt, deſpiciemus ita necubi ferramẽtũ fœniceſis poſſit offendere. Cuiꝰ dimi. eſt grumulus. Pli. li. xix. Quidã & alliũ vlpicũ in plano feri, vetant, caſtellatimq; grumulis ĩponi diſtãtibꝰ iter ſe pedes ternos

¶ Gruma, menſura quędã qua fixa viæ ad liniã dirigũtur. vt eſt agrimenſorum & ſimiliũ, Hic degrumor aris, pro diro. Luci. Viamq; degrumaris vt in caſtris menſor facit olim. Et Exgrumor. Vnde exgrumantes apđ Var. legitur, libro. iij. de re ruſt. qđ eſt de menſura & recta via excedentes vel grumos eruentes.

¶ Gruminæ dicitur loca media inter quæ directę quatuor conueniunt vię.

¶ Grunnio, is, grũniui & grũnij, itum, ꝓpriũ eſt vocis porcorũ. Ci. li. v. tuſc. Aut grũnit cum mactatur ſuis. Iue. Et cum remigibus grunniſſe elpenora porcis. Hinc grunnitus tus.

¶ Grundire veteres dicebãt qđ nos grunnire dicimꝰ. Clau. li. analium. xv. Grundibat grauiter pecus ſuillum. Hinc grundules lares dictos accepimus quos Romulus cõſtituiſſe dꝛ in honorem ſcrophę, quę xxx. pepererat porcos Caſius hemina. Sus parit porocos triginta cuius rei fanũ fecerunt Laribus grundulibus.

¶ Grynꝰ ſiue gryni opidulum eſt Myrincorum vbi gryneus appollo colebatur.

¶ Gryllus aĩal eſt magnitudine cicadę corpore longiore. genꝰ eſt locuſtę, vndi q; ꝑ orbẽ, terra ĩ ꝑnicies agris pręterq̃ in parthia. Parthię illos comedunt vt teſtatur Hiero. cõtra Ioui. Dictus gryllus a ſono vocis Suidas. γρύλλος ξενοφῶντος σωκρατικοῦ υἱός γρύλλος καὶ διόδορος καὶ γρύλλος ὁ χοῖρος. ✣, id eſt gryllꝰ Xenophontis Socratici filius & gryllus. Diodorus & gryllꝰ porcꝰ. Huic magnã authoritatẽ perhibent Nigidius magiq; ꝙ retro ambulet terram terebret noctibus ſtridat.

✣ Gryneus nomen vnius ex centauris. Cc.

✣ Grynea vrbs ętholiæ in confinibꝰ Ioniæ inde gryneus a, um, ut gryneus Apollo & gryneum nemus. Cc.

¶ Grypes q & gryphones animalia pẽnata & quadrupedia, oĩ ex parte leones ſunt, alijs & facie aquilis ſimiles eq̃s vehementer infeſtę. Naſcũtur in hyperboreis montibꝰ. Et põt declinari grypes is. Et grypes & grypus. Hier. in Leui. aquilã & grypũ gryphi vero vt Gel. inq̃t enigmata ſunt gryphon enim gręci inſolubile dicunt.

¶ Gryphia græcis dicuntur nare curui. Quo noīe dictꝰ eſt filius Demetrij vt auctor eſt Iuſtinus.
¶ Gryppos dr̄ ſermo implicitus .gellius . Alioſq; id genꝰ gryppos neminē poſſe dicens niſi ſe diſſoluere.
¶ Grypus per ſimplex p. naſus aduncus gibbꝰ ſeu aquilinus a gryphis ſimilitudine deductum nomen græci γρύπες nos gryphes dicimus.

G ANTE V

GVeſſere, vel Reſerulæ vulgariter vocātur mures quorū ſtercus habet odorē muſci, habitat ī pratis & ſuper riuos, aliquando in domibus.
¶ Gula anterior pars colli qua cibus atq; potus deuoratur. Nam collum tam ceruicem poſteriorem, q̄ gulā anteriorem habet. Et gula cū oſſibus intelligitur. Sal. Laqueo gulā frēgere. Aliqn̄ accipit̄ gula pro gulę vitio. Iuue. Dū gula ſęuit. Hic fit guloſus a, um, qđ eſt deditꝰ gulę vitio. ¶ Degulo as, de quo alibi. Et ingluuies.
¶ Guliocę nucū iuglandiū ſūma & viridantia putamia.
¶ Gummi & gummis genc. fœ. Col. noſtrorū tēporum agricolę exiſtimaūt noua dolia liquida gūmi perluere. Idem. Multi cū ſemel noua dolia vel ſerias craſſa gūmi liuerūt, vna in perpetuum gūmitione cōtenti ſunt. Vnde gūmitio. Col. li. vlti. Quā gręci κομμῶσιν. Eſt autem gūmi lachryma arborū q̄ eſt quaſi gutta. Hinc gūmatæ arbores dn̄r quę gūmi producunt. Palladius. In ceraſis hoc ſeruandum eſt & in omnibus gummatis, vt tunc inſerantur quando his vel non eſt vel non deſint gummē effluere.
⁜ Gumminum oleum ex gummi factum. Cc.
¶ Gurges gitis, locus in flumine ꝓfundus in quo aqua vertitur. Et omnis aquarū congeries dicit̄ gurges, licet quādoq; per tapinoſim ponatur pro mari. Ver. Nantes ingurgite vaſto.
¶ Gurgito as, pe. cor. deuoro impleo. Hinc fiunt cōpoſita Egurgito as. Ingurgito as.
¶ Gurgulio proprie pars gutturis a naribus ad pulmonē conſtans cartilagine & carne ꝑ quā ſpūs meat ac remeat. Et hęc ſpiritalis fiſtula dr̄. Rurſꝰ gurgulio vermis quidā qui in horreis naſcēs frumentū abſumit, ſic dictꝰ ꝙ totus ſit guttur. Ver. Populat ingentē farris aceruum gurgulio. ¶ Gurguſtiū & diminu. gurhuſtiolū genꝰ habitatiōis anguſtū a gurgulione verme ſic dictū. Seruius docet Gurguſtium eſſe obſcurā & latentē tabernā. Cic. in Piſonē Neſcio quo egurguſtio te prodis. Ambro lib. Hexa. Nonne quo ſplēdidior foris ſpecies loci eiꝰ effulgeat, hoc horrentis deſuꝑ cœnę gurguſtiū eius intus obſcurius ſit. Apul. Ergo breuitatē gurguſtioli nr̄i ne ſpernas peto, ſis contentus lare paruulo.
¶ Guſtus us. Vnus ex quinq; ſenſibus corporis.
¶ Guſto as, quid ſignificet declaratur ex pſalmo cū dr̄ guſtate & videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s Lact. li. ij. Id autem pręceptū fuit vt ex arbore vna q̄ fuerat in medio paradiſi nō guſtaret, Hic guſtatus tus. Ci. in Cato. Aqua oriēs vna ſe oſtendit q̄ & ſucco terrę & calore ſolis augeſcens prīo eſt peracerba guſtatu. Huiꝰ cōpoſita ſunt. Deguſto qđ eſt multū bene guſto. Sal. Inde cū poſt execrationē omnes deguſtaſſent, ſicut in ſacris ſolēnibus fieri cōſueuit, aperuiſſe conſiliū ſuum. Præguſto ante guſto. Hier. in exo. Carnē q̄ a beſtijs fuerit p̄guſtata nō comedetis.
¶ Guttus proculi genus quo in ſacrificijs vtebant̄. Pli. li. xvj. Curiꝰ iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttū phagiū quo ſacrificaret. Vel in qđ oleū mittitur, dictꝰ ꝙ guttatim mittat. Nā eo vſi ſunt Romani in balneis ad vngenda eorū corpora poſt lauationem, gelli. Puerū iubet Taurus oleū in ollam indere. Erat is puer genere atticus feſtiuiſſimus ętatis & gentis argutijs ſcatens, guttū ſamiū ore tenꝰ imprudens inanē tanq̄ ieſſet oleū offert, cōuertitq; eū & vt ſolutū eſt circūegit ꝑ omnē ꝑtē ollæ manu, nullū īde ibat oleū. Poteſt ēt dici vas in quo odorifera vnguēta ſeruant̄, ꝙ inde guttatī ſumātur. Serenꝰ ꝑ vaſe vinario ſumpſit cū ait, Siue meri guttus ſeu frigoris efficit aura. Var. de origi. Vt vinū minutatim funderet a guttis guttū appellarūt. Huiꝰ dimi. eſt guttulus. Plau. Vt guttulā hauriret ex guttulo.
¶ Gutta minima pars aquę vel alteriꝰ materię liquidæ hoc eſt ſtilla. Cuius diminu. eſt guttula.
¶ Guttatim per ſingulas guttas. Plautus. Aedepol cor miſerū meū qdē guttatī cōtabeſcit quaſi in aquā īdideris ſalē. ¶ Gutturniū vas ex quo aqua guttatim inimanꝰ datur ab eo ꝙ propter anguſtias guttatim fluat.
¶ Guttur accipitur pro ea parte q̄ eſt a faucibus ad iugulū ſiue exterior ſiue interior ſit. Vnde Pli. guttur homini tātū & ſuibus intumeſcit aquarū quę portant̄ plęrumq; vitio. Ver. in geor. Et lęte pecudes & ouātes gutture corni. Plau. in aul maſ. gn̄e poſuit ꝓ ano cū inquit. Etiā ne obturat inferiorē gutturē, ne qd aīę emittat dormiēs
¶ Gutturoſi dicuntur quorū guttur tanq̄ ſpongia quędā intumeſcit, ita vt hoc malū non morbus ſed vitium ſit. Vlpia. de ędilitio ędicto. Si quis natura gutturoſꝰ ſit aut oculos eminentes habeat.

G AMTE Y

GYgemorus monticulus eſt nō lōge a Theſſalia. Cc.
¶ Gyges nomen viri ꝓpriū qui cœli & terrę filius fingitur. Alius fuit Lydię rex. Quo etiā nomine dictus eſt Lydię fluuius.
¶ Gygæus cum ę diph. lacus lydię. Proper. Lydia gygęo tincta puella lacu.
¶ Gymnos latine nudus dr̄. Inde fiunt gymneſia & Aproſiades inſulę ī mari Illyrico, quas baleares vocant.
¶ Gymnaſtes p̄ceptor exercitiorū pueros exercens.
¶ Gymnaſium exercitium. Vn̄ & ponit̄ ꝓ loco in quo palęſtritę exercebantur nudi & oleo vncti. Nā γυμνὸς latine nudū ſigni. vel dr̄ gymnaſium a γυμνάζω exerceo. Vn̄ gymnoſtica appellat̄ diſciplina exercitationis. Ariſto. li. viij. politi. monet adoleſcentes gynaſticę tradendos eſſe vt ita fiant exercitatiores firmioreſq;. Verū poſtea gymnaſium pro ludo literario, & oī loco in quo fiat aliqđ genꝰ exercitatiōis ſumi cœpit, cū philoſophi gymnaſia tenuerint & ī illis diſputauerint, quę & ſcholæ & diatribę vocitatę ſunt. Vn̄ apđ rhetores prægymnaſmata pręexercitamenta dn̄r. i. exercitationes quædā in dicendo anteq̄ ad veras actiōes deſcendāt Aphtoniꝰ in rhetoricis σὺν θεῷ ἀρχὴ τοῦ ἀφθονίου ῥήτορος προγυμνάσματα ⁜. i. cū deo principiū. Aphthonij rhetoris præexercitamenta. ¶ Gymnaſtica ars ſeu doctrina q̄ pueri exercēt̄. Vnde Ariſto. pręcipit li. viij. politi adoleſcētes gymnaſticę & pędotriuice eſſe tradendo. Plau. lib. vij. de legi. Gymnaſticę noīe exercitationes omnes bellicas cōtinēri docet, eā quę diuidit in ſaltationē & luctationem.
¶ Gymnaſiarches gymnaſi ſiue exercitationis prīceps & ludi magiſter.
¶ Gymnoſophiſtę nudi ſapientes philoſophi indorum ſic dicti ꝙ nudi incederent. Nā σοφιστής ſapidus dr̄. Augu. li. xiiij. de ciui. dei. Cū qdā nudi philoſophentur vn̄ gymnoſophiſtę nominant̄. Et li. xv. Indorū gymnoſophiſtę qui nudi phibentur philoſophari in ſolitudinibꝰ Indię a generando ſe cohibent. Hiero. cōtra Ioui. Apđ gymnoſophiſtas indiæ q̄ſi permanꝰ huiꝰ opinionis auctoritas tradit̄ ꝙ Buddā principē dogmatis eorū e latere ſuo virgo generarit. Hi ab exortu ad occaſum perſtare dicuntur ſolē cōtuentes īmobilibus oculis feruentibꝰ harenis toto die alternis pedibꝰ inſiſtentes. Hi frigora nimiū & ęſtus flāmę citra dolorē perferūt. Fertur Alexādrū macedonē ad eos acceſſiſſe dixiſſeq; petite quodcūq; vultis. Qui reſponderunt da nobis immortalitatē q̄ ꝑ ceteris optamꝰ. Quibꝰ ille ait. Cū ego ſim mortalis immortalitatē nemini pręſtare poſſū. Si ergo inquiunt mortalē te eſſe cognoſcis cur nō contentus patris ſedibꝰ omnibus infeſtus totum orbem ſubijcere conare? Suidas, γυμνοσοφισταὶ παρὰ βαβυλωνίοις οἱ φιλόσοφοι καὶ παρὰ ἀσσυρίοις ⁜ Id eſt Gymnoſophyſtę apud Babilonios & Aſſirios philoſophi.



¶ Gymnici ludi dicti ſunt quia in his ſe nudi atq; vncti exercebāt in athleticis & palęſtricis certaminibꝰ Nero ędidit certamen gymnicum.
¶ Gyne γυνὴ apud gręcos & mulieres & vxores ſignificat. ¶ Gynœtium, locꝰ ſecretior in edibus vbi ſolę mulieres habitabāt, q̄ & gręce γυναικεῖον a mulieribꝰ q̄s græci γυναῖκας vocāt. Plaut. in Muſ. Dare vult vxorem filio quātū pōt ad eā rē facere vult nouū gynœciū. Dr̄ & hęc gynœconitis ni ſyllaba ꝓ mulierū vt ita dicā ſenatulꝰ & in domo pars vt apud Vict. Probꝰ Aemylius. Nec ſedet niſi ī īteriore parte ędiū q̄ gynęconitis dr̄ ἀπὸ τοῦ οἴκεω habito. Vn̄ οἶκος dr̄ domꝰ a quo œconomus adminiſtrator rei familiaris, & œconomica q̄ ad rem domeſticā ꝑtinēt Oeconomia adminiſtratio Oeconomo villicor. Andronitis vero locus vbi viri frequenter in domo ſunt.
⁜ Gynechātis nigra vitis quā qdā aproniā vocant. Cc.
¶ Gypſus genꝰ cretę q̄ facile cōglutinat̄ & indureſcit, quo tectoria parietibꝰ inducunt̄, & facile formant̄ ſigna Vn̄ & ꝓ ipſo ſigno qn̄q; ponit̄. Iuue. Quāq̄ plena omnia gypſo Chriſippi inuenias. Multis in locis ex lapide concoquitur alibi e terra fodit̄ vt in Cypro. Hinc formant̄ gypſeꝰ, a, um, quod ex gypſo eſt. Gypſatus a, um, quod eſt gypſo infectum vel gypſo tectum.
¶ Gypſo as, gypſo inficio ſeu tego. Tybul. Nota loquor regnū ipſe tenet quē ſepe coegit Barbara gypſatos ferre cataſta pedes. Et gypſare eſt gypſo obturare. Col. Cū deinde modice aruerunt in vaſa noua ſine pice operculata & gypſata ſicco loco repōito Rurſꝰ gypſare eſt medicaminibꝰ perfundere. Vn̄ Cic. Trebatio ſcribit Medeam gypſatis manibus fuiſſe.
¶ Gyrus latine circulus vel ambitus dici poteſt.
¶ Gyro as, circundo. Vnde regyro pe. pro. qđ eſt retro gyro. Var. Quidam q̄ nō ſolum a lateribus per feneſtras ſed etiam ſubtus a ſolo ventus regyrare poſſit.
¶ Gyttheum oppidū qđ Hercules & Apollo depoſitis eo loci ſimultatibus cōmuni opere cōdiderunt. De hoc liuius in Mace. Bello Gyttheum inquit oīm maritimarum rerum Lacedæmonijs receptaculū. Hinc Gytheates dicti ſunt in eo habitantes.

HNON POTEST ESSE FInalis in ſyllaba p̄ter ah & vah interiectiones, ſed per apocepem dicta ſūt cū ꝯpleta ſint aha & vaha, vel qa abſcondita voce ſolēt proferri interiectiones. Iungitur aūt vocalibꝰ omnibus & quatuor conſonantibus. ſ. C. vt Chremes. P. vt philippus R. vt pyrrhꝰ. T. vt thraſo. & hoc, vt valentius ſonet dictio

H ANEE A

HAbeo es, ui, itum, invifitatiori ſignificatiōe. Plau. in Aul. Virginē habeo grandē, dote caſſam atq; illocabilem. Et hæc eius ꝓpria ſignificatio qđ Gręci dicūt ἔχειν per tranſlationē ponit̄ hr̄e pro tenere. Salu. Tale periculū reip. haud occultū habuit Pro facere. Idē Igitur comitijs habitis cōſules declarant̄. M. Tul. & C. Antoniꝰ. Pro Tolerare. Idē. Neq; cuiq̄ mortalium iniurię ſuę paruæ vident̄, multi eas grauius ęquo habuere. Pro poſſidere tenere occupare. Teren. in An. At mihi vnus ſcrupulus etiā reſtat qui me habet male. Sal. in Iugur. Animꝰ incorruptus æternꝰ rector humani generis agit atq; habet cūcta nec ipſe habet̄. Ver. Hoſtis hēt muros pro Credere, Exiſtimare. Terē. in An. Sꝑ eiꝰ dicta atq; habita eſt ſoror Pro dicere. Sal. Lareſum hiſpaniæ ciuitatē q̄ nunc tyrij mutato nomine Gadirim hn̄t. Pro habitare. Plau. in Tri. Hæ ſunt ædes, hic habet Sal. Credo falſa exiſtimans ea q̄ de inferis memorant̄ diuerſo itinere malos a bonis loca tetra occulta fœda atq; formidoloſa habere. Pro intelligere. Qđ eñ tenemus corpore, habemꝰ quoq; item animo. Teren. in Heau. Habet omnē rem, pergā quoq; cœpi hoc iter Solet in hac ſignificatiōe in extremo materię elegāter poni. Cic. Hęc habui de amicitia q̄ dicerē. Pro accipere. Terē. in Eu. Hic pro illo tibi munere honos eſt habitꝰ ab eo. Pro ſcire. Salu. Prorſus neq; dicere neq; facere quicq̄ pēſi habebat. Pro Deludere, decipere. Plau. in Am. Is aduenietis ſeruum ac dn̄m fruſtra habet. Pro Tractare Terenti. in Hecyra. Nūq̄ fecꝰ habui illā, ac ſi ex me nata eſſet Pro valere & incolumē eſſe ī tertia pſona qn̄q; ſine ſuppoſito, vt bene ſeu male habet. i. bene vel male ſe res habet, hoc eſt bn̄ ſeu male res ſe ſuſtētāt, male ſe hēt hoc eſt ęgrotat, aut bene vel male ꝓcedit res Lact. li. vij. Bene habet, iacta ſunt fundamēta vt ait eximiꝰ orator Liui. lib. viij. Bene habet inqt quirites vicit diſciplina militaris. Res male habet me. i. male ſollicitat, afficit Si res ita ſeſe habere i ē quo mō ſe & rēpubli. habuerit. i. gubernauerint & geſſerit. Male vel bene te habitꝰ ſū. i. acceptꝰ ſiue tractatꝰ ſū. Cic. Tullia. noſtra valet. Terētia minꝰ belle habuit. i. minus bene valuit. Itē habet ꝑ ſe poſitū ſignificat percuſſꝰ eſt vt Donatꝰ inqt. Et ꝓprie de gladiatoribꝰ dr̄ ꝙ prꝰ alij videāt q̄ illi ſentiāt ſe percuſſos eſſe. in An. Certe captꝰ eſt, habet. Idē in diuerſis locis idē verbū varie accepit. Vn̄ Orationē habuit huiuſmodi. i. ſic elocutꝰ eſt. Sat habeo. i. ſufficit. Nunqd habes qđ contēnas. i. nunquid inueniſti. Qn̄q; habere eſt ſeruare detinere, vt eſt illud Saluſt. In cuſtodijs haberent̄. Quandoq; p̄bere exhibere, vt apud eundē in Ciceronē. Ita largitionibꝰ corruptꝰ eſt, vt ſeſe ac fortunas vęnales habeat. Qn̄q; debere, vt vt cum dicimus habeo tibi gratiā Habere iter eſt ꝓficiſci. Habere verba eſt loqui. Habere fidē vrbis eſt credere Terent. in Andria. Nā propemodū habeo tibi iam fidē. Et in Heauton. Seni noſtro fidei nihil habeo Habeo ratiſinē ſalutis, honoris, rei familiaris, eſt habere reſpectū Sed ſi cū ablatiuo conſtruatur mediante cū vt habet rationem cū terra idem eſt ac ſi diceret̄ habere negociū & commertium. Cic. in Cato. Rem hacet cū terra quæ nunmalit quā recuſat imperium. Idē in tuſ. Quis eſt hoīm qui modo cum muſis. i. cum humanitate & doctrina habet aliquod commercium qui ſe non hunc mathematicū quam illum tyrannum? Et ad Atticum. Cum omnibus muſis rationē habere cogito. Habere rem eſt coire Habere rem cū aduerſario eſt litigare. Habeo conuenire habeo polliceri, habeo audire Pro cōueniēdū eſt mih ipolli cendum audiendum. Cicero Lentu. Tātum habeo polliceri. Idē in Cato. Neq; eos ſolū cōuenire habeo quos vidi, ſed etiā quos audiui & legi. Et lib. de orat. Audire habeo quid hic ſentiat. Quidā tn̄ non contemnenda auctoritatis īterpretant̄. Habeo polliceri. i. debeo ſiue poſſum polliceri. Habeo cōuenire audire. i. decreui ſiue credo cōuenire audire. Aſpiratur hoc verbū vt differat ab Abeo abis, cū ſuis cōpoſitis in qbꝰ a verſa eſt in ī niſi in dehabeo, & poſthabeo Huius verbi cōpoſita ſunt Adhibeo Cohibeo Dehabeo Exhibeo Inhibeo Præbeo Prohibeo Perhibeo Poſthabeo & Redhibeo, de quibꝰ locis ſuis. ℥ Habere fruſtra ſignifi. fruſtrari. Plau. in āp. Habet fruſtra. ¶ Habitꝰ qualitas & forma corporis & cuiuſcūq; rei. Plau. Qualis habitus oris. Col. li. j. Vinea non ſic altos & lacertos exigunt. Nā his habitus foſſuris magis aptꝰ. Ver. li. j. Geor. Cultuſq; habituſq; locorū Accipit̄ etiā pro cultu corporis & veſtimēto. Vn̄ habitus ſcęnicus habitus militaris, habitꝰ religioſus dr̄ Plau. Quis habitus iſte tā ꝓlixꝰ? Pli. Qui ad nos lugubri habitu venerat & capillatior ſolito. Et habitꝰ eſt qui fit ex frequētatis actibꝰ, & a philoſophis diffinit̄ ꝙ ſit alicuiꝰ rei ſiue in aīo ſiue in corpore natura concepta ſed vſu corroborata & plena perfectio.
¶ Habitior apud veteres ſumitur pro pinguiori.
¶ Habitudo ipe corpis habitꝰ. Cic. li. iiij. ad Herē. Nā vt corpis bonā habitudinem tumor imitatur ſæpe ita grauis orō ſæpe iperitis videat̄ ea q̄ turget & inflata eſt,

¶Habentia ab habeo ſicut a ſapio ſapientia ſignificat ipſm habere & diuitē eſſe. Aenni. Verebar enim ne animos eorum inflaret habentia.
¶Habili ꝓ viribꝰ apto. Vergi. Nāq; humeris de more habilē ſuſpēderat arcū Venatrix, huius cōtrarium eſt inhabilis ĩeptus debilis ĩfirmꝰ quoſi parum habilis hoc eſt male habitudinis, habilitas aptitudo.
☩ Habitꝰ, a, um, participiū, quod aliqñ ponif ꝓ pingui, &q toto corpe meliꝰ hãdet. Plau. ĩ epi. Corpulētior hercle atq; habitior. i. pinguior. & habitiſſimꝰ piguiſſimus. Gel. li. iiij. Equū nimis ſtrigoſum & male habitū ſed eqtem eius vberrimum & habitiſſimum viderunt.
¶Habena pe. pro. retinaculū equi, q ea equus habeaf id eſt retineatur.
¶Habito as, pe. cor. De quo Ser. Habitare actō ĩūgitur. Atq; humiles habitare caſas, quia habeo domū dicimꝰ, vñ eſt habito frequentatiuū qd eſt etiā frequēter habeo. Var. hoc mō antiquos ſecūdis rebꝰ comas habitaſſe. Cuius paſſiuum in tertia perſona protulit; Ver. lib. iij. Effuge cuncta malis habitanf mœnia Graijs. Hinc habitaculum, habitatio, Cohabito. Adhabito. Inhabito.
¶Habraam nomen viri proprium apud hebręos.
¶Habronicus nomen viri proprium, & grecum.
¶Hactenus pe. cor. ex hac aduerbio, & tenus cōpoſitū hac fine, ſiue hucuſq; quaſi vſq; ad finē, ſicut Quatenus. Aliqñ ſignificat Intantū ſiue adeo. Sue. in Nero. Cœnę quoq; tēpore interpellatꝰ tumultuoſioribꝰ literis hactenꝰ excaduit, vt malū ijs qui deſciſſent minaref. Cic. Domū ſuā cū abſolutam dedicaret hactenus comprobauit.
☩ Hadrobalū gūmi genꝰ ĩ ſacris vino ꝓfundif, vt ſit odoratiꝰ. Naſcif in Media, hoc qdā Peracticū vocāt. Cc.
¶Hadrys grece, latine caies arboribus dr. Hadros vero huber.
¶Hadrianus nomen proprium imperatoris Romani.
☩ Qui in omni doctrinæ genere preſtantiſſimus fuit.
¶Hadria maſcu. gene. ꝓ ſinu maris, ſeu ꝓ ipſo mari hadriatico Luca. lib. v. Sonat ionio vagus hadria pōto. Genere fœ. ꝓ oppido ꝓpe Ferrariā nūc demerſo ad. xxxv lapidē. Ari dr vulgo, q hadriatico mari nomē indidit A quo fiūt hadrianus, a, um, hadriacus a, um, hadriaticus a, um, & hadrienſis. Fuit hadria Romanorū colonia ardua in colle ſita. Ex qua Hadrianꝰ imperator originem duxit qui in omni doctrinę gñe ꝓſtantiſſimus fuit. Sunt tamen qui hoc nomen non aſpirent.
☩ Hadroſpherum dr quicquid amplum adultuſq; eſt.

## H ANTE AE

HEbudes pe. pro. inſulę ſunt. Solinus. A Calidonię ꝓmontorio Thylen petentibꝰ bidui nauigatio, inde excipiunt Hębudes quinq; numero. Et paulo poſt. Secūdā a cōtinēti ſtationē Orcades ꝓbent q ab hębudibus porro ſunt ſeptē dierum noctiūq; totidem curſu.
¶Hæc plurali numero in genere neutro, & fœ. dicitur. Veteribꝰ eñ mos fuit vt neutra fœmininis iungerenf. Terē. in Eu. Hęc adornāt vt lauent cū de ancillis tardis loqueretur. Et ſi cōponaf cū ad ſignificat preterea. Sal. Cognoueram paruis copijs bella geſta cū opulentis regibus, adhęc ſcientia belli gallos ante Romanos fuiſſe.
¶Hędui populi Aruernis finitimi trans ararim habitātes inter Burgundos nominati.
¶Hędus cū dibh. vt ab edo differat, dictꝰ quaſi fœdus lingua ſabina vbi f. in aſpirationē vertif, aial ex capra genitum. Ver. Sic canibus catulos ſimiles ſic matribꝰ hædos Norā, vel ἀπὸ τῶν ἀιδοίων. i. a teſticulis. Theocri iō cū ę, in prin. Alij cū e. Manil. lib. iiij. Incipient eduli tremulū ꝓducere mentū Hinc fiunt diminutiua. Hędulus hędillus & hædiculꝰ Plau. in Aſi. Hagnellū me tuū dic eſſe hędillū. Iuue. De tyburtino veniet pinguiſſimꝰ agro hędulus. Hędinus a, um, nomen poſſeſſiuum, vt caro hędina, ſicut ab agno, agninus.
¶Hędilia ſunt hędorū ſtabula, qua ratione etiā dicuntur Caprilia ouilia porcilia equilia & his ſimilia, q i his ea animalia contineantur.
¶Hędera pe. cor. ſemper virens per ſe ſtare nō pōt hęret ergo arboribꝰ hęret & muris quos ſæpiuſcule ĩūpit, quā Theophraſtus omniū maxime viuacē ſcribit. Huiꝰ tres ſunt ſpecies nigra, cādida, & q helix vocaf. Dicta hędere q hęreat ſemper & ſequaf quicquid ꝓximū eſt, quis per diphthongū non ſcribaf. Ver. Atq; hanc ſine tēpora circū. Inter victricem hęderā tibi ſerpere lauros. Quidā ab Edo deducūt q parietes edat atq; conſumat, vel q edita. i. alta petat, & ſic ſine aſpiratione ſcribitur Huius racemus corymbus dr. Hinc hæderaceus hęderacea, um. vt corona hęderacea.
☩ Hęderacius quod ex hędera eſt. Cc.
¶Heluolæ vuę inſignes ſunt colore inter purpureas nigraſq; medio ſæpius variante, & ob id Varianæ appellatæ ſeu varie.
¶Hęmatites pe. pro. genus lapidis ruboris ſanguinei.
☩ Hęmachates lapis ſanguinei coloris. Cc.
¶Hęmus mons Thracię, ſic dictꝰ ab hæmo Boreæ & orithyiæ filio. Callimachus ὁμερ πτέρον ἠπείροιο ἄνεμος ὑψηλῆς κορυφῆς ἐπὶ θρήικος ἅιμου. ☩ Id eſt Solum quidē continentis ventus alti verticis in thracio hæmo.
¶Hęmonia regio quæ poſtea dicta eſt Theſſalia.
☩ Hęmathopodes, aues dictæ, a colore pedū ſanguineo quos rubere tradit. Ply.
¶Hęmorrhois latine ſanguinaria dr ἅιμα ſanguis ῥόος fluor, ſerpentis genus peſtiferū, a fluxu ſanguinis. Huiꝰ eñ morſu ſanguis ois e corpore fluit, nec ſiſti pōt Luca Impreſſit dentes hæmorrhois aſpera Tullo. Dr etiā hęmorrhoia. Plin. Muſium ſerpentibus aduerſatur: maxime hæmorrhoiæ & ſalamandræ. Hæmorrhois etiā genꝰ morbi quod intra ſedē naſcif immaturi mori ſpecie, interim ſine tuberna culo ſciſſuras habet vnde ſanguis effluit, interim leuis rubenſq; tumor eſt, nec ſanguinē remittens, ꝓpter quod hemorrhois cæca dicitur.
¶Hæreo es, ſi ſum. Vnde hæſito as. Scribitur cū h ad differentiam huius nois æs æris, quod in ablatiuo facit ære ſine h. & huius nominis herus, quod in vocatiuo facit here ſine diphthongo. Eſt autem hęrere proprie arcte rei inſidere. Ver. Hærent parietibus ſcalę. Et vox faucibus hæſit. Quoniam vero qui in aliqua re dubitant non mouentur, ideoq; hęrere ac ſuſpenſi eſſe videntur ponitur quandoq; pro dubitare & ancipitem eſſe. Terē. in Eu. Hæreo quid faciā. Quandoq; ſignificat Figere. Vnde dicimus hærere radices altius. Terē. in Adel. Caue nūc oculos a meis oculis quoq dimoueas tuos, ne moraſſe, ſi innuero iam quin pugnus in malā cōtinuo hęreat id eſt figatur, vel imprimatur. Quandoq; ſimpliciter ſedere vel ſtare vel eſſe, vt apud eundem in Hecy. In te hęret omnis culpa. Ver. libro. iiij. Multa viri virtus animo, multuſq; recuſat Gentis honos, hęrent infixi pectore vultus. Huius verbi cōpoſita ſunt. Adhęreo adhęrens ſto approximo. Lact. li. v. Quibus poſtea eiectis omnes qui reſanati fuerint adhærent religioni cuiꝰ potētiam ſenſerunt. Cohæreo ſimul hæreo, coniungor & conuenio. Lact. li. ij. Ea enim quę eſt ſolis calore flagrantior proxima eſt & cohæret orienti. Hinc cohæreſco. Boe. ſuper librū. ij. top. Hęc talia ſunt, vt ſæpius quidem adiunctis ſibi cohęreſcant. Inhæreo a quo inhęreſco, de quibꝰ alibi. Super hæreo. Vñ de diuo Anaſtaſio ſcribitur. Demū bullā accipiētes quæ vinculis ſuperhæ ſerat imperatori ſecum duxerunt.
¶Hæreſco hærens fio, infigor. Liui li. ij. Vndiq; i vnū hoſtem tela coniiciunt, quæ cū in obiecto ſcuto hæſiſſēt neq; ille minus obſtinatus ingenti pontem obtingeret gradu, id eſt infixa fuiſſent.
¶Hæſito as, pe. cor. frequentatiuū. Terent in Phor. In eodē luto heſitas, verſuram ſolues. Hierony. Aut pariter in luto heſitabimꝰ, aut pariter expediemur. Pro dubitare accipif illō apl'icū. Poſtulet ĩ fide nihil hæſitas.
¶Heros gñis cōmunis ab hęreo q q hæres eſt heret



hoc eſt proximꝰ eſt illi cuius eſt hęres. Quidā tñ hoc nomen ab herus deriuant, q dominꝰ fiat bonorū q ad eum perueniūt. Sūt aūt hęredes primi & heredes ſecūdi Secundus heres dr qui hęredi ĩſtituto ſubſtituitur vt inquit Boetius in cōmē. top. puta ſi ille heres nō erit ille hęres eſto. Hinc biheres q bis factus eſt heres Coheres qui ſimul heres inſtitutꝰ eſt. Exheres qui extra hereditatem eſt. i. q hereditate priuatꝰ eſt. Eſt & heres nomē deę, cui veteres poſt acceptā hereditatē rem diuinā faciebant.
¶Hæreditas ſucceſſio eſt in vniuerſum ius qd defunctꝰ habebat tēpore mortis, vel qd ſupereſt deducto ære alieno. Et apud antiquos quidē diuidebaf. in. xij. vncias q aſſis nomine continetur.
¶Hęreditarius a, um, qd ad hęreditatē pertinet. Hie. in deutero. Vt habet populū hęreditariū Hinc bona hęreditaria & ſucceſſio hęreditaria apud Am. legitur. Et morbos hæreditarios vocamus qui parentum vitio nobis obtingunt.
¶Hæredipeta pen. cor. qui blāditijs, muneribꝰ & alijs huiuſmodi artibus ſubornant morituros vt ab illis hęredes inſtituantur.
¶Hæredīū paruū pdiū qd nobis ex hęreditate prouenit qd Var. ſcribit. Duo iugera q a Romulo primū diuiſa viritim heredem ſequerentur heredium appellarunt.
¶Heredioliū cū accentu in antepe. ſignificat paruū pdium qd nobis ex hereditate ꝓuenit. Col. in pfa. Ex qua cincinatꝰ obſeſſi cōſulis, & exercitus liberator ab aratro vocatꝰ ad dictaturā venerit ac rurſus faſcibꝰ depoſitis, quos feſtinantibus victor reddiderat quā ſumpſerat imperator ab eoſdem iuuencos & quatuor iugerum auitum herediolum redierit.
☩ Herenniꝰ ꝓpriū nomē viri ab hęrendo dictū. Cc.
¶Hęreſis pe. cor. greca dictio ē qua apud nos optio vel electio & ſecta ſignificaf, ab ἅιρω vel ἀπὸ τοῦ ἁιρεῖσθαι qd ſignificat eligo, capio, vel volo. Vñ ſumif pro opinioe tenaci & ſententia in qua perſiſtamꝰ electa. Cice. in paradoxis. Cato in ea eſt hereſi q nullū ſequitur florē orationis. Hinc cōponūtur Diehęreſis diuiſio. Aphęreſis ablatio. Synhęreſis coniunctio. Hęreſiotes, hereticus, hæreſiarches, hereticorū princeps. Theologi hereticū vocāt qui ſectam aliquā vel inſtituit, vel ſequitur aduerſus fundamenta religionis.
¶Herba ad hęrendo dicta eſt, q terrę fixa hęreat. Eſt aūt ꝓprie viride pecudū pabulū. Ver. lib. j. geor. Et ſulcis frumenti quęreret herbā. Apud veteres etiā herba ponif pro victoria. Vñ herbā dare ſignificat victū fateri qd eſt antiquę, & paſtoralis vitę indicium. Nā q per prata curſu aut viribꝰ cōtendebant, cū ſuperati erant ex eo ſolo in quo certamē erat decerptā hærbā aduerſario tradebant. Ab hærba fit diminutiuū hærbula. Cice. lib. iij. de natura. Ceruæ pauloante partum perpurgant ſe quadam hærbula quæ ſæſelis dicitur.
¶Herbiliſandera veteribus dictus eſt hærba paſtus, qñ grauior q paſtus frumento.
¶Hærboſus a, um, quod hærbis abundat.
¶Hærbaceus a, um, qd eſt ex hærbis, vt Betaceus Maluaceus, & huiuſmodi.
¶Hærbidus a, um, idē qd hærboſus. Colu. lib. ſecundo Montem ſublimem & aſperum ſed nemoroſum & hærbidum maxima probauerunt.
¶Hærbariꝰ qui vim hærbarū nouit & diſcutit & medicamēta ex his cōponit. Pli. lib. xxj. Scelus hærbariorū aperietur in hac mētione partē eius ſeruantiū & quarundam aliarū herbarū ſicuti plantaginis ſubſtituentium.
¶Hærbarius a, um, qd ad hærbas ꝓtinet, vt ars hærbaria qua hærbarū natura cognoſcitur. Pli. Herbariā & medicamentariam artem & a Chirone Saturni & Phyllirę filio æs conflare.
¶Hærbo as. hęrbas producere ſignificat. Cuius cōpoſitū eſt exhærbo, quod eſt hærbas extraho. Col. li. v. Et cum germinauit perticalis ſalix ad vnā perticam ſummittitur crebro foditur atq; exhærbatur nec minꝰ q vinea pampinatur.
¶Hærbeſcere eſt herbā effici Ci. in Cato. Et elicit herbeſcentē ex eo viriditatē q nixa fibris ſtirpiū ſenſim adoleſcit. Huius cōpoſita ſunt adhęrbeſco, & obhærbeſco. Pli. Quin & ouillo fimo vti qñ adhęrbeſceret. Feſtus. Ob hærbeſcere, hærbam increſcere.
¶Hagnos latine purus & caſtus, q ſit hoſtia pura & immolationi apta. Hinc deducitur hagnes nomē mulieris ꝓpriū diminutiuū hagnellus. Plaut. in Aſi. Dic igif me tuū paſſerculū, gallinā, cothurnicē hagnellū hœdillū dic eſſe vel vitellum. Hagninus a, um, quod eſt hagni vt caro hagnina.
☩ Eſt agnus arbuſcula ex ſalicum genere quæ lecto ſupoſita Caſtitatem facere hoc eſt venerem cohibere dicitur vt iam dictum eſt.
¶Hagios græce latine ſanctus. Vñ hagiographa ſācta ſcriptura. Hagiographus ſancta ſcribens.
☩ Halcyones vide Alcedines. Cc.
¶Halec tā fœ. q neu. ge. caretq; numero plurali genus piſcis qui ſola aqua nutritur. Mar. Cui portat gaudēs ancilla paropſide rubra halecē, ſed quā protinꝰ illa vorat. Plau. in Aul. Qui mihi holera cruda ponunt, halec aiūt. Sumif etiā pro quodā liquamine ex inteſtinis piſcium Pli. halec imperfecta. Alecus fluuius tenuatur.
☩ Halazonia græce latine iactantia.
☩ Halieutica, dnr volumina in quibꝰ tractatur de piſcibꝰ. Vñ Vopiſcꝰ ſcribit olipiū nemeſianū ſcripſiſſe cynegetica & halieutica. Et Opianus qui opꝰ de piſcatu antonino dicauit, & Apicius ſed halieuſim appellauit.
¶Haleſus fluuius & mons nō lōge ab æthna. Colu. Et q ſicanij flores legiſtis haleſi.
☩ Halia marina nympha ἅλς enim mare dicitur. Cc.
☩ Haliaſmon fluuius eſt Macedoniæ ad quē ducebant quæ volebant candida naſci. Cc.
¶Halo, as, ſpiro vel odorē emitto. Ver. Inuitent croceis halantes floribꝰ horti. Et aſpiranf vt differat ab alois vel potiꝰ a natura, quippe cui cōueniat dēſitas illa quē ſignificat. Eſt eñ exhalatio vaporum groſſiorūq; (vt ſic loquar) ſpirituū denſitudo. Cic. terrę halitū aſpiratione vocat Huius cōpoſita ſunt Adhalo. Exhalo, de quibus ſupra. In halo Lact. de ira dei. Num etiā in aqua ignem eſſe credendum eſt? At qui de ſole ignis ne ęſtate quidē accendi poteſt ſi cęre inhalaueris.
¶Halaoo ab Ariſtote. in Meteoris dicitur quem noſtri mō circulū mō coronam circa lunā dicūt. Se li. j. queſti. Hunc græci halo vocant, quem nos dicere coronam aptiſſime poſſumus.
¶Hallium genus holeris ab halando dictum.
¶Halius genus ſcaphæ
¶Hallicacabū herbā vocāt quā, alij ſolanā. Strychniū, alij veſicariam, q veſicę & calculis medeatur. Cc.
¶Halicalios herba alias Dorio alias Trychnis & Erythros, & Neuris, qam Xenocrates ſcribit omnibus morbis corporeis ſalutarem eſſe. Cc.
¶Halicarnaſus, pe. pro. vrbs carię principū regia circa initiū tauri ſita maritima in minori aſia, argiuorū colonia, in qua Mauſoleū quodā nobiliſſimū opus extabat & Salmacis fons, hęc prius zephyra dicebaf. Ex halicarnaſo fuit Heredotus hiſtoricus. Item. Heraclitus poeta, & Dyoniſius ſcriptor antiquitatū, aqua Halicarnaſſeus de ducitur ab ἅλς marinus.
¶Haloſis latine captiuitas dr. Sue. ĩ Nero. Hoc incēdium e turre mœcenatica proſpectans lętuſq; flāme pulchritudine aloſin Ilij decantauit.
¶Halliactes nomen perſicum.
¶Halito, as, pe. cor. ſępe ſpiritū emitto. Aen. Sublime inter quadrupedantes flammam halitantes.
¶Halitꝰ, us, penulti. corre. nomen participiale ab halo ſicut ſpiritus a ſpiro.
¶Hala vide in dictione Alas.

¶Halacomene & halalcomene tam ſingulari quã plurali numero, ſiue Halalcomeniũ ciuitas in Bœotia, vnde Minerua Halalcmeneida cognominata eſt, ꝙ in eo loco coli ſolita ſit.
¶Hals pro mari. Vnde & nos ſalem dicimus & ſalum, in quibus placuit maioribus .ſ. ponere magis q̃ acceptũ a græcis aſpirationem retinere.
¶Halipheos græcis arbor q̃ a noſtris ſalſi cortex appellat̃ cui glãs amara quã ꝑter ſues nullũ animal attigit. Cc
¶Halophanta hominũ genus nequam, quod ob ſuẽda mẽdacia miſerrima mercede cõducit̃. Feſtus. Halophãta, omnia mentiens.
¶Hali pleumon marinus pulmo, genus piſcis apd̃ Pli.
¶ Ingraueſco is, valde grauis. i. moleſtus fio & quaſi opprimo. Hiero. in lib. Gene. Nõ eſt hærba gręgibus ſeruorum tuorũ ingraueſcente fame in terra Chanaam. Augu. li. v. Cõ. Et ĩgraueſcẽtib⁹ febrib⁹ iã ibam & peribã.

♁ Ingratis ſignificat me nolente, & nobis nolentibus. Plau. in Am. Ingratis excitauit.

¶ Ingredior eris, ſſus. Vide in dictione gradior.

¶ Ingruo is, non proprie ſed per tranſlationẽ ſignificat inuado, ĩuenio & impetum facio, a gruum ꝓprietate duplici. Prima ꝙ more agminis cõuolant. Alteraq; clamore ſimili vtuntur, vt milites in pręlio ineũdo. Plaut⁹ in Amph. Noſtri contra ingruunt, vicim⁹ feroces Lactan libro. ij. Si ſæua tempeſtas, ſi grãdo ingruat ad deũ confugitur. Col. lib. ij. Etiã ingruẽte hyeme frumẽta iacim⁹ Dr̃ eĩ de bello de pluuia de tẽpeſtare de ruina & hmõi.

¶ Ingurgito as, pe. cor. cũ vehemẽtia glutio, gulã redipleo. Plau. In Cur. Vide vt ĩgurgitat ĩpura in ſe merum auariter plenis faucib⁹. Cic. in Anto. Idẽ cum ſe cibis ĩgurgitaſſet. Lact. li. iiij. aliter. Sicut ſus, quæ ſe ingurgitat cœno. ¶ Inguina pe. cor. ſunt genitalia tã fœminatũ q̃ viroꝝ. Mar. Acceſſi quoties ad opus mixtiſq; mouemur inguinibus. Sueto. in Nero. Virorũ ac fœminarum ad ſtipẽ deligatorum inguina inuaderet. ſ. ore.

♁ Inguinaria hærba, quæ ſedat dolores inguinis, hanc Argemonem vocant.

¶ Inhalo as, pe. ꝓ. Vide in dictione Halo.

¶ Inhęrreo es, inhęrẽs vel fixus ſto. Col. li. iij. Cacumina deinde oliuę ſicut matri inhęrent vtraq; parte adradito & ita fiſſuræ fici aptato, cuneumq; eximito.

¶ Inhęreſco inhærẽs fio. Idẽ lib. ij. Per exigua cõſpgit̃ aqua glæba manuq; ſubigitur ac ſi glutinoſa eſt. q̃uis leuiſſimo tactu inhereſcit, & picis in morẽ ad digitos lẽteſcit habẽdo. Cic. li. iij. de natu. deorũ. Prouiſum eſt vt ſi qua minima beſtiola conaretur irrũpere in ſordib⁹ auriũ tanquam in viſco inhæreſceret.

¶ Inhibeo es, p. c. ex ĩ & habeo. Vide ĩ dictiõe ꝓhibeo

¶ Inhio as, ꝓptie ſignificat valde os aperio. Per tranſlationẽ vero ponit̃ ꝓ vehementer cupio. Plau. ĩ Aul. Credo illũ iã audiſſe mihi eſſe theſſaurũ domi, idĩhiat. Gel. lib. j. Dũ ei⁹ mortẽ ĩhio egomet viuo mortu⁹ ĩter viuos Aug lib. iij. de ciu. dei datiuo iũxit, vt ſit ĩhiare quaſi de ſyderiũ aut cor apponere. Hic ĩquit aliqđ agerẽt dij helluones atq; nebulones ſacrificiorũ adipis inhiantes.

¶ Inhonores q inobiles ſunt & ſine honore. Amb. li. j. offi. Contra autem iuſtos inopes degere inhonores ſine liberis. Et pli. lib. v. Inhonores ciuitates dixit.

✤ In horã & in horas eandem hñt differẽtiã quã in diẽ & indies illud plærũq; cũ verbo viuo cõiũgitur. Cic. Neq; qui in horam viuũt nõ modo de fortunis & bonis ciuiũ ſed ne de vtilitate qdẽ ſua cogitauerũt. In horas vero cũ verbo incremẽtũ ſignificante ſicut in dies. Vergili. Gallo cuius amor tm̃ mihi creſcit in horas. Quantũ vere nouo viridis ſe ſubijcit alnus. Cc.

¶ Inhorreo valde horridus ſum a quo inhorreſco valde horridus fio. Pli. li. x. Inhorreſcũt ędito ouo, excutiũtq; ſeſe & circũactę purificãt. Aliqñ inhorreſcere eſt intus horreſcere. Verg. li. j. Geor. Spicea iam campis cũ meſſis inhorruit, & cum Frumenta in viridi ſtipula lactẽtia turgent, id eſt horrida facta eſt & int⁹ formata. Hier. in Dia. Attici Vel frigore ĩhorreſcim⁹, vel febri exardeſcimus. ♁ Inhumanus non humanus ſed diuinus. Apul. li. v. Lauacro pulcherrimo, & inhumanę menſę lauticus eas opipare reficit. Alias inhumanus dicitur crudelis.

¶ Inibi pe. cor. ex in & ibi, quaſi intus ibi, vel in hoc ſiue in eodem loco Apul. Multa inibi dicta ſunt quę commemorare nõ eſt opus. Plautus. Nos domum ꝓperam⁹ vos inibi adeſte. Aliqñ ſignificat mox. Cęcil. Liber ne es? nõ ſum Verũ inibi eſt. Aliqñ ſignificat inter iſtos. Plau. in cap. Pater captiuos commercatur alios tm̃ ſtudẽs, vt natum recuperetur, & inibi emit olim amiſſum filium. Alias ponitur pro ſic.

¶ Ininde ſignificat ex eo loco. Liuius. Ita exercitus inide domos abducti.

¶ Inijcio is, pe. cor. ꝓprie ĩtro iacio immitto innecto. Plau. Ante quam hæc in domum inijcias. Terẽ. in An. Quæ ſeſeĩ ignem inijcere voluit ꝓhibui. Aliqñ in aliqđ iacio vt apđ eundẽ. Inijciã in eũ mannum. Vnde man⁹ iniectio dicitur vendicatio rei nobis debitæ nulla iudicum authoritate expectata. Quint. Patri in filiũ, pr̃ono ĩ libertũ man⁹ iniectio. Paul. Si Titius ſeruũ vẽdidit ea lege vt ſi Romæ morat⁹ eſſet man⁹ iijcere liceret. Emptor alij eadem lege vendidit, & ſeru⁹ fugit a ſcđo emptore, & Romę morat̃. Quęro an ſit man⁹ iiectio & cui. Verg. Iniecere manũ pcę hoc eſt traxerũt debitum ſibi. Aliqñ inijcere eſt cũ ĩpetu facere ſeu ĩpetũ facere. Oui. Qua cẽtũ qſq; parabat inijcere anguipedũ captiuo brachia cœlo. Aliqñ ſimpliciter iacere. Plaut. ĩ epi. Tragulã ĩ te iiicere adornat. Idẽ in Cap. Iniicite huic manicas maſtigię. i. inectite. Et ĩ Caſ. Iã pol ego huic aliquem in pect⁹ inijciã metũ. i. imittã. Liu. li. j. Iniectę Turno catenę. i. ĩpoſitę. Hui⁹ cõpoſitũ eſt Supijcio. Verg. li. iiij. Georg. Et raras ſuperijce frondes.

¶ Inicium cœptũ, ab iniicio is. Et inicia Cereris ſacradicunt̃. Var. li. ij. de re ruſ. A ſuillo pectore ĩmolandi inicium primũ ſumptũ videt̃ Cui⁹ veſtigia ꝙ inicijs Cereris porci ĩmolant̃, & ꝙ inicijs pacis fœdus cũ feritur porc⁹ occidit̃. Alio noĩe iniciatores nuncupant̃. Quæ vt ait Tertul. Semper arcent profanos & arbitris carent.

¶ Initio as, ſacris imbuo. Vñ initiatus ſacris imbutus. Hie. in Exo. Poſtq̃ initiaueris manus eorũ. i. cõſecraueris ſacris addicaueris ♁ Cic. ait Miſteria appellari initia quib⁹ ex agreſti vita exculti ad humanitatẽ ſumus tanq̃ ea ſint vitę principia. Dies initiorũ dñr a Liuio quibus ſolẽnia ſacrificia celebrabantur quib⁹ nefas erat ineſſe nõ initiatos. Alias Initiari eſt inchoare & auſpicari. Firmic⁹. Vel initiat̃ cũ primã arietis partem ſolfuerit ĩgreſſus. Et initiari dñr pueri cũ a lacte & a cunis tranſeunt vt cibo firmiori alãtur. Nã apud Var. legit̃ ĩitiari pueros edulię & potinæ & cubę deab⁹ edẽdi & potãdi & cubãdi. Reperit̃ etiã initior deponẽs, vt in p̃s. Et initiati ſũt Beelphegor. Eſt & initiare incipere.

¶ Initiarius a, um, qđ ad initium pertinet. Quin. libr. j. Neq; ei eſt ſanctius ſacris iiſdem ſtudijs initiaris.

¶ Iniqu⁹ ab in & ęqu⁹, ę, ĩ i. producta cõuerſa, & idem eſt quod non planus. Vñ loci iniquitatem dicimus. Per trãſlatiẽnẽ vero de hoib⁹ impijs ſeu ĩprobis dr̃, & iniqtas q; iniuſtitia ſumitur. Aliqñ capit̃ pro magno. Verg. iniquo põdere raſtri. Aliqñ ꝓ anguſto. Idẽ. Verũ hęc ipſe quidem ſpatijs excluſis iniquis Pręterco.

¶ Inimicus qui nõ eſt amicus & priuatus eſt, hoſtis public⁹. Sueto. in Tibe. Scribit etiã ad ipſum hoc familiariter necdum plane inimicus aut hoſtis.

¶ Inimicor, caris depo nẽs ĩimicitias exerceo, dtõ iũgit̃

¶ Inimico as, cũ accuſatiuo ſignificat inimicum facio. Hor. Et miſeras inimicat vrbes.

¶ Inimicitia ſingulari numero dixit. Cic. lib. iij. tuſcu. Inimicitia ira vlciſcendi tempus obſeruans. Cęſ. lib. de ana. plurali ſemper numero dicendas putat inimicitias

¶ Iniũgo gis, ĩpono, demãdo, vt iniũgo tibi hoc onus. Proprie tñ iniũgere eſt intus vel ſupra iungere. Col. li. vij. Iugũq; quarto die accipiũt cui ram⁹ illigatus temõis vice traijcitur. Interdũ & pond⁹ aliqđ iniungitur vt maiore niſi laboris exploretur patientia Idẽ li. v. Iraq; pingui terra ſingulis brachijs licebit bina iniũgere flagella

¶ Iniuges hoſtiæ vocabantur quę nunq̃ domitæ, aut iugo ſubditę fuerant.

¶ Iniuria ex eo dicta eſt ꝙ non iure fiat. Oĩe eĩ quod nõ iure fit iniuria dicitur ſiue verbis ſiuere cum manus inferũtur. Verbis cũ fit cõuitiũ. Specialiter vero iniuria dr̃ cõtumelia, q̃uis (vt quidã volũt) ab ĩuicem differãt ꝙ ĩiuria ſit in verbis, & ideo leuior, cõtumelia ĩ factis. Pa. Patior facile ĩiuriã ſi eſt vacua a cõtumelia. Qñ iniuriã dicim⁹ damnũ culpa datũ. Qñq; iniquitatem vt cũ quis iniq; ſententiã dixit, ꝙ iure & iuſtitia careat, quaſi non iuriã Nonnũq̃ aduerbialiter ſumit̃ ꝓ immerito. Iniurioſus qui iniuriã facit. Iniurioſus, a, um, iniuria plenum.

¶ Iniurius, a, um, quod eſt ĩiquũ. Plautus in Aul. Si mihi dat operã me illi iraſci iniuriũ eſt. Aliqñ iniuriũ aduerbiũ ponitur. Terẽti. in Hecy. Iniuriũ autẽ eſt vlciſci aduerſarios. Vbi Do. Iniuriũ iniquum. Indignãtis modo ſignificatio eſt, & vim aduerbij habet.

♁ Iniurius, qui adet aliquid contra ordinẽ iuris.

¶ In manu vel in manibus eſt, dr̃ pro quod eſt in poteſtate vel in prõptu & in facili, vt victoria in manib⁹ eſt. i. quaſi iã tenetur. Et in manib⁹ pro inter manus. Cic. ĩ Catone. Septim⁹ mihi liber originũ eſt in manib⁹, ideſt operi nodũ ſumma eſt impoſita manus. In manu aquas poſcimus. Veteres autem aquas manibus pedibuſque q; dixerũt. In manum dat̃ ei qui ſeparatim accipit ſine arbitris, aut interprete, vt præuaricator aut iudex corruptus. Terent. in Phor. Soli ſumus nunc inquam diceho quid velis tibi dari in manum?

♁ In medium. i. in vſum communẽ. Cic. l. j. offi. In hoc naturã debemus ducem ſequi, & communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum.

¶ In mentem venire non tantũ eſt reminiſci, ſed etiam recogitare & conſyderare. Cic. In mentem tibi non venit cauſam publicam ſuſtinere. i. non cogitas.

¶ Innitor pe. cor. Vide in dictione Nitor.

¶ Ino nomen Cadmi & hermiones filię vxoriſq; Athamãtis Thebarũ regis, & liberi patris nutricis eadẽ Cicerone teſte eſt q̃ Leucothea. i. alba dea a nobis vero Matuta q̃ & aurora dr̃. Vñ Oui. ĩ Faſ. Leucothoe graijs matuta vocabere nr̃is. Fabulã inonis. Oui. li. iiij. meta. refert queadmodũ Ino cũ Melicerta filio propter timorẽ de ſcopulo ſe præcipitẽ miſit ĩ mare, amboq; facti ſunt dij marini Ina Leucothea. Melicertes Palæmon qui & portun⁹, vocati ſunt. De qb⁹ Cyprianus. Melicertes & Leucothea p̃cipitant̃ ĩ maria, & fiũt poſtmodũ maris numina. ¶ Inno as, per duplex nn, ex in & no, quaſi intus no, a quo innato as, frequentatiuum.

¶ Innocuus actiue accipitur pro eo qui nõ nocet. Plin. lib. viij. Eoſdẽ peſtiferos ferũt in græcia, innocuos eſſe in Sicilia Paſſiue vero pro eo cui non nocetur. Verg. Et ſedere carinæ, omnes innocuæ. i. ſine detrimento.

♁ Innoxius dicitur qui non nouit nocere.

¶ Inocco as, ſignificat cooperio, qđ fit, cũ ſemẽ in agro ſeminatũ eſt, & glebas ſarculis, aut cratibus diſſoluimus vt ſemen humo cõtegatur. Col. li. ij. Nam ſemen, quod ſicco ſolo ingeſtum, & iã inoccatum eſt, perinde, ac ſi repoſitũ in horreo nõ corrumpitur. Cõponitur autẽ ex in & occo, as quod eſt comminuo. Sed de occo alibi.

¶ Inoculo as, pe. cor. ſignificat oculum vnius arboris alteri adhibeo, ſeu oculum in arbore aperio. Colu. lib. xij. His quidẽ diebus arbores ficorũ inoculanť. Qđ gen⁹ inſitionis emplaſtratio vocatur. Pli. lib. xvij. ĩ ficis autẽ & malis hęc fuit inoculatio antiqua.

✠ Inofficioſũ teſtamẽtum, vt inquit Paul. dr̃ quod nõ ex officio pietatis paternę cõfectum eſt filijs ſine legitima cauſa exhęredatis.

¶ Inodorus ra, rum, quod eſt ſine odore.

¶ Inoleſco is, leui, lui, etum, & itum, ſignificat creſco, grandis fio. Aug. Miror apud quoſdã ĩfideles, vnde tã pernicioſus error inoleuerit vt ſuper tumulos defunctorum cibos & vina conferant?

¶ Inoteſco is, not⁹ fio. Lact. lib. j. Deniq; a doctis hui⁹ ſeculi qb⁹ forte ſcripta eius innotuerũt derideri ſolent.

¶ In numerũ ſignificat in ordinẽ. In numerũ ludere eſt ſaltare. Ver. Tũ vero in numerum Faunoſq; feraſq; videres ludere. tum rigidas motare cacumina quercus.

¶ Innuo is, ſigno aliquo capitis voluntatem oſtendo, ſiue affirmem ſiue negem.

¶ In ordinẽ redact⁹, & in ordinẽ coact⁹. i. inter viles & abiectos numerat⁹. Liu. li. xij. Tribuni plębis ĩ ordinem redacti. i. cõtẽptui habiti. Suet. in Clau. In ordinẽ ſe coactum cõſcriberet. Hic etiã extra ordinẽ pro egregie dr̃

¶ Inops paup. Vñ iopia pauptas. Aliqñ dr̃ ſine ope ſiue auxilio. Vñ iopẽ animi, iopẽ prudẽtię dicim⁹. i. ſine ope animi, ſine ope prudẽtię. Aug. l. iiij. cõ. Ardor iops prudẽtię, Iũgiť ei cum gtĩs oĩm rerũ. Aliqñ iops dr̃ inſepult⁹. Ver. li. vj. Hęc oĩs quã cernis iops inhũataq; turba. Ex iure eĩ põtifico terra inijciebatur & circa cadauera & circa abſentiũ corpora quibuſdã ſolẽnib⁹ ſacris additis. Inops igitur ſine terra quę ops dicitur, qui nullius poſſeſſor eſt. Pauper cui ſuæ res non ſufficiunt.

✠ Inora dicuntur animalia ſine ore, quales ſunt Aſtomi Indiæ populi halitu tantum viuentes & odore.

¶ Inopioſus a, um, ſine ope. Plau. Sæpe ego res mſtas tibi mandaui dubias egenas inopioſas conſilij.

¶ Inphrunit⁹ p. p. dr̃ inſolens & ĩprudẽs gręci ἄφρωνα imprudẽtem dicũt. ✠ Vide ſupra in dictione Fruniſcor.

¶ Inprimis pe. p. duę ptes ſunt & eſt aduerbiũ ſignificatq; ante oẽs vel ante oĩa vel vnũ ex primis. Sal. Quæ quidem res in primis mihi videtur fuiſſe cauſa facinoris maturandi. Imprimis cũ. m. ãte p. ab imprimo verbo eſt habetq; pe. cor.

¶ Inpoſterum pe. cor. Vide in dictione Poſtremo.

¶ Inquies etis, p inquietus a, um, gñis oĩs, vel figurate fungitur neutro gñi. Sal. li. j. hiſto. Humanũ gen⁹ inqes atq; indomitũ. Hic inquieto as, p. p. Hie. li. j. Re. Quis tu qui clamas & inquietas regẽ. Col. li. ix. Ne incubãtes matrices ab alijs auibus ĩquietẽtur. ✠ Liu. Iam ſibi ſatis gloriæ quæſitum, & potuiſſe ſe deſinere ni animus ĩqes paſcereť opere. Apul. li. j. Qua cõtentione & inquieti p cacitate præditus aſinus. Pli. Subſtantiuũ poſuit li. xiiij. pro inquietudine cũ ait. Furiales ſomni & inquies nocturna. Gel. ſimiliter. Vt interea labor hic vigiliarum & inquies ſuauitate paulifper vocum atque modulorum, acquieſceret.

¶ Inqlin⁹ pe. p. ex in & colo p habito, vide in Colo.

¶ Inquilino as, habito, a quo inquilinatus, us. p ĩcolatu Aug. in expoſitione p̃s. Quo migrandum eſt ex hoc inquilinatu.

¶ Inquio is, defectiuũ eſt. & ſignificat dico. Cic. tñ li. ij. de ora. Attẽdere & aucupari verba oportebit inquio, vt ea q̃ ſunt frigidiora vitem⁹. Idẽ in eodem. Tu ĩquiſti moleſt⁹ nõ eris. Et li. iiij. ad Herẽ. Quid tibi vis aliqs ĩqat.

¶ Inquino as, pe. cor. maculo deturpo. Lact. li. vj. Pecudũ ſanguis effuſus quo aras ĩquãt. Ci. li. j. Tuſ. Quib⁹ cæcati velut domeſticis vitijs atq; flagitijs ſeſe ĩquinaſſent. Fit autẽ a Cunio is, vt inquit feſt⁹. Cunire vero eſt ſterc⁹ facere. Hui⁹ cõpoſitũ eſt coinquino. Col. li. viij. Totam pgeniem coinquinat, ſiquidem celeriter cũ alia pecora, tũ præcipue oues contagione vexentur.

✠ Inquiro ris, pe. pd. quaſi intus quero. Vnde fit inquiſitius aduerbium comparandi quod ſignificat pi⁹ dentro cercando apud Gelli.

✣ In re tua p vtilitate tua ſicut ab re cõtra vtilitatẽ. Cc.

✣ In rẽ pñtẽ nõ tps ſed locũ ſignificat, qſi in locũ differẽtię. Cic. Vt ſi cõſtitueris te cuipiã in rẽ p̃ſentem eſſe venturum. i. ad locum de quo cõtrouerſia eſt. Cc.

✠ In rẽ p̃ſentẽ dr̃ ire iudex quũ accedit ad locũ de quo eſt cõtrouerſia. Cic. p Cecina. Placuit cecinę de amicorum ſentẽtia cõſtituere quo die in rẽ p̃ſentẽ veniretur. Liui. li. xxxiij. Scribit miſſuros ſe in aphricã, q iter ppl̃m carthaginẽſem, & regẽ maſſiniſſã in re pñti diſceptarent.

¶ Inſanus pe. p. nõ ſanus, qui nõ eſt ſani cõſilij & q nõ habet mẽtẽ integrã. Vñ inſania ſtultitia q̃ & ĩſanitas dr̃ Cic. Inſipiẽtia aũt quaſi ĩſanitas eadẽq; demẽtia. Itẽ ĩſan⁹ magn⁹ dr̃. Ver. Inſani feriãt ſine littora fluct⁹. Perſ. Inſani dicta Cato. Inde inſane aduerbiũ vehemẽter propterea ꝙ ĩſani oĩa vehemẽter faciũt inquit. Var. Itẽ val de ſan⁹. i. doct⁹. Perſ. Et ĩſano multũ laudãdo magiſtro.

✠ Habet eĩ in ſe vĩ intẽſiuã. Sic inclytus infract⁹, & multa alia. In hoc tñ loco accipi cõgrue põt, p nimis cõcitato ad curã diſcipuli, a quo ſubuereť reportare notã indiligẽtię. Nã p̃ter notã ſignificationẽ puicaces & intractabiles appellabãt inſanos. Cõtẽtioſi quoq; qui nũq̃ ſuccũbebãt, alioſq; improbabãt, inſani vocati ſũt. Plato ĩſymposio, vñ vero inſani cognomẽ tibi exortum ſit neſcio, ſemper enim in loquendo te, & alios improbat.

¶ Inſanio is, iui, itum, a ſan⁹ cõpoſitũ & deriuatum putať pro inſanias facio ſiue inſanus ſum. Qñq; & inſanire eſt carmẽ componere. Ver. Inſanire libet. Nam inſani enthei dicuntur. i. deo pleni.

¶ Inſequor p. cor. ſequor vel inſequẽdo ſequor. Ver. Inſequitur clamorq; virũ ſtridorq; rudentũ. Et inſequi per ſequi. Quint. Cum eum maledictis inſequeretur.

¶ Inſeruio is, Vide in dictione Seruio. Dicim⁹ autẽ inſeruio tibi & inſeruio te. Plaut. Nõ meretricum eſt vnũ inſeruire amantem.

¶ Inſecta animalia ſunt parti terreſtria, vt ſcolopẽdrię ſtelliões, partim volucria vt apes veſpę, ptim cũ vtroq; pticipãtia vt formicæ, partim pẽnis & pedibus carẽtia, vt tineę q̃ in hoĩe naſcunť. Dicta inſecta ab inciſuris quę nũc ceruicũ loco, nũc pectorũ ſunt atq; alui. ✠ Hæc Albert⁹ magn⁹ appellat annulata. Ariſto. & gręci ἔντομα.

¶ Inſero is, pe. c. iſerui ĩſertũ ſignificat ĩmitto ſiue vnio Qñ facit inſeui ĩſitũ de arbore dr̃, qñ. ſ. ſciſſo trũco ſurculꝰ fœcũdę arboris ĩſeriť in ſterili, ſiue cũ ocul⁹ vni⁹ arboris alteri adhibeť qđ quidã ĩoculationẽ vocãt, vel qñ ſeminať aut plãtať. Ver. Inſere nũc melibœe pyros, pone ordine vites. Colu. li. iij. Vitẽ q̃ inſiturus es, reſecato & plagã leuato, atq; ita findito & paratos ſurculos ĩ fiſſurã dimitto eatenus qua adraſi ſunt. Idẽ. Inſita eſt fructuoſior q̃ q̃ inſita nõ eſt. i. q̃q̃ cũ ramis aut plãtis ponit̃. Per trãſlationẽ. Lact. li. v. Odiũ & inuidiã & doliũ hominis inſerit vt tã eſſent q̃ ſerpẽtes venati tam rapaces q̃ lupi Leo papa p vnire exẽplũ poſuit. Qm ĩquit filius dei venit ſoluere opa diaboli, & ita ſe ĩ noſq; ĩſeruit ſibi, vt dei ad hũanã naturã deſcẽſio fieret, hoĩ ad diuinã puectio. Hie. ad Pãma. Quid neceſſe fuit me latẽtẽ inſerere quæſtu. opponere iudię plurimoꝝ. i. ĩmittere. Col. Nauſea diſcutiť ſi ĩtegrũ gallinaceũ crudũ ouũ ieiuni faucibus ĩſeras. Diome. Inſeror inſertus & inſitus facit. Et tradũt qdã inſit⁹ arborũ eſſe, inſertus hoĩs vel alicui⁹ rei. Ser. Inſitas arbores dicim⁹, inſertas vero cauſas aut fabulas. Pli. lib. x. Pãna, per tranſuerſas inſertas nares.



¶ Inſerto as, frequentatiuũ ab inſertum formatũ. Ver. Hinc ferro accingor rurſus clypeoq; ſiniſtrã. Inſertabã aptãs meq; extra templa ferebam.

¶ Inſitio ipſe inſerendi actus. Col. lib. iij. Tria autem genera inſitionum antiqui tradiderunt.

¶ Inſitium lignũ qđ inſitũ eſt. Col li. iij. Terrã circa arborem aggerato vſq; ad ipſum ĩſitiũ. Et itẽ. Paleato luto bene ſubacto oblinito totam plagã & ſpatiũ qđ eſt inter ſurculos vſq; eo vt duobus digitis inſitia extent.

✠ Inſitiuum dicitur illud in quo aliquid inſertum eſt.

¶ Inſitiu⁹ a, um, qđ inſeritur. Gel. Corpuſq; & animam bene initiaris primordijs inſitiuo degeneriq; alimento lactis alieni corrumpere.

✠ Inſitium ab infectione dictũ pulmenti gen⁹, ex inſectis & minutatim tritis carnibus confectũ. Apđ Apitiũ ſæpe fit mentio de inſitijs.

¶ Inſideo es, p. cor. ſedeo ſeu ſupmaneo ſto. Lact. li. v. Et iuſtus ille nactus fuerit aliquẽ ſauciũ equo inſidentẽ Aliqñ int⁹ ſedeo ſeu ſto. Ci. li. iiij. tuſ. Cũ aũt hic feruor cõcitatioq; animi intrauerit & tanq̃ in venis meduliſq; inſederit. Aliqñ doloſe quẽpiam expecto. Vnde inſidię & inſidior. Aliqñ obſidere, & modo cũ actõ cõſtruiť Liui. lib. ij. de bel. puni. Mago locũ monſtrabit quẽ inſideatis. Modo datiuo. Verg. li. xj. Arripuitq; locũ & ſyluis ĩſedit iniquis. Liui. lib. ix. Ineſſis omnibus vijs pq̃s cõmeatus ex Samnio ſubuehebatur.

¶ Inſido is, pe. cor. ſignificat ad intus habitandũ ingrediendũ ve vado. Lact. lib. vj. Vitãda ergo ſpectacula oĩa nõ ſolũ nequid vitioꝝ pectorib⁹ inſidat. i. ingrediatur aſt ſtandũ Sta. li. the. paſſiuũ ptulit. Sũmis inſidiť aſtris Cõſtruitur & cũ accuſatiuo. Ver. li. v. Viam inſidere.

¶ Inſidię fallacię. Cic. li. iij. of. Sunt ne igitur inſidię tẽdere plagas. Proprie doloſa expectatio ad aliquẽ aggrediẽdum inſidiæ dicuntur quæ clam inſident vt hoſtes fallantur.

¶ Inſidior aris, inſidias tendo. Sal. in Iug. Atherbalem vitę ſuę dolis inſidiatum eſſe.

¶ Inſidioſus qui ſępe inſidiatur, a quo inſidioſe qđ ẽ cũ inſidijs. Cic. li. iij. offi. Ratio ergo poſtulat ne quid inſidioſe, nequid ſimulate, ne quid fallaciter.

¶ Inſcitia ignorãtia ab inſcitus, a, um, participio.

¶ Inſcius & cõſci⁹ cõtraria ſunt, & a ſci⁹ compoſita. Inſciens, vñ inſcientia quæ cõtraria ſunt ſcientię. Cic. lib. acad. Sed inter ſcientiam & inſcientiam comprehenſionẽ illam collocabat. Aliquando inſciens capitur p ſtulto & aliquando pro ignaro.

¶ Inſcribo pe. p. int⁹ ſiue ſupraſcribo. Ci. li. j. tuſ. Quid nr̃i philoſophi, nõne in his ipſis libris quos ſcribũt de cõtẽnẽda gloria ſua noĩa inſcribunt? Idẽ Caſſio. In ſtatua q̃ poſuit roſtris inſcribit Parẽti optĩe merito. Interdũ iſcribere ſignificat noĩare ſiue ĩtitulare. Lact. li. j. Minuti⁹ fœlix ĩ eo libro q octaui⁹ inſcribiť, ſic argumẽtatus eſt. Interdũ dilacerare. Verg. Et verſa puluis inſcribitur haſta. Plau. Corp⁹ tuũ virgis vlmeis ĩſcribã. i. ĩſignibo.

¶ Inſcript⁹ qñq; pro nõ ſcripto ſumiť, vt apuđ Var. li. ij. Itaq; greges ouiũ longe abiguntur Ex Apulia in Sanniũ æſtiuatũ atq; ad publicanũ profitentur ne ſi ĩſcriptũ pecus pauerit lege cenſoria committant mulietos.

¶ Inſignis & hoc inſigne ex in & ſignũ ſiue ſignis componiť ἐπίσημον δὲ λέγουσι περίσημον ἐκ τοῦ περί σημαίνω. i. gręce dicunt περίσημον ex verbo σημαίνω. i. ſignifico, impero, vel ſorte a σημειόω, noto, & περί. Et proprie dicitur excellens qui in aliquibus cernitur eſſe ſignis quib⁹ noſcitur vel noſci poteſt, vt in coloris & veſtiũ rerũq; varietate noſcitur ſiue noſci poteſt, eſſe eũ pbũ vel improbũ. Seu quia ſigna cũ ſint indicia rerũ ſemp eminent manifeſtaq; ſunt. Sic viri virtute excellẽtes oĩbus ſunt noti Cic. li. iij. ad Herẽ. Idẽ fit imaginib⁹ vt quę nobis diligẽter notę ſunt hępatũ videantur inſignes alijs Hic Cicero ꝙ pri⁹ dixit notę, aperuit inſignes ſignificare notæ, ſiue notabiles. Ver. li. iij. Geor. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis & albo. Liui. li. j. Flaminẽ Ioui aſſiduũ ſacerdotẽ creauit ĩſigniq; eũ veſte & curuli regia ſella adornauit. Ver. li. iiij. Oſtroq; inſignis & auro Stat ſonipes. Hoc loco ĩſignis inſtratus quaſi inſignit⁹. Ad facin⁹ trãſtulit. Ter. in Eu. Iãdiu aliquã cauſam q̃rebat ſenex quã obrẽ aliqd inſigne faceret. Do. ĩſigne aliqd magnũ & nobile facin⁹. Ad virtutẽ. Ver. Inſignẽ pietate virũ. i. illuſtrẽ magnũ ſiue nobilẽ, p̃clarũq; ac p̃ſtantẽ. Aliqñ ad vitiũ. Et latrones ĩſignes vocam⁹ qui maiore manu maioreq; audacia graſſanť, vt in euã. Habebant aũt vinctum quendã inſignẽ, cũ de ſeditioſo & homicida dicatur. Et inſignia ſcelera a Tacito dñr. Oĩe eĩ quod excellit ſiue illud ſit vitiũ ſeu virtus inſigne dr̃. Vñ etiã qñq; ſimpliciter pro magno ſumiť. Lucil. Cocus nõ curat caudã inſignẽ eſſe modo pinguis ſiet. Ab inſignis fit inſignitas pro claritate. Inſigniter clare ſumme. Apul. Homo inſigniter malus.

¶ Inſignia dñr ea quę in veſtibus vexillis & huiuſmodi inſignita ſunt, aut ipſę veſtes vexilla & alia q̃ fiũt aut ferũť ita ab alijs diſcreta vt noſci poſſit cui⁹ ſint ad quos ptineãt, vt veſtes militares, & ĩſignia militaria regalia cõſularia ve quibus acies ab acie, eques ab equite, rex & cõſul a viro priuato cognoſci debet. Ver. li. ij. Danaũq; inſignia nobis aptem⁹ clypeos. Li. li. ij. Ipſe en ille noſtris decorat⁹ inſingnib⁹ magnifice incedit. Sal. Cũ faſcibus atq; alijs ĩperij inſignib⁹ ad Manliũ ĩ caſtra tẽdit. Mos eĩ fuit antiquoꝝ vt benemeritis inſignia tribuerẽt magiſtratuũ. Vñ ſcribit Tacit⁹ decreta fuiſſe Narciſſo q̃ſtoria ĩſigniã a Claudio Cæſare Ab eodẽ inſignia preturæ Criſpino decreta fuerunt. Et nõ ſolum ſunt ſigna & ornamẽta ob virtutẽ adepta. Vñ inſignia laudis & ĩſignia gloriæ dicim⁹. vt Cic. Appio. Inſignia eĩ virtutis multi ẽt ſine virtute aſſecuti ſunt. Aug. li. viij. cõ. Qui etiã ob ĩſigne p̃clari magiſterij ſtatuã ĩ foro Romano meruerat Veiũ etiã qcquid aliqđ oñdit inſigne dr̃. Amb. Deſpõſata ne temeratę virginitatis adureretur ĩfamia, cui grauis aluus corruptelę videretur inſigne præferre.

✠ Inſipiens. i. nõ ſapiẽs qui nõ cogitat quæ agenda ſunt vide infra in dictione Stultus.

¶ Inſignio is, iui, itũ. ſignis noto ſeu diſtinguo, vt apđ Claudianũ li. j. Hic elemẽtoꝝ ſeriẽ, ſedeſq; paternas inſignibat acu. Cic. li. iij. ad Herẽ. Si quã rẽ deformabim⁹ turpẽ aut cruẽtã, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutã iudicemus quo magis inſignita ſit forma.

¶ Inſignite pe. p. aduerbiũ ſignificat cũ notæ indicio. Cic. Ne improbũ notari aut vituperari ĩſignite poſſet. Inſigniter etiã aduerbiũ ſignificat ſumme clare aperte. Apul. Homo inſigniter malus.

¶ Inſimulo as, pe. cor. accuſo, crimẽ ĩgero. Ci. Threba. Hic tu me etiã inſimulas nec ſatiſfactionẽ accipitis. Iungitur etiã qñq; gtõ. Ter. in Phor. Si herũ ĩſimulabis auaritię male audies. Vñ ĩſimulatio, q̃ vt inquit Do. eſt falſi vel veri criminis ĩcuſatio. Eſt & ĩſimulare fingere. Cic. li. iij. of. Sol⁹ neglexit fidẽ, fruere inſimulauit, nec coiret inſtitit. Inſimul ex in & ſimul ſignificat vna. Cc.

¶ Inſinuo as, Vide in dictione Sinuo.

✠ Inſinuatus ĩflexus, cõplicatus cõpreſſus. Apul. li. ix. Siccine vacuus, & ocioſus ĩſinuatis manibus ãbulabis mihi. Tali eĩ habitu manus ocioſorũ cõplicãť. Liui. Dixit cõpſſis manib⁹. Cui⁹ hæc ſunt verba ex li. vij. Quid aliđ cauſę eſſe credam⁹ cur veteranus dux fortiſſim⁹ bello cõpreſſis, quod aiunt manibus ſedeas.

¶ Inſiſto is, quaſi firmo. Ver. li. xj. Vtq; pedũ primis infans veſtigia plãtis Inſtiterat iaculo palmas armauit acuto. Et ĩſiſtere eſt operã dare. Hie. in plo. Tob. Sed meli⁹ eẽ iudicãs phariſeoꝝ diſplicere iudicio, & ẽporũ iuſſionib⁹ deſeruire, inſtiti vt potui Itẽ ſollicitare vrgere. Pli. Frequẽſq; vt id ageret ĩſiſtebat. Cic. ad Herẽ. aliter Nunc idẽtidẽ nometipſi nobis inſiſtemus, res eĩ cõmunis agitur, id eſt vim faciemus.

¶ Inſilio is, pe. cor. inſilui inſiliui inſilij inſultũ, vñ ĩſul

to,ſignificatq; ītro aut ſurſum ſalto.Sta.li.ix.theb.Inſi
liere vadis magnoq; fragore ſolutus. Agger.Luc.li.iij.
Inſilinitq; ſolo nociturus pondere puppi.
¶Inſipidus & inſipide vide ſapidus.
¶Inſolens pe.cor.ex in & ſolēs ſiue ab īſoleo licet nuſ
ꝗ legatur,& ſignificat inſuetū & inſolitū,vñ inſolentia.
Cic.ꝓ Deiota.Moueor & inſolētia loci.Sal.Inſolens ve
ra audiēdi.Gel.li.j.Atq; id quod a C.Cæſare excellētis
ingenij ac prudentię viro in primo de analo.ſcriptū eſt
habe ſemp in memoria atq; in pectore,vt tanꝗ ſcopulū
fugias inauditū atq; inſolēs verbū.Per trāſlationē poni
tur pro ſuperbo & arrogāte qui p̄ter legē agit humanā
atq; naturalē.Et quem audacē vel p̄ſumptuoſum dicere
ſolemꝰ.Quod eſt cum quis audet facere vel dicere qđ ip
ſe non ſolet,vel quod ab alijs modeſtis viris fieri aut di
ci nō ſolet.Ci.ꝓ Marcel.Et victoria quæ ſui natura īſo
lēs eſt.Inde inſolētia arrogātia,iſolēter aroganter.
¶Inſolum veteres pro inſolitū dixerūt.Affra.Orbitatē
ſenectuti tuæ malum metui,quod īſolum non venit cæ
co ac dementi.
¶Inſolitus nō ſuetus.Aliquando præter ſolitum.Gel.
Intempeſtiue ac inſolite diſſerebat.
¶Inſolo as,pe.ꝓ.ad ſolem ſicco.Vñ inſolatꝰ ī ſole ſeu
ad ſolem ſiccatus,vel penitus tactus aut calefactꝰ.Col.
lib.v.Super hoc materiæ ꝗ fructū habēt meliꝰ cōualeſ
cūt,vt vuę cōmodius inſolatę p̄coquūtur.Inſolare quo
q; pullę crines dicuntur dū faciē tectę paſſos ad ſolem te
nēt candicandi gratia,Et ipſi crines inſolati dñr.Plini.
Cęrā vinaceo crate ſub dio ſiccant ſole lunaq;.Hoc eñ
candorē facit,ſi ſic ſiccatur,Et ne liquefaciāt protegūt
tenui linteo.Candidiſſima vero fit poſt inſolationē hu
mi recocta.
¶Inſomnia æ.Vigilia.Inſomnium phantaſma.Vide ī
dictione ſomnus.
☧Inſomnioſus,qui multū ſomniat.Caton.Omnē quiin
ſomnioſus eſt hæc eadem curatione ſanum facies.
☧Inſonus a,ū.pe.cor.qđ eſt ſine ſono,& ſtrepitu.Apul
inſono veſtigio me perducit.Sic abſonum ſine ſono.
¶In ſpem venio ſperare incipio.Cic.li.ij.de ora.Non
nullā in ſpem venerā poſſe me aliquid ex iſtis diſcere.
¶Inſpicio,cis.pe.cor.intus ſpecio ſeu valde intueor.
Terē.in Adel.Deniq; inſpicere tāꝗ in ſpeculū vitas ho
minum iubeo,atq; ab alijs exemplum ſumere ſibi.
¶Inſpecto as,cōtinue ſeu attēte intueor.Gel.li.j.Ibi
dē in ſtadio īſpectāte populo,in oſculis,atq; manibꝰ fi
lioꝝ animā efflauit.Vñ & inſpectare ꝓ cuſtodire ponit
Sue.in Cæſa.Sunt qui putent cōfiſum eū nouiſſimo illo
ſenatuſcōſulto,ac iureiurando etiā cuſtodias Hiſpanoꝝ
cū gladijs inſpectantiū ſe remouiſſe.
¶Inſpectius aduerbiū ſignificat minꝰ inconſiderate.
¶Inſpico as,pe.cor.in modū ſpicę vel ſpici acuo.Ver
gi.li.j.Geor.Ferroq; faces īſpicat acuto.Ser.Acuto fer
ro incidit ad ſpeciem & imaginem ariſtarum.
¶Inſpiro as,pe.ꝓ.ſignificat diuio quodā ſpū in mētē
inijcio.Vñ dicimꝰ ſanctos dei hoīes inſpiratos fuiſſe lo
cutos.Et inſpirare intus ſpirare,hoc eſt ſpiritū ſeu ven
tū infundere.Col.li.j.Sed granaria ſcalis adeant,& mo
dicis feneſtellis aquilonibus inſpirentur.
¶Inſtar indeclinabile licet ꝓbꝰ iſtaris gtm̄ dixerit.Qđ
& ſine prępoſitione & cū p̄poſitionē īuenit.Et modo ſi
gnificat ad ęquiparationē.Col.li.iij.Vineā nouellā gē
mas agere ſinito,ſimulq; atq; pampinus inſtar ꝗtuor di
gitoꝝ erit,tū demum pampinato.Modo ad menſuram
vt apud eundē.li.j.In cāpo rarius,in cole ſpiſſiꝰ acerui
ſtercoris inſtar quinq; modiorū diſponentur.Modo ad ſi
militudinē.vt illđ Cicer.accipi poteſt.Amaui autē quæ
fiunt nō vici,ſed vrbis inſtar.Et ī Piſonē.Vnꝰ ille dies
mihi quidē imortalitatis inſtar fuit,cū ſenatu egreſſum
vidi populū Romanū vniuerſum.Suet.in Cæſare.Cuiꝰ
etiā (ſcilicet equi) iſtar ꝓ ęde Veneris genitricis poſtea
dedicauit.i.effigiē cōſimilē.Solinꝰ cū p̄poſitiōe.Meſo
potamiā opimat annuæ inundatiōis exceſſibꝰ ad inſtar
amnis,Aegyptij terris ſupfuſus inuēta ſoli fæcūditate.
Siliter Hiero.in Iob.Et gaudiū hypocritæ ad inſtar pun
cti,Idē in Ioſue.Steterūtq; aquę deſcendentes ī vno lo
co & ad inſtar mōtis intumeſcētes apparebāt procul ab
vrbe.Aug.Et ideo hodie vt vitale lauacrū reſurgēs dei
populꝰ,ad inſtar reſurrectionis eccleſiam noſtram ſplē
dore niueo illuminat.
¶Inſtauro as,nō ab iſtar deſcēdit,vt qdā putauere,ſed
cōpoſitū eſt ab in & ſtauro.Vñ & reſtauro.Nā itegro ꝙ
inſtauro ſimile eſt in ſignificatiōe cōpoſitū qdē eſt quia
A tegro habet.Et vñ cōpoſitū eſt A tegro,inde & inte
gro.Vñ cōtamino inde & attamino,& multa huiuſmo
di.Sic vñ iſtauro ide & reſtauro,quoꝝ ſimplicia cū non
ſint in vſu cōpoſita habent,qđ p̄poſitiones cū quibꝰ iū
guntur,aperte declarant.Preterea cū ītegrare idē ſit qđ
īſtaurare,nimirū inſtaurare integrare eſt.In quo quātū ab
inſtar diſtet,aīaduertere licet.Ter.in An.Amantiū irę
amoris ītegratio eſt.Vbi dona.Integratio iſtauratio.In
tegrare vero vt inqt Feſtꝰ eſt in ſtatū redigere,nō ad ſi
militudinē prioris ſtatꝰ dixit ſed ſimpliciter ī ſtatū redi
gere,vtcūq; ſit ſtatꝰ.Similiter iſtaurare dicimꝰ ī ſtatū re
digere,nō ad ſimilitudinē prioris ſtatꝰ facere.Vñ Ver.
ꝑ tranſlationē dixit.Inſtaurati animi regis ſuccurrere te
ctis.i.ꝗſi recreati,ſiue validi facti.Sup qđ Seruit.Hinc
oſtēdit eos ſuperiꝰ defeciſſe.& nō dicit ad ſimilitudinē
antiquā cōualuiſſe.Et raro euenit vt euerſa ędificia ad ſi
militudinē priſtinā inſtaurent,Liui.li.iiij.Nā phaliſci
ꝓpelli ad inſtaurandū bellū neq; clade Romanoꝝ neq;
ſociorū precibus potuere.Inſtaurandū non ad ſimilitu
dinē priſtini gerendū ſed integrandū & denuo inferen
dū.Sic.Cic.de ꝓuincijs cōſularibꝰ in Piſonē & Gabinū
Bellū affectū videmꝰ & fere vt ita dicā cōfectū periculū
ſic ne inſtauratas maxīe belli reliqas ac renouatas audia
mꝰ.Ver.li.iij.Ergo inſtauramꝰ Polydoro funus.i.inte
gramꝰ ſupplemꝰ & facimꝰ funꝰ.qđ fieri ꝓ loco & tpecō
decebat.Idē li.vij.Certatim inſtaurant epulas.i.denuo
imponūt.Cū ergo inſtauro nihil in ſignificato cōueniat
cū inſtar,nullo pacto ab inſtar formari dicendū eſt.p̄ſer
tim cū nec ad analogiā ꝑtineat.ꝙ inſtaro non iſtauro fa
cere deberet.Reſtauro autē ꝗuis pene obſoleuerit & ꝓ
eo inſtauro ſæpe poſitū ſit.Lact.li.vij.vſus eſt ꝓreduco
ſeu reformo renouo reficio ve.Verū ille cū deleuerit iu
ſtitiā iudiciūq; maximū fecerit,ac iuſtos qui a principio
fuerūt ad vitā reſtaurauerit.mille annis inter hoīes ver
ſabit.Non enim ad antiquā ſimilitudinē reformauerit
intelligendū eſt cū longe elegātiori forma iuſtoꝝ corpa
reficienda ꝗ ea quę prius habuerant.
¶Inſterno is,ſuper ſterno operio extendo.Vñ inſtrata
equorū ornamēta dñr.Et inſtratꝰ lectus dr̄ veſte ſtragu
la excultus.Vlp.Inſtratum ſignificat omnē veſtē ſtragu
lam inſternendi cauſa paratam.
¶Inſtigo as,pe.ꝓ.ex in & ſtigo cōponi videtur.vt ſit
ſtigo ſtimulo,& iſtigo iſtimulo,& tā ī bonū ꝗ in malū ſu
mit.Hie.de diuo Luca.Obijt plenꝰ ſpūſancto quo inſti
gāte ī Achię ptibꝰ gręcis fidelibꝰ dñi incarnationem fi
deli narratione oñdit.Hoc mō cōponit.Caſtigo ꝗſi ad
id qđ caſtū eſt ſtimulo.Fuſtigo fuſte ſtimulo vel ferio.
¶Inſtigo is xi.ctū.intꝰ cōmoueo.Lact.li.vj.Ego vero
eos qui vera īprudētes loquunt ſic habendos puto tāꝗ
diuinent ſpū aliquo iſtincti.Vale.Maximꝰ lib.j.Samij
Prienenſibꝰ auxiliū aduerſus Caras implorātibus arro
gantia inſticti pro claſſe & exercitu lembulā eis deriſus
gra miſerūt.Hic inſtinctꝰ us.ipſa commotio.Vñ dici
mꝰ aliquid ſpiritusſancti inſtinctu factum eſſe.
☧Inſtatio dr̄,quaſi imminentia ab inſto as.Amb.lib.j.
de reſurrectiōe.Quomodo laudabis hominē priuſquam
inſtatio mortis ſucceſſerit.
¶Inſtita pe.cor.tenuis falſciola inqt Acrō,ꝗ ſtolę imā
ptē ābit.Hor.Nil mediū ē,ſunt q nolūt tetigiſſe,niſi il
las.Quaiū ſubſuta talos tegit iſtita veſte Cōtra aliꝰ nul



lam niſi ſolenti in fornice ſtātē.Oui.in arte.Feſte ꝓcul
vitæ tenues inſigne pudoris Quęq; tegis medios iſtita
lōga pedes vnde & in Euangelio legimꝰ de Lazaro,ꝙ
erat ligatus inſtitis.i.faſcijs.
¶Inſtitor pen.cor.negociator ex eo dictꝰ eſt,vt Vlpia
nus inquit.ꝙ negocio gerendo inſtet,nec multum re
refert tabernæ ſit prępoſitus an cuilibet alij negociatio
ni cū interdū etiā ad homines honeſtos afferāt merces
& ibi vendant.Hic.ſup li.ꝓuer.Inſtitor negciator,qui
ob eo ſit dr̄ ꝙ ꝓ acquirēdis multiplicādiſq; mercibꝰ ſe
dulus inſiſtat.Idē cōtra Ioui.Annꝰ & aurifices & hario
los & inſtitores gemmarū feriarumq; veſtiū ſi intromiſe
ris periculum pudicitię eſt.Poetę fere ſemper accipiūt
inſtitorē ꝓ eo q venditor eſt merciū delicatarū,cuiq; ve
ſtiarij & lintearij dant veſtē circūferendā & diſtrahendā
quē vulgo Circitorē appellamꝰ.Oui.Inſtitor ad dominā
veniet diſtinctus emacem.Plau.acillam pro domina ne
gociantem inſtitricē vocat.Vergiliarum quoq; ſydus in
ſtitor veſtis dicitur ꝙ mēſe nouembri cum earum occa
ſus eſt ex hoc ſydere coniecturam faciunt hyemis.Nā
ſi nubibus fuerit earum occaſus pluuioſam hyemen de
nunciant.Ideoq; negociatores ſtatim augent lucerna
rum pretij a quibus pluuioſo tēpore vtimur,Si vero tē
pore ſereno tempore occiderit aſperitas hyemis denun
tiatur.Idcirco reliquarum veſtium pretia accedunt.
✥Inſtitrix a Plauto dicitur ancilla pro domina negociū
exercens.Cc.
¶Inſtitorius,a um,qđ ad inſtitorē pertinet,vt ars iſti
toria.Hiero.cōtra Heluidiū.Quę inſtitorias exercet ar
tes neſcio an corpore,qđ ſcio ſpiritu virgo nō ꝑmanet.
Inſtitoria dictio dr̄ qua dñs inſtitorē cōuenit vel ꝑ iſtito
rē cōuenit.Nā ſi libitinariꝰ ſeruū polictorē habuerit.iſ
q; mortuū ſpoliauerit,dādā ī eū ꝗſi inſtitoriā actionē ꝗ
uis furti & iniuriarū actio cōpeteret,īquit Iuriſcōſultus
¶Inſtituo ex in & ſtatuo ſignificat decerno.Apu.Solō
aut Licurgꝰ iſtituit,Hinc iſtituta & iſtitutiones.Aliqñ
incipio.Pli.Priuſꝗ id opꝰ inſtituerem.Aliqñ doceo in
ſtruo.Sene.Sūt eī nō mō literis,ſed etiā bonis moribꝰ
inſtituēdi adoceſcētes.Qđ & de malis dr̄.Iuue.Inſtituit
q; rudes melior locuſta ꝓpinquas.i.docet eas veneficia
Aliqñ ordino.Et proprie de ludis,de orationibus,de
moribus hominū dicitur.Teren.Optime vitā inſtituit.
Salu.Ea familia ortū,ita ſe ab adolſcētia vitā inſtituiſſe
vt omnia bona in ſpe haberet.
¶Inſtitum bonū morē cōſilio & ratione ſumpta ſignifi
cat & domeſticā diſciplinā,quę literis nō mādātur.ſed
obſeruantur cōi opinione bonorū virorū per quandā cō
ſuetudinē.Qui.Nā is ꝗꝗ nutricibꝰ triēniū dederit tamē
iā tū formari optimis inſtitutis mentē infātiū iudicat.
Vñ de inſtitutis apud Val.max.j.de moribus.Aliqñ di
cit ꝓpoſitū.incœptū,vt fociā ꝓ meo inſtituto.Pli.Hęc
ſunt rerū principia & inſtituta naturę.Aliqñ dicit decre
tum & ſanctio.Vñ Iuſtinianus opꝰ ſuū iſtituta inſcripſit
ſed barbare qa dicūtur inſtitutiones,& ita indocilis fuit
vt analphabetus diciceretur teſte Suida.
¶Inſtitutiones ſunt p̄cepta quibꝰ inſtituūtur homines
atq; docētur,vt libri a Quin.de inſtitutione ora.ęditi.
Quādoq; inſtitutio vocatur ipſa inſtructio.
¶Inſto as.qñ datiuo iungit ſignifi.inſtantiā & vī quā
dā facio,ſolicito.Ci.ꝓ.Quītio.Verū qm̄ tibi inſtat Hor
tentiꝰ,& eas ī cōſiliū a me poſtulat,ne dicēdo tēpꝰ ab
ſumā.Interdū incūdo.Ver.Talis erat Dido talē ſe lęta
ferebat per medios inſtans operi,regniſq; futuris.Idē ī
Buccolicis.ſm̄ caſu poſuit.Deſine plura puer,& ꝙ nūc
inſtat agamꝰ.Interdū iſectationē facio,ꝙ vernacula lin
gua dicimꝰ dat la caza.Liui.li.j.Ita icurriſſe a lateribꝰ
ferūt vt nō iſiſtēt mō ſabinas legiōes ferociter iſtātes ce
dētibꝰ ſed ſubito ī fugā auerterēt.Qñ vero actm̄ habet
ſignifi.vrgeo & ꝗſi ſto.Plau.ī Cur.Si magis me iſtabūt
ad prętorem ſufferam.Itē ſuperſto.Idem in Aſi.rectam
inſtas viā,ea res eſt.i.ingreſſꝰ es ſiue obtines ſtaſveſup
rect ī viā.Et in hymno.Sed premiū mortis ſacrę perē
nis inſtet gloria.Inuenit etiā ſine aliquo p̄dictorū caſu
um licet poſſit intelligi.Sal.Veterani virtutis p̄ſtine me
mores cominꝰ acriter iſtare illi haud timidi reſiſtūt.In
ſtare ꝓ iſtabāt,ꝗſi cōtra ſtabant.i.pugnabāt.Te.ī An.
Ego illud ſedulo negare factū.ille inſtat.i.cōtēdit factū
Aliqñ inſequor aduento.Sal.Optimū factu ratꝰ noctē ꝗ
ī ſtabat antecapere ne qd eo ſpatio nouaret.i.ꝓxīa erat
vel ſequebat.Cęſar.l.i.Cęſar vbi ſe diutiꝰ duci itellexit
& diē inſtare quod die frumētū militibus metiri oporte
ret.Huius verbi frequentatiuum eſt inſtito as.
¶Inſtito as.pe.cor.ſępe cōtra ſto pugno.Cęſar.li.i.Id
cōſpiciati heluetij qui in mōtem ſeſe receperant rurſus
inſtitare & pręlium redintegrare cœperunt.
¶Inſtās nomē ſubſtātiuū dr̄ minimū temporis momētū
qđ imminet & p̄ſēs eſt.Vñ etiā apud Dialecticos tēpus
inſtans dicitur qđ eſt p̄ſēs.Cic.li.iiij.tuſ.Quæ eñ veni
entia metuntur eadem efficiūt ægritudinem inſtantia.
id eſt preſentia vrgentiaq;.
¶Inſtātia,ſedulitas.Hiero.Mirari nō de ſigno exacti
onis veſtrę inſtātiam.Exigitis eni vt librum Chaldęo
ſermone con ſcriptum ad latinum traham.
✥Inſtratū ab inſternendo equorum operimentum.Cc.
¶Inſtanter aduerbium ſignificat ſedulo.
¶Inſtruo is.xi.ctū.ordino.& tā de malis ꝗ de bonis in
telligi poteſt.Ver.Dolis inſtructus & arte pelaſga.Simi
liter dicitur de acie,de claſſe,de cauſa ac etiam de mēte
alicuius.Plautꝰ in Am.Nos noſtras more noſtro & mō
inſtruximus legiones.Lactan.li.i.Qđ malū a gręcis or
tum eſt,quorum leuitas iſtructa dicēdi facultate & copia
incredibile eſt quātas mēdaciorum nebulas excitauerit
Idē.li.iij.Apparet falſā & inanem eſſe omnem philoſo
phiā,quia nec iſtruit ad iuſticię munera ne officiū hoīs
rationeq; cōſūmat.Col.li.v.Nōnulli ſtrēnue fabricant
nauigia,nec cōſūmata peride inſtruūt armamētis mini
ſtriſq;.i.armāt vel muniunt.Gel.lib.i.Verba Lelij hec
ſūt quibꝰ hœdū qui ad epulas fuit allegatus dimiſſū cæ
namq; ita vt lex ſanxiſſet pomis holeribuſq; inſtructā,
id eſt paratam.Hiero.ad Ruſti.quaſi doctus nauta rudē
conor inſtituere vectorem,id eſt docere.
¶Inſtrumētū ab inſtruo fit cuiꝰ noīe ſignificat omne il
lud quo quis ad operādū vtit ſic dicimꝰ arma inſtrumē
ta belli eſſe.Ligones,marras ſarcula iſtrumēta agricola
tionis.Et iſtrumētū dicit id quo quis docet.Vñ dicimꝰ
inſtrumētū vetꝰ,& iſtrumētū nouū,pro lege veteri,&
lege noua.Ex his eñ homo iſtruit quid agere aut vitare
debeat.Aliqñ ſumit ꝓ apparatu quo fundus taberna &
id genꝰ alia iſtruūt.Sue.de Augu.Et Alexādria capta
nihil ſibi p̄ter calicē ex inſtrumēto regio retinuerit.Sic
apđ Iuriſcōſultos titulꝰ eſt de fūdo iſtructo & iſtrumēto
legato,Aliqñ inſtrumēti noīe intelligit monumētū ſcri
pturarū ad res geſtas,pertinentium,quale ferme eſt re
pertoriū quod vulgo inuētariū appellat.Sue.ī Veſpa.
Vndiq; inueſtigatis exēplaribus inſtrumentorū imperij
pulcherrimū ac vetuſtiſſimum confecit.
¶Inſucco as,imbuo ſeu inficio,quaſi in ſucco balneo.
Col.li.viij.Fracta pecudum nō aliter ꝗ hominū crura
ſanātur īuoluta lanis oleo atq; vino inſuccatis atq; mox
circundatis ferulis colligata.
☧Inſueſco & cōſueſco pro codē accipiūtur.Plau.ī cap.
Imperare inſueui.Inſuetus tamē nō ſuetus.Ver.Inſue
tum pariter.☧Vide in dictione Sueſco.
☧Inſuetus ta,tum,quod nō eſt ſuetū.vt apud Vergiliū.
¶Inſula pe.cor.dr̄ terra ꝗ vndiq; aquis cludit,ꝓprie
aūt in mari.Vnde quidā a ſalo appellatas inſulas volūt
ꝙ a ſalo.i.mari ſitę ſint,Hic peniſula ꝙ ꝗſi iſula ē & vn
diq; fere aquis clauſa tātū āguſtia ꝗ dr̄ Iſthmos cōtinē
ti annectit.Mediamnis vocat quā amnis circuit.Inſulę
etiā dicūt domꝰ in vrbe ab alijs ſeparatę & vicos vndi
q; habētes,ꝙ ſicut iſulę ſūt ī mari loca vndiq; ābita vn
dis diſcreta a cōtinēti ita domus nullis cōnexę ędificijs

chohęrẽtibꝰ inſulæ noĩant. Vñ Spartianꝰ ſcribit trecẽtas. xxxv. inſulas olim Romę incendio abſumptas fuiſſe. Vlp. titu. de verbo obli. Plane ſi inſulam fulciri quis ſtipulatus ſit, non eſt expectandum vt inſula ruat.

¶ Inſultatus a ũ, qđ factũ inſula. Aug. li. iiij. de ci. dei. Illas etiã quæ priꝰ fuerãt cõtinẽtes hoſpitibus atq; aduenis fluctibꝰ inſulatas, aliaſq; deſidia maris ꝓuias factas ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

¶ Inſularis & hoc inſulare qđ eſt inſulę. Pli. Qui primꝰ inſularem morbũ in vrbem inuexit. Marcellinus. Nec ſtrepẽte vllo, nec obſiſtẽte inſulari pœna mulctati ſũt.

¶ Inſularius a, ũ, ponitur ꝓ vili. Vnde iuriſcõſulti viles ſeruos inſularios appellãt, qui ſine ciuitate ſunt in opus publicũ perpetuo dati & inſulã deportati, ſiue in ĩſulas ad effodienda metalla demandantur.

¶ Inſulto as. frequẽtatiuũ ab Inſilio, ex in & ſalto cõpoſitũ eſt a in u. mutata. Et cõſtruit̃ cũ datiuo aliqñ cũ accuſatiuo. Et modo ꝓ ĩſilio ponitur. Verg. Inſultare ſolo & greſſꝰ glomerare ſuperbos. Modo ꝓ irrideo & cõtumelioſius in aliquẽ aliqđ vel dico vel facio Sal. Multos tamẽ ab adoleſẽtia bonos ĩſultauit, Terẽ. ĩ Eu Ne tu iſtas faxo calcibꝰ ĩſultabis fruſtra, Suc. ſcribit Ceſarẽ dixiſſe ſe inſultaturum capitibus aduerſariorum.

¶ Inſultura pro inſultatione. Plau. Nam ego iſtam ĩſulturam & deſulturam nihil hic moror.

¶ Inſum in aliqua re ſũ. Lact. li. ij. Ineſt ergo ſyderibus ratio ad peragẽdos meatꝰ ſuos apta, ſed dei eſt illa ratio

¶ Inſummo as, finio Aug. Omnis opera ĩſummata, eſt, dolor remanſit.

ℨ Inſũmo is. per ſimplex m. pe. pro. ſignificat Impẽdo. Gel. li. ij. lex fania ĩ ſingulos dies cẽtenos ęris ĩſumi cõceſſit Sumere. n. impẽdere & cõſumere. Vnde & ſũptũ dicimꝰ authore Donato. pecuniã, quę inſumenda eſt. Hieronymus ad pamma. Delitiarum quamdam ſuppellectilem virtus inſumit.

¶ ✣ In ſũma cũ ſũmati eãdẽ fere habet ſignificationẽ. Quint. Inſũma nõ recedo, fas eſt mihi inuitis etiam papa parentibus pie facere. Perinde enim eſt ac ſi diceremus quod vt ſummatim comprehendam. Cc.

¶ Inſuper pe. cor. ſignificat pręterea, a quo fit deĩſup.

¶ Inſuſurro as. Macro. li. ij. ſatu. Vale dicenti hoc tãtũ inſuſurrauit. Nõ putabam me tibi tantum familiarem.

¶ Inſubres populi Ciſalpinę Gallię, cuius ciuitates ſũt. Mediolanum Papia Lauda Nouaria Vercellę & comũ.

✣ Intaliari. Vide Taliari.

¶ Integer, a, um. pe. cor. ſi de ętate dicitur intelligitur ea que in flore conſiſtit, ſcilicet iuuentute, in qua robur viui dum & ſanguis adhuc ĩteger eſt, qui ętate in ſeniũ vergente minuitur. Terentiꝰ. in An Egregia forma ętate integra. Integra res que eſt perfecta de qua nihil eſt imminutum vt integrum corpus cui nihil deeſt Integer vir qui eſt caſtus, & qui oĩ virtute prędutus eſt. Hĩc fit aduerbium Ab integro quod ſignificat rurſus, quaſi res perfecta rurſꝰ in choet̃. Integer æui dicitur adoleſcens cui adhuc ætas integra ſupereſt. Vnde Enn. deos integros ęui dicit, quibus multum æui ſupereſt.

¶ Integrũ mihi eſt, ſignificat vtile eſt. Nã illa res dr̃ integra quæ ĩtacta & nõdũ tacta eſt. Rurſꝰ ĩtegrum eſt, ſignificat in arbitrio eſt & poteſtate. Cic. li. iij. de ora, Sed quoniã hęc iam neq; in integro eſſe poſſunt.

¶ Integro as. pe. cor. ꝑficio, ꝓprie tamẽ ſignificat rurſus ĩchoo inſtauro ſiue ĩnouo. Verg. Romęq; ſedẽs miſerabile carmẽ ĩtegrat. Liui. li. v. Simul vt ab religione animos remiſerunt integrant ſeditionem tribuniplębis Ab hoc fit Deintegro & Reintegro.

¶ Integraſco is, idẽ quod integror. Terẽ. Hoc malũ integraſcit. Vbi Dona. integraſcit id eſt integratur.

¶ Intelligo is, pe. co. ex ĩter & lego q̃ſi ĩ ĩterioribꝰ lego Vñ ĩtelligẽtia. Cic. li. ij. off. Explica atq; excute ĩtelligẽtiã tuã vt videas q̃ ſit ĩ eis ſpecies & notio boni viri. huius ꝯpoſitũ ẽ Subintelligo qđ eſt mediocriter intelligo.

Hier. ad Exuperã. Hoc autẽ dico nõ ꝙ te auarũ dididicerim, ſed ſubintelligã idcirco adhuc militiæ operã dare vt impleas ſacculum quã euacuare dominꝰ pręcepit.

✣ Intelligibile quod mente percipi poteſt. Cc.

✣ Intelligentia ipſa mentis perceptio. Cc.

✣ Intellectus pars animi rationalis qua cuncta percipimus a quo intellectuale & intellectiuum. Cc.

✣ Intemerata ſacra dicuntur quę rite perfecta ſunt & vt ratio ſacrificij exigebat. Cc.

¶ In tp̃e ſigni. oportune. Sal. Maxĩe ferocia regis Mithridatis in tp̃e bellaturi. Terẽ ĩ An. Veni in tempore.

¶ Intempeſta nox dicitur, obſcuriſſima, tacita, ac ſimiles vt eſt fere media nox, ꝙ careat tempeſtatibus, & tumultu cũ tempus agendi eſt nullum, qđ alij concubitum dicũt ꝙ fere tunc omneis cubẽt. Cice. in Verg. Affertur nocte intempeſta grauis huiuſce mali nuncius.

¶ Intempeſtiuus a, um quod pręter tempus fit Boe. Intempeſtiui fundũtur vertice cani. Gel. Intẽpeſtiue atq; inſolite diſſerebat.

ℨ Intemperies, intẽperantia, vt cœli intemperies.

ℨ Intẽperię erant quædã deę habẽtes vim nocẽdi & intẽperãtiã ſęuiẽdi, quas Cat. ĩ re ruſ. facto ſacrificio iubet ꝓpulſari. Plau. Larue hũc, atq; ĩtẽperię agitãt ſenem.

¶ Intẽdo is, ſignificat extẽdo. Tractũ a venatoribꝰ q̃ retia intẽdũt ad captãdas feras. Vel a ſagiptatijs. Cice. de ſupplici. Tabernacula carbaſeis intẽta veliscollocabãt. Idem in Catone. Intentum animum tanq̃ arcum habebat nec languens ſuccumbebat ſenectuti. Et intendere eſt animaduertere diligenterq; intueri. Verg. Intẽti expectant ſignũ. Item diligere. Saluſt in Iugurth. In regnũ Atherbabis animũ intẽdit. Itẽ innectere, illigare. Ver. Et ſtupea vincula collo intendunt. Cic. in Hortẽ. per trãſlationẽ dixit. Quęro nõ quibꝰ intendã rebꝰ animũ, ſed quibꝰ relaxẽ. Item cõtra conari, cõtẽdere oĩ conatu. Cic. li. ij. Tuſc. Quid qui volũt exclamare maius, nõ ſatis habẽt latera, fauces, linguam, intendere e quibꝰ elici vocem & fundi videmus?

¶ Intentus, a, um, & participium & nomẽ eſſe poteſt. Vnde intentior, inteſtinus.

¶ Intentio nõ accipitur pro voluntate aut ꝓpoſito ſed pro actu qui dirigitur & exercetur, ſeu ſit a voluntate vt ſit intentio volũtatis, ſeu ꝓpoſiti operatio q̃ more arcꝰ aut chordarum cum tendũtur aliquando recte aliquãdo magis aliquãdo minus q̃ oportet ſe exercet.

¶ Intendo as, ab intendo ſignificat minor. Verg. Præſentemq; viris intentant omnia mortem.

¶ Intentatus inexpertus ab intentor aris. Cic. in Lęl. Nemo eſt qui non quocum conſueuit libentius vtatur q̃ intentato & nouo.

¶ Inter ꝑpoſitio eſt ab in deducta quę ſeparat̃ & componit̃. Seperata ſignificat μέταξυ. Gel. inter os & offam multa ĩteruenire poſſunt. Aliqñ ĩ medio quorũdã, vt inter reges, ĩter vicinos. Aliqñ in eũ locũ vbi Cic. Dico te priore nocte veniſſe inter falcarios. i. illuc vbi falcarij. Aliqñ propter ſeu poſt. Ver. Hũc inter fluuio tyberinꝰ amœno. Cõpoſita vero mõ ſignificãt de medio ãte medio, vt ĩtercipio Mõ totũ vt ĩterbibo. Modo facti priuationẽ ſiue deſtructionẽ, vt ĩterficio ĩterimo. Et in hac ſignificatiõe multitudinẽ totã ſimul peremptã, ſiue in totũ ſimul cõplectitur, vt interneco. Mõ ſignificat maxĩe vt interdico interminor. Cõponitur autẽ cũ oĩbus literis & integra manet. A vt interaſco. B, vt interbibo. C, vt intercedo. D, vt ĩterdico. E, vt ĩtereo. F, vt ĩterficio. I, vt. interiacio. L, vt interlino. Notetur intelligo vbi r matutur in l, M. vt ĩterminor. N. vt ĩterneco. P. vt ĩterpello. R, vt interregnũ. S, vt interſum. T, vt interturbo V, vt interuenio. Ab inter fiunt interea & interim.

¶ Interaneꝰ, a, um, ab ĩtrã fit, ſicut extraneꝰ ab extra, & ſignificat inteſtinũ. Pli. Medelę ſũt ĩnumerę ad ĩteranea, Col. li. x. Quidã exemptis interaneis occiſas vel intus includũt, quę tẽpore hyberno pluuijs dileſcẽtibꝰ



apibus pręben̄t teporem.

¶ Interareſcere eſt penitus areſcere, hoc eſt aridũ fieri & languens ſicut interbibere.

¶ Interraſile pe. cor quod ẽĩterpolatũ cęlatura ſeu ſculptura & plano. Planũ er im inter cęlaturas quaſi raſum videtur. Hiero. in Exo. Et ipſi labio coronam ĩterraſilem altam quatuor digitis.

¶ Interamna vrbs vmbrię ꝙ ĩter duos ãnes ſit ꝯſtituta

¶ Interbibo pe. corr. totũ bibo. Plau in Aul. Pręterea tibicinam quę mihi interbibere ſola ſi vino ſcatet corinthienſem fontem & pyreneum poteſt.

¶ Intercalo as, pe. cor. interſero ſeu interuoco. Liui. li. ix. Vt intercalatę poenæ vſurã habeant. Vnde intercalaris menſis dictus eſt quo inſerebãtur dies qui deerãt ad cõplendum annũ. Diuerſis quidẽ rationibꝰ, diuerſo tempore. Is autem menſis erat Februarius qñ erat vltimus anni. Nõ tñ intercalabantur in fine mẽſis, ſed poſt vigeſſimũ & tertiũ terminalibus iam peractis, deĩde reliquos Februarij dies qui erant quinq; poſt intercalationem ſubiungebant vetere religionis ſuę moræ, vt Februarium omnino Matius ſequeretur. Intercalares Calendæ dicũtur calednde mẽſis intercalaris, i. Februarij. Alij intelligũt Calẽdas Martias nõ ꝙ eo mẽſe ĩtercalarent̃ dies, ſed vt eſſẽt ꝓxĩe diebꝰ ĩtercalatis. i. ꝙ ſtatiſe q̃rẽt̃ ĩtercalationẽ quiq; tñ diebꝰ ĩterpoſitis. ĩtercalares dies gręci ẽboliſmos ſiue hyperbolicos nominãt. Intercalaris verſꝰ q̃ frequẽter ĩter aliquos verſus interponit̃. vt eſt apđ Ver. Incipe męnalios mecũ mea tibia verſus

¶ Intercalaris & hoc intercalare ſeu intercalariꝰ, a, um, qđ interſerit̃. Vide in in dictione intercalo de qua mõ.

¶ Intercapedo pen. pro, interſtitiũ temporis, mora in medio alicuius rei poſita, ſiue tempus de medio eius captum & diuiſio. Feſt. Intercapedo tẽpus interceptũ cũ ſcilicet mora eſt ad capiendũ. Cic. Itaq; me iam non penitebit intercapedinem ſcribendi feciſſe.

amabo Amphitrio iraſci Soſiæ cauſa mea. Huiꝰ ꝯcõpoſi
ta ſũt. Subiraſcor qd eſt paulũ iraſco. Obiraſcor cõtra ira
ſcor. Li. li. iij. Fortunę vt fit obirati cultũ reliq̃rãt deũ.

¶Ire pedibꝰ ĩ ſentẽtiã qd ſignificet. Vide ſupra ĩ eo is,

Irrenarches ſiue irrenarcha dr̃, qui ad tollendas diſcordias & pacãdos ciuiũ animos in ciuitate ꝑficitur. Apud iuriſcõſultos tñ dicitur, qui diſciplinę publicæ, & corrigendis moribꝰ ꝑficitur. Græci eĩ εἰρήνην pacẽ vocant ἄρχον præfectum aut principem.

☩ Irremunerabile quod ob magnitudinem remunerari non poteſt nec par pari reparari.

¶ Iris is, vel idis, arcus cœleſtis ab εἴρειν, qđ eſt nũciare Nã poetę deoꝝ nunciam fingunt. Vergi. Irim de cœlo miſit ſaturnia Iuno. Huius arcꝰ cauſa eſt, radius ſolis cauæ nubi immiſſus, qui repulſa acie in ſolem refringitur. Nubes eñ formã arcus diſcoloris efficiunt, quia alię ꝑtes eaꝝ tumidiores ſunt alię ſummiſſiores, & quædam craſſiores, q̃ vt ſolem tranſmittant aliæ imbecilliores q̃ vt excludãt. Hęc inęqualitas alternis lucẽ vmbrãq; cõmiſcet & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. Eſt & iris eos herba ſuauiſſimi odoris. Vt Plin. lib. xxj. teſtis eſt, cuiꝰ radicẽ dixit in vnguẽtis & medicinis commẽdari. Caulẽ habet cubitalẽ & rectum, radicem raphano ſimilẽ, quæ ſternutamenta mouet. Floret diuerſorũ colorum ſpecie quaſi arcus cœleſtis, a quo nomen habet, vulgo dicitur lilium cæruleum.

✠ Irceus vero genus eſt farciminis. Cc.

✠ Irinum oleum eſt quod ex inde fit. Cc.

¶ Ironia cum accẽtu in pe. dici poteſt ſimulatio vel illuſio εἰρωνεία ab εἴρω dico, & inde εἰρωνεύομαι in voce paſſiua qđ eſt cauillor. Figura cũ aliquid per cõtrariũ dicitur & illuſionem. Et definitur ꝙ ſit oratio pronunciationis grauitate negligẽs ſenſum verborũ, vt me duce dardanius ſpartam expugnauit adulter. Niſi enim grauitas ꝓnunciationis adiuuerit confiteri videbitur quod negare contendit.

☩ Irructo as, Vide in dictione Eructo.

¶ Irrætio is, a ręte fit & ſign. retineo ræte, quaſi capio. Vñ irrætitꝰ dr̃ qui aliqua fraude vel blanditijs aut dolo quaſi ręte captus. Lact. li. iij. Eos aũt qui deũ ſciũt dolis & aſtu aggreditur, vt cupiditate aut libidĩe irrætiat, aut ꝑctis blãdientibꝰ deprauatos, impellat ad mortem.

¶ Irraucio is, irrauſi, ſum, ex in & raucio qđ a raucꝰ deſcendit. Et ſigni. raucꝰ fio. Dr̃ & irrauceo es, irraucui. Ci. li. de ora. At Aeſopũ ſi paulũ irraucuerit explodi.

✠ Irpices pe. cor. genꝰ raſtroꝝ ferreoꝝ ſeu regulæ cũ pluribꝰ dentibꝰ quos itẽ vt plauſtra boues trahũt vt proruant glebas & extirpent hærbas in agris.

¶ Irrepo is, pe. ꝓ. pſi, ptũ, ſignificat paſſim & latenter more reptiliũ troeo, cuiꝰ frequẽtatiuũ eſt irrepto. Hor. Verũ opere in longo fas eſt irrepere ſomnum.

¶ Irripio is, p. c. intꝰ rapio. Ci. irripiũt ĩ ędes ſubito.

¶ Irrigo as, pe. cor. ex in & rigo, ſignificat quaſi riuos ĩ agrũ deduco. Rigo autem a riguus.

¶ Irriguus a, um, qđ irrigat̃, vel facile irrigari põt. Cato. Vinea eſt pria vel ſi vino multo eſt. Secũdo loco hortꝰ irriguꝰ. Accipit̃ & q̃nq; in ſignificatiõe actiua, vt aq̃ irrigua q̃ irrigat. Ver. li. iiij. Geor. Irriguũq; bibant violaria fontem. Tibul. Tunc bibit irriguas fertilis ortus aq̃s Am. ſubſtantiuo vſus eſt. Magna eſt eleemoſyna, quę ardentium criminum globos beniuolentiæ ſuæ fonte refrigerat, & quodam irriguo largitatis obruit incendia delictoꝝ. Et lib. hexa. Qđ ſi irriguis aquarum plærũq; & ſegetes lętiores ſunt.

¶ Irrito as, pe. cor. componitur ex in & rato as, quo veteres vtebant̃ pro ratũ facio, opprobo, & ſignificat non ratũ eſſe volo vel oñdo vel facio. Et irritũ improbatum non ratũ, & per tranſlationẽ in nihilũ redactũ. Ver. Irrita perpetua ſoluẽt formidine terras. Terẽ. in Phor. Qđ dictum indictum eſt, quod erat ratum id irritum eſt.

¶ Irrito as, pe. ꝓ. ſignificat prouoco, irãq; incedo. Frequẽtatiuũ ab irruo per mutationẽ u, in i, euphonię cauſa Tractũ a canibꝰ, qui cum prouocantur irruunt, vel vt Dona. ait. Qui reſtrictis dentibus hãc literã r. imitant̃. Ver. li. x. irritatq; virũ telis & voce laceſſit. Oui. li. ij. faſ Tũ ſicco prias irritat cortice flãmas, i. ſuſcitat. Plaut. in Amp. irritabis crabrones. Eſt & prorito as, pe. ꝓ. Nam ſicut irrito ꝓ laceſſo ab irruo eſt it ꝓrito a proruo. Nec multũ in ſignificatione differunt. Nã prorito idẽ eſt qđ prouoco. Colu. lib. ii. Liniſemen niſi magnus eſt eius in ea regiõe quã colis prouentus & pretium proritat, ferẽ dũ nõ eſt. Agris ei ꝑcipue noxiũ eſt. Hinc in bonã partem ſumitur. Irrito vero magis frequẽtatiuũ eſt, quo prorito. Et ferme ſemp acris maleq; vehemẽtię. Prorito nõ ſic, ſed in bonam & in malam partem vti prouoco capi poteſt. Irrito ſemper in malam.

¶ Irrogo as, pe. cor. infero, ĩfligo. Plau. in Ca. Qui cõſiliũ iniere quo nos victu & vita ꝓhibeant, ijs diẽ dicam irrogabo mulctam, vt mihi, cœnas decem me arbitratu dent cum cara annona ſit. Aug. li. iiij. de ciui. dei. Nã iuſtis q̃cquid maloꝝ ab iniquis dominis irrogatur non eſt pœna criminis ſed virtutis examen.

¶ Irruo cũ impetu feror. Sal. Cũ forte in eũ irruerẽt facile repulſi. Do. Irruere ꝓprie dñr qui cũ furore prælium ineunt. Q̃nq; ratione præpoſitiõis in ſignificat ĩtroruo intromitto, ingero. Aug. Vidiſtis mulierẽ in ciuitate famoſam non inuitatam irruiſſe conuiuio.

¶ Irrugio is, valde rugio. Hie. i Geñ. Auditis Eſau ſermonibus patrijs irrugijt clamore.

¶ Irrumpo violẽter & cũ impetu ingredio. Pli. li. xxxv L. Hoſtilius Mancinꝰ qui primꝰ carthaginẽ irruperat. Lact. li. ij. Nã cũ ab Alexãdro capta ciuitas eſſet ac milites ad eã ſpoliandã irrupiſſent. Et ferme ſemper in hac ſignificatione hoc verbo vtuntur authores. Lactantius ꝓprie ſumpſit li. vj. pro penitus frango. Summũ inter ſe hominũ vinculũ eſt humanitas, qđ qui irruperit nefarius & patricida exiſtimandꝰ eſt.

¶ Irrumo as, pe. cor. a ruma mamma. Vidę in dictione fello fellas.

✠ Iruola vaſis genus in ſacris.

## I ANTE S

IS, ea, id eandẽ ſignificationem habet quã hic & eũdẽ locũ retinet, vt q diuitias cupit, is vel hic, vel ille, idẽ auarus eſt. Ab is fit iſce, ſicut ab hic hicce.

¶ Is vrbs a Babylone itinere dierũ octo diſtãs, apđ quã eſt Is fluuiꝰ e quo bitumẽ totiꝰ babylõis ſubminiſtrabat̃

¶ Iſæus cũ ę, diph. nomẽ rhetoris pariter & philoſophi quẽ Philoſtratus in vitis ſophiſtarũ aſſyriũ tradit Cuius hoc fuit inuentum, omnem materiam in breue conijcere. Eſt & nomen fluminis.

¶ Iſagoge pe. pro. latine introductio dr̃, ey εἰς qđ in indicat & ἄγω duco. Vñ ἀγωγή ductio.

¶ Iſagogicon introductoriũ. Grammato iſagogus lraꝝ introductor vel inductor ꝙ eas inducat, i. ĩtroducat quodã modo in corda diſcentium.

¶ Iſapis pen. pro. fluuius propiquꝰ Cęſennę, vt Strab. lib. v. ſcribit.

¶ Iſara pe. cor. fluuius Rhodano ſe iũgens, vbi Cemenꝰ mons rhodano applicatur vſq; huc ad Druentiã effertur in Hadriaticum ſinum. ✠ Iſatia inſula eſt e regione Veliæ alio nomine Oenotris dicta. Cc.

¶ Iſaurũ ciuitas Pãphiliæ a qua Iſauricꝰ Seruiliꝰ Rõanus dictꝰ eſt, qui Iſaurũ cępit. Ouid. Aphrica victorem de ſe vocat alter Iſaurũ. Hic adeo paup fuit vt publico funere Romę elatꝰ fuerit. Ammianus Iſaura plurali numero dixit. Claudiopolis, quã deduxit coloniã Claudiꝰ Cęſar Iſaura ante Alij Iſauriẽ fœ. gñe ꝓtulerũt. Sũt qui dicãt Iſauriã regionẽ minoris Aſię dictã ꝙ vndiq; aurarũ flatibꝰ pateat, eiuſq; Metropolim eſſe Seleuciam.

✠ Iſchada hęrbæ genꝰ radice cyperi aliter Leucacãtha nominata. Cc.

¶ Iſchia ſcribit Iulius pollux carnoſas poſt lumbos vtrĩq; eminentias appellari, q̃ vero poſthæc increſcũt γλουτοὶ hoc ẽ latĩe nates. Duo illa oſſa circa q̃ verſura fit ita diſtingunt̃, vt dicat̃ concauũ illđ ſuperiꝰ κοτύλη latine acceptaculũ. Inferiꝰ vero ἰσχία qđ noſtri coxẽdicẽ dicunt.



Quo etiã nomine & neruus ille nominatur qui coxendicẽ femori committit. Erit ergo coxẽdix vertebra cotylę infixa quã pixidẽ appellãt neruis quibuſdã ita illigata vt facilius coxarum motus atq; flexus fiat, vnde qui coxendice laborant iſchiadici vel iſchiaci dñr. Plin. Mox aquam bibere catillo mire id prodeſſe iſchiadicis. Recẽtiores medici ſciaticam dicunt.

¶ Iſchyros cũ accẽtu in prima, latine fortis dicitur ἰσχὺς enim fortitudo eſt.

☩ Iſchnos ἰσχνός, gracilis macer, vñ Iſchnotis gracilitas

¶ Iſchomache pe. cor. nomen cõpoſitũ ex ἴσχω habeo μάχη pugna. Quo noĩe dicta eſt hippodamia q̃ habuit ĩ nuptijs ſuis pugnã Cẽtauroꝝ. Hęc fuit Attracij filia quę nupſit Pyrrithoo.

¶ Iſis ſis, & idis actm̃ facit Iſim. Inachi filia, Io priꝰ dicta. Quæ olim pererrãs cum ad Nili fines perueniſſet Iouis amatoris ope. formam voce vaccę immutauit. Eſtq; ab Aegyptijs pro dea celebrata. De qua Luc. li. vj. Nos templa tuam Romana recipimꝰ Iſim. Hoc noĩe dicta ẽ inſula ĩ ſinu arabico. Suidas. ἶσις αὕτη λέγεται Ἰώ, ἣν ἁρπάσας ὁ ζεὺς ἐξ ἄργους καὶ τὴν ἥραν φοβούμενος, ἀντημετάβαλε ποτὲ μὲν εἰς λευκὴν βοῦν ποτὲ δὲ εἰς μέλαιναν ποτὲ δὲ εἰς ἰάζουσαν μεθ' ἧς πλανώμενος ἦλθεν εἰς αἴγυπτον.

✠ i. Iſis dr̃ Io, quã Iuppiter ex Agro rapuit, & Iunonẽ timens mutauit nunc in bouẽ candidã, nunc in nigram, nũc in violaceã, cũ qua oberrãs in Aegyptum venit.

☩ Iſiaci dicti ſunt. Iſidis ſacerdotes.

☩ Iſmenias nomẽ Thebani viri optimi tibicinis. Apul. Neſcio inq̃t vt iſmenias tibijs canere, vt appelles pigere, vt Liſippꝰ fingere. De hoc Plutar. In pericle. Cũ audiſſet Antiſtenes iſmeniam optimũ eſſe tibicinẽ reſpondit. Malus igitur Nã ſi probus eſſet tibicẽ non eſſet.

¶ Iſmarus pe. cor. geñ. maſ. in plurali neutri. Mõs Thraciæ aſper & incultus ex vna parte, ex alia fertilis vinetis, & oliuetis quem Orpheus incoluit vbi Iſmara vrbs Ciconum fuit. Verg. Nec tantum rhodope miratur & Iſmarus orphea.

¶ Iſmenus pe. ꝓ. fluuius Bœotię ab Iſmeno filio cognominatꝰ. Statius. Horruit ĩgẽti veniẽtẽ Iſmeno aceruo.

✠ Iſocolon latine dr̃ compar, & id eſſe dicunt rhetores quod duabus aut pluribꝰ ſententijs breuibꝰ & inter ſe paribus exigitur. Cc.

✠ Iſocrates pe. cor. nomẽ maximi oratoris græci, qui ꝑfectus magiſter & ſcripſit multa pręclare, & docuit alios cuius domus cunctę gręciæ quaſi ludus quidam patuit atq; officina dicẽdi. Hic fuit auditor Platonis ſuauiſſimus orator fuit, & in diuerſo dicendi genere nitidus & cõptus oẽs dicẽdi veneres ſectatus eſt, inuẽtione facilis, honeſti ſtudioſꝰ, in cõparatiõe diligẽs. Cui inuidens Ariſt. adoleſcẽtes & ipſe docere cœpit vt ſapientiã cum eloquẽtia iungeret dicens. Turpe eſt tacere cũ Iſocrates loquatur. Et nonageſimo quarto anno ętatis eum librũ compoſuit qui panathenaicus inſcribitur. Centum & ſex annos vixit.

✠ Iſodomum vocabant genus ſtructurę in ædificijs q̃ſi ęqualiter directum.

✠ Iſoetes Ambroſiæ genꝰ aliter Chryſoteles ꝙ aureũ florem producat. Cc.

✠ Iſopleurus triangulus æquilaterus. Cc.

¶ Iſonymia cum accentu in pe. latine Iuris ęq̃litas dr̃.

¶ Iſpellum ciuitas in Vmbria ex altera mõtium pte qua Cameres.

¶ Iſrael interpʇat̃ vir vidẽs deũ, qđ nomen impoſitum fuit Iacob patriarchę a quo Iſraelitæ pe. ꝓ. q de Iſraelis ſtirpe ſunt, qui prius Hebræi dicebant̃. Sed poſtq̃ ĩ duo regna ppl's Hebręorũ diuiſus eſt, tunc duę tribꝰ quę de ſtirpe Iuda reges habebant Iudęoꝝ nomẽ ſortitæ ſunt reliquæ decẽ tribꝰ Iſraelis nomẽ tenuerũt, & ab Iſraele filio Iſaachi regio maioris Aſiæ Samarię cõtermia dicta eſt Iſrael. Dñr & Iſraelitides a nt̃o ſingulari Iſraelitis, idis & iſraelitis. Hie. in li. Numeri. Arrepto ĩ pugione greſſus eſt poſt virũ Iſraelitidem. Sic Madiam madianitis & madianitidis. Moab moabitis & moabitidis.

¶ Iſſa inſula in mari Hadriatico adiacens Dalmatiæ vt Ptolo. li. ij. ſcribit, in qua fuit Iſſa non ignobilis ciuitas a qua Iſſęus, a, um.

¶ Iſſus vrbs Cicilię, & Syriæ fluuius.

¶ Iſter iſtri fluuius Europæ ꝑmagnꝰ, qđ & iſtrũ dicitur q̃ñ. ſ. flumen ſequit̃, vt inquit Probus. Hoc & Abdubanũ & Danubiũ vocat̃. Vide in dictione Danubius.

¶ Iſtria Italię regio illyrio cõterminaque in latitudinẽ lx. paſ. milia, in circuitu. cxxv. millia cõplectit̃, a Formione nũc Tiſano fluuio ad Fanaticũ ſinũ in quo Arſia amnis decurrẽs Iſtriã ab illyrio dirimit. Iſtroꝝ gẽte fama eſt originem a Colchis duxiſſe miſſis ab Oeta rege ad Argonautas ꝑſequẽdos qui vt a Ponto intraneũt Iſtrũ nec raptores inueniſſent, ſiue metu regis, ſiue tædio lõgæ nauigationis iuxta Aquilegiam cõſederunt, Iſtriq; ex amnis noĩe quo a mari cõceſſerãt ſunt appellati. In ea eſt Iuſtinopolis vrbs quã Iuſtinꝰ imperator extruxit a qua Paulus Vergerius vir eloquẽtiſſimꝰ originẽ duxit Ibi nũc Bartholomeus Sõga Municeps meꝰ vir excellẽtis ĩgenij & acutiſſimꝰ iuris põtifici ĩterpres nũc ep̃ali dignitate ꝑfulget. ¶ Iſthmꝰ ea terræ ſtructura eſt q̃ ĩ duo maria iter porrigit. Oui. Qua duo porrectus lõgẽ freta detinet. Iſthmos. Sunt aũt duo Iſthmi Achaius ſeu Corĩthiacus, & Thrachiꝰ. Iſthmꝰ Corinthiacꝰ anguſta eſt & breuis terra. De quo Põp. ſcribit hoc Iſthmo cognomẽ eẽ, q̃a iiij. milliũ ſpatio ægæũ mare ab Ionio ſubmouens anguſto tramite Helladi Peloponeſũ anectit. Sup hoc Iſthmo fuit vrbs Corinthi. Hic iſthmꝰ ludis quinquẽnalibus & delubro neptuni inclytꝰ ꝓhibet̃. Qui ludi inſtituti ferunt̃, ꝙ quinq; maria alluſtrant oram peloponẽſẽ Plu. ſcribit iſthmia a Theſeo primitꝰ ĩſtituta fuiſſe ĩ honorẽ Neptuni, Herculis ęmulatiõe, q ioui olympia primꝰ ĩſtituit Alij iſthmia in honorẽ palæmonis inſtituta fuiſſe dicũt. Thraciꝰ Iſthmꝰ inq̃t Solinꝰ in Thracia eſt ſimilibꝰ ãguſtijs & pari latitudĩe acti maris, cuiꝰ littora vrbes vtrinq; ſecus oſtentant. Propontidis orã inſignit Pactyæ Melana Sinum Cardia. Plin. lib. iiij. ſuper hoc iſthmo ſcribit fuiſſe Cardiam ciuitatem.

## I ANTE T

ITa aduerbiũ ſimilitudinis geminũ ſuplatiuũ expoſcit ſiue noĩs ſiue aduerbij Ci. li. de ora. Vt quiſq; græce optime ſciret ita eſſe nequiſſimũ. Vel habet verbum vi ſuperlatiui habẽs. Idẽ in Catone. Vt quiſq; ętate antecedit, ita ſententiæ principatum obtinet. Interdum cũ cõparatiuo, ſignificatq; ſic. Q̃nq; valde. Terẽ. i And. Nõ ita diſſimili ſunt oratiõe ac ſtilo. Q̃nq; optãtis Pacu. Ita te dij ament, ita tibi ꝓ voto ſecundẽt oĩa. Q̃nq; illatiua coniunctio eſt pro igit̃. Cic. Ita nobiliſſima ciuitas Græcię & olim potentiſſima ſepulchrum ciuis ſui ignoraſſet niſi ab hoĩe Arpinate didiciſſet. Similiter q̃ñ componitur cũq; ſemp eſt coniunctio cauſualis & habet accẽtum in prima & dicimus itaq;. Si autẽ duę ptes ſunt, habet accẽtum in pe. & dicimus Terẽ. in And. Immo ita volo itaq; poſtulo vt fiat. Plau. in Amphi. Verũ ita animatus fui, itaq; ſum nunc vt ea te patera donem.

¶ Itacha inſula ante Epirũ in qua regnauit Vlyſſes. In ea etiã vrbs eiuſdẽ noĩs, vt inquit Ptolo. li. iij. Ibi etiam mons Neritos a quo tota inſula q̃nq; dicta Neritos fuit Verg. Neritos ardua ſaxis.

¶ Italia Europę regio prius Heſperia ab Heſpero Athlãtis fratre, q a frẽ pulſus & hiſpanię & Italię dedit nomẽ, ſiue vt Macrob. iq̃t ab heſpero ſtella ꝙ occaſui ſubiecta ſit. Inde Oenotria vel a bonitate vini qđ in Italia naſcit̃. Nã gręci οἶνον vinũ dicũt vel ab œnotrio Sabinorũ rege poſtea Italia ab italo Siculoꝝ rege qui agriculturã Italos docuit & leges poſuit. Nã ad eã partẽ venit in qua poſtea Turnus regnauit, & ſuo noĩe appellauit. Ver. Et locꝰ Heſperiã Graij cognoĩe dicũt. Terra antiq̃, potẽs armis atq; vbere glebę. Oenotrij coluere viri,

nunc fama innocens. Italiam dixiſſe ducis de noie gentē. Timeꝰ & Varro a bobꝰ vocatam dixerunt, q̄m tauri græca veteri lingua Itali vocati ſunt a quoꝝ multitudie & pulchritudine Italiā dixerūt. Latiū vero pars Italiæ eſt. Eſt etiā dicta Auſonia vt Ariſtoteles inquit pars ad Tyrrhenū verſa. Eſtq; informa cruris inter Adriaticū & Thuſcū mare, & a iugis Alpiū dorſoq; Apēnini porecta ſe paulatim attollens vſq; ad rhegynū verticē & littora Brutioꝝ extenditur. in vltimo ſui ſcinditur in duo cornua quorū alterū Ionium ſpectat mare, alterū Siculū in extremitate Rhegyū opidū habens. Eius longitudo ab Auguſta prætoria quę in alpineo fine ſita eſt & ꝑ Romā Capuamq; porrigitur vſq; ad opidum Rhegyū Solino teſte decies cētena & viginti millia paſſuum colligitur, latitudo vero quadringenta decē vbi maior latitudo, vbi vero minor centū tringinta ſex, habetq; vmbilicū ī agro Reatino, quę dudū ex latere maris ſuperi Rubiconē fluuiū pro finibꝰ habuit. Diuidiť autē in xvj. regiões. ſ. Liguriā, Hetruriā, Latiū, Campaniā, Lucaniā, Galabriā, Apuliā, Samniū ſiue Aprutiū, Picenū, Flaminiā, & Aemyliā, ſeu Romandiolā, Vmbriā nūc ducatū Spoletanum, Galiam Ciſalpinā, Venetiā nunc Marchā Taruiſanam, Iapidiā, & Carniā nunc Forum iulium & Iſtriam Ab italia ſiunt italus a, um, & italicus a, um,

¶ Italica vrbs in italia, quę alio noie Cōſiniū dicitur vt ait Stra. Alia in Hiſpania patria Sillij italici.

※ Et Vnde Adrianus imperator ortū habuit.

¶ Italicum philoſohię genꝰ quoddā nuncupatū ex ea parte italię quę quondā magna græcia dicta. Qđ vt docet Aug. lib. viij. de ciui. dei authorē habuit Pythagorā Saniū a quo etiā ferūt ipſū philoſophię nomē exortum.

¶ Itē aduerbiū ſignificat ſimiliter quaſi iterum idem.

¶ Iter iteris ſecūdum Priſci. Itiner vero, neris pro actu eūdi licet itiner nō ſit in vſu cū obliqui noīs iter ab vſu diſceſſerint. Plautꝰ. in mer. Ergo itiner exeq meū me ſines. Var. ex pectant itiner longo ſermone leua re. Lucre. lib. v. Concuſſos itere & labefactos itere multo. Dictū iter ꝙ vehēdo atteritur, vel ab eundo, cuius ſupinū eſt itum, ſiue abito frequētatiuo, Significat qn̄q; viam. Hier. in lib. numero. Auertit ſe de itinere & ibat ꝑ agrū De mari etiā dicitur. Ter. Aain tu tibi hoc incommodū eueniſſe iter? Nō hercle Parmeno verbis dici poteſt q̄tū re ipſa nauigare incommodū eſt. Iter facere eſt ire qđ & iter tenere dicimꝰ. Ver. Quove tenetis iter. Habere iter, idem quod iturū eſſe. Vt iter habeo ad Cæſarem. i. oportet me ire, vel iturꝰ ſum ad Cæſarem. At viā facere non eſt iter facere, ſed locum vbi non erat viā aperire.

¶ Itineror, aris, iter facio.

¶ Itinerariū viatoriū. Vnde itineraria dicuntur cōmentarij earū rerum quæ in itinere acciderunt.

¶ Iterum aduerbiū. i. rurſus, vt Atq; iterū ad Troiā magnus mittetur Achilles. Interdū ſignificat ſecūdo Cice. in arte veteri. Primo quidem decipi incommodum eſt, iterum ſtultū, tertio turpe.

¶ Itero as, pe. cor. rurſus aliquid ago & quaſi per iter factū reuertor. Gel. lib. j. poſuit ꝓ eo. Sed eo. Senatores q magiſtratum curulē nondū ceperāt pedibus iterauiſſe ī curiam. Sed hoc ab iter fit. In alia ſignificatio ne ab iterū Liui. lib. j. Reſiſtere atq; iterare pugnam iubet.

¶ Itidē pe. cor. ſignificat ſimiliter eodē mō, quaſi iterū idem. Terētius. Ibo ad eū, atq; hęc eadē quę tibi dixi dicā itidē illi. Suet. de Aug. Centuriones ſtatiōe deſerta itidē vt manipulares capitali animaduerſione puniuit.

✠ Itys Terei & Prognes filius fuit, q vt eſt in fabulis in Phaſianum mutatus eſt. Cc.

¶ Ithyra pe. cor. vrbs in Tauro mōte Parthiā verſus. A qua ithyreus a, um. Eſt aūt ithyreꝰ epitheton arcus. Vn̄ dicimꝰ ithyreos arcus & ithyreas ſagiptas. i. Parthicos arcus & Parthicas ſagiptas eo ꝙ Parthi p̄cipue arcubꝰ & ſagiptis vtebantur in ꝑlio. Ver. Ithyreos taxi torquentur in areꝰ. Luca, Ithyreis curſus fuit inde ſagiptis

¶ Ithome opidū in Pelopōneſo, itēq; in Theſſalia Vnde ithomeus iuppiter.

¶ Ithonia ciuitas ī Bœotia ab Ithonio Amphictyonis filio, quā alij ithonē vocāt. A qua & Pallas Ithonia eſt appellata. ※ Siue vt Stra. inquit ciuitas, theſſalię ad amphriſium fluuium ſita vt eſt in fabulis.

¶ Ito as, frequentatiuum eſt verbi eo is, vn̄ iter diciť.

¶ Ithyphallus ꝓprie membrū virile erectū . Dicuntur & ithyphalli curatores Bacchi, qui ī Orcheſtra ſaltabāt Hoc noīe dictus eſt priapus ἰθύφαλλος.

¶ Ituria regio eſt, a qua iturei populi. ※ Iturei vt ait ꝑbus natio ſchytarum. Stra. libro decimoſeptimo ſcribit montanā regionē iturei, & arabes, habent, malefici omnes. Pli. li. v. In parte Syriæ quæ Cœle diciť ſcribit eſſe itureorum gentem.

✠ Itus & itio ab eo verbo. Cicero. Quid noſter itus & reditus. Cc.

## I ANTE V

IVa pars eſt chartæ tenuiſſima, ex qua ilia nonnulli deducta putant. Cc.

¶ Iubę crines animaliū a colo pendentes, Vnde iubati leones dicuntur qui iubas habent ad differentiā eoꝝ qui iubas non habent.

¶ Iubar ꝓprie ſtella quę ante ſolis ortū lucifer poſt ſolis occaſum veſper appellatur ꝙ iubata appareat, vel ꝙ ſplendor eius diffundat in modum iubę leonis, radios. Ver. li. iiij. It portis iubare exorto. Sępe tn̄ ꝓ ipſo ſplēdore ponitur. Oui. Et tremulū ſumma ſpargit in æde iubar. Et non tantū de ſolis ſeu ſtellę, ſed etiā de cuiuſcūq; rei ſplēdore, vt auri argenti gemmaꝝ, a lucifero, dici volūt. Vn̄ & ad maieſtatem hoīs trāſfertur. Clau. Perſtratris regale iubar. Et aliquando ponitur pro aurora.

¶ Iubeo bes, iuſſi, iuſſum, impero. Quint. Nā quāuis infeſtum latronibus mare iuſſus intraui, neq; diſſimulauerim magnas fuiſſe cauſas patri cur hoc mihi imperaret. Interdū iubere ponitur pro rogare. Ver. Infandū regia iubes renouare dolorē. Interdū ꝓ aperte dicere, & quaſi exhortari optareq;, vt iubeo te ſaluere. Iubes me bn̄ ſperare. Terē. Iubeo Chremetem ſaluere Interdū ꝓ decernere, vt populus iuſſit. i. decreuit. Inueniť hoc verbum cum accuſatiuo. Quin. Pater me iuſſit. A iubeo fit iuſſio Similiter iuſſus us, & iuſſa, q̄q̄ & iuſſum qn̄q; legatur Siſen. li. iij. Tn̄ Tudertibus ſenatuſcōſulto & iuſſo dat ciuitatem. A iuſſus cōponiť iniuſſus. Terē. in Hecy. Quā obrem incendor irate eſſe auſam facere iniuſſu meo.

※ Iuſſus, a, um, vſurpatiue participiū. Nam, Iubeor non dicimus q̄q̄ ſic dicatur interdū, vt Luca. Cuiꝰ ſeruaueris vmbram ſi quicquid iubare velis.

¶ Iubilū dicitur id quod ex gaudio voce nec tn̄ verbis explicatur. Siluis lib. xiiij. Et lętus ſcopulis audiuit iubila Cyclops.

¶ Iubilo as, pe. cor. De quo Aug. Iubilare ꝓprie ē gaudiū verbis non poſſe explicare, & tn̄ voce teſtari quod corde conceptū eſt & verbis explicari nō poteſt. Non eīn verbis iubilať, ſed ſolꝰ gaudētium ſonitus redditur quaſi parturientis & parientis cordis lætitiā in vocē rei conceptę quæ verbis explicari non poſſit.

¶ Iucundus a iuuo as, ꝙ mentē & ſenſum iuuet. Et is dicitur qui cauſa extitit alteri vt ille gaudeat. Vnde iucundæ literæ, iucunda oratio, iucūdꝰ aſpectus. Cic. ad Atticum. Fuit mihi ſępe & laudis noſtrę gratulatio tua iucunda & timoris conſolatio grata. Qn̄q; iucundū dicitur quod eſt lętitię plenū, vt apud eundē lib. iij. inuect. Eſt mihi iucunda in malis & grata in dolore veſtra erga me volūtas. i. lętitię plena & voluptuoſa qualis eſt in ꝓſperis. Grata quaſi plena effectus & fructus. In iucundo enim quædam gratia eſt delectationis ī grato etiā cōmodi. Quippe aſpectus roſarum iucūdus, aſpectus plenæ meſſis gratus. Hinc iucūditas quaſi amœnitas quædā ex qua naſcitur voluptas. ※ Poteſt etiā dici iocundus cum o, & u, affinitate iungantur.



¶ Iucūdor aris, voluptatē, gaudiū, & delectationē afficero. Lact. li. iiij. Quotidie aūt iucūdabar ante faciē eiꝰ cū lætareť orbe ꝑfecto. Sed hic ſumiť ꝓ gaudio affici ſicut & Hiero. Nulli dubiū eſt nomē illā cœleſtē Hieruſalem tunc exultaſſe ineffabili lętitia, tunc iucūdatā eſſe ineſtimabili charitate, tūcq; cū oī gratulatiōe iubilaſſe, quoniā feſtiuitas hæc q̄ nobis hodie reuoluitur annua illis oībꝰ facta eſt cōtinua. Inueniť etiā iucundo as, Aug. li. xvij. de ciui. dei. Exultaſti dexteram, iucundaſti omnes inimicos eius.

¶ Iudæi a Iuda filio Iacob dicti ſunt q fuit vnus ex. xij. patriarchis. Nā licet fuerīt. xij. tribꝰ q̄ a. xij. filijs Iacob deſcēderūt, a Iuda tn̄ iudæi ſunt appellati. quia vt Au. inqt de ſtirpe eius regnū veniebat iudęis Propheta uerat ei Iacob dicens. Non deficiet princeps de iuda, nec dux de fœmoribꝰ eiꝰ donec veniat cui repromiſſū ē. De tribu autē iuda venit dn̄s noſter Ieſus Cchriſtus.

¶ Iudæa æ, iudeoꝝ regio dicta eſt, ſiue iuda īdeclinabile a qua iudaicꝰ a, um, ꝓ iudæꝰ a, um, ſicut Hebraicus, Achaicꝰ, Euboicꝰ, ꝓ Hebręo Achæo, Eubœo. Iuuen. Iudaicū ediſcūt. Diuidiť aūt iudæa in duas ꝑtes, in citeriorē & vlteriorē. Hęc Perȩa vocať, qa vt īqt Pli. a cęteris iudęis iordane ſit amne diſſecta. Nā & regio q̄ trans Euphratē eſt perȩa nominať, vt docet Stra. Sicut tranſpadani qui tranſpadū habitant. Sic Plin. li. vj. Citeriorē Galliā vocat qua Peræa, hoc eſt vlterior ſit aliqua. Et ī ſacris literis. Secutæ ſunt eū turbę de Galilęa Decapoli Hieroſolymis iudæa & tranſiordane. Iudæa tamē tota Palęſtina dicta eſt, q̄ priꝰ Canaā a filio Cā. Terra diues opū frugibꝰ fertilis opima balſamis. Vn̄ ob ſingularem aeris tēperiē & elemētoꝝ gratiā exiſtimauerūt iudæi eā promiſſā patribus terrā lacte & melle manātem.

¶ Iudex dř quaſi ius dicēs populo, ſiue ꝙ iure diſceptet Iure autē diſceptare eſt iuſte iudicare. Et iudex eſt q ex iuriſdictione propria aut ſibi delegata & promiſſa ius habet ſuper cauſas litigioꝝ cognoſcendi. Et qui ex ꝓpria iuriſdictiōe illud habet dř iudex ordinariꝰ. Qui vero ex delegata dicitur delegatus extra ordinarius.

¶ Iudiciū vt Gel. inqt diuinatio dř, q̄m diuinare quodā modo iudicē oportet, quā ſentētiā ſeſe ferre par ſit. Iudicioꝝ duo gn̄a ponit. Aug. Damnatiōis, ſcilicet & diſcretionis. Vn̄ ſcriptū eſt. Iudica me deus & diſcerne cauſam meā. Apud iuriſcōſultos varijs modis dicitur iudicium. Sed illud in primis accipiť qđ ꝓ ordinatiōe cauſæ diſcutiendæ in iure fit coram iudice. Et eſt actus legitimus triū ꝑſonaꝝ. ſ. iudicis, actoris, & rei.

¶ Iudico as, quaſi ius dico, diſcerno, vt Recte iudicate filij hoīm. Aliquando exiſtimo, vt illud recte iudicaſti, Aliqn̄ alicuiꝰ cauſam audio & ꝓ illo ſententiā fero. Et ſic cū dtō cōſtruiť. Aliqn̄ cōdēno, & tūc cū actō. Augu. Iudicare alicui eſt ferre ſentētiā ꝓ illo, ſiue audire eius cauſam, Vt iudica pupillo, & viduæ. Iudicare aliquē eſt ipſum cōdēnare. Vt linguis ſuis doloſe agebant iudica illos deus. Cōſtruiť etiā qn̄q; cū gtō vel ablatiuo. Gell. Quantęq; pecunię iudicatæ eſſent p̄dicabať. Huiꝰ compoſita ſūt, Abiudico, Adiudico, Dijudico, & Præiudico

¶ Iudicialis & hoc iudiciale ſignificat quod eſt iudicis, vt iudicialis ſententia.

¶ Iudiciariꝰ a, ū, qđ ad iudicē pertinet, ſiue vt iudiceť. Gelli. A poetaꝝ & rhetoꝝ epilogis ad iudicandas lites vocatus rem iudiciariā, q̄m vocis vt dicitur viuę penuria erat ex mutis qđ aiunt magiſtris cognoſcerem.

¶ Iugerū pe. cor. in plurali iugera & iugeris. Varro lib. j. de re ruſ. In Hiſpania vlteriore metiunť iugeris, ī Campania verſibꝰ, apud nos in agro Romano ac latino iugeris. Priſcia. tn̄ iugus iugeris ab hoc iugere, iugera, horū iugerū his iugeribꝰ. Pomp. mel. Sed vltraq̄ canalē habet euehat plus iugeris ſpatio ſublimis. Tibul. Vt multo in numerā iugere paſcat ouē. Iuue. Iugeribus paucis lūbos donare cliētis. Eſt aūt mēſura quā Hiero. Mathematicꝰ ducētis pedibꝰ cōtineri ſcribit, Quint. Ducentis quadraginta pedibꝰ ī lōgitudinē, dimidij in latitudine, ꝙ tantū ſpatij arari vno die ab vno pari boū conſueuit. Pli. lib. viij. Iugerū vocať qđ vno iugo boū in die arari poſſit. Var. li. j. Iugerū ꝙ & quadratos duos actus habeat. quadratꝰ qui & latꝰ eſt pedes centū viginti & longus totidem. Is modius ac mina latine appellatur. Iugeri ꝑs minima dř ſcrupulū, id eſt decē pedes & longitudine & latitudine quadratū. Dictū iugerū ab eo ꝙ erat iūctum Vn̄ Col. lib. vj. Hoc duplicatū facit iugerū & ab eo ꝙ erat iunctum nomen iugeri vſurpauit.

※ Iugere dicuntur milui cum vocem emittunt.

¶ Iugeratim per ſingula iugera. Col. libr. iiij. Vt primæ vineę centenas amphoras iugeratim pręberent.

¶ Iugum dictū eſt ꝙ iūgatur & in acutū arctetur. Eſt enī montis cacumen. Ver. Dū iuga mōtis aper, fluuios dum piſcis amabit. Eſt & iugū ligneū inſtrumētū quo iūganť boues & adinuicem arctātur, q̄uis & ad homines transferať ꝙ eo collo iunganť. Item iugū dř lignum quo textores telam conuoluūt. Ouid. li. vj. met. Tela iugo eſt iuncta Et iugū dicebať ſub quo ignominię gratia victi hoſtes mittebantur. Nā fixis in terra duabꝰ haſtis ſup eas ligabatur tertia tunc victi hoſtes diſcingebātur, & ſub illa tranſire cogebanť inermes. Hic ſubiugare pro debellare ac ſubijcere. Itē iugū id eſt vinea dicitur cū duabus aut pluribus particis fixis aliæ ſup eas alliganť in quibꝰ vites cōiūgunť, & quaſi iugū. i. ſummitatem quandā faciūt. A quo vites ipſe ſeu vineæ iugare dn̄r. Qđ ſi haſtilibus in terra defixis ſingulæ tranſuerſę perticę in vnā tantū partem ordinis annectantur vniiugę vineæ dn̄r. Et genꝰ ipſū iugi canteriū ruſtici vocāt. Pli. Salices q̄dam in proceritatē magnam emittunt iugis vineas ꝑticas. Itē. Simplici iugo cōſtat vniiuga porrecto ordine cāterium appellāt. Hinc iugari vineę dn̄r q̄ in iugū conſtituunť. Col. Seq iam adminiculandę iugandęq; vineæ cura. Itē iugū (vt Varro inquit li. j.) vocať quod iūcti boues vno die exarare poſſūt. Itē iugū diciť vnde lances dependent. Rurſus iuga ſunt tabulę nauiū in quibus ſedent, quę tranſtra vocanť. Ver. Inde alias quę ꝑ iuga lōga ſedebꝰnt. Deturbat, laxatq; foros.

¶ Iugata vitis a iugo ꝙ ad ſimilitudinē militaris iugi fiebat vt paulo ante dictum eſt.

¶ Iugo as, cōiūgo, a iugo quaſi ad vnū iugū alligo. Cice lib. ij. tuſ. Hoc qdē eſt cōe virtutū, oēs ei inter ſe nexæ & iugatæ ſunt. Huiꝰ cōpoſita ſunt, Abiugo, Adiugo, Coniugo, Deiugo. Deorſum iugo. diuido. Pacu. Perq; nr̄am vnanimitatem quam memoria deiugat. Subiugo, quæ habent pe. cor.

¶ Iugoſus a, um, qđ in iugū acuitur, & eſt procliue.

¶ Iugantinus deꝰ dictꝰ eſt qui iugis pręeſſe putabatur.

¶ Iugulꝰ diminutiuū a iugū.

¶ Iugulꝰ pe. cor. a iugo anterior colli pars vox halituſq; ꝓcedit ꝙ ꝑ eā pectori caput iūgať. Et duplicē eē cōſtat Pli. li. xj. Vni hoi ſunt duo iuguli, dextrū & ſiniſtrū Apul. Per iugulū ſiniſtrū capulotenꝰ gladiū totū ei demergit. Cor. Cel. li. viij. A dextro iugulo ſi id fractū ē, ad aliā ſiniſtrā a ſiniſtro ad dexterā. Et qa locꝰ ille maxime letalis eſt, & penetrabilis, in̄ iugulatio & iugulare, deducuť. Et iugulū ferire dixerūt ꝓ eo qđ eſt interficere. In agēdis cauſis iugulū petere tūc dř orator qn̄ qđ eſt potētiſſimū id īuadit, ac ꝑmit validiſſime aduerſariū, videturq; illū iugulare argumētis perinde ac vibratis telis.

¶ Iugula ſtella oriōꝰ, vel ſigni cœleſtis ꝑs, de qua Var. Iugula ſignū eſt qđ Actius appellat Oriona cū ait. Citiꝰ orion patefit. Huiꝰ ſigni caput duciť ex tribꝰ ſtellis q̄s infra duę clarę quas appellant hiulos inter quas qđ videť iugulū, vnde iugula dicta. Plaut. in Amph. Neq; iugulę neq; veſperugo neq; vergilię occidunt.

¶ Iugulo, as, iugulū cędo ſeu iugulū ſoluo. Lact. lib. iij. Qui cū timeāt ne ab hoſte iugulentur ipſi ſe iugulant, mortē morte deuitēt. Et nō ſolū de gladio ſed etiam de morbo dř. Cęl. li. iij. Quartana neminē iugulat. Tranſ=

ferꝛ̃ interdũ ad ĩaĩata. Mar. Scelꝰ eſt iugulare falernum.
¶ Iugalis qui iugũ habet. Hie. in lib. ꝝ. Et ſubneruauit iugales currum. Iugale vinculũ copula matrimonij. Verg. Cui vincla iugalia curę.
¶ Iugarius vicus Romæ, dictus quia ibi Iunonis iugæ ara erat, quã putabant matrimonia coniungere. Liuiꝰ. Iugariũ ęquimelio & fortunę templo vicinũ ſtatuit.
¶ Iuges dñr eiuſdẽ iugi pares. A quo iniuges boues qui nunquã iugo adhibiti ſũt. Cõiuges vir & vxor. Biiuges ſiue bijugi, quadrijuges quadriiugi eq bigas vel quadrigas trahentes.
¶ Iugis aſſiduꝰ continuus, quaſi ſemp iugo affixꝰ a quo iugiter aduerbium continue.
¶ Iuglãs eſt quæ cõi noĩe nux appellaꝛ̃, & inter nuces primũ locũ obtinet a iuuãdo & glande dicta, vel quaſi iouis glans quaſi ioui dicata ob ęgregiũ fructũ. Hęc em̃ arbor nuces habet ſuauiori ſapore q̃ glandes. Vñ Cloatiꝰ diu glãdem primo vocatã ſcribit quaſi Διὸς βάλανον. poſtea detractione primę literæ iuglandũ. Cõſtat ſane apđ antiquiſſimos maximo in honore fuiſſe glandem anteq̃ mortales ad delitias ſe conuerterent, vt quæ ſola ſimpli vitę atq; innocuę alimenta prębebat, quapropter cum hunc fructum. ſ. nucẽ veteres illi egregium exiſtimarẽt decorare, eũ digna appellatiõe volẽtes iuglãdẽ quaſi Iouis cibũ nũcupauere. Hanc nucẽ ob excellẽtiã gręci Baſilicã appellãt, quaſi inter nuces regalẽ. Pli. Et iuglandes e Perſide a regibus tranſlatas indicio ſunt gręca nomina. Optima eaꝝ gña ſunt, quæ Perſica atq; Baſilica vocanꝛ̃. Perſica quidẽ intantũ augenꝛ̃ vt putamẽ rũpãt Ideoq; molluſcę nuces a putaminis mollicie vocitãtur. Eſt & aliud nucis iuglãdis genus quæ Tarẽtina dicitur fragili putamine & ita mollis vt vix attrectata frãgatur, vñ qdã Tarentũ appellatũ putãt, ꝙ nuces iuglandes & pineas molles habeat ac ſimpliciter oues. Tarẽtũ aũt Sabini vocãt molle. Hora. Et molle Tarentũ. A iuglande iuglã ueteres viderũt ſtellã quę alio noĩe appellaꝛ̃ Oriõ ꝙ amplior ſit cęteris quaſi nux iuglãs. Secũdũ inter nuces locũ obtinet pinea exiles nucleos habens q̃uis totiꝰ corporis magnitudĩe alias ſuperet. Eſt genꝰ eaꝝ quod Tarentinũ vocaꝛ̃ putamẽ habẽs fragile digitis & auium furto ſemp expoſitũ. Hęc ſylueſtris pinus dicitur ad differentiã alteriꝰ q̃ vrbana vocatur. Eſt & tertiũ genꝰ, q̃ pinꝰ Picea appellaꝛ̃ ꝙ Pice potius quã pino ſimilis ſit. Idcirco etiã Apinã vocãt quaſi minime pinũ. Nucleũ cutẽ veriꝰ quã putamẽ adeo mollẽ habet, vt ſimul mandanꝛ̃, nuces quoq; eiꝰ apinę a veteribꝰ noĩabanꝛ̃. Quartũ genꝰ apinaſtrũ vocãt. Tertio loco numerãꝛ̃ auellanæ quas antea. Abellinas patrio noĩe conſtat vocitatas ab Abellino Cãpanię opido vbi abũdãt, cęteris minores. Vñ a Satyrico poeta Numę nuces vocanꝛ̃. Propriũ arboris nomẽ eſt Corylus. Eędem & p̃neſtinę dñr ꝙ his Preneſtini abũdẽt. Et põticę ꝙ ĩ Aſiã Gręciãq; prio e põto venere inquit. Pli. Hic illđ Pãpinij ex Hẽdecaſyllabo. Quicq̃d nobile Põticis nucetis. Quidã per diminutionẽ nuculas Pręneſtinas dictas exiſtimant vel ꝙ exiguę ſit vel ꝙ incluſi olim a penis Pręneſtini famẽ nucibꝰ tolerauerũt. Dehinc ſequiꝛ̃ amygdala nucleũ habẽs diſſimilẽ latitudĩe. Hęc & nux gręca vocatur & Thaſia a Thaſo ĩſula Thracię olĩ Etria. Cuiꝰ ppl'i Thaſij vocantur. Poſtea nux caſtanea armata echinato calice, q̃ & Heracleotica. Sũt & caſtaneæ triangulari forma quę in aqua naſcuntur & coctiuæ vocantur.
✠ Iulia opidũ in Gadibꝰ ciuiũ Romanorum. Cc.
¶ Iuliꝰ dictꝰ eſt Cęſar ꝙ hoc mẽſe ad quartũ idꝰ quintiles creatus ſit dictator, ſeu ꝙ eo mẽſe natꝰ dicatur. Hic Iulianꝰ a, ũ. Vñ iuliani milites apud Suet. dicti ſũt Cęſariani. Et Iuliani ãni quos idẽ ordinauit. Siľr iuliana vectigalia apđ Ci. li. xiij. Antoninaꝝ. Eſt & Iulianꝰ nomẽ ꝓpriũ. ☩ Iulus cognomẽ Aſcanij filij Aeneę. & Iulus, a Plau. dr̃ Inuoluolus, a Cato. Cõuoluulꝰ a Col. Voluola. De quo incõuoluolꝰ, vermiculꝰ multipes, q in vitibus & ĩ quercubꝰ gigniꝛ̃. Itẽ lanugo pomoꝝ & arboꝝ. Pli. lib. xvj. Ferũt & auellanne iulos ſuos cõpactili callo ad nihil vtiles. Sũt aũt iuli, nõ flores ꝓprie, ſed antecedũt vt ĩ fico groſſuli Theophra. Ferũt arbores nõnullæ iulos ſuos. i. lanugines Iuli eĩ ſunt lanugines genaꝝ. Nã primę lanuginis adoleſcentes dñr iuli, a quo noĩe iulꝰ Aſcanius dictus eſt. Itẽ iulus piſcis, qui balænis cetiſq; dux eſt itineris, qui ab Oppiano ob id vocatur Hegeter. Eſt & genus cantꝰ dianę grati.
☩ Iulia gens dicta eſt ab Iulo Aſcanio, ſiue ab iulo iuli Aſcanij filio vt inquit Feſtus.
☩ Iulea, vox ſuauis diciꝛ̃. Nã iulis opidũ fuit inſulę Ceæ Simonidis patria qui melicus a ſuauitate cantꝰ dictꝰ eſt vt in Suida legitur. Idẽ primꝰ ceciniſſe neniam fertur.
¶ Iumentũ a iuuãdo. i. p̃bendo, cuiꝰ appellatiõe continentur animalia quę vel ſarcinas gerũt, vel currus trahũt, vel terrã excolũt, vt equi, muli, aſini, cameli, boues Col. li. vij. Nec tamẽ vlla regio eſt in qua modo frumẽta gignanꝛ̃ quæ nõ vt ouiũ ita armentoꝝ adiumẽto iuueꝛ̃, vñ etia iumenta nomẽ a re traxere ꝙ noſtrũ laborẽ vel onera ſubuectando vel arando iuuarent. Eſt & iumẽtum vehiculi genꝰ, qm̃ adiunctis pecoribus trahebatur, qđ a iungendo quidã dictum exiſtimant.
☩ Iunis & hoc iune qđ eſt ętate viride. Vnde iunior. Cõparatiuum, ſit inquit Cornutus.
¶ Iungo is, xi, ctum, cumulo & quaſi in vnũ ago. Cuius cõpoſita ſunt Abiũgo, Adiũgo, Coniũgo, Diſiũgo, Deiũgo, qđ eſt ſeparo. Plau. in Aſi. Ne nos deiũge amantes. Iniungo, Interiungo, Subiungo, & Seiungo.
¶ Iunctim aduerbiũ. i. ſine interuallo. Suet. Magiſtratꝰ & maturiꝰ inchoauit & pene iunctim percurrit.
¶ Iuncꝰ a iũgendo, qm̃ vſus eiꝰ ad iũcturas vtilis eſt, cuiꝰ multæ ſũt ſpẽs. A quo iunceꝰ a, um, qđ eſt ex iunco.
☩ Iunculi cibus ex opere dulciario qui ad ſimilitudinem iuncoꝝ figuratus erat quales hodie in ope piſtorio venales cõſpiciũtur. vel dꝛ̃ Opꝰ lactariũ ſiue lac coagulatũ iſtar metę foratũ iuncis incluſũ, q̃ meta lactis a Martiale dicitur vulgus iũcatã a iũcis nominat.
✠ Iuniculꝰ genus vitis {a} iungendo ex quo quæ fiunt maſculeta vocantur. Cc.
✠ Iunonia maior & minor ĩſulę ſunt ex fortunatis. Cc.
¶ Iuniperus, pe. cor. arbuſcula q̃ in arenoſis freq̃ns naſcitur coma virẽs perpetua, vnde & topiario operi idonea, & carioſã ſenectã non ſentit, producit ex ſe vernicem quo vtũtur ſcriptores pennarij ad papirũ exaſperandã. Medici Saudaracam vocant.
¶ Iuno vt inquit Cic. de natu. deo. aer vt Stoici diſputãt interiectꝰ inter mare & cœlũ iunonis noĩe conſecratus q̃ eſt ſoror & coniunx iouis, ꝙ ſimilitudo eſt ętheris & cũ eo ſũma cõiũctio, effœminauerũt eũ iunoĩq; tribuerũt ꝙ nihil eſt molliꝰ. Sed iunonẽ a iuuãdo cred eẽ noĩatã. ✠ Iunonis mĩta ſunt noĩa, eſt eĩ Curetis q̃ vtiꝛ̃ curru & haſta. Ver. Hic illius arma Hic currꝰ fuit. Eſt & lucia quę partibꝰ pręeſt. Teren. Iuno. Lucina fer opẽ. Eſt regina. Ver. Aſt ego quę diuũ incedo regina, & quia pręẽ nubentibus pronuba dicitur. Idẽ & pronuba iuno. Cc.
¶ Iunius mẽſis a iunone putatur dictꝰ quẽ iunonialẽ & iunoniũ dicebant. Sed poſtea detritis quibuſdã literis ex iunonio iuniꝰ eſt dictꝰ. Sũt qui putant a iunio Bruto dictũ iuniũ qui primꝰ Romę factus eſt conſul ꝙ hoc mẽſe. ſ. Calẽdis iunis pulſo Tarquinio ſacrũ Carneę deę in Cęlio monte voti reꝰ fecerit. Alij a iunioribꝰ deriuant, ſicut maiũ a maioribꝰ. Ouid. li. vj. Faſt. Sic ſtatuit, mẽſeſq; nota ſecreuit eadem. Iuniꝰ eſt iuuenũ qui fuit ãte ſenũ
¶ Iunices pe. cor. tenerę ętatis boues fœminę, quę iam ceſſarũt vitulę eſſe, necdũ tamen ad ſummã magnitudinẽ peruenerũt dictæ quaſi iuuenicę a iuniore ętate. Perſius. Tot tibi cũ in flammis iunicũ omenta liqueſcant. Nam maſculini iuuenci dicuntur. ☩ Huius nominatiuꝰ ſingularis eſt iunix, Plau. in mi. Quam mox ad ſtabulum iunix recipiat de pabulo.



¶ Iungauni ligures incolæ. Alpigi opidi, diſtãt a Monœci portu ſtadijs cccclxxx.
¶ Iuppiter tris, vel teris, ſecũdũ Priſ. nõ iouis qui genitiuꝰ non a iuppiter ſed a ntõ iouis. Nam a principio iouis appellatꝰ eſt a iuuando, poſtea adiuncto altero vocabulo dictus eſt iuppiter quaſi iouis pater, ſicut neptunꝰ pater, Saturnꝰ pater dicere ſolemus. Econtrario veteres veiouem appellarũt deũ cui dẽpta eſſet iuuãdi facultas. Celebrabant eĩ quoſdã deos vt prodeſſent, quoſdã ne ob eſſent placabant. Plau. in Caſ. Repẽte vt emoriãtur humani ioues. Et a iuuãdo ſimiliter dꝛ̃. Nam cum ꝓ igne ponatur nulla res ſic fouet omnia quẽadmodum calor. A poetis dicitur diuũ atq; hominũ rex. A maioribꝰ autẽ optimus maximus. Et quidẽ optimꝰ. i. beneficentiſſimus q̃ maximus, quia maius certiq; gratius prodeſſe omnibꝰ q̃ opes magnas habere. Cic. cõtra Clodiũ. Quocirca te capitoline quẽ propter beneficia populꝰ Ro. optimum, ꝓpter vim maximũ appellauit. Ponitur quãdoq; pro aere. Hora. Manet ſub ioue frigido venator tenerę cõiugis ĩmemor. Iuue. Fremet ſęua cũ grandine vernꝰ Iuppiter. Vñ & ſub dio dicimꝰ, cũ Δία Iouẽ vocent gręci quẽ omnia eſſe voluerũt, vt Val. Soranus Iuppiter omnipotens regum rerũq; deumq; Progenitor genitrixq; deũ deus vnus & omnes. Alibi pro anima mũdi. ☩ Alibi pro pluuia. Ver. li. ij. Ge. Et iã maturis metuendꝰ iuppiter vuis. Eſt & Iuppiter nomẽ ſtellę illiꝰ ſalutaris q̃ in ordine ſecũda eſt. Aliqñ per iouẽ intelligimꝰ ipſam vim duoꝝ ſuperiorum elemẽtoꝝ quę actiua eſt dũ agit in hęc duo inferiora ad generationẽ & corruptionẽ
¶ Iurgo as, quaſi iure contra aliquẽ ago. Verba cõtẽtioſa facio. Terẽ. in An. Cũ Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. Vnde & iurgatio (vt Feſtꝰ ait) iurifactio. Et differt iurgare a litigare & iurgiũ a lite, qm̃ iurgium leuior res eſt, ſiquidẽ ĩter beniuolos aut ꝓpinquos diſſenſio vľ cõcertatio iurgiũ dꝛ̃, inter inimicos diſſẽſio lis appellaꝛ̃ Ci. lib. iiij. de repub. Si iurgãt inquit beniuoloꝝ cõcertatio eſt, lis inimicoꝝ nõ iurgiũ dꝛ̃. Idẽ Ergo lex putat inter ſe vicinos nõ litigare. Eſt & iugor deponẽs. Hor. in ſer. Iurgatur verbis Ab his fiunt cõpoſita, Obiurgo, & obiurgor, de quibus alibi.
¶ Iurgiũ diſſenſio, vide in dictione iurgo.
¶ Iurgioſus, a, ũ, qđ eſt cõtentioſum ſeu cõtumelioſum Gel. Mulier moroſa ad modum & iurgioſa.
¶ Iuro as, a iure fit Nã iurare proprie eſt quempiã promittere adhibitis etiã teſtibꝰ ita ſeruaturũ ac ſi ius eſſet, Huius cõpoſita ſunt Abiuro, Adiuro, Cõiuro, deiuro, & Exiuro, qđ eſt multũ vel valde iuro. Noniꝰ de priſcis dictionibꝰ, Exiurare & Deiurare. i. valde iurare. Plaut. in Am. Exiuraſti mihi te dicere p iocũ. Deiero & Pegero, de quibꝰ alibi. Obiuro, Præiuro añ alios iuro. Eiuro qđ ſignificat id qđ deſideraꝛ̃ nõ poſſe p̃ſtari. Plaut. Eiurauit militiã, Et hęc per u, habent pe. prod.
¶ Iuratꝰ participiũ tam actiue q̃ paſſiue accipitur. Cic. ad Heren. Ex eo ꝙ ait ſe non potuiſſe adeſſe ita vt iuratus fuerat. i. vt iurauit. Sic iniuratus qui nõ iurauit idem in Verrẽ. Malo ei iurato ſuam q̃ iniurato alioꝝ tabellas committere. Paſſiue protulit Luc. li. viij. Mihi per Latinũ iurata tonantẽ. Idem li. v. poſuit verbũ in paſſiua ſignificatione. Et lęte iurantur aues bubone ſiniſtro.
¶ Iuramentũ eſt affirmatio vel negatio ſacrę rei atteſtatione firmata.
¶ Ius iuris quidã a iuſtitia deducũt, quidam a iuſſum per apocopẽ. Nihil em̃ aliud eſt ius q̃ quod vel natura, vel ciuitas aut populus vel gẽs, vel cõſuetudo iubet. Et differt a lege ꝙ ius gñale ẽ, lux iuris ſpecies. Et ius ad nõ ſcripta ẽt pertinet, lex ad ius ſcriptũ. Diuidiꝛ̃ ius ĩ naturale, gentiũ, & ciuile. Naturale qđ eſt cõe omni nationi eo ꝙ vbiq; inſtinctu naturæ habeꝛ̃ nõ aliqua cõſtitutione facta ab hoĩe ſed ab ipo naturæ cõditore, vt maris & fœminæ cõiũctio, liberoꝝ ſucceſſio, in bonis parẽtum pueroꝝ educatio, cõis oĩm poſſeſſio, qa iure naturali oĩa ſũt cõia. i. cõmunicanda tpe neceſſitatis. Rei depoſitæ vel commodatę reſtitutio. Violentię per vim repulſio. Qđ tibi vis fieri alteri facias & ecõtrario. Ius gẽtiũ, quo gentes humanę vtuntur quod a naturali procedere facile intelligere licuit, quia illud oĩbus animalibꝰ hoc ſolis hoĩbus inter ſe cõuenit vt deo religioni patrię & parentibꝰ pareamꝰ. vt viã atq; ĩiuriã ꝓpulſemꝰ. Ius ciuile, cũ aliqd cõi iuri vel addiꝛ̃ vel detrahiꝛ̃, hoc ẽ cũ populꝰ ſibi cõſtituit quaſi propriũ ius ciuitatis. Hoc autem ſcripto conſtat vt ſunt leges, plębiſcita, ſenatuſcõſulta, prĩcipum decreta. Aut ſine ſcripto, vt ea q̃ auctoritate prudentiũ fiunt. Et hęc proprie eſt interpretatio iuris & eorum oĩm q̃ ſupradiximꝰ. Vñ qui hoc ꝓfitentur, interp̃tes iuris, & iuriſcõſulti & iuris prudentes dñr. Et qui inter eos excellunt iuris antiſtites nominantur In ciuili iure prætoriũ ius cõtineꝛ̃ quod p̃tores ſupplendi vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerũt ob publicã vtilitatẽ. Hoc a p̃toris honore honorariũ appellatur. Et etiã Ius ſingulare, quod cõtra tenorẽ rationis ob aliquã vtilitatẽ auctoritate conſtituentiũ introductũ eſt. Ius cõſuetudinis qđ in morem vetuſtas vulgi approbatione protulit. Ius militare quo ſoli milites ſunt aſtricti, vt belli ĩferẽdi ſelẽnitas, fœderis faciendi nexꝰ, ſigno dato egreſſio in hoſtes & pugnę commiſſio. Signo dato receptio. Stipendioꝝ modꝰ dignitatũ gradus, pręmioꝝ honor, p̃dę diuiſio pro pſonaꝝ qualitatibus. Iuris p̃cepta tria ſũt honeſte viuere, alterũ non lædere, ius ſuum cuiq; tribuere. In noſtra etiã religiõe eſt ius diuinũ ĩ quo diuina oracula cõpręhenduntur, & ius pontificium quod Romani põtifices ſanxerunt. Aliqñ ius ponitur pro auctoritate ſiue libertate quadã atq; licẽtia. Cic. Quare ſuo iure noſter ille Aenniꝰ ſanctos appellat poetas. i. ſua licẽtia qa ſummꝰ erat poeta. Idẽ. Pro meo iure dico, q̃ſi cõfidẽter Aliqñ ꝓ merito. Quĩt. Quis eũ nõ id meruiſſe, quis nõ iure paſſum affirmet? Aliqñ pro neceſſitudine, vt eſt mihi cũ illo ius cognationis vel amicitię. Aliqñ ꝓ loco in quo redditur appellatiõe collata ab eo qđ fit in id ĩ quo fit, quẽ locũ deffiniũt. Vbicũq; p̃tor ſalua maieſtate ĩperij ſui ſaluoq; more maiorum diceremꝰ cõſtituit. Et ius eſt liquor eoꝝ q̃ coquũtur. Terẽ. in Eu. Harũ videre ingluuiẽ ſordes ĩopiã, q̃ inhoneſtæ ſolę ſint domi atq; auidæ cibi, quo pacto ex iure heſterno panẽ atrũ vorent.
¶ Iuriſdictio facultas atq; poteſtas iuriſdicendi. Nã ius dicere eſt pręeſſe iuridicendo & legibus gubernare, ac iuſtitiã miniſtrare. Seruius. Sulpi. Poſtero die cũ ab eo digreſſꝰ eſſem eo cõſilio vt ab Athenis in Bœotiã itẽ reliquã quæ iuriſdictionẽ abſoluerem.
¶ Iuridicꝰ a, um, pe. cor. qđ ſecũdũ ius Vñ iuridicꝰ dies quo rite ius dici põt. Et iuridica actio q̃ ſecũdũ ius eſt.
¶ Iuſtitium quaſi iuris ſtatio diciꝛ̃, iuris dicẽdi ĩtermiſſio qđ fieri ſolet publico luctu reip. calamitatibus. Liui. Dictator cũ iuſtitiũ edixiſſet oẽs iuniores ſacramento adegit Idẽ. Iuſtitiũ edicit. claudi tabernas tota urbe iubet, vetat queq̃ priuatæ quicq̃ rei agere.
¶ Iuſiurandũ eſt affirmatio religioſa vt inquit. Cic. lib. iij. offi. Quod aũt affirmatiue quaſi deo teſte promiſeris id tenendum eſt.
✠ Iuſſa ſenatus ſunt ſenatus decerta. Cc.
¶ Iuſtus a iure dicitur & eſt is qui iura ſeruat. Interdum ponitur ꝓ mediocri cũ & ius ipſum mediocritas quędã ſit, Vñ iuſtã magnitudinẽ alicuiꝰ rei dicimꝰ, cum nec debita minor eſt, nec modũ excedit. Hic iuſti dies dicebãtur. xxx. dies cũ exercitus eſſet imperatus & vexillũ in arce poſitũ, Interdũ pro magno. Vñ dicimus iuſtam rẽ hoc eſt magnã, quemadmodum vt bonam partem & iuſtam partem, magnam partẽ. Et bene doctus valde doctus Pli. Opere iuſto temporum noſtrorum hiſtoriam orſi. Sic iuſtum exercitum hiſtorici dicũt magnum. Afc. Iuſtas inimicitias pro magnas apud Ciceronem expoſuit. Interdum pro vero, vnde apud iuriſconſultos, qui filium adoptat interrogatur an velit eum quem adoptat

iuſtũ ſibi filiũ eſſe.i.verũ filium. A iuſtus fit cõpoſitũ iniuſtus, qui cõtrarium facit, & qui iuſtam magnitudinem excedit. Verg. Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.

¶Iuſtitia inqt Cic. eſt habitus animi cõmuni vtilitate ſeruata ſuã cuiq; tribuẽs dignitatẽ. Differt aũt iuſtitia a iudicio & ab æquitate, qa vt docet Hiero. Iuſtitia actio recta. Iudiciũ diſcretio boni & mali. Aequitas rectitudo mẽtis intelligit̃. Iuſtitia eſt in his qui ſcd̃m regulã veritatis bene operant̃. Iudiciũ in illis quę recta deſcriptiõe cũ proximis agimꝰ. Aequitas in eo cõ ſyncera intentione deo ſoli in his quæ recte gerimus vel iudicamus placere contendimus.

¶Iuſta, ſacrificia quę mortuis impenduntur, ꝙ iure fierent his qui de nobis viuentes benemeriti fuerant. Sal. in Iugur. More regio iuſta magnifice fecerãt. Oui. Hãc quia iuſta ferũt dixere feralia lucẽ. Col. li. vj. Hoc cõdimẽto illectæ pecudes fortiꝰ iuſta cibarioꝝ conficient.

Iuſcũ pulpamentũ minutatim cõciſum, qđ vulgꝰ ius nominat. Deriuatũ nomẽ a ius. Apul. Offendo photidẽ quæ ſuis dominis parabat iuſcũ furtim conciſum.

¶Iuſcũ ſiue iuſculũ eſt etiã cibariũ liquidꝰ qđ cõſtat vitellis ouoꝝ omphatio iure pigui croco & Cynnamomo.

¶Iurulẽtꝰ, a, um, qđ eſt iuris plenũ Cor. Cęlſus. Tũ res eadem magis alit iurulẽta, q̃ aſſa, magis aſſa q̃ fixa. Var. Vbi pultẽ aut iurulẽti quid ponebãt a capiendo catinũ nominarũt. Apu. vero in magiæ Apol. Iuſſulentũ nõ iurulentum formauit ſic de Aennio dicens. Oſtẽdit qualiter qſq; piſciũ aſſus aut iuſſulentus optime ſapiat.

Iuturna nympha fuit Tyberis ãnis & Turni ſoror. Cc

¶Iuuo, as, iuui, iutũ, opẽ fero. Lact. li. v. Si eloquẽtiã, ſi virtutẽ ingenij, diuinarũq; rerũ doctrina iuuiſſet. Hĩc iuuẽtꝰ & iuuẽtũ, interdum iuuare eſt delectare. Ver. Iuuat arua videre. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Adiuuo qđ eſt iuxta vel valde iuuo. Hie. Orationũ itaq; veſtrarũ adiutꝰ auxilio. Hinc fit aliđ cõpoſitũ Coadiuuo. Frequẽtatiuũ eſt iuto as, a quo adiuro. Ter. in An. At te adiutare oportet adoleſcentuli cauſam.

¶Iuuamẽ, iuuatio, & iuuamẽtũ, idẽ ſignificãt. ſ. auxiliũ

¶Iuuẽcus & iuuẽca nõ tm̃ de boue, ſed de hoĩe quoq; iuuene ĩtelligũt̃. Vñ fit p diminutionẽ Iuuẽculꝰ & iuuẽcula. Hora. Te ſuis matres metuũt iuuẽcis. Te ſenes ꝑci miſereq; nup virgines nuptę. Oui. Graia iuuẽca venit.

¶Iuuenis a iuuãdo ꝙ ea ætas maxime ſit apta ad laborẽ tolerãdũ. Et a iuriſcõſultis iuuenes dñr qui adoleſcẽtiũ excellerũt ętatẽ qđ incipiãt inter ſeniores numerari Hinc formiat̃ cõparatiuum Iunior. Colu. tamen dixit iuueniori examini ſolet accidere.

¶Iuuenile adiectiuũ ſignificat qđ eſt iuuenis, vt ætas iuuenilis, a quo iuueniliter aduerbiũ qđ eſt more iuuenũ. Cic. i Cato. Et ãbulãtẽ iuueniliter exultãtẽ patiẽtia ſua mollie bat. ¶Iuuenalis ẽt adiectiuũ a iuuene. Plin. Sulpitiꝰ. Galba iuuenalẽ famã apud principem popinarũ penis aucuparet̃. Iuuenalẽ appellauit diẽ quaſi iuuẽali ętate peculiariter celebrandũ. Sueto. de Cali. Adiecit diẽ Saturnalibꝰ appellauitq; iuuenalẽ. Eſt & Iuuenalis nomen proprium Satyrici poetę.

¶Iuuenalia erãt ludi q pro ſalute iuuenũ celebrabant̃. Sidoniꝰ. Iã vero iuuenalibꝰ peractis quẽ te prębuerisſe quẽti in æuo chartis poſterioribꝰ loquemur. Erãt & ſoſenia iuuẽalia cũ Dianę ſimulacra & imagũculę dicebãt̃.

¶Iuuẽtꝰ ętas iuuenilis, q̃ & iuuenilitas & iuuẽta dicit̃. Sal. Ibiq; iuuentutẽ ſuam exercuit. Aliqñ ſignificat multitudinẽ iuuenũ. Ser. Sulpitiꝰ. Licitum eſt tibi credo ꝓ tua dignitate ex hac iuuẽtute generũ eligere. Aliqñ ponitur ꝓ dea q̃ præeſſe putabat̃ huic ętati. Hæc eſt Hebe Iunonis filia & Herculis vxor, q̃ etiã Iuuentas a nõnullis dicitur, quemadmodum libertas.

¶Iuueneſco iuuenis fio. Lact. lib. vij. Deniq; cõfirmatis viribus cœpiſſet iuueneſcere.

¶Iuxta qñq; ꝑpoſitio eſt, ſẽp ſeparat̃ & ſignificat apđ, ꝓpe. Ver. li. iij. Humilis volat ęquora iuxta. Plau. Iuxta te ſũ tu pie tuearis oportet. Aliqñ ſignificat ſimul cõiũcti. Var. de vj. pa. Cum iterea lucubrãdo faceret iuxta ãcillas lanã. i. ſimul cũ ancillis. Qñ aduerbiũ ſignificat ęq̃ ſimiliter codẽ mõ. Plaut. Dixi tibi mr̃, iuxta mecũ rẽ tenes. i. ęquæ mecum. Sal. in Iug. Hyemẽ atq; ęſtatem iuxta pati.

¶Iuxtĩ aduerbiũ ſignificat ꝓpe. Sue. ĩ Tibe. Magiſtratibꝰ ꝓ tribunali cognoſcẽtibꝰ plærũq; ſe offerebat cõſiliariũ, aſſidebatq; iuxtĩ vel ex aduerſo in ꝑte primori.

## I ANTE X

IXia ſiue ixium genus viſi albi. Cc.

¶Ixiũ nomen ꝓprium fratris Phlegię. Ixon auis de vulturis gñe alba, & minor vulture. Sui. ἰξὸς, ὤχρ ὤται ἐις ἀγρευσειν πτηνῶν. Id eſt Ixos eſt viſcus quo vtuntur ad venationem auicularum.

¶Leucates pe. pro. mons ſeu ꝓmontorium in Epyro mare intrãs. Ver. Mox & leucatę nimboſa cacumina mõ tis. Dictus leucates a petra eiuſdem nominis coloris al bi in pelagus porrecta, in qua eſt apollinis fanum. Vnde & leucadius. Apollo quia illic habet templũ. Ouidi. An quia leucadio ſemp amata deo. Eſt etiã leucas inſula q̃ ſuperioribus annis, vt Strabo auctor eſt, littus extitit q̃ inſula effecta eſt. De qua Laertẽ dixiſſe aiunt. Munitam ſolus vi cepi. Neritõ littus erat terrę, hoc quidẽ in hoc manufactę exciſiones fuerũt. Et li. x. legim⁹ Corinthi[os] Cherroneſi terra iuxta effoſſa Leucadẽ in inſulę form[am] redegerũt, & in eũ locũ tranſportata Nerito qui fue[rat] Iſthm⁹ nunc fretũ Et euripus eſt ponte iugalis, mu[tato] nomine dixere Leucadem ſumpto vt reora leucare vo cabulo. Pli. Deinde leucadia ipſa peninſula quondã ne ritus appellata opere accolarũ abſciſſa a cõtinenti, Opi dũ in ea leucas quõdam Neritũ dictum.

✤Leucanthemis ſeu leuchantemum eſt hærba q̃ medi ci recentiores Chamom illam vocant. Cc.

✤Leucochryſoa gẽma q̃ fit Chryſolitho interalbicãte.

✤Leuco æthiopes æthiopum natio. Cc.

✤Leucogabi colles ſunt in agro Campano. Cc.

✤Leucogra & Leucographia gemma quę aliter Gala xia ſiue Galatites dicitur. Cc.

✤Leucothea matura dicta eſt, hoc eſt aurora quaſi alba de λευκὸρ enim album.

¶Leucophęus cum diphthõgo. Nã grece λευκόφαιορ dicunt color natiuus ex albo & nigro nomẽ trahens λευ κὸρ albũ, φαιὸρ mediũ inter albũ & nigrũ. i. fuſcũ & pene nigrũ. Plinius Iecur rubetæ vel cor adalligatur in pãno lencophæo & quartanis prodeſt. Victru. de his colori bus ſcribens ait. Fontes & flumina ſunt quorũ potu pe cora quãuis alba ſint alijs locis procreãt vellera leuco phea alijs locis pulla, alijs locis coracino colore. Idem in cãpis Troianis ꝓxime flumẽ armenta rufa & peco ra leucophæa naſcunt̃. Quidã ſcribunt leucopũ ꝓ colo re albo natiuo a quo Leucopeat⁹ qui rudiori ac vili alba veſte indutus eſt quãuis & leucopheatus legat̃. Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine quaſi ſubfuſca ſiue ſubcandida.

¶Leucoma pe. ꝓ. albũ dicitur, hoc eſt tabula illa in qa iudiciũ deſcripta noĩa, & in qua ſingulo⁊ annorũ acta li teris mandabant̃ a Pontifice maximo.

✤Leuconiũ, tomentũ ſiue xilinũ quod & leuconicũ dr̃ Mart. Accipe leuconicis vellero miſſa ſagis. Idẽ. Culci tra leuconio q̃ viduata ſuo. Cc.

¶Leucopus dr̃ natiuus color albus, vilis & vulgaris. Hic leucopeati dñr qui rudiori alba veſte ac vili & nati coloris induti ſunt. Mart. Amator ille triſtiũ lacernarũ, & leucatus ſimul atq; leucopeatus. Cc.

✤Leucopetalos gemma quæ candorem niuis ex auro diſtinguit. Cc.

✤Leucophorum glutinum auri. Cc.

✤Leucophlegmantia ſpecies aquę intercutis. Cc.

✤Leucopthalmos gemma quæ candidam nigrãq; ocu li ſpeciem continet, alias rutila. Cc.

✤Leucoſyria prius dicebatur, quę nunc Cappadocia di citur. Cc.

✤Leucoſticos lapis in Aegypto ruber, cãdidis interue nientibus punctis.

✤Leucina pro leui vſus eſt Laberius. Cc.

¶Leuce paruum opidum non longe a Smyrna.

¶Leuctra per t. ante t. plurali numero. Sĩgulari leuctrũ & gene. fœ. Leuctra Solin⁹ etiã leuctras videt̃ vſurpaſ ſe opidũ eſt Bœotię. De quo Hiero. cõtra Ioui. Quo ore laudandę ſunt Scedaſij filię in leuctris Bœotię quas tra ditũ eſt abſente parte duos iuuues pręterẽtes iure ho ſpitio ſuſcepiſſe qui multũ indulgẽtes vino vim per no ctem intulere virginibus quę amiſſę pudicitię nolentes ſuperuiuere mutuis cõciderunt vlnerib⁹. Apd̃ leuctra Epaminundas theban⁹ Lacedemonios vicit adeoq; at tribuit vt poſtea imperium nequiuerint habere.

¶Leuiathã, vt inqt Hiero. Iudęi dicunt draconem ma gnũ quem fecit deus qui diciitur leuiathã, & eſt in mari & aiũt vt qñ recedit ocean⁹ draco vertitur. De hoc apd̃ Eſaiam. In die illa viſitabit dñs in gladio ſuo ſup leuia thã ſerpentẽ vectẽ, & ſup leuiathan ſerpentẽ tortuoſũ occidet cetum qui in mari eſt.

¶Leuir leuiri pe. cor. dr̃ mariti frater, quaſi leuis vir.

¶Leue ſignificat id qd̃ eſt ſine põdere. Vñ leuis ſtipu la. Verg. li. xij. Corytique leues humeris & letifer arcus Transfertur ad animũ. Vñ leues homines vocantur in cõſtantes viles & nullo honore digni, quemadmodũ ecõ trario graues dicim⁹ cõſtantes ſeueros prudẽtes. Hinc leuitas quę modo dr̃ de re non ponderoſa, modo de ĩcõ ſtanti viliq;. Cic. cũ in Antonio gen⁹ quoddã ſordidiſ ſimũ vitę demõſtrare vellet ꝙ in caupona deliteſceret, ꝙ ad veſperũ potaret, ꝙ ore inuoluto iter faceret ne co gnoſceretur. Videte inquit hominis leuitatem tanquam prorſuſus iſta dedecora hoc vitio notarentur. Leuia vi na quæ ſint. Vide in dictione Lora. Læue cũ diphthon go aliud ſignificat.

¶Leuiculus diminutium a leuis. Cic. li. v. Tuſ. Leuicu lus ſane noſter demoſthenes qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, vt mos in gręcia ẽ.

¶Leuo as, pe. cor. in altũ tollo veluti leue quiddã Liu. Mox aqua leuata vento cum ſuper gelida montium ca cumia cõcreta eſſet. Interdũ leuare eſt auferre. Vergili⁹ Atq; arcta leuari. Vincula iubet priam⁹. Interdũ exone rare & quaſi releuare. Idẽ. Ego hoc te faſce leuabo. In terdũ extenuare & leue facere. Idem noſtrumq; leues q̃ cunque laborem id ed leuem facias, vt exponit Ser. cõ poſita hui⁹ verbi ſunt Alleuo, Colleuo ſimul leuo. Col. lib. vij. Paſtinaceque agreſtis ſemina & ſucc⁹ amoraceę cum melle colleuant, oculo⁊ cedant dolorem. Deleuo deorſum leuo. Idem libro. iij. Et ſi fieri poteſt iuxta ali quẽ nodũ ferrula deſecato, & plagam acutiſſimo ferrode leuato. Eleuo, Releuo ruſus & quaſi idem quod alleuo. Terẽ. in Adel. Nam & illi animũ iam releuabis qui do lore ac miſeria tabeſcit. Subleuo, adiuuo. Et omnia hñt penult. cor.

¶Leua manus ſiniſtra, quã gręci σκαιὰρ dicũt. Vnde tra ctum eſt cognomẽ ſceuola. Alij lęuam cũ diphthongo ſcribunt ꝙ gręci λαιὰρ lęuã dicũt, a quo fit lęuus.

¶Lęuus a, um, cũ de humanis loqmur ſignificat. cõtra riũ Verg. Si mens nõ læua fuiſſet. Cũ vero de cœleſtib⁹ ꝓſperũ denotat, quia ſiniſtra numinũ dextera ſunt ſtue tibus. Idẽ lib. iiij. Ge. Numia lęua ſinũt, auditq; vocat⁹



Apollo. Hetruſci cœlũ in. xvj. partes diuiſerunt e quib⁹ octo ab exortu ſiniſtras totidem e cõtrario appellauere dexteras. Hic omnia fulmina lęua exiſtimatur eſſe pro ſpera, quoniam a læua parte mũdi ortus eſt ſicut ſcribit Pli. Et vt auctor eſt Cic. lib. ij. de diui. Optimũ auſpiciũ habebatur apud Romanos qd̃ ſiniſtrũ fuerat. vnde Ver gil. antiquitatis conſultiſſimus dixit. Intonuit lęuũ qd̃ fœlicitatem protendere credebatur

¶Leui nomen patriarchę, a quo leuita ſeu leuites pe. produ. pro eo qui eſt de tribu leui. Hiero. in lib. Exod. Aaron frater tuus leuites ſcio ꝙ eloquens ſit. Hinc leui ticus, a. um, poſſeſſiuum.

¶Leui pręteritum a Leo ſignificat aperui protuli. Ho ra. lib. ſ. carmi. Græca quod ego ipſa teſta conditum leui Cuius cõpoſitũ releui ꝓtulit Terent. Releui oĩa dolia.

✤Leuifidus a, um, pe. cor. qui habet leuem fidẽ, cui ſe cretum non poſſis tuto committere.

¶Leuldenſa auctore Seruio genus veſtis ſic dictũ, qm̃ filo admodum raro & leuiter denſato ac texto ſit perte nuiq; Cice. Dolobellæ. Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui Leuidenſę Craſſi filio.

✶Leucotrota beſtia in India, quę velocitate cęteras fe ras ſuperat. Hæc aſini fere magnitudine, voce loquen tium hominum ſonos ęmulatur.

✶Lex tabellaria ſuffragia ſcribere nõ permittebat, ſed puncto notare faciebat. Hora. Omne tulit punctũ q̃ mi ſcuit vtile dulci. hoc eſt ſolus ſuffragia iudicũ tulit qui & vtile & dulce ſcripſit. Cc.

¶Lex ſatyra dicebatur quę vno rogatu multa ſimul cõ probabat. Cc.

¶Lex plagiaria quæ & Fannia qua quis plagis damna tus eſſet, Cc.

✤Lex municipalis quã vnaquęque vrbs ſibi priuatim conſtituit. Cc.

✶Lex lepidiana quam lepidus tulit, quæ & Sumptua ria dicta eſt. Cc.

✤Lex cornelia quam cornelius Sylla dictator tulit. Cc

## L ANTE I

LIę ſunt foramina q̃ i ſummo mali recipiũtfumes.

¶Libum gen⁹ dulciarij cibi ex farre, & melle & oleo ſic dictũ ꝙ libãdi cauſa fiat, Ver. lib. vij. Et adorea liba ꝑ hęrbã. Subijciũt epulis, vel a libo verbo gręco. i. fundo rigo quod apud illos λέιβω ſcribitur, vel a libero patre. Ouid. in Ibin. Liba deo fiunt ſuccis quia dulcib⁹ ille Gaudet, & a baccho mella reperta ferunt. Et poſt. Melle pater fruitur liboq; infuſa calẽti Iure repertori cã dida mella damus. Hui⁹ dimi. eſt libellũ. Nã libell⁹ a li ber eſt. At in epulis libum ſic fieri cõſueuiſſe a Catone li. de agricultura ſcibitur his verbis. Libum ſic facito. Caſeum bene diſtere in mortario vbi bene triueris fari nę ſiliginee libram aut ſi voles tenerius eſſe ſelibrãſimi laginis ſolũ eodẽ indito permiſcetoq; cũ caſeo bñ. ouum vnũ addito & ꝑmiſceto vna bñ. Inde panem facito, fo lia ſubdito, in foco calido ſub teſta ea coquito leniter,

✤ Liba, æ, inſula in mari indico.

¶Libo, as, leuiter deguſto, & quaſi primis labris attin go. Dictũ libare. quaſi labiare. Ver. Purpureoſq; metunt flores & flumina libãt. Sed Latini mirabilia dicũt. Eſt eñ gręcũ λέιβω λέιψω. Hiero. de Paulo. Deniq; paulu lũ aquę prono in fõte ore libarũt. Per tranſlationẽ qñq; libare ponitur pro leuiter tangere. Verg. Oſcula libauit natæ. Quandoq; pro ſacrificare. Lactan. li. v. Nihil eñ ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab homine deſide rat quam ſolam innocentiam, quã ſi quis obtulerit deo ſatis pie, ſatis religioſe libabit. Tibul. Et quodcunq; mi hi pomum nouus educat annus. Libatum agricolæ po nitur ante Deum. Quandoq; recipere ſumere haurire. Cic. lib. iiij. ad Herennium. Vide ne facias imprudẽter qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudẽ Huius verbi compoſita ſunt Delibo, Pręlibo, Prolibo. Plinius lib. xxxv. In ſacris quidam etiam inter has opes non myrrhinis criſtalinis ue, ſed fictilib⁹ proſlibatur ſym pulis innocentius. Et habent penultimam productam Illibatus etiam dicitur pro non libatus non tactus.

¶Libamen libamentũ & libatio, pro eodem ſumunt̃ ſi gnificantq; quicquid in ſacris libatur, a libero patre qui primus Ioui libauit. Ouid. lib. iij. Faſto. Nomine ab au ctoris ducunt libamina nomen. Liber eñ qui Bacchus dictus eſt quum victor de Scythis extitiſſet, aliſq; natio nibus rerum primitias magno Ioui obtulit Hier. in Le ui. Qui offert victimam pacificorum domino offerat ſi mul & ſacrificium. id eſt libamenta eius.

¶Libanus pe. cor. mons inter Arabes & Phœnices ex celſas arbores habẽs, & interpretat̃ Candidatio. Et ex eo Orontes fluuius oritur. Libanus etiã arbor eſt q̃ thus producit tam maſculi. q̃ fœminini generis. Hierony. in Eccle. Et quaſi libanus non inciſus vaporaui habitatio nem meam. Vnde & pro thure accipitur quod & libanũ dicitur. Libanicus thureus.

¶Libanotis pe. ꝓ. Latine thurea dici poteſt. Eſt enim herba odorẽ thuris habẽs, & ros marinus appellat̃. Pli. Libanotis radicẽ habet oliſatri nihil a thure differentẽ.

✤Libanot⁹ vẽt⁹ flãs inter liba hoc eſt Africũ & Notũ.

✤ Libanochnes gẽma q̃ thuris ſimilitudinẽ oñdit. Cc.

✤ Libani⁹ nomẽ auctoris ſophiſtę Antiocheni qui flo ruit Iuliani trãſgreſſoris tẽporib⁹, vſq; ad Theodoſium Seniorem. Hic multa ſcripſit, inter quæ eſt opus de mo do dictandi epiſtolas. Vixit Conſtantinopoli.

¶Liber liberi Dionyſi⁹ ſiue Bacch⁹ vini reptor. Mul tos autẽ fuiſſe. Liberos ſiue Bacchos Dioniſioſ ve oſten dit Diodorus. Celebratior vero qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertiũ fuiſſe autumant, & Thebis Bœotijs natũ. q̃ liber appellat⁹ eſt a liberãdo, nã liberta lis de⁹ eſt, ſiue ꝙ Bœotię vrbes liberas fecerit. Ipſe eñ vt inquit Plutar. pro Bœotię libertate pugnauit, vel qa vinũ curas ſoluat, & mentẽ ab illis liberet. Seu ꝙ vino vſi libere omnia loquantur. Fiunt autẽ plærịq; ebrieta te petulãtiores. Sene. lib. de trãquilitate vitę. Liberum dicit̃ non ob licentiã linguæ, ſed quia liberat ſeruitio cu rarum animũ & triſtitię medetur. Varro a labando dedu cit ꝙ lubrica mens quolibet prolabit̃. Auguſtin. docet liberũ vocari quod mares in coeundo per eius beneficiũ emiſſis ſeminibus liberentur. Interdum liber ponitur ꝓ ipſo vino, ſicut ceres pro frumento. Terentius. Sine ce rere & baccho friget Ven⁹. Liber dicitur ſol quia libere per aerem vagetur. Vergi. Vos o clariſſima mundi Lu mina labẽtẽ cœlo q̃ ducitis annũ Liber & alma Ceres.

¶Liber adiectiuũ dr̃ qui nulli⁹ habito reſpectu qd̃ ſen tit, dicit & facit. Et liber vocat̃ q nulli ſubiect⁹ eſt, cui⁹ relatiuũ eſt ſeruus. Itẽ qui curis ac negocijs omnib⁹ ſo lutus eſt. Martia. vno diſticho duo eius cõprehendit ſi gnificata. Liber homo eſt nimium dicis mihi cheryle. Hoc eſt nimium libere loqueris. In te qui dicit cheryle liber homo eſt. Hoc eſt vacuus negotijs, & quid agat nõ habẽs. Liber etiam ponitur pro eminenti, & extanti. Varro in Eume. Iterum tragici prodeant cũ capite libe ro. cum antiqua fronte. Itẽ pro magno ſeu valido. Oui dius. Perfruor infœlix liberiore malo. Vnde campus li berior dicitur maior ad dicendum ratio. Et in his ſignifi cationibus prima producitur.

¶Liber, bri. ſubſtantiuum proprie pars corticis iterior quę ligno adheret. Vnde & delibrare quod eſt corticem detrahere, habetq; pri. pro. Ver. Hęc ſi tũ moriẽs alta li braret in vlmo. Vnde & liber dictus eſt in quo ſcribim⁹ quia ante vſum chartę de libris. id eſt corticibus arberũ volumina compaginabantur. Vnde & codex ab arbo rum trunco appellatus eſt. Ponitur quandoq; liber pro ipſo opere integro quamlibet ſit magnus etiam ſi conti neat æneida bucolica & georgica. Quandoque pro cer ta parte operis, vt Vergilij ęneis. In duodecim libros diſtincta eſt.

¶Libell⁹ diminut. paruus liber. Aliquando etiam po

ni... epiſtola ſiue tabella. Vñ Libelliões dicti ſunt. Li
belli etiã dicũt quos vulgus ſupplicationes appellat,
quos Marti. ſupplices libellos nominauit illo hendeca-
ſyllabo. Idẽ ſupplicibus vacat libellis. Tales enim prĩci
pib⁹ dari ſolent ad negocia explicãda a ſubditis. in qui-
bus petitiones cõtinẽt. Sueto. in Cęſa. tñ libellos dixit
Libellũq; indicem inſidiarũ ab obuio quodam porrectũ
libellis cęteris, quos ſiniſtra tenebat quaſi mox lectur⁹
commiſcuit. Apud Leguleios libellus diuerſis modis
dicit. Nam libellus accuſationis, conuentionis, repudij
& huiuſmodi. Libellum vero genere neutro diminutiuũ
eſt a libum, vt. C. de epiſcopali audien. l. Iudices. Incar-
ceratis debet victualis ſubſtantia miniſtrari vel tradi li-
bellis duobus aut tribus diurnis.

¶ Libellulus diminutiuum a libellus. Hieronym⁹ In
pręſenti libellulo edoceat.

¶ Libelliones a veteribus tabelliones dicebãtur. Var.
Tum ad me fuerunt qui libellionem eſſe ſciebant.

¶ Librarius, rij, qui libros trãſcribit. Hiero. ad Niciã.
Nã & rudes illi Italię homines quos Caſcos Ennius ap
pellat, qui ſibi ritu ferino victũ requirebãt ante chartæ
& mẽbranarum vſum, aut in dedolatis e ligno codicillis
aut in corticibus arborũ mutuo epiſtolarũ alloquia miſſi-
tabant. Vnde & portatores earum tabellarios & ſcripto
res a libris arborum librarios vocauere. Bibliopola vero
qui libros vendit. Librarius etiam dici poteſt qui libros
concinnat, aut vęnales in taberna tenet. Item librarius
a libra fit, & is eſt qui partiendis penſis præficitur.

¶ Librarius, a, um, quod ad libros pertinet. Plini⁹ lib.
xxxv. Oẽ autẽ atramẽtũ ſole perficit, librarium & tecto
rium glutino admixto, id eſt quo libri exſcribunt & ma-
teria aliqua tegit. Et librarius, a, um, a libra fit. Colu. li.
vltimo. Cato in libraria fruſtra conciditur.

¶ Libraria, ę, vbi reponuntur libri, græce bibliotheca
Gel. In libraria ego & L. Paulus conſederamus.

¶ Liberi dicuntur filij quia vt ait Do. Liberalitate a pa
rentibus regendi ſunt. Et liberorum appellatione etiam
vnus filius & vna filia intelligitur. Terenti. Cui tu libe-
ros cõmittas tuos. Itẽ liberorũ appellatione continẽtur
nepotes & pronepotes. cęteriq; ex his deſcendentes.

¶ Liberalia, orum, liberi feſta quę apud Gręcos dicunt
Dionyſia. Neui⁹. Libera lingua loquũt ludis liberalib⁹

¶ Liberalis, benignus, munific⁹. Vnde liberalitas mu-
nificẽtia, liberaliter, large, munifice. Cuius contrariũ eſt
illiberaliter, qđ veteres de eo dicebant qui omne male-
ficij genus exceſſiſſet. Terentius in Adel. Factum a vo-
bis duriter immiſericorditer atq; etiam ſi eſt pater dicẽ
dum magis aperte illiberaliter. Dona. Illiberaliter, iniũ-
ſte, inclementer, nõ bene, quia liberalis bonus dicitur.
Differt tamen liberalis a munifico quia liberalis dicitur
qui rogatus, munificus qui ſpõte beneficium contulit.
Cicero libro de Ora. Quid tam porro regium tam libera
le, tam munificum, quam opem ferre ſupplicibus? Sunt
etiam qui ſic diſtinguãt, vt liberalis ſit qui paruis & pri
uatis hominibus beneficia præſtãt. Munificus qui mag-
nus & in magnis rebus, vt qui magna pro dignitate mu
neret ſit munificus vel magni decens, qui vero in pũis
muneribus liberalẽ ſeſe prẽſtat liberalis. Sic liberalitas
naturę benignitas q̃ maxime in præſtãda opera amicis
perſpicit & verſat inter priuatos & paruos homines.
Munificentia inter magnos. Quod nomen a libero pa-
tre, vt Valerius maximus docet, deductum eſt, habetq;
liberalitas duo extrema. Nam ſi deficias, nec tñ quãtũ
oportet tribuas, auaritia oritur, ſi autem excedas in dã-
do deſq; pluſquã oportet, & cui non oportet, & quando
& qua cauſa non oportet, in vitium laberis quod prodi-
galitas appellat. Accipit quãdoq; liberalis pro pulchro
& ingenuę formę homine.

☿ Liberalitas, vt inquit Speuſippus eſt habitus q in q̃-
rendis, erogandiſq; pecunijs decorem ſeruat decens ac
quiſitio, accumulatioq; pecunię.

¶ Liberales artes dñr q̃ igenio colũt, & ꝓpterea dignę
ſunt liberis hoĩb⁹. Illiberales vero mechanicę q̃ in ma-
nuũ opera cõſiſtũt. Habent eñ ſeruile miniſterium.

¶ Libertas a liber fit, q̃ ſeruituti oppoſita eſt. Itẽ liber-
tas dr de eo q libere & ſine reſpectu loquit facitq; quæ-
libet. Capitq; in bonũ cũ ſit potẽtia ingenua q̃ ſic a iuriſ
cõſultis definit q̃ ſit naturalis facultas eius qđ cuiq; fa-
cere libet niſi qđ vi aut iure ꝓhibet. Licentia autẽ ĩ ma
lum cũ quis libertate abutit, vſq; ad temeritatẽ & ꝓcaci
tatẽ. Et licentia impunita quędã facultas agendi quic-
quid velis. Quintilian⁹. Quę in alijs libertas eſt, in alijs
licentia vocat. Terẽtius. Deteriores omnes ſumus licẽ-
tia. Ponit tamen quãdoq; licentia pro libertate, vt apđ
Sal. Romam legatos ire iubet, agendarum rerum ac quo
quo modo componendi belli licentiam ipſis permittit
Libertas etiam libertatis dea dicebatur, cuius templum
in Auentino conſtitutum fuiſſe narrant hiſtoriæ.

¶ Libertus a libertate dicitur, & is eſt qui cũ eſſet ſer-
uus factus eſt liber. Vlpi. eũ eſſe libertum definit quem
quis a ſeruitute ad ciuitatem Romanam perduxit.

¶ Libertinus relatiuum eſt ingenui, ſicut libertus pa-
troni licet vnũ & idẽ ſit libertinus & libertus, per liber-
tinũ ſignificam⁹ cõditionem hoĩs ſicut per ingenuũ, ꝑ
libertum priuatum quendam reſpectũ ſicut per patronũ
Sunt autem libertini qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt,
quemadmodũ econtrario ingenui ſunt qui libera matre
nati, nec poſtea ſerui facti ſunt. Aliquando etiam liber-
tini vt Sueto. in Clau. ſcribit, Dicuntur qui ex libertis
creati ſũt. Ait enim Ignarus temporibus Appij, & dein
ceps aliquandiu libertinos dictos non ipſos qui manu
mitterentur, ſed ingenuos ex his procreatos.

¶ Libero, as, modo particulare eſt, & ſignifi. manumit
to. i. libertatẽ do, Modo vniuerſale & ſignificat abſoluo
Cic, Nihil antiqui⁹ fuit q̃ vt te a ſceleratorũ hoĩm calũ-
nijs liberarẽ. Terẽt. in And. Obſecro te q̃primũ hoc mi-
ſerum libera metu. Hinc deliberatio quę dicitur cũ pate
facta ſecuritas eſt. Huius verbi cõpoſita ſunt Delibero,
Sublibero, quod eſt quaſi de ſub leuo. Colu. lib. iiij. Cum
ſola ea res omnem impenſam terreni pretio ſubliberet
& ſi modo non prouincialis, ſed italicus ager eſt.

¶ Libra q̃ & as, & Mina ſeu Mna & põdo dr. xij. con-
ſtat vncijs. Libra tñ vnciarũ varietatẽ accepit põdo ſem
per idẽ fuit. Proprie autẽ libra inſtrumẽtum eſt quo res
põderãtur cũ lãcib⁹, alio noĩe Bilãcẽ vocãt Cice. Crito-
laus libram conſtituebat in cuius alteram lancem animi
bona ponebat in alteram corporis externa, tantũq; pen
dere illam animi bonorum lancem putabat, vt terram &
maria deprimeret. Ambro. lib. j. offi. Sermones ꝓferat
libra examinatos, vt ſit grauitas in ſenſu, in ſermone põ-
dus, atq; in verbis mod⁹. Statera vero inſtrumentũ quo
res ſine lancibus ponderantur. Eſt & libra cœleſte ſignũ
quod octauo Calendas Octobris, ſeu vt quidam exiſti-
mant. xiij. ſol per illud tranſiens ęquinoctium facit.

✣ Libella diminutiuum a libra.

¶ Librari⁹, a, ũ, qđ eſt libræ. Cato. Caro in libraria fru-
ſta cõcidit. Librari⁹ & libraria q & q̃ p̃ficit partiẽdis pẽ
ſis. Vlpi. Si librariũ rus mittat. & qualũ & calcẽ portare
cogat, vel hiſtrionem balneatorẽ faciat vel de ſympho-
niaco atrienſem, vel de palæſtra ſtercorandis batinis p̃-
ponat, abuti videbit proprietatę. Librarius etiã a libris
exſcribendis vel concinnandis dr, de quo ſupra.

✣ Libralis & hoc librale quod eſt vnius libræ.

¶ Librile penul. produ. ſcapus librę. Librilia diuerſum
eſt, vt paulo infra.

¶ Libripẽs, dis, a pẽdẽdo ſcđm Priſcianũ librã æneam
tenet. Boeti⁹ in top. Mancipi res veteres appellabant
q̃ ita abalienabãt, vt ea abalienatio ꝑ quãdã nexus fie-
ret ſolẽnitatẽ. Nexus vero eſt iuris ſolennitas quæ fie-
bat eo mõ quo in inſtitutiõib⁹ Caius exponit adhibitis
nõ min⁹ quinq; teſtib⁹ Romanis ciuibus puberibus. eſt
pręterea alius eiuſdem conditionis qui libram æneam



teneat qui appellet. Libripens is, qui mancipiũ accipit
es tenens ita dicit. hunc ego hominem qui mihi empt⁹
eſt hoc ęre æneaq; libra ex iure Quiritũ meum eſſe aio
Deinde ære ꝑcutit libram, idq; æs dat ei a quo manci-
pium accipit quaſi loco p̃tij, Poteſt etiam dici Libripẽs
ſtipis ponderandæ penſator.

¶ Libro as. pondero. trutino, æſtimo. examino. Apul.
Omnia priuſq̃ aliquid ſtatuas librãda ſunt. Ambro. ſup
Luc. Vide quã ſignãter ſcriptura ſingulorum libret mo
menta verborũ. Aliqñ librare graue facere. Pli. Apes ſi
oriatur ꝓcella apprehẽſis peduſculo lapillis ſe librãt. i.
grauiores faciũt. Aliqñ ſuſpẽdere & leuiter ſuaui ſuſtine
re. Oui. Et iam finitima corpus librabat in hęrba. Aliqñ
Aequare. Co. li. iiij. Sic permenſum & libratum opus in
ſimilitudinem veruecti ſemp ꝓcedit. Inde librametũ &
æquilibrium, Huius verbi compoſita ſũt Delibro quod
eſt optime pondero. Gel. Quid relinquitur niſi delibra
ri ſibi cœnas iubeant ne edendo defatigentur. Perlibro
valde libro. Col. lib. iiij. Pariter imę foſſę ſolum metitur
atq; perlibrat. Et habent pe. produ.

¶ Libramentum æquamentum. Col. li. j. Nam eiuſmo-
di poſitio medium libramentum temperamentumq; ver
borum hyemalium & ęſtiuorum tenet.

¶ Librilla, alias Libella inſtrumenta bellica ſaxa. ſ. ad
brachij groſſitudinem in modum flagellorum loris dę-
uincta q̃ librari manu. i. ponderari videantur.

¶ Libethr⁹ apđ Lycophrõtẽ poetam, videt eſſe mons
Macedoniæ habens ad radices Pimpleã fontem, vnde,
muſæ dñr. Libethrides. Strabo ſcribit Libethrũ eſſe lo-
cũ Thracię, ex quo nõnulli in bœtię ꝑtẽ migraſſẽt vbi
Parnaſſus eodem nomine Libethrum dicarunt.

✣ Libethra ſpelunca in eodem loco vbi Libethros fõs
eſt a quo muſę Libethrides dicuntur. Cc.

¶ Libet placet a labendo, vt Var. inquit q̃ quę placẽt
in mente prolabantur. Hinc fit Collibet pen. cor. Sal.
Matres familiarum pati que victoribus collibuiſſent.

¶ Libens volens facilis a quo libẽtia voluptas, gratia.
Macro. Cui libentię gratięq; omnes conuiuiorum inco
gnitę. Libenter aduerbium quod eſt grato animo.

¶ Libido pe. ꝓ (ſi Nonio credim⁹) & turpiũ & honeſta-
rum rerum eſſe dr vt omne q̃ libuerit libido dici poſſit.
Sed Augu. lib. cõtra Pelagianos de malis tñ dici oſten-
dit cum ait Sine dubio a libendo, hoc eſt a libitu per de-
riuationẽ libido eſt nũncupata. Sed non omne q̃ libet
libido eſt. In bono eñ libitũ, libido dici non poteſt ſed
voluntas de ratione. ſ. mentis naturalis exoriens. In ma
lo vero libitum nõ voluntas ſed voluptas q̃ fecit tranſ-
grediens ꝓtoplaſti voluntas. Et libro. xiiij de ciui. dei,
ſcripſit libidinẽ eſſe generale vocabulum oĩs cupiditatis
cũ & ipſam iram nihil eſſe quã vlciſcendi libidinẽ vete-
res diffinierint. Et auaritia eſt libido habendi pecuniã.
Peruicatia eſt libido quomodocũq; vincendi. Iactantia
libido gloriandi nuncupatur. Et cum multarum rerum
libidines ſint, tamen cum libido dicitur, neq; cuius rei li
bido ſit additur non fere ſolet animo occurrere niſi illa
qua obſcœne partes corporis excitantur.

¶ Libidinoſus qui in libidinem propenſus eſt, Cice. in
Cato. Libidinoſa eñ & intemperans adoleſcentia effœ
tum corpus tradit ſenectuti. Sal. Pro nimis appetẽter po
ſuit, Poſt vbi paulatim licentia creuit iuxta bonos & ma
los libidinoſe interficere.

☿ Libidinarius qui libidini deſeruit. Aug in Sermone
de natali, vtroſq; libidinarios hac Moyſes ſententia feri
re voluit ſimulq; adulteros perire mandauit.

¶ Libentia dea Venus ſeu ꝓſerpina. Au. li. iiij. de ciui.
dei Neq; eñ audẽt aliquas ꝑtes ſub nomine deorum vel
dearũ. deæ cloacinę tribuere, aut voluptę quę a volupta
te appellata eſt, aut libentiæ cui nomen eſt a libidine.

¶ Libitina pe. ꝓ. dea quẽ alij Proſerpinã. alij Venerẽ
dicunt. in cuius tẽplo vendebantur & locabant eaquæ
ad ſepulturam pertinent, ſicut docet Plu. in ꝓble. a libẽ
do libitina dicta, vt inquit Varr. Vnde q̃nq; ponitur pro
ipſa exequiarum expenſa. Suet. in Nero. Qua. xxxv. fu
nerum millia in rationem libitinę venerunt. Liuius. li.
xl. In vrbe tanta fuit peſtiſtilẽtia, vt vix tunc libitina ſuf
ficeret ad ſuppeditanda. ſ. funeribus neceſſaria. Aliquã-
do ꝓ ipſa ſepeliendi arte ſeu vendendi eaquę ad ſepul-
turam pertinent. Val. max. Qui tunc libitinam exerce-
bant tum rerum ſuarum vſum tum miniſterium ſuũ gra-
tuitum polliciti ſunt. Sed q̃ñ in ęde libitinę pararentur
neceſſaria ad funebrem apparatum, hinc factum eſt, vt li
bitina aliqñ ꝓ morte ſeu ꝓ lecto quo mortui ferebãt ca-
peret. Hora. lib. car. Multaq; pars mei vitabit libitinã.

¶ Libitinarius qui libitinę p̃eſt, & actionẽ libitinariã ex
ercet q̃ſtui inſeruiens, & q neceſſaria funeribus vendi-
tat, ſeu qui cõducit funera aut qui curã ſepeliendorũ ca-
dauerum habet. Vlp. de inſtito. acti. Si libitinarius ſeruũ
polinctorẽ habuerit, iſq; mortuũ ſpoliauerit dandum in
eũ quaſi inſtitoriã actionẽ. Ex quibus verbis patet libi-
tinarium eſſe curatorẽ funeris. Polinctorẽ qui cadauera
tractat ac ſepelit. Hic & daſſignator dr. Senc de benefi.
An tu Aruntium & Ateium, & ceteros qui captandorũ
teſtamentorum artem profeſſi ſunt non putas eadem ha
bere quę deſſignatores & libitinarios vota.

¶ Libs ventus Aphricus qui flat aduerſus vulturnum.

¶ Lybia, æ & lybie es, Aphricia, q̃ inde libs vẽt⁹ flare
ſoleat, ſeu q̃ pluuia indigeat ꝓpter nimiã ſiccitatẽ ἀπὸ
τοῦ λιπεῖν ἢ λίβυης ἐπάφου, ✣. i. a deficiẽdo vęl a Lybia epa
phi filia Sal. Cœlo terra quę pœnuria aquarum vel etiã
a Lybia filia Epaphi Iouis filij. Au. lib. de paſtorib⁹ do
cet Lybiam duobus modis dici, vel iſtam quæ proprie
Aphrica eſt, vel illam orientalem partem quę contigua
eſt Aphrice & omnino collimitanea. Eſt etiam hoc no-
mine fluuius in Maurytania Lybys homo & lybiſſa mu
lier, ex lybia orti. Vnde Lybiſſinus & lybiſſis, idis. Ver
gilius. Et pelle lybiſtridis vrſę. Martianus, Graui ac li-
biſſino calore exuſt⁹, Libix autem lybicis facit a quo ge
nitiuo fit lybicus a, um. Vnde libycum mare, libycus cã-
pus dict⁹ q̃ in eo primum fruges ex lybia allatę ſũt. Vñ
& Ceres ab Argis lybiſſa vocata eſt vt inquit Feſtus.

✱ Lybicontes carbunculi ſiue gemme quę languidius
fulgent. Cc.

¶ Libycis, idis, vrbs Iudis ab orientali parte, Iordanis
quam Herodes extruxit.

¶ Liburnia regio iter Illyriã & dalmatiã, ſeu vt quidam
aiunt pars Dalmatiæ in qua ſunt Salonæ vrbs inſignis
cuius populi liberni vocitati ſunt, de quibus Luca. Pu-
gnaceſq; mari gratiorum claſſe liburnos.

¶ Liburni populi ex liburnia regione, & Liburni viato
res dicti ſunt q̃ ex agris iuſſu magiſtratum ſepe vocarẽ-
tur ciues frequenſq; eorum via eſſet ab agris ad vrbem.
Iuuenalis, Primus clamente liburno. Currite iam ſedit,
rapta properabat ab olla.

¶ Liburnũ & liburna, æ, & liburnica æ, gen⁹ nauis bel-
licę velociſſimę a Liburnis populis in Illyrico qui olim
nauib⁹ velocibus vſi Ionium mare inſulaſq; pręedabant.
Qua ex cauſa Rõai naues leuitate celeritateq; p̃ſtantes
appellauere Liburnicas ſicut refert Appian⁹. Ad cuius
ſimilitudinẽ vehiculũ quoq; cõſtructũ fuit quo Romani
prĩcipes vehi ſolebãt. Iuue. diues & ingenti curret ſup
ora liburno. Pro naui. Hora. in Epo. Ibis liburnis ſup al
ta nauiũ amice ꝓpugnacula. Suet. in Augu. Vtrobique
ꝑte liburnicarũ demerſa ſimulq; eius qua vehebãtur fu-
ſis armamentis & gubernaculo diffracto. Luca, Ordine
contentę gemino creuiſſe liburno Firmicus liburnicum
imperium vſurpat pro nauali.

✣ Lichas menſurę gen⁹, q̃ digitos quatuor nõ excedit.

☿ Lichen, quęre quid ſit in Aſino & equo Lichenes ſũt
impetigines, & apud Celſum ſunt quatuor genera.

¶ Liceo es. licui citũ ſcđm analogiã facere deberet ſed
nõ ẽ ĩ vſu Ab ꝑſonali vero licet habem⁹ licitũ eſt. Ver.
Et licito tandẽ ſermone fruũt, Significatque liceo ꝑ aſſi

ue id qđ liceor actiue. Et ſicut venęo capiť ꝓ vēdor, ita liceo ꝓ apprecio in auctione. Plaut. in Mene. Die ſeptimi auctio fiet menedeme mane ſane ſeptimi vęnibūt ſerui ſupellex, fūdi, ędes, omnia quiqui licebūt pręſenti pecunia. i. numerata ſiue ſoluta in præſens.

¶Liceor eris, *licitus* ſecūdū anologiā facere debet, ſed nuſq̃ legi, vt eius cōpoſitū pollicitus deponēs tranſitiuū eſt quod vltra accuſatiuum ſi p̄tium exprimatur illud in genitiuo vel ablatiuo ponitur ſignificatq; precium defero. Quod fit cum veſtis vel domus vel huiuſmodi vēdiť plus pollicenti. Perſius. Et centū græcos curto centuſſe licetur, ſemperq; huic verbo pretium ſubintelligitur ſi non apponitur. Plaut. in Sti. Locos rediculo vēdo age licemini Cice. lib. iij. offi. Tollendum igitur ex rebus contrahendis omne mendacium non licitatorem venditor nec contra ſequi liceatur emptor apponet, vterq; ſi ad loquendum venerit non pluſquam ſemel eloquatur.

¶Licitor frequētatiuū eſt nā ſignifi. ſępe apprecio ſiue ſepe emo vendove ꝓ auctionē ſicut dictum eſt in Liceor tametſi ſecreto id fieri poſſit, vt apud Curtiū. Cū habeatis arma licitamini hoſtiū capita. Plin. lib. vij. Ariſtidis Thebani pictoris vnā tabulam centum talentis rex Attalus licitatus eſt Et licitari congredi & pugnare ſignifi. Cęcil. in Himnidē. Quin machera licitari aduerſū eū cœpiſti ſciēs. Ennꝰ ps ludicre ſaxa iactāt & iter ſe licitāť. Feſtus docet eū licitari qui decipiendo inducit.

¶Licitator qui crebro licetur. qui pro re emenda conducendave pretium alio maius pollicetur, vel pugnando ſæpe contendit. Qui etiam ꝓ proxeneta ponitur a Cicerone cum inquit. Tollendum &c. Vide in dictione Liceor. Quid enim eſt aliud proxenetarum hoc eſt licitatorum officiorum quantum emptorem tum venditorē & contendendo & decipiendo inducere, vt & vendat ille & hic emat idq; non minus minuendi q̃ augendi p̄cij ratione. Siue igitur in rebus priuatis, ſiue in publicis vēdendo, emendo, locando, conducendo, contrahendoq; licitator interſit, aut ſuo doloſe, aut alterius nomine hūc eſſe eundē qui ꝓxeneta a gręcis dicitur manifeſtum eſt. Recte ergo p̄cepit. Cice. neç a venditore licitatorē, nec item ab emptore apponi debere, ſed ipſos potius ſi ad loquendū venerint nō plus q̃ ſemel loqui oportere, vt nulli licitatoris mendacio nulli dolo relinquatur locus.

¶Licet impſonale, modo ſignificat fas eſt. Cicero Neq̃ eñ licebat locū numini cōſecratū turpi flagitio contaminare. Verg. Quãquidem auſonias coniungi fœdere teucris Haud licitū, nec veſtra capit diſcordia finē. dicimus aūt Mihi licet eſſe bonū virum & bono viro. Cice. lib. i. Tuſcu. Licuit eñ eſſe ocioſo themiſtocli. Licuit epaminundę. Modo ſignifi. poſſibile eſt ſiue cōceditur, vel poteſtas dať. Martia. Piſcinā peto nō licet natare. Cice. lib. i. Tuſcuſa. Idq; cū multis alijs rebus tū e pontificio iure & cerimonijs ſepulchrorū intelligi licet. Et eſt ornatus dicendi modus, nō licet mihi p te hinc abire. i. tu non vis ſeu pateris hinc me abire. Lucanus vero lib. vij. Omnia maiorū vertamus buſta licebit, ꝓ eo ꝙ eſt, ſi licentia erit. Modo ſignificat facile eſt. Lact. lib. iij. Ipſe ille Romanę linguę ſummus auctor q̃tū fallať licet ex illa ſententia ꝓuidere, Cic. li. i. offi. Licet eñ ora ipſa cernere iratorū aut eorū qui aut libidine aut metu cōmoti ſunt aut voluptate nimia geſtiunt. i. facile eſt. Modo aduerbium concedentis eſt ſicut. Eſto. Verg. Licet ingēs ianitor antro. Aeternum latrans exangues terreat vmbras Modo eſt coniunctio oduerſatiua ꝓ quamuis.

¶Licentia a licet deduciť, q̃uis in malam partē plerūq; capiať cū. ſ. id nobis arrogamꝰ ꝙ non licet. Libertas vero cū nō deterremur qui ea q̃ honeſta apte agamus. Vide in dictione Libertas. Licētior epiſtola in qua nimis libere ſcribimus. Plinius. Licentiore epiſtola narrare cōſtitui. Licentiora mācipia dicuntur nequiora quaſi multa per licentiam facientia.

¶Licenter aduerbiū ſignificat p licētiā, a quo Gel. formauit compoſitum Prælicenter, quod eſt quaſi nimis licenter. Quę verba inquit finxit prælicenter. Et eſt licēter a licens participio.

✣Licionus poeta Martiali coętaneus & ꝯterraneꝰ. Cc.

✣Licinia lex lata eſt a P. Licinio Craſſo diuite, cuiꝰ ferende tm̄ ſtudiū ab optimatibus impenſū eſt vt ſenatuſcōſulto iubereť, & tātūmodo ꝓmulgata anteq̃ trinūdino ꝯfirmareť ita obſeruareť ob omnibus quaſi iā populi ſentētia cōprobata eſſet, huiꝰ legis ſūma erat vt Kalēdis nonis nūdinis liceret cuiq; in dies ſingulos dūtaxat triginta aſſes edēdi cauſa cōſumere. Cęteris vero diebꝰ ne ãpliꝰ apponereť q̃ carnes aridę pōdo tria, & ſalſamētorū libra & ꝙ ex terra, vite, arbore ve natum eſſet. Cc.

✣Licite aduerbium a licitus formatum ſignificat iuſte.

¶Licentioſus qui nimia vtitur licentia.

¶Lictus vide in dictione lingo.

¶Licia ſunt fila qbus in telis textrices īplicāt ſtamina Vñ Trilicē dicimus veſtem q̃ ex tribus licijs conſtat. Et teſtiuilicium fila de tela decidentia. Plau. in Caſ. Non ego hoc verbum expreſſi teſtiuilicio. i. re admodum viliſſima. lycia æ, cum y, regio eſt.

¶Liciatoriū lignū circa ꝙ licia inuoluuntur. Hie. li. re. Haſtilę haſtæ eius erat quaſi liciatorium texentium.

¶Lichenis generis maſ. morbi genus quē latini Mētagrā appellant qm̄ a mento incipit. Mar. Nō hulcꝰ acre puſtulę ve lucētes Nec triſte mētū ſordidi ve lichenes.

✣Licinia genus oliuæ. Cc.

¶Lictor qui carnificis officio fungebať miniſter cōſulis ꝓcōſulis & ſimiliū. Sed duodeni lictores ꝯſulis erāt aliorū ſeni tm̄. portantes virgarū faſciculos cum ſecuribꝰ ligatos, magiſtratuſq; pręibant, ac quoties iuſſi erant faſciculos ſoluentes primo virgis cędebant reum, mox ſecuri feribant Liuius. Miſſiq; lictores ad ſumendum ſupplicium nudatos virgis cędūt ſecuriq; feriunt. Hos primꝰ inſtituit Romulus. Dicti a Ligando lictores, ꝙ virgarū faſces ligatos gerebant. Gellius. Lictor nomen verbale quaſi ligator a ligando. Tiro Ciceronis libertus a licio quo cincti erant, dictos exiſtimat. Licio eñ tranſuerſo qui magiſtratibus præminiſtrabant cincti erant. At Plutar. quaſi λίτος litos. i. q̃ſi publicus miniſter. Et ſic abſq; c. ſcribendum eſt.

¶Lictorꝰ a, um. ꝙ ad lictorē ꝑtinet. Plin. Faſces lictorios ianuę ſummiſit cui ſe oriēs occidēſq; ſummiſerat.

¶Lido is, verbum antiquum ſignificat cōfringo deleo. Cuius compoſita ſunt Collido Illido.

¶Lidoron later longitudine ſeſquipedali latitudine pedis Cornucopię.

¶Lien generis maſ. gręce ſplen. Dř & Lienis in nomi. Gel. lib. iij. Si iecur aut lienis eſt affectus. Huius magnitudine intēperantiā riſus fieri affirmant phiſici. Perſiꝰ. Sed ſum petulanti ſplene cachinno, Intumeſcit qñdoq; lien vt cingere hominē videať. Plau. in Cur. Nã quaſi zona liene cinctus ambulo, geminos in vētre habere videor filios, nihil metuo niſi medius diſrūpar miſer. Hic lienoſi qui liene laborāt. Qui fiunt, vt inquit. Ar. li. iij. de partibus animalium, quoties excrementi plus in lienem diuertit q̃ calor eius viſceris poſſit cōficere. Pli. li. vij. de pyrrho cuius pedis pollex lienoſis medebatur.

¶Liger eri, nomen viri ꝓpriū. de quo Ver. lib. x. Dicta vocant ligeri necnō & troius heros. Liger geris, Gallię fluuiꝰ q & ligeris in nominatiuo dř. Vñ & ligerim ī accuſatiuo lectū eſt. Hic delatus in oceanū īfluit maximi curſus & pari cū Garūna interuallo a Pyrene diſtat, & duobus ſtadiorum millibus vtriuſq; nauigatio eſt.

¶Ligies populi aſiatici qui cum Xerxe contra græcos militarunt.

¶Ligo as, quidā a lino deducūt quaſi lino ago ꝙ lino omnia ligentur, propter ꝙ græci λίνον vocatum putant ἀπὸ τοῦ λινεω antiquo verbo ꝙ eſt teneo quia lino omnia teneneť. Huiꝰ cōpoſita ſunt Alligo, ꝙ eſt ad aliquid vel iuxta ligo, Colligo, Circunligo. Plinius. Id ſicut in pilo



quadratū ſtupa circūligabant, Deligo valde vel perfecte ligo. Col. lib. vij. Melius bimus quam anniculus caſtratur. Idq; facere vel autumno luna decreſcente pręcipit, vitulumq; ad machinam deligare. Illigo intus ligo Obligo circumligo Pręligo ante ligo Liuius. Faſceſque virgarum atq; arida ſarmenta pręligantur cornibꝰ boū. Religo quod aliquando eſt ſoluo quod eſt ligatum ſicut refero. Aliquādo habet ſignificationem ſimplicis. Ouidius. Nox erat & querno religant in ſtipite funem. Col. lib. iij. Diutiuſq; perennat quę firmis truncorum & idoneis locis religata eſt. Aliquando retro ligo. Cecero li. j. Tuſ. Trahit Hectorem ad currum religatū Achilles. Aaliquando iterum ligo. Lactant. lib. iij. Hoc vinculo pietatis obſtricti deo ac religati ſumus. Subligo, a quo ſubligaculum & habent pe. cor.

¶Ligamen ligaculum ligamētum Ligatura ſignificāt id quo aliquid ligatur.

¶Ligones, ruſtica inſtrumēta ſic dicta ꝙ radicibꝰ quę ſub terra ſunt ligēť. Vel dicti ſunt quaſi Legiones, quia per latitudinem ſub terra facilius legūtur. Luca. Vomereq; antiquos curionum paſſa ligones.

¶Ligellum breue domicilium & tuguriolum. Plautus Tu in ligello fuiſti.

¶Lignū a lagēdo inquit Var. ꝙ ligna caduca in agris legebantur quibus ad focum vterentur. Hinc ligneꝰ, a, um, quod ex ligno eſt, vt ligneū ſimulachrum.

¶Ligneolus, a, ū, dimi. a ligno. Aug. lib. xi. cōfeſſ. Sed nec ego dixerim circuitū illiꝰ ligneolę rote diē eſſe nec tamen ideo tempus non eſſe ille dixerit.

¶Lihnariꝰ, a, ū quod ad lignū pertinet, vt faber lignarius qui ligna dolat.

¶Lignoſus, a, um, quod inſtar ligni durum eſt.

¶Lignile pe. pro. dictum eſt vbi ligna in domo ad cōburendum parata ſunt, ſicut fœnile vbi eſt vel eſſe ſolet fœnum, Sic Bouile, Equile, Caprile, & huiuſmodi.

¶Lignari eſt capiendu ligna ire. Liuius lib. x. Redeūtibuſq; lignatum ſe ire hinc.

¶Lignatores dicti ſunt milites, qui lignatum vadunt. Idem in eodem. Paucis citra milibus lignatores ei cum præſidio occurrunt.

¶Liguſtrū ſimiliter a lego, quaſi leguſtrū, arbor ex cuius ligno teſſerę fiunt aptiſſimę ꝫ Oliuę ſimilis folio, ſemine coriandri flore cādido & odorato. Coquitur hoc in oleo p̄miturq; quod poſtea cyprinū vocať a planta que dicitur cypros alio nomine. A cuius vbertate cyprocarphathij maris inſulę nomen inditū eſt. Liguſtra inquit Pli. nō niſi in aquoſis ꝓueniūt ſicut ſalices, alni, populi, ſiler. Eſt & genꝰ hęrbę q̃ maior diciť a medicis p ſepes & macerias ſerpēs. Col. in hortis. Et nigro ꝑmixta lyguſtro. Ergo & hęrba & arbor eſt, vt de loto & nōnullis alijs.

¶Liguria italiæ regio pro maiore parte montoſa inter amnes Varū & Macrā ab altero latere habens Appenninum ab altero padū, Thuſciam attingēs, cuius caput eſt Genua, a qua Liguſtica ora, & mare liguſticum. Dicta liguria a ligyſto phaetontis filio conuerſione y, ī u.

¶Liguſticnm mare, vt refert Solinꝰ, corallium ꝓcreat quod fulminibus reſiſtit.

¶Ligus liguris ſecūdū Priſcia. poteſt eſſe propriū nomen & tūc eſt gñis maſ. Et nomē gētile. & ſic eſt cōmunis. Probus declinat hic & hęc Ligur., & hic & hæc & hoc ligꝰ ꝓ īcola ligurię. Luca. li. i. Et nūc tōſe ligur quōdā p colla decora. Verg. lib. xj. Vaneligus fruſtraq; aīs elate ſuperbis Idem. Aſſuetumq; malis ligurem.

¶Liguſticus a, um. pe. cor. nomen poſſeſſiuum. Iuue. Nam ſi procubuit qui ſaxa liguſtica portat.

¶Ligurio is. pe. cor. iui, vel ligurij tū ſignificat multa auide conſumo & ſuauiora edulia carpo & p heluationē patrimoniū voro, licet ꝓdu. Hor. Tractauit calicē manibus dū furta ligurit. Vnde liguritores dicūť guloſi & voratores eduliorū dulciorū qui cōſūptis dapibꝰ catillos etiam lingūt & qui bona deuorant. Eſt etiā ligurire pauilati & cū qdā mora atq; elegantia comedere quaſi ſinendo vt per ſecibꝰ ī ſtomacho liquefiat. Terē. i eunu. Que cum amatore ſuo cœnāt liguriūt. Dictū ligurire ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ qđ gręci ſuaue dicūt vt iqt Do. Per trāſlationē, Cice. D. Bruto ſcribens ad ſupillationē rerū vſus eſt. Cū quidam inquit de collegis noſtris agrariam ligurirēt curationem diſturbaui rem totamq; nobis ītegrā reſeruaui. Et ab Auſonio dictum eſt Inguinum liguritor.

¶Lingula pe. cor. dimi. a lingua. Vide ī dictione ligua.

ꝫLigilium, genꝰ hęrbe, de qua apud rei ruſticę ſcriptores fit mentio, quomodo feratur.

¶Lilium genus hęrbę de q̃ apud rei ruſticę ſcriptores fit mentio quomodo feratur.

✣Lilinum oleum ex lilio. Cc.

¶Lilietum locus in quo liliorum copia eſt. Palladiꝰ Lilieta canneta ponenda ſunt.

¶Lilybęum promontorium ſiciliæ, & vrbs eiuſdē nominis Scribitur cum diph. Nam gręci Λιλύβαιον dicunt.

¶Lima inſtrumentum fabrile quo ferrū aut aliquid aliud teritur.

¶Limo as, polio & ſuperflua detraho. Hie. ad Dama. Sepe cauſatus ſū excoli non poſſe ſermonē niſi quē propria manus limauerit. Aliqñ. limare eſt cōiūgere. Plau. Non pater tuꝰ vnquā cū illa lima limauit caput. Huius compoſita ſunt Delimo & Elimo, quæ habēt pe. prod.

ꝫLigilla nomen eſt vetulæ apud Mar.

¶Limatulus dimi. a limatus. Ci. Volūnio. Opꝰ eſt hoc delimatulo & polito tuo iudicio.

¶Limatura ſcrobos, hoc ē puluiſculꝰ limādo detractꝰ.

¶Limax diciť q exquirit vt aliquid auferat. Plau. ī bac. Limaces viri qđ atterāt & cōſumant. Et limax teſtudo cochlea terreſtris q̃ & limaca a limo dicitur in quo per hyemen deliteſcit & viuit vere prodiens. Col. li. xj. Implicitus conchęlimax hirſutaq; campe.

¶Limus genus veſtis ab vmbilico ad pedes. Verg. lib. xij. Velati limo & verbena tēpora vincti, Et limus læta mē eſt ſeu cœuū illud mollius quod ab aquis deferri ſolet. Vnde limoſus, a, ū. Verg. ij. in Aeid. Limoſoq; lacu per noctē obſcurꝰ in vlua delitui. Hic illimis & hoc illime pe. ꝓ. qđ eſt ſine limo defæcatum ſyncerū. Sydoniꝰ ad Heronium Nuſq̃ aquęductum liquor integer vel ciſterna defęcabilis vel fons irriguus vel puteus illimis, hinc & Oblimo de quo alibi.

¶Limus, a, um abliquus. i. trranſuerſus obtortus, quod & limis tertiæ declinatiōis diciť. Vnde q obliq; aſpicit limis oculis ſpectare dř. Terē. in eun. Ego limis ſpecto ſic p flabellū clāculū. poteſt eſſe nominatiui caſus. vt ſit limis ſpecto vel ablī plřalis, & deeſt oculis. Cū igř diſſimulēt ſe hoīes videre quod vidēt & non recta facie, ſed tranſuerſa intuentur. limi dicuntur aſpicere.

¶Limen dř qđ ex trāſuerſo in ianua eſt a limo obliquo ꝙ ingredientibus excūtibuſq; trāſuerſum ſit vt eſt apđ Donatū Feſtūq;. Nec ſolū īferiorē ꝑtē ſignificat quę ſub pedibꝰ calcari ſolet in īgreſſu, ſed etiā ſuperiorē. Iuen. Pēdentia liquit, vela domus & adhuc virides in limine lauros. Nęuius vero limen ſuperū & inferū dixit. Exime limen ſuperū quod mihi miſero ſępe cōfregit caput Inferū quoq; vbi ego oīs defregi digitos. Limē ſuperū ſuperliminare etiā vocatur a Græcis, Hypertiron. Ponitur interdū pro ingreſſu. Ver. ij. in Aeid. Limen erat ceceq; fores & peruius vſus. Interdū pro interiore parte domꝰ. Idē penetrāt aulas & limine regū. Iterdū ꝓ loco ſtandi. Idē corripiūt ſpatio audito limēq; relinquūt. Interdū ꝓ amicitia, vt teſtať Ser. enarrās illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine ſubmoueor. i. repellor ab amicitia. A limē fit Elimino as, Liminare, Poſtliminiū Liminaris & hoc limiare qđ ad limē ꝑtinet, vt lapis liminaris q eſt ī domꝰ īgreſſu. Aug. ad Hiero. Poſuit ꝓ pricipio. Nō hoc codex ipe vt aſſolet ī limiari pagīa pątēdebat. i. in pricipio ſeu īgreſſu libri, hic ſuperliminare,

✠Liminarchę ſũt cuſtodes liminis & famuli ad limia
q ſũt p̃fecti liminis cubiculiq; cuſtodes. Apd̃ iuriſcõſul.
✠Liminarchę po nũť pro militibꝰ qui ĩperij limitibꝰ,
atq; cõfinio pręficiunť, quos liminarchas dicere poſſis
q̃ſi liminũ p̃fectos q & limitanei ab hiſtoricis appellãť
✠Limitanei milites. Et limitanei agri qui ſunt in limiti
bus, id eſt in collicinio & confinio.
¶Limes itis, mõ tranſuerſam viã ſignificat, modo ter-
minũ. Colu. lib. j. Semitas nouoſq; limites, in agro fieri
nõ patiatur. In agris limites duo maximi ſũt. Cardo &
decumanꝰ Limes decumanꝰ eſt qui ab oriẽte ĩ ocidẽtẽ
ſpectat. Cardo a meridie ad ſeptẽtrionẽ. Reliqui limites
anguſtiores, diſtantq; inter ſeſe paribus interuallis.
Limito as, penul. corre. & Limitor ſignificat termino
ſeu reſtrĩgo, ſicut a ſemitis Semito as. & ſemitor. Vnde
Limitatꝰ ager diciť ĩ cẽturias diuiſꝰ. Plin. libr. vij. Aut
ſi maior modꝰ ſit totidẽ pedũ cardinem quo decumano
limitari ſemp vero quitanis ſemitari, hoc eſt in quinto
quoq; palo ſingulę iugo paginę includunt. Cic. Appio
pul. Detua prolixa beneficaq; natura limitabat aliquid
poſterior annus propter quandam triſtitiam.
¶Limentinus putabatur deus qui liminibus pręeſſet.
¶Limbus muliebre vęſtimentũ erat purpurã in imo
cõſutã habẽs, ſeu quodlibet aliud ornamẽtũ veſtiũ ex-
tremitatẽ ambiẽs. Ver. Sidomiã picto chlamydẽ circun
data limbo. Huius diminest. Limbulꝰ a quo limbellus.
¶Limborarius qui limbo veſtẽ cõſuit. Plautꝰ. Texto-
res limborarij.
✠Limnoria nympha a cura lacus dicta, λίμνη enim La
cus & ὤρα cura. Cc.
¶Linus nomẽ viri propriũ, ex Mercurio ſeu vt quidã
putãt ex Apoline & vrania geniti. Alter Philoſophus
thebanꝰ iunior. Eſt etiã linꝰ ſpecies hymni. Suidas aũt
λίνος χαλκιδεὺς ἀπόλλωνος καὶ τερψιχόρης, οἱ δὲ ἀμφιμάρου
καὶ οὐρανίας, οἱ δὲ ἑρμοῦ καὶ οὐρανίας. λέγεται δὲ πρῶτος, οὗτος
ἀπὸ φοινίκης γράμματα εἰς ἕλληνας ἀγαγεῖν. γενέσθαι δὲ καὶ ἡ-
ρακλέως διδάσκαλος γραμμάτων καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶ-
τος γενέσθαι ἡγεμών. ✠Linus chalcidenſis Apolinis &
terpſichores filiꝰ autẽ amphimari & Vranię vel Mer-
curij & Vranię, dicitur is primus a phœnicia ad gręcos
literas duxiſſe, fuiſſeq; Herculis præceptor literarũ ac
lyricę muſæ primus fuiſſe dux.
¶Linũ ἀπὸ τοῦ λιέω ãtiquo verbo qd̃ ẽ teneo, quia lino
oĩa teneť. Hinc Lineꝰ, a, ũ, qd̃ ex lino ẽ, vt veſtis linea
¶Linariꝰ q lini artẽ exercet, a gręc. λινοπλόκις linoplo
cis. ¶Linamẽtũ filũ qd̃ ex lino voluẽdo trahiť. Pli. del
phini linamẽta accẽſa extãt vuluę ſtrangula oppreſſas.
Linteũ pãnus lineꝰ & ſudariũ quo in balneis vtimur.
Mart. Nõ tã ſępe teret lintea fullo tibi. Itẽ lintea ſunt
vela quibꝰ vtunť nautę. Ver. Certũ eſt dare lintea retro
Item lintea quę ſunt idonea ad ſpectantiũ vmbracula.
Vnde legimus Cæſarẽ totũ forum linteis adumbraſſe.
Item lintea linei amictus. Inde linteatꝰ linteis indutꝰ,
id ẽ lineis veſtibꝰ, quali habitu ferť fuiſſe Apoloniꝰ phi
loſophus, quoniã huiuſmodi habitus videbať mũdior
quã qui ab animalibꝰ deglubębatur. Sidoniꝰ ad leonẽ.
Cupidum ſcientię contemnentem pecuniæ, inter epu-
las abſtemium inter purpuratos linteatum.
¶Linteolum dimin. Plini. Propetia panni linei. Vul-
neribus in linteolis imponitur. ſ. amurca.
¶Lintearius qui lintea vendit.
¶Linteones qui texunt linteamina pro cõficiẽdis ve-
ſtibus vt docet Ser. lib. vij. Aeid. Firmicus li. ij. math.
ſcribit venerẽ in quadrupedibꝰ occurrẽtẽ facere linteo
nes aut plumarios atq; colorũ tinctores.
✠Lintres ſunt nauiculę cauatis arboribus factæ quibꝰ
vtuntur germani circa Danubium habitantes. Cc.
¶Linea, ę, proprie ſigni. filũ illud quo fabri materiarij
vtunť ad ſignandã materiã q̃ ex lino fiat. Et quoniam
ab hac ſi rubrica vel alio colore intincta fuerit figura de
ſignať lõgua ſine latitudine atq; altitudine, ea quoq; fi-
gura linea vocatur. Itẽ ea quę nõ colore ſed animo ima
ginãtur geometrę lineę vocanť. Et linea dicitur filum
omne ex lino, & quicũq; tenuis funiculꝰ. Col. pede liga
to lõga linea gallina cuſtodiť. Pli. murenæ deuorãt ha-
mum, admouẽtq; dẽtibus lineas, atq; ita erodunt. Idem
Stemmata vero lineis diſcurrebãt ad imagines pictas.
Et linea dicitur quæ eſt in ſuperficię. nã ſuperficies ex
lineis eſt vt pũctũ, qd̃ ẽ prĩcipiũ in geometria. Dicitur
autem punctum quod diuidi non poteſt. Linea quæ ab
vno puncto ad aliud deducitur
¶Linearis & hoc lineare, qd̃ ad lineã pertinet. Vnde li
nearis pictura vocata eſt lineis circũ vmbram hoĩs de-
ductis. Primi hãc picturã exercuerũt. Ardices corithiꝰ
& thelephanes ſicyoniꝰ ſine volo colere, ſpargentes ta
men lineas intus, vnde & latini linearum picturam gra
phidem appellauerunt.
¶Lineamentũ a linea, & ĩpa extremitas & q̃ſi linea quę
dã corporis p quã hominis forma dignoſcitur a lineari
pictura tracta ĩ qua per ſolas lineas effigies hominis co-
gnoſcebatur Iuſti. libro. j. Lineamẽtorum æqualitas ma
tri & filię perſimilis. Plin. Nec qui ſuccederet operi ad
præſcripta lineamenta inuentus.
¶Lino is, & linio is. diuerſa ſunt. Nam linio & lenio
quartę coniugationis ſunt Lineo Et hoc linioq; habent
primam cor. lenio pro. Vergil. Seruata que mella the-
ſauris relines. Sedulius. Illimens hominem veteri de ſe
mine ſupplet Eſt autẽ linire craſſe aliquid aliquo inſtru
mento ſuperĩducere. Colu. lib. vij. Sed illiꝰ ſanať noxia
fibula ahena ſi locum lęſum compũgas cretaq; cynonia
& aceto linas. Aliqñ etiam nõ craſſe, ſed leuiter aliquid
inducere & quaſi lineã ducere. Vnde interlinire dicimꝰ
ſuperĩducto atramento aut alio liquore ſcripturã aliquã
picturam ve deſtruere. Sic literæ dicũtur interlitæ & ta-
lis inductio Litura dicitur. Aliqñ obtuare. Verg. lib. iiij
Georg. Neq; illę ne quicq̃ intectis certatim tenuia cęra
ſpiramenta linunt, vt etiã a cõtraria ſignificatione eius
cõpoſitum ſimul Relino indicat vt apud eundẽ. Serua-
taq; mella theſauris relines, habet hoc verbũ lino tria p̃
terita lini liui & leui. Deprino. Quinti. in declamatione
Cæci. Et nequid ſceleri ĩpio deeſſet mariti tui cruore pa
rietẽ liniſti. De ſecũdo Colu. lib. vltimo. Multi cũ ſemel
noua dolia vel ſeria craſſa gũmi liuerũt, vna ĩperpetuũ
gũmitione eſſe cõtẽti ſunt. De tertio Cato de re ruſtica.
Poſtea doliũ calefacito minus quam ſi picare velis, te-
peat, ſatis eſt lignis lenibꝰ facito caleſcat. Vbi tẽperate
tepebit, cuminũ ĩdito, poſtea linito. Si recte leueris ĩ do
liũ quĩquagenatũ pedũ quatuor ſatis erit. Supinũ vnum
tm̃ habet litũ. Vñde litꝰ a. ũ. p obturato maculato ĩſper
ſo. Verg. lib. iiij. Georg. Elucẽt aliæ & fulgore coruſcãt
Ardẽtes auro & paribꝰ lita corpora gutis. i. inſperſa ſeu
¶Lucem claritatē eſſe nemo eſt qui dubitet. Q̃m autē dies clara eſt, quemadmodum nox obſcura poniť quandoq; lux pro die & nox pro tenebris quamuis prima luce & primis tenebris non primam partem diei ac noctis ſignificat. Prima vero pro tota non pro diei parte Gel. Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt Inuenitur ẽt luci aduerbialiter poſitũ ſicut Veſperi. Ci. in Ant. Quis ei audeat luci & militari ĩ via gręcũ eſt. λὺξ λυκὸς ἔνθεν καὶ λύκος λέγεται ὅτι ἐν τῇ νυκτὶ λύκος οὐκ ἐνδεῖται. ✣Idē lux lucis & lycos lupus dicitur q̃m noctu luce nõ egeat. A luce fit lucanꝰ, a, um, & anteleucanꝰ a, um, qđ eſt ante lucis tꝑs, & ſublucanꝰ ſub lucis tꝑe. Pli. xj. Nec omnino prius Vergiliarũ exortu ſublucanis tꝑibus. Lux autem ἀπὸ τῆς λύκης dicta eſt. λύκην ei veteres gręci appellant lucem quæ pręcedit ſolis exortum.

¶Luceo es, xi. ſplendeo. Cuiꝰ cõpoſita ſunt. Alluceo, ad aliquid ſeu iuxta aliqđ luceo. Colluceo ſimul ſeu totꝰ luceo. Pli. li. x. Inuſitata gña alitũ accepimꝰ quarũ plumę igniũ modo colluceant noctibꝰ. Diluceo diſtincte luceo. Gel. li. ij. Cõtra vero qui ſex horis poſterioribꝰ naſcitur eo die videri natũ, qui eã noctē diluxerit. Eluceo. extra ſiue multũ luceo. Lact. li. vij. Quis tã cæcus vt exſtimet ſine cauſa eſſe facta in quibus mira diſpoſitio ꝓuidentiſſimę rationis elucet. Aug. li. j. con. Hinc ſatis elucet maiorē habere vĩ ad viſẽdũ liberã curioſitatē quã meticuloſam neceſſitatē. i. clarũ eſt. Illuceo lucidꝰ ſum. Sed ad diē pertinet. Liui. Vbi illuxit recepere claſſem. Sed hic magis eſt ab illuceſco. Plau. in Cap. At pol te ſi hic ſapiat ſenex atra pix agitet apđ carnificē tuo q̃ capiti illuceat. Idē in Amph. Nũc te inqt quę manſiſti nũto vt cedas diei vt mortalibus illuceſcas clara & candida. Interdũ illuceſcere eſt illuminare & ſplendentē facere. Lact. lib. vij. Qui ſolem cũ cæteris ſyderibus illuxit. Interluceo in medio luceo. Cic. lib. iij. ad Heren. Prætcrea diſſimiles forma atq; natura loci cõparãdi ſunt vt diſtincti interlucere poſſint. Sed hic interlucere quaſi ĩnoſci eſt. Pelluceo ꝑ mediũ trãſluceo. Quin. Sed vt ĩterſe vincti atq; ita coeuntes, ne cõmiſſura pelluceat. Huius ſignificationis eſt Perluceo & tranſluceo. Seneca. de tranquillitate. Quid ꝑlucẽtes ad vnũ aquas & circũfluentes cõuiuia? Cic. li. ij. offi. Quaſi ꝑlucet ex his quas commemoraui virtutibꝰ. Colu. li. v. Vt nullo loco trãſluceat Polluceo, de quo alibi. Præluceo ãte luceo. Cicer. Ego meis maioribꝰ virtute pręluxi. Reluceo. Verg. lib. ij. Sigęa igni freta lata relucẽt. Subluceo aliq̃tũ luceo. Ouid. de meridie. Qualia ſublucẽt fugiẽte crepuſcula phœbo. Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies.

¶Luceſcere eſt clarum fieri. Plau. in Am. Tempus eſt exire ex vrbe priuſq̃ luceſcat volo.

¶Lucidus da, dum, qđ eſt clarũ, perſpicuũ, a quo Perlucidus & Trãſlucidus. Quin. li. viij. Similiter tranſlucida & verſicolor quorũdã elocutio res ipſas effœminat

¶Lucido das, dum, facio, illuſtro, a quo Dilucido qđ eſt declaro, ſeu diuerſis modis clarũ facio. Cic. li. iij. ad Heren. Nã qđ in dicendo rei dilucidandę & magnificãdæ cauſa dolũ appellauimus, id in dicendo honeſtius cõſilium appellabimus. Elucido, extra ſeu multum lucido.

¶Lucifico as, pen. cor. idem quod lucido, a quo Elucido. Nonius. Elucidificare luci dare, dictum a luce. Laberius. Si cito fulgentis ſplendore pecunię volo eludificare exitum ętatis meę.

¶Lucifuga pe. cor. qui fugit lucem.

✣Lucigena luce genitus. Cc.

¶Lucifer pen. cor. ſtella Veneris cum ãtegraditur ſolē cum ſubſequitur Heſperus.

¶Lucerna a luceo. Græce Lychnus vocatur, cuiꝰ pría corripiť, cum tñ a luceo producatur. Iuue. Diſpoſitæ mi ęgypti monſtrauere, vt auctor eſt Euſeb. libro decimo p̃parationis.

¶Lucernarius qui lucernam fert. Lucernula diminuti.

¶Lucens quod aliunde lucem habet. Ver. Lucẽteque globum Iuue. Lucibile quod per ſe lucet.

¶Lucetius dictus eſt Iuppiter, a luce quã præſtare hominibus putabatur.

¶Lucina penult. ꝑd. quę partui pręeſt, ꝙ partũ ferat in lucem Plinius. putat lucinam dici ꝙ oculis pręſit & luci. Sunt qui a luco deducãt qui Romę Iunoni ſacer eſt in exquilijs. Ouidius libro ſecundo. Faſt. Gratia lucinę dedit hęc tibi nomina lucꝰ. Aut quia principiũ tu dea lucis habes.

✣Lucinos dicimus quibus ſunt parui vtrinq; ocelli & breuis viſus. Cc.

✣Lucioſus dř qui interdiu parũ aut nihil videt veſperi autē ſatis, & huiuſmodi morbꝰ Lucio nuncupatur. Cc.

¶Lucius prænomẽ eius qui primꝰ ita vocatus, qa oriente luce natus eſt. Sic lucia nomẽ mulieris pe. cor. proferri debet, contra communem vſum. Lucius etiam piſcis.
¶Lucilius, & lucullus noĩa ꝓpria a luce deducta.
¶Luculentꝰ ta, tum. qđ eſt luce plenũ, ſplendẽs. Plau. in Cur. Pulchrũ & luculentũ hoc nobis hodie euenit ꝓ-liũ Sal. Tum. M. Tullius orationẽ habuit luculentã & vtilẽ. reip. Hinc aduerbiũ luculẽter clare & ſplendide. Hiero. De quorũ vitijs morbibuſq; mirificis quę luculẽter ipſe conſpexi libellũ ipſe cõſpegi.
¶Lucubro as. pe. cor. vigilo, & ad lucernã aliquid compono. Vnde lucubratio vigilia & opꝰ qđ lucubrãdo fit. Var. de orig Non ſolũ ad Ariſtophanis lucernam, ſed ẽt ad Cleantis lucubraui. Liuiꝰ. lib. j. Sed nocte ſera deditam lanę inter lucubrantes ancillas in medio ędiũ ſedẽtem inueniunt. Hiero. in prologo. Iudith. Hinc vnam lucubratiũculã dedi. Sunt & lucubrationes ruſticanę veſpertina & antelucana qñ a veſpere & ante lucẽ cõficiũt intra villã opera rei villaticæ cõducibilia. Colu. lib. xij. Itẽ ad lucubrationẽ veſpertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem.
¶Lucus nemus arboribꝰ denſum deo ſacrũ a luceo per antiphraſim dictũ, eo qꝫ nõ luceat, quoniã cum nullæ illic arbores propter religionẽ cederentur, opacus & ſine luce erat. Sunt alij qui non ꝑ contrariũ deducant, ſed ꝓpter lumina crebra ſacrificioꝝ q̃ ibi nocturno tpe fiebãt ꝫ Vel lucus, a luca, dictione Ethruſca & hebræa qđ eſt ſenex, vetus & ſenatus, quaſi locus religioſus, ſeniorũ curia & tẽplum prout deſcribitur a Vergilio. Enei. viij. Templũ auguſtũ, Ingens centũ ſublime columnis horrendũ ſiluis & religione parẽtum hinc ſceptra accipere & primos attollere falces regibus omen erat hoc illis curia. Templũ nec multũ differt a fano de quo ſupra dicit ergo lucus locus ſenatorius vbi ſenatus exequebatur cõſilia faſces luſtrationes & auſpicia hinc lucumones nomen eſt ſenatorię dignitatis. Dicitur etiã lucus us. pro luce. Teren. Cũ primo lucu. i. prima luce, & cũ primum ſol illuceſcit Lucus martis dictus in quo Mars Iliã veſtalem virginẽ cõpreſſit, vt eſt apđ Iuſtinum & plu. Luculus & lucellus diminutiua ſunt.
¶Luco as. licet nõ ſit in vſu a luco ſiue a luce fieri puto Cuius cõpoſita ſunt Colluco, quod eſt ramos ſyluæ decido. Interluco idẽ ſignifi. Subluco ſuccidẽdo illumino.
¶Lucar pretium quod eſt lucis captatur, vel erogatio q̃ in lucis fiebat.
¶Lucani feſta quę in luco Romani faciebant, q permagnus erat inter viã ſalariam & Tyberim, pro eo qꝫ victi a Gallis fugientes e prælio ibi ſeſe occultauerant.
¶Luceria vrbs Apulię, quæ & Auſonum Colonia fuit.
¶Luceres ſiue lucerẽſes, tertia ps ppli Romani Romani diſtributa a Tatio & Romulo, ſic appellati alucumone, ſiue a lucerio ſiue a luco quẽ Aſylũ Romulus vocauerat. ¶Lucerius Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduerſus. Tatium.
¶Lucumo propriũ viri nomẽ, a quo lucumones appellati, qui poſtea lucrẽſes ſunt dicti. Hi fuerunt Tuſci. varro. Dimicantẽ Romulum contra. T. Tatium alucumonibus id eſt tuſcis auxilia petiſſe.
¶Lucrũ a luendo ſi ãplius exolueret q̃ quanti eſſet emptũ. A quo Lucroſus ſa, ſum, plenũ lucro. Pli. lib. xviij. Et auctionibus eam adhiberi lucroſum putant.
¶Lucellum diminutiuũ paruũ lucrum. Hor. in ſer. Deſine guſtarit tecũ partita lucellum.
¶Lucrifuga qui lucrũ fugit. Plau. Cũ hos huc adij lucrifugas, damni cupidos. Cc.
¶Luctiones dicti ſunt qui vndiq; lucrari cupiunt.
¶Lurcinꝰ pe. ꝓ. lacꝰ. Campanię in ſinu Baiano, cõtra puteolos ꝓpinquus Auerno lacui, adeo vt in maximis qñq; tempeſtatibus cõiũgi ſoleat. Dictus a lucro ꝓpter multitudinẽ piſciũ qui capiebatur. De vtroq; Mar. Dum modo lucrino modo ſe permittit Auerno,
¶Lucretilis, mons in Sabinis.
¶Lucta conflictus.
¶Lucto as. apud antiquos & luctor deponẽs ſignificat cõtra aduerſariũ omni adhibita vi nitor cõfligo, quia in huiuſmodi conatu membra ſoluuntur. Verg. Luctantes vẽtos. Ser. Hoc eſt egredi laborãtes. Aliqñ luctari eſt ludere. Lactã. Ne qñ in laqueos & fraudes illius aduerſarij noſtri cum quo nos deus luctari voluit, incideremus. Teren. in He. Dicitq; illi anulũ ſeſe dũ luctat detraxiſſe. Hinc luctatio ludus quo alius alium nitit in terrã ꝓſternere. Cõpoſita ſunt Collucto. Lact. de opi. Nam & ille colluctator & aduerſarius noſter ſcis quam ſit aſtutus, & idẽ ipſe violentus. Obluctor acrius contra aliquẽ nitor. Collumella libro. vij. Sępe etiã vel grauitate longioris, vel cũ in ꝓſcindendo, aut duriori ſolo, aut obuiæ radici obluctatꝰ cõuellit armos. Reluctor ꝓ repugno. Idẽ li. j. Nam cũ veteri aſtruitur recẽs ędificiũ quaſi aſſurgenti, reluctans oneri cedit. Quintil. Cũ a me qdã familiariter poſtularẽt vt aliqd de ratione dicendi componerem diu ſum equidem reluctatus.
¶Luctitor frequentatiuum. Vnde Priſcia. poſuit apud vetuſtiſſimos luctito pro luctitor inueniri.
✤Lucũter genꝰ eſt panis piſtorij. Cc.
¶Lugeo luges luxi luctũ, quaſi luce egeo propter cõtinuum luctũ. Vel dicitur a Luo, qꝫ luctꝰ vitam hoĩs ſoluat. Eſt enim lugere valde flere. Lactan. li. iiij. Quis tã facundꝰ & tanta rerũ verborũq; copia inſtructꝰ exiſtet q̃ oratio tanta affluentię hubertate decurrens? vt illam crucem merito deploret, quam mũdus ipſe & tota mundi elementa luxerũt? Et eſt lugere in luctu hoc in lugubri habitu eſſe ex obitu chariæ neceſſariæq; pſonę Vñ Luctꝰ, vt Cic. lib. iiij. Tuſ. inqt eſt ęgritudo ex eius qui charus fuerat interitu acerbo. Scribit Dionyſiꝰ hali. lib. v. Romanas matronas Valeriũ publicolam Brutũq; luxiſſe ãnuũ tempus depoſitione auri auri & purpuræ, vt eſt illis luctus conſuetudo in neceſſariornm cognatorũq; funeribus. Huiꝰ verbi cõpoſita Prolugeo de quo alibi. Elugeo qđ eſt luctũ depono. Vñ Agretiꝰ Eluxit q luctũ depoſuit. Illuxit cũ lumẽ apparuit. Liui. Quid aliud ĩ luctu quã purpurã aut aurũ deponũt fœminę? Quid aliud cũ eluxerũt, ſumũt. Aliqñ elugere eſt lugẽdo deflere Ci. Patriã eluxi iã & grauiꝰ & diutiꝰ q̃ vlla mater vnicũ filium. ¶Luctus us. non ſolum ploratio dicitur ſed etiã inſigne iudiciũq; mœrentis, ſicut eſt veſtitꝰ niger & pullus. Sępe eĩ ipſe habitꝰ vultuſq; & veſtis luctus dr̃. Nã in luctu atrati ſunt, purpura auroq; depoſitis, cũ eluxerũt nigrã veſtẽ exuunt, purpurãq; reſumũt. Antiqui ẽt declinabant lctus cti. Actius. Ceſſo hinc ire & rapere lucti veſtem in lecto coniugis.
✤Luctiferum dicimus ferens luctum. Cc.
¶Luctuoſus, ſa. ſum, luctu plenũ. Sal. Virorũ more pugnantes cruentam atq; luctuoſam victoriã hoſtibꝰ relinquatis. Et luctuoſus dicitur qui eſt in luctu.
¶Luctificꝰ ca, cum. pe. cor. quod luctum inducit.
¶Lugubris & hoc lugubre pe. cor. quod ad luctũ ꝑtinet vt veſtis lugubris quæ defertur ꝓ morte alicuiꝰ chari.
¶Ludus dr̃ in factis, iocꝰ in verbis. Et ludꝰ in ſingulis de priuatis & de exercitatione gymnaſtica cũ multorũ cõuentꝰ ab vno eruditur pręceptore. Vnde & pro ſchola & loco ſumitur in quo exercentur docẽturve. Sic dicimꝰ ludũ paleſtrę, ludũ pilę, ludũ gladiatorũ, ludũ muſicũ, ludũ literariũ. Suet. in Cæſa. Formã qua ludũ gladiatoriũ erat ędificaturus conſiderauit. Aſco. omnem, ſcholam ludũ dixere Romani. Quin. Quia, diuitem illum ꝑ miſeram patrem in ludũ vendiderũt tãquã decepti hoc eſt gladiatorũ. Cic. de ora. Tum hoc in ludo nõ præcipitur. Faciles enim cauſę ad pueros deferũt. Et ſtatĩ poſt. Hęc eſt in ludo cauſarũ fere formula. Vbi de grãmatices ludo locutus eſt. Sene. Dionyſius tyrannus de regno eiectꝰ ludi mgr̃ factꝰ eſt. De ludo muſices ĩtellit. Luſꝰ vero & luſio ad voluptatem magis pertinent ſine vlla arte & puerorũ proprie dñr. Quint. Nihil me luſus offenderit. Et paulo poſt. Sunt etiam nõnulli acuendis ingenijs nõ tñ inutiles luſus. Cic. Ex multis luſiõibus nobis ſenibꝰ talos relinquant & teſſeras. Vbi de voluptate ſenili locutus eſt. Ponitur tamen qñq; luſus pro ludo. & ludꝰ pro luſu. Similiter luſus pro ioco, opponiturq; ſerio, quẽadmodũ & iocus. Pli. iunior Ariſtoni. Quos quãtoſq; auctores ſequar facile ĩpetrarij poſſe cõfido vt errare ſed cũ illis ſinãt quorũ nõ ſeria modo, verũ luſꝰ etiã exprimere laudabile eſt. Eodẽ mõ ludꝰ. Hora. Sed tamen amoto quæramꝰ ſeria ludo. Ludy ero tñ plurali nũero, ſpectacula publica ſignificãt. Cic. in Ver. Inter binos ludos Fuerũtq; apud græcos quatuor ludorũ gñ a præcipua ſcilicet olympici, pithij, iſtmici. & nemeęi, de qbus dictũ ẽ i dictiõe certamẽ. Ludi apđ Romanos etiã quatuor erãt Megalenſes, funebres, plæbei, & apolinares.
✤Ludiꝰ & ludio ꝓ ioculatore hiſtrione, & ludia ꝓ ioculatrice. Mar. Hermes cura laborq; ludiarũ. Liui. Acciti ex Hetruria Romã ludiones, qui ad tibicinis modum ſaltabant. Ouid. Ludius ęquatam ter pede pulſat humum.
✤Ludias legimꝰ fœminas appellatas. Mar. Ludiã quã dam gaditanam ſaltantem vidimus ſemicinctam. Cc.
¶Ludo, is, ſi, ſum, ludũ exerceo, & cõſtruit cũ ablatiuo. Interdum etiã cum accuſatiuo. Sueto. de Augu. Aliqñ vt vincat ludit aſſidue aleam. Teren. ĩ Adel. Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris. Interdum ludere eſt deridere. Plaut. in Aſi. Nec me cur laudatis ſcire poſſũ. Interdum decipere. Teren. in Adel. Cur non ludo hunc aliquantiſper, melius eſt quandoquidẽ hoc nũ quã mihi voluit credere. iterdũ locari vulgo ſcrizare ſolazare. Pli. ad fabiũ. Ludere me putas, ſerio peto. Intellexit enĩ ſe non ioco agere ſed ſerio. Terentius in Adel. Congruum iſtum maximum ĩ aqua ſinito ludere pauliſper. Interdũ canere pulſare. Gel. Is optime ludere a magiſtro eius dicerat. Interdũ verſibꝰ ſcribere Verg. Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Interdũ amittere. Terent. in Phor. In illis fructus eſt, in illis opera ludit. Vbi notãdum ludo modo actiuũ, modo neutrum eſſe, vt ex his q̃ ſcripta ſunt intelligi licet. Conpoſita ſunt Alludo, Colludo. Vnde Colluſcor ſociꝰ ĩ ludo. Cic. Lẽticulã de alea cõdẽnatũ colluſorẽ ſuũ reſtituit. Verg. li. j. Georgi. poſuit pro ſimul mouere. Sæpe leuẽ paleã, & frõdes volitare caducas. Aut ſũma nantes in aqua colludere plumas. Iuriſconſulti Colludere dicũt aliquos cum diuerſam partem adiuuant, prodita cauſa ſua Sic enĩ cliẽtẽ ſuũ ſimul cum aduerſario ludũt, id eſt fallũt ac decipiunt. Deludo, derideo, decipio. Plautꝰ in Aſi. Furcifer etiamme deluſiſti. Idẽ. Quid me deluditis foras? Eludo, Illudo, Præludo, anteludo. Ambro. li. i. offi. Qui diſciplinam bellicam vul aſſequi quo die exercetur armis & tanquam in procinctu poſitus præludit prælium. Hinc præludiũ quod proprie ſignificat precentionem, hoc eſt quod ante inchoationem cantus præmitti ſolet fauoris emerẽdi gratia, & hęc habent pen. prod.
✤Ludibundus dicitur ludens. Cc.
¶Ludifico as, derideo, ſeu per iocũ & ludũ fallo. Plau. in Caſ. Iã hic eſt lepide ludificatꝰ. Inuenit etiã ludificor deponẽs. Terentiꝰ. in Phor. Ergo ſic me ludificamini.
¶Ludibriũ ꝓprie vbi ludimꝰ deridemuſq;, & qđ ludẽdi cauſa expetimꝰ. Vergiliꝰ. Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Vnde haberi aliquid ludibrio dicimus, id eſt deriſui & cõtẽptui. Terentiꝰ in Hecy. Non ſic ludibrio tuis factis habitꝰ eſſem. Ambro. de Agnete pro coitꝰ peccato poſuit cũ ait. Cum quibus libidinis ſuę ſe poſſe credebat ludibrium exercere.
¶Ludicrum ſubſtantiuũ dici poteſt quodcũq; luſoriũ, ac ioculare. Liui. lib. j. Et cũ his creſcente indies grege iuuenũ ſeria ac iocos celebrare, iã tñ in palatino monte lupercal hoc fuiſſe ludicrũ ferũt, & a Palanteo vrbe Arcadica palatiũ, deinde Palatinũ montem appellatũ, ibi Euãdrum ex eo gñe arcadum qui multis ante tẽpeſtatibus ea tenuerũt loca ſolenne allatũ ex Arcadia inſtituiſſe vt nudi iuuenes licium Pana venerantes per luxum atq; laſciuiam current, quem Romani deinde vocauerũt inium Hinc deditus ludicro &c.
¶Ludicrus a, um, luſorius iocularis leuis. Ver. Neq; leuia aut ludicra petuntur premia. Vñ ars ludicra, ars hiſtrionica & ſcęnica dr̃ Priſcian. hic & hęc ludicris & hoc ludicre declinatũm, cũ tamen ſic in declinando ludicra non ludicria faceret.
¶Lues dr̃ cum in vrbe aut in agro febris aliudve morbi genus hoĩes, vel pecora ſiue vtrunq; corripit, interdum arbores & ſata. Peſtis quæ aut cito occidit, aut cito abijt ab eo quem inuaſit.
¶Lugdunũ ciuitas Galliæ apud aquitaniã, quam Plancꝰ cum Galliam comatam regeret traditur cõdidiſſe. In ea fluuij Liger & Garumna.
ꝫ Hęc vna cũ tota regiõe, Senecæ tpibꝰ fatali igne exuſta eſt. Hinc Plotinꝰ, qui primus Romę latine theoricam docuit originem duxit.
¶Luma genꝰ ſpinę quę in pratis naſcitur & locis vliginoſis, ſic dicta qꝫ agricolę eã e terra luũt, id eſt ſoluunt. Hic lumeta loco lumis plẽa & lumaria falx q̃ lumeta ſecantur. ¶Lũbrici vermes terreni a lubricitate dicti.
¶Lumbus pars corporis qua libido deſignatur. Sunt eĩ lumbi a cinctura ad nates, a quibus venereus liquor defluit Vñ & apud poetas ſumit qñq; pro mẽbro pudẽdo. Plaut. Exporgite lũbos & extollite. Et ĩ Pria. Criſſabit tibi fluctuante lũbo. Dr̃ etiam lumbus de brutis. Hora. li. j. Ser. Curto ire licet mulo vel ſi libet vſq; tarentum. Mantica cui lumbos onere hulceret ac eques armos. Hinc fiunt elumbus vel elumbis & delumbe.
¶Lũbare tegmen quo pudenda tegũtur, vt apđ Hie. Sicut tu poſuiſti lũbare iſtud ad lumbos tuos.
¶Lumbago, vitium & debilitas lumborum.
✤Lumen quaſi lucimẽ, a quo luminoſus ſa. ſum, qđ eſt clarum. Cic. Cũ ſint maximæ luminoſæ partes duæ & quaſi, iactuoſæ. Hinc etiam luminoꝝ quo illumino as & relumino quod eſt lumen reddo.
¶Luminare qđ lumen habet. Hieronymꝰ in Geñ. Fecit deus duo luminaria magna, vnum vt pręeſſet diei, alterum vt præeſſet nocti.
¶Luna a lucendo dicta qꝫ noctu ſola luceat. Alij lunã quaſi lucẽ alienã dicũt qꝫ lumẽ a ſole recipiat. Ci. Tũ illa q̃ luce lucet aliena. Vel luna dr̃ qꝫ ſit luminũ vna vtcũq; eſt ꝑ grecoꝝ imitationẽ eſt σελήνη γὰρ φασὶ λέγεσθαι διὰ τὸ σέλας τὸ φῶς καὶ ἄνω ὅτι ὑπὸ ἡλίου ἀναλαμβάνειν ἐλήνη. Id eſt gręci aũt aiunt dici σέλας lumẽ a ſurſum qm̃ lumẽ a ſole ſumat luna. Hinc pleniluniũ qđ eſt cũ luna quinta decima & rotũda eſt. Vel pleniluniũ dicitur lunę oppoſitio. Pli. li. xviij. Cũ vero occidente ſole orietur ſcilicet luna exaduerſo, ita vt pariter aſpiciãtur tũc erit pleniluniũ. Interluniũ cũ apparere deſierit, & noua fit, & coeũte vel ſilenti luna, vnde lunę cõiunctio dr̃ dies ſilentis lunæ Diminutiuũ a luna eſt lunula.
¶Lunaris & hoc lunare, qđ ad lunã ꝑtinet, vt lunaris ratio lunaris annus qui menſe vno ſuum efficit curſum.
¶Lunaticꝰ morbꝰ dictus eſt, quod eũ qui interlunio natus eſt hunc morbum fere pati compertũ eſt. Qui & Comitialis a quibuſdã etiã appellat. Sed diuerſum eſſe oſtẽdit Firmicus lib. iiij. math. cum inquit. Et ſi luna male uerit collocata, aut ſpaticos, aut lunaticos, aut caducos facit. Eſt autem proprie lunaticus, q aut ab inſania vexatur certis lunæ temporalibus, aut grauatur morbo.
¶Lunatꝰ a, um, qđ eſt ad lunę ſimilitudinẽ factũ, vel qꝫ habet ſpeciẽ lunę, Tres eĩ ſũt figurę creſcẽtis lunę. Nã mõ curuat ĩ cornua, mõ in orbẽ circũacta, vt cũ eſt plena & ſoli aduerſa. Mõ dimidio orbe cęſa, hoc eſt cũ equa ꝓportione diuiditur. Et ob id a noſtris diuidua vocat
✤Lunẽſis caſeus dicebatur, qui magnitudĩe cõſpicuus habebatur, cũ ad ſingula millia põdo peremeret. Mart,

Caſeus Hetruſcę ſignatus imagine lunę Pręſtabat pueris prandia mille tuis. Cc.

¶Luo is, lui, ſignificat perſoluo. Liui. Vt tandem debito ſupplicio ſcelꝰ lueret, i. ſolueret ſeu purgaret. Tractũ a pecunia, quia apud antiquos pœne pecuniariæ fuerũt ſed gręcũ λὐω λυειϛ λυει. Id eſt ſoluo uis, uit. Interdum luere eſt ſuſtinere pati. Iuſti. li. j. Quicũq; capi potuerũt ſupplicia crucibus luerũt. Dicimus etiã luo capite ſicut mulcto & punio. Liui. li. ix. Obſides etiã ſexcenti ĩperati capite luerũt. Hĩc componitur Reluo ꝓ ſoluo ſeu repignero. Nam ĩ alia ſignificatione componitur lauo ſicut diluo & proluo.

¶Lupꝰ græce λυκοϛ animal rapax cuius fœ. eſt lupa. Et lupꝰ genꝰ piſcis p̃cioſi qui varolus a quibuſdã Sturio dr̃ Et ſub oſtia fluuiorũ captus etiã laneus lanatuſve apellatur. Mar. Laneꝰ euganci lupꝰ excipit ora Timaui Aequoreo dulces cũ ſale paſtꝰ aquas. Sunt illi cũ mugili naturales inimicitię. Itẽ lupus genꝰ eſt freni aſperrimi a lupinis dentibꝰ dicti quia inæquales ſunt, ſiue quia duritiam habẽt lupini dentis & ꝓpter morſus eoꝝ aſperrimꝰ His frenis vtebanť Galli. Ouid. de triſ. Et placido duros accipit ore lupos. Itẽ lupus eſt ĩſtrumẽtũ aducũ quo vaſa q̃ in puteũ forte ceciderũt extrahunť, harpax græco vocabulo & harpago noĩatur. Itẽ lupꝰ Aranei genꝰ quo noĩe etiã dicta eſt hęrba q̃ aſparagi vice mandi ſolet, q̃ & lupꝰ ſalictariꝰ ꝙ ſalices ad ſimilitudinẽ vitis aſcendat. Item lupꝰ vt Palladiꝰ auctor eſt, ſerrula manubriata vocatur.

☧Lupꝰ vlcꝰ eſt tibias maxĩe infeſtans. Eſt & lupus ceruariꝰ aĩal cuiꝰ tãta eſt obliuio, vt in ſũma fame mãdẽs, ſi reſpexerit nõ recordeť cibi, ſed digreſſꝰ aliud querit.

¶Lupꝰ eſt in fabula ꝓuerbiũ natũ eſt, ꝓhiſici affirmãt eũ a voce deſeri quẽ prior lupꝰ viderit. Quod eſſe fertur cũ ille ſuperuenit de quo loquimur & nobis ſua p̃ſentia amputat facultatem loquẽdi. Verg. Vox quoq; Mœrim Iam fugit ipſa lupi mœrim videre priores. Lupũ auribꝰ tenere prouerbiũ eſt qđ in re ancipiti periculoſaq; dici ſolet. Nã qui auribus lupũ tenet, nec eũ dimitere audet nec retinere poteſt ſine periculo. Hiero. cõtra Io. origeniſtam. Nũc vero quaſi auribꝰ lupũ appręhenderis, nec tenere potes, nec audes dimittere. Suet. in Tibe. Cunctandi cauſa erat metus vndiq; imminẽtium diſcriminũ vt ſæpe lupũ ſe auribus tenere diceret.

¶Lupa cũ ſit fœ. poniť tñ qñq; ꝓ meretrice, ꝙ vt illa cibi, ita hæc vel libidinis vel quæſtus appetitus ſit.

¶Lupanar pe. ꝓ. ſumiť ꝓ turpi meretricũ loco. Aug. li. xviij. de ci. dei. Meretrices aũt lupas vocabãt. Vñ etiã nũc turpia loca earũ lupanaria nuncupãtur. Amb. adiectiuum poſuit cũ ait, Cum meretricibꝰ ſcortaberis in cõtubernio lupanari. Dicitur & lupanarium. Vlpianus de petitione hęreditas. Licet a lupanario perceptę ſũt nã & in multorum honeſtorũ virorũ prædijs lupanaria exercentur. ☧Lupanaris & hoc lupanare vt ĩfamia lupanaris, apđ Apul. pro ſpurca fœda & meretrica. Amb. Cum meretricibꝰ ſcortaberis in contubernio lupanari.

☧Lupanariꝰ q venať lupos. Ser. in cõmẽ. Geor. Cõſtat eñ lupanarios canibus tinctis veneno lupos necare.

¶Lupanari ſcortari, meretricari. Accius. Qui cum meretrice per vias habitu noſtro lupanatur.

¶Lupatũ idẽ quod lupus ꝓ fręno aſperrimo. Ver. Preſſiq; negabũt Verbera dura pati & duris parere lupatis. Dicta lupata vt Ser. inquit a lupinis dẽtibꝰ qui inæq̃les ſũt Vnde & eorum morſus vehementer obeſt.

¶Lupinus na, um, qđ eſt lupi. Pli. Maſſurius palmã lupino adipi dediſſe antiquos tradit. Lupinꝰ ſubſtãtiuum genꝰ leguminis ꝙ nõ minꝰ terrã appetat voraxq; illiꝰ q̃ lupꝰ, & tellurẽ adeo amat vt q̃uis frutetoſo ſolo coniectũ inter folia veſpreſq; ad terrã tñ radice perueniat.

¶Lupercal a lupa diciť locus ſub palatino mõte ſacratꝰ ab Euãdro Pani deo archadię q lyceus vocať q̃uis q d ĩ ita appellatum velint, ꝙ lupa ibi remũ & Romulũ nutriuerit Oui. in faſt. Illa loco nomẽ fecit locꝰ ille lupcal. Magnati nutrix p̃mia lactis habet. Vel dr̃ a luẽdo, ꝙ ibi ꝑ caprum luebať, hoc eſt ſacrificabať, vt ſit dictio ex tribꝰ oronis partibus cõpoſita quaſi luere ꝑ caprũ.

¶Lupercalia etiam ſacra q̃ in eo loco fiebant mẽſe februario, græci lycea vocant.

¶Luperci dicti ſunt quaſi ex illorũ miſteriorũ ſemĩe exorti, ſiue vt Var. putat ꝙ lupercalibꝰ in lupercali ſacra facerent nudi in honorẽ Panos. Cic. inſectať. M. Ant. ꝙ in lupcalibꝰ in quibꝰ ſedebat Cęſar amictꝰ toga purpurea in ſella aurea coronatꝰ ſe lupercũ exhibuerit. Nam nudi ſacerdotes luperci currẽdo luſtrabãt ciuitatẽ & verberabãt p̃gnãtiũ manꝰ mulierũ vt facilioris eſſent ꝑtus zona ex corio capri. De his Oui. Quis vetat arcadico dictos a mõte lupcos ſFaunꝰ ĩ arcadia tẽpla lycęus habet.

¶Lura os culei ſiue vtris ab antiquis dicta eſt.

¶Lurcones dicti ſunt guloſi & bonoꝝ ſuoꝝ cõſumptores. Plau. in Perſ. Perennis hęrbę lucro, edax, furax, fugax. Lucil. Edite lurcones comedones viuite ventres.

¶Lurco as, cibum cum auiditate nimia ſumo. Pompo. Lardum lurcabat lubens.

¶Luridꝰ a, um, pe. cor. quod eſt ſupramodũ pallidum, quaſi loridũ, quaſi loro percuſſũ, & liuidũ factum. Hora. li. car. Doletq; partus fulmine luridũ miſſos ad orcum. Hier. ad Oceanũ. Lurida ora, ſparſum crinẽ, ſquallidas manus ſordida colla ſummittere.

¶Luſcinia auis dicta ꝙ lugẽs canat. Hanc philomenã græci vocãt, q̃ peruigil cuſtos cum oua quodã ſinu corporis & gremio fouet inſomnẽ longæ noctis laborẽ cantilenæ ſuauitate ſolatur. Hæc auis a poetis quãdoq; dr̃ arthis, quaſi attica. Martia. Sic vbi multiſona feruet ſacer atthide lucus.

¶Luſcꝰ ꝓprie qui altero captꝰ eſt oculo, qualis fuit Hãnibal, de quo Iuue. Portaret bellua luſcũ. Qñq; tñ diciť qui eſt hebetioris viſus. A luſcus fit eluſco as, qđ eſt luſcũ facio, & oculũ eruo. Scribit Iulianus iuriſcõſultus. Aquilia lege teneri eũ qui eluſcauerit diſcipulũ ĩ diſciplia

¶Luſcitus pe. ꝓd. qui hebeti viſu eſt, & qui melius noctu quam die videt.

¶Luſcioſus ſiue luſcitioſꝰ & luſteroſus dr̃ qui Propter vitiũ oculorũ paꝝ videt, ꝙ .ſ. luſcos imiteť qui clarus veſperi q̃ meridie cernũt, vt ĩquit Feſt. Pla. in mili. Aedepol tu quidẽ cæcus nõ luſcioſus eſt. Pli. Sanguine hirci ſanari luſcioſos putat, hos gręci myopes & nyctopolas vocãt, morbꝰ ĩpe luſcio vocať. Sũt q ita diſcernãt, vt luſcioli dicãť qui ad lucernã nõ vidẽt myopes qui minutius cernũt. ¶Luſitania ꝑs vlterionis hiſpanię q̃ nũc portugaliã appellãt. Scribit Pli. Luſum liberi patris ac lyſã cũ eo bacchãtẽ nomẽ dediſſe Luſitaniæ Hęc oceano occidẽtali alluiť, ĩ q̃ ẽ ciuitas Emerita, & portugalię regnũ

¶Luſitanũ littus pollet gẽma ceraunio qđ indicis p̃ferunt, aduerſus vim fulgurũ creditur opitulari.

¶Luſito as, pe. cor. frequẽ. eſt verbi ludo. Plau. in cap. Nã vbi illo adueni quaſi patricijs pueris, aut monedulę aut anates, aut cothurnices dantur quibuſcum luſitent.

¶Luſorius a, um, qđ ad luſum ſpectat, vt tabula luſoria qua teſſeris luditur.

¶Luſtrũ ferarũ habitaculum in ſyluis a luto ꝙ ſit lutoſa lacuna. Verg. Non abſũt illis faltꝰ ac luſtra ferarum. A qua ſimilitudĩe ij, qui in locis abditis ac ſordidis deſidię & vẽtri indulgẽt in luſtris vitã agere dñr, ꝓpter qđ & luſtra dñr popinę & lupanaria vbi habitãt lupę. i. meretrices. Cic. li. ij. phil. Cũ oẽs impuritates impudica in domo quotidie ſuſceperis vino luſtriſq; cõfectus. Idem Caſſio. Quę aũt in luſtris & in vino cõmẽtatio potuit eſſe? Et luſtrũ dr̃ ſpatiũ quinq; annorũ, a luendo, hoc eſt ſoluẽdo, ꝙ quinto quoq; anno vectigalia & tributa ſoluebanť & vrbs luſtrabať. i. ſacris purgabať, q̃ purgatio vrbis etiã luſtrũ dicebať. Liu. li. ij. Oẽs cẽturię & æquites in campũ martiũ cõuocati ſue oue tauro ceſis immolarũt, qđ luſtrũ ẽ dictũ, ſicq; a ſacrificio illo ceſꝰ obtinuit



nomẽ luſtri. Quia vero ſenſꝰ ipſe ſiue luſtrũ ſingulis quinq; annis habebatur cẽſorũ magiſtratus inualuit cõſuetudo vt luſtri appellatione ſpatia quinq; annorũ appelleť.

¶Luſtro, as, circundo. Lact. li. ij. Sed luna quæ orbẽ illũ ſigniferũ. xxx. dierũ ſpatio luſtrat. Interdũ luſtrare ſignificat expiare. Liui. li. iij. Ibi inſtructũ exercitũ oue, ſue, tauris tribus luſtrauit. Interdũ aſpicere agnoſcere. Cic. li. iij. offi. Sed cũ oĩa ratione atq; animo luſtraueris. Interdũ ſequi. Ver. At me cum raucis tua dũ veſtigia luſtrũ. Interdũ patefacere clarificare, vt idẽ. Poſtera phœbæa luſtrabat lãpade terras. Interdũ inumbrare. Vñ luſtra ferarũ cubilia & lupanaria ꝑ cõtrariũ dicimꝰ, qa parũ illuſtrãtur. Interdũ circũſpicere. Ver. lib. iij. Oĩa colluſtrans hanc primũ ab littore claſſẽ Conſpexi venientẽ Et luſtrare qđ vulgo dicitur monſtrũ facere. Cuiꝰ ſententiæ duo ſũt verba, recognoſco ſcilicet & recenſeo. Huiꝰ verbi compoſita ſunt colluſtro, qđ eſt circunſpicio. Cic. lib. x. Tuſ. Ego autem cũ oĩa colluſtrarẽ oculis aĩaduerti colũnellam. Illuſtro, perluſtro quod eſt perfecte circũ reuideo. Liui. lib. j. Hercules ad primam auroram excitus cum gregem perluſtraſſet oculis.

¶Luſtror aris, deponẽs ſignifi. ſcortor, a luſtris abditis locis. Plau. in pſeu. Luſtrantur comedũt qđ habent.

¶Luſtralis & hoc luſtrale, quod ad luſtrũ pertinet. Liui. li. j. Sacrificiũ luſtrale in diem poſteũ parat. Luſtralia exta veteres dixerũt prępinguia eo ꝙ luſtralis. i. quinquennalis bos dicitur eſſe perfectę ętatis.

¶Luſtricus a, um. Vñ luſtrici dies infantiũ appellãtur puellarũ octauus pueroꝝ nonus, qa his infantes luſtrãť & noĩa eis ĩponunť. Et qui eos luſtrãt luſtratores vocãť & fœminę luſtratrices, & qui luſtranť luſtrati nominanť.

¶Luter vas quo vinum diluitur. i. aqua miſcetur. Nã & luto & loto pro diluo a veteribꝰ vſurpatum eſt.

¶Lutum cœnũ ſiue ſordes habet primã correptã. Iu. Cõpoſitiq; luto nullos habuere parẽtes. Hic luteꝰ a, ũ, qđ eſt ex luto. Tibul. Sed nimiꝰ luteo corpꝫ tĩgit amor. Fit aũt lutũ a luo luis. ἀλλὰ ἅπαντα ταῦ τα ἀπὸ τοῦ λυειν ἀς ἀνω λελ... i. Sed oĩa hæc a verbo græco λυειν ꝙ eſt ſoluere vt ſupra diximus.

¶Luto as, luto inficio. Vñ lutatus luto infectus. A luo fiunt compoſita deluo, & eluo, de quibus ſupra ĩ dictiõe deluo dictum eſt.

¶Luteſcere ſignificat lutum fieri.

¶Luteꝰ color rubeꝰ ſanguinolẽtus, nã eſt ſanguini cõſimilis, a λυτρον, qui eſt cruor. Gelliꝰ latinũ putat. & a luce deduci. Ait enim luteꝰ q̃ ruſꝰ color eſt dilucidor. Vñ nomẽ quoq; factũ videť. Alij a luo ꝙ ſit quaſi dilutꝰ hoc eſt ſolutꝰ & decoloratꝰ rufus. Eſt enim luteꝰ color dilutior rutilus qualis eſt color auri. Vnde violę eius coloris luteolę dicuntur. Et lutea hęrba qua chryſocolla tingiť quę naturam lini ſeu lanę habet ad ſuccum bibendum. Et vitellum in ouo oui luteũ vocamus. Idem color cærinus appellatur a cære colore. Idẽ & flameus dr̃. Plin. Lutei video honorẽ antiquiſſimũ in nuptialibꝰ flameis totum fœminis conceſſum. Hinc flamea appellabant veſtimenta lutei coloris, quibus flaminica vtebatur. Luc. Lutea demiſſos velarunt flamea vultus. Huiꝰ noĩs prĩa pro. Perſ. Iã clamydes regum iam lutea gauſapa captis. Iuuen. vero primam corripuit. Incude & luteo vulcano ad rhetora miſit.

¶Luteolꝰ dimi. Ver. Mollia luteola pĩgit vaciniacalta

¶Luxo as, ſoluo. Pli. li. xvij. Aut circunfoſſos, vel etiã ſub arato imprudẽs luxauit radices. Vñ luxa ſiue luxata mẽbra dñr ſuis locis mota & ſoluta. Et luxati dñr quorum mẽbra ſuis mota ſunt. Idem. Altheæ radix decocta luxatis prodeſt. Hic luxurioſi dicti ſũnt, qui in rę familiari profuſi atq; ſoliti ſunt.

¶Luxus us. luxuria & luxuries non ſolũ pro re venerea ſed etiã & fere ſemꝑ ꝓprieq; pro omni ſupfluitate & nimia profuſione & ſũptuoſiore cibi veſtitus & aliarũ rerũ cura dici ſolẽt. Cic. lib. j. offi. Intelligimus quã ſit turpe deſluere luxuria delicate ac molliter viuere. Idem in Verrẽ act. j. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in ſupplicijs, auaritia in rapinis &c. Verg. lib. j. Geor. Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in hęrba. Idẽ. At domus interior regali ſplendida luxu inſtruitur. Luxus ẽt pro ſplendore ponitur. Clau. li. ij. Sub tua purpurei venient veſtigia reges Depoſitio luxu.

¶Luxurioſꝰ a, um, ponitur pro nimiũ abũdãti. Cic. de ora Gemmare ſitire agros lętas ſegetes luxurioſa frumẽta. Tũc eĩ in ſegetes ſolent immitti oues vt eas paſcant

¶Luxurio as, & luxurior, aris (ſi Diomedi credimꝰ) hãc habent diſtantiã, ꝙ luxurio ſit in laude, luxurior in crimine. ſignificat luxurio nõ laſciuiã mentis, ſed habitudinẽ corporis. Ver. li. iij. Geor. Luxuriaq; thoris aĩoſũ pectus. Corn. Seuerus. Luxurianť opes atq; odia longa grauanť. Vtrũq; tñ pro ſuperabundare, profundare, & laſciuire, ſmorbizare ponitur. Pli. lib. xviij. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni, in calidis ſeriꝰ, ne ante hyemen luxurient. Tibul. Luxuriant animi rebus plærumq; ſecundis. Liuius. li. j. Poſitis externoꝝ periculorum curis ne luxuriarentur ocio a nimi, quos metus hoſtium diſciplinaq; militaris cõtinuerat. Col. li. iij. Cacumĩa virgarũ ne luxurientur dimutilato. A luxurior fit cõpoſitũ Eluxurior, quod eſt extra luxurior. Idẽ in eodẽ. Qui ſi pingui agro validis vites depoſueris pampinis magis eluxuriabuntur.

## L ANTE Y

LYææũ cũ diph. dictꝰ eſt Bacchꝰ λὐω ſoluo eo ꝙ mẽtẽ & mẽbra vinũ diſſoluat, vñ ſeqť paralyſis. Ver. Regales inter menſas laticemq; lyæum.

¶Lycus nomẽ propriũ viri quo noĩe multi vocati ſunt vnus Troianus, de quo Verg. Fata lyci. Alter thebanꝰ ignobilis, qui regnũ Thebanũ occupauit. Item aliꝰ thebanꝰ rex. Alius Pãdionis filius qui a ſe lyciam noĩauit. Alius lycaon. Calliſtos pater, Arcadię rex, qui cũ ſolitꝰ eſſet hoſpites necare, in lupũ a Ioue conuerſus eſt. Fuit & alius lycus Priami filius. Itẽ lycus fluuius aſſyriorũ, q Tigri immiſcetur. Oui. l. iiij. de pon. Huc lycus huc ſagaris peneuſq; hiſpaniſq; cratiſq;. Et lycus grece, lupꝰ latine dr̃, ab λυκηϛ ideſt a prima luce, quod id tempus maxime aptum ſit rapiendo pecori.

¶Lycaonia regio Aſię, quę totius aſię mediũ quodam modo locũ & arcem occupat. Sunt qui ſcribãt lycaoniã eſſe partem Arcadiæ, quę in peloponeſo ſito eſt, a lycaone rege Arcadię cognominatam. A lycaonia fit lycaoniꝰ a, um. Oui. de tri. Quęq; lycaonio terra ſub axe iacet

¶Lycaones populi ſunt in Aſia minore ꝓpe lyciã, vt Ptol. lib. v. ſcribit.

✠Lycoctonos aconti genꝰ quod lupos occidit. Cc.

¶Lycius apollo dictus eſt a lyco lupo, ꝙ ſicut lupi pecora rapiũt, ita ſe humorẽ haurit radijs. Priſci. Gręcoꝝ primã lucẽ quę pręcedit ſolis ortũ λυκη appellauit ἀπὸ τῆϛ λυκηϛ. i. a luce. Idq; tẽporis hodie quoq; lycophos cognominant, & lycij apollinis oraculũ, quia in lyda maxime claritatis fuit ob luporum interfectionem.

¶Lycæus cũ diph. mõs Archadię q pani deꝰ facer eſt & vbi templũ bicornis Fauni, a quo lycęa ludicra illi ſacrata, a nobis lupercalia ſunt dicta a lupis, quę ad expiãdos manes fiebant. Ouid. lib. ij. Faſto. Faunꝰ in Arcadia tẽpla lycęꝰ habet. Dictꝰ lycæꝰ ἀπὸ τῶν λύκων. i. a lupis quibus propter frequentius pecudum abundabat.

✠Lycętus vnus ex centauris. Cc.

¶Lycęũ fuit Athenis ſcola Ariſtotelis, ſicut Academia Platonis, in q̃ περιπατῶν. i. deambulãs philoſophabať. Vñ peripateticoꝝ nomen effulſit. Fuit & lycæũ gymnaſium Ciceronis in Tuſculano a noĩe ſcholę Ariſtotelicæ, de quo libro primo de diui. ſic refert. Nuper cũ eſſẽ cum Q. fratre in Tuſculano diſputatũ eſt. Nam cum ambulandi cauſa in lycęũ veniſſemꝰ. Id eĩ ſuperiori Gymnaſio nomẽ eſt Huiꝰ noĩs penultima produciť a Cicerone ĩ illo verſu. Inq; academia vmbrifera nitidoq; lycęo.

Fuderūt claras fœcundi pectoris artes.

¶Lycia prouincia ſeu regio in minori Aſia, finis Pamphilæ ex parte oriētali, ſic cognominata a lyco Pandionis filio. Hæc Termile primū dicebatur ſicut Herod. li. j. ſcribit. In ea Patera vrbs Xantus fluuius & chimæra mōs. Ibi regnauit Rhadamantꝰ Iouis ex Europa filius. Hinc lycius lycia lycium. Verg. Vnam quæ licios vehebat Crontem.

¶Lycon nomē philoſophi Pythagorici. Fuit & aliꝰ lycon Socraticus, ſiue peripateticꝰ, eloquēs & in dicendo ſuauis adeo vt ꝓ lycon glycon noīaret̄, quod ſignificat dulcedinē. Hic fuit cultu & veſtiū mollicie nitidiſſimus. Lucta & pilari luſione exercebatur perijt podagrę morbo annos natus. lxxxiiij. Tertiꝰ lycō fuit poeta. Quartꝰ epigrāmatū ſcriptor. Lycaſtus vrbs Cræte a luporū multitudine quę ibi eſſe perhibetur.

✣Lychen grauiſſimū morbi genꝰ & a mēto fere incipit oriri, ideoq; a veteribꝰ ioculari quadā laſciuia mentagra appellatus, occupat plærumq; totos vultus oculis dūtaxat exceptis, & in colla pectuſque ac manus fœdæ vitis furfure deſcendit.

✣Lycidas ē nomē cētauri, ē & paſtoris ꝓpriū apđ Ver.

✣Lycos latine lupus, vñ hęc deducūtur Lyciola paſtoris nomē lycimnius & lycinius propria.

✣Lycops vrbs Aetolię. Lycon Pytagoricus philoſophus alter Socraticus. Tertius poeta. Qartus epigrāmatum ſcriptor.

¶Lychus latine lucerna. Var. Lucerna a luce dicta eſt aut ab eo qđ vocāt gręci λύχνον Plau. Lychnū emunge parūper vt videat anus vbi pedes ponat. Hic ellichniū qđ lucernis adhibet̄ ad lumē preſtādum. Eſt eī funiculꝰ ille qui incēſus flammā nutrit. Lychnꝰ penſilis eſt quā vulgo lāpadē vocāt. vnde ſcribit Pli. lib. xxxiiij. Lychnos pēſiles in delubris placuiſſe, q̄uis & de candelabris orichalceis dici poſſit lacunaribꝰ appēſis, ſicut veteres lychnū penſilē dixerunt. Dr̄ etiā hęc lychnia. Ser. vero oñdit lychniꝰ dici, & nō lychnꝰ cū primā corripi dicat, qđ fieri nō poſſet, niſi poſt ch, ſeq̄ret̄ i, & triſyllabū fieret. Ver. Dependēt lychnij laquearibꝰ aureis.

¶Lychnites pe. ꝓ. marmor albū. qđ ī Paro inſula effodiebat̄, ſic cognominatū, ꝙ ad lucernā ī cuniculis cederet̄ ſicut Pli. li. xxxvj. teſtatur. Eſt etiā hoc noīe gēma ardēs a lucernarum accenſarꝫ p̄cipua gratia.

¶Lychnuchi græce noīatur qcquid lucernas ſuſtinet q̄ſi lucernifer. ✣Differūt lychnuchi & lychni ab elychnijs Lychnuchi, & lychnoſi lucernas amplectūt̄. Lychni ſiue qđ idē eſt lychnię cōtinent elychnia. i. funiculos qui ſtant in oleo & peruruntur quos gręci tryallidas & phlogmos appellant.

¶Lychnobij dicti ſunt qui loco diorū noctibus vtunt̄, & ad lucernas viuūt quaſi lucernarij, vt Seneca ī vltima Epiſt. Nihil cōſumebat niſi noctē. Itaq; credo dicentibus illū q̄buſdā auarū & ſordidū. Vos inq̄t & lychnobiū dicetis. ¶Lyciſca canis natus ex lupo, & cane, hunc Plin. Crocutam vocat.

¶Lyciſſa canis eſt nomē a lyco lupo. Vel quaſi laceſſa. i. ex laconia, quia inde veniunt optimi canes.

¶Lycophos qđ nos primū tempus lucis noīamus.

¶Lycophron Periandi corinthiorꝫ tyrāni filiꝰ. Eſt & nomē poetę gręci. Suidas, λυκόφρων χαλκιδεὺς ἀπὸ εὐβοίας υἱὸς σώφου λέοντος θέσει δὲ λύκου τοῦ ῥηγίνου γραμματικὸς καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν. i. lycophrō chalcidēſio ex Ieubœa filiꝰ Sophoclis grāmatici tragœdiarum poetæ.

¶Lycopolis vrbs ęgypti, a lupis dicta, ꝙ ęthiopes ægyptū incurſantes lupi facta acie vſq; ad vrbē elephātinam repulerunt. Ibi ęgyptij lycopolim condiderunt a beſtijs illis ei nomē imponentes.

¶Lycomedes Creontis filius.

¶Lyſtros opidum Cretę ſub idomenei imperio, a qua Idomeneus lyctius eſt appellatus.

✣Lyctonia vrbs crtæ. cc.

¶Lycurgus nomē ꝓpriū lacedęmoniū regis q fuit philoſophus, & lacędemonijs leges ſanctiſſimas condidit. Aſtrictiſq; ciuibus iuramēto, ꝙ tādiu eas itemerate obſeruarēt, donec ipſe rediret, e patria nuſq̄ rediturus emigrauit. Vide Plut. Fuit & aliꝰ Nemeę regiōis rex, & alius rex Thracum. ✣Lycaō Calliſtonis pater & titani ac terrę filius Arcadiæ rex q in fabulis fertur a Ioue in lupū cōuerſus fuit ꝙ Iouē hoſpitē necare moliretur.

✣Lycus vnus ex centauris.

¶Lydus herculis filius ex Ioue Alter filius Athys & frater Tyrrheni. A quo lydia regio eſt appellata. Nā cū ꝓpter terrę ſterilitatem fratres ſimul ferre non poſſet. Thyrrhenꝰ ſorte iacta diſcedēs cū ingenti multitudine ad Italiam veniens eā tenuit partē, quę ad mare inferū verſa eſt, & a ſe Tyrrheniam nominauit. Lydus vero remanens Mæoniam de ſuo nomine vocitauit.

¶Lydia regio in maiori Aſia a lydo Athis mæoniæ regis filio & Thyrrheni fratre cognominata, q̄ fluxuoſis Mæandri amnis recurſibus perfuſa ſup Ioniā procedit phrygię ab exortu ſolis vicina, ad ſeptētrionē Miſię meridiana parte Cariā amplectens. Hęc antea mæonia vocabatur, in hac ſunt vrbes Epheſus Calophon Clazomene, & Phara.

ℨLydo, is, verbū antiquū. ſignifi. cōfrigo deleo. cuiꝰ cōpoſita ſunt Allido, Collido, & illido, q̄ habēt pe. produ.

ℨLydus, a, um, poſſeſſiuū. qđ eſt ex lydia. Lydia auctore Herod. li. ij. primi aurū argētūq; ꝑcuſſerūt priq; caupone iſtitoreſq; fuerūt. Dr̄ lydꝰ, a, um, & lydius, a, um.

ℨLygeꝰ latine tenebricoſꝰ, vñ Hom. Lygeam noctem vocat. ℨLymphatici, furioſi inſanientes q vitiū ex aqua cōtraxerunt, qđ eſt huc atq; illuc diſcurrere. Pli. li. xxv. ſcribit Helleborū mederi melancholicis inſanētibꝰ lymphaticis, elephantię & tetano. Nā creditū eſt ab antiqs qui in fonte imaginem nymphę vidiſſet furore percipi, quos gręci νυμφολήπτους latini lymphatos vocant. Tales ſunt fere ij, qui ceriti & laruati dñr, quaſi cereris ira aut laruarum occurſatione vexati. Plaut. Laruatꝰ certe es, aut ceritus. Et alibi. Iube hāc ꝓ cerita circūferi. Hor. li. Car. Mētēq; lymphatā Mareotico redigit in veros timores a Ver. dr̄ lymphata regina, pro mēte commata & furiata A lympha etiā vt Priſcia. inquit, vt lymphor, aris.

¶Lyenteria inteſtinorꝫ diſſolutio. λύω enim diſſoluo ἔντερον inteſtinū hāc noſtri leuitatē inteſtinorꝫ vocant, cū cibus non perficitur, ſed incoctus ingeritur.

✣Lygdamus, nomen eſt viri proprium.

✣Lygos, vrbs quæ nunc conſtantinopolis.

✣Lympha a noſtris aqua per mutationem n, in l, quaſi nympha. Nā proprie dicitur nypha.

✣Lymphatius, vinum dicitur quod plus ſatis habeat aquæ ſicut meracius quod eſt ſine aqua. Cc.

¶Lympidus, da, dū, pe. cor. planus politus clarus. Hieronymus in libro Reg. Elegit ſibi quinq; lympidiſſimos lapides de torrente.

¶Lynx propriū nomē regis ſcythiæ, qui cū cogitaſſet occidere Triptolemū a cerere in lyncē animal cōuerſus fuit. Eſt autē lynx ſeu lynca ex luporū ceruariorum gñe vario colore & maculoſo tergore & acutiſſimo viſu Ver. Maculoſe tegmine lyncis. Huius vrina in calculi duritiem vertitur & ea fit gemma.

¶Lynx etiam auicula paulo maior quā fringilla, colore vario, linguā ſerpētibꝰ ſimilē habēs q̄ppe quā in longitudinē mēſura quatuor digitorꝫ porrigat, collū circūagit in aduerſū. vñ Torqlla a vulgo noīat̄ q̄q̄ turbo abantiqs

¶Lyncurium gēma, quę e lyncis vrina coacta eſt. Oui. E quibus vt memorant quicquid veſica remiſit. Vertit̄ in lapides, & congelat aere tacta.

¶Lynceꝰ, ea, um, adiectiuū a lynce. Vñ qui acute vident lynceos oculos habere dñr. Hora. i ſermo. Ne corporis optima lynceis Contemplere oculis.

¶Lynceus nomē propriū eius qui fuit vnꝰ ex argonautis acutiſſima oculorꝫ acie prędıtus, qui dicebat̄ videre



vltra parietem. Et vt hiſtorici tradunt cōſpexit nouiſſimam lunā primāq; eodē die in ſigno arietis, qđ paucis mortaliū cōtigit vidiſſe Vñ Horatiꝰ. Solꝰ nubila liceꝰ.

ℨHunc Var. cxx. milia paſſuum ꝓſpexiſſe ſcribit Solitum que exeūtē a carthagine claſſem punicā numerūq; nauium ex lybicana ſpecula manifeſtiſſime notare. Solinus refert fuiſſe Strabonem.

¶Lyndus ciuitas rhodi vbi ſacra Herculis maledictis & execrationibus ſolebant celebrari. A qua lyndij dicti ſunt, Fuit & altera lyndus in dorica regione.

✣Lynoſtrophon herba quæ exulcerare veſicam exiſtimatur quam & marubium vocant. Cc.

¶Lynter generis fœminini genꝰ paruę nauiculæ e cauata arbore factę, ab λύντροπ teſte Priſciano pria diphthı abiecta o, & n, īterpoſita Cōſtāt autē lyntres ex ſingulis arboribus quæ vulgo cauæ dicūt̄ ad traijciendas flumīe trabes. Vergilius libro. i. Georgico. Cauat arbore lyntres. Hæ enim nō in pelago, ſed in fluuijs ſtagniſq; palo aut cōto agūtur. Ponitur etiā quandoq; pro quodā dolij genere, vt oſtēdit Cato. Tibul. pro nauta quod eſt lignū cauatum vt nauis, poſuit, quo in vindemis ruſtici vti ſolent Aut mihi ſeruabit plenis in lyntribus vuas. Preſſa q; veloci candida muſta pede.

✣Lyparis gemma cuius fugitu omnes beſtię dicuntur euocari. Cc.

¶Lipto te dici poteſt apđ nos defectiua. Nā ab λείπω qđ deficio eſt deducitur. Figura eſt cum minꝰ dicitur & plus intelligitur, vt apud Ver. Quid prodeſt ꝙ me ipſe animo non ſpernis. Amyntha. i. libentiſſime amas.

¶Lyra inſtrumentū muſicū, vbi quot ſunt fides tot reſonāt voces ἀπὸ τοῦ λυρίζειν qđ ē canere, Hic poetę lyrici dicti ꝙ ad lyrā ſua carmina cantabāt, ſtatuebaturq; eis chorus quinquaginta virorum ac tauro donabantur. Et carmen ipſum lyricum. Hanc eādem poetę chelym vocant. Et lyra ſignum cœleſte eſt. Varro ſecūdo De re ruſti. Hoc ſecundum aſtri exortnm facito, quod gręci vocāt lytam fidem noſtri. Lyra cedit quarto nonas februarii, vel ſecundum aliquos Calendis februariis, & noctu quando occidunt terga leonis, vt Hyginus ait. Ouidiꝰ, Illa nocte aliquis tollens ad ſydera vultū Dicet vbi eſt hodie quę lyra fulſit heri, Hanc lyram effecit Mercuriꝰ in mityleno monte Arcadie inde Orpheo traditam dicunt. Alii autumant conceſſam, Orpheo ab Appolline poſt repertam citharā interfecto Orpheo muſę in cœlo lyrā collocauere. Alii dicūt eſſe lyram Arionis citharœdi qui fuit tēpore Cipſelli tyrāni Corinthiaci, qui primꝰ fuit oīm citharıſtarū. A lyra etiam cuius prima producitur fit delyrus a. um. pe. cor.

¶Lyricen pe. cor. qui lyra canit, cuius ſignificationis eſt etiā lyriſtes. Sydo. Alceo potior lyriſtes ipſo. Sic eñi dicitur lyriſtes, vt pſaltes.

¶Lyſander lacedemō homo factioſus q odiū totiꝰ gręciæ in lacedęmonios cōcitauit & athebanis occiſꝰ fuit.

¶Lyſanias orator gręcus, alter fuit Arcas qui Lycaonem regno expulit.

¶Lyſias orator iucundiſſimus De quo Quin.

¶Lyſius Archadię fluuius, ad cuius radices eſt Aeſculapii tumulus,

¶Lyſimachus macedo clarus Caliſtenis diſcipulus. Alter fuit vnus ex Alexandri principibus.

✣Addi eſt & Lyſimachus gemma quę Rhodio marmori ſimilis eſt aureis venis. Cc.

¶Lyſimachia vrbs helleſponti quę terremotu corruit

¶Lyſipus clariſſimus ſtatuarius qui ad ſexcēta decem opa feciſſe traditur, q̄ ſingula arti claritatē dare potuiſſent Hic teſte Quintiliano ad veritatē optime acceſſit. Proper, Gloria Lyſippo eſt animo ſe fingere ſigna.

✣Lyſippe vna eſt ex filiabus Preti Argiuorū regis. Cc

¶Lytta genꝰ vermiculi, qui naſcitur in ligna canū. Hic ſi infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt.

M TRANSIT PER DERIuationes in n. d. vel t. vel c. vel q. ſequētibus, vt tātum, tantundē, Idē, Idētidem. Eorum, eorūdē. Num nuncubi, nūquis, nūquā, circūquaque, tanquā, nāque, quēque, quanque, quicunque. Similiter am prępoſitio ſequētibus f. vel c. vel q. mutat m in n, vt anfractus & cætera. Vide in dictione anfractus.

## M ANTE A

MAcarius nomen viri propriū & latine dici poteſt beatus macarius mos beatitudo.

✣Macaros etiā eſt nomē Cretę inſulę a temperię cœli. Cc.

¶Macedonia regio a macedone Oſyridis Iouis filio dicta eſt. Habet macedonia ab Oriēte. Thraciū limitem ab occaſu Ioniū pelagus, a meridie Epiro terminat̄ a Septētrione habet dalmatiæ partē, Hęc teſte Plin. li. iiij. oli cētū quīquaginta populorū, duobꝰ īclyta regibꝰ Philippo. ſ. & Alexandro, quōdamq; terrarum imperio.

¶Macedo pen. cor. qui Macedoniam habitat. Luc. li. vi. Cum tibi ſacrato macedo ſeruetur in antro.

¶Macedonicus donica. nicū, poſſeſſiuum a Maceonia. Vñ mare macedonicum, quod eſt Aegei pars & incipit a Palene mōte, qui Traciæ finē facit. Extenditur vſq; megarā, quo Iſthmos interpoſitꝰ miſceri Aegęū Ionio nō ꝑmittit. Cuius littora ciuitatibus nomē accipiunt.

¶Macellū locus quo vęnalia oīa quę ad victū humanū pertinebāt contrahebantur. Plaut. in Aulula. Venio ad macellum, rogito piſces, indicant caros, hagni, nam caram, caram bubulam, vitulinam, cetū porcinā cara oīa. Ci. Si Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet. putarem annonā in macello cariorē fore. Dictū macellū a macello quodā viro qui in vrbe latrociniū exercebat, quo dānato cēſores Aemylius & Fuluius ſtatuerūt vt in domo eiꝰ obſonia venderentur redactis in fiſcū eius bonis. Alij macellū dicūt ꝙ ibi fuerit hortus quē macellū a Lacedęmonijs appellatū ferūt, Et Iones hoſtia hortorū macellotas vacabāt. Donatus a mactandis pecoribus deriuat. Sunt & qui, a macerando dici exiſtiment, ꝙ pecora dūeo ducuntur, ibiq; tenentur, macerantur. Vnde macellū diminutiuū pro macillēto ponitur. Luci. lib. vj. Si noſti non magnus homo eſt naſutus macellus.

¶Macellarius qui macellū exercet nō ſolū carniū, ſed omnium obſoniorum, quinetiam panis & frumenti venditor, quippe hęc omnia in macello vęnūdabātur. Varro. Duo ſunt ornithonis genera. Vnū delectationis cauſa quo genere macellarij & in vrbe quidam habent loca clauſa & rure maxime conducta.

✣Macer eſt etiam poete proprium qui de hęrbarum viribus ſcripſit. Cc.

¶Macer, cra, crū, a mœrore fit & exilē extenuatūq; ſignificat. Verg. Heu heu q̄ pingui macer ē mihi taurꝰ in aruo. Col. l. ij. Nā vel pinguiſſima vel macerrima humo iacit̄. ¶Macies macritudo & macor extenuationē ſignificant. Apul. Vnde iſta tā ſubita macies & tātus pallor? Plaut. Oſſa atq; pellis, vt miſer macritudine. Pacu. Corpuſq; meū tali męrore errore macrore ſonet.

¶Macilentus plenus Macie. Feſtus Mocilenti maciē attenuati.

¶Macreo, es, macer ſum, a quo macreſco macer fio. Colu. lib. vj. Dabimuſq; operam ne penuria cibi macreſcat pecus. Var. Qui earum aſpectus ad deſyderium macreſcere facit volucres incluſas.

¶Maceo, ces, cui, idē quod macreo, a quo maceſco maceſcis macer fio. Colu. lib. ij. Conſtat arua ſegetibus eius ſcilicet hordei maceſcere. Varro. Tum propter laborē aſperantur, & maceſcunt.

¶ Macio as macrũ facio. Cuius cõpoſitũ eſt emacio qđ eſt valde macio. Col. lib. v. Ad certe in ordinarijs vitib⁹ vtiq; obtinendum eſt ne pluribus flagellis emacientur niſi futuris propaginibus proſpiciemus,

¶ Macero maceras, cũ ad corp⁹ refertur ſignificat attenuo cõtero ab eo qđ ẽ macer. Horati⁹. li. car. Quoniam penit⁹ lẽtis macerer ignibus. Plau. in cap. Multos iſte morb⁹ hoĩes macerat. Cũ ãt ad animũ ſignificat affligo. Lacta. li. vij. Nec ad oculos ſõn⁹ accedet ſed aĩas hoĩm ſolicitudo ac vigilia macerabit. Proprie tñ macerare eſt mollificare vt ſit cũ quippiã tã diu in aqua teneť donec tenereſcat. Terẽ. ĩ Adel. Salſamẽta hęc o ſtephanio fac vt macereť pulchre. Col. li. i. Piſcinas duas, alterã quæ anſerib⁹ pecoribuſq; ſeruiat, alterã in q̃ lupinũ, vlmi vimina, & virgas atq; alia q̃ ſũt vſib⁹ nr̃is aptã acerem⁹.

¶ Macereſco macerat⁹ fio. Ca. de re ru. Frumento curculione noceat neu mures tangant lutum de amurca facito palearum paulum addito, ſinito maſcereſcant.

¶ Macro cras, cui⁹ cõpoſitũ eſt emacro, quod eſt valde macer fio. Plinius. libro. xviij. Terram emacrari hoc ſatu ſcilicet milij exiſtimantes.

¶ Maceria & maceries paries ſiue mur⁹ vel cõgeries lapidũ ĩ vnũ cõpactorũ ſine cæmẽto aut alio gñe ferruginis, quo vineæ claudi ſolẽt Terẽ, in Adel. Iube hãc maceriẽ dirui. Var. tñ aliter. li. iij. Quis ignorat ſepta e macerijs ita eſſe oportere in leporario, vt tectorio tecta ſit & ſit alta. Cato de re ruſti. Macerias ex calce cæmentis ſcilice vti dñs oĩa ad opus præbeat Qñq; maceria diciť mẽbrana ſecũdinarũ quã alio nomine ſteram appellãt. Hiero. in Ge Quare diuiſa eſt ꝓpter te maceria? Et maceries dicitur macilencia. Afra. Si ille hoc nũc ſentit facere illi ſatis vis quanta illius mors ſit maceries tibi.

¶ Macto as, interficio, Lactãtius libro ſecundo Mactãtur greges hoſtiarum. Plautus. in Amphi. At ego certe cruce ex cruciatum mactabo. Tractum eſt a ſatis vbi mactari oues dicuntur quæ immolantur. Vergilius. Et nigram mactabis ouem, lucunq; reuiſes. Dictum eſt autem mactor, quaſi magis auctor, hoc eſt augeo. Nam priuſquam victimã immolarent thus, aut vinum ſuper eam fundebãt. Vnde mactum eſſe taurum dicebãt thure vel vino cumulatã hoſtiam & magis auctam. Hinc mactare magis augere veteres vſurparunt. Cicero. Ferunt laudibus, mactant honoribus. Per tranſlationem quãdoque mactare poniť ꝓ malo afficere ſeu male tractare. Plau. in Aulu. Dotatæ mactant malo & damno viros. Quandoque pro præcipitare. Accius Aut illorum copias fundam in cãpo, aut naues veſtras mactabo in mare. Quandoq; ꝓ honorare. Plau. Tamẽ honeſte mactatã reducã. domũ. Quandoq; pro verberare. Vude legim⁹ de martyribus Primo & Fœlitiano. Extenderũt eos milites & virgis fortiter mactauerunt.

¶ Mactus cta, ctum, tam genitiuo q̃ ablatiuo cõſtruũtur & vocatiuo ſemper vt macte virtutis & virtute. i. magis aucte cumulateq;. Eſt aũt dictio q̃ laudet ſimul & adhortetur puerũ quẽ probitate creſcere videat. Sanguinolẽtis etiam ex acie redeuntibus dicitur. Mart. Macte animi quẽ rar⁹ habet morũq; tuorũ. Sil. lib. v. Læli⁹ affatur macte o venerãde pudici Ductor macte animi Cic. macte virtute eſto. Hier. macte virtute, macte zelo fidei. Pli. ĩ laudẽ aſtrologorũ. macti ait ĩgenio & cœli ĩterp̄tes rerũq; naturę capaces. Sat. li. vij. th. macte aĩo iuuenis, id eſt perfectę indolis vt exponit Laertius interpres.

✣ Machara cyprus antea dicta eſt.

¶ Machaon Aeſculapij filius frater Podalyrij medicus clariſſimus.

¶ Machę latine pugna.

¶ Machęra cũ diph. Nã gręce μάχαιρα, latine fica gladi⁹ culter, qđ nomẽ ĩpoſitũ ẽ a gręcis. qa multo ſanguĩe cõmaculeť. Iune. Ames nomẽ victũq; machere. Inſtrumẽtũ ẽ ad ſcindẽdũ ſimul & vulnerãdũ. Apu. l. ix. de aſi Cõminabať ſeſe cõciſurũ cũ machęra fruſtatim. Quo ſermone eius commonefact⁹ hortulan⁹ eripit ei ſpatham.

¶ Machęropios faber gladiorũ quo noĩe dict⁹ eſt Demoſthenis pater ex officina gladiorũ, quã Athenis egregiam multiſq; artificibus ſeruis inſtructam habebat.

¶ Macherophorus ſicarius gladium ferẽs. Cice. ad Q. fratem macherophoris centum ſequentibus miros riſus nobis edidere.

¶ Macteę dicuntur pręcioſa edulia. Suetonius de Cali. multis venenatas macteas miſit. Martia. Mactea neu. genere protulit. Sed te mactea ſola iuuant.

¶ Machalaum nomen gręcum cõpoſitũ ex mache. qđ pugnam ſignificat, ἄλος cœcum & errantem, opidum in Brixiano agro, inſubriũ clade nobile.

¶ Maccabęus cũ duplici cc, & dip, nomẽ barbarũ, quo vocati ſũt illi viri fortiſſimi apđ ſacras lr̃as celebratiſſimi

¶ Narchina penu. cor. græci μηχανη molitio inuentio. Vnde mechanicus fabet, ſeu opifex eorum operũ quę ingenio ſimul & manibus fiũt, & mechanica ars fabrilis. Vnde artes diuidũtur in liberales & mechanicas. Aſco. Machina dicitur vbi non tã materię ratio q̃ manus atq; ingenij ducitur, machina etiã dicitur inſtrumentũ quo moles aliqua facile quocũq; volueris impelli poteſt. Et machinas bellicas vocamus opera fabrilia, quib⁹ in bello vtimur. Item ipſa conſilia, quibus decipere hoſtẽ conamur machinæ vocantur.

¶ Machinor imaginor, cogito ad reperiendum & fabricandum tam bonũ. q̃ malũ. Lactãtius libro ſecũdo. Nimirum deus vniuerſi artifex ſic illa diſpoſuit, ſic machinatus eſt vt per ſpatia cœli diuina, & admirabili ratiõe decurrerent ad efficiendas ſuccedentium ſibi temporũ varietates. Au. Archimedes ſiculus cõcauo ęre ſimilitudinem mũdi ac figuram potuit machinari, in quo ita ſolem lunamq; compoſuit, vt inęquales motus, & cœleſtibus ſimiles conuerſionibus ſingulis quaſi diebus efficerent. Liuius libro primo. Confeſtim turno necem machinatur. Salu. Iam tum non conſulibus, ſed plæriſq; ſenatoribus perniciem machinabantur. Dicitur autẽ machinari ab μηχανάομαι, quod eſt ĩuenio. Vnde μηχάνημα inuentum & molimen dicitur.

¶ Macra fluuius in Appennino inter Ligurum mõtes per Lunam ciuitatem in Tirrhenum mare influit.

¶ Macri campi inter Bononiam & Rauẽnam, per quos Romam itur.

¶ Macros gręce latine lõg⁹, a quo multa fiũt cõpoſita.

¶ Macrocola penul. prod. a longitudine dicunt. Sunt enim eo nomine maiores & longiores chartę, quas mõ regias vocamus. Nã & Catullus regiam chartam vocat Ex eadem origine ſunt protocola, quæ formularij conficiunt.

¶ Macrocoſmus, longus mundus. Microcoſmus, paruus mundus.

¶ Macrochir, longa manus.

¶ Macrocera tunica manicata. Lampridius, macrocheras ex purpura ad vſum ſuum reuocauit.

¶ Macroceni montes ab iſtro flumine nõ longinqui.

¶ Macrobius nomen viri proprium latine Longeuus dicitur. Nam μακρὸς longus & βίος vita dicitur.

¶ Macrobij etiam populi Aethiopię ſunt vltra meroẽ, vt inquit Solinus, quibus dimidio protentior eſt vita q̃ noſtra iuſtitiã colunt, amant equitẽ, plurimũ valent robore, & forma pulcherrimi. Vltra hos populos deſertę inhumanæq; ſolitudines ſunt. Apud hos lacus eſt quo perfuſa corpora quaſi vncta niteſcunt, adeoq; liquidus vt ne folia quidem ſuſtineat.

¶ Macrologia longus ſermo.

¶ Macrologeo multa loquor.

¶ Macrocatalectos dictio in longum deſinens.

¶ Mocrotymia longanimitas.

¶ Macrothymos longanimis.

¶ Macrochronius diuturnus.

¶ Macula turpitudo ac ſordes. Pli. Fullones eas maculas e veſtibus tollũt. Qñq; ponitur pro nota ſeu ſigno vnde genitiuę notę in corpore maculę dicũtur. Pli. ĩ cap. Viden tu illi maculari corpus totũ maculis luridis. Qñq; ꝓ infamia. Cic. Cui⁹ vt adoleſcẽtiæ maculas ignominiaſq; prętereã. Quandoq; pro rętis foramine ſeu plaga quã vernaculo ſermone dicimus lamagia. Idem ĩ Ver. Act. ſeptima. Ręticulũ ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino minutis maculis plenũ roſæ. Var. li. iij. ꝓ ræti poſuit Septum totũ grãdibus maculis integiť ne eo inuolare aquila poſſit, neue ex ea euolare aues. Qñq; maculę dicuntur ſigna in marmore. Seneca epiſtola. cxvj. Delectant nos ingentium maculæ columnarum.

¶ Maculoſus ſordidus immũd⁹. Plau. Sordida ac maculoſa facie. Idẽ diciť varius ac notis plen⁹. Verg. Succinctam pharetra ac maculoſę tegmine lyncis.

¶ Maculo as, fœdo turpo. Lactã. li. v. Innocentiũ cruore maculantur. Hic commaculo as, & immaculatus qui eſt ſine macula.

¶ Macticus penult. correpta, qui habet magnas malas & os patens quaſi maluċticus.

✣ Mados vitis albę gen⁹ quã gręci ãpeloleucẽ vocãt huius ſarmẽta lõgis & exilib⁹ ĩternodijs genicula ſcãdũt, folia habet pãpinoſa ad ſimilitudinẽ hederę. Cc.

☿ Mactra, arca panaria q̃ & cardopos a gręcis dicitur.

☿ Macidatus, liquoris infuſione madens. Apul. lib. viij. ille ſpongijs macidatis tumores comprimere.

¶ Madeo es, madidus ſũ. Pli. li. viij. Tergoris galeęq; impenetrabilis pręterq̃ in humore madeat.

¶ Madeſco is, habet ſignificationẽ paſſiuã innatã colore intrinſec⁹ ſumpto, vt ꝓprie madeſcere ſit cũ quis febri vel labore ſeu potione prępotẽtis vini ęſtuat aut aliter ſudorem emittit, licet etiam intrinſecus dici poſſit. Clau. li. iiij. largis tunc imbribus ora madeſcũt Colu. li. vij. Stabulentur ſic eo loco ne humore madeſcant vngulę. Hinc componitur permadeſco; quod eſt valde madidus fio. Idem libro. ij. Id in tempus conuenit inter peritos rei ruſ. non eſſe arandum niſi ſi magnis vt fit nonnũquam ſubitaneis imbribus quaſi hybernia pluuijs terra permaduerit.

¶ Madefacio is, balneo. Lactan. lib. vj. Si focos ornati ac veteris vini perfuſione madefecerint.

¶ Madefio habet ſignificationem paſſiuam extrinſec⁹ vt cũ quis aqua alioue liquore balneatur. Suet. Cũ decidiſſet in mare per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem elata læua ne libelli quos tenebat madefierent.

¶ Madid⁹ a, dũ, quod eſt aliquo liquore reſperſum. Hic ſemimadidus. Colum. libro. ij. Sed quandocumq; arabiť obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur, neue exiguis nimbis ſemimadidus.

¶ Madido as, madidum ſeu balneatum facio. Colu. libr. ij. Ille nouo maditantes nectare pennas Concutit & glębas fœcundo rore maritat.

¶ Madefico idẽ qđ madefacio. Plin. lib. xxviij. Et ſi cõtra epiphoras feruentes oculorũ anguli ſubinde madeficenť efficatius ſi cibo vinoq;, ſi pridie ea abſtinuerit.

¶ Mador infuſio ipſa. Sal. li. iij. hiſt. Quaſi par ĩ opido feſtinatio & ingens terror erat ne ex latere noua munimenta madore infirmarenť. Nã oĩa opida ſtagnabãt redundantibus cloacis aduerſo ęſtu maris.

✣ Madon fructus eſt ſecundũ Bœotios heraclionis herbę ſiue nymphę, cuius radix ſole deſiccata genituram ꝑ quietem exeuntem & alui fluxum reprimit. Cc.

¶ Madaura ciuitas in collimitio ſita Getuliæ & Numidiæ A qua Apuleius madaureſis eſt appellat⁹. Ad hãc, vrbẽ ſribit Aug. li. cõ. ſe cõtuliſſet cũ adoleſcens eſſet diſcendarũ ingenuarũ literarũ gratia florẽte ibi Gimnaſio

¶ Madulſa ebrius, quia madidus ſatis vino ſit.

¶ Madian vrbs quędã ab vno filiorũ Habraã ex gethura ſic vocata. quę teſte Hier. eſt trãs Arabiã ad meridiẽ in deſerto ſaracenorũ cõtra oriẽtẽ maris rubri, Vnde vocanť madianei & madianea regio. Legim⁹ & filias Ioab ſoceri moyſi filias madiã, ſed hęc alia ciuitas homonyma eius iuxta Armonem & Aripolim, cuius ruinę nunc tãtummodo demonſtrantur.

☿ Media, ciuitas Thracię ſcribitur cũ ędipth. a qua mędi populi vt differãt a medis. Aſię Hinc præfectua medica thraciæ vicina pęonię

✣ Mæander cũ diph. qui & męãdrus, fluui⁹ Phrygiæ. ſiue męoniæ ita ſinuoſ⁹ flexib⁹, vt ſępe credatur ad fontem reuerti. Per Phrygiam currit Lydiãq; diſterminat a Caria. Vnde Ouid. lib. ix. meta. eũ Phrigiũ appellat. Nõ ſecus ac liquidis Phrigi⁹ mæãder ĩ vndis. Strabo. Scribit quoniã multũ accipiat limi, & vario impetu modo ad hãc, modo ad aliam adijciat ripam. Vnde obliquitates omnes mæandros veteres appellarunt. Cic. in Piſo. Scio quos tu męandros quæſiuiſti. Eſt etiam picturę genus quod Feſtus neu. ge. męandrum declinat a ſimilitudine amnis męandri. Vergili. Quam plurima circum purpura męandro duplici melibœa cucurrit. hoc etiam nomine dictus eſt mons Indię.

¶ Męnas cũ dipth. gen⁹ piſcis. Vide ĩ dictione męna.

☿ Męuoles dict⁹ eſt Diony. quod latine totũ furentẽ ſignificat, cui bacchę orgia celebrãt. Et crudas carnes comedentes ſacro furore initiantur Euan, Euam, conclamantes. quæ vox aſpirata, ſecundum exquiſitam hebręorum linguam fœminei ſexus ſerpentem ſignificat.

☿ Memacterium mẽſis, qui a latinis dicitur ſeptember.

☿ Męe genus Cancrorum maximum.

¶ Męnas, nadis, furioſa ſiue ĩſana diciť ab μαίνομαι, qđ eſt furere, Fuerũt autẽ menades mulieres, quæ Liberũ patrẽ ſemper ſecutæ Bacchi ſacra celebrant paſſis capillis furẽtium more huc atq; illuc curſitantes. Iuuenalis. Crinemq; rotant vlulante priamo męnades.

¶ Męnala penultima correp, ĩtellectu ſingulare, voce autem plurale ĩquit Priſcian⁹. Ad Diom. docet ĩ ſingulari eſſe generis maſculini, ĩ plurali, neu mõs Archadię cęlſ⁹ Vergili⁹. Piſer illũ etiã ſola ſub rupe iacẽtẽ menalus. Luc. libro tertio. Sicanias alphe⁹ aquas tũc męnala liquit. Eſt & nomẽ vrbis, męnalius a, ũ, quod eſt ex menalo. Vnde Bacc⁹ dict⁹ eſt męnali⁹ ἀπὸ τοῦ μαίνομαι, qđ eſt furere inſanire, ſiue a mænalo Lycaonis filio Et Ap mænalius, quem Hercules Euriſteo detulit. Stephan⁹ Byzantius. μάιναλος πόλις ἀρκαδίας ἀπὸ μαινάλου τοῦ λυκάονος, καὶ ὄρος ἐστὶ καὶ ἐν τῇ γαλατίᾳ κτίσμα. ✣ Id eſt męnalus ciuitas Archadię a Mænalo Lycaonis filio, & mõs eſt, in Galatia ædificium.

¶ Mæotis penulti. produ., gręce μαιώτης. palus Scythica in regione ſeptẽtrionali iuxta phaſidis oſtiũ frigore cõgelaſcens. Ouidius li. iij. de triſtibus. Longior, antiquis vna męotis hyemps. Hic piſces męotides, ſeu męotici dicti qui in mæoti capiuntur.

¶ Mæonia Lydia eſt regio minoris Aſiæ. Vnde męones populi. Hæc vocatur regio exuſta. Nam ſicut ſcribit Strabo, Cinerulenta eſt ſuperficię, & tota arboribus caret, præter vitem. Dionyſius ſcribit hanc regionẽ eſſe ſub altiſſima Thmoli montis rupe ſita, ex qua Pactolus annis effluit. Hinc mæonius, a, um, vnde Homerus dictus ẽ Mæoni⁹. Martialis. Perlege męonio cantatas carmine ranas. Dictus & męonides a patre, qui Męon appellabatur.

¶ Męror inquit Cic. li. iiij. tuſc. eſt ęgritudo flebilis.

¶ Męreo, ęs, męſtus, Vide in dictione mereo, es. Caper. Męſtus animo, ſed triſtis vultu.

¶ Męſtitia & męſtitudo idem quod meror, Quintilian⁹ Dolore atq; animi mæſtitia languens. Plaut, Cur tanta mæſtitudo obtigit?

¶ Męſto as, & męſtifico as, mæſtum facio. Ambroſi. li. ij. officio. Cur non ego etiam dicam in quibus eum męſtificare poſſum? Ab μοῖρα, ideo per œ.

¶ Męro as męrentem & triſtem facio. Nam męreret, id eſt męrentem faceret, vetus verbum.

¶ Magar Pœnorũ lingua villã ſignificat. Vnde & ma-

galla villæ dicuntur, quãuis magaria ſecundum Seruiũ dici debeat, cuius prima producit. Verg. Miratur molẽ Aeneas magalia quondam.

¶ Magidæ mẽſæ ſeu coquinarij iſtrumẽti genꝰ habet, & panis ſeu offæ genus quod magida quoq; appellant

¶ Magia fons Siciliæ in agro Syracuſano, quo etiam nomine incantatio dici latine poteſt.

✣ Magicꝰ qui magicam vel exercet vel callet, & magicas artes & magicas hærbas dicunt quibus magorũ vanitas gloriatur. Cc.

¶ Maginor aris, q̃ſi tarde conor nugor inquit Feſtus.

¶ Magirus pe. pro. latine coquus dicitur. Vnde Archimagirus princeps coquorum.

¶ Magis aduerbiũ ſignificat plꝰ deducit q; a magnus & p̃ter naturã aliorũ habet neutrũ, nã cõparatiua neutra vĩ aduerbij habẽt, vt validiꝰ, ſãctiꝰ, maiꝰ vero nõ, loco cuiꝰ dicimꝰ magis a quo fit cõpoſitũ de magis q̃d ſignificat valde magis, & pro nimis a veteribus ponebatur.

¶ Magiſtri a magis, & ꝓprie atriũ preceptores ſũt q̃uis etiã ad oẽs trãſferri poſſint quibꝰ p̃cipua cura rerũ incũbit. Dicti magiſtri qꝛ magis ceteris poſſint, vel qꝛ magis q̃ cæteri diligẽtiã rerum quibus preſunt habere debent Hinc magiſtri pagorũ, ſocietatũ, vicorum, collegiorum dicũt, qui pagis ſocietatibus vitijs collegijs præſũt. Magiſter equitũ dicit cui ſũma poteſtas erat in equites, ad debat q; ſemp dictatori cui ſũma poteſtas in populum, a quo & magiſter populi dicebat Ponitur quãdoq; etiã magiſter ꝓ cuſtode. Terẽ. Me filius relinquũt, quaſi magiſtrum. Et magiſter pecoris cuſtos vocatur. Huiꝰ diminutiuumq; eſt magiſtellus .i. paruus magiſter.

¶ Magiſterium. magiſtri dignitas ſeu officium. Nã magiſteria ſic a magiſtro videt deduci, quomodo a miniſtro miniſteria. Sueto. de augu. Auus municipalibꝰ magiſterijs contentus abundante patrimonio tranquilliſſime ſenuit. i. officijs municipij ſui.

¶ Magiſtro as, moderor gubernor.

¶ Magiſtratꝰ us, p deriuationẽ a magiſtris cognominatur q p ĩperia potẽtiores ſũt q̃ priuati. Et mõ ſignificat eos q ĩ poteſtate aliqua ſũt cõſtituti vt ſũt cõſules, ꝓcõſules, p̃tores ꝓp̃tores, & alij q ciuitates & ꝓuincias regũt, mõ ipſã poteſtatẽ ſeu officiũ. Cice. Nã iſtũ in vrbe magiſtratũ gerebat. Et magiſtratuũ alij maiores, vt conſules, cẽſores, p̃tores. Alij p̃ter hos dicebãtur minores.

¶ Magmata pen. cor. paſtilli vt maſſę factę ex vnguẽtorum fæcibus odoris grati ἀπὸ τοῦ μάττειν quod eſt terere & miſcere vt inquit Plin.

¶ Magmentum veteres dixerũt quaſi maius augmẽtũ & auxiliũ, quoniã augebant numerũ hi qui accedebant alienigenę vt adiumento eſſent.

¶ Magus dictio Perſica, qua apud eos ſignificatur ſapiens. Sic enim Perſæ magos vocant vt Græci philoſophos latini ſapientes, Galli druydas, Aegiptij prophetas ſiue ſacerdotes, Indi gymnoſophiſtas, Aſſyrij Chaldęos a Chaldea Aſię regione. Apud nos vero magꝰ incantator ex officio vocari poteſt. Nam cum magi apud Perſas potiſſimum deorũ cultui vacare ſolerent, in tantum poſtea aucta eſt eorũ vanitas vt non ſolũ obſeruatione ſyderũ futura prędicere, ſed artibꝰ quibuſdã & maleficijs, & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur. Hinc magicus, a, cum quod ad magum pertinet, vt ars magica. Suidas, μαγεία καὶ ἀστρολογία ἀπὸ μαγουσαίων ἤρξατο· οἱ γὰρ τοι πέρσαι μάγους ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται καὶ μαγουσαίους αὐτούς. ✣ Id eſt magna & aſtrologia a magufæis incepit, Perſę eni magi a loco nominantur & ipſi magufæi.

¶ Magnus grandis cuius comparatiuum eſt maior, ſuperlatiuum maximꝰ. A quo multa componuntur.

✣ Magno abſolute ꝓ magno precio. Apulei. Me deniq; paupculꝰ qdã hortulanꝰ cõpararat. l. nũmis, ſed magno aiebat. Var. li. iij. de re ru. Piſcinæ ędificantur magno.

¶ Magna gręcia dicta eſt ea pars Italię q̃ a Tarẽto vſq; ad Cumas ẽ, vel vt Pliniꝰ. lib. iij. refert a Locris Italię fronte ad Tarentũ vſq; protendit, ſic dictaq; multę magnę quę ciuitates in ea fuerint a Gręcis cõditę Auctor Iuſti. lib. xx. Verg. Effuge cuncta malis habitãtur mœnia Graijs. In ea habitauerunt Architas, Pythagoras, Parmenides & zeno. Pythagorici philoſophi & Enniꝰ poeta a quibuſdã tota Italia dicta ẽ maior Gręcia. Oui. in faſt. Itala nam tellus Græcia maior erat.

¶ Magnũ ſocerũ & magnã ſocrũ appellabat vir vxoris ſuę auũ, auiãq; maior ſocer & maior ſocrus vxoris proauus proauiaq; appelatur, & ſic per ſingulos gradus.

¶ Magnalia ſunt ingentia facta & admiratione digna. Hie. in lib. exo. State & videte magnalia dñi q̃ facturꝰ eſt hodie ✣ Magnarius apud Apul. pro magno negociatore ponitur ex negociorũ magnitudine tãquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

¶ Magnificus qui magna facit. Scribit Ariſto. lib. iiij. Et hic magnificũ dici illũ q, in magnis ꝓ dignitate ſumptũ facit, qui circa publicã magnificẽtiã ĩpẽſas facit honorificas, veluti in ludis, in rebꝰ dijs ſacrificatis, in ędificijs, in epulo publico, nõ qui ĩ ſeipſum ſumptuoſus eſt Eſt & magnificẽs a quo magnificẽtia q̃ eſt vt Cic. ĩquit rerũ magnarũ & excelſarũ cum animi ampla quadam & ſplendida propoſitione cogitatio atq; adminiſtratio.

¶ Magnifico as, extollo. Plin. Magnificat & vituli qui nondum hęrbam guſtauerit fimum.

✣ Magnanimitas, vt ait Speuſippus, eſt moderatus cõtingentium vſus vrbana cum hominibus conuerſatio, magificentia animi cum ratione.

¶ Magnas atis, & magnatꝰ ati, q̃ ĩ ppl'o magnꝰ habet.

¶ Magnata vrbs Hybernię a qua magnatę populi vocati ſunt.

¶ Magnes etis. gen. ma. genꝰ lapidis ad ſe ferrũ attrahẽtis. Dictꝰ magnes ab ĩuẽtore ĩ Ida primũ repertꝰ, de quo Pli. li. xxxvj. Orpheus αὐτὰρ ἐγὼ γε τεὴν ἄλοχον κέλομαι σε δαήμεναι εἴπερ ἂν γυνὴ ἀνδρὸς ἀπ' ἀλλοτρίοιο λέχος καὶ δῶμα φυλάσσοι. i. Sed ego a tua vxore iubeo te ſcire ſi ob ſui ĩtegritatẽ viri ab alieno lectũ & domũ ſeruauerit

¶ Magneſia macedonię regio Theſſalię annexa Abeſt ab Epheſo, ſicut Plin. lib. v. ſcribit. xv. mil. paſſ. A qua Magnetes qui & magneſij populi vocati ſunt. Luc. lib. vj. Et magnetis equis Minye gẽs cognita remis. Eſt & Magneſia vrbs in Aſia, apud quã Scipio Aſiaticus Antiochum regem magna clade affecit.

¶ Magog nomẽ viri filij Iaphet propriũ a quo (vt Ioſephus ait) li. j. Magoge dicti ſunt q a grecis Scitię dicũt.

¶ Magia cũ accẽtu in pe. Nã apud grecos μαγεία ſcribitur. Et eſt, vt Plato interpretat deorũ cultura. Ait eni in alcibiade μαγεία ἐστὶ θεῶν θεραπεία. Eſt aũt duplex magia vna platonica & philoſophica, hoc eſt naturalis philoſophię abſoluta cõſummatio a qua magꝰ dictꝰ eſt qui eã colit. Nã per ſe magũ dicũt quẽ latini ſacerdotẽ appellãt Altera demonũ potẽtia cõſtat quã noĩe deteſtabili γοητείαν goctian vel Theurgiã vocant a legibꝰ ꝓhibita eſt, quã Pli. artẽ inteſtabilẽ irritã & inanem appellat. Eccleſia magicas preſtigias vocat, quia rerũ veritatẽ ementiant hoĩnũ mentes fallacia perſtringentes Huiꝰ magiæ ſunt plures ſpecies, hydromantia q̃ fit ex aqua, Axinomãtia, quę ex ſecuribꝰ & alijs dolabris. Lecanomãtia, q̃ fit ex peluibꝰ quas græci λεκάνας lecanas vocãt. Et apud Perſas erãt magi. Lecanomãtici, vt li. xvj docet Strabo, quaſi ex peluibus diuinãtes. Nã vaticinãtes peluim accipiebãt aqua plenã dęmonibus congruentẽ in profunda repẽtibꝰ. Vbi autẽ dęmon lapſus eſt aqua edit ſonum quẽdã fatidicũ. Catapteomãtia quę fit per ſpecula. De qua Sparti. in Iuliano intellexit cũ ait. Carmina ꝓfana incantauerũt, Et ea quę ad ſpeculũ dicunt fieri, in quo pueri p̃ligatis oculis incãtãdo vẽtura reſpicere dicũtur. Pyromãtia, quæ fit per ignẽ Hanc Amphiaraus primus inuenit Gęomãtia q̃ fit per terrã Chiromantia quæ fit per mẽſuras manuũ. Necromãtia ſiue Hecyomantia q̃ fit per euocatiões vmbrarũ & p inferorum colloquia a qua Nercomãtici quorum in cantamentis mortui reſucitari, diuinare ad interrogata reſpõdere videntur. Nec fit talis diuinatio ſine ſãguine. Quidam necyomantiam ſciomantiam que diſtingunt qꝛ in necyomantia ad erigendum cadauer ſit ſanguis neceſſarius. Incyomantia ſola ſufficiat vmbrę euocatio. Capnomãtia quæ fit ex fumo aeræ, ex cuiꝰ motu futura cognoſcebant a qua Capnomantæ dicuntur. Ex hoc magiæ fõte deriuati ſũt apd romanos ethruſci haruſpices. Apud Indos brachmanes & gymnoſophiſtę, apud gallos Driudę & bardi. Apud ſiculos Galeantę, apud cunctas nationes planetarij, qui mathematici ſunt & vulgo aſtrologi dicuntur.



¶ Maguderis vt Priſc. lib. vij. ĩquit, frugis id eſt caulis genꝰ q naſcit ex ea parte cuiꝰ radix ſtirpis auellit. hãc caulẽ laſerpitij quidã exiſtimãt. Plau. in Ru. Seu tibi cõfidis fore multa maguderi Laſerpitiũ aũt hęrbã eſſe nõnulli arbitrãt, vt Plin. lib. xix. teſtat. Legit & magydaris. Col. lib. vij. Facit & radix q̃ gręci vocãt μαγύδαριν vulgus autẽ noſtra conſuetudine laſerpitium appellat.

✣ Maia Atlãtis filia fuit ex qua Iupiter Mercuriũ ſuſcepit. ſignificat & obſtetricẽ vt autor eſt Suidas ĩ Socratis vita eſt & dea Fauni filia cui in mellario vaſe non mel, ſed vinum ſacrificabant. Cc.

¶ Maieſtas a magnitudine dicta eſt, Eſt eñi decꝰ amplitudo & dignitas vel ppl'i vel ſenatꝰ vel pĩcipis ĩperatoriſue, aut etiã priuati magni viri. Vnde maieſtatis crimẽ iuriſcõſulti diffiniũt quod aduerſꝰ populũ Roma. vel aduerſꝰ ſecuritatẽ eius cõmittit. Et rei maieſtatis dñr qui eiuſmodi crimẽ cõmittunt. Maieſtas quoq; dea credita eſt honoris & reuerẽtiæ filia de Ouid. Donec honor placido q̃ decẽs reuerentia vultu Corpora legitimis ĩpoſuere toris Hĩc ſacra maieſtas q̃ mũdũ tẽperat omnẽ Quaq; die partu eſt edita magna fuit. Nec mora cõcedit medio ſub limis olympo Aurea purpureo cõſpicienda ſinu.

¶ Maiales porci caſtrati. Var. Verres cõ modiſſime anniculi vtiq; nec minores quam ſemeſtres. Quo facto nomen mutant, atq; e verribus dicuntur maiales.

¶ Maiores ĩtelligi poſſũt qcũq; aui, abaui, ꝓaui attaui, tritaui, & añ hos in ĩfinitũ ſicut minores q ẽt poſt trinepotes futuri ſũt. Cic. Ego meis maioribꝰ virtute p̃luxi, vt ſi priꝰ noti nõ fuerit a me ĩcipiãt habere initiũ memorię ſuæ Verg. Hunc lętũ tyrijſq; diẽ troiaq; ꝓfectis. Eſſe velis noſtroſq; huius meminiſſe minores, nõ ſolũ minores hi dicuntur, ſed etiã poſteriores & poſteri nepotes, ſicut ij q ante nos fuerũt maiores & ſupiores & p̃res & aui appellãt. Et tam maiores q̃ minores hac ſignificatione tantũ pl'r declinãt. Maiores magiſtratꝰ ſunt cõſules penes quos faſces ſunt, vel q priores facti ſunt maior pretor dicit Vrbanꝰ, minores ceteri maiores flamines dicebãt patritij generis minores plebei, maior auũculꝰ, aui & auię auũculꝰ. Sic maior patruꝰ. maior amita

¶ Maiꝰ mẽſis a maioribꝰ dictꝰ ẽ, quia vt ĩquit Macro. Maiorꝰ us cõſecratus erat quorũ cõſilio reſp. gerebat, ſicut Iunius a iunioribꝰ, qui rem armis gerebant. Poſtq̃ enim Romulus populum Romanum in maiores minoreſque diuiſit, vt altera pars conſilio altera armis remp. tueretur in honorẽ vtriuſque patris hunc maium. ſequẽtem Iuniũ vocauit. Ouidius. Hinc ſua maiores tribuere vocabula maio. Iuniꝰ a iuuenũ nomine dictꝰ adeſt. Sũt & qui maiũ a maieſtetedea denominatũ velint. qꝛ flamẽ vulcanalis Kalendis maijs huic deę rem diuinam facit. Alij a maia mercurij matre. Propterea hoc mẽſe mercatores oẽs maię piter & mercurio ſacrificare ſoliti erant

¶ Malꝰ fœ. genere arbor cuiꝰ fructꝰ eſt malũ, id eſt pomũ tractũ nomẽ a gręcis, qui malũ μῆλον dicunt. Vnde melimela & habent pe. pro. Hinc malinꝰ a, um, q̃d eſt materiatũ ex malo. Col. li. viij. Eſt etiã nõ ĩgrati ſaporis muria p̃duratꝰ, atq; ita malinis. vel culmi fumo coloratꝰ

¶ Malꝰ maſ. ge. arbor nauis, q̃a iſtar mali ſit ĩ ſũmitate, vel quia cingitur quaſi quibuſdã malis quorũ volubilitate facilius leuantur vela, & ſimiliter primã producit. Luc. lib. ij. Antennas proram malos tonſaſ p natãtes.

¶ Malus, a, um, pri. cor. dicit quod opponit bono. Eſt eĩ generale nomen turpia ſimul & de trimẽtoſa cõplectens. Vnde dicimus malũ culpę, quod male agẽdo cõmittitur quale eſt homicidiũ furtũ & huiuſmodi. Malũ pœnę quod deus ob mala cõmiſſa ĩmitrit, vt eſt illud ꝓpheticũ. Ego do minus creãs malũ. Dicimꝰ etiam malum militẽ qui eſt imbellis, malũ imperatorẽ qui eſt imprudens, malũ grãmaticũ qui eſt rudis, malum iudicem qui eſt iniquus, malã faciẽ quę eſt deformis. Pręterea malum ſumitur pro labore, afflictione, & anguſtia. Ver. Aſſuetumque malo Ligurem. Et in pſalmis, Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala. Vbi Hieronymus. Quanto magis in hoc ſeculo paupertate, inimicorum perſecutionibꝰ, vel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto poſt reſurrectionem in futuro maiora præmia conſequemur. Item ſumitur pro malignitate. Seneca. Imbecillũ inſontẽq; damnare ſummum eſt malum. Item pro interiectione, peride ac ſi diceremus proh nephas. Qui loquẽdi mos per interrogationem & honeſtus & vſitatus eſt Gel. Quæ malum ratio iſta eſt? Plinius libro ſeptimo. Quæ malum iſta dementia eſt iterari vitam morte. Terentiꝰ in Adel. Quod hoc malum infœlicitatis? In eũdem ſenſum. Cicero ad atticũ dixit. Qui mali? Aliquando capitur malum pro paruo, ſicut bonum pro magno.

¶ Male aduerbiũ modo ponitur pro valde, ſed ſemper in malam partem. Cic. Addebat etiã id q̃d ad rẽ pertinere credebat ſcriptores illos male mulctatos, id eſt magna pœna affectos modo pro parũ. Verg. Heu male tũ mites defendit pampinus vuas, modo pro incõmode, ſicut bene pro cõmode, vt male habito, bene habito. In cõpoſitione habet vim negationis, vt male ſanꝰ male fortis. Ouid. l. iij. faſt. Nondũ tradiderat victas victoribus artes. Græcia facundum, ſed male forte genus.

¶ Male audio ſignificat alicuius maledicta ſuſtineo ſeu infamor, vituperor, culpor, ſicut bene audio, laudor, vt ſi quis de me maledixerit, tũc recte dixero, male de me audio. Ci. l. ij. In quo ego nõ quo libẽter male audiã, ſed quia ego cauſam nõ libẽter relinquo. Idẽ ad Atti. Hãc nonnulli amici Apij ridicule interpretãtur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille male audiat.

¶ Male cogito de te, id eſt male affectus ſum erga te, & malã habeo de te opinionẽ. Ouid. Non tamẽ Aeneam quamuis male cogitet odi. Gel. Et ipſe facile aĩaduertere male cũ de me cogitare huic cõtrariũ ẽ bñ cogito.

¶ Maledico tibi & maledico de te. A quo maledicꝰ maledicẽtior & maledicẽtiſſimꝰ q maledicit q̃tũ põt & ſcit

¶ Malefacio tibi. Inde maleficꝰ, a, um, pro perniſioſo. Sic maleficę mulieres incantatrices dicũtur & veneficę hęrbę, maleficici ſerpentes pro venenoſis.

¶ Maleficẽtia & maleficiũ dãnũ ĩiuria facinꝰ. Ceſar. Finitimis ĩpetrauit vt ab ĩiuria & maleficio ſe ſuoſq; ꝓhiberẽt ¶ Male iudico, male ſẽſeo, male opĩor, declarat error meus. ¶ Male mereor de te, male tracto te. Cuius contrarium eſt bene mereor.

¶ Male opto tibi, male p̃cor. intelligitur vicinũ eius de quo agit male volo tibi, odi te. Hĩc maliuolꝰ & maliuolẽtia, q̃ ẽ voluptas ex malo alteriꝰ ſine emolumẽto ſuo.

¶ Male vertere eſt in perniciẽ vertere.

¶ Malitia, peruerſitas q̃ virtuti ſeu bonitati cõtraria ẽ Sene. In hoc ſumma bonitas, ĩ illo extrema malitia. Frequenter aũt ſumit pro verſutia. Cice. Virtuti contraria eſt vitioſitas, ſic ini malo q̃ malitiã appellare quam gręci κακίαν appellãt. Nam malitia certi cuiuſdam vitij nomen eſt. vitioſitas omniũ. Apud veteres etiã ĩ bonum accipiebatur. Plautꝰ. Te ciuẽ ſumma omni malitia. Eſt & alia malitia ex natura ꝓueniẽs. Pli. Quod mõ cęli modo terrę malitia facit. Var. Id ſępe accidit malitia ſoli.

Interdũ malitia dicitur labor aſflictio & ãguſtia ſæculi. vt eſt in Euangelio. Sufficit diei malitia ſua.

¶Malignꝰ a malꝰ fit & eſt qui difficultatẽ ſui oſtendit. hoc eſt q aſper difficilis iuidꝰ auarꝰ eſt. Plini. Nõ malignus & iuidus. hic maligna via quæ anguſta & ardua eſt Vergil. Aditusq; maligni, maligna lux q̃ ſubobſcura eſt Idẽ. Quale ſub incertã lunã ſub luce maligna. malignꝰ ager, agricolis illiberalis ac minime ferax. Idẽ. Difficiles primũ terrę colleſq; maligni. Et malignus conſuetudine dicitur maliuolus & malus, a quo malignitas.

¶Moligno as. & malignor deponens. Hiero. ĩ Pſal Super populũ tuũ malignauerunt conſilium. Et iterũ. Qui malignantur exterminabantur.

¶Mala æ. faciei pars q̃ & gena, dicta ꝙ rotunda ſpeciẽ mali prę ſe ferat. Nã eſt quæ præeminet inter naſũ oculos & buccã. Plin. Infra oculos malę homini tãtũ quas priſci genas vocabãt. Ibi oſtẽdiꝫ pudor. Et primã ꝓducit Ver. tamẽ lib. iij. Geor. equino generi malas tribuit cũ ait Quo tẽpore glauci Porthynia dæ malis mẽbra ab ſumpſere quadrigæ. Et mala latine dicitur ouis. Vnde & malonomos id eſt paſtor ouium.

¶Malicortũ, putamen mali granati. Pli. li. xxiiij. Huiꝰ aridis folijs vt malicorio coria perficiuntur.

¶Malobatra vnguẽtã quæ ex Aſſiria afferebãꝫ. Vnde Horat ĩquit. Tinctos malobatro aſſyrio cappillos. Hinc Malobatratus, hoc eſt malobatro cappillos delibutus, vt eſt apud Sido. Apollinarem ad Leonem.

✥Malachites gemma ſpiſſius virens a colore maluę q̃ grece μαλάχη dicitur. Cc.

¶Malachus latine mollis ἑλληνις ἱμαλακὸς.

¶Malachia æ. mollicia cũ maris fluctꝰ omnino qeſcũt & lãguẽt, neq; vlla aura cõmoueꝫ, qđ vulgꝰ uitãdi mali ominis gr̃a bonaciã vocat. Lucre. pellaciã a pelliciẽdo appellat. Subdola cũ ridet placidi pellacia põti. Similiter malacia eſt in grauidis ille langor & mollicies diſſoluti & cuncta faſtidientis Stomachi. Plinius. libro. xxiij. Maliquorium expetitur In grauidarum malacia, & quoniam guſtatu moueat infantem. id gręci κιασᾶμ appellant κιττᾶμ, quod eſt vt Theodorus Gaza vertit picare. a pica dictum quoniam eiuſmodi aues varia ſolent appetere cum ſunt prægnantes.

Malacioſſo as. mollio ſubigo. Plau. Ah nimium ferus es. malaciſſandus es.

¶Malaſſo as. a qua cõmalaſſo qđ eſt exerceo maturefacio. Var. In dolore a diaphoron eſſe qđ eſt philoſophia cõmalaſſaret eã partẽ quę cõcuti cupiditatibus ſolet.

✥Malachę pe. cor. hęrba que a latinis dicitur malua, ꝙ habeat folia mollia. & ad emoliendũ ventrẽ apta quę gręci malcha dicũt. Nã Dioſco. quũ vult falia mollia alicuiꝰ hęrbę dicere appellat malcha, vel malchę, dicitur qm̃ eſt mollificatiua, græci μαλαχεμ enim molle vocant maiorem maluam, malopen, gręci vocant.

¶Malagma atis, fomẽtũ cũ res dura per alteriꝰ admixtionẽ moleſcit ſicut emplaſtrũ. Nã malagmata contuſa & ſi p cutẽ iiecta abũde mollificãt a μαλλάττω mollio. his moliuntur apoſtemata & matura fiũt. Col. li. vi. Cuminũ cõteriꝫ, eiq; adijciꝫ exiguũ picis liquidę & axuugię vt lẽtorẽ malagmatis habeat. Amb. lib. j. off. Alliga ſenſum tuũ, nõ ſit remiſſus ac defluus, ne dicaꝫ de te nõ ẽ malagma opponere neq; oleũ neq; alligaturã. Differũt aũt ẽplaſtra a malagmatis & paſtillis. Emplaſtra ĩponũꝫ vulneribus, malagmata ad ĩtegrã cutẽ inijciũꝫ. Paſtili aũt illinunꝫ aut alicui molliori curaitõi miſcenꝫ.

✥Malacrhram ſiue maldacon arborẽ vocãt magnitudine oleę, folio toboris fructu caprifici, huius fructum Bolelliũ quod eſt gummi genus dicunt. Cc.

¶Malua hęrba quã gręci μαλάχην vocãt ab emoliẽdo ventre Marti Vtere lactucis & mollibꝰ vtere maluis. duo eiꝰ gñ̃a poſuit pli. q̃ folliorũ ãplitudine diſcernunꝫ ĩ ſatiuis maiorẽ gręci malopẽ. alterã ab emoliẽdo aluo malachen dixere ſylueſtrẽ, cuiꝰ foliũ grãdiuſculũ eſt & albę radies Altheã & ab excelẽtia ꝫſſe ſtꝰ Ariſtaltheã ἄριστον greci optimũ dicũt καὶ ἔλτᾶία malua. Diciꝫ etiã malua maluatiũ, a malua fit maluaceus. a um.

¶Malaca ciuitas ĩ Hiſpania Mart. Siga opidum e regione malacam vrbem hiſpanię contemplatur.

¶Malea pen. indiferẽte promontorium Laconiæ qđ per quiquagita millia paſſuũ in mare ꝓtendiꝫ vbi periculoſa eſt nauigatio ꝓpter aduerſos vẽrorũ flatꝰ. Hinc eſt illud prouerbiũ, Cũ ad maleã deflexeris domeſticos obliuiſcere. Ver. lib. v. Ionioq; mari, maleeq; ſequaces vndis Propter. Prębeat hoſpitio ſęua malea ſuo. Dicta malea a Maleo Argiuorũ rege qui in ea tẽplũ pulchrũ conſtruxit, quod malcoticũ appellauit. A malea fit maleacus, a, um, vt ſinus maleacus.

¶Malinꝰ Sicilię mons eſt malis hoc eſt pomis refertꝰ

¶Maleuentũ erat Campaniæ vrbs quã nũc boni ominis cauſa Beneuentũ dicimus. Cc.

¶Malicea vrbs Theſſalię, a qua populi malices & mare vicinum maleacum dicitur.

¶Maltha calx cũ arena & aqua, vel pix cũ cęramixta & huiuſmodi ἑλληνισι μάλθα λέγεται καὶ μαλβακίξω τόμαλακὸν ποιέω ✥ id eſt gręce μαλθη id eſt malta dicitur & maltacizo mollefacio.

¶Malleus fabrile inſtrumentum ꝙ res duras molliat quaſi molleus. Ea enim quę dura molliuntur ad ignem vt maleis flagellantur.

¶Malleolꝰ diminutiuũ a maleꝰ. i. paruꝰ maleꝰ Et malleolꝰ teſte Col. li. iiij. dicitur nouꝰ palmes vitis innatꝰ prioris anni flagello ſic dictus ab ipſiꝰ mallei ſimilitudine, vel ꝙ ĩ ea parte q̃ decidiꝫ ex vetere fermẽto prominẽs vtriq; malleoli ſpeciẽ ꝓbet & plãtationi aptus eſt. vel vt ait Pli. ſolebat capitulatꝰ vtriq; & ſurculatꝰ feri. Et malleoli ſunt ſarmẽta illa q̃ in aggeribꝰ ponunꝫ. Sed & manipuli parte pice cõtecti q ĩcẽſi aut ĩ muros aut in teſtudines ad incendiũ iaciũtur malleoli vocantur.

¶Malleolaris, & hoc maleolare a malleolꝰ fit. Col. lib. iij. Virgã malleolarẽ nõ ãpliꝰ q̃ ſex gẽmarũ eẽ ꝯuenit.

¶Malleo, as, q̃ſi malleo eperor. Vñ malleolator. Aug. li. xv. de ci. dei. Tubalca inerat ęrariꝰ & malleator æramẽti & ferri. Malleatꝰ a, um, qđ malleo factũ eſt. Vnde malleati libri dicũtur, vulgo ſtãpati. Vlpi. xxxij. ff. inqt Sed perſcripti nondum malleati vel ornati vel quia paginę malleantur repaginandę.

℥Malluuiũ vas in quo lauãtur manus & fœminino gñe malluuiæ, ſicut pelluuiũ & pelluuię, quo lauãtur pedes Nonius etiã Trulleũ appellat, cuius vrceolus aquę manalis vocatur ꝙ eo aqua manãs in trulleũ effundãꝫ. At Ser. Lebetẽ vaſculũ interpretatus eſt in quo aqua cadit cum manus lauanlur, ab alijs polubrũ etiã nominatur.

¶Mambre mons iuxta Hebron.

¶Mamers lingua oſcorum dictꝰ eſt mars detractione ſyllabæ, qui & mauors etiam appellatur mamertus prę nomen oſcum ab eo ꝙ hi martem mamertem appellãt Apud Li mamertus Aemilius dictator ex gente Mamerta Quidam dicunt Aemiliam gentem a Mamerto appellatam cui propter humanitatem ciuicam cognomen fuerit Aemilio. Gręci enim Aemylium vocant ſermonis l: pidatem atq; facundiam.

¶Mamertini, populi Cãpanię. Hi cũ meſſanã colonos miſiſſent, ipſi quoq; mamertini potius q̃ maſſanenſes ſunt vocitati. Et cũ ager eorũ vini ferociſſimus ſit, mamertinũ vinũ nõ meſſanẽſe appellatũ ẽ. Mar. Amphora neſtorea tibi mamertina ſenecta, Si deꝫ qđ vis nomẽ habere poteſt. Dicti mamertini a ciuitate Mamertia q̃ a Lacedęmonijs ſubuerſa fuit, ꝙ Meſſenij quinquaginta virgines Lacedęmones violare tẽtaſſent, & nõ conſentientibꝰ eas occidiſſent. Auctor Hier. contra Ioui. Mãma papilla quę vber diciꝫ. Iuuena. Et nuda teneat venabula mãma, mãma quoq; gręca dictio ẽ, qua ſignificaꝫ nutrix, ſeu vt quidã aiunt auia. i. prtris ſeu matris mater, ſicut tata pater Marti. Mãmas atq; taas habeꝫ.



¶Mamilla diminutiuũ licet per ſimplex m ſcribatur. Iuue. Illa loqui recta facie ſtrictiſq; mamillis.

¶Mammula ſimiliter diminutiuum a mamma.

¶Mãmoſus a, um, quod habet magnas mãmas. Mar. Mãmolas metuo, tenerę me trade puellę.

¶Mãmeatus a, um, idem quod mãmoſus. Plau. Cuius amicã mammeatam vidimus.

¶Mãmare eſt mãmas ad ſugendum prebere. Aug. in pſal. interpretatione. Ve pręgnantibus & mãmantibus illis diebus. Hinc mãmatus a, um. Vnde mammatę tegulę a laxitate dictę ſunt quę balneis adhibentur.

¶Mammilare amiculi genus quos mulieres mammas tegere conſueuerunt.

¶Mammotreptus quid ſignificet Augu. in interpretatione pſal. declarat. Si eũ inquit quęris imitari & ex illo pendere adhuc lacte vis nutriri & fies mammotreptus quales dicuntur pueri qui diu ſugunt quod nõ decet. Et paulopoſt, Faciunt hoc nutrices mammotreptis vt aliqua amara ponant in papillis ſuis quibus offenſi paruuli ab vbere reſiliant Et ad menſam inhient.

¶Mammilia propriũ nomen mulieris Telegoni filię a q̃ Mamiliorum familia eſt vocata.

¶Mãmona nõ Hebręorũ ſed Sydorũ lĩgua vt Hyero. ait, diuitię nũcupãtur quę iniquitate collectę ſunt. Idẽ in pſalmorũ expoſitione. Videtis ꝙ iniquus mamona ĩ iſto ſeculo defecit Auguſt. vero ſic. Mamona verbũ latinũ nõ eſt ſed hebręũ cognatũ ligue punicę Iſtę enim lingue ſibi ſignificationis quadã vicinitate ſociantur. Quod punici dicũt mamon, latini lucrũ vocãt quod hebręi dicunt mamona latine diuitię vocãtur Suidas tamẽ μαμωνᾶς χρυσὸσ γένοσ. πλοῦτοσ ὀυχὶ ὁ ἐκ τοῦ σαθανᾶ ἀλλ' ὁπεριττὸσ καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν ✥ id eſt Mammona auiũ & terrenæ diuitię nõ ex Sathana, ſed ſuperuacue & ꝑter neceſſitatẽ Quare penultima lõga eſt quia eſt ωmega.

¶Mamurius faber ærarius laudatiſſimus.

¶Mamurræ ſenatoria familia Romę erat, ſed formijs oriunda.

¶Manceps qui aliquid a populo emit cõducitve quia ſub lata manu ſignificat ſe auctorẽ emptionis eſſe qui idẽ præs dicitur, quia tã debet pręſtare populo quod ꝓmiſit quã is qui pro eo præs factꝰ eſt. Et ẽptio mãcupi q̃ ſolẽnitate quadã fiebat adhibitis nõ minꝰ quinq; teſtibꝰ Romanis ciuibꝰ puberibꝰ & alio eiuſdẽ cõditiõis qui librẽ A neã teneret. Emptor ita dicebat. Hoc ego ex iure qritũ meũ eẽ aio hoc qđ ẽptũ ẽ hoc ære æneaq; libra. Deiñ librã ęre percutiebat idq; æs dabat a quo rẽ emptã accipiebat. Et hæc mãcipatio vocabaꝫ. Hic ſeruus, æquus, ouis aliaq; hmõi mancipia dicuntur ꝙ manu capiãtur ſiue mancipij emptione acquirãtur. Mãcupes Cic. appellat. romanos publicanorũ prĩcipes q q̃ſtꝰ ſui cauſſa decimas redimũt a populo Romano. Vñ a Suetonio dictũ eſt, Nõ negauerim iactatum a quibuſdã Petroniũ patrẽ e regione Tranſpadana fuiſſe mãcupẽ operarũ, quę ex vmbria in Sabinos ad culturã agrorũ quotãnis cõmeare ſolẽt. i. redemptorẽ cõductorẽq; ſeruorũ & operariorũ. Sciẽdũ eſt ꝙ mãcipi ſiue mãcupi indeclinabile eſt per oẽs caſus & genera, q̃q̃ alij figurate dici velint in caſu dãdi. Et mãcipi dicitur ad nos pertinere ꝙ ex ſubhaſtatione eminꝰ eſtq; ius. Cic. pro muręna Qui ſi in his repetundis quę mancipi ſunt his periculũ indicit præſtare debet qui ſe nexu obligat.

¶Manalis fons dictus ꝙ aqua ex eo perpetua manat. Et manalis lapis ex quo aquę manare videtur. Cc.

✥Manalis vrceolꝰ ſiue ſuturnium vas dicebaꝫ ex quo aqua in polubrum dimittitur. Cc.

¶Mãcipo, as pe. cor. quaſi manu capio, & mõ dictũ ẽ quod eſt obligo ſubmitto & ſeruũ facio, quamuis ſine libra & verbis ſupra poſitis. Lact. lib. ij Spiritibus immũdis puris aĩas ſuas mãcipãt. Pla. ĩ Cur. Alienos mãcipatis, alienos manumittitis, alienis ĩperatis nec vobis au thor vllus eſt nec voſmet iſtis vllis. Hie. in prolo. Thobię. Librũ vtiq; Thobię quoniam Hebręi de Catalogo diuinarũ ſcripturarũ ſecãtes his quę Agiographa mẽorant manciparunt. i. ſubdiderũt. Huiꝰ ꝯpoſitũ ẽ E mancipo.

¶Manciſterna aquę vrna id eſt vrceus. Plau. in Bach. Effer manſiſternam cum aqua foras.

¶Mãcus ꝓprie manu eneruatꝰ quaſi manu carẽs licet quãdoq; ꝓ debili ponaꝫ & ad res etiã inanimatas tranſferaꝫ. Cic de fibo. Sed atiã alteriꝰ tribus qui mãcã fore putauerunt, ſine aliqua acceſſione virtutem.

¶Mancinus nomen viri, a quo Mancinatus pro dãnato ꝙ mancinus inſignem domum habuit quę eo interfecto publicata eſt.

¶Mandra ſpelũcæ cubile & receptaculũ ouiũ, boũ aliorũq; huiuſmodi. Iuue. Et ſtãtis cõuitia mãdrę Eripiunt ſomnũ druſo. Probꝰ ſcribit mãdrã eſſe vici oſtiũ vel flexum vel arrectũ aut breue & vile ędificiũ, qđ ãguſtet latitudinẽ vici, vel ingens vehiculũ quo trabes portãtur μάνδραν λεγο ὕσιν ἑλληνες ✥. Id eſt mãdram dicũt greci.

¶Mãdragoræ duo ſũt genera, cãdidũ qđ mas, & nigrũ quod fœmina exiſtimaꝫ. Ferũt mella auellanarũ nucum magnitudine. Mãdragoram foſſuri ab auerſante vẽto cauent, & occaſum ſpectãt. Vis eius in populo ſomnifera eſt, ac etiam olfactu. Col. Mandragorę pariat flores.

¶Mando as, cõmitto. vt cum quid memoriæ mãdatur ſiue imponitur committiturve vt memoriter teneatur, ſiue ex propria memoria id fiat cũ quid repetitur aut auditur ſiue ex, ſcripto Ex memoria propria Cice. lib. iij. ad Hæren. Quoniã nuperrime dictũ facile mẽorię mandaꝫ vtile eſt cũ dicere deſignamꝰ recẽtẽ aliquã reliq̃re ĩ animis auditorũ firmam argumentationem. Ex ſcripto Gel. Memorię mandatũ Platonem philſophũ tenui admodum pecunia familiari fuiſſe. Et hoc mõ mãdo ſignificat manu ſcribẽdo memorię do. vt. Cic. ꝓ Sex. Hęc fama celebrãtur monumẽtis annalium mandãtur, poſteritati propagantur. Aliquãdo & literis & memorię ſimul quid mandatur. Idem. lib. xij. Philip. Quid huic facias qui hoc literis memorięq; mandauit. Lactã. lib. vj. Oingenia hominibꝰ indignaq̃ has ineptias protulerĩt, miſeros atq; miſerabiles qui ſtulticiã ſuã literis memoriæq; mãdauerũt literis & memorię capere licet non ſolũ ſcripto id mãdatũ eſſe, vt rem ordine geſtã ipſi ſcriptores haberẽt, ſed atiam memorię poſteritati darent. Nã non intelligi par eſſe cẽſeo accipi literis & memorię dictũ ex abũdãtia, ſed ex diuerſitate rei. Aliter etiã qui mandari poteſt vt Colu. lib. iij. Semina q̃ recentiſſima terræ mãdare cõuenit. interdũ mandare cõmittere, vt cum quid faciendum datur quod iniũgere ſeu imponere ſeu comẽdare dicitur. Plaut. in Cur. Mandatum eſt mihi vt has tabellas ad eũ ferrem. Terenti. in Adel. Huic mãdes ſi quid recte curatũ velis. Cõpoſita huiꝰ verbi ſunt Amãdo, Adamãdo, Cõmãdo, demãdo, ꝓmãdo & Remãdo.

¶Mãdatũ & participiũ & nomẽ eſſe poteſt. Participiũ vt mãdatũ eſt mihi, apud Plau. nomẽ & apud Quinti. Mãdata tũ tua fili perago. Et eſt proprie mãdatũ cõmiſſio hoc eſt qđ cõmittiꝫ Sal. C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martiũ regẽ mittit cũ mãdatis huiuſmodi.

¶Mandatarius cui dantur mandata peragenda.

¶Mando is, mandi, ſecũdũ alios mandui, & ſecundum alios mãdidi, mãſum ſignificat dentibus cõficio. Hier. in Geñ. Tolles tecum ex omnibus quę mandi poſſunt. Verg. lib. iiij. Non ad effectũ, ſed ad actũ retulit. Stat ſonipes & fręna ferox ſpumantia mãdit. Serenus vero ad effectum. Purgatur cerebrũ manſa radice peritri. Dictũ mando a manu dando ꝙ manu cibus ori admouetur, queadmodũ a manu ducenda dicimus manduco. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Remando quod eſt rurſus mando rumino. Plin. lib. x. Pontici quoq; mures ſimili modo remãdũt.

¶Mando mandonis edax, qui aſſidue mandit. Lucili. Atque omnes mandonum gulę.

¶Nanduco as, idẽ qđ mando. Cuius cõpoſitũ eſt com

manduco. Plinius libro. xx. Huius cucurbitæ cōmanducatę ſuccus ſtomacho admodum prodeſt.

¶ Mãduco, onis, edacē ſignificat. Hęc eñ oĩa fere idē denotãt. Mãdones, mãducoēs, mãduci, mãſuti, Comecones, Comedi, Edones, Edaces, Epulones, Iurcones, Curguliones, Gancones, Heluones, Scurre, Paraſiti, Gulones, Phaganes, Iuguriones, Nepotes, Catillones Deglubitores ¶ Manducus idem quod manduco duci Plaut. Quid ſi ad lupos me pro manduco locem? Man effigies in pōpa antiquo ruminter cæteras ridiculas & formiodoloſas imagines ire ſolebat magnis mails ac late dehiſcens & ingentem dentibus ſonitum faciens.

✝ Mãducatus cibus, & cōmanducatus, non tã ſignificat comeſtꝰ q̃ manſus, & dētibus comminutus, maſticatuſq; qui deinde pro medicamento imponi ſolet.

✝ Mãſus, ſa, ſũ, quod dentibus contuſum comminutumque, & proprie dicitur de cibo manducato Serē. Purgatur cerebrum manſa radice piretri.

✝ Manſũ ſubſtantiuũ, quod a nutricibus dari ſolet infãtibus. Cic. lib. ij. de orato. Atq; omnia tenuiſſima. manſa vt aiunt nutrices infantibus pueris in os inſerant.

✝ Manſum ſubſtantiuum, q̃titas terræ quæ ſufficit duobus bobꝰ in anno ad laborandũ, vt ſcribitur li. iij. decretalium, de cenſibus & exactionibus.

¶ Manſutius amãdēdo edacem ſignificat vt ĩquit. Feſ.

¶ Mandibula in qua dentes ſunt ſiti, quę & maxilla dicit̃. Sũt ãt duę mandibulę ſuperior, ſ. inferior, a mãdēdo Quo etiam nomine vocatur gens in Gallia Aquitana Aruernis finitima ſicut & Strabo ſcribit.

¶ Mãna ros melleus matutinus.

✠ Mãnꝰ filius fuit Teutonis dei a quo Alemanni dici gloriantur Cc.

¶ Mane dici prĩcipiũ cũ dies clarꝰ eſt, ab obtētu boni oĩs Manũ eñ veteres bonũ dicebãt. Vnde dij manes. i. boni queãdmodũ ecōtrario ĩmanes crudeles dicimꝰ, ac minime bonos. Vel ſicut ait Mac. ꝙ ab inferioribꝰ locis. i. a manibꝰ exordiũ lucis emergat. Varro. a manando deriuat ꝙ cũ ſole manat dies ab oriēte Vnde Manij & Lucij qui nati ſunt mane & luce. Vel ꝙ dij manes ꝑ omnia manare exiſtimabantur.

✝ Manes ſũt p̄ſules corpi hũano attributi q parētũ ſeminibꝰ manauerũt. Inde Sũmanes. i. ſũmꝰ ĩter manes dictus Pluto. Verũ manes qñ corporibꝰ illo tpe tribuunt̃ quo fit pría cōceptio poſt vitã hiſdē corpibꝰ delectãt̃, atq; cũ his manētes appellãt̃ lemures. Qui ſi vitæ prioris adiuti fuerĩt honeſtate ĩ lares domoꝝ vrbiũq; vertunt̃. Si animi deprauãt̃ ex corpore laruę perhibent̃ ac manię Manes igit̃ tã boni q̃ truces ſũt conſtituti, quos agathos & cacodęmonas memorat greca deſcriptio.

¶ Manes dij boni dicunt̃. Acrō. Dij manes dij boni, a manũ qđ eſt bonũ Antiqui aĩm a corpore ſeparatũ manē deũ nũcupabãt. Apuleiꝰ de Socratis dęmonio dici Manes aĩe dicũt̃ melioris meriti, ĩ corpe noſtro genij dicũt̃ corpori rẽnũciãtes lemures, cũ domos ĩcurſiõibꝰ ĩfeſtarēt laruę appellabãt̃. Cōtra ſi bone fuerĩt lares familiares. Ser. ꝑ ãtiphraſi ait manes eē deos ĩferos qa nō ſũt boni. Idē dicit alibi eē animas corporibꝰ exutas quę nōdũ in alia corpora migrauerint. Quãdo manes dicuntut pœnę Vergi. Quiſq; ſuos patimur manes.

¶ Manię deformes pſonę. Et manias leruas quas nutrices pueris minari ſolent appelãt. Medici Maniacos vocant furoris morbo laborãtes qñ mania dr̃ inſania & furia. Latini melliꝰ q inſaniã a furore diſtingũt qñ aliđ eſt furere aliud inſanire. Itē mania dea larium mater cui olim ſacrificabãt. Et manię dicibãt̃ ficta q̃dã ex farina ĩ hoĩm figuras ꝙ deformes ſĩnt q̃s ēt maniolas appellãt

✝ Manichei heretici qdã dicti a quodã pſa, q vocabãt̃. Manichē q̃uis & ipſum cũ eius inſana doctina cœpiſſet nomē prędicari, nã añ hoc vrbicꝰ vocabãt̃ Sed ĩ grecia diſcipuli eiꝰ vitãtes nomē ĩſaniæ q̃ſi doctores, & eo ĩpo mēdatiores geminata n, Mãniceũ, q̃ſi mãna fundētē ꝑ manicheo, id eſt inſano appellauerunt.

✝ Mãliꝰ, ꝓpriũ nomē viri Romani ꝙ mãu prōptꝰ eēt, neminē aũt p̄ſitię familię hoc noĩe vocari licuit poſt eũ Mãliũ q gallos a capitolio depulit, ꝙ is regnũ occupare conatꝰ necatꝰ q; ſit fuit & cognomē eiꝰ q carthaginē vicit. Hũc Pli. maxĩs vtilē doctrinis nullo doctore fuiſſe ꝑdidit. ¶ Maniole inſulæ ex aduerſo Indiæ extra Gangē in quibꝰ tradũt nauigia q̃ clauos ferreos habent detineri nec vlteriꝰ progredi ſinũt, ne qñ lapis Herculeus q circa ipſas gignitut. illa ad ſe trahat. Eas tenent Anthropo phagi manioli dicti ſicuti ſcribit Ptolemæus lib. vij.

✠ Manicō genꝰ hęrbę quam & furialem vocant quã ſi quis drachmę folio ſũpſerit, varię ſpecies ac lętitia plęnę animo obuerſantur. Cc.

¶ Manꝰ, p̄nomē eſt eiꝰ q mane natꝰ eſt, ſicut Luciꝰ q lucet. ✠ Mãliana imperia quod ilia vocitata ſunt. Sunt & manliana malorũ genera ab inſitore ſic dicta. Cc.

¶ Manare proprie dr̃ cũ aliquid ex ĩtegro, ſed nō ſatis ſolido ꝑ minutiſſimas ptes ſtillat. Tractũ a grecis q μανὸρ raꝝ & ſine dēſitate appellãt. Hĩc manalē fōtē dici ex iltimãꝙ aq̃ ex eo ꝑpetuo manet, & manalē lapidēꝙ ex eo manare aq̃ videat̃. Alij a manare mane deducũt, & de ſole ꝓprie dici volũt cũ oriētis radij ſplēdorē iactare ĩcipiũt. Sed frequētiꝰ ad aquã & ad hũores refert̃. Per trãſlationē ponit̃ ꝓ deſcēdere, fluere, ꝓcedere, & hmõi res q̃ manat q̃nq; in nctō ponit̃. Verg. Tũ gelidꝰ toto manabat corpore ſudor, Lac. li. j. Quid mirũ ſi ab hac gente vniuerſa flagitia manauerũt. i. proceſſerũt. Quãdoq; in actō. Pli. li. xiiij. Arborũ ſucco manãtiũ picã reſinã, q; alię ortę in Oriente, aliæ in Europa ferũt̃. Quãdoq; ĩ alba Liui. li. primo. Cultrũ ex vulnere Lucretiæ extractũ manãtē cruore p̄ ſe tenēs. i. fluētē. Hier. ĩ lib. nũeri. Tradet humũ lacte & melle manãtē, huiꝰ cōpoſi. ſunt. Emano & permano. ¶ Manꝰ a manãdo dicta eſt ꝙ ex brachijs manet, vel ꝙ ex ea digiti manēt. Et manꝰ inſtrumentũ & telũ nauale dr̃ quo naues harpagonibus rapte tenēt̃, a mãnꝰ humanę ſimitudĩe, q̃ Pericles Atheniēſis (vt fert̃) ĩuenit. Hie. Ferreas manꝰ & vncos p̄parãt, Lucil. li. ij. ĩ manibꝰ veſtris quãtꝰ ſit Cęſar habetis. Itē manꝰ multitudo vocat̃. Ver. Hic manꝰ ob patriã pugnãdo vulnera paſſi. Itē poteſtas, vt cũ dicimꝰ. Res in manu ē qđ nō mō ſignifi. in prōptu ē, ſed etiã in ptãte Iñ vlpi. teſte. manumiſſo dicta ē datio libertatis. Nãq; diu qs ĩ ſeruitute, eſt manui hoc ē ptãti ſubditꝰ ē, & manumiſſꝰ a poteſtate liberatꝰ. Itē manꝰ capit̃ ꝓ ꝓboſcide elephãti. Nã hãc manũ vocãt latini ꝙ ea in decerpendo pabulo ꝓ manu vtat̃ elephãtꝰ. Cur. li. iiij. de elephãto loquit̃. Pręcipue terribilis illa facies erat cum manu arma viroſq; corriperēt & ſuper ſe regentibꝰ traderent Idē ĩ eodē. Copidas vocabant gladios leuiter curuatos faſcibus ſimiles quibꝰ appetebãt beluarũ manus. Nōnũq̃ ꝓ ſciptura manuũ, Quint li. i. Cauſas Caſſius Cecero & vergilius ſcripſerunt, ſic manus eorum docent.

✝ Manꝰ iniectio dicitur quoties nulla iudicis auctoritate expectatata rem nobis debitam vindicamus.

¶ Manicula diminutiuum. i. parua manꝰ. Plau. in Ru. Duę connixę maniculę & ſucula.

¶ Manum conſerere, eſt pręliũ incipere & cōtendere. Sed apud iuriſcōſultos cum de aliqua re diſceptatur iure p̄ſente p̄tore, ſiue ager ſeu quid aliud ſit manũ cōſerere dr̃ cum manu appręhēdit rē de qua agit̃. Quod manꝰ correprio & vindicatio & vindicia appellatur Ad manꝰ venire ſimiliter eſt pręliũ ſeu cōtētionē incipere. Plau. Itur ad manus arma ſumuntur.

¶ Manica pe. cor. ꝓs veſtis qua manꝰ tegunt̃ Ver. Et tunicę manicas & habēt redimicula mitrę. Hic manicata veſtis q̃ manicas habet quas velut ꝓbroſas & fœmineas criminari dicũt a poeta, ꝙ priſci Romani breues & citra humerũ deſinētes primo portauerũt. Manicę etiã dicuntur manũ vincula vt apud eundē. Manicas atque



arcta leuari Vincla iubet Priamus. Sic cōpedes vocant̃ quibus pedes colligantur. Hinc per tranſlationem dñr vincula nauiũ, Luca. Aſt alias manicæq; ligant tereteſq; catenæ. Itē manicæ thecę ſunt ex ferro, quibus brachia & manꝰ cōtra hoſtiũ iniurias muniũtur. Iuue. Quale decus rerum ſi coniugis auctio fiat Baltheꝰ & manicæ criſtę curiſq; ſiniſtri Dimidium tegmen. Et manicæ dicuntur quibus aduerſus vim frigoris manꝰ muniũtur. Plin. iunior ad acrũ Macrũ. Ad latus notariꝰ cum libro & pugillaribus cuiꝰ manus hyeme manicis muniebant̃, vt ne cęli quidē aſperitas vllum ſtudij tempus eriperet.

✝ Manciolę diminutiuum a manu quaſi paruæ manus. Neuius Manciolis tene illis.

dia abundet. Ser. ſcribit medicam a Medis in gręciam
tranſlatam quo tempore eam inuaſerunt, quæ ſemel ſa
ta decẽ annis durat. Huius plena Venetia eſt trium fo
liorum, & ſemper virens eſt ſecundum Dionyſium. Cu
ius natura eſt, vt vno anno frequenter ſeratur, & poſtea
aliquot annis ſponte ꝓcreatur. Et vulgo dicitur Sylla.
Columella lib. vij. Ad maciem nulla res tantum quãtũ
medica poteſt.

¶ Medicum velum quod in prora ponitur.

¶ Medicina medicamen medicamentũ & medela, idẽ
ſignificãt. ſ. id quo quis curatur. Mirũ aũt eſt quod ſcri
bit Theophilus de pulſibꝰ & vrinis ὅτι ὁ ἱπποκράτης θεῖος ἰατρὸς οὐκ ἔσχε γνῶσιν περὶ τῶν σφυγμῶν ἀλλὰ τὰ πλευρὰ καὶ μέτωπον χειρὶ σύνηψε. ✠ Id eſt q̃ Hippocrates diui
nꝰ medicus pulſuũ notitiã nõ habuit, ſed latera & frõtẽ
manu cõtingebat. Sumit̃ tñ quandoq; medicamentum
ꝓ veneno ſicut venenũ ꝓ medicamẽto, quoniam græci
vtrũq; pharmacon vocant. Caiꝰ iuriſcõſul. Qui venenũ
dicit, adijcere debet bonũ vel malũ, nam & medicamen
ta venena ſunt, quia eo noĩe omne continetur quod ad
hibitum naturam eius cui adhibitum eſt mutat. Cum id

quod nos venenũ appellemus, greci pharmacũ dicunt & apđ illos quoq; tam medicamẽta quã quę nocent hoc noĩe cõtinenť. Galenus aũt medicinam ampliauit, qui quãta ſcripſerit, ſi memorarẽ eſſet ĩcredibile, ſed inter alia miranda ſupra. xxij. libros περὶ τῶν ἀνατομικῶν, quorũ magnã partem habet illuſtris Antonius vicecomes muſarũ amantiſſimus. Galenꝰ aũt quo tẽpore fuerit ita ſcribit lib. j. magnę anatomię ἀνατομικὰς ἐγχειρήσεις ἔγραψα μὲν καὶ πρόσθεν ἡνίκα τὸ πρῶτον εἰς ῥώμην ἀνῆλθον ἄρχειν ἠργμένου τοῦ νῦν ἡμῖν ἄρχοντος ἀντωνίνου. Id eſt, Anatomicos tractatꝰ ſcripſimus primũ cũ Romã veni incipiẽte regnare & nunc adhuc regnante Antonino, & multa alia q̃ ſcribit de ſeipſo ibidẽ Galenus nõ aũt Galienus.

✣ Medicinæ inuentorem Chironem cẽtaurum phibẽt hic inuenit & hęrbarum vires nonnulli Aeſculapio hoc tribuunt. Cc.

✣ Medicinę tria gñа veteres fecere Empiriciẽ q̃ nullis rationibꝰ ſed ſolis experimẽtis conſtabat. Iatralepticẽ quę vnguentis & frictionibus curabat Pharmacenticẽ quę medicamentis. Cc.

¶ Medicinale adiectiuũ qđ ad medicinã ptinet, vt hęrba medicinalis. Medicinalis vero digitus dictus eſt minimo proximus, vt inqt Macro. Quoniã neruus quidã de corde natus pergit vſq; ad digitũ manus ſiniſtrę. Ob quã cauſam nouus nuptus huic digito tanq̃ cordis vicario ſuę ſponſę imponit anulum.

¶ Medicabile cui adhiberi medicĩa poteſt. Oui. Hei mihi ꝙ nullus amor eſt medicabilis hærbis.

¶ Medibile idem quod medicabile, Feſtus. Medibile, medicabile.

¶ Medicamentarius qui medeť, Plin. lib. xviij. Sectiui duo genera hoc hærbaceũ folio inciſuris eius euidentibus quo vtuntur medicamẽtarij. Medicamẽtarius, a, ũ, quod ad medicamentũ pertinet. Idem lib. xvij. Hęrbariam & medicamentariam. ſ. artem.

¶ Meditrina pe. p. medicamentoꝝ dea cuius ſacra etiã meditrinalia dicebanţur, de quibus paulo ſupra.

¶ Medipontus inſtrumentũ funariũ apud Catonem.

¶ Medulla dicta eſt qđ ĩ oſſibus media ſit. Hĩc Emedullo as, quod eſt medullã extraho. Pli. de limonio. Itẽ grauеolentiã alarũ emẽdat radicis emedullare vncia in vini falerni heminis tribus decocta. Per trãſlationẽ ſignificat declaro. Plau. Narra iã rẽ nobis oẽm atq; emedulla

¶ Medullitus penult. producta. aduerbiũ eſt & ſignificat ex intimo vel intime. Var. Medullius aquloniã ſeruat frigedinem.

¶ Meduacus Venetoꝝ fluuius qui nunc vulgo Brenta dicitur. Nã oſtia padi Pli. ſcribens hæc ait. Proximum portum facit brõdulũ ſicut Edronẽ Meduaci duo & foſſa clodia Stra. ſcribit meduacũ vocari & portũ & fluuiũ. Idẽ ſupra Venetos Carnoꝝ & meduacoꝝ fuiſſe gentẽ tradit. Vide Pliniũ in initio primi voluminis.

¶ Meditor pen. cor. quaſi animo verſo, hoc eſt cogito. Hiero. Ex hoc intelligimus non ſolũ Herodẽ, ſed ſacerdotes & ſcribas eodem tempore necem domini fuiſſe meditatos. Interdum meditari eſt cogitando inuenire. Terẽ. in An. Venit meditatꝰ alicũde ex ſolo loco. Interdũ exercere. Ver. Agreſtẽ tenui meditabor harũdie muſam. Inde meditationes Romanoꝝ dictę ſunt cõflictus ſine ſanguine, & omnes artes auctore Vegetio in meditatione conſiſtunt. Interdũ tẽdere. Ver. Nec lupꝰ inſidias pecori, nec rætia ceruis Vlla dolũ meditanť, amat bonus otia Daphnis Diciť & meditor quaſi melitor nã græci μελετάω meditor dicũt. L. ei. p. D. inuicẽ ſibi cedũt, vt ſella p ſeda. Ver. Syluеſtrẽ tenui muſã meditaris auena qđ eſt quaſi melitaris, quaſi dulce canis Reperiť etiã hoc verbũ ĩ paſſiua ſignificatiõe. Terẽ. ĩ Phor. Meditata ſunt oĩa mea incõmoda. Hiero. in ps. Anni tui ſicut arena meditabũť. Huiꝰ cõpoſita ſunt Pręmeditor. Inde ĩmediatus pticipiũ ſine verbo nõ mediatus. Cice. lib. ij. of. Id ſe in foro optime iã ĩmeditatũ facere quod etiã tũ poterat domi cum laude meditari.

✣ Meditabundus cogitabundus & aduerbium meditabunde cogitabunde. Cc.

¶ Meditullum locus meditationis & exercitij. Cc.

✣ Medon vnus ex centauris. Cc.

¶ Meditatorius a, um, qđ meditari ſolet. Hiero. Quale illud ieiuniũ eſt aut qualis illa refectio poſt ieiuniũ cum Pridianis epulis diſtendimur & guttur noſtrum meditatorium ſit latrinarum.

¶ Mega græce, latine magnũ. Vñ megarõ domꝰ ãpla.

¶ Megalophron, magnꝰ ſapiens, magnanimus.

¶ Megalopſychus, magnanimus. Megalopſychia magnanimitas.

¶ Megaloptepeia magnidecentia vel munificẽtia, quę inter magnos viros verſatur, magniſq; in rebꝰ, ab indoctis magnificẽtia quę ſpecies eſt fortitudinis, megalopretes qui magna pro dignitate munerat.

¶ Megaleſia, dies qui dicatus erat magnę matri deoꝝ cerimonijs, dictus. Ludi quoq; qui celebrãtur ante templũ in ipſo magnæ matris cõſpectu etiã magaleſia dicebanť & ludi megalenſes. Liuiꝰ. M. Iuniꝰ Brutus ædem magnę matris deũ in palatio dedicauit & ludos ob eam dedicationem factos megaleſia appellauit λέγα eñ magnum dicitur.

¶ Megiſtanes, dñr pceres primateſq;. Nã μέγιστος latine dicitur maximꝰ. Cor. Tacitus. Simul conſilio terrorẽ adducere & megiſtanas armenios qui primi a nobis defecerant pepulit ſedibus.

¶ Megara pe. cor. opidũ eſt Atticę. Cuiꝰ meminit. Vergilius. Pantagiam, megaroſq; ſinus, tapſumq; iacẽtem. Eſt & nomẽ mulieris Creõtis filiæ & herculis vxoris. Quo etiã nomine dictꝰ eſt mons in Sicilia vbi apes mellitæ, licet & megara megatorum legatur

¶ Megaris idis. regio in Achaia, a qua bulbi megarici quos celebrat. Cato. Columel. Iam megaris veniant genitalia femina bulbi.

¶ Megęra cum diph. in p. furia infernalis. Nã megæro odi ſiue inuideo latine denotat. Claudia. Improba mox ſurgit triſti de ſede megęra.

¶ Megabyzi ſiue megalobyzi dicebanť Epheſię Dianę ſacerdotes quos enuchos eſſe oportebat. Vnde & p imbellibus ac mollibꝰ poni cõſueuerũt quales ſũt ſpadones. Quin. lib. v. Artifices clariſſimi cũ corpa q̃ ſpecioſiſſime pingendo fingendove effingere cuperent, nunq̃ tñ in hunc ceciderũt errorẽ, vt Bagoũ aut Megabyzũ aliquẽ in exẽplum operis aſſumẽtes ſibi, ſed Doryphorõ illũ aptũ vel militię vel paleſtrę alioꝝ quoq; iuuenũ bellicorũ & Athletarum corpora decorare exiſtimarint

¶ Mehercle, iuſiurandũ ſignificat p Herculem. Cic. in Ora. magis probat mehercule q̃ mehercules.

¶ Meio is. tertię cõiugatione in quo i, ponitur loco cõſonantis, ſignificat vrinã emitto. Iuue. Cuiꝰ ad effigiem non tantum megere fas eſt.

¶ Mel a greco ſit μέλι Sunt qui dicant mel eſſe cœli ſudorẽ Alij ſyderũ ſaliuã. Alij purgãtis ſe aeris ſuccum. Cõſtat ſane ex aere decidere ſyderũ maxime exortu ſub lucanis tẽporibus, atq; cũ prima aurora folia arboꝝ melle roſcida inueniũť. Mel vernũ dr ãthinũ, mel æſtiuum vocatur horęũ, mel quod per ſe fluxit tacitũ mel ſylueſtre Ericeũ ab Erica frutice quam & Siſarũ nominãt. Folia habet Tamarici ſimilia. Acratõ mel pũrũ atq; ĩtegrũ qđ neq; aceſcere cœpit, nec vllũ paſſum eſt vitium.

¶ Melculum dimi. quo vtimur blandiẽdo. Plaut. Meũ corcuſum, meum melculum.

¶ Mellarius, q mellis opꝰ exercet. Var. Ad extrema q̃ mellarijs fauũ, eximere poſſint opercula ĩponũt alueis.

¶ Mellarius, a, um, qđ ad mel ptinet. Pli. Vaſa mellaria aut fauos lauari aq̃ pcipiũt. Hęc ẽt Apiara dicuntur.

✣ Mellicæris genꝰ tubercula a melle & cęra. Cc.

¶ Mellitургꝰ, idẽ quod mellariꝰ, qui mellaria exercet. Sic enim interpretatur Var. lib. iij. de re ruſti.



¶ Mellificium, mellis factio. Var. Sed & hoc aptiſſimũ ad ſanitatẽ apium ſic ad mellificiũ thymũ. Idẽ. Qđ ad mellificium bonum vehementer prodeſt.

¶ Mellatio mellis vindemia cũ mel eximitur. Pli. Hæc ergo mellatio ſine vindemię & vergiliaꝝ. Idem Aeſtiua mellatione decimã partem apibus relinqui placet.

¶ Mellatium muſtum quam ſapam appellamus, vt ĩqt Nonius.

¶ Melleus, a, um, quod ex melle eſt, vt melleus ſapor, Aliqñ ſumitur pro dulci, vt vox mellea.

✣ Melichros lapis modo niger modo flauꝰ a mellijs colore vocatus. Cc.

✣ Melchryſis gẽma q̃ ex India mittitur quaſi per aurũ ſyncero melle tranſlucente. Cc.

¶ Mellitus, a, um, pe. p. qđ eſt melle conditũ. Var. Et faui melliti intus ponendi a faucibus longe.

¶ Melliſluus a, um, ex quo fluit mel, vel fluere videtur, hoc eſt dulce iucundum, vt melliflua oratio.

¶ Melliloquus pe. cor. q dulce loquitur. Cice. Ex cuius ore melle dulcior fluebat oratio.

¶ Melligo pe. p. ſuccus e lachrymis arboꝝ ſiue florum quẽ apes deuorãt, poſtea ad alueos regreſſę euomunt, operaq; cõponunt. Pli. Primum itaq; fauos cõſtruũt ceră fingunt, deinde ſobolẽ, poſtea mella. Cęrã ex floribꝰ melliginẽ e lachrymis arboꝝ quę glutinũ pariũt ſalicis vlmi harũdinis ſucco gũmi reſina. Ponitur & p quocunq; ſucco floreſcentis fructus adhuc atq; immaturi.

¶ Mellonia mellis dea a Romanis putabatur.

¶ Mellifico mel facio, a quo mellificus & mellificatio. Col. lib. decimo. Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus explcant.

¶ Melium collare canum. Hoc eſt cingulũ circum collũ ex corio firmo meliũ vero cotoneũ malũ a veteribꝰ dr

✣ Mellea lotos hęrba eſt notiſſima & vbiq; naſcẽs apũ cihus. Cc.

¶ Melia arbor quę fructum ſuauiſſimum producit.

¶ Meli latine mel a quo per cõpoſitionẽ deſcendunt.

¶ Melimela vtrobiq; p ſimplex l. dicunť poma muſtea ſiue dulcia quaſi mel & pomum. Nã μέλι mel, & μῆλον malum, ꝙ mellis ſaporẽ habeant, ſeu a celeritate naſcẽdi denoĩata ſunt. Var. Quæ antea muſtea vocabãt, nũc melimela appellant. Eadem vulgo nana vocanť a prauitate arboꝝ in quibus producũtur. Pli. li. xiiij. Quę nũc melimela dicuntur a ſapore melleo orbiculata ex figura orbis. Mart. Infanti melimela dato fatuaſq; mariſcas. Nam mihi quæ nouit pungere chia ſapit.

¶ Melomeli, vt Col. li. vlti. inquit. vocatur cũ mala maturiſſima ĩtegra ſine macula ĩ lagœna ĩ melle ſubmergũť

¶ Melitetes pe. p. genꝰ potiõis dulcis ex melle & muſto diſtans a mulſo. Fit eñ ex melle & muſto, hoc eſt ex cõgio mellis, & quinq; cõgijs auſteri muſti, & cyatho ſalis feruefactis. Quo noĩe etiã dictꝰ eſt lapis qui ſuccũ remittit dulcem mellitumq;, tuſus & cęrę mixtus eruptionibus pituitę maculis corporis medetur.

¶ Melicraton pe. cor. mulſum vinũ coctum cũ melle μέλι enim mel, κρατῶν potens, quaſi potens vinum diciť.

¶ Melicęris idis, & melicęria cum diph. a cęra & melle nomen accepit: Tuberculũ mellis craſſitudie in cubitis & genibus interdum alij quoq; partibus & in ore ipſo, & in capite qđ ita noĩať, quia humor in eo melli ſimilis includitur. nec preſſum renititur, vt id quod Gangiliõ ſiue Gangilion appellant in eadẽ parte, ſed molle cedẽſq;. Pli. Melilotus deferuefactus in vino dulci peculiariter cõtra meliceridas efficax. Hoc noĩe fauꝰ ẽ appellatꝰ

¶ Melilotos pe. pro. Gręce eñ μελίλωτος quaſi dulcis & mellea lotos. Eſt autem Lotos hęrba in Aegipto ſiue arbor, de qua ſupra Ouidiꝰ. Pars thyma. pars rores pars meliloton amant.

Sunt qui dicunt meliloton eſſe florem plantę ĩ quo eſt lunatis figura.

✣ Melligo proprie ſignificat ſuccum illum e lachrymis arboꝝ ſiue florũ, quẽ apes deuorãt, poſtea ad alueos regreſſę euomunt, operaq; componunt. Cc.

¶ Melitones pe. p. vbi apes nutriũtur. Var. Melitões ita facere oportet, quos alij Melitrophia appellãt. Eadem quidam Mellaria.

¶ Meliſones qui & Mellarij & Melliturgi, opꝰ mellis exercentes.

¶ Meliſſus propriũ nomẽ regis Cretenſis ãtiquiſſimi q primus dijs ſacrificauit, Cuiꝰ filię Meliſſa & Amalthea fuerunt.

Eſt etiam Meliſſus antiqui philoſophi nomen.

¶ Meliſſa filia Meliſſi, quę cum Amalthea ſorore Iouẽ lacte caprino ac melle nutriuit. Colu. li. x. Nec ſane ruſtico dignũ eſt ſiſcitari fuit ne mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa quam Iuppiter in apem cõuertit. Aelianꝰ ii. de proprietatibꝰ animaliũ. τὸν βασιλέα αὐτῶν αἱ μέλιτται πρᾶόν τε ὄντα καὶ ἥμερον ὁμῶς τι καὶ ἄκεντρον, ὅταν αὐτὰς ἀπολείπῃ μεταθέουσί τε καὶ διώκουσι φυγάδα τῆς ἀρχῆς ὄντα. i. regẽ eaꝝ apes mitẽ exiſtentem & manſuetũ & ſimul ſine aculeo cũ ipſas dereliquerit tranſcurrunt & fugant.

¶ Melicerta. Inonis & Athamãtis Thebanũ regis filiꝰ qui ſe ĩ pelagus ſubmerſit, & miſeratione deoꝝ in Portũnũ conuerſus eſt qui Palemon etiam dicitur, pro deoq; a gentibus habitus eſt.

Melina, vt Feſ. ait genꝰ tibię acutiſſimi ſoni. Eſt & genꝰ veſtis apđ Plaut. in Epi. a colore qui medius eſt ĩter albũ & fuſcũ, vel a melo inſula, vnde afferebať. Iul. Pol. Candicantia imprimis habebãt veſtimenta peregre venientes, vel phea, vel melina, vel Glaucina.

¶ Melite es, ſiue Melita æ, pe. cor. ĩſula iter Italiã Epirũq; poſita. Et vt ſcribit Stra. ãte Pachynũ ſitũ. Vñ Melitęi canes paruuli olim in delitijs fœminarum. De hac Ouid. ĩ Faſt. Fertilis eſt melite. Eſt & vrbs hoc noĩe Carthaginẽſiũ, Colonia. Diod. refert in Melita inſula ptioſam tenuitate ac mollicie telã fieri. Cic. in verrinis acti. iiij. veſtẽ & textrinũ Melitã ſe noĩauit. Igiť a Melite ſit melitęus a, ũ. & melitẽſis, vt Canes melitęi & melitẽſes

¶ Melitas gẽma ſic dicta a colore mali aurei qđ melum proprie dicitur. Cc.

¶ Melo nomẽ fluuij, q & Nilus, & Geon appellatꝰ eſt.

¶ Melos gñis neutri & tñ indeclinabile, dicitur cantus ſuauitas vel dulcis modulatio. Perſ. Cantare credas pegaſeum melos. Hinc multa deriuantur, de quibus mox. Melos gñis fœmini inſula eſt Cretę adiacens, necnon & vrbs in eadem inſula. Stra. melos inſula inter Cretam Pelopõneſũq; ĩteruallo ęquali ſita, a Pelopõneſo pmõtoriũ Scileum a Cręta Dictineum habens.

¶ Melodia cũ accentu in pe. dulcis cantus ſiue melleꝰ.

¶ Melodes accipitur pro melico dulcia carmina cãtate Sidonius Proculus melodes inſonare pulſibꝰ. Auguſtinus libro meditationũ melodam orationẽ dixit p armoniacis concentibus.

✣ Meleboſis nympha ẽ ſic dicta ab ouibꝰ paſcẽdis. Cc.

¶ Melicus pe. cor. a melos idẽ quod muſicus. Vñ poetę lyrici, melici dicti ſũt. Auſon. Tu melicos lyricoſq; modos. Cẽſorinus de natali die poeticã cognominat melicã cũ poetica veluti legitima muſica licentior magiſq; modulata inualuerit. Vnde omnes poetas gñali epitheto melicos appellare poſſumus.

¶ Melinus color in floribus luteũ ſignificat. Nã a melo inſula melinũ pro candido accipitur qđ eſt pigmẽtũ candũ qđ ibi fiebat laudatiſſimũ. Plaut. in muſt. Neq; cæruſã neq; melinũ oportet attigere. Quidã tñ melinũ colorẽ volũt eẽ mediũ inter albũ & fuſcũ qui dr Giluus.

¶ Melitus pe. pro. nomẽ fuit accuſatoris Socrotis.

¶ Meleneę opidũ in Archadia melæneo Lycaonis filio inter Hereã & Megalopolim.

✣ Melolãtha Scarabei genꝰ eſt colore viridi naſcẽs. cc.

¶ Melan latine nigrum quo in compoſitione vtimur. melon vero ouis dicitur.

¶ Melancholia cum accentu in pñ. latine dr nigra cho-

lera, hoc eſt atrabilis, q̃ ſepe ĩ furorẽ agit homines. Greci μελαγχολία. Hĩ melancholicus q nigrã bilẽ habet.

¶ Mellãpodiõ genus nigri hellebori, a melãpode quodam qui eo vti in diuinationibus ſolebat, vel a paſtore eiuſdẽ nominis qui primus hanc herbam inueniſſe dicitur dum capras eo purgari animaduertit.

¶ Melamphyllon hærba vrbana & tepiaria crepidines marginum veſtiens.

¶ Melamphyllis inſula Samothracia, & Samos ipſa dicta eſt Melamphillos.

¶ Melanthion, nigella herba. melanthius nomen viri, qui cũ Gorgię inimic⁹ eſſet, dixit. Hic nobis de cõcordia p̃cepit qui tres in vna domo concordare nõ potuit.

¶ Melãcoryphus auis q̃ & Ficedula. Sed Ficedula dicitur tm̃ in autũno ab edẽdis ficis. Alijs tẽporib⁹ melãcoryphus ꝙ κορυφὴν μέλαιν hoc ẽ verticẽ nigrũ habeat' latine Atricapillã dicer̃ poſſum⁹: mutat eñ formã & colorẽ

¶ Melampus eſt in tertio Europę ſinu. Et eſt nomen viri proprium.

✤ Melampillus Theſſalię monticulus. Cc.

✤ Mellappia ma la ſũt maiora appijs, vulgo aponia vocata. Cornucopiæ.

¶ Meleager & meleagr⁹, fuit Oenei Aetolię regis fili⁹.

✤ Meleagrea Colydõ vrbs dicitur, quoniam meleager in ea imperauit. Cc.

¶ Meliſphilõ hærba, de qua Ver. li. iiij Geor. Trita meliſphila & cerithe ignobile gramẽ. Quidam Apiaſtrum dicunt. ☿ Melamirus pe. cor. piſcis ex eo dictus ꝙ nigricantem habeat caudam, & inter ſaxatiles numeratur. Enni. Melamirum turdum merulã timbramq; marinã.

☿ Melipecta, cibaria mellita, qualia ſunt & bellaria.

☿ Melizomum pe. pro. conditum vocat Apicius & mellis deſpumati mixtura confecta.

☿ Melonomus pe. cor. Ouium paſtor Nam μῆλα, & poma & oues ſignificat.

¶ Melas, fluuius mygdonię. Alius Sicilię. Ali⁹ Cilicię Alius Thraciæ. Alius Bocetiæ. Item mons fœlicis Arabiæ melas dicitur.

¶ Meles is, & etis. fluuius prope Smyrnam.

✤ Melgemella mala ſunt quæ & Capuncula vocãt. Cc.

¶ Melis ſeu melius animal quod & Taxus ſiue Taxo, ꝙ ſit mellis auidiſſimum & aluearibus ſemper ĩfeſtum, in cauernis viuens aſperum mordaxque magnitudine vulpis, colore felis ex cuius pelle pharetras & canum collaria obtegunt. Varro. Ne vulnerẽtur canes a beſtijs imponuntur collaria, quæ vocantur melium, id eſt cingulum circa collum ex corio firmo cum clauis capitatis. Plinius. Hanc eſſe melibus in metu ſolertiam, vt ſufflati cute diſtincte ictus hominum & morſus canum arceant.

¶ Meleagrides gallinę Aphricanę. Plini. lib. x. Similido pugnãt meleagrides in Boeetia Aphrice, hoc eſt gallinarum genus gibberũ varijs conſpectum plumis. Alij autem meleagrides a Numidicis ſeparant.

¶ Melegina inſula in mari Adriatico adiacens Dalmatię vt Ptolomeus lib. ij. refert.

¶ Meliboeus cum diphtongo œ, nomen paſtoris, dict⁹ ꝙ boum curam habeat.

¶ Meliboea. li ttoralis vrbs Magneſte: vel ſcd̃m aliquos Theſſalię patria Philoctetę Pæantis filij, a qua Melibœus. a, ũ. Eſt etiã hoc nomine vicus in mari Laconico.

✤ Melona dea mellis. Cc.

¶ Melota tę, & melote es. pen. ꝑ. dici põt pellis ouina ὄϊς enim ouis dicitur, vt eſt apud apoſtolum Circuierũt in melotis & pellis caprinis.

¶ Melioreſco, melior fio. Col. li. ij. Napus deuexam amat & ſiccã tenuiq; propriorẽ terrã atq; glareoſis fabuloſiſque aruis melioreſcit.

¶ Meloeſſa inſula ex ſyrenis vna, nõ tam a pomorũ quã a pecoris abundantia dicta.

¶ Melgomene pe, cor. vna ex muſis.

¶ Membrum proprie dicit̃ caro artus tegens. Vñ membrana ſuperior mẽbri pars hoc eſt pellis ipſa, quãuis & pro ſingulis corporis partib⁹ ponat̃, vt man⁹, pes, auris mẽbrũ dicitur. Mẽbrũ ſi abſolute ponitur pro virili mẽbro. Sumitur etiã pro parte cũ ad inanimata trãſfert̃ Vñ quę gręci cola, latini membra dicũt. Quomodo aũt differat membrũ ab artu, vide in dictione artus. A mẽbrum fiũt adiectiua Bimembris, Trimembris, Quadrimembris, & hoc eſt duarum trium, quatuor partium.

¶ Membratim aduerbiũ ſignificat per mẽbra ſingula.

¶ Mẽbraneus nea, neum, quod ex mẽbranis eſt. Vlpi. de lega. Quod ſi in codicib⁹ ſint membraneis vel charthaceis vel etiam eboreis.

¶ Mẽbrana branę, pellis ſuperior. quę & ꝑgamẽa charta dicta ꝙ tracta ſit de mẽbris animalium in quorũ tergoribus primũ ab vno latere ſcribi cœptum, deinde ab vtroq; deraſis pilis. Earum vſus Pergami regnãte Eumene inchoauit poſtea ꝑgamẽa vocata vbi ꝑgami rex Attalus Romam miſit multitudinẽ membranarũ vt pœnuria chartæ pellibus penſaretur. Vnde pergamenarũ nomẽ ad hãc vſq; diẽ tradẽte ſibi inuicẽ poſteritate ſeruatum eſt. Differt autem charta a mẽbrana. Nam vt inquit victorinus Foliorũ alia de chartis ſunt, alia de mẽbranis. Ergo membranę pelliceę ſunt, pergami primũ inuentę. Vnde & pergamenæ. Chartę autem ex papyro olim in Aegypto fiebant vt Plinius oſtẽdit apud nos de centonibus certo quodammodo maceratis & glutino concretis formantur. Chartam ex papyro in victoria magni Alexandri inuentam ſcribit. Varro antea palmarum folijs ſcriptitatum fuiſſe, deinde quarumdam arborũ libris, poſtea publica monumẽta plũbeis voluminibus, mox & priuata lintheis & ſchedis cõfici cœpta. Ptolomęus autem chartas. Eumenes vero mẽbranas cum vterq; eorũ maximas haberent bibliothecas inuenerũt, qui fuerunt reges Pergami. Sed cõtra Varronis ſententiã de chartis ait Caſſius hemina. Mart. Terẽtiũ ſcribam agrũ ſuum in Ianiculo repaſtinantem inueniſſe ait arcam in qua Numa rex ſitus eſſet, & in ea libros ei⁹ e charta ſcriptos. Sed Numam pluribus ętatibus ante Alexandrum fuiſſe conſtat.

¶ Membrari ſignificat membra formari quo verbo vtitur Cenſorinus.

¶ Membratura eſt membrorum poſitura.

¶ Membroſus qui magnum habet membrum, vt illud in Priapea. Si rubet hortorũ cuſtos mẽbroſior ęquo.

✤ Memerylus arbor eſt a noſtris alio nomine Arburus appellata. Cc.

¶ Memor generis oĩs ſecũdũ Priſ. & a memini fit Cuius cõtrariũ eſt Immemor, dicim⁹ memorẽ q recordat̃ vt memor ſum tui In me officij, cũ autẽ de alijs reb⁹ dr̃, vt cum dicim⁹ rem memorã, ſignificat cui⁹ nos memores ſumus. Verg. Sęuæ memorẽ Iunonis ab irã. Hora. li. car. Siue puer furiens impreſſit memorẽ dente labris notã hoc eſt tã vehemẽtẽ vt nõ facile excidat memoria

¶ Memoria vt inquit Cic. lib. j. ad Herẽ. Eſt firma animi rerũ & verborũ diſpoſitionis ꝑceptio. Terẽ. ĩ And. In memoria habeo. Vbi Do. Pl⁹ eſt q̃ ſi dixiſſet ſcio. Nã quę ſcim⁹ poſſum⁹ obliuiſci. Quę vero memorię cõmẽdamus nunquã amittimus. Aliquãdo memoria pro antiquitate ponitur. Pacuuius. Perq; noſtram egregiam humanitatem quam memoria firmauit.

¶ Memoriter aduerbiũ. ſignificat quod imperiti dicũt mentețen⁹. Cic. Q. Muti⁹ augur Scęuola multa narrare de. Ca. Lęlio ſocero ſuo memoriter & iucunde ſolebat.

¶ Memorabile quod eſt dignũ memoria. Col. in pręfa. Cũ tot alios Romani generis intueat memorabiles duces. Cic. Cũ accepiſſemus a patribus maxime memorabilem. C. Lęlij & publij Scipionis familiaritatẽ fuiſſe.

¶ Memoriale quod in memoria haberi debet.

¶ Memorioſus a, um, quod eſt multę memorię

¶ Memoro as, p. co. ad memoriã reduco. Q d̃ & memoror, dep. ſignificat, vt eſt illud memorare nouiſſima tua & in eternũ nõ peccabis. Augu. genitiuo iũxit. Sed memoraberis domini dei tui, quia ipſe tibi dat fortitudinẽ. Interdũ memorare eſt dicere, narrare ſeu exponere, recitare. Liui. libro. ij. Herculẽq; in ea loca Geryone interẽpto boues mira ſpecie abegiſſe memorã. i. dicũt Ver. Muſa mihi cauſas memorat. i. dic, expone. Interdũ numerare. Plau. in Am. Ibi nũc meus pater legiones hoſtiũ memorat. Hui⁹ cõpoſita ſunt Cõmemoro, & Rememoro, quod eſt in memoriã reduco. Hier. Rememoror vſus eſt apud Apoſtolũ Rememoramini priſtinos dies.



¶ Memoratus us. idẽ quod memoratio. Sal. Incredibile memoratu eſt.

¶ Memini a meno ãtiquo verbo fit quo veteres vſi ſũt ꝓ recordor & in mẽtẽ reuoco a quo pría ſyllaba geminata ſit p̃teritũ memini ſicut a pũgo pupugni, requirit genitiuũ vel accuſatiuũ. Teren. Faciam vt meiq; & huius diei ac loci ſemper memineris. Cicero. Omnia quæ curãt ſenes meminerũt. Sed cũ ſignificat mentionẽ facio, recuſat accuſatium poſtulatq; ablatiuum cũ prępoſitiõe de, vel genitiuum. Quinti. De quibus multis meminerunt. Idẽ. Neq; omnino hui⁹ rei meminit poeta ipſe. Iũgitur que tã cũ præterito infinitiui quam cum pręſenti. ver. Namq; ſub Oebalię memini me turrib⁹ altis. Corycĩũ vidiſſe ſenem. Idem. Cãtando puerũ memini me cõdere ſoles. Cic. Appio. Ad me adire quoſdam memini. Huius cõpoſitum eſt. Cõmemini. Gel. lib. ij. Sic multo ante pacuui⁹ aquam flauã dixit & fuluũ puluerẽ cui⁹ verſus qm̃ ſunt iucundiſſimi libens cõmemini.

¶ Memphis vrbs Aegipti regia, magna & populoſa ſecunda poſt Alexandriam. vbi fuerant pyramides regũ ſepulture ab Ohdo rege ędificata ambitus ſtad. cl. Cuius filia mẽphis ei nomen dedit. cum qua Nilus concubuit ſub imagine tauri. Hęc oportuniſſima eſt vbi Nil⁹ ſcinditur in plures partes & Δ formam facit. Hinc Memphitis & hoc memphite pe. produ. quaſi patronymicũ. Tibul. Barbara memphitem plangere docta bouem. Inuenitur etiam Memphitides. Iuuena. An ne aliam terra mẽphitide ſicca Inuidiam facerent nolẽt ſurgere Nilo. Inde etiã memphiticus a. um. Martia dat chartis agiles calamos memphitica tellus.

✤ Hec vrbs nunc Cairus. nunc noua Babylonia appellatur. Cc.

☿ Memphei populi mẽphĩ habitãtes. vide in Taphnis.

¶ Mena apud Romanos fuit dea q̃ menſtruis fluoribus pręeſſe putabatur. Quo etiã nomine dict⁹ eſt piſcis qdã breuis qui hyeme cãdidus ęſtate nigrior fit. Cicer. de fi. Qui volũptatẽ contẽnũt eis licet dicere accipẽſerẽ. Menę aĩponere. Mar. Et caudã cibij breueſq; menas. Hũc piſcẽ etiã alecẽ dici poſſe quidã putauerũt. Nonnulli tñ hoc nomen cum diph. ſcribi debere pręceperunt.

✤ Męnaria inſula eſt contra magonẽ ſic dicta a piſcium multitudine qui mene dicuntur. Cc.

¶ Menalipp⁹ tidei fuit ĩterfector, cui caput añ obitũ corroſit. Tide⁹ ex rabie qui apd̃ Sta. ita vociferat̃. Capud o mihi ſi qs apportet menalippe tuũ. Fuit & alter menalipp⁹ Tidei frater, q̃ Tide⁹ ĩ venatu ferẽ ꝑimiſſe ob idque fratricidiũ exultaſſe. Fuit & alter menalip⁹ troianus qui ꝙ virtute pręſtaret a Priamo filij loco amatus fuit.

¶ Menalippa amazonũ regina q̃ vicit Hercules eiq; ablatho balthęo ſalutẽ dedit. Eſt & menalippa fabula græca menalippa deductũ nomẽ de qua Iuue. Syrma vel antigones ſeu perſonam menalippes.

¶ Menappij ppl̃i. q ad vtrãq; rheni ripã habitãt iuxta Neruios, ſed ad mare ꝓximi q hodie vocãt̃ Geldrẽſes.

¶ Menceps mente captus.

¶ Mendã & mẽdũ pro errore. Ci. Cecinę. Nã cũ mẽdũ ſcripture litura tollat̃. Oui. Nocte latẽt mẽdę. Hic mẽdoſ⁹ a. um. qd̃ eſt erroribus plenũ Hic & Emẽdo as. de quo ſupra. & Remẽdo as. qd̃ eſt ruſus mẽdã tollo. Col. li. iiij. Quidam flagellum totum ſicut erat matri detractũ crediderũt ſationi conuenire idq; per gemmas quinas, vel etiam per ſenas partiti compluris tale oleaſter remendauerunt, quod ego minime probo.

¶ Mεντοας ποταμὸς de quo Euſtati⁹ ſcribit in Dionyſio Lybico. ἰσέον ὅτι ὁ ἴσρος ποτὲ μεντόας ἐλέγετο κατὰ τὴν ἄνω τῶν γλῶσσαν ὁ νῦν δὲ δανούβιος λέγεται παννονίας μέγιστος ποταμὸς.. ✤. i. ſciendum ꝙ Iſter aliquando Mentoas dicebatur lingua eorũ, nunc Danubius dicitur Pannonię maximus fluuius.

¶ Mendacium error, cuius diminu. eſt mendaculũ. Ci. de Ora. Quod tamẽ eſt mendaculis aſpergendum.

☿ Mendaciloquus pe. cor. qui loquit̃ mẽdaciũ. Aug. li. ij. ad inquiſit. Ianuarij. Intendẽtes doctrinę demoniorũ in hypocriſi mendaciloquorum.

¶ Mendax qui frequenter dicit mẽdaciũ qd̃ nomẽ Auguſtinus lib. ij. ſoli. a mentiendo deriuat. Illud autẽ qd̃ mẽdax voco a mẽtiẽtibus fit qui hoc differũt a falacib⁹ ꝙ oĩs fallax appetit fallere, nõ autẽ omnis vult fallere qui mẽtitur. Nã & mimi & comœdię & multa poemata mendaciorũ plena ſunt delectandi poti⁹ quã fallẽdi voluntate. Et oẽs fere qui iocãtur mẽtiunt̃, ſed fallax a fallẽns id recte dicitur, cuius negociũ eſt vt quiſq; fallat̃. Illi autẽ qui nõ id agunt vt decipiant, ſed tamen aliquid fingunt, vel mendaces tãtum, vel ſine hoc quidẽ mẽtiẽtes tamẽ vocari nemo ambigit, & vt dicam quod ſentio mẽdax eſt mala dictio peſſima vero fallacis quod ijs verbis amplectitur Phalaris ĩ epiſtolis. οὕτως εἶδα καὶ λύκον πόρνον μὲν ἐν παισὶ λάγνον δὲ ἐν νέοις. μοιχὸν δὲ ἐν γυναιξὶν. ἀκόλαστον δὲ ἐν νομίοις ἀσελγῆ δὲ ἐν ὑδουαῖς. ἀργὸν δὲ ἐν εἰνήν λειποτάκτην δὲ ἐν πολέμοις ✤ Id eſt ſic noui & lupũ pędiconẽ inter pueros, laſciuũ inter iuuenes, adulterũ inter fœminas, effrenẽ inter tẽperatos, petulantem inter voluptates, ſubdolũ ĩ pace, deſerẽtẽ ſocios ĩter hoſtes. A mẽdax fit cõpatiuũ mẽdacior mẽdaciſſim⁹ & mẽdaciter

¶ Mens dicta eſt quaſi eminens. Et enim mens altior animi pars qua etiam diuina percipimus. Ouidius. Mẽte deos adijt, & quod natura negabat. Viſibus humanis oculis ea pectoris hauſit. Vel potius ἀπὸ τῆς μήνης τὸ σελήνης quoniã mẽs etiã ſi dormimus nunq̃ quieſcit. Quid ſit mens Lactanti⁹ libro ſeptimo docet hoc modo. primum non idem eſt mens & anima, Aliud eſt enim quo viuimus, aliud quo cogitamus. Nam dormientiũ mens non anima ſopitur & in furioſis mens extinguitur. anima manet. Et ideo nõ excordes, ſed demẽtes appellãt mens ergo. i. intelligentia vel augetur vel minuitur ꝓ ętate, anima & ſtatu ſuo ſemper eſt. Et ex quo tempore ſpirandi accepit facultatẽ, eodem vſq; ad vltimũ durat, donec emiſſa corporis clauſtro ad ſuam ſedẽ reuolet. Tales Mileſius velociſſimum inquit omnium quę ſunt eſt mens, Nam tantę celeritatis eſt vt vno temporis pũcto cœlũ omne colluſtret, maria peruolet, terras, & vrbes peragret, qui igitur mentẽ & animũ idẽ eſſe dicũt fallũtur, cũ mens ſit cogitationis & conſilij ſubtilitas quędã certe rationi conſentanea. Ideo amentes & dementes dicuntur, qui nullo conſilio vtuntur. Animus vero eſt vitę & voluntatis fundamentũ, Hinc exanimes & exanimati. Plau. in Ciſ. Exanimor, feror, diſtrahor, diripior, ita nullã mẽtẽ animi habeo. Et vbi ſum, ibi non ſũ, vbi non ſum, ibi animus eſt, Idem ĩ Epi. Pauor territat mentem animi, neq; eſt, vbi meas collocẽ ſpes. Vergi. Accipit in Teucros animũ mentẽq; begninam. Cicero lib. iiij. Tuſcu. Humanus antẽ animus decerptus eſt ex mente diuina, cũ alio nullo niſi cum ipſo deo (ſi hoc eſt fas dictu) cõparari poteſt. Hic igitur ſi eſt excultus & ſi eius acies ita curata vt necetur erroribus fit ꝑfecta mẽs id eſt abſoluti ratio qd̃ eſt idẽ qd̃ virtus. Terent. Malã malus animus. Ex quibus declaratr animũ ac mentem differre, ponitur tamen quandoq; mens pro conſilio ꝑ conſilio. Ver. Noſtram nunc accipe mentem. Huius cõpoſita ſunt amens, demens, vehemens.

¶ Mẽte capt⁹ pro amente accipitur, quẽadmodũ ocu

lis captus pro cęco, Feſt. Mente captus dicitur cũ mẽs ex hominum poteſtate abijt. Demẽs ꝙ a ſua deceſſerit. Amens ꝙ a mente abierit.

¶Mentior contra id quod in me te eſt loquor. Qui eñ mentitur non ipſe fallitur, ſed alterũ fallere conaꝛ in eiꝰ detrimentum. Qui vero mendacium dicit tum etiã fallitur cum credat ſe verũ dicere. Vnde Nigidius. Vir bonus pręſtare debet ne mentiatur prudens ne mẽdaciũ dicat. Priſcianus vult hoc verbum eſſe cõmune. Vnde Cicero in Ant. in paſſiua ſignificatione dixit. Quẽ ipſe ementitis auſpicijs vitioſum fecerat. Sta. lib. j. the. Mẽtitis ignoſco thoris. Interdum mentiri eſt fingere & mõſtrare id quod non eſt. Lactantius libro ſecundo. Nec poteſt vnquam veri nomen aſſumere, quod veritatẽ fuco & imitatione mentitur. Et lib. ſeptimo. Hic eſt qui appelatur Antichriſtus, ſed ſe ipſe Chriſtũ mentietur, & verum dimicabit. Nuius compoſitum eſt Ementior. quod eſt aperte ſeu publice oſtendo, quod non eſt. Hierony. ad Damaſum. Quia & nos facile potuimus aliqua ementiri, quod ex vna voce ſolueret quæſtionem ſicut & cæteros feciſſe monſtrauimus, ſed magis cõdecet ob veritatem laborem pauliſper & peregrino aurem accõmodare ſermoni quam de aliena lingua factam alibi falſam referrę ſententiam.

¶Medicus pe. pro. a mente, ꝙ mentem eius fefellerit fortuna. Vel amedendo, quia precetur oẽs vt vitę ſuę medeantur cibo. Vel ꝙ manu indicet. Hinc.

¶Mendicitas & mendicimonium. Laberius ꝓ inopia, & mendiciter per inopiam.

¶Mendico as. pe. pro. vitæ alimenta poſtulo. Iuue. Arcanam iudęa tremens mendicat in aurem.

¶Mendicabulum mendicatio. Plau. Memorare nolo hominum mendicabula.

¶Menecis pe. pro. vrbs Phocenſiũ vltima quę ad occaſum vergit. Menecina vrbs in Oenotria a qua menecinei & menecinij populi.

¶Menęchinus apud Plautum comœdia in qua Menęchinus introducitur.

☿Menedemꝰ philoſophꝰ ex Eretria ciuitate a quo philoſophi Eretriaci dicti ſũt, Eretria vero euboea eſt. vt inquit Strab. li. nono. Hic militiã prio exercuit poſtea ad platonẽ cõceſſit. Fuit honeſtate, & grauitate ĩſignis. Status corporis ĩ eo ſene, vt ĩ iuuẽtute fuit firmꝰ & validus. Et quũ primũ ab omnibꝰ ludibrio habereꝛ, poſtea ĩ tanta admiratione habitꝰ eſt, vt ciuitatis gubernacula ei tradereꝛ. Obijt vitę ſuę anno. lxxiij. Fuit & alius Menedemus lampaſacenus.

¶Menãder Poeta comicꝰ Theophraſtri diſcipulꝰ de quo Quĩtilianꝰ, li. viij. Meo quidẽ iudicio diligẽter ad cũcta quę pręcipimꝰ efficiẽda ſufficiat. Ita omnem vitę imaginem expſſit tãta in eo inueniendi copia eloquẽdi facultas ita eſt omnibus rebꝰ perſonis affectibꝰ accommodatꝰ. Oui. de ſine titulo. Dum falax ſeruꝰ durꝰ pater improba lena vixerit, & meretrix blãda menãdrus erit. Fuit & alter Menãder hereticꝰ diſcipulus Simonis magi, a quo menãdriani heretici, qui aſſerebant mundum non a deo, ſed ab angelis factum.

☿Menechinus philiſophus Eudoxi auditor qui Platonis temporibus vixit Menęchinus legitur.

✣Meneleus vnus de centauris. Cc.

✣Menelętus auis ex aquilarũ genere minima magnitudine viribus pręcipua, colore nigricans, quæ ſola fœtus ſuos alit frequenſq; verſatur in montibus. Cc.

✣Meneſto nomen nymphę a memorando dictę. vnde Meneſteus proprium nomen aurigę, Diomedis. Cc.

✣Meno vide in dictione Memini.

¶Mennonia gẽma de qua niſi ꝙ candida eſt nihil aliđ commemorantur. Cc.

¶Menomenom genus eſt mellis, quod ab inſania quã gignit ſic vocatur. Cc.

¶Menecę nomẽ ĩſule ex aduerſo mĩoris Aphricę (vt libro. v. docet Pli.) quę in lõgitudinem patet. xxxv. M. paſ. in latitudinem. xxv.

¶Mendeſiũ vnguẽtũ dictũ a Mãdeſco Aegypti vrbe

¶Menſa eſt ſup quã edere ſolemus, ſiue ligneum ſiue lapideũ. Ver. Pars epulis onerant menſas & plena reponunt Pocula. Duo aũt fuerũt apud Romanos pretioſiſſima mẽſarũ gña. citrea. ſ. & acerua. qñq; menſa ponitur pro prandio vel cœna. Iuue. Cũ tot pręclaris orbibus & tam Antiquis vna comedunt patrimonia menſa Vnde & primę & ſecundæ menſæ. i. primi & ſecundi cibi. Ver. Nõ ego te dijs & mẽſis accepta ſecũdis. Trãſierim Rhodia menſa etiam Trapeſa dicitur. i. tabula q̃ argentarij vtuntur. Antiqui menſam vaſorũ quadratã habuerunt. vocaruntq; vrnarium Fuit & menſa vinaria rotonda nomine Cilibantum a cilice poculo gręce calice. Altera erat vinaria menſa quadrata vna columnelle ſubnixa, Cartibulum vocabatur.

¶Menſarius campſor pecuniarũ argentarius a latinis dicitur a gręcis trapezita, ſed nũmularij & menſarij ſũt minutiores nõ tenentes libros in quibꝰ data acceptaq; ſcribuntur quos Gręci collyuiſtas dicunt.

¶Menſis a metior deduciꝛ quaſi res numero dierũ mẽſa. Cic. lib. ij. de na. deorũ. Qui quia mẽſa ſpatia conficiunt menſes nominãtur. Macro. a greco μηνη. i. a luna trahit. Nã lunę curriculo menſis cõficitur. Hinc trimeſtris trium menſiũ. Aug. li. xv. de ci. dei. Arcades, quorum ãni trimeſtres fuerũt. Bimeſtris duorum menſium

¶Mẽſtruus a, ũ, qđ fit ſingulo mẽſe vñ mẽſtruꝰ fluor qui mulieribus ſingulis menſibus accidere ſolet. Hie. ĩ Leui. Quæ poſt mẽſtruũ ſãguinẽ fluere nõ ceſſat. Luc. li. v. Menſtruus in faſtos diſtinguit ſęcula conſul.

¶Menſtruũ ſubſtãtiuũ mulierũ ꝓfluuiũ eſt, qđ nõ mul tr ſed vitioſi humoris iudiciũ eſt. Indigeſtũ ẽ eni & crudũ ꝙ egeriꝛ, & quaſi infirmũ effluit nec habet ſedẽ, ſed natura quaſi noxiũ & magis frigidũ pelli, qđ maxie ꝓbaꝛ quia mulieribus cũ purgãꝛ algere cõtigit, vñ intelligiꝛ frigidũ eſſe qđ effluit. Et iõ in viuo corpe nõ manere q̃ſi ĩopia caloris extinctũ. Mẽſtrui virꝰ deſcribit. pli. li. vij. his verbis Sed nihil facile reperiꝛ mulierũ profluuio magis mõſtriferũ Aceſcũt ſupuẽtu muſta, orta ſterileſcũt, fruges moriũꝛ, ortorũ germina & fructus arborũ quibus inſedere decidunt ſpeculorũ fulgor ipſo aſpectu hebetaꝛ, acies ferri ꝑſtringitur eboriſq; nitor, aluei apũ moriũꝛ, æs etiã atq; ferrũ rubigo ꝓtinꝰ corrũpit, odorq; dirus aera, & in rabiẽ agũtur guſtato eo canes atq; inſanabilis veneno morſus infigitur.

¶Mẽſtrualis idẽ qđ mẽſtruus. Plau. in ca. Quibus ſolebam menſtrualis epulas ante adipiſcere.

¶Mẽſtruatꝰ a, ũ, quod menſtruũ patiꝛ. Vnde dicimꝰ mẽſtruatã mulierẽ.

¶Mẽſurnꝰ, a, ũ, a mẽſe ſicut diurnꝰ a die. Cic. ad Her. Pars quædã ęternitas cũ alicuiꝰ animi meſurni, diurni nocturni, veſpertini, certa ſignificatio habet.

¶Menſura inſtrumentũ quo metitur, quam quidam a membris humanis dictã putãt. Hinc menſuro ras,

☿Menſura vt Ariſt. lib. x. Metha. Eſt illud per qđ certificamur de quantitate rei.

¶Meniana ędificia ſunt porrecta exterius ſic dicta ꝙ primo a Menio q primꝰ in foro vltra colũnas ꝓiecit ſigna quo ãpliareꝛ ſupiora ſpectacula. vulgo nũc podioli & lobiæ dñr Scribit Porphyrio Meniũ ſcurilitate notiſſimũ poſt abraſũ patrimoniũ vẽdidiſſe domũ quã habuerat ad forũ ſpectantem vna ſibi excepta colũna vñ gladiatores ſpectaret. Quę ex eo Menij colũna noiabaꝛ Hie. vero ĩ pſalmorũ ĩterpretatiõe ſic habet. In paleſtino & aegypto nõ hñt ĩ tectis culmĩa, ſed domata q̃ romę vel lolaria vel Meniana vocãt, plana tecta, quę trãſuerſis trabibꝰ ſuſtẽtãꝛ. Fortaſſis ab hoc Menio dicta ſũt. Solaria illa quę gręci domata nũcupãt. Nam Meniꝰ ſuper colũna cuiꝰ ius ſibi exceperat tectũ proiecit & tabulata, vñ ipſe & poſteri eiꝰ ſpectare munꝰ gladiatoriũ poſſent. Sueto. Pauci e proximis Menianis ſpectabãt.



☿Mẽſio a menſũ fit & ſignificat menſurã. Cic. de Ora. Aures vel animus auriũ nuncio naturalem quãdã in ſe contineat vnam omniũ menſionem.

¶Mẽtha cũ h, hęrba vulgo nota dicta ꝙ crato odore mẽſas pręcurrat apđ gręcos Mintha diceebaꝛ a noĩe minthes, quam ferunt pellicem Plutonis a Proſerpina depręhenſam in Mentham deformatam fuiſſe.

¶Menthaſtrum ſylueſtre holus dictum quod Menthã imitetur.

¶Menta genitale membrũ cuius diminutiuũ eſt mẽtula a quo mẽtulatus, vt in Priapo. Deus priapo mẽtulatior nõ eſt. Dꝛ & mẽbrũ per excellẽtiam quoniam ipſum ſolum generat. Vocatur pręterea muto. Hor. lib. j. Ser. Hic ſi mutonis verbis mala tãta vidẽtis diceret hec aius Huic mutoniatus vt illud dormis cũ pueris mutonietis Et apud veteres Mutunꝰ quoq; & Tutunus dꝛ priapꝰ. qui mẽbri deus mẽbrũ quoq; ſignificat. Lact. li. j. Et tutunus in cuius ſinu pudendo nubẽtes pręſidẽt vt illarũ pudiciam prior deus delibaſſe videatur. Appellatur & Verba ab inuerſa pellicula.

¶Mẽtũ ab eminẽdo. Agula eñ eminet. Et q̃uis pli. dicat Mẽtũ nulli pręter hominẽ eſſe tñ Hie. li. Reg. ſcribit Dauid appręhendiſſe mentum leonis & vrſi, & eos ſuffocaſſe Et plau. in Mene. Glandionicam ſuillam, lardum pernam. Itidem autẽ ſynciput, aut mẽta porcina.

¶Mentagra morbus dictus a mẽto. a quo incipit & faciẽ quidẽ collũ pectus manuſq; fœdo quodã furfure occupat. Alio nomine dicitur Lichena.

¶Mentor oris. pen. cor. Artifex in vaſis cælandis mitus. Iuue. Rarę ſine mentore menſę. De hoc Plin. libr. xxxiij. Hinc Mẽtoreus a, reum. Proper. Leſbia mẽtoreo vina bibas opere.

¶Mentigo pe. pro. genꝰ morbi. Col. li. viij. Eſt aũt mẽtigo quã poſtores Oſtigenẽ vocãt mortifera lactantibꝰ Ea plerũq; fit ſi per ĩprudẽtiã paſtoris ĩmiſſi agni vel ẽt hœdi roſcidas hęrbas depauerũt. Sed cũ infectũ eſt os atq; labra fœdis hulceribus obſidet.

¶Menus Germaniæ fluuius Silurus equum tranentẽ demergit.

¶Meo, as, vado. Lactã. li. iij. Videbãt ſyderũ curſus ĩ occaſum meãtiũ. Et meare fluere. manare. Vñ meatus quos gręci poros vocant. Plini. Succus maluę decoctę poros, hoc eſt meatus ſuaues facit. Huiꝰ cõpoſita ſunt Cõmoueo, Permeo, Remeo, & tranſmeo.

¶Meonia vide ſupra męonia,

¶Mephitis pe. ꝓ. terrę putor ex aqs maxie ſulphuratis atq; corruptis ꝓueniẽs. Ver. li. viij. Seuãq; exhalat opaca mephitim. Alij mephitim deũ eſſe volũt Leucotheę cõnexũ, ſicut eſt Veneri Adonis, Dianę Virbius Alij Iunonẽ intelligũt, quã nõ niſi ex corruptiõe aeris naſci ſicut bonũ odorẽ de aere ĩcorrupto vt ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi. Hinc Mephiticus, phitica, ticũ, apud Sidonium pro fœtulento.

¶Meracꝰ ca, cum, pe. pro. ſed vt puto fallũtur nõnulli Nã Verg. Cõſtitui meracas edidiciq; notas, vbi penul. breuis eſt, nec rationẽ video quæ producere penul. debeat. Vide in dictione Merus. ¶ASCEN. Verg. id dicit Videritauthor. Alij certe producunt.

¶Merces, cis. quicquid emitur venditurve lucri cauſa Auguſt. Inuenit viles merces terrenas, & terreſtribus attulit pegrinas & cœleſtes. Et mercis noĩe cõtinẽꝛ res tñ mobiles nõ tñ hoĩes cũ ob eã rẽ mãgones & mercatores, ſed venalitiarios appellarit vt mella. Hic cõmercũ. Merces vere mercedis, a merẽdo ære inqt. Var. Iu. Noſce volunt oẽs mercedẽ ſoluere nemo. Eſt eni merces ꝑmiũ quod daꝛ pro labore ſeu ſtipendio.

¶Mercenariꝰ q mercedis grã operã ꝓſtat. Col. Siue mediarũ facultatũ dñs ex mercenarijs aliq̃ recuſantẽ iã quotidianũ illđ tributũ q veſtigalis eẽ nõ poſſit ignarũ rei cui pręfuturus eſt magiſtrum fieri iubet.

☿Mercenarius, ria, cenariũ, quod ad mercedẽ pertinet Lact. li. vj. Ipſe pluribus locis clamas mercenariam nõ eſſe virtutem.

¶Mercimoniũ & comerciũ eſt cõtrectatio quædã merciũ ſicut a patre patrimoniũ. Plau. Vt vos in nr̃is mercimonijs emũdis vẽdũdiſq; voltis me lętũ lucris afficere. Idẽ in cur. Sed quid agit meũ mercimoniũ apud te?

¶Mercor. aris lucri cauſa mercaturã exerceo, vel etiã ſimpliciter emo. Et qñq; actõ ſolo cõtẽtũ eſt. Teren. in Heau. Agrũ in proximo hic mercatus eſt. quãdoq; cũ ablõ pręteritũ denotãte iũgitur. ſicut fit in Emo. Gel. Libros tris reliquos mercatur nihilo minori ꝑtio qñq; ablatiuo a vel ab mediãte ſine ꝑtio expreſſo. Ci. li. offi. Sordidi etiã putãdi q mercãꝛ a mercatoribꝰ qđ ſtatĩ vẽdant qñq; datiuo. Teren. Quidã eunuchus quẽ mercatus fuerat frater Thaidi Qñq; cũ datiuo & ablatiuo conſtruiꝛ Au. lib. ix. con. Et placuit mihi in cõſpectu non tumultuoſe abripere me, ſed leniter ſubtrahere miniſteriũ lĩguę meę nundinis loquacitatis ne vlteriꝰ pueri meditãtes ĩſanias mẽdaces & bella forẽſia mercareꝛ ex ore meo arma ſuo furori. Ex his colligiꝛ nõ ſolũ mercor, ſed alia verba ẽptionẽ vel acquiſitionẽ ſignificãtia vti poſſe huiuſmodi cõſtructione ſi eũ a quo vel vnde & cui id emimus exprimere voluerimꝰ. Cõpoſita ſunt. Cõmercor. Plaut. in cap. Pater ergo captiuos commercaꝛ alios Præmercor ante alios mercor.

¶Mercator qui emit ſiue vt teneat, ſeu alteri vendat & qui mercaturam exercet.

¶Mercatura ars ſeu actus mercandi. Cic. li. j. offi. Mercatura autẽ ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt, ſin magna & copioſa multa vndiq; vndiq; apportans, multiſq; ſine vanitate impertinens non eſt admodum vituperanda.

¶Mercatus, idẽ dicitur quod mercandi actus, Liui. li. j. Tullus ad Feronię fanum mercatu frequenti negotiatores romanos comprehenſos querebatur.

¶Mercatus, ti, locus in quo res vendũtur, qui & emporium dicitur. Cicero lib. j. offi. Quo cum tanquã ad mercatum bonarum artium profectus ſis inanem redire turpiſſimum eſt. Teren. in Adelp. Empte mulieres cõplures, & item hinc alia q̃ porro in Cyprum, niſi eo ad mercatum venio, damnum maximum eſt. Do. Mercatus locus tempuſq; ſignificat.

¶Mercatus, a, um, participium, vt Terẽtiꝰ. Agrum in proximo mercatus eſt.

¶Mercalis quaſi vendibilis. Col. li. viij. ex his ſingula capita quę videntur eſſe robuſtiora in ſupplementũ gregis reſeruantur cętera mercalibus traduntur. i. vendibilibus. Hinc componitur promercalis, de quo infra.

¶Mercurius quaſi medius inter homines currens, ꝙ ſermo currat inter homines medius. Ideo Hermes gręce ꝙ ſermo vel interpretatio quę vtiq; ad ſermonẽ pertinet, Hermenia dicitur. Vnde & mercibꝰ preeſt, quia inter vendentes & ementes ſermo fit medius. Ideo ei alas in capite & pedibus ponunt, volentes ſignare volucrem ferri per æra ſermonẽ. Ideo nunciũ dictũ quoniam per ſermonẽ omnia cogitata enunciãtur. Dictus eſt deus facundię. Nam hominibus loqui pręſtare dicebaꝛ Dictus eſt deus mercatorum, palęſtrę, furum nunciuſq; & interpres deorum. Lyrã inuenit. Hermophroditum ex ſorore Venere genuit. Martem e duris carceribus liberauit, Argũ interemit Prometheũ in Caucaſo religauit. Iouis filius fuit ex Maia Athelantis filia Hic dictꝰ eſt Hermas trimegiſtꝰ. hoc eſt ter maximꝰ. ☿Eſt eiꝰ corpus cunctorũ ſydeiũ minimũq; fere ſemper ſub radijs ſolaribꝰ a quibus non recedit, lõgiꝰ q̃. ccxxx. gradꝰ iõ ab Aſtronomis Stilbõ dꝛ qđ eſt radiãs. vñ ſolanꝰ & ꝓuſtꝰ fingiꝛ, qui animis eſt vicinis ſoli pręter cęteras ſtellas.

¶Mercurialis hęrba quam Græci Linozoſtin vocant. cuius duo ſunt genera, maſculus & fœmina.

¶Merda a meros qđ eſt ps & edo comedo. Eſt eñ cibi excremẽtũ hoc ẽ ps coꝝ q̃ comedimꝰ Hor. li. j. Sermo.

Mētior at ſi qs merdis caput ingn̄ıt albis Coruoꝝ ī me veniant mictū atq; cacatum. Hinc fit Merdo, as, a quo ꝑ merdo quod eſt fœdo & conſpurco. Albius. Vt faciunt pueri qui omnia permingunt atq; permerdant.

¶ Merenda cibus qui datur poſt meridiem. Vñ & merēdo, as, Calphur. ī buc. Sereq;, videbitur hora merende, Plau. in Muſ. Viſis neforte ad merēdā copiā diuorteris atq; ibi melius quam ſatis fuerit biberis.

¶ Mereo meres, & mereor mereris. deponēs a mercede fiūt & ambo merui meritū faciūt. Et tria ſignificant. Primo, aliquid mercedis pro labore paro vel ſumo, ſeu dignus ſū Vernaculo ſermone dicimus meritare. Ouidius libro quarto metamorph. Quā meruit pœnā ſolꝰ digeſſit in omnes. In bonum, vt meruit qui laude coronam. Et cū dicimus, nihil meret̄, ſignificat nihil mercedis dignus eſt accipere. Terentius. Ego Carine neutiquā officium liberi hominis eſſe puto, cū is nihil promereat̄ poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Plautus. in cap. Vale atq; ſalue & ſimiliter vt dicā meres. Q ñ ꝑetiā de turpi lucro dicit̄, vt ſit merere ſordidū quæſtū facere. Var. ī Eu. Primū iſte qui meret ſeſtertio vicinos. Vnde & meretrix & meretricia taberna & meritorij pueri dicūt̄. Scdo ſignificat cōfero, inſeruio, ſeu tracto. Et tūc cōſtruit̄ cū ablatiuo mediāte de, vt mereor de te. i. aliqd in te cōfero. Et ī ābiguū. Si de bñficio ītelligimꝰ bene mereor de te dicimus. Ver. li. iiij. Si bene quid de te merui. id eſt ſi in aliquo tibi beneficiū cōtuli. Si autē de offēſione male mereor de te. Ci. Nāq; quo in hoīem petulantē & male de nobis meritū eſſe debuimꝰ? In bonū tamē ſine bñ vſus eſt. Verg. li. vj. Quiq; ſui meōres alios fecere merendo. Nōnūq̄ per ābiguū ſenſū ſine vtroq; dicimꝰ, vt de qd te ſūmeritꝰ? Et aliqñ per negationē vt hoīes nihil de m̄ meriti ſūt. hoc eſt nec bene mihi nec male fecerūt. Tertio ſignificat ſtipēdia facio in militia hoc ē ſtipēdij gr̄a milito & dimico, Et tūc datiuū aut ablatiuū requirit, vel abſolute ponit̄. Luc. Aere merēt paruo. Sta. lib. quarto the. Nō hi tibi ſolū Amphiarae merēt. Luc. li. vi. Sçua viro nomē caſtrorū in plębe merebat Ouidiꝰ. in faſ. Totidē pilanus habebat Corpora legitimo quiq; merebat ęquo. Aliqñ etiā actō iūgit̄ vt apd̄ Sueto. Prima ſtipēdia meruit. Et ī hac ſignificatiōe fit meret īpſonale vt auctor eſt, Ser. li. iiij. ęnei. Hic etiam emeriti milites & emeriti ſtipendia dicuntur qui militia perfuncti ſunt. i. qui perfecte militi & exempti ſenio a labore efficiunt̄. Pli. li. vj. Nouiſſimeq; feſſis & iā emeritis īchoate. Nō nūquā etiā paſſiue ſumit̄, vt apd̄ Quī. Emeritis huic bello ſtipendiis. Et per tranſlationē emeriti boues dicunt̄ & quędā alia. Emeriti vero ſenes ſolēt habere eos q ꝓ ſe laborēt. q dicūt̄ ꝓ alio opꝰ agere. Compoſita ſunt cō mereor, demereor, emereor, promereor, ſiue cōmereo, demereo, emereo, & promereo.

¶ Męreo es, męſtꝰ. cū æ. diph. ſecūdū Var. a marceo fit vnde & primā vocalē accipit, ꝙ corpꝰ etiā marceſſere facit męreor. Alij cū œ. diph. ſcribūt. Eſt aūt męrere triſtari & dolore affici. vñ & cū actō qñq; cōſtruit̄ Cic. Terentię. A te quidē oīa fieri fortiſſime & amātiſſime video, nec miror ſed mereo caſū eiuſmōi, vt tātis tuis miſerijs meę miſerię ſubleuēt̄ id eſt doleo. Itē deplorare, vt apd̄ eūdē libro primo Tuſ. At illa ſicut acerbiſſimā rem męret. Et iterum. Cū grauiter filij mortē męreret, Inuenitur etiam męret impersonale cum ſignificato ſui verbi. A męreor fit męror, męſtitia: męſtitudo: męſto as & męſtifico: as & męro as, męrentē facio. Pac. Qui multis męrauit modis.

¶ Meritum præſtitū dicit̄. Et quoniā tā de malo quā de bono dici poteſt, pro loco intelligendū eſt. De bono. Plāc. Quid enī tibi ꝓ maximis tuis ac pene īmortalibꝰ ī me meritis ꝓſtare āpliꝰ poſſum. De malo vatiniꝰ. Scis meā fortunā neſcio quō facile obtrectatores īuenire nō meo hercle merito. i. culpa. Vñ Aug. lib. de gr̄a & libero arbitrio, bonū meritū & malū meritū appellat. Iſta vtiq; inquit iā merita ſua bona comemorat. vt poſt pauca merita conſequatur coronā, qui poſt mala merita conſequutus eſt gratiam.

¶ Meritus. a. um, quod eſt congruū & cōueniens. Ver. meritos aris imponit honores. Huius contrariū eſt immeritus, a quibus meritiſſimus & immeritiſſimus. Terē. in Phor. Iam dudum te omnes nos accuſare audio īmerito. & me omnium horum immeritiſſimum.

¶ Merito aduerbiū. i. digne. vt in Geñ. merito hęc patimur quia peccauimus in fratrem noſtrum.

¶ Meritus ſubſtantiuum mōs eſt in tertio europę ſinu.

¶ Merito, as, a ſupino verbi mereo, ſignificat dignꝰ ſū & milito.

¶ Meritorius a, um, qd̄ q̄ſtū facit corpore ſuo. Vñ equi meritorij, & meritorię thedæ q̄ q̄ſtus gratia locant̄ aut cōducūt̄. Et ſcorta maſcula pueri meritorij qui lucri cā ꝓſtituunt̄. Nā puellę nō vocātur meritorię, ſed meretrices meritorij nāq; vt meretrices precio merēt. Cice. in Anto. Ingenui pueri cū meritorijs, ſcorta cū matribꝰ familias verſabantur. Taberna meritoria diuerſoriū atq; hoſpitiū mercenariū vbi cuiq; introire licet dāti mercedem. Ratio vero meritoria quaſi vilis & male nō cepta. Aliqñ meritoria abſolute dr̄ pro tabernis mercede conductis. Iuue. Nam quę meritoria ſomnum admittunt.

¶ Meretrix a merēdo, nā mercede ſuā exercet malitiā quę copiā ſui tātūmodo facit. Ideoq; honeſtioris loci ē & quęſtus. Proſtibulū pro ſtabulo ꝙ ante ſtabulū ſtet. Vnde & Plau. in Ciſ. Intro ob bonā meretricē, in via ſola proſtibula ſane eſt.

¶ Meretriciū ipſa meretricādi ars, meretricius a, um. quod eſt meretricis, vel quod ad meretricē pertinet, vt ars meretricia. Teren. in Heau. Ignarā artis meretricię.

¶ Meretricor. pe. pro. ſcortor. Gel. Thais meretricando magnam pecuniam demerebat.

¶ Moridies medius dies quaſi medidies. Nā vt inquit var. d, antiqui nō, r, hoc loco dicebāt. Et ſemp maſculinū eſt, qa certū diei tēpus ſignificat. Hic meredianꝰ a, um, qd̄ ad meridiē ſpectat, & pomeredianꝰ, de quo īfra

¶ Meridio, as, & meridior depo. ſigni. cibū meredianū capio. Plau. Iētādo, merediādo, comeſſādo, ꝑgręcādo vitā ducere. Hic merēda dicta eſt. Aliqñ ſignificat ſomnū meredianū capio. Cor. Celſꝰ. lōgis diebꝰ merediari debet, potius añ cibū vtile eſt. ſin minus poſt eū, ꝑ hyemem potiꝰ totis noctibꝰ cōquieſcere. Sueto. de Nero. miſſos a maſſalina vxore Claudij q eū meridiātē q̄ſi Britannicię mulū ſtrangularēt. Hic meridiatio qes meridiana. ij. de diui. Tūc & lucubratiōes detraxi, & meridiationes addidi quibus antea vti non conſueueram.

¶ Mergo, is, ſi. ſū, ſub aq̄ pono Cuius cōpoſita ſunt. demergo: quod eſt deorſummergo, quod fit cū aliquid ſub aqua vel ſub terra & huiuſmodi figitur. Lactā. libro. iiij. Non vt poetę Arionē mentiuntur in pelago inſedentē qui demerſa corporis parte humeris ſup eminet vndas Col. li. ij. neque pecori maiora niſi cum ſicciſſimum eſt, quoniam demergunt vngulas & atterunt, ſcinduntque radices hęrbarum. Demergo diuerſe mergo. Lact. lib. vj. Quę autē ab illo altero id habent officium vt celeſtibus auocatum, terreniſq; dimerſum, ad pœnā interficiant ſempiternam, quod eſt ſummū malum. Emergo extra mergo, & quaſi ex loco vbi ſubmerſus fueram exeo, & in lucem prodeo. Liui. li. j. Primū ex profunda emerſus palude. Teren. per tranſlationem in And. dicit facile ęx illis ſeſe emerſurum malis. Immergo intus mergo Vergi, libro. iij. Aeneid. Vaſtoque immergite ponto. Submergo ſubtus mergo.

¶ Merſo, as, ſepe mergo, Col. li. viij. quarto die ſi eſt vicinia maris ad littꝰ deducta merſat̄ ouis. Aug. li. ij, cō per tranſlationem. Aeſtuabat imbecillam ętatem abrupta cupiditatum, atq; merſabat gurgite flagitiorum.

¶ Merto, tas. idē qd̄ merſo Acciꝰ, vt hic q ī ea parte effrenata impudētia pręſentē p̄ns dictis mertare inſtitit.



¶ Mergę faculę quibus aceruj frugū ſunt dictę a mergis volucribus quia vt illi in ſe aquā mergunt dum piſces perſequuntur, ſic meſſores eas in fruges merguntvt eleuare poſſint manipulos.

¶ Mergus, gi, auis dicta ꝙ in ſe aquam cibum captans aſſidue immergat, que alij mergorē appellant. Ver. li. j. ge. Cum mędio celeris reuolant ex ęquore mergi. Huius auis natura eſt vt ſepe mergēs aurarū ſigna colligat, & pręuidens tempeſtatem futuram prope medio reuolat ex equore. & ad littorum tuta cum clamore contēdit Eſt & mergꝰ in vite vt docet Col. li. v. qui ait mergi genus eſt vbi ſupra terrā iuxta ſuam ad miniculū viris curuatur atq; ex alto ſcobe ſubmerſus producitur ad vacantem palum. Palladius. mergum dicimus quoties velut arcus ſupra terram relinquitur alia parte viris infoſſa.

¶ Mergꝰ oris. genꝰ vaſis, quā nōnulli Situlā appellāt

¶ Mergulus inſtrumētū quo lāpadis Ellychnus continetur alio nomine emūctoriū. vt apud Hiero. in Leui.

¶ Mergites pe. cor. ſpicarū manipuli a mergendo dicti Ver. li. ij. Ger. Aut fœtu pecorum aut cerealis mergite culmi prouentuq; oneret.

✣ Mer, meres vnus ex Centauris. Cc.

✣ Mero dictus eſt Nero ꝙ īpendio vinoſior eſſet. Cc.

✣ Meroctes lapillꝰ porracei coloris quę lacte ſudat. Cc.

¶ Meroe es. dictio triſvlaba, inſule Nili metopolis a q̄ & tota īſula meroę dicitur. Hāc Cābyſes cōdidit a noīe ſororis meroe. Cū enī Aegyptū oēm occupaſſet meroē ſecū vſq; ad Aegyptios ducē proceſſit, que cū ibi mortē obijſſet vrbi nomē indidit. Forma inſulę ſcuto ꝑſimilis. De qua Luca. lib. x. Gurgite rupto Ambitur nigris meroe fœcunda colonis. Patet longitudine ſtadiorū tribꝰ milibus latitudine mille. Effodiūt in ea aurū, argētū, ęs ferrū ebenum. Preterea fert & lapidū meltiplex genus, diſtatq; a Syene quinq; millibꝰ ſtad. vltra quā eſt ad torridā zonam Exuperat omnes alias Nili inſulas quas circiter ſeptingentas eſſe ſcribit Diodorus.

¶ Merops apiaſtra auis q̄ apes comedit. Vergil. lib. j. ge. meropes aliçq; volucres. Et meropes diuerſarū linguarū homines dicuntur μερίζω quod eſt diuido & ὀψ per o breue quod ſignificat vocem.

¶ Meropus pen. cor. mons Græcię iuxta Theſſaliam varijs preruptus anfractibus.

¶ Meropē pe. cor. inſula dicta vt quidā exiſtimant merope terrigena Triopę filio.

¶ Merops mons Indię ſub cuius radicibus eſt Niſa ciuitas conſtructa.

¶ Merꝰ a, um. quod eſt ſolū. Terē. in Phor. Nihil habet niſi ſpē merā. Vñ merula auis. Per tranſlationē ponit̄ pro puro. Cic. li. ij. de ora. Ecce tibi exortꝰ eſt Iſocrates magiſter iſtorū omniū cuius e ludo tanquā ex equo Troiano meri principes exierunt.

¶ Merum ſubſtantiuū ponitur pro vino ſolo ſine aqua.

¶ Mera & meracus a, ū. pe. ꝓ. eoꝙ ē ſolū & purū ꝓper. Aphereat quicūq; meracas reperit vuas. vñ vinū mera cū dicimꝰ quod merū eſt nulla aqua admixta. Hic fit cōparatiuū meracior, & ſuperlatiuū meraciſſimꝰ. vñ meracius bibere dicūt̄ qui minꝰ aquę vino miſcēt. Sicut ecōtrario lyphatius dilutiuſq; qui plus aque adhibēt. Cælſus pręcipit hyeme meratiꝰ bibēdū eſſe, æſtate dilutiꝰ Hier. in Deute. Et ſanguinē vuę biberūt. meraciſſimū

¶ Meribulus qui vinū ſine aqua bibit. Aug. Cū temerit auidior eſſe quadā die ab irata ancilla ꝑ cōuitiū appellata eſt meribibula quę res tātū ei pudore iniecit vt poſtmodū ſobria propſus fuerit.

¶ Merula auis ſic dicta ꝙ ſola volet, & ſolitaria paſcat̄ quaſi mera volās. Quo nomine etiā dictus eſt fluuiꝰ in Albouinti milio opido.

¶ Meryſmos a grçcis dicitur figura apd̄ Rhetores quā latini diſtributionem vocant.

✣ Merx & mercatura, differūt inter ſe ꝙ merx eſt ſpecies ipſa quę emit̄, vēdit̄ ve. De mercatura vide ſup. Cc.

Meſa fluuius notus per Leodiū fluens. & per Brabātiā ac Geldryam, vulgo tamen Moſa dr̄, & comungit ſecū Rheno. Eſt & Meſa pars in domo apium Victr. latine dici medianam auctor eſt.

✣ Meſauli edium itinera dñr ꝙ inter duas aulas. i. duo atria ſint interpoſita, noſtri Andronas. Cc.

✣ Menſen ventum dicunt inter Boream & cęciam Cc.

¶ Meſos grçce medius latine, meſon moderatum, meſonyction media nox.

¶ Meſopotamia regio inter Euphratem & Tygrim in maiori Aſia. Nā μέσος medius ποταμος fluuiꝰ. Amb. li. de parad. Meſopotamia dr̄ ꝙ Tygris & Euphrates incluſerint eā, eo ꝙ inter duo flumina conſtituta ſit. Qd ēt longe poſitis nomē ipſum & opinio communis expſſit Habet enī Tygrim ab oriēte & Euphratē ab occidente A meridie Babiloniā, Meſopotamiā īpigtiat Euphrates vt īqt Solinꝰ, ānue īundatiōis exceſſibꝰ terris ſupfuſus. Hęc regio etiā dicta ē Seleucia, vt li. vj. Refert pli.

✣ Meſoleucos gēma quā nigrā linea alba diſtīguit. Cc.

✣ Meſohetū vocāt nardū minoribus folijs. Cc.

¶ Meſapia Apuleia a Meſapo rege ſic appellata.

¶ Meſſana pe. pro. ciuitas Scicilię, a qua Meſſanenſes dicti ſunt. Sil. li. xv. Incūbens meſſana freto niuibꝰ q; reuulſa. Hāc vrbē cōdidere meſſenij ī Pelori ſinu, vbi ad orientē maxime flectitur. Poſtea cum Mamertini natio campana eo colonos miſiſſent, ipſi quoq; Mamertini potius quā meſſanēſes ſunt vocati.

¶ Meſſene ciuitas Grçci meſſeniæ in Peloponneſo a qua meſſenię męſſenij. De qua Hier. cōtra Ioui. Spartiatę & meſſenij dij īter ſe habuere amicitias intantū vt ob quędam ſacra etiā virginines ad ſe mutuo mitterent.

✣ Meſpanenſe vnum ex oſtijs Rhodani flu. Cc.

¶ Meſochorus pe. cor. fiſtulator cytariſta in medio ſaltationum. Sido. Nullus ibi Lyriſtes choraules meſochorus tympanyſtria pſaltria canit.

¶ Meſſala dictus eſt Valer. coruinꝰ quia meſſanā in Scicilia vicit, & vrbis captę in ſe trāſlato noīe meſſana primo appellatꝰ eſt, paulatiq; vulgo ꝑmutāte literas meſſala dictꝰ eſt. Vñ & meſſalarū familia Romę, florētiſſima, ex qua meſſala Coruinus orator nobilis ortum habuit.

✣ Meſſalina nomen filię barbati meſſalę cōſobrini Claudij imperatoris, quę cū adoleſcētula eſſet ipſi Claudio ſeni nupta fuit, ſummę libidinis mulier ita vt innumeris adulterijs ſe ſummiſerit, & mutata veſte lupanaria celebrauerit. Qui etiā cū ſcorto famoſo aliqñ certauit, & ſupatam ſe meretricē gloriota eſt, & ſe īter diē & noctē xxv. paſſam cōcubitus affirmauit. Prererea ſeſe labore potiꝰ feſſam q̄ cōcubitu ſatiatā deſtitiſſe. Tandē ab ipſo Claudio ſupplicio effecta eſt cū. C. Silio nupſiſſet.

¶ Meſpilus pe. cor. genus arboris, cuius fructus meſpilum Palladiꝰ, meſpilꝰ admixto germine tuta ſubit. Idē meſpilaq; exarmat pugnacibus horrida membris.

¶ Meſſias hebraice, grçce Xp̄s latine vnctus dicitur.

¶ Meſſis duo ſignificat, tēpus, ſcilicet metendi & rē ꝓ tēpore ſcilicet qñ fruges metuntur. Verg. Ante focū ſi frigus erit ſi meſſis in vmbra. Pro re, hoc eſt pro ſegete ipſa iā matura. Idē ī Geor. Atq; īterfice meſſes. Nec ſolum de frugibus, ſed etiam de vua dicitur. Dicta eſt meſſis a metendo, vel a medio, vt inquit Varro libro primo de re ruſti. metitur enim vt ſtramentum medium ſubſecetur. Nam qui metuunt manu ſiniſtra ſūmū ꝓhēdunt. infra manū ſtramētū quod terrę hęret poſtea ſubſecatur

¶ Meſſoriꝰ a. um. quod ad meſſorē pertinet. Cic meſſoria ſe corbe contexit, meſſor qui metit meſſo ipſa metēdi. i. ſecandi actio & operā meſſoriā dicimꝰ qua qſmetit

¶ Meſia prouincia quæ Pannonię iungitur ad pontū vſuſq; cum Danubio decurrens. Sueto. de Tibe. Armeniam a Parthis occupari meſiā a Dacis Sarmatiſq; Gallias a Germanis vaſtari neglexit. Sunt qui hoc nomen cum, œ, ſcribant mœſia.

¶ Met ſyllaba, piā, pte, ornatꝰ cauſa ponūtur & aduer-

bia ſũt. Vt eSomet qſpiã tute. Se met iũgiř caſibus oĩbus ꝓnominũ prĩe perſonę, tã pluralis q̃ ſingularis nũeri abſq; gtõ plurali, vt egomet, memet, noſmet, & reliq̃. Secũde vero pſonę obliquis tantũ caſibus, vt tuimet tibimet. Ntõ non addunt, ne verbum putetur tumet a tumeo. ſed tute tutemet profertur. Et quidẽ ſic iũcta diſcretionẽ ſignificat, vt ipſimet. i. ipſe ſolus. & nõ cũ alijs vel ipſe per ſe & non p alios. Pte cũ quinq; ablatiuis iũgiř vt meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, veſtrapte. Te ſimiliter cũ pronomine ſcđe pſonę idẽ efficit, vt tute id feciſti, i. tu ipſe p te & nõ per aliũ. Te te vtraq; ꝓducta vt meme, ſeſe, cõpoſita oſtenduntur accentu acuto. Ce vero addiř fere is quę in c deſinũt hic, hęc, hoc, apđ antiquos caſus. vt hocce, hoccine. Vnde hoc quaſi duab⁹ conſonantibus producitur. Ver. Hoc erat alma parens q me p tela p hoſtes. Eripis? Teren. Hoccine eſt credibile, aut memorabile factũ. Hicce. ſeu hiccie, ſicce ſiue ſiccine, hęccine, hanccine. illicce. iſticce. illãccine. Ter. Illãcine mulierẽ dixit pro illamne. Apud iuniores vero per eos caſus tantum. qui in ſ deſinunt euphonię cauſa vt huiuſce. hiſce, hoſce.

❡Meta congeries ſeu ſtrues in acutum tendens ſeu turbo inuerſus, conos a gręcis appellata, quia eſſet poſita in dimenſo ſpatio, quia eam metiantur quadrigæ circũ currentes. Moris enim erat ſepties metam luſtrare. Proper. Aut prius effracto depoſcit pręmia curſu. Septima quam metam triuerat ante rota. Cum enim iam a carceribus emiſſę ad metam veniſſent quadrigę erat opus vt circum ipſam flecterentur. Ver. Hic viridem ęneas frõdenti ex ilice metam. Cõſtituit ſignum nautis pater vñ reuerti Scirent & longos vbi circunflectere curſus. Per tranſlationem vero quoniam auriga quandocunque primum metam ſuperauerat iam ad finem certaminis perueniſſe videbatur, nõ ſolum pro agrorum termino ponitur, quẽ pyramidi forma effigiari mos fuit. Vnde & meta fœni vernaculo ſermone lameda. Columel. li. ij. Certe quicquid ad eũ modũ quo debet ſiccatũ erit in meta extrui cõueniet, eaſq; ipſas in ãguſtiſſimos vertices exaqui, Sic enĩ cõmodiſſime fœnũ defendiř a pluuijs, ſed pro quocũq; termĩo ac fine. Ver. His ego nec metas rerum nec tpa pono. Ser. Tormẽtis finẽ metãq; laborib⁹ orat. Hic pueniſſe ad metã dicim⁹ qui iter aut alıđ op⁹ perfecerit. Accipiř etiã qñq; pro inferiori parte mole. Sicut Catillus pro ſuperiori. Eſt & meta prępoſitio gręca & in fine acuitur, & modo cũ, modo trans, modo poſt ſignificat, a qua multa componuntur.

❡Meta lactis dicitur caſeus qui factus eſt ad formã metę. Mart. Fert ille cęris cana cum ſuis mella, metamq; lactis, Saſſinate de ſylua.

❡Methaſycoſis pe. pro. Scribitur enim μέτψαύχοσις ſubitus tranſitus ad diuerſa corpora.

❡Meremſycoſis pe, pro. latine trãſanimatio cũ. ſ. de alijs corporibus in alia corpora trãſeũt aĩę. Vñ Ouidi. Pythagoreorũ dogma li. xv. explicãs ait. morte carent animę. ſemperq; priore relicta. Sede nouis habitãt domib⁹ viuũtq; receptę. Ex hoc Pythagore domate inducta eſt ab eſu aĩalium abſtinẽtia ne forte vt feſtiuiter ait Terẽ, bubulã quis de aliquo proauo ſuo obſonet. Hier. Probabo nõ Empedoelis & Pythagore nos dogma ſectari qui proprer μετεμ ψύχωσιν. i. tranſanimationẽ omne qđ mouetur & viuit edendum non putant.

❡Metabaſis latine tranſitus, Metabole matatio,

✣Metagram veteres vocauerũt faucium morbũ. Cc.

✣Metapnium vnũ ex oſtijs Rhodani. Cornu.

❡Metaponum trans põtum, quo noĩe dictũ eſt opidũ Italię in ſinu Tarẽtino, a quo metapõtini populi.

❡Metaplaſm⁹ dici poteſt transformatio. Eſt aũt trãſlatio recti ſolitiq; ſermonis in alterã ſpeciẽ vel metri vel ornatus vel neceſſitatis gratia μετὰ trãs πλάσμα figmẽtũ

❡Metaphora pe. cor, tranſlatio a Cicerone diciř. fitq; cũ nomẽ aut verbũ ex ꝓprio loco in eum tranfertur, in quo aut propriũ deeſt, aut trãſlatum proprio meli⁹ eſt, vt Claſſiq; immittit habenas.

❡Metamorphoſis penu. pro. trãſfiguratio, ſeu tranſformatio latine dř μόρφωσις enĩ mutatio transfertur.

❡Metalepſis figura, quã modo tranſlatiuã, mõ trãſumptiuã, modo tranſpoſitiuã dicimus μετὰ trãs λῆψις acceptio. Fit autã cũ aliqua dictio aliud a propria ſua ſignificatione ex his quæ pręceſſerũt denotat vt apud Verg. Poſt aliqđ mea regna videns mirabor ariſtas. i. ſegetes.

❡Metaphyſica, orũ, tãtũ pluraliter ſupernaturalia dñr

❡Metapheſis pe. cor. latine tranſpoſitio cũ vna litera neceſſitatis cauſa ex vno dictionis loco in aliũ tranſponitur, vt Tymbre pro tymber θέσις poſitio dicitur.

❡Method⁹ pe. co. μετὰ & hodos aſpiratõ cõponitur & accipitur pro via breui & diſciplina dum ꝓ ratione capitur. Ver. libro. j. Geor. Ignaroſque vię mecum miſerat⁹ agreſtes id eſt rationis.

❡Metonymia cũ accentu in pe. latine trãſnominatio, ſiue denominatio, vt Bacchus pro vino. Similiter cum dicimus pigrum frigus.

❡Metaurus & metaurã Vmbriæ fluui⁹ in Flaminiã decurrens, quę regio Gallia dicebatur vbi Claudius Nero conſul cum Salinatore Aſdrubalem interficit.

❡Metereoros pe. ꝓ. ſuſpenſus ſublimis, ſubleuatus ad aliquã rẽ gręce μετέωρος. inde meteora Ariſto. q̃ corrupto vocabulo dñr metaura. In his enim de rebus ſublimib⁹ tractař. Meteoria ſublimitas ſpectatioq; ſublimiũ. Aliqñ meteoreos diciř ſtolidus, & meteoria ſtoliditas. Vñ Ariſtoteles meteorologus qui ſublimia tractat. habet penultimam correptam.

❡Meteoroſcopus qui frontẽ cõſiderat. i. qui diuina ex facie hoĩm, quiq; priuati ex inſpectione frõtis quid cui euenturũ ſit, pręddicit μετωπὸν frons σκοπὸς inſpector pli. Alexander imaginũ ſimilitudines a deo indiſcrete pinxit, vt incredibile dictu Appiõ grammaticus ſcriptum relinquerit quandan ex facie hominum ad diuinitatem quos metoſcopos vocãt ex his didixiſſe aut futurę mortis annos, aut pręteritę.

❡Metagoniũ ꝓmontoriũ aphricã a numidia diuidẽs.

❡Metallũ dici poteſt perſcrutatum, a μεταλλάω quod perſcrutor ſignifi. q metella intra terrę venas ſcruteř hoĩes

❡Metona pe. pro. vrbe peloponnenſi littoralis.

❡Metis nympha ſic dicta a conſulendo μῆτις enĩ cõſilium ſignificat. Cc.

❡Metonomõ ęſtuariũ Germanis a loco ſic dictũ. Cc.

❡Methyma vel methyme vrbs Leſbi, apud quã naſcitur bonum vinũ. Ouid. Gargara quod ſegetes, quot habet methymna racemos. Hinc methyneus, nea. neum, Idẽ li. xj. meta. Et methymnei ponũř littore Leſb. Ab hac verbe ortum habuit Arion cytharœdus nobilis quẽ Herodotus a prędonibus in mari obrutum & a delphine incolumen deuectum in portum ad Tęnarum fabulatur, quem cytharœdum fuiſſe conſtat.

✣Metopiõ arborẽ vocant, quę in Aethiopia ſubiecta. Aphricę naſcitur, ſtllans in harenis ſuis lacrimã veluti reſinam Coruucopię,

✣Metopõ oleũ ex amygdalo factum, quod & amygdalinum dicitur. Cc.

❡Metoraris. proprie ſignifi. metas in agris terminãdi gra diſpono & mẽſuro ad locũ Liui. li. j. Hęc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumq; his regionibus, quas modo animo metat⁹ ſum dedico. Gel. li. j. Nã quũ fere cõſtaret curriculũ ſtadij, quod eſt Piſis apud Iouem Olympiũ Herculẽ pedib⁹ ſuis metatũ, idq; feciſſe lõgum pedes ſexcentos, Hinc vſus inualuit. vt Metari ſimpliciter ꝓ diſponere ac parare vſurpeř. Verg. lib. ij. geor. Si pinguis agros metabere cãpi Dẽſa ſere. vñ dicimus caſtra ꝓpe Tyberim metat⁹ eſt. Hinc metator. Luca. Audax Heſperios veniã metator in agros. Pli. lib. xviij. Hũc olıueti metator vergiliarũ quatriduo, hũc caueat inſitor calamis gẽmiſq; ioculator. Diciř aũt metor



actiue & paſſiue. Hor. lib. ij. car. Nulla decẽpedis metata priuatis Opacẽ portic⁹ excipiebat arcton. Inuenitur etiã meto, as. Verg. in culi. Metabat ſeſe circũ loco. Cõpoſitũ a metor eſt Emetor pe. ꝓ. quod eſt pfecte mẽſuro. Lact. de Opifi. Nam ſi peritus architect⁹ cũ magnũ aliquod ędificiũ facere cõſtituit, primo omniũ cogitat q̃ ſumma perfecti ędificij futura ſit, & ante emetatur, quẽ locum leue pondus expectet.

❡Metior tiris, menſus ſignificat menſuro, taxo. Vnde menſores appellantur agroꝝ finitores, & Demenſum ęſtimatũ, vel æquatum menſuratumve. Hĩc menſura & menſuro, as. Cur. lib. iij. Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonib⁹ equitibus ſexcenti denarij tributi peregrin⁹ eques quingenos accepit, ducenis pedeſtriũ ſtipendiũ menſum eſt. Similiter Cic. in Cato. Neq; enim ipſorum conuiuioꝝ delectationes corporis voluptatib⁹ magis q̃ cœtu amicoꝝ & ſermonibus metiebar. i. ęſtimebã Qñq; metiri ponitur ꝓ tranſmeare. Ver. Inuicto bipedũ curſu metitur equoꝝ. Qñq; pro vagari. Hier. ad Helio. Filius hoĩs non habet vbi caput reclinet, & tu amplas porticus & ingentia tectoꝝ ſpatia metiris. Reperitur etiã in ſignificatiõe paſſiua. Idẽ in Hiere. Sicut enumerari nõ poſſunt ſtellę cœli, & metiri arena maris ſic multiplicabo ſemẽ Dauid ſerui mei. Et apud Amos ꝓphetã. Humus tua funiculo metietur. Futurũ indicatiui eſt metiar & metibor. Supinũ menſum & metitũ. Mẽſio a menſum, q̃ eſt menſura. Cic. de Ora. Aures eĩ vel aĩus auriũ nuncio naturalẽ quãdam in ſe continet vocẽ oĩm menſionẽ. Verg. Mos tumidũ ſub te permenſi claſſib⁹ ęquor id eſt euecti, vt inqt Ser. Remetior ruſ⁹ metior. Idem. Arma deoſq; parant comites. pelagoq; remenſo. Improuiſi aderunt.

❡Meto is, meſſui, meſſum. i. ſeco. Et tã de vua & alijs rebus quã de ſegetibus dř. Vergil. Poſtremus metito. i. vindemiato. Hie. ad Helio. Ecce bis acutus gladius ex ore regis ꝓcedẽs obuia quęq; metit. Lact. lib. v. Qui virilia ſua ferro metat. Hui⁹ cõpoſita ſunt Demeto qđ eſt deorſũ meto. Col. li. ij. Illđ deĩceps p̃cipiẽdũ habeto, vt de meſſis ſegetib⁹ iã in arca futuro ſemini cõſulam⁹. Catull⁹. Sole ſub ardẽti flauẽtia demetit arua. Emeto extra vel valde meto. Hor. in Epiſt. Emetit. orcus Grãdia cũ paruis nõ exorabilis auro. Pręmeto anteſeco. Feſt. Præmetiũt qđ pręlibatiõis cauſa p̃metitur. Et habet pe. c.

❡Metys purgamẽtum cęrę, ex quo partem aluei priorem apes illinunt.

❡Metropolis pe. cor. quaſi mater ciuitas. Nã μήτηρ mater πόλις ciuitas, hoc eſt cęterarum vrbium caput.

❡Metropolitani qui ex ea ciuitate oriundi ſunt.

❡Metropolites p. ꝓ. metropolitanę ciuitatis Põtifex.

❡Metrum mẽſura. Et qm̃ menſurantur verſus, a nr̃is dicuntur metra. Definitur metrũ q ſit connexio quædã atq; ordinatio pedũ ad delectationem auriũ inuenta. Hinc fiunt per compoſitionem Monometum qđ duobus pedibus conſtat. Dimetrũ quod quatuor. Trinętrũ quod ſex. Tetrametrũ quod octo. Pẽtametrum quod decem Hexametrum quod duodecim.

❡Metricus, ca, cum, pe. cor. quod ad metrum pertinet vt ars metrica vatis.

❡Metreta p. ꝓ. gen⁹ vaſis, qđ cõficiř ex duob⁹ batis.

❡Metrodor⁹ pe. ꝓ. menſurę donũ, vel menſuratũ donũ. Quo noĩe dict⁹ ẽ Pictor, & Phũs & Athenienſis.

❡Metuo is, tui, a quodã motu animi dř, vt inquit Var. Quũ id qđ malũ caſurum putat mens refugit, cũq; vehementius in mouendo vt a ſe abeat foras ferř formido appellař. Et ꝓprie metuere ſeruoꝝ eſt, veteri liberorum. Cic. in Cato. Metuebãt eũ ſerui, verebantur liberi, charũ oẽs habebãt. Querit Ariſt. in Problema. Cur tremũt q metuũt? An ꝓpter refrigerationẽ. Deficit eĩ calor atq; cõtrahiř. Hinc Vergil. Geliduſq; per ima cucurrit Oſſa tremor. metuentib⁹ aluus funditur, algor & ſitis ꝓuocař teſticuli contrahuntur, dentes crepitant & arietantur.

❡Metus tus, timor. Et eſt ſicut Vlpia. ſcribit, de inſtãti vel futuro periculo mentis trepidatio. Et tã actiue quã paſſiue ſumitur. Nã metus hoſtium recte dicitur, & quũ timent hoſtes, & quũ timentur. Capitur interdũ metus ꝓ religione, qm̃ vt docet Ser. nata eſt ex timore. Verg. lib. vij. Multoſq; metu ſeruata per annos. Hui⁹ diminutiuum eſt meticulus.

❡Meticuloſus a meticulo diminutĩo ſignificat timidũ. Plau. in muſt. Neſcis q̃ meticuloſa res ſit ite ad iudicem

❡Meuania ciuitas Vmbrię inclyta Propertio alumno. A qua meuanates populi.

❡Meus, a, um, ꝓnomẽ poſſeſſiuũ, vt meus ager. Cum vero dico meus ſum, perinde eſt acſi dicerem meę poteſtatis ſum. Perſius. Poſtq̃ meus a pręto re receſſi. Aliqñ enim meus tuus ſubſtantiua ſunt. Verg. lib. iiij. Dulceſq; meorum relliquias. Et li. iij. Cape dona extrema tuorum. Teren. in Phor. Ego meorum ſol⁹ ſum me⁹. Me⁹ carnifex. i. qui me torſit. Idẽ in An. Me⁹ carnifex meũ eſt, hoc eſt mei officij eſt. Sic tuum, ſuum, noſtrum, & veſtrum officium eſt.

## M ANTE I

MI dandi caſus a genitiuo mis. Verg. Et mi genus ab Ioue ſummo.

❡Mica puluiſculus ille q̃ in arena quaſi argentũ fulget a quo a pauis & oĩm rerũ fruſtula, quę tranctantibus nobis aliquam rem inde emicãt. Ergo minutias rerũ micas dicim⁹ quaſi minuti cadẽtes. Vñ ẽ illđ. Nã & catelli comœdũt de micis q̃ cadũt de mẽſa dñoꝝ ſuoꝝ.

❡Micare proprie eſt ſubinde & p interualla, vt micę faciũt fulgere. Verg. Micat ignib⁹ ęther. Et quoniã talis quędã variatio dũ digitis ſortimus apparet, per tranſlationem micare capitur ꝓ digitis ſortiri. Var. Micandũ erit cum Gręco vtrũ ego illius numerũ, an ille meum ſequatur. Et Cic. eum virũ bonum appellat, qui cũ poſſis in tenebris micare. Et quia ſplendor tremulus eſt & crebro ſalit, factum eſt vt quandoq; pro ſalire ponatur. Ver Emicat Euryalus. Quia vero hoc per vices fit, micare capimus ꝓ eo quod eſt per vices mouere & ſine ordine Idẽ lib. iij. Georg. Et linguis micat ore triſulcis. Huius cõpoſita ſunt. Dimico. Emico extra ſplendeo. Plaut⁹. Ex oculis quaſi radij emicãt ſolis. Aliqñ extra ſalio, vt Emicat Euryalus. Intermico inter vel in mediũ mico. Aug. li. ix. de ciui. dei. Id quoq; velit in altiſſimis tenebris rapidiſſimo choruſcamine lumẽ candidũ intermicare. Promico extendo vel lõge iacio ſplendeoq;. Næui⁹ Si quid loqui vis nõ ꝓdocere, multa lõge ꝓmicãda oĩo eſt. Et in hymno. Pellantur emin⁹ ſõnia, ab ęthere xp̃s promicat. Et habent penult. cor.

✣Michael nomen ꝓpriũ angeli. latine quis vt deus vel quis eſt vt iſte dominator.

✣Mihipte pro mihiipſi poſuit Cat. ĩ quo ſignificato ſolemas hæc duo pronoĩa geminare, vt mente, tete. Cc.

❡Micturio is, pe. cor. ſimiliter & mictito as, vide in dictione Mingo.

❡Micros latine paruus dř, a quo multa fiunt cõpoſita.

❡Microcoſmus paru⁹ mundus κόσμος eĩ mund⁹ diciř.

❡Micrologus penu. cor. paruus ſermo vel parua ratio Vtrũq; eĩ logos ſignificat. Micrologia ſedulitas quouis modo acquirendi, & cura rerum vilium.

❡Micropſycos pen. cor. puſillanimus. Nam ψυχὴ anima, micropſycia puſillanimitas.

❡Midas nomen regis Phrygum, qui cunctorũ pene regum opes pecuniæ abundantia anteceſſit.

❡Migale gen⁹ animalis rapacis & ingluuioſi, de quo ĩ Leuitico.

❡Migro as, ad habitandũ eo. Liu. lib. j. Et romã ĩñ frequẽter migratũ eſt a parentibus maxĩe & propinquis raptarũ. Interdũ ſine appoſito. Cic. lib. vj. de Repu. Anteq̃ ex hac vita migro cõſpicio in meo regno & his tectis Pu. Cor. Scipionẽ. Huius compoſita ſũt Cõmigro qđ eſt in totum migro. Hiero. ad Dama. Et quia ꝓ faci

noribus meis ad eã ſolitudinẽ cõmigraui, quæ Syriam iuncto Barbarię fine determinat, nõ poſſum ſanctũ dñi tot interiacentibꝰ ſpatijs a ſanctimonia tua ſemper expetere. Teren. in An. Ex Andro cõmigrauit huic vicinię Demigro de loco diſcedo. Liui. lib. j. Quum hoſtes adeſſent pro ſe quiſq; in vrbẽ ex agris demigrant, vrbẽ ipſam ſepiunt præſidijs. Emigro exeo. Cęſar vt domo emigrent, aliud auxiliũ alias ſedes remotas a Germanis petãt. Immigro eo ad intus habitandũ. Cic. lib. j. Tuſc. Neq; ea plane videt quũ tam repente in tam inſolitum tamq; perturbatum domiciliũ immigrauit. Remigro in priſtinum domiciliũ reuertor. Idẽ ibi. In noſtram domũ remigremꝰ. Tranſmigro vltra ad habitandũ eo, hoc eſt in lõgioris loci habitationẽ muto Hierony. ſup Math. Expellẽtes de Iudæa, vt ad gẽtiũ populũ tranſmigrarẽt Et habent pe. cor.

¶ Miles generis cõis ꝓprie qui pedes militat, a militia .i. duritia quã pro Repu. ſuſtinet dictus, aut a multitudine, aut a malo quod arcet, aut a mollicie per contrarium eo ꝙ nihil molle, ſed potiꝰ aſperũ quid gerat, vel a mille quaſi milleſimus quiſq;, ꝙ trium milliũ priꝰ legio fiebat, & ſingulę tribꝰ, Tatientium, Ramnium, Lucerum, mille milites mittebant. Tria autem ſunt militum genera vt inquit Ser. Euocati, qui non milites ſed pro milite erant. Ver. mittitur ac magni Venulus Diomedis ad vrbem. Salu. Ab his omnes euocatos centuriones. Tumultuarij, qui neceſſitate aliqua electi ad vnũ dũtaxat bellũ millitant. Verg. Simul omne tumultu Coniurat trepido Latium. Sacramento religati, qui poſt electionẽ in rem publicã iurabãt, quod militare ſacramentũ dicebaẽ. Hi plenã militiã habebãt erãtq; quinq; & viginti annis obligati, vt apud eundẽ. Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.

¶ Milito, onis, idem quod miles. Vñ & Cõmilito qui ſimul militat, hoc eſt ſocius eſt in bello, Hinc Commilitiũ ipſa belli ſocietas.

¶ Milito, as, militiam exerceo, neutrũ eſt, vt hic ſub cęſare militauit. Et ablatiuo tantum conſtruitur, quũ p̃tiũ exprimitur. Curti. Gręcis mercede apud Perſas militãtibus. Inuenitur & militor deponens.

¶ Militia qñq; bellũ, qñq; rem millitarẽ ſignificat.

¶ Militaris & hoc militare, qđ ad milites ptinet, vt militaria dona, res militaris, militaris ars. Salu. Pręmittit illis homines militares, militaris via, quę vulgo cõis dicit Alio nomine Regia ſeu conſularis, Prætoria, Plateave Vide in dictione Publica via.

¶ Militariter aduerbium ſignificat more militum, vel more militiæ.

¶ Miletus pe. p. p vrbs fuit in finibus Ionię & Cariæ authore Herodoto a Neleo ędificata. Hãc generoſa vel ſcelera nobilitarunt, vnde prouerbium manſit.

¶ Militia ſtragula. Martia. Nec miletos erat vellere digna tuo. Hęc aũt Anactoria nominata ſuper octoginta vrbiũ p cuncta maria genitrix, vbi oraculũ fuit antiquitus Brancidarũ appellatũ, poſtea Apollinis Didymei. Ab hac mileſij populi dicti ſunt, q quũ priꝰ potẽtes eſſẽt & opulẽti, delitijs dediti & opes & potentiã amiſerunt Ex mileto fuere viri memoratu digni. Thales vnꝰ ex ſeptẽ ſapientibꝰ, qui primus Phyſologię ac mathematicę author inter Gręcos eſt habitus. Et Anaximãder eius diſcipulꝰ Anaximenes Hecateus, qui ſcripſit hiſtoriã, & Aeſchines orator, non ille qui cũ Dẽmoſthene cõtẽdit, ſed alter qui aſſũpta nimia erga Põpeiumlicẽtia pariter in exiliũ miſſus eſt. Hinc & Timothęũ muſicũ ortum ferunt, & Pittacum philoſophum.

¶ Mille ſubſtãtiuũ & neutri gñis. Declinaturq; hoc mille, huius mille, hęc millia hoꝝ milliũ. Ideoq; genetiuo iũgit. Cic. in Anton. Quis vnq̃ in illo inuentus eſt, qui L. Antonio mille nummũ ferret expenſũ. Quadrigarius lib. iij. annaliũ. Ibi occiditur mille hominũ. Varr. li. vij. rerũ humanaꝝ. Plus mille & centum annorum eſt Reperitur apud Lucil lib. ix. Tum milli nũmũ potes vno q̃rere centũ. Vno milli ꝓ mille ac ſi diceret, potes mille nũmis acq̃rere centũ milli. Plau. i milia Qui mille ãnoꝝ perpetuo viuũt. Hoc eſt qđ Græci χιλιάδας vocãt. Aliqñ mille adiectiuũ eſt. & tũc dicimꝰ mille hoĩes, & mille ꝓpugnacula, nec licet millia hoĩes, quia ſubſtantiua nõ cohærẽt ſine copula. Dicimꝰ tñ decẽ millia, & ducẽti homines, quod ita intelligitur. Decem millia hominum, & ducenti homines.

¶ Milliariꝰ a, um, mille librarũ, Vnde apri millarij apđ Col. dicebantur mille librarum, qui apponebantur in cęnis Romanoꝝ. Sene. li. xxj. Epiſt. Nõ magnatẽ facis ꝙ viuere ſine recto apparatu potes, ꝙ nõ deſideras millarios apros, nec linguas phœnicopterorum, & alia portẽta luxurię iam tota animalia faſtidientis.

¶ Millariũ mille paſſuũ ſpatiũ, quod & milliũ dicit. Huius octaua pars ſtadiũ vocatur, Paſſus ex quinq; pedibꝰ & ſinguli pedes ex ſexdeci vncijs cõſtãt, milliariũ etiã dr̃ vas ad coquẽdũ accõmodatũ. Cat. de re ruſt. Inter orbẽ & milliariũ vnũ digitũ intereſſe oportet. Palladiꝰ li. v. Vas æneũ milliario ſimile, i. altũ & anguſtũ, veſpere inter aluearia collocemꝰ, & i fũdo eiꝰ ponamꝰ lumẽ accenſũ. Et millitariũ colũna aurea in capite fori Romani in qua inciſę oẽs vię Italię termiabant. Et hoc milliariũ Plini Trãqlli Plutarchi atq; Taciti monumẽtis celebratur. In alio ſignificato accipit milliarẽſis porticꝰ, & porticꝰ milliarię. ¶ Millepeda vel millepedia vermiculi, q multo pedũ agmine ſcatet inqt Hiero. cõtra Ioui. Coge Syrũ Aphricũ & arabã, vt vermes ponticos glutiat, ita eos aſpiciet vt muſcas millepedas & lacertos.

¶ Millies aduerbiũ eſt, vt millies te vidi. Sic decies cẽties & huiuſmodi.

¶ Miliũ genꝰ frugis, a mille dictũ ꝓpter multitudinem acinorũ. Mart. Frumentum milliũ ptiſaramq; fabamque ſolebas. Et milliũ ſiue milliariũ milliare dicitur. Liu. li. x. Alio itinere ad ſtationẽ nauiũ, millia autem quatuordecim ab opido aberant.

¶ Miliũ Indicum eſt, quod indocti milichã vocant, qđ conſtat ex India aduectũ eſt. Huiꝰ culmos Lobas vocãt

¶ Millaria auis dict eſt, ꝓ milio pingueſcat.

¶ Milus collare canum venaticorũ factum ex corio, multis clauis ferreis eminentibꝰ aduerſus impetum lupoꝝ. Scipio Aemylianus ad populũ. Nobis (inqt) rei publicę p̃ſidio eritis quaſi milus cani. Dictꝰ milꝰ a multitudine clauoꝝ. hoc ẽ a mille clauis, vel quaſi melinꝰ, ꝙ ex pelle aĩalis melis fere hęc collaria fiant. Var. Ne vulnerent canes a beſtijs ĩponuntur his collaria q̃ vocant meliũ, i. cingulũ circũ collũ ex corio firmo cũ clauis capitatis.

¶ Milo ꝓpriũ nomen viri Romani. A quo milonianus a, um. vt oratio miloniana. Fuit alius hoc noĩe athleta Crotoniẽſis, qui taurũ ĩ olympico certamine ictu nudę dextræ occidiſſe dicitur, & ſine fatigatione p ſtadij ſpaciũ ſupra humeros portuiſſe, totũq; eo die comediſſe. Eſt & milo nomen mõtis Indiæ, in quo hoĩes aduerſis plãtis naſcũt, octonos digitos in ſingulis pedibꝰ hñtes

¶ Miluus & miluius vtroq; modo dr̃ auis rapaciſſima, a molli volatu vt quibuſdã placet, vel ficticio noĩe a voce quã facit. Oui. li. iij. Faſt. Iuppiter alitibus rapere imperat, attulit illa miluiꝰ & meritis venit in aſtra ſuis. Ab huius auis ſimilitudine piſcis miluiꝰ dicit ſubiens in ſũma maria, & vadando alioꝝ piſciũ prædam agẽs, ponit & pro ſtella in quam conuerſus dicitur. Vnde Ouidius eodẽ libro Stella Lycaoniam vergit decliuis ad arcton miluius hęc illa nocte videnda venit.

✠ Miluinꝰ adiectiuũ fit a noĩe miluꝰ, miluinæ tibię dicunt que in accentꝰ exeunt acutiſſimos, ſed vide ne legendum ſit miluinę a miluo. Cc.

¶ Mimas mons minoris Aſię, vbi ſacra & certamia quotannis fieri Baccho cõſueuerũt. Suid. μίμας ὄρος θρακικὸς κλίνεται μίμαντος, περὶ τούτου καλλίμαχος ἐν τοῖς ὕμνοις.

✠ Id eſt mimas mons Thracię, & declinatur mimãtos. De quo Callimachus in hymnis.

¶ Mimallones Bacchæ mulieres, a mima Ionię monte vel mimeomę verbo gręco, qđ imitor ſignificat, qđ Liberũ patrẽ imitarent, & ad eiꝰ imitationẽ cornua ferrẽt. Hinc mimalloneus a, um. Perſiꝰ. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. Hę quoq; Baſſarides & Thyades & Ogygides vocatę ſunt.

¶ Mimus effictor latine qui vel intra vel extra ſcęnam geſticulationes exercet, imitaturq; dicta factaq; moreſue hominũ & naturas, quaſi ſolꝰ imitetur ἀμμιμέομαι vt Diomedes inquit, qđ ſignificat imitor. Hiſtrio vero per ſonatus in ſcęna comœdias & tragœdias voce & corpis geſtu agit Mimi etiã dñr poemata ſine reuerẽtia laſciuiã imitantia, nã cũ & alia idẽ faciant, ſolus tñ Laberiꝰ poeta quaſi quodam priuilegio quod fuit cõmune poſſedit Hanc fabularũ ſpeciẽ Latini vocant Planipediã. Ouid. Scribere ſi fas eſt imitãtes turpia mimos. Huiꝰ poematis ſcriptores dicũtur mimographi, vt Philiſtio, vt Publius, vt Laberius. Suetoniꝰ in Cęſare. Decius Laberiꝰ eques Romanus mimum ſuũ egit, a mimꝰ fit mimicꝰ ca, cum. ſicut a Satyrus ſatyricus Aug. lib. v. de ciuita dei. Et q̃ſi ſatyrica vel mimima leuitate cohibeãt ſuas nugas

✠ Huius fœmininum eſt mima. Cc.

☧ Mimiſis μίμισις, latine imitatio morũ alienorũ. Alio nomine a gręcis dicitur ἠθοποιΐα.

¶ Mina gręce mna libra genꝰ ponderis ſiclos habens. lx, q faciunt obolos mille ducentos Et habet mina librã vnã & ſemũciã, & ſunt ſolidi. lxxv. Priſc. Libra vl' mna graia drachmas habet. lxxv. Accipe præterea patrio q̃ noĩe Graij mnã vocitant, noſtriq; minam dixere priores. Item mina dicitur ouis quæ habet ventrem glabrũ.

¶ Minæ arum, comminationes & metus incuſſiões p verba aut ſigna, & primã corripit. Sed pro pondere primã producit. Qñq; etiã dicuntur eminentię, quas Pinnas vocant. Verg. Pendent opera interrupta minęque muroꝝ ingentes. ☧ Minę etiã dñr oues glabrę. Var. li. de re ruſt. Ex luſcã ſurdam mimã, i. ventre glabro.

✠ Minatię vulgo dicunt vbi minę latine dicuntur. Cc.

✠ Mimallis a Callimacho inſula dicit quæ ab alijs melos, a nonnullis zephyria. Cc.

¶ Minor minaris, minas infero. Et plerũq; accuſatiuo iũgit. Cic. in Tuſculanis Cui quũ Liſymachus Rex crucem minaretur. Et minari eminere eſt. Verg. Geminiq; minantur in cœlum ſcopuli. Compoſita huiꝰ verbi ſunt Cõminor & Interminor, quę habent pe. cor.

¶ Mino minas duco. Feſtus. Agaſones equos agentes id eſt bene minantes. Hier. minauit gregem in interiora deſerti apud antiquos etiam pro minor ponitur. A quo minito as, vt docet Priſc.

¶ Minitor ſæpe vel impetuoſe minor. Plau. in Aſina. Cur ergo minitaris te tibi vitam eſſe amiſſurum.

¶ Minax qui frequenter minatur. Verg. lib. iij. Georg. Primꝰ & ire viam & fluuios tentare minaces Audet & ignoto ſeſe commitere ponto. Hinc minaciter. Liui. li. ij. Minaciter fremunt.

✠ Minabiliter veteres dixerunt pro minaciter. Cc.

¶ Minerua diſciplinarũ dea, quæ gręce Pallas dr̃. Et a minando dicitur, quaſi vim minetur. Aut a minuẽdo vt inquit Cic. Vel ꝙ bene moneat. Hanc pagani ꝓ ſapientia ponebant. Cornificius ꝙ fingatur pinguaturq; militaribus armis. Hęc Ogygij temporibus ad locum, q Tritonis dicitur, vt ſcribit Aug. virginali fertur apparuiſſe ętate. De hac etiã in dictione Pallas.

☧ Hanc filiam Iouis, ac virginẽ putarunt, ꝙ incorruptibilẽ aiunt eſſe natura & extremũ locũ vniuerſi obtinere contendũt Tritoniam vero appellatã qm̃ ter in annuo ſpatio, vere, ęſtate, hieme cõmutat. Glaucopẽ, i. glaucu lam vocari dicunt, nõ quia glaucos habeat oculos, qđ vocabulũ ipſum denotat, ſed quoniã aer viſum animalibus prębeat. Et cũ lanificiũ, & texturam, & alia multa artificioſa comperiſſet celebris dea appellata eſt, Et qa omnia eius inuenta, ex vi ingenij, atq; ſapientię procedere videbantur locus fabulę datus eſt vt ex cerebro Iouis genita dicatur. Mineruai, ſeu Mineruale, a minerua deductũ nomẽ. Et erat quaſi pręmiũ, quod dabatur pręceptori ſicut cœna & huiuſmodi, quaſi magiſterij in paucis diebꝰ, a ſcholaſticis dari ſolita ante quinquatria per duos dies pueri vacabant. Ouid. in Faſt. Nec vos turba feri cenſu fraudatam agiſtri, ſpernite diſcipulos attrahit alias nouos. Hiero. in Epiſtolã ad Epheſios. Legant epiſcopi atq; preſbyteri qui filios ſuos ſecularibus erudiunt literis, & faciunt illos comœdias legere, & minorũ turpia ſcripta cantare de eccleſiarũ ſumptibꝰ forſitã eruditos, & qđ in corbanam pro peccato virgo, vel vidua, vel quilibet pauper obtulerat. Hoc in literarum ſtrenã & ſaturnalium ſportulã & mineruale munus grammaticus & rhetor.

✠ Minoa vrbs in Amorgo ĩſula Cycladum, eſt & altera in Sicilia. Item megarenſium emporiũ fuit duodeuigĩti ſtadijs diſtans ab vrbe, qđ & Myſea appellatur. Cc.

¶ Minos Cretẽſis rex, qui primꝰ Cretenſibus legẽ dedit. Hic cũ haberet vxorẽ Paſiphaẽ, & illa ex tauro genuiſſet Minotaurum, Dædalum ꝙ bouẽ ligneã fabricaſſet, ſub qua latens cũ tauro vxor cõcubuerat perſecutꝰ in Ciciliã peruenit, vbi a Cocali regis filiabus interfectꝰ fuit, vt Ariſt. refert iuxta Camerinam vrbem, & apđ inferos iudex animaꝝ factus eſt. Vergil. Quęſtor Minos vrnam mouet. A minos fit Minoius a, um. poſſeſſiuum. vt Minoia regna. Quo pacto autem iudex habeatur inferoꝝ propter iuſtitiam nõ video, quum violator fuerit hoſpitij, & raptor Ganimedis, & multa alia commiſiſſe dicat a vera iuſtitia nõ parum abhorrentia. Vñ Suidas. καὶ τὸν γανυμήδην θεασάμενος ἔρωτι αὐτοῦ ἐσχέτο ἐγκευσάμενος δὲ, τοῖς κρησὶν ἁρπάσας τὸν παῖδα ἐνέθετο εἰς τὴν ναῦν. ✠ Id eſt Ganymedem ſpeculatus amore eius captus eſt iubẽs Cretenſibus rapiẽs puerũ impoſuit in nauem.

¶ Minotaurus ex minore & tauro dictio cõpoſita, monſtrũ biforme de quo Verg. lib. ſexto Aeneidos ad prin. Hic crudelis amor tauri, ſuppoſtaq; furta Paſiphae mixtũq; genꝰ, ꝓleſq; biformis Minotaurꝰ ineſt veneris monumenta nefandæ. Hic labor ille domꝰ & ĩextricabilis error. Magnum reginę ſed enim miſeratus amorem Dedalꝰ ipſe dolos tecti ambageſq; reſoluit Cęca regnes filo, veſtigia, tu quoq; magnã parrẽ opere in tanto (ſineret dolor) Icare haberes, Bis conatus erat caſus effingere in auro. Bis patriæ cecidere manus. quin protinꝰ oĩa Perlegerent oculis. &c. Vide illic Seruium.

✠ Minilus mons Theſſaliæ, qui poſtea Orchomenꝰ dictus eſt. Cc.

¶ Minius fluuius Hiſpanię a colore pigmenti, quo plurimum exundat.

¶ Mincius Venetoꝝ fluuius ex Benaco lacu defluẽs alium prope mantuam lacum efficit, inde effluit in Padũ torrentibus maximus efficitur.

¶ Mingo gis. xi. ictũ. vrinã facio. Vñ & Permingo. Hora. Hũc perminxerũt calones atq; caballi. Mart. Incipit in medios meiere verba pedes. Hic micturio & mictio as. quod eſt ſæpe migo Priſc. mictũ micturio & mictito

¶ Minus quãdoq; cõparatiuũ ẽ a Paruũ neutri generis ſicut minor maſculini & fœminini, vt plꝰ minuſve. Aliquando a Parũ fit, non a Parum, vt habeo minus pecunię. Qñq; aduerbiũ eſt, quod ſi poſitiuo iungat contrarię ſignificationis comparatiuum demonſtrat, vt minus ſtultꝰ, id eſt prudentior, minus prudẽs. i. ſtultior. Terẽ. in Eunucho. Hoc nemo fuit minꝰ ineptꝰ. i. aptior. Frequenter etiam accipitur pro non, præſertim coniunctum cum Sin & cum Quo quandoq; ſignificat Vt, vt Sin minus, id eſt non. Quo minus. vt non. A minus nomĩe fit ſuperlatiuum minimum. A minus aduerbio fit ſuperlatiuum minime.

¶ Miniſculum dimi. a Minus. Varro. Ex hoc auiario vt ſumantur idoneæ excludantur in minuſculum auiariũ.

¶Minuatim aduerbiũ a minus, quomodo a Paulũ paulatim. Aug. in interpretatione Pſal. Deus vltionũ minuatim ponas, ſed cumulũ inuenies.

¶Minimũ ſuperlatiuũ aduerbiũ eſt, minime vero negatio eſt quaſi nequaq̃, vt minimũ doctꝰ, qui pauxillum eſt doctus. At minime doctꝰ, qui prorſus eſt indoctꝰ. Cice. lib. j. Offi. Minimeq; artes hę ꝓbandæ quę miniſtrę ſũt voluptatũ. Aliqñ habet vim ſuperlationis, non negationis. Cicer. lib. j. officioꝝ. Oĩs adhibẽda erit cura, vt ea &c. Minimũ etiã pro aduerbio ponitur, vt ſit q̃ſi adminus Varro. Harũ ſingula genera minimũ in binas ſpẽs diuidi poſſunt. Sic minime ſumitur. Col. lib. j. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decẽ vel minime nouẽ, q̃ menſura & ad procumbendũ pecori & iugatio ad circum eũdũ laxa miniſteria præbeat.

¶Minime gentiũ aduerbiũ pro eo quod eſt omniũ gentiũ iudicio minime eſſe faciendũ. Alias ponitur pro minime, vt ſit ſuperuacua adiectio gentiũ, ſicut vbiq; gentium, quod eſt vbiq;. Nuſquam gentium, hoc eſt nuſquã ſiue nequaquam.

¶Minuo, minuis, minui, minutũ, minorẽ reddo. Plin. Radix cõmanducata dentiũ dolorem minuit. Huius cõpoſita ſunt cõminuo quod eſt ſimul ĩ fruſtra diuido. Lactan. Frangebat ipſe panem minutatim, carnẽq; piſciũ cõminuebat, & vtraq; in manibꝰ eius augebantur. Diminuo diuerſe minuo. Terent. in Eu. Diminuam ergo hodie caput tuum niſi abis. Imminuo &c.

¶Minutũ participiũ & nomen eſſe poteſt. Participium ſignificat comminutũ, hoc eſt minus factũ. Nomẽ idem eſt quod breue. Cice. Ræticulũ ad nares admouebat tenuiſſimo lino minutis maculis plenum roſæ. Aliqñ ponitur pro obſcuro.

¶Minutatim ſignificat in minutiſſimas partes, Lactã. Panẽ minutatim frangebat. Hoc autẽ Varro pro paulatim dixit lib. j. de re. ruſt. Tũ ita ad ſubigendũ vt minutatim aſſuefaciant, & vt tyronem cũ veterano adiũgant. Imitando enim facilius domantur.

¶Minutim etiam aduerbium in minutas partes ſignificat. Col. lib. v. Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bibẽtibus ęqualiter & minutim ſoli terga comminuat.

¶Minutia contẽptibilis paruitas cuiuſcunq; rei. Lact. de ira dei. Hęc inquit per inane requietis motibꝰ volitant, & huc atq; illuc ferunẽ, ſicut pulueris minutias videmꝰ in ſole, quum per feneſtrã radios ac lumẽ ĩmiſerit

¶Minutia etiã dicta eſt porta Romę a minutio, ꝙ minutij ſacello proxima eſſet. Et minutia virgo veſtalis, q̃ propter ſuſpitionem ſtupri viua defoſſa eſt.

¶Minutal genus edulij, quod ex conciſis minutatĩ holeribus fit.

¶Miniſtro ſtras. ſeruio porrigo pręparo. Plaut. in Curgu. Tu tabellas cõſignato, hic miniſtrabit. i. ſeruet, ego edam. Gel. libr. ij. Idq; facile factu dixit, quoniã filij ſua pocula in conuiuio regi miniſtrarẽt. Huiꝰ cõpoſita ſunt Adminiſtro, qđ vario modo ponitur. Col. ĩ pręfa. vt his tantũmodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarenẽ ruſticę. i. curarentur, Idẽ libr. iiij. Quia maior pars putationis per id tẽpus adminiſtratur. i. agitur, quo vitis neq; foliũ notabilegerit. Aug. lib. vij. confeſ. Sapiẽtia mentes indigentes illuminans nullo indigens lumine qua mundꝰ adminiſtratur vſq; ad arboꝝ volatica folia. i. gubernatur. Hiero. ad minores artes veniã & quæ non tã lingua q̃ manu adminiſtrantur. i. exercẽtur. Sub miniſtro, ſubſeruio, ſubporrigo. Lact. lib. v. Victũ ſubminiſtrat, quietem ſomni dulciſſimam tribuit.

¶Miniſter qui ſeruit. A quo miniſterium fit.

¶Miniſteriũ proprie miniſtri opera eſt, q̃uis & pro omni operatiõe poni cõſueuerit, vt de rege latino Vir. Męſtuſque refugit fœda miniſteria. Aliqñ ponitur ꝓ miniſtris, ſicut ſeruitia pro ſeruis. Paulus iuriſconſultus ait. Vrbica miniſteria dicimꝰ etiã quæ extra vrbem nobis miniſtrare conſueuerunt.

¶Minthos ſtercus fimumq; ſignificat.

¶Minthe mons vt ſcribit Stra. Dictus a Plutonis pellice, quã Proſerpina in hærbã mẽthẽ mutauit. Huic Pluto donũ amoris petenti virile mẽbrũ tradidit quod a ſe mentulã nominauit. Sed vt Plini. inquit Mentę nomẽ ſuauitatis odoris dedit. Gręci Mintham nominauerunt

¶Minturnę opidũ ĩ Campania habens propinquas paludes, in q̃bus Marius delituit fugiens perſecutionem Syllę.

✣Miniei populi dicti ſunt in regione Arabię mari Rubro adiacentes, qui primi cõmerciũ thuris fecere, nec ꝓ ter hos Arabes alij thuris arborẽ vident. Vnde ab ipſis Thus ipſum minæum dictum eſt. Cc.

¶Miniũ dr̃ id quod a multis Cinnabaris vocatur quum ꝓprie Cinnabaris ſit ſanies draconis morientiũ elephãtiũ põdere eliſi vtriuſq; animalis ſanguine ꝑmixto. Noſtri Rubricã dicũt Miniũ. Cice. ad Atticũ. Cęra (inquit) & minio, ſiue quod idẽ eſt cęra miniatula notare. Fodiẽ Miniũ ex glęba ſubrufo colore, & vitiaẽ admixta calce.

✣Minię vrbs Theſſaliæ q̃ prius Almonia dicebaẽ. Inde Miniates populi. Eſt & altera in Phrygia. Cc.

¶Miniarię loca e quibus fodiẽ miniũ, ſicut Aurarię, & Argentarię. Et Miniaria dicuntur metalla venęq; in quibus conficitur minium.

¶Miniacius a, um, quod eſt ex mimio. Victru. lib. vij. Parietes paſſim expolitione miniacia expoliebantur.

¶Minio as. minio tingo. Pli. Accẽſoribus in primis Iouem miniãdũ locari. Vñ & miniati libri dicũtur, quum literę maiores verſicoloribus fiunt.

¶Miror aris. ꝓprie ſignificat re aliqua tanquã noua obſtupeſio. Verg. Artificũq; manus inter ſe operumq; laborem miratur. Et mirari eſt cũ voluptate rtueri. Idem. Seu quis Olympiacę miratus pręmia pugnæ. Itẽ. Mirari eſt neſcire, quia vt Donatus inquit admiratio ab ignorantia deſcendit. Plautꝰ. Ne quis miretur qui ſim, paucis eloquar, Terentiꝰ in An. Miror vnde ſit. Sed quum dicimꝰ. Ego miror me, Miraris te, Miraẽ ſe, tũc Mirari ſignificat placere, & de ſe magnifice ſentire. Mart. Qui ſe miranẽ in illos. Cõſtruiẽ hoc verbũ cũ accuſatiuo, cũ datiuo, & cũ genitiuo. Verg. libro. xj. Aenei. Iuſtitię ne prius mirer belli ne laboꝝ. Qñq; abſolute ponitur. Oui. lib. xiij. Meta. Dũq; moror mirorq; ſiml fugit oĩs in vndas. Huius cõpoſita ſunt. Admiror, quod eſt ſtupore afficior, ſeu fixe aſpicio. Lactã. lib. vj. Qui ad alienam fœlicitatẽ nõ attollat oculos, opes nõ admiretur. Aliquando Admirari eſt venerari. Ver. Ille operũ cuſtos, illũ admirantur, & oẽs, Circũſtant. Demiror. Emiror valde miror. Terẽ. in Heau. Id emirari te ſimulato, Immiror ĩſpecto ſeu vehemẽter miror, vel magnifacio. Cic. li. j. Offi. Quum ꝑſuaſum ſit nihil hominẽ niſi honeſtum decorũq; ſit, aut immirari, aut optare aut expetere oportere.

¶Miro as. eiuſdẽ ſignificationis. Varro in Eume. Hoſpes quid miras? Amb. ſup Lucam. Non vocabulo ſectę deſpicias quem verbi interpretatione miraueris.

¶Mira dicuntur miratione digna. Plau. in Am. Enĩ vero illud. pręter alia mira miror maxime ſi hæc habet pateram illam. Hinc permirus ra, rum. pe. ꝓd. Cice. Apio Pul. Illud vero miri permirũ accedit tantã temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente. Apud veteres mira ꝓ monſtris atq; horrendis ſumuntur. Plau. in Am. Nimia memeras mira. Verg. autem miracula dixit. Georg. iiij. de proteo canens. Omnia cõmutat ſeſe in miracula rerum. Hinc mirius antiqui dixerunt pro magis mirum. Varro. Nũquid hoc mirius.

¶Mirum in modũ & mirandũ in modũ. i. in maiorẽ modum, quaſi infra rationem. Plaut ĩ Am. Vterq; deludiẽ dolis mirum modũ. Cic. Metello. Marcellum tuum cõſulem factum, teq; ea lętitię eſſe affectum mirum in modum gaudeo.

¶Mirificus, ca, cũ, qđ eſt mirabile. Cic. in Cato. Mirificos fructus afferunt, Hĩc ſuplatiuũ mirificiſſimꝰ. Tet. in



Phor. Quidnam arbitrare? neſcio. Atq mirificiſſimum. ſ. facinus.

¶Mirifico as, mirabilẽ facio. Plau. ĩ Am. Quanq̃ adeo Thebani ciues modo miro mirificant probaui.

¶Miraculũ diciẽ quicquid admirationem afferre poteſt quaſi ſit contra naturã. Propter quod veteres miracula ꝓ monſtris poſuere. Liu. lib. ij. Adijciunt miracula huic pugnę ſilentio proxime noctis ex ſylua arſia ingentem auditã vocẽ. Hinc Actius perſonas diſtortas oribꝰ diſformes miriones appellat.

✣Miracula ſeptẽ mũdi ſunt hęc, templũ dianę Epheſię quod ſummę magnificentiæ fuit, & admirationis apud priſcos ducentis viginti annis cõſtat factum eſſe a tota aſia, colũnę centũ viginti ſeptẽ a ſingulis regibꝰ factæ. lx. pedum altitudine. Ex his. xxxvj. ęlatę ſimulacrum ipſius deę Cereris ex hebeno eſſe tradunt, Mauſoleum. Coloſſis ſolis apud Rhodios. Iouis olympici ſimulacrũ qđ phidias fecit ex ebore. muri Babylonis quod ſemiramis regia cõſtituit. Pyramides ĩ ęgypto. Domꝰ Cyri medoꝝ regis, quã Mẽnon arte ꝓdiga illigatis auro lapidibꝰ fabricauit.

¶Mirabile, qđ eſt admiratione dignũ. Cice. li. iij. Offi. Quare ex multis mirabilibꝰ exẽplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut præſtantius. Hĩc mirabilitas pro ſtupore. Idẽ in eodem. Ea ergo & hæc animi deſpicientia mirabilitatem magnam facit.

¶Mirmilliones erant pugiles ſe ad duellũ ꝓuocantes. Nã diglandiantiũ alter Rætiarius, alter mirmillo appellabaẽ. Feſtꝰ Retiario (inq̃t) pugnãti aduerſus mirmillonẽ cantatur, nõ te peto, piſcẽ peto, quid me fugis Galle Quia mirmillonicũ genus armaturę Gallicum eſt, ipſiq; mirmilliões ante Galli appellabanẽ, vt quorũ galeis piſcis effigies ĩerat. Qđ genꝰ pugnę inſtitutũ eſt a Pithaco vno ex ſeptẽ ſapientibꝰ, qui aduerſus Phrinonẽ dimicaturꝰ ꝓpter controuerſias finiũ, quę erant inter Atticos & mytyleneos, ręte occulte allato impediuit Phrinonẽ.

✣Miritus Theſſalię monticulus. Cc.

✣Mirmedia gemma, quę nigerrimo colore tranſlucet & eminẽtias quaſdam habet ſimiles verucis. Aliter morion vocata eſt. Cc.

✣Mirmicoleõ puũ valde animal formicis aduerſum qđ ſe ſub puluere abſcõdit, & formicas frumenta geſtantes ĩterficit, & interfectas cõſumit. Latine autẽ dicitur, vel formicaꝝ leo, vel certe expreſſiꝰ formica pariter, & leo Recte autẽ formica, & leo nominatur, quia ſiue volatilibus, ſeu quibuſlibet alijs minutis aialibꝰ formica eſt. Ipſis autẽ formicis leo eſt. Vñ in Iob. legitur ſecũdũ. lxx. interpretes mirmicoleo perijt eo qđ nõ habet prędam.

¶Miſanthropos pe. ꝓ. oſor hominũ, qui homines odit qui fugit hoĩm congreſſus μῖσος ei odiũ, ſignificat ἄνθρωπος homo eſt, miſogynea odiũ mulierũ, quale fuit in Euripide tragœdiarum ſcriptore, qui mulieres fere oẽs maiorem in modum exoſus fuiſſe dicitur,

¶Miſceo es, miſcui mixtũ per ſ. nõ autẽ per x. cõfũdo, & ſine ratione perturbatæq; facio. Ver. Interea magno miſceri murmure pontũ. Qñq; miſcere eſt potũ miniſtrare. Tractũ a cõmixtione callidi & frigidi. Iuu. Neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer. Huiꝰ cõpoſita ſunt Admiſceo, quod eſt ad aliquid miſceo. Lactã. lib. vj. Idẽ etiam mares maribus admiſcuit, & nefandos coitꝰ cõtra naturã contraq; inſtitutum dei machinatus eſt. Cõmiſceo ſimul miſceo. Hiero. Quo aperto dũ ĩ mutuos cõmiſcentur amplexus proprijs ſe ſalutauere noĩbus. Emiſceo. Col. li. viij. Nã facillime porci euaſerint harã emiſcẽt ſe. Immiſceo intus miſceo. Col. li. ij. Secũdũ deinde qđ hoĩes faciunt ſi & alijs vitæ purgamentis immiſceatur, quũ per ſe naturę eſt feruẽtioris. Et iccirco terrã perurit. Intermiſceo in medio miſceo. Aug. Nulla porro doctrina falſa eſt, quę non aliqua vera intermiſceat. Permiſceo valde miſceo. Idẽ. Vera ergo falſis inordinate ꝑmixta in vna diſputatione hominis tanquã in vnꝰ colore corporis apparentia ſignificant leprã. Promiſceo. Vñ Promiſcuus a, um, Sal. Diuina atq; hũana habere promiſcua, nihil penſi atq; moderati habere.

✣Miſtarius vas, quo vinũ aqua miſcemus. Lucil. Vrceaut gemina longus mixtarius anſa.

¶Miſcellanea mixtura indiſcreta rerũ dici dici ſignificare videẽ Gel. lib. vlt. cum ait. Quia variã & miſcellam & quaſi confuſaneã doctrinã conquiſiuerũt, eos titulos quoq; ad eã ſententiã exquiſitores indiderunt. Apul. tamẽ ĩ meta. miſcellaneã turbam cõfuſam velut ex colluuione omniũ gẽtiũ his verbis accipit. Nec mora cũ magna irruptione patefactis ędibus, magiſtratibus eorũq; miniſtris turbæ miſcellaneę cuncta completa. Hic quidã opera ſua miſcellanea inſcripſerunt, in quibus varijs de rebus tractatur. Var. miſcellũ vocat columbarũ genꝰ qđ nec agreſte eſt nec domeſticũ, ſed ex vtroq; tẽperatũ Et has columbas Bergomates noſtri Carnarolos appellãt. Itẽ miſcellę vites quę in omni agro cõueniũt, ꝙ cæteris vbiq; vtiliter miſceantur.

¶Miſachynus ex tribus pueris, de quibus Daniel in ꝓphetia ait. εἰσὶν οὖν ἄνδρες ἰουδαῖοι οὓς κατέστησας ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς χώρας βαβυλῶνος σηδράχ μισάχ ἀβδεναγώ. Id eſt. Sũt igitur viri Iudęi, quos conſtituiſti in opera regionis Babylonię Sidrach, Miſach, Abdenago.

¶Miſer flebilis calamitoſus. Cic. O miſerũ atq; ĩfœlicẽ hunc diẽ. Interdũ dicitur ęgrotus. Nã ęgritudo genus eſt infœlicitatis. Plau. miſeram eſſe pręedicat buccã, ſibi fortaſſe medicos nõ eſſe putat. Interdũ innocens. Cice. pro milone, miſeros interdũ ciues optime de Repu. meritos. Inuenitur eã pro interiectiõe dolentis poſitum ac ſi diceremꝰ. Nefas. Verg. Cecropidæ iuſſi (miſerũ) ſeptena quotannis Corpora natorum.

¶Miſere aduerbiũ infœliciter. Ci. Neq; moueri eiꝰ deſiderio non poſſũ, qui tam miſere perijt. Qñq; ſignificat valde. Teren. Eam miſere amat.

¶Miſerabiliter eiuſdẽ ſignificantię eſt. Hiero. ad Auguſt. & Alepiũ. Neptis veſtra Paula miſerabiliter precatur vt memores eius ſitis, & multũ vos ſalutat.

¶Miſeriter idẽ quod miſerabiliter. Laberiꝰ, mẽs ĩcorrupta miſeriter corrumpitur.

¶Miſellus diminutiuum eſt a miſer. Plautꝰ. Cenſen miſello mali aliquid facturum?

¶Miſeria infœlicitas. Aug. lib. iij. confe. miſeria diciẽ quũ quis patitur vel egreſtatem vel damnum. Quũ alijs compatitur, miſericordia dici ſolet.

¶Miſeritudo idem quod miſeria. Actiꝰ qui fœlix miſeritudine factus eſt aliena.

¶Miſereor miſereris miſertus cõſtruitur cũ gtõ. Et eſt miſereri ex alicuiꝰ miſeria corde anxiũ eſſe. Habet enĩ paſſiuũ affectũ. Lact. lib. vj. Si miſertus laborantiũ fueris. Veteres etiã miſereo vſurpabãt. Aenniꝰ ĩ Hecuba miſerete manus, date ferrum, vt me anima priuem.

¶Miſeret imperſonale ſimili modo paſſiuũ affectũ habet, ſicut miſereor. Idẽ eſt enĩ miſeret me illiꝰ, & miſereor illiꝰ, quia vtrũq; ſignificat ex illius miſeria angorem ſuſcipere Cice. miſeret me infœlicis familię. Verg. Si te lapſoꝝ miſeret quę munera Nyſo Digna dabis.

¶Miſeretur imperſonale moueor miſericordia. Cicero pro Liga. Cauete fratrũ pro fratris ſalute precantiũ vos miſereatur. Lucius Craſſus ĩ legis Si. ſuaſione. Neq; minus veſtri quam mei miſerebitur.

¶Miſereſco is, moueor miſericordia, & tã accuſatiuo q̃ genitiuo iungitur. Apul. Commodũ oẽs miſereſcimus Statius lib. j. Thebaid. Et generis miſereſce tui. Ver. Et miſereſcimus vltro. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Commiſereſco. Terent. in Hecy. Demũ tam ægre tulit, vt ipſam Bacchidẽ ſi adeſſet credo cõmiſereſceret. Hinc miſereſcit imperſonale cum ſignificato ſui verbi. Terẽt. in Heau. Atque inopis miſereſcat mei.

¶Miſericordia (ĩ quit Aug.) quid eſt niſi alienę miſeriæ quædã in noſtro corde compaſſio, quaſi vtiq; poſſumus

ſubuenire cõpellimur. Stoici miſericordiam inter vitia
animæ computant. Vñ Seneca, qui Stoicorũ ſectæ addi
xit. Vitiũ (inquit) animi eſt miſericordia nec miſerebitur
ſapiẽs ſed ſuccurret. Aug. li. ix. de ciui. dei. Stoicorũ eſt
miſericordiam ſolere culpare. Vnde Cice. in tertia Tuſ
cula. tãquam Stoicus dixit. Si ſapiẽs, in ægritudinẽ ca
dere poſſet, poſſet & in miſericordiam poſſet & inuiden
tiã. Verũ in oratione pro Ligario in laudẽ Cęſaris tanꝗ
peripateticꝰ dixit. Nulla de tuis virtutibꝰ plurimis nec
gratior, nec admirabilior miſericordia eſt.

¶Miſeror miſeraris, & miſero miſeras apud antiquos,
affectũ actiuũ habent, ſignificãtq; verbis aut lachrymis
aut opere dolorẽ quem ex alicuius miſeria habemꝰ oſtẽ
dere, & cõſtruitur cũ accuſatiuo. Sal in Iugurth. Eos mĩ
ta pollicendo ac miſerando caſum ſuũ cõfirmat. i. lamen
tando. Cæſar. Abditi in tabernaculis aut ſuũ factũ que
rebantur, aut cũ familiaribus ſuis cõe periculũ miſerebã
tur. id eſt deplorabant. Hic Cõmiſeror, a quo Cõmiſera
tio quę eſt ſignificatio miſericordię, qua ex alicuiꝰ infœ
licitate mouemur, quũ ſcilicet vel aſpectu alicuiꝰ vel ora
tiõe, vel etiã cogitatiõe adducimur, vt eius miſereamur
Liuiꝰ lib. j. Agmen migrantiũ impleuerat vias & cõſpe
ctus alioꝝ mutuo miſeratione integrabat lachrymas. Ci
ce. lib. ij. ad Herẽ. Cõmiſerationẽ breuẽ eſſe oportet. mi
ſero aũt ꝑ miſeror dicebant veteres, vt Actius in Atha
mante. Atq; ita de illis merui vt iure hæc nunquam mi
ſerarent mala.

¶Miſerator qui opus aliquod miſericordię exhibet in
eũ cuius miſeretur. miſericors qui ex alicuius calamita
te dolorẽ anime ſuſcipit. Vnde eſt illud miſericors & mi
ſerator dñs eſcam dedit timentibus ſe, mĩa ipſa cordis
ægritudo ex miſeria alicuius iniuſte laborantis ſuſcepta
miſericorditer aduerbiũ ſignificantẽ cum miſericordia.

¶Miſerabilis miſeratione dignꝰ. i. per quẽ alij miſeri
cordia cõmouẽtur. Oui. in Ibin. Siſq; miſer ſemper, nec
ſis miſerabilis vlli. Aliqñ dicitur flebilis, lamentabilis.
Liu. lib. j. Euentus tamen belli minus miſerabilẽ dimi
cationẽ fecit, ꝙ nec acie certatũ eſt, & tectis modo diru
ptis alterius vrbis duo populi in vnũ cõfuſi ſunt. Idem.
Voces etiam miſerabiles exaudiebantur mulierum prę
cipue, miſerandus, miſeratione dignus.

¶Miſſenus pen. ꝓ. mons Campanię a miſſeno Aeneæ
comite ibi ſepulto. Ver. Qui nũc miſſenꝰ ab illo dicitur.

¶Miſſus, miſſa, ſſũ, participiũ eas ſignificatiões habet
quas mitto, miſſus vero nomẽ quarti ordinis immiſſio
nẽ feraꝝ ſiue ludoꝝ aut glaudiatorũ in arenã ſignificat
Suet. in Domi. In his Circẽſium die quo facilꝰ centum
miſſus peragerẽtur, ſingulos a ſeptenis ſpatijs ad quina
corripuit. Idẽ Circẽſes frequenter etiã in vaticano com
miſit nonnunꝗ interiecta per quos miſſus venatione.
Aliqñ ſumitur ꝓ immiſſione ferculoꝝ. vnde Lampridi
us ſcribit Heliogabalũ celebraſſe tale cõuiuiũ, vt apud
amicos ſingulos ſinguli miſſus apparentur & aliqñ oẽs
miſſus ſola carne phaſianoꝝ ſtruxiſſe.

¶Miſſibile pe. cor. telum quod manu mittitur. Vñ & la
pides miſſilia dicuntur. Et miſſilia dicebantur munera, q̄
a principibus populo ſpargebanẽ, vt puta velaria linea
odores vnguenta. Sueto. i Caligu. Sparſit & miſſilia va
riarũ rerũ, & panaria cũ obſonio viritim diuiſit.

¶Miſſio nõ ſolũ ſignificat ipſum mittẽdi actũ, ſed etiã
dimittendi Suc. in Cęſa. Miſſionẽ continuo efflagitauit
Huiuſmodi miſſionũ in re militari multa ſunt genera.
Eſt ei honeſta quę emeritis ſtipendijs ab ĩperatore ĩdul
geẽ. Eſt Cauſaria quę ꝓpter valitudines a laboribꝰ mili
tię ſoluiẽ. Vñ cauſarij milites dicũtur a Liuio. Eſt igno
minioſa, quũ quis propter delictum ſacramento ſoluiẽ.

¶Miſſito as. pe. cor. frequẽta. ſepe mitto. Plau. in Epi.
Empta eſt ancilla, ꝙ tute literas ad me miſſitatas.

¶Mitto mittis miſi miſſum ſecũdũ notã ſignificationẽ
Greci πέμπειν mittere dicunt. Cice. in Cato. Hunc librũ
ad te de ſenectute miſimꝰ. Interdũ mittere ſignificat ex
cludere. Ver. Mœſtũq; timorẽ mittite. Interdũ omitte
re, deponere. Terẽ. in Adel. Hera lachrymas mitte. Itẽ
Donare. Verg. Hos illi quod nec bene vertat mittimus
hœdos. Huius cõpoſita ſunt Admitto, Amitto, Cõmit
to, Circũmitto, Demitto, Dimitto, Immitto, Intermitto
Intromitto, Omitto, Permitto, Præmitto, Pretermitto
Promitto, Remitto, Manumitto, Sũmitto, & Trãſmitto

¶Mitti ſanguis dicitur quũ fit phlebotomia. Similiter
ſanguinis miſſio fit, qñ quis iugulatur. Corne. Cęlſus li.
ij. Mitti ſanguis debet ex brachio. Idẽ Sanguinem inci
ſa vena mitti nouum non eſt.

¶Mites teſte Aug. dicuntur qui improbitatibꝰ cedunt
& nõ reſiſtũt malo, ſed vincũt in bono malũ. Vnde & ꝓ
leni, clemente, ac manſueto accipitur mitis. Cuiꝰ cõtra
riũ eſt Immitis. i. aſper, ſæuꝰ, crudelis. Verg. Immitis
Achilli. Quandoq; ponitur ꝓ tranquillo, & ĩmittis pro
ꝓcelloſo & inquieto. Idem lib. ix. Mitis vt in morẽ ſta
gni placideq; paludis. Apul. Erat eñ rubidum atq; im
mitte pelagus. Qñq; ꝓ maturo. Ver. Sũt nobis mitia po
ma Caſtaneę molles. Pli. Immitia adhuc & cruda poma

¶Miteſco manſueſco. Pli. Vt ferę domi educatę miteſ
cunt. Aliqñ tranquillor. Apul. Conflacceſcunt fluctus.
mare miteſcit. Aliqñ matureſco. Pli. Reliquoꝝ pomoꝝ
velocitas cito miteſcentium tranſuolat.

Mitifico as. mitam ac placidum facio.

¶Mitigo as. p. cor. placo quaſi mitem ago. Lact. li. iiij.
Donec rurſus pœnitentia populi mitigatꝰ, liberaret eos
ſeruitute. Et mitigare maturare eſt. Cic. lib. iiij. de repu.
Cũq; autumno terras ad cõcipiẽdas fruges relaxarit a fi
ſtula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit. Huiꝰ cõ
poſitum eſt Commitigo, de quo ſupra.

¶Mitra dictio barbara qua ſignificatur quoddã capitis
ornamẽti genꝰ, primo apud mæonios, Deinde Aegyp
tij, Sirij, Phrygij & Lydij eo vſi ſunt. Erat eñ pileꝰ in
curuus ꝗuis & ꝓ muliebri corona ad ornatũ capitis ado
leſcentulaꝝ accipiatur, ex qua pendebãt faſciolę q̄ phi
lirę dicebanẽ quoniã florum inſtar dependerẽt. Hier. in
Eſaia. In die illa auferet dominꝰ ornamentũ calciamen
torũ & lunulas & torques & monilia & armillas & mi
tras & diſcriminalia periſcelides & cętera Noſtri quoq;
põtifices mitris vtuntur quum rei diuinæ operã dant.
Et apđ Gręcos non ſolũ pro ornatu capitis ſed etiã ꝓ
faſcia in lorice modũ cõtexta ad latera defendenda ſumi
tur. Mitra etiã apđ Perſas ſol dicitur. Sta. lib. j. Theb.
Indignata ſequi torquentem cornua mitram.

Mithra cũ h, a perſis dicitur ſol. Stra. li. xv. Perſę celũ
iouẽ putant colunt iouẽ quẽ mithrã vocãt. Sta. li. j. The
Indignata ſequi torquẽtem cornua mithram, vbi Luta
tius ait ſola apud Adiamenios, titã apud aſſyrios Oſyris
apđ Perſas vbi in antro colitur mithra vocatur. Poniẽ
aliqñ ꝓ primario ſacerdote. Apul. li. vj. Ipuſmq; mithrã
illũ ſuũ ſacerdotẽ ꝑcipuũ ſacrorũ miniſtrũ decernit.

Mithriaca, ſacra ſolis ſiue Oſyridis ſacrificia de quibꝰ
Lãp. in Cõmodo ſic ſcribit ſacra mithriaca homicidio
vero polluit cũ illi aliqđ ad ſpeciẽ timoris vel dici, vł fin
gi ſoleat. ¶Mitrax gẽma roſeo colore, quamuis ſolis ra
dijs oppoſita verſicolor ſit.

¶Mitella dimin. parua mitra. Verg. Copa ſyriſca caput
graia redimita mitella.

¶Mithylene es, pe. ꝓ. & mythylenę ę, arũ. vrbs in Leſ
bo iuxta methymnã. A cuius noĩe nũc oĩs inſula mithy
lene appellaẽ, in qua fuere olim duę nobiliſſimę ciuita
tes, hęc videlicet & methymna. Hãc eadẽ ĩſulã pridẽ.
Leſbũ dictã volunt ab vrbis noĩe, q̄ in ea potẽtiſſia fuit
Mar. Cũ tibi nõ Epheſos, nec ſit Rhodos aut mythile
ne dicta. Mithylene vt Dio. li. vj. ſcribit a mithylene ma
chari filia. Hęc nunc metallinum dicitur vrbs clara Pyt
taco ex ſeptem ſapientibus vno & Alceo poeta, & Anti
menide fratre eius, & Diophane oratore, & Theopha
ne rerum ſcriptore, qui magno Pompeio admodum fa
miliaris fuit. De hac ſcribit Vitru. libr. j. ꝙ magnificẽ



ter & eleganter ędificata fuerit, ſed non prudẽter poſita,
in qua hauſter cũ flat homines ægrotãt, quũ Corus tuſ
ſiunt. quum ſeptẽtrio, reſtituuntur in ſalubritatem.

¶Mitterin inſula vltra Britãniam ſex dierũ nauigatiõe
vt li. iiij. Pli. ſcribit, in ex candidũ plumbum prouenit.

Mittilis pulmentaria dicebatur, capiebaturq; ꝓ pau
percula. Cc.

¶Mithridates pe. cor. rex ponti fuit vi magna & animi
& corporis, vt ſex iuges equos regeret, gnquaginta gen
tiũ ore loquereẽ, Hic diſſidentibus Romanis ſociali bel
lo Nicomedẽ Bithynia: Ariobaizanẽ Cappadocia expu
lit, Gręciã inſulaſq; oẽs excepta Rhodo occupauit, ſed
poſtea a Sylla apud Dardanũ fuſus, & a Põpeio victꝰ tã
dẽ a pharnace filio in turre obeſſus venenũ ſumpſit. Cũ
q; id tardiꝰ biberet quia aduerſum venena multis antea
medicaminibꝰ corpus firmauerat immiſſũ percuſſorem
Gallum cito cũ authoritate vultꝰ territũ, reuocauit, & ĩ
cædem. ſuã manum trepidantis adiuuit. Alius etiam
mirhidates qui regi Mirhidati Bruti epiſtolas collegit.
Vñ ait. τὰς βρούτου ἐπιςολὰς ἐθαύμασα πολλάκις [illegible] [illegible] ἀξιωματικοῦ φρονήματος ἐχούσας χαρακτῆρα. Id eſt Bruti epiſtolas miratꝰ ſæpe
non mõ grauitatis & breuitatis gratia, ſed & habentes
characterem ſapientiæ.

¶Mithridaticũ vnguẽtũ Antidotũ qđ ex rebꝰ. liiij. cõfi
ciẽ. & tũc vulgo authoris noĩe vocant Mithridatem.

¶Mna gręce. latine mina. vide in dictione Mina.

¶Mnemoſyne pe. cor. memoriã ſignifi. Catullus. Mne
moſynon mei ſodalis. i. monumentum.

Mneſtheus proprium viri Troiani. Cc.

Mneſtius item viri proprium. Cc.

## M ANTE O

Moab Arabiæ ciuitas, q̄ & Areopolis nominatur.
Quo etiã nomine vocatus eſt filius Loth. A quo
Moabitę. Vocatur aũt moab ex nomine vrbis, &
regio, porro ipſa ciuitas quaſi ꝓpriũ vocabulũ poſſidet
Rabbat Moab id eſt grandis moab.

¶Mobilis qui facile moueẽ a quo mobilitas. Ver. Quo
non aliud velocius vllum mobilitate, viget. Quorũ con
traria ſunt Immobilis & immobilitas.

¶Modus ꝓprie rationẽ ſignificat. i. menſurã ſiue for
mã Ratio vero iubet ne qđ nimis, ſed oĩa cũ moderatio
ne fiãt. Vñ quomodo & quẽadmodũ dicimus id eſt qua
ratiõe Et admodũ pro ſatis, quaſi ſecundũ rationem, &
Propemodũ fere, quaſi parũ abſit, a modo, hoc eſt a ra
tione. Et mirũ in modũ. Maiorẽ in modũ, quaſi vltra ra
tionẽ. Cõmodum aptum conueniens, quaſi cũ mõ & ra
tione. Colu. lib. ij. Eſt autẽ modus in ſiccando fœno, vt
neq; peraridũ, neq; rurſus viride colligatur. i. forma. Idẽ
lib. iij. In quo ſcorbe deſtinaueris, nuces ſerere, terrã mi
nutã in modũ ſemipedis. ponito. i. mẽſurã. Et modꝰ dr̃
quãtitas, vt apud eundẽ lib. ij. Atq; rurſus in ſole ſicca
ta & mox refrigerata recõdiẽ, ſi maior eſt modꝰ ĩ horreo
ſi minor in vaſis olearijs ſalſamentarijſq;. Interdũ mo
dꝰ dr̃ finis ſeu euẽtus. Iuuen. Imponitq; modũ ſapiẽs &
rebꝰ agẽdis. Ver. lib. iiij. æ nei. Sed qs erit modꝰ. Inter
dũ dr̃ Tonus quia grecis φθόγγος phithongos dicitur.

¶Modo qñ habet o finalẽ cor. ſignificat tẽpus præſens
vel mox pręteritũ, vel nondũ pręteritũ vel ſtatim futu
rũ, vt modo id ago. Terẽ. Modo ait modo negat, modo
dicebã, modo veni, modo faciã, aliqñ ponitur pro lõgo
tempore ante. Teren. in Eunu. Quã dudũ mõ. Vbi Do
na. Nota mõ aperte ꝓ tempore præterito dictũ eſſe. i.
iã dudũ. Nã qui vitiauerat virginẽ, nõ modo, ſed longe
ante veſtẽ mutauit cũ Eucho Phædri. Hinc fit. Qũo.
Amodo. Poſtmodo. Ponitur itẽ ꝓ dũtaxat, tantũmodo
Liuius. Euentus belli minus miſerabilem dimicatio
nẽ fecit, ꝙ nec acie certatũ eſt, & tectis mõ dirutis alte
rius vrbis duo populi in vnũ cõfuſi ſunt, id eſt ſolũ. Itẽ
ſignificat qđ vernacula lingua dicimꝰ perche. Terẽ. in
Phor. Si des mõ vt tacere poſſis. Verg. li. iiij. Si mõ qđ
memoras factũ fortuna ſequatur. Hinc & Solũmodo Tã
tũmõ, A mõ qđ ſignificat poſthac. Apul. Vt nemo me a
modo tam mane egredientẽ ſolũ videbit. Qđ ſi produ
cta vltima ſyllaba proferatur datiuus vel ablatiuus caſus
eſt a modus.

¶Modicũ paruũ ac puſillũ. Apul. modico labore fatiga
tur. Sic immodicũ pro maximo ponitur. Col. C. Liciniꝰ
dãnatus eſt, qm̃ in magiſtratu rogatiõe tribunitia qua
ꝓmulgauerat immodica poſſidẽdi libidine trãſcẽdiſſet.
Et modici pauci. Plau. In angiportu turba eſt, domũ mo
dici introierũt. Sic ĩmodicos dicimꝰ plures. Mart. A tria
que immodicis arctat imaginibus. Proprie tñ modicum
dicitur non cui aliquid ſit iminutũ, ſed qđ non excedat
modũ & modeſtũ eſt & temperatũ, Plau. Cui animꝰ mo
dicus continẽs expers ãbitiõis. Hinc modicũ aduerbiũ
ſignificat parũ. Idẽ Aedepol id modicũ curat, modice
vero tẽperate. Idẽ. Modice ſapis. Immodice nimis vel
intẽperate. Colu. li. ij. Magiſq; cõducere agricolę freqñ
ter id eſt potius quã immodice facere.

¶Modulus dimi. a modꝰ, & ponitur ꝓ ipſa cõpoſitiõe
& cantu, qui etiam modulamen dicitur.

¶Modeſtus a modico id eſt tẽperato. Vñ modeſte cum
mõ & tẽperate. Teren. i Phor. Animꝰ q modeſte iſthęc
ferat? Varro. Nõ eos optime vixiſſe qui diutiſſime vixe
rũt ſed qui modeſtiſſime.

¶Moderor aris. rego modũ pono. Et tam accuſatiuo q̄
datiuo iungiẽ. Salu. Fortuna cuius libido gentibꝰ mo
deratur. Plautus in Curg. Lingue moderandũ eſt. Huiꝰ
cõpoſitũ eſt Pręmoderor antemoderor. Diciẽ & mode
ro as. in eadẽ ſignificatione. Salu. Vbi hoc exemplo per
ſenatus decretũ cõſul gladiũ adduxerit quis illi finẽ ſta
tuet, aut qs moderabit? Moderator, rector, gubernator.
Cic. lib. j. Tuſcu. Sic hęc nata ſunt vt Platoni videẽ, vel
ſi ſemp fuerũt vt Ariſtoteli placet, moderator tãti ope
ris & muneris, ſicut mentẽ hominis ꝗuis eã non videas
vt deũ nõ vides, tñ & deũ cognoſcis ex operibus eius.

¶Modeſtia & moderatio hũc habẽt ordinẽ, ꝙ mode
ſtia fundamẽtum, ſoliditas, & baſis ipſa virtutis eſt, ex q̄
gigniẽ moderatio, quę temperat aurigaturque modos ĩ
factis & dictis & cęteris talibus, quæ agẽdi officio vtunẽ
Cic. lib. j. ad Heren. ſic modeſtiam diffinit, ꝙ ſit in ani
mo continens moderatio cupiditatum.

¶Modificor menſurã & modũ capio. Gel. lib. j. Cõprę
henſa autem menſura Herculani pedis ſecundum natu
ralem membroꝝ oĩm inter ſe cõpetentiam modificatꝰ
eſt atq; ita id colligit qđ erat conſequẽs, tanto fuiſſe Her
culẽ corpore excælſiorẽ q̄ cęteros alios, quanto Olympi
cũ ſtadiũ cęteris pari numero factis anteiret. Hinc modi
ficatio pro temperantia.

Modiperatores dñr qui modificandi aliquid authori
tatẽ habent, quaſi modũ ĩperantes. Varro. In conuiuijs
inſtituti ſunt modiperatores atq; magiſtri. Cc.

¶Modulor pen. cor. menſuro ſiue cum menſura & nu
merorũ ratione cõpono. Gel. Scite Subtiliterq; ratioci
natum Pythagorã philoſophũ dicit in reperiẽda modu
landaq; ſtatus longitudiniſq; eiꝰ præſtantia. Ver. Carmi
na deſcripſi, & modulans alterna notaui.

¶Modius menſurę genus duo & viginti ſeſtertia conti
nens Hinc Semodius, Bimodiꝰ, Trimodiꝰ, & huiuſmo
di. Col. lib. ij. Eadẽ quatuor modijs nonnũꝗ tribus etiã
duobus a ſemodio iugerum occupat.

¶Modiolus cũ accentu in antepe. diminu. Et eſt quar
ta pars modij, quo etiã noĩe dictũ eſt paruũ vas quadra
tũ ad hauriendũ ex puteo aut lacu aut flumine aquã. Ho
rũ aũt modioloꝝ (vt eſt apud Frontinũ de aquę ductibꝰ
alius eſt erogatorius, alius acceptorius, vt multis in lo
cis ĩtueri licet? Victr. Ita cũ rota a calcãtibꝰ verſabiẽ mo
dioli pleni ad ſummũ elati & rurſus ad imũ reuertẽtes in
fundent in caſtellũ ipſi per ſe, quod extulerunt.

Modialis, a modio, vt vas modiale qđ modũ cõtinet.

¶Mœchꝰ adulter. Gęci eĩ μοιχὴν mœchã, hoc eſt adul

teram dicunt. Plau. in Amphi. Illa illum cenſet virū ſuū eſſe, quę cū mœcho eſt. Ponitur tamen pro quocunq; inhoneſte per libidinem peccante. A quo formatū eſt verbum mœchor aris.

¶ Mœnia a muniendo dicta. Veteres eni œ & u. indifferenter ponebant. Et proprie dicuntur quæ vrbem cingunt. Ver. Et mœnia pandim⁹ vrbis. Nec vrbis tm̄ ſūt, ſed ēt munitionū caſtrorū & aliorū ędificiorū. Plaut. Prohibētq; mœnia alia vnde ego fungar mea. Hinc fit Submœnium quod eſt ſub mœnibus.

¶ Mœreo es. mœſt⁹. vide mereo es. Caper. Mœſt⁹ animo ſed triſtis vultu.

¶ Mœror inqt Cic. lib. iiij. Tuſc. eſt ęgritudo flebilis.

¶ Mœſto as. & mœſtifico as. mœſtū facio. Amb. li. ij. of. Cur non ego etiam dicā, in quibus eum mœſtificare poſſem? Ab μοῖρα ideo per œ.

¶ Mœro as. mœrētem & triſtē facio. Nam mœraret. i. mœrentem faceret, vetus verbum.

¶ Mœſia, puīncia ſcribitur per œ dipthongō. In ea ſūt Dardani Mœſi & Triballi Pontoq; cōtermini. Scythię. De hac ſupra in dictione Myſia.

¶ Moga primū dicebatur, q̄ poſtea Cappadocia, nunc autem Cęſarea a Cęſare, vt refert Ioſephus.

¶ Moguntia opidū tranſalpinæ Galliæ.

¶ Mola æ. dicta eſt qua veluti mole quadā frumentum legumina alięq; res teruntur, ꝙ eaꝝ motu eo coniecta molunſ. Vnde Molę frumētarię, Molę fabariæ, Molæ olearię dn̄r. Pręcipuus eius eſt in moletrina Molas antiq ab aſinis aſinarias, alias a manu manuarias, a trudēdo truſatiles appellabant. Et latine quidē mola. Gręce μύλος. Vnde Amylum ſine mola factū ex tritico. In molēdinis ſuperiorē Metā, inferiorē Catillū vocāt. Et mola mandibula dicitur, ſiue maxilla. Hiero. i pſal. Molas leonū cōfringet domin⁹. Itē Mola caro informis & ianima in vtero mulieris, ferri ictum & aciem reſpuēs appellaſ quę ſiſtit mēſtrua vt part⁹. Et licet his quoq; accidat, ꝙ coitu vtunſ quoties mēſtrua vitioſa ſunt, aut ſemen viri ad formandū fœtū debile eſt atq; ineptū frequēti⁹ tamē his accidit quę a coitu abſtinēt ſolitæ alias coire quales viduæ ſunt. Fit et q̄nq; in mulieribus tumor pręter naturā & ſemen cum ſanguine mixtū indureſcit in carnem quãuis aliqñ ex ſolo ſpiritu fit mola quæ moueſ natura tentãte eam expellere. De hoc Ariſto. li. iiij. de generatione animaliū. Cum ex humore crudo cōceptus ſtetit, tunc mola gignitur, idq; in mulieribus merito aut ſolis aut maxime Preterea Mola a molito farre dicitur far toſtum & ſale ſparſum ꝙ eo molito hoſtię aſpgunſ. Apud antiquos poſt glandes & arbuta vſus farris i honore fuit ſeruatū in tantum vt ſacrificiū nō fieret ſine ſale & farre Verg. Sparge molam, hinc immolo as.

¶ Molaris ſubſtātiuū generis maſculi. dens maxillaris eſt a mola ꝓ maxilla deductū nomē ꝙ cibū a cęteris dētibus confractū ipſi molunt. Et molaris lapis qui eſt molæ fragmen. Ouid. lib. xiiij. me. Aut comes inquit ero dixit, dextraq; molarem ſuſtulit. Sta. lib. v. the. Vaſtæque ſudes factiq; molares.

¶ Molaris vero adiectiuū, vt lapis molaris ex quo mola fit hunc quidam pyritē vocant ꝙ ei inſit plurim⁹ ignis quē pyr gręci dicunt, vel a frumento ꝗ Pyon nomināt, eſt & aliud Pyritarium gen⁹ ἀπὸ τοῦ πυρός, hoc eſt ab igne noſtri viuum, vel ignarium lapidē appellant, quoniam clauo vel altero lapide percuſſum ſcintillas edit quę ſulphure exceptę aut folijs mira celeritate ignem trahunt.

¶ Molarius a, um. quod ad molam pertinet vt aſin⁹ molarius quo vtimur ad molam. Cato. Molarium aſinū vnū

¶ Molo lis, molui multū & molitū ſignificat mola tero. Cęſar lib. j. com. Triū menſiū molita cibaria ſibi vnūquēq; domo efferre iubent. Molere etiā ſubagitare, vt in li. Iudicū. Sanſonē clauſū in carcere molere fecerunt. id eſt vt tradūt Hebręi cū robuſtis mulierib⁹ eū coire fecerunt, vt ex illo robuſtam prolem ſuſciperent. Amb. lib. hexa. Diſcite o viri qui alienā permolere quęrit vxorē cuius ſerpentis ſibi aſciſcere cupiat cōturberniū, cui ēt comparādus ipſe ſerpenti fit. Horat. in ſer. Permolere vxores nollem laudatier inquit. Tranſlatio ſumpta a mola. Nā cum frumentum demolitur, molaq; ſuper catyllū eſt, circumuoluitur, ſic in patranda re venerea vir mulieri incumbit. Hui⁹ compoſita ſunt, Commolo, ſimul molo. Lact. de opi. Contritos & commolitos dentibus cibos colligit, & conglobatos in ſua deprimit & tranſmittit ad ventrem. Emolo, perfecte molo. Amb. Cogitationes exquirere & quaſi emolere muneris habent. Permolo de quo paulo ante. Et hęc pe. cor. habent.

¶ Molitor pe. cor. qui molit vulgo molendinarius dicitur molitur apud Pli. lib. xv. ſumiſ ꝓ ipſo molēdi actu.

¶ Molendinarius molendini opifex, molēdinarius a, ū, quod ad molēdinū pertinet, vt mola molēdinaria. Paul. iuriſcōſultus negat aſinam molendinariā ea appellatione contineri.

¶ Moletrina pe. ꝓd. a molēdo priſtrinū olim dicebatur quo tempore tundebantur frumenta non molebantur.

¶ Molucrū pe. cor. lignū quadratū quo veteres immolabant. Et molucrū quo molę vertuntur, q̄d gręci μόλακρον dicunt. Item tumor ventris qui etiā virginibus accidere ſolet molucrū vocatur. Afra. Virgini tam creſcit venter q̄ grauidę mulieri molucrum.

¶ Moles, res magna & magni ponderis. Verg. Totamq; infuſa per artus mens agitat molem. i. magnitudinem mundi. Col. li. iiij. India perhibeſ molibus ferarum mirabilis. Quoniam vero quę magna ſunt, difficilia eſſe cōſueuerunt, capitur quandoq; moles pro difficultate. Vergil. Tantę molis erat Romanā cōdere gentē. Et in mari moles dicitur quoties excluditur aqua. Accipitur & pro motu. Idē Inde gyan ipſamq; ingenti mole chimæram cōſequitur. Et a mouēdo dicitur moles.

¶ Moleſt⁹ dicif qui alicui grauis eſt, nec ſinit eum quieſcere. A quo moleſtia ſollicitudo & grauitas. Teren. in An. multū moleſtus ei certe fuero atq; animo morē geſſero. A moleſtia fit compoſitū, Prœmoleſtia. Cic. li. iiij. tuſ. Alij metū præmoleſtiam appellabant. i. anticipationem moleſtię quaſi metus ſit preuius duxque moleſtiæ futuræ.

¶ Moleſto, tas, moleſtia afficio, & q̄ſi mollē affero, Modeſti. Ab Aurelio Sēpronio fratre meo neminē moleſtari volo.

✠ Molibdena dicitur plumbi & argenti vena cōmunis quæ & galena & plumbago dicitur, molibditis plumbi ſpuma. Sicut argyritis argenti. Cc.

ꝫ Moleſtia tunica dicebatur alimentis ignium illita & intexta qua reos in pœnam induebant. Iuue. Auſi quod liceat tunica punire moleſta.

¶ Molior iris, a mouendo vela mollib⁹ ſignificat moueo. Liui. lib. nona. Nū mōtes moliri ſua ſede paramus Et moliri eſt vel ingenio vel corpore ad aliquid agendū moueri. Et pro varietate appoſiti exponi ſolet. Nā moliri claſſē eſt parare. Verg. Claſſemq; ſub ipſa Antandro & phrygię molimur montibus idæ, moliri iter eſt pagere. Idē. Inde datū molitur iter, moliri habenas eſt gubernare. Idē. Et manib⁹ molif habenas, moliri inſidias eſt meditari aut tendere, vt li. j. Geor. Inſidias auib⁹ moliri, incēdere vepres. Apul. Dum mihi molitur inſidias moliri arcem eſt extruere, vt moliriq; arcē. Cuius cōtrariū eſt demoliri, moliri morā, eſt morā facere, vt Vergi. molirive morā aut veniendi poſcere cauſas, moliri iaculari. Idē. Ipſe pater media nimboꝝ in nocte coruſca fulmina molif dextra, molliri bellū eſt belligerare. Col. in pfa. Qui bella molitur, armorū & militię gnaros adhibeat, moliri etiam ſimpliciter poſitū ſignificat ſuenire. Plau. Aliquid moliar quo me hoc diſcrimine liberē Qđ etiā machinari dicitur. Aliqñ conari. Aug. li. j. de ciui. dei. Vir optimus caueam theatri ſenatum cōſtruere moliētē, ab hac diſpoſitiōe & cupiditate cōpeſcuit. Ali⁹



quando operari vel facere. Cic. lib. ij. Tuſc. Quarū altera quā nos incolimus ſub expoſita ad ſtellas ſeptē, vnde horrifer aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Col. li. ij. Et ideo minoribus aratris moliunſ, id eſt operanſ Aliqñ paſſiue moliri pro retardari. Lucil. lib. vij. mutilamur, molimur, ſubijcimur. Hui⁹ cōpoſita ſūt Amolior recedo. Admolior ſupramolior, ſiue ſuprapono. Plaut. in Aſi. Vbi ſacro manus ſis admolitus Demolio deſtruo Remolior remoueo & a conatu reuoco. Suet. de Augu. Quidam cōfeſſus eo ſe inhibitum ac remolitum quo min⁹ vt deſtinarat in pręcipitium propelleret.

¶ Molimē pe. ꝓd. ꝙ & molimētum dicif id eſt qđ molimur, & conatus. Hiero. contra Ioui. Vtile rat⁹ ſum cū ea molina eius quaſi inſtructā aciē contra me ꝓponere Siſen magno tam molimento ac ꝑpetuo ſono ꝓcedunt. Hinc emolumentum pro vtilitate.

¶ Mollis tener nō dur⁹ a mouendo quaſi mobilis, qđ in quācunq; partem facile trahi ac moueri poſſit. Quintilian⁹ de ſignis loquēs. Illius opera dura, molliora huius. Verg. Quid nemora ęthiopū molli canētia lana. Inde fit ꝙ cū homine iunctū modo vituperationē, modo laudem denotet, vt molle ingenium quod facile diſcit. At mollis homo. i. effœminatus, nō ſeuerus, non fortis, non conſtantis animi. Per tranſlationē vero q̄n ea quæ tenera ſunt pro voluntate noſtra facile tractam⁹, & quocūque lubet ducimus, molis quādoq; pro domito ſumitur. Verg. Belgica vel molli melius feret eſſeda collo Quandoq; pro facili. Idē. Iuuat ire iugis qua nulla prioꝝ Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo. Q̄nq; ꝓ maturo vt Sunt nobis mitia poma caſtaneę molles. Vñ mollia vina dicuntur, id eſt defecata & aſperitate carentia. Qñ ꝗ pro flebili. Idē. Eſt mollis flamma medullos. Q̄nq; pro opportuno ac tēpeſtiuo. Idem. Sola viri molles aditus & tēpora noris. Q̄nq; pro remiſſo & contemnendo Idem. Tua mœcenas haud mollia iuſſa. Quandoq; ꝓ ſuaui ac iucundo. Idē. molleſq; ſub arbore ſomni. Q̄nq; pro placido. Vñ & mollio, mollitudo, mollicies. Cōpoſitū eſt ꝑ mollis quod eſt valde mollis. Terent. in Adel. paulatim plębem præmollem facio meā. i. mihi fauentem.

¶ Mollitudo placiditas. Cic. Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

¶ Mollicies quę & mollicia idē qđ mollitudo, quamuis & in malū pro effœminatione quandoq; capiatur. Salu. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectātes expectamini.

¶ Molliter placide, equo aīo. Ci. Quod ferendū eſt molliter ſapienti. Aliqñ ſignificat delicate. Terent. i Adel. Aedepol ſyriſce te curaſti molliter.

¶ Molliculus diminutiuū. Amb. li. j. offi. Sed vt molliculū & infractū aut vocis ſonū, aut geſtū corporis nō ꝓbo, ita neq; agreſtē aut ruſticam naturā imitemur. Plau. ꝓ tenello & delicato poſuit cum inquit, mollicula es.

¶ Mollio is, molliui vel mollij mollitū, placo, mollered do Gel. Sed poſtea cū Brūduſiū aduentarem⁹, mollitiq; eſſent venti maris, percunctat⁹ eū ego ſum quę nā illa ratio eſſet pauoris ſui. Salu. Loca amœna voluptuoſa facile in ocio feroces militū aīos molliuerant. i. effœminauerāt: hui⁹ cōpoſitū eſt emollio qđ eſt valde mollio. Pli Quæcunq; emolliri opus ſit, anſerino adipe curantur.

¶ Mollifico as, & mollefacio is, eiuſdē ſignificatiōis ſūt

¶ Molleſco is aut placatus fio. Claud. li. j. Ditiſq; ſeueri Ferrea laſciuis molleſcit corda ſagitis, hinc componiſ Remolleſco. Ouid. li. j. mē. Precib⁹ ſi numina iuſtis. Victa remolleſcūt. ſi flectitur ira deorū. Cęſar. Vinū ad ſe omnino importari non ſinunt ꝙ ea re ad laborē ferēdū remolleſcere atq; effœminari arbitrantur.

¶ Moleſtra, pellis ouina.

¶ Mollicina pe. pro. veſtis a mollicie.

¶ Molluſca nux, a mollicie dicta eſt, ꝙ cęteris omnib⁹ nucib⁹ mollior ſit. Pli. molluſcæ putamē rūpētes. Ferſ molluſcā nucē a Perſide fuiſſe trāſlatam. Fallitur Macrobi⁹ exiſtimans pomū eſſe qđ vulgo perſicū noīatur.

✠ Molluſcū tuber eſt arborū quemadmodū & Bruſcum Eſt bruſcū intortius criſpum, molluſcū vero ſimplicius ſparſum, & ſi magnitudinem mēſarum caperet haud dubie prælatum a veteribus citro fuiſſet.

¶ Moloſſa regio pars Epiri a moloſſo Pyrrhi & andromaches filio noīata, hinc moloſſus a, ū. Scribit Thepōp⁹ fuiſſe, xiiij. epirotarū gentes e quib⁹ celeberrimi fuerūt Chaones & Moloſſi. Oui. li. j. me. Nec content⁹ eo eſt miſſi de gente moloſſa. In ea naſcebanſ boni canes. Verg. Nec tibi cura canū fuerit poſtrema ſed vna Velocis Spartę catulos acremq; moloſſum Paſce ſero pingui

¶ Moloſſus pes, dict⁹ eſt ab eius patrię ſaltatione Vel quod eo metri genere odas in templo Iouis ad laudem canere cōſueuerūt in memoriam moloſſi filij Pyrrhi & Andromaches a quo poſtea feſta moloſſia ſunt dicta.

¶ Molochinos color qui in purpurā inclinat quod maluę flori ſimilis ſit quaſi malachin⁹, Græci eni μαλάχην maluā dicunt. Hinc molochinarius, molochini coloris infector vt eſt apud Plautū. Cęcil. Carcaſina molochina

✠ Molothros gen⁹ vitis albę, quam nōnulli ampeloleucen appellant. Cc.

ꝫ Molorthus, perpēdiculū, dictio gręca cōpoſita qua ſignificatur rectū plūbū, μόλυβδος plumbum ὀρθὸς rectus Euphonię cauſa pars dictionis primæ obijcif, & fit molorthus, molorthus etiā dictus fuit ſeniculus arcadicus, quiad expugnatione leonis nemęi proficiſcentē Herculem ſuſcepit comiter hoſpitio, vñ leo molorth⁹ appellatur. Et huic ſeni ſacra ſolennia inſtituta quę molorthea dicebant.

ꝫ Molibdena, p. ꝓd. gen⁹ herbę ſic dictę, q̄ plumbū qđ eſt vitium oculis tollit alio nomine plumbago dicitur.

¶ Momentum proprie ſignificat exiguā quandā mutatione & pene idiuiſibilē, qđ gręci athomō vocāt Varro momento temporis vterq; diſceſſit. hoc apud veteres etiā momen dicebatur. Lucre. momine ſi a puo poſſunt impulſa moueri. Hinc quodcūq; minimū poteſt momētū appellari. Plini⁹. Proſunt & cōbuſtæ vt cinis earum bibatur in vino addito reſinę momento.

¶ Momentaneus, ea, um, quod eſt caducū & quod facile mutatur ac deficit.

¶ Momentarius, taria, tium qđ in momēto fit Amb. Syros Heliſeus quos obſidentes in ciuitatem induxerat momentaria cęcitate percuſſos cum quo ingredereutur videre non poterat.

¶ Monna, inſula Anglię ſeu Britannię quę teſte Cornelio Tacito incolis eſt valida & receptaculū ꝓfugarū. Eſt & eiuſdē nominis inſula in rheno fluuio Friſiæ ꝓxima. Dion hiſtoric⁹ ἔτυχον γὰρ ἄναρχοι, ὄντες διὰ τὸν παυλῖνον τὸν ἡγεμόνα σφῶν ἐς νῆσον τινα μώνναν ἀγχοῦ τῆς βρετανίας κειμένην ἐπιστρατεῦσαι διὰ τοῦτο πολλὰ δ' ἐδύο, ῥωμαίους ἐξεπόρθησε καὶ διήρπασε. ✠ Id eſt, Sine pricipe erant propter Paulinum ducem in inſulam quādam Britannię nomine monam & cętera.

¶ Monos, latine ſolus, monas, nadis vnitas. Amb. ad Iuſtum Vnde nec numerum monada, ſed elementū numeri quibus ea cura eſt appellauerunt.

¶ Monachus, latine ſolitarius, monaſterium ſolitudo.

¶ Monarcha vel monarches vnicus omnium princeps monarchia cum accentu in pe. vnius principatus.

✠ Monas monadis a mons deducitur, & ſignificat vnitatem. Cornucopię.

✠ Menaulos tibia ſimplex, μόνος enim ſolus & αὐλὸς tibia. Cornucopię.

¶ Monoceros otis, & monoceron, ontis, ce ſyllaba cor. animal vnicū cornu gerēs, q & vnicornis appellaſ, habet equinum corpus, caput ceruinum, mugitu horrido,

✠ Monocordium vnius chordæ, non quod vnam chordam, ſed ꝙ omnes chordas vnius vocis habeat niſi pāniculi nexu diſtīgantur. Cc.

¶ Monocul⁹ qui vnum tātum habet oculum, monocu⁹

ros in india naſci tradunt ſingulis cruribus, qui ſe acalore defendunt plantarum magnitudine.

℄Monopodiũ dicit̃ mẽſa vnico tãtum pede ſubnixa.

℄Monogamus peñ. cor. vnius vxoris vir. Vnde & monogamia. Hierony. Quã ſancta ſit monogamia hinc oſtenditur ꝙ digamus in clerum eligi non poteſt.

℄Monogrammi dicti ſunt homines macri ꝑtenues ac decolores. Tractum a pictura quę priuſquam colorib⁹ corporet̃ fingitur lineis proprie enim monogrammos dicitur pictura linearis.

℄Monodos penult. correp. Pruſiæ filius qui dentiũ loco os vnum continuum habuit. enim dens. Vnde monodos quaſi vnius dens, quemadmodum Pyrrhum Epirotarum regem habuiſſe. Pli. refert.

℄Monodia cum accentu in penulti. lugubris cantus q fit a prefica in defunctorum funeribus, quaſi vnius cantus. Nam cęteris flentib⁹ ſola pręfica canit, huiuſmodi cantus etiam nęnia dicitur.

℄Monomachia, ſigulare certamẽ, μόνος ſolus μαχία pugna monomach⁹, gladiator qui ſolus cum ſolo pugnat.

℄Monopolium dicitur cum penes vnum aliquem vendendi poteſtas eſt. ἀπὸ τ̃ μόνος & πολέομαι vẽndo hoc Fit cum vnus ſol⁹ aliquod genus mercaturę vniuerſum emit vt ſol⁹ vẽndat pretium ſuo modo ſtatuens. Quod gen⁹ hodie in multis reb⁹ ſeruatur, vt in corallis Aphricæ apud Hipponem, A lumine in Sicilia & Hetruria Vuis paſſis in Achaia, bitumine in Iudæa, quod quia græci aſphalton vocãt, omne monopoliõ vulgo aſphaltum dicitur. Plautus. Habes murrinam & calamum potes monopolium inſtituere. Legimus apud Iuſtinianũ monopolia non eſſe intromittenda quoniam non ad commodum reipublicę, ſed ad labem detrimentaq; pertinent.

℄Monophagia, victus ex vna re.

℄Monophthalm⁹ luſcus qui vnum habet oculum, gręce μονόφθαλμος.

℄Monoptoton penulaima correpta. vni⁹ caſus habet enim vnam vocem per omnes caſus. Aptoſis ſine caſu, habet enim ſolum rectum.

℄Monoſtylon penul. co. vni⁹ columnę. ςύλον enim columnam gręci dicunt.

℄Monologion ſermo vnius rei.

℄Monoſceli homines ĩdici ſingulis crurib⁹. σκέλος ẽm crus dicit̃. Qui & ſciapodes vocãt̃, ꝙ in maiori ęſtu humi iacẽtes σκιάποδος hoc eſt vmbra pedis ſe protegãt.

℄Monotropos ſolitarius, vnius moris ſolus.

℄Monoxyliõ nauigiũ ex ligno ĩtegro, greci μονόξυλον.

℄Monyc⁹ penul. corre. vn⁹ fuit cẽtaurorũ, de quo Iuue. Quãtas iaculet̃ monyc⁹ ornos. Cõponit̃ ex monos & ὄνυξ hoc eſt ſol⁹ vnguis. ꝙ pedẽ inſtare qui habuerit. Eſt enim epithetõ equorũ qui ſolidas vngulas habent, munychus vero Athenarum portus eſt.

♃Monycha, monychę, cũ, y, & ch, aſpirato cõtra vſum fratrũ Eremitanorũ, qui ſemper monica proferunt, licet male. Et eſt nomẽ matris diui Augu. Cui⁹ vitæ ſãctimoniã & ipſe diu⁹ pater Augu. & Maphe⁹ vegi⁹ Laudenſis vates literis mandauere, quam ſi mulieres nunc imitari contenderent bene optimeq; ſecum ageretur.

℄Monacris arcadię mons, quaſi ſolus vertex, ſiue ſola ſummitas.

♃monyma pe. cor. Mithridatis vxro, quę ĩ deſperatiõe rerũ ꝓfligatarũ detractũ e capite diadema, illd̃ collo circũ ligaſſe ꝓdit̃, ſeq; ſuſpendiſſe. Et cum corporis põdere laqus ille dirupt⁹ eſſet dixiſſe. Execrãdũ diadema neq; in tam triſti miniſterio mihi profuiſti, moxq; cũ ſuper illud humi abiectum inſputaſſet eunucho regio iugulãdam ſeſe obtuliſſe.

℄Monœchus cũ œ diph. portus & ſtatio quędã ligurię ab albinga opido diſtãs ſtad. quadrigentis & octoginta Amonœci portu vſq; in thuſciã vniuerſum littus continuum omnino ſine portu ẽ exceptis quibuſdã ꝑuis ſtationibus ad iactandas anchoras, nec eſt multarũ aut magnarũ capax nauiũ. Cõponitur ex μόνος & οἶκος dom⁹ quaſi ſola domus. Et dicitur portus Herculis, quia teſtę Seruio pulſis aliis illic. Hercules ſolus habitauit, velꝙ in eius templo alius deorum non colitur.

♃Monobele dictio greca qua ſignificãtur hi qui longũ habent obelũ. Hoc eſt verũ. Apud Lampri. in vita heliogabalo legim⁹ monobelos vocari qui ſolo obelo, hoc eſt, lõgitudine conſpiciẽdi ſunt.

℄Moneo es, monui, itũ, ſignificat ſcientẽ ſeu memorẽ facio. Plau. in Pſeu. Ad hoc volo monere te monẽdus ne me moneat. Inde monitor q monet quid ſit agẽdum vt debet bona & vera amicitia, vñ Xenophõ de miſeria tirãnorũ οὐ μὴν δ' ὑλ ελιθερ ὀν δὲ τὰς πόλεις ὅτι ἡ φιλία μέγιςον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἐςιν. ✠. i. Neq; ciuitates latuitꝙ amicitia maximũ bonũ & ſuauiſſimũ hominibus eſt.

℄Monitio quę fit ãte cõmiſſum, obiurgatio poſt turpe factũ. Cic. li. iij. Offi. Habenda ratio & diligẽtia eſt primũ, vt monitio acerbitate, deĩde obiurgatio cõtumelia careat. Interdũ monere & inuitare eſt, ſicut inuitantur amici ad cœnã. Teren. Sed vt dici tempus eſt monere oportet me hunc vicinum Phaniã ad cœnã vt veniat. Interdũ attendere ſeu inſpicere. Aug. Admone diligẽter iudeę crudelis ſepulchrũ, adiicere cuſtodias militũ, manda vigilias, vt probes mortuũ quẽ noluiſti cognoſcere viuũ. Cõſtruitur mõ cũ duobus accuſatiuis, vt moneo te hæc, modo cũ ablatiuo. Terẽ in An. Habeo pro illa re illũ quo moneã probe. mõ cũ gtõ. Val. Max. Ab eo qui ꝓxime ſolutę a ſe legis ſue admonit⁹. Compoſita ſunt Admoneo, Commoneo. Pręmoneo, & ſubmoneo quod eſt latenter moneo. Terentius in Eunu. Tum ad eam ſubmonuit me Parmeno.

℄Monitorius ria, um, quod monet, vt liber monitori⁹

℄Monitus us, pe. cor. & monitio, idem ſignificant.

℄Moneta dicta eſt, ꝙ nos ſigni impreſſione vel auctoris vel pretii moneat. Quo etiam nomine dicta eſt Iuno Cic. li. primo diui. poſt cladẽ illã maximã a ſenonibus Gallis factam audita vox ex arce Iunonis fuit. Ex quo Iuno illa appellata moneta eſt.

℄Monetarius, qui monetam cudit.

℄Monetalis & hoc etale, qd̃ ad monetã ꝑtinet. Amb. lib. de paradiſo. Hoc bonũ aurũ decorũ & monetale, ꝙ nõ corruptibile, ſed qd̃ eternũ eſt. Apu. de Aſin. Plotina precioſiſſimis moniliũ & auro monetali zonis refertis incicta. Et monetales triũuiri dicti ſunt ſicut ſcribit Põpo. iuriſcõſultus, æris, argenti, auri. flatores.

♃Monedula auis ex gracculorũ genere quaſi monetula ꝙ monetas ſurripiat. Huic enim aui furacitas argenti atq; auri pręcipue eſt.

℄Monile pe. pro. ornamentũ gutturis qd̃ ſolet de collo virginũ pendere & grece ὅρμισκος noncupatur inquit Hierony. Dictum quod virtutis admoneat. Nã primo aliquod egregiũ factũ dari ſolebat. Ouidi. in faſt. Dat digitis gemmas dat longua monilia collo. ſed nõ ſolũ hominũ verũ etiã equorũ pendens a collo monile vocatur Vergilius de equis latini. Aurea pectorib⁹ demiſſa monilia pendent. Gel. Equitatũ fręnis ephipiis monilib⁹ phaleriſq; præfulgentẽ, monile etiã ſegmẽtũ dicitur, ꝙ quibuſdam bracteolis quaſi pręſegminib⁹ conſtet. Hierony. tamẽ in Eſa. Vult eſſe monile gen⁹ ad omnia ornamenta mulierũ cũ inquit monilia vno ſermone omnia ornamanta ſignificant.

℄Monto as, idẽ eſt qd̃ aſcendo. Aug. lib. ij. de mirabilibus ſacrę ſcripturæ. moles q̃ de fõtibus augebat̃ ſurſum in aere montabat. Et infra. ſed & hoc nonne humana diligentia ſępe efficit, vt ab oppoſitis Vallibus aq̃s in excelſũ mõtare, & ad fõtes redire offenſas cõpellit.

℄Monumentũ dicitur quicquic nos monet, ſiue monere põt quid ſit illud in quod ĩtendimus, vt tituli, ſepulchra, ſtatuę, fana, portic⁹, carmĩa, hiſtoria, documẽta, doctrĩa, libri, cęteraq;, q̃ nos alicui⁹ rei ꝑteritę moneãt.



Vnde Cic. ad Cęſarẽ. Sed ego quę monumenti ratio ſit nomine ipſo admoneor ad memoriã magis ſpectare debet poſteritatis q̃ ad pręſentis tẽporis gratiã. Florẽtin⁹ iuriſcõſul. ſic ſcribit. monumẽtũ generaliter eſt res memorię cã in poſterũ ꝓdita ĩ quã ſi corp⁹ vł relíqę ĩferãtur, fiet ſepulchrũ, ſi vero nihil eorũ ĩferat̃ erit monumẽtũ memorię cã factũ qd̃ gręci cenotaphiũ appellãt. var. monumẽta a monẽdo q̃ ſũt in ſepulchris. Et ideo ſcd̃m viã quo ꝑtereũtes admoneãt & ſe fuiſſe & illos eſſe mortales Ab eo cętera quoq; ſcripta ac facta memorię cã monumenta dicta. Verg. Quem candida Dido. Eſſe ſui dederat monumentum, & pignus amoris.

℄Mons terrę tumor altiſſimus ab eminendo quaſi eminens dictus propter quod õe qd̃ eminet mõs dici põt. Verg. Præruptus aquę mons. Sumitur qñq; pro ſaxo. Idem. Prẽſantẽq; vncis manibus capita aſpera montis Eerro inuaſiſſet. Sic aliquãdo ſaxum pro mõte, vt apd̃ eundem. Saxi de vertiſſe paſtor. Hic ſeptimontiũ loc⁹ qui habet ſeptem montes.

℄Monticulus diminutiuũ paru⁹ mõs. Dr̃ & mõticell⁹

℄Mõtan⁹ a, ũ, qd̃ eſt ex mõte, vt montani imbres.

℄Montoſus, a, ũ, vbi ſunt multi mõtes, vt montoſa regio non mõtuoſa. Plinius. Naſcitur in mõtoſis & aſperis aliquando & herboſis. Verg. lib. ſeptimo. Et te montoſę miſere in pręlia Nurſę.

℄Mons ferrat⁹, regio Italię, cui⁹ fines ſunt hĩc Pad⁹, inde Apenninus. Et ſuperiori parte montes proximi moncauerio vbi pedemontium incipit.

℄Montiuagus pe. cor. qui per montes vagatur.

℄Montigena in monte genitus.

℄Monſtrum a monſtrãdo dictũ eſt ꝙ aliquid ſignificãdo demonſtret. Cicero de nat. deorũ, monſtra prędictiones & pręſentiones rerum futurarũ quid aliud declarẽt niſi hominibus ea quę futura ſunt portandi, prędici, ex quo illa oſtenta monſtra portenta prodigia dicũt̃. Ver. tamẽ Poliphenũ vnoculũ Monſtrum horrẽdum ingẽs appelauit. Et ſic quicquid eſt natura deforme hoc eſt ꝑter naturã, aut deficit, aut excedit, monſtrũ & res monſtroſa eſt. Terẽ. in Eun. Quid iſtuc nam mõſtri fuit. Do. Monſtrum eſt omne contra naturam, ſi igitur Eunuch⁹ eſt & vitiauit virginem, cõtra rerũ naturã factũ eſt. Oſtẽtũ ꝙ oſtẽdat, & ĩ corpore qñq; ſicut martyres, quandoq; in animo ſicut Salomon qui infatuatus eſt ob amorem fœminarũ, qñq; ẽt ĩ reb⁹. Et hi oẽs. vt oſtentui, & exemplo eſſent aliis. Sal. in Iug. Sed qm̃ eo natus ſum vt Iugurthę ſcelerũ oſtentui eſſem. Quandoq; monſtrũ ponitur pro monſtratione. vt apud verg. Mõſtra deũ refero.

℄Monſtruoſus, a, um, & monſtroſus, a, um. Luci. lib. j. Monſtroſiq; hominum partus.

℄Mõſtrificus qui monſtra dicendo vel faciendo demõſtrat. Plin. Inuenta in his & ratio inſerendi monſtrificis hominum ingeniis.

℄Nonſtro as, oſtendo, declaro quaſi pro monſtro do. Terẽ. ĩ Adel. Scio vbi ſit, verũ hodie nũq̃ mõſtrabo. Huius cõpoſita ſunt Cõmõſtro, Demõſtro, & Pręmõſtro.

℄Mopſopia, Attica regio in mopſopo rege ſic dicta vt auctor eſt Strabo.

♃Mopſus nomen propriũ viri vatis, qui a Pompo. mella refert in finib⁹ Pãphilię Phaſelim vrbẽ cõdidit. Fuit & alter mopſus lapita, id eſt Theſſal⁹, vt Stra. ſcribit li. nono, qui fuit Amphycis & Cloridis filię. Orchomeni filius, Alius fuit cum quo certauit Chalcas de peritia diuinandi Apolinis filius.

℄Mora expectatio temporis dilatio. Plautus. Cui mora ſemper obfuit diligentia profuit.

℄Morula diminutiuum. Auguſtinus libro vndecimo con. Quæro quoniam dies dicitur non tantum morula ſolis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox.

℄Moramentum idẽ qd̃ mora. Apud. in Flo. Hiſce igitur moramentis omnibus qui volũt deuitari deuectorẽ ſibimet equum deligunt.

✠Moracea nux dura dicitur. Vnde moracillum hoc eſt duriuſculum. Cc.

℄Mororaris. expecto. Plautus. Nihil moror iſtas magnas dotes dapſiles, hoc eſt nihil curo, nõ expecto. Et morari eſt detinere retardare. Quitilianus. Quid me adhuc pater retines, quid moraris abeũtẽ? Plau. in Epi. Nihil ego te moror, id differo vel expectare facio. Itẽ morari manere. Hiero. Quando ſtudio & amore contenderim vt pariter in eremo moraremur. Itẽ hęrere dubitare. Verg. Quid ve moror ſi vno omnes ordine habetis Achiuos. Et in aliis ſignificationib⁹ habet primã correptã, morari vero prima pro. ſignificat inſanire, quod oſtendit Suet. Scribens ſolitum eſſe dicere. Neronẽ deſiſſe. Claudium inter homines morari. Nam gręci μωρὸν ſtultum vocant & fatuum. Videbatur dicere Claudium deſiiſſe manere & viuere inter homines cũ intelligi vellet eum deſiiſſe per mortem delirare & deſipere qui viuus delirauerat ſic. Plau. in Tri. Amor mores hominũ moros & morſos efficit. Compoſita a moror ſunt Commoror, quod eſt maneo & firmam habitationem habeo. Lact. li. vij. Cuius poſteri cum diutius in ęgypto cõmorantes in magnam frequentiam creuiſſent. Am. vero de ſanctis Geruaſio & Protaſio poſuit pro abſtinere ceſſare, vt inquit. Hortor vos & moneo vt a deorum noſtrorũ iniuris cõmorãtes ad immolãdũ eis deuoti ſtudeatis inſiſtere. Demoror, ĩmoror morã traho. Lact. li. ij. Sed vereor ne ſi fuero in propoſitiõe rerũ cõtrariarũ diuti⁹ immoratus. Remoror. Et habet pe. cor.

℄Morus arbor morũ fructus a mora. i. tarditate vt qdã putant. Nã poſtrema omniũ arborũ mor⁹ floret. ꝓpter qd̃ prudentiſſima arbor dicit̃, quia lędi ſe a frigore non ſinit. Sũt tamen qui a gręco id nominis deriuent μαυρὸν eĩ nigrũ dicit̃, mora quoq; in rubis ſũt, ſed multũ ab his differẽtia. Col. li. iij. de pruno morũ ab idibus februa. vſq; in ęquinoctium vernale recte feres.

℄Moratus qui bonis moribus ꝑditus eſt. Plau. in Aul. Dũ mihi morata veniat dotata eſt ſatis. Te. in Hec. Sed quid mulieris vxorẽ habes, aut quibus moratã morib⁹. Et ẽ participium ſine verbo

℄Morigeror morẽgero obſequor & quaſi ad alteri⁹ voluntatẽ mores transformo. Teren. in Adel. Si adoleſcẽti eſſes morigeratus. ✠Inde morigeratio & morigere aduerbium dicitur & morigerus.

℄Moriger pe. cor. obediens.

℄Moralis ad morẽ pertinens. Vnde ſcientia moralis q̃ de moribus tractat.

℄Moros gręce latine ſtult⁹. Plau. in Tri. Amor mores hoĩm moros & moroſos efficit. Vnd̃ ꝑ ãnomĩatiõnẽ mores mori dñr ſtulti & fatui, vnde moriones nominãtur.

℄Morini populi ſũt in finib⁹ Ambianoꝝ & eorũ vrbs morinũ quã vulgari verbo terrã vanam appellant. Ver. Extremiq; hominũ morini. Cc.

℄Moriones ſtulti Aug. ad Hiero. Quidã tantę ſunt fatuitatis vt non multũ a pectorib⁹ differant quos moriones vulgo vocant.

℄Moroſus curioſus diligẽſq; qui nimis exacte oĩa fieri expoſcit. Porphyrio. ille eſt moroſus qui multorũ morũ inter ſe contrariorũ eſt. vnde ſenect⁹ moroſa Auctor Seneca eſt moroſum genus iracundię eſſe delicatũ. Nã quando res pene nulla animo hominis cuncta faſtidiẽtis ſatiſfaciat, ea ꝓprie moroſitas eſt. Ci. li. j. de ora. vſq; a deo moroſi ſum⁹, vt nobis nõ ſatiſfaciat ipſe Demoſtenes. Sue. de Cęſare. Circa corporis curam morioſior vt non ſolum tonderetur diligenter, ſed etiã velleret. Et a more deſcendit cuius prima producitur.

℄Morologus. pe. cor. q in ſermone moroſ⁹. i. moleſtus eſt vnde & ſermones hmõi dñr morologi. Plau. Nec moleſtum eſſe nec ſermonibus morologis vti.

℄Morbus eſt habit⁹ cuiuſcũq; corporis contra naturã qui vſũ ei⁹ faciat deteriorẽ. Alias in toto corpore alias

in parte accidere ſolet. Totius corporis morb⁹ eſt veluti phthiſis febris partis autē veluti cęcitas aut pedis debilitas. Et apud iuriſcōſultos ſcriptū eſt morbū & vitiū diſtare ꝙ morbus tēporalis ſit ibecilitas & ſanari queat Vitiū perpetuū impedimētū. Cicero lib. iiij. Tuſcu. Ait morbū eſſe toti⁹ corporis corruptionē veluti febris eſt. Vitiū cū partes corporis inter ſe diſſidet. Ex quo prauitas membrorū diſtortio diformitas, morbi in aïa dicūt vitia inueterata, & dura vt eſt auaritia, ambitio.

¶ Morbidus a, um, quod eſt morbo infectum. Idem ſignificat morboſus.

¶ Morbificus, a, um, quod morbū infert

¶ Mordeo mordes momordi & morſi ſum. Luc. Exibuit prim⁹ chalibē frenos momordit. Plau. in Trige. Ni fugiſſem īquit mediū credo ꝑmorſiſſet. Eſt autē mordere dētib⁹ ledere. Per trāſlationē vero ſignificat detrahere pūgere. Ci. Appio. Neq; non me tn̄ mordet aliqd quomodo ea tuear quę mihi tuēda ſunt. Cōpoſita ſunt Admordeo valde mordeo. Verg. li. ij. Geor. Duriq; venenū dētis & admorſo ſignata ī ſtripe cicatrix. Cōmordeo ſimul mordeo, Demordeo morſu decerpo. Immordeo morſū ī figo. Obmordeo circūmordeo. Prӕmordeo āte mordeo. Remordeo, crucio. ſollicito. Ver. Q ñ hæc te cura remordet Proprie tn̄ remordere eſt illū a quo qs eſt morſ⁹ mordere. Lactā. lib. vj. Sed qa ipſe caninā facūdiā ſicut Saluſti⁹ ab Appio dictū refert, exercuit, voluit hominē canino mō viuere, vt remordeat laceſſit⁹.

¶ Morſus, a, um, participium. Pliuius, Datur morſis a rabioſo rabidi fiant.

¶ Morſus us, nomē modo pro dētiū læſione, mō ꝓ maledicētia ponit. & morſ⁹ eſt qui gręce dicit ſcōma, qm̄ figuratus eſt, Sępe enim fraude vel vrbanitate tegitur vt aliud ſonet aliud intelligat. Idem ſignificat morſio.

¶ Morſiuncula diminutiuum paruus morſus. Plautus in mili. Compreſſiones arcte animantium comparate teneris labellis molles morſiunculæ.

¶ Mordax qui mordēdo lędit, vel quis alijs detrahit, a quo mordacitas.

¶ Mordico as, penult. correp. dolorem affero, perinde ac ſi morſu lęderem.

¶ Mordicus pe. cor. aduerbiū ſignificat mordēdo. Plautus in cur. manum arripuit mordic⁹. Idem. Iamdudum oportuit naſum ademptum mordicus. Aliquando ſignificat ſtrictim, & quaſi morſu ac dente. Suet. in Cęſa. Ne libelli quos tenebat madefierent, paludamentum mordicus trahens ne ſpolio potiretur hoſtis.

¶ Mordicibus pro morſibus. Plaut. Aſini me mordicibus ſcindant.

¶ Morſicatim ſignificat mordendo. Var. Sicut pulli incedunt & in bellis morſicatim ludunt.

¶ Muto mēbrū virile Vide in dictiōe Mentā. ✣ Mutoniatus vide ibidem. Mutunus deꝰ qui & priapus dicit̃.
¶ Mutuatitiꝰ a, um, qđ mutuat̃, pecunia mutuatitia. Gel. Maximeq; ī pecunię mutuatitię vſu atq; cōmercio
¶ Mutꝰ a mugiendo quidā deduci putāt cum is qui loqui non poſſit, ꝓrumpat tñ in vocem quę mugitus potius quam ſermo videt̃. Vel dicitur mutus quaſi minutus ꝙ eo ſenſu minutus ſenſu ſit, vel dicitur a muſſando ꝙ hic nō amplius q̃ mus dicat.
¶ Mutæ literę dn̄r ꝙ poſitę in vltimis partibꝰ oratiōis obtumeſcere cogant loquentes vel quia paruę exiguęq; ſint vocis, vt cū mutū oratorem dicimꝰ at tragœdum.
✣ Mutę etiam dicuntur cicadę minores, non qđ nihil canant.
¶ Mutio is. mutiui vel mutij itum. Et eſt mutire tanq̄ mutus ſignū facere ſeu ſtrepitum ſiue ſubmiſſa & imꝑfecta voce fabulari, aut vnū tantum verbum dicere. Terē in Andr. Itaq; hercle nihil iā mutire audeo id eſt verbū ſonare. Hiero. ī exod. Apud omnes filios Iſrael nō mutiet canis ab homīe vſq; ad pecus id eſt querulam vocē emittet. Plau. in cur. Viden vt aperiunt̃ ędes feſtiuiſſīe? non mutit cardo. i. non crepitat.
¶ Muteo es. mutui. a quo muteſco mutus fio vel mutorum more taceo. Lact. lib. vij. Cū in exitu lingua muteſcat. Hinc obmuteſco, de quo infra.
¶ Mutilo as. pe. cor. trūco aliqd detraho, diminuo. Ter in Hecy. Ego ꝓpterea te ſedulo & moneo & hortor ne cuiuſq̄ te miſerat quin ſpolies, laceres, mutiles, quęcūq; nacta ſis.
¶ Mutili dicti ſunt boues ſine cornibꝰ, aut capri Et mutili dicunt̃ hi a quibꝰ ferro vel alia re, aliquod membrū exectum ſit. Manci vero quibus mēbrum naturę vitio deſit. Iuue. Ego tanq̄ mancus & extīctæ corpus nō vtile dextrę. Debiles eos nuncupant quibꝰ membrū vl' vulnere vel morbo inutile ſit redditum.
✣ Mutili quadranguli dicuntur qui aliqua ex parte cōminuti ſunt. Cc.
¶ Mutuli vno modello de ſpaldo vulgo dicit̃. Var. Sed ꝓ columbarijs in pariete mutulos aut palos in ordine ſupra quos tegeticulę cānabinę fiūt impoſitę. Idē. Eas. aluos ita collocant in mutulis parietis, vt ne agitētur, neue inter ſe contingant.
✣ Mutinenſis color dicitur natiuꝰ a mutinenſibꝰ lanis ex quibus natiuo colore pāni fiunt. Varro. Nā & ludere alacrem vidimus mutinenſi tunica. Cc.

## M ANTE Y

MYa genus conchæ in freto circa boſphorū thracium vniones rufos ac paruulos gignens. Cc.
♁ Myia latine muſca, Vñ cynomya muſca canina
♁ Myagrꝰ nomē viri ꝓpriū cuiꝰ meminit. Pli. li. xxxiiij.
¶ Mycenę, arū, & mycena æ, pe. ꝓ. vrbs Pelopōneſi q̃ Perſeus Danaes filius extruxit, regiuncula in qua regnauit Agamennon, a Mycena nympha ſic appellata.
¶ Mycone es. & myconos oni. p. c. inſula vna ex cycladibꝰ. Sta. li. Achil. Cycladas hīc ſpretæ Myconoſq; humiliſq; ſeriphos. Scribit. Ser. hāc inſulā terræ motu diu laboraſſe. Quo ceſſante e Mycone gyaroq; vicinis inſulis populos veniſſe qui eā tenerent & incolerent.
♁ Miconius a, um, nomen poſſeſſiuum a Mycono.
♁ Mycon nomē pictoris egregij Fuerūt autē duo mycones. Vnus athenienſis Syracuſanus alter.
¶ Mydia, inſula q̃ ēt Delos dicit̃ vna ex cycladibus.
♁ Mydriaſis vocatur morbꝰ oculoꝝ cū pupilla quidē ipſa colorē non mutat, ſed videt̃ vltra naturalem ſitū multo latior interim vt viſum omnē adimat, interim vt partē, res vero ipſæ minores q̃ ſint appareant. E contrario in phthiſi maiores. Nam & pupilla contrahitur, corrugaturque.
♁ Mygale pe. cor. mus araneus quia muris magnitudine ſit muſtellina ſpecie, ore, oblongo, cauda gracili, verſu dentium quadruplici, vt inquit Aetius Abundat inſula britannia hoc genere.
¶ Mygdonia regio littoralis Macedonię ī qua Niobe Tantali filia vxorq; Amphionis ī ſaxū verſa eſt, a Mygdone rege ſic dicta. Iuxta hanc eſt inſula Mygdon Ariſtoteles ſcribit mygdoniā eſſe Phrygiā Lydię contermīnam Solinus vero dixit hanc ante Bebryciā dictam, & mox a Bithyno rege bithyniam dictam.
¶ Mylas opidū de quo Senec. libr. iiij. natura. q. Circa meſſanam & mylas fimo quiddā ſimile mare ꝓfert, ferueτq; & æſtuat non ſine colore fœdo. Vnde illic ſtabulari ſolis boues fabula eſt.
✣ Mylochos genꝰ eſt vermiculi ex blattis, ꝙ circa molas fere ſoleat naſci μύλη enī molam ſignificat, ſed ſuperiorē. μύλον vero molendinū ſiue priſtinum. Cc.
✣ Myoctonon aconitum dicunt quoniam e longinquo mures odore necat. Cc.
¶ Mylos latine mola. Vnde Chyromylos mola manualis Amylum ſine mola.
¶ Mymphur lignū mediocris longitudinis rotundū qđ loro circūuolutū circūagūt fabri in operibꝰ tornandis.
¶ Myoparo genꝰ nauigij tyrrheni pyratici ex duobus diſſimilibus formatum. Nam & medion & paron perſę ſunt. Paro quoq; genus nauigij eſt. Var. Iamq; duos parones habebāt inſtructos. Ci. li. iiij. de rep. Nā cū quæreretur ex eo quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtū vno myoparone. Eodem inquit quo tu orbem terræ.
¶ Myopas greci vocant in die parū videntes μύω claudo ὤψ oculus, quaſi myopes propter viſus hebetationē clauſis oculis intueri videant̃. Hos latini Luſcioſos vocant. Alio noīe greci myotilopas vocant a nocturno aſpectu. Author eſt Nonius Myopes qui latine Luſcioſi vocantur ad lucernam non videre.
¶ Myopia vitium huiuſmodi. Sunt & myopię murium cauernulæ μῦ non ὄπτω video.
¶ Myophanos murium interfector, myoctonos radix aconiti ꝙ e longinquo mures interficiat.
¶ Myra vrbs lyciæ cui diuꝰ Nicolaus epiſcopus ꝓfuit.
¶ Myrrha arbuſcula eſt in Arabia pręcipue naſcēs, altitudo ei ad quinq; cubita nec ſine ſpina cortice duro & intorto, cuiꝰ gutta quæ ſpontę ſtillat viridis eſt & amara quę eodē noīe vocat̃ myrrha Arabica ſiue Stactę. i. gutta ſiue ſtylla myrrhę. Eius virtus eſt, vt corpora īputribilia reddat. Fuit & myrrha cyranę Cyprioꝝ regis filia, q̃ in arborē ſui nominis fertur conuerſa.
¶ Myrrhapia genꝰ piroꝛū, ꝙ odorē gratiſſimū reddāt.
✣ Myrrhites gemma q̃ myrrhę colorem habet. Cc.
✣ Myrrhina vina dicuntur q̃ myrrha condita ſunt. Cc.
¶ Myrrheꝰ a, um. qđ ex myrrha eſt, Proper. Myrrhea in Partis pocula fœta focis.

¶ Myrinus pe. cor. nomē ꝓpriū. Mar. Nuper cū myrino peteretur myſia leſo. Myrinū pen. pro. Ariſto. vocat matrē murenam qui dentem extra os habet.

¶ Myrinus dictus Apollo a myrina vrbe vbi colebaṫ. inde Myrini campi. Cc.

¶ Myrias adis. numerꝰ continens decem millia, myriades plura dena millia. Myriarches qui præeſt decēmillibus. Mille vero χίλια dicuntur.

¶ Myrica pe. ꝑ. genꝰ humilis virgulti in Italia fere q̄s alio nomine Damaricas dicimus. Ver. Nō omnes arbuſta iuuant humileſq; myricę. Scribitur cum ypſilo, quoniam Gręci μυρίκη ſcribunt Hinc myricinꝰ a, um. pe. pro.

✣ Myrmecites gemma quę innatam repentis formicæ effigiem habet.

✣ Myrmecium phalangij genus formicę ſimile, capite albo, nigra guttis, aſbis diſtinguentibus. Cc.

¶ Myrtus arbor baccas ſaporis p̄cipui producens, ex q bus vinū fit quod myrtydanū vocant. Item generoſum obſoniū quod dicitur myrtatum.

¶ Myrteus a, um, quod ex myrto eſt. Tibul. Et gerit inſigni myrtea ſerta coma. Hinc myrteā Venerē Priſci. appellarunt. Pli. li. v. Ara fuit Romę vetꝰ Veneris myrteę quā nunc murtiam vocant.

¶ Myrtinus a, um, pe. ꝑd. eiuſdem ſignificationis. Pli. Oleo myrtino illitum ſtatim reſoluitur.

¶ Myrtetū locꝰ myrtis conſitus. Dicitur & myrtetos. Plau. in Aulu. Neſcio qui ſeruus e myrteto proſiluit.

¶ Myrtatum generoſum obſonum appelatur.

¶ Myrtoū pelagꝰ pars maris ęgei, ſeu quę eſt inter ęgeum & ionium nomē accipiens myrtilo mercurijfilio qui in id proiectus fertur.

¶ Myron ꝓpriū nomē ſtatuarij. Hic fecit ex ęre bucculā celebratis verſibus laudatā. Proper. Atq; arā circunſteterant armenta myronis. Quatuor artificis inuida ſigna boues.

☿ Myron etiam ſinificat vngnētum & oleū reconditum hoc eſt antiquum, quod ad edendum inſuaue eſt.

¶ Myronides nomen viri proprium.

¶ Myriſtica nux dicitur vnguentaria glans, quā vulgo muſcatam vocant. Hæc bonum oris odoremfacit, hepati lyeni & oculis confert.

✣ Myriophyllū hęrba quā Achilles Chironis diſcipulus fertur inueniſſe, a latinis millefoliū dicitur. Cc.

¶ Myropola pen, ꝑd. vnguentoꝝ venditor quē noſtri vnguentariū dicunt. Sic myropoliū locꝰ vbi vnguenta venduṅṫ. Plau. Quē ſum defeſſus q̄rere per medicinas tōſtrinas in gymnaſio, atq; in foro per myropolia. Latine vnguētaria taberna dṙ. Suet. in Aug. Et mō vnguētariā tabernā modo priſtinū Ariciæ exercuiſſe obijcit.

¶ Myrobalanū quaſi vnguentaria glans βάνορ gręci glandem dicūt. Eſt autē arbor heliotropij folijs fructus glandi ſimilis ad magnitudinem auellanę.

¶ Myrothecium vnguentoꝝ repoſitorium. Vñ Cicero ſcribit ſe myrotheciū Iſocratis totū conſumpſiſſe in cōmētario cōſulatꝰ ſui ſcribēdo. hoc eſt pigmēta oratoria.

¶ Myrlea opidū Bithynię quod Apamea dicitur a myrlo Colophoniorū duce, vel a myrlea Amazone. nicomedes aūt Epiphanes Pruſij regis filius de matris nomīe Apames Apameam vocari voluit.

¶ Myrmecię verrucę ſunt lupini āplitudīe, ſicut Acrocordones fabæ nr̄atis, ſic dictę quaſi formicę mō pūgāt

¶ Myrmecides nomē viri propriū de quo Cic. in acad. Vt etiā inter deos myrmecides minutorū opuſculorum fabricator fuiſſe videatur. Suidas. μυρμηκίδης ἀντιπεπα τόμευον τῆ φειδίου τέχνη.

¶ Myrſus propriū nomē viri. Sic enim vocatus fuit Cādaules pater qui & myrſilus dictus fuit. Item myrſū Peloponneſi opidū fuit.

✣ Myrſeneum genꝰ marathri folijs magnis guſtu acriore aliter dicitur Hyppomarathrum. Cc.

¶ Myrſinites fruticis genꝰ qđ cariorē vocāt, folijs myrti acutis compungentibus ſed mollioribus. Cc.

✣ Myrſinites gemma quę melleum colorem nigricantem habet & myrrhę odorem. Cc.

✣ Myrtitus vide myrteum.

¶ Myrobrechis quaſi vnguēto ſtilantes, μύρον gręci vnguētū vocant. βρέχω proluo & irrigo. Plau. in Aulu. Myrobrecharios ꝓ vnguētoꝝ confectoribꝰ accipit ad capillos irrorandos. Ait enī. Aut manurearij myrobrecharij.

✣ Myrtopetalū hærba eſt q̄ mſti Sāguinariā vocāt. Cc.

¶ Myrobaptarij dñr tinctores murrhei coloris.

¶ Mys myos nomē fuit celatoris, q claruit argēto celando. Mar. Quis labor in phiala? docti myos anne myrōis?

¶ Myſia regio Helleſponti a myſis dicta qui e Thracia illic migrauerunt, quę ſubdita fuit Telepho. Eſt & alia myſia poſt macedoniam quæ affinis Hadriatici vſq; ad ponticū extenditur mare. Ptol. duplicē myſiam facit maiorē & minorē & vtrāq; extra Bithyniam in Aſia poſuit non procul ab Ida. Myſos alij Thraces, alij Lydos fuiſſe dixerunt. Et qm̄ Lydi phagū acetoſam q̄ multa naſcitur ī Olympo myſā vocauere ab eo myſos dictos putauerūt q bus ſermo fuit ex Lydophrygioq; permixtus.

¶ Myſteria a gręcis dñr q̄ latini ſacra arcana ſecluſa vocāt q̄ niſi ſacerdoti ſcire nefas eſt. Vñ occęcatus eſt poeta q auſus fuit ea patefacere. Dicta myſteria, vt l. ij. p̄paeuā. teſtaṫ Euſebiꝰ a μύσος qđ latine ſcelꝰ dṙ. Hic nō ſine myſterio fieri dicimus qđ occulta aliq̄ ſacroꝝ rōne perficiṫ. Vñ myſtę dicti ſacerdotes, vt apud Auſonium Senecā & Papiniū. Et Symmiſtę conſacerdotes eiſdem ſacris initiati. Qua dictiōe Apul. Sydo. Hiero. vtūtur. In myſterijs aūt tradebantur multa arcana quæ in vulgus enūcianda nō ſunt, cū auctore Tertulliano omnibꝰ myſterijs ſilentij fides debeaṫ. Scribit Euſeb. in p̄paratiōe euāgelica, ī ſacris Iſidis & Seraphidis fuiſſe ſimulachrū quod digito labijs impreſſo admouere videretur vt ſilentium fieret.

¶ Myſticus a, um, ꝓprie quod in arcanis deorum ſacris fiebat qualia erant Bacchi orgia quæ noctu clam a ſolis mulieribus celebrabanṫ. Ver. Et myſtica vannꝰ iacchi. Ipſa ſacrorū ſignificatio occulta vt ait Stra. Myſtyca dṙ. A noſtris tamen myſticum dicitur figuratum.

¶ Mythos latine fabula. Vñ mythicꝰ fabularis ſeu fabuloſus Mythologia ſermo ſeu ratiocinatio fabularum.

¶ Myxa apud Græcos ꝓprie pituita e naribꝰ fluēs qui & mucus dicitur. Vnde Amyxon mucoſus appellatur. Hoc eſt nares muco ſordidas habens. Myxetis vero naris appellaṫ. Et hoc myxa & myxos ꝓminēs pars lucernę vocaṫ ex qua proferṫ ellichniū quas ex naribus mucꝰ Hinc Græci quoties volunt Ellychniū ꝓduci vt luceat clarius προμύξαι τὸν λύχνον dicūt, noſtri vero Emungere lucernā. Amyxos fit dimyxos q̄ eſt lucerna duo ellychnia habēs. Trimyxos tria. Polymyxos multa. Mar. Totque gerā myxos vna lucerna vocor.

☿ Manduces erāt laruato capite humano, maxillas vaſta magnitudine, pariter vaſtis armatas dētibus habētes qui ſuo oris hiatu dentiumq; crepitu ſeſe in vtrāq; partē vię, dū flecterēt ridentē turbā vertebant in fugam.

☿ Malobatron, latine folium vnū iter odoramēta. Dioſ. Malobatron eſt hærba, quę naſciṫ in india, & habet folia quę extēduntur ſuper faciem aquę, & non habet radicem, & eſt boni odoris.

☿ Manna alio nomine dicitur Roſmarinus.

☿ Melliſophilos hęrba quā Boracū vulgus vocat.

☿ Mellorū flos plātę coloris paleę, ī quo ē lunaris figura

☿ Melina, vt auctor eſt Feſtꝰ genꝰ tibię acutiſſimi ſoni. Eſt & genꝰ veſtis, apđ Plau. in Epi, a colore, qui medꝰ eſt iter albū, & fuſcū. Vel a melo inſula, vñ afferebatur. Iul. Pol. Candicantia in primis habebant veſtimenta ꝑegre venientes, vel phea, vel melina, vel glaucina.

☿ Mendicula veſtis a mendico, ſiue a mendice, qui magiſtratus nomen eſt, vt inquit Feſtus.

☿ Manipula gen, neu. Sparti. ī Had. Ipſe iter manipula vitam militarem magiſtrans.

☿ Metrodorus chius ſempiternum eſſe vniuerſum ait. Nā ſi factum eſſet, eſſet a nō ente. Infinitū etiā, quoniā ſempiternū cū non habeat principiū, vnde incipiat, nec exitū, quo terminetur, immobile quoq; aſſerit, quoniam moueri nō poſſit, quod nō tranſeat. Tranſire autē neceſſe eſt, aut in plenū, aut in vacuū in quorū alterū tranſitꝰ fieri nō poteſt. Ex æthere autē fieri nubes denſatiōe, inde aquā, quę ad ſolē decurrens extinguit ipſum, q rare factus rurſum accendiṫ, ſolē ſiccitate conſtipatū ex aqua ſplēdida ſtellā efficere, Dicit etiā diē, ac noctē inde fieri ꝙ ſol extinguatur, atq; accendaṫ. Eclipſim quoq; extinctione fieri.

☿ Menoles dictus eſt Diony. quod latine totū furentē ſignificat, cui bacchę orgia celebrant, & crudas carnes comedentes ſacro furore initiantur euā euā conclamātes quę vox aſpirata ſcđm exquiſitam hebręorum linguam fœminei ſexus ſerpentem ſignificat,

N LITERA, SI PRINCIPAlis fuerit ſyllabæ aliquādo ſumit ante ſe g, vt Narus, Gnarus. Vnde Ignarus nauus gnauus, vnde ignauus, & ſi habuerit poſt ſe c, ſępe c, in g. mutatur, vt quadringenti pro quadrincenti, quingenti pro quicēti. Sed in quibus n, non fuerit, ſeruatur c, vt ducenti.

## N ANTE A

Nabathea regio eſt ab Arabia incipiēs, eamq; intra ſe continēs quę vſq; ad mare rubrū ex latere dextro, Perſicū ex ſiniſtro, Indicūq; ex ſuporiori p̄te ꝓtendiṫ, nomen habet a Nabath Hiſmaelis primogenito, Huic metropolis eſt petra. Hic nabatheus a, um, penul. producta. Iu. Et quos depoſuit nabatheo bęllua ſaltu. Eſt & nabatha ciuitas.

✣ Nabis lingua Aethiopū camelopardalē ſignifi. camelo ſimilis capite, colloequo, pedibꝰ & curribus boui. Cc.

¶ Nablium diminutiuū a nablum inſtrumentum muſicū quod & naulū, a quo nauliū. Ouidiꝰ. Diſce etiā duplici genialia nablia palma Vertere conueniunt dulcibꝰ illa modis. Suidas. Nabla organi ſpēs eſt. Et alibi. Pſalterium organum eſt muſicum quod nabla etiam vocatur.

✣ Nacæ appellantur fullones ꝙ nauci non ſint. Cc.

¶ Neæ fullones, ꝙ a veteribus Gręcis omnia fere opera ex lana neæ dicebantur.

✣ Feſtus Pomp. vero ſcribit nacæ.

¶ Nę cum diphthon. Vide in dictione Ne.

¶ Nęera nomē mulieris ꝓpriū quo ſignificaṫ ſp recēs.

¶ Nęuus corporis inſigne, ſeu genitiua macula. Vnde næuoſus qui nęuis plenus eſt.

¶ Næuia nomen mulieris a næuo ſic appellata,

¶ Nęnia æ. Vide in dictione Nænia.

¶ Naiades nymphæ fluminū & fontiū, ἀπὸ τῦναω fluo.

¶ Nais fluuiꝰ q ex Tauro mōte naſcēs ī pontū mergiṫ.

☿ Nain ciuitas Galileę duobus milibus diſtās a monte Tabor quo nomine ſignificatur fluctus, ſiue commotio.

¶ Nam coniunctio cauſalis quam frequenter vſurpant auctores & primum tantum locum ſortitur. Namq; vero ſecundum vel alium, accipitur etiam pro ideo. Ter. Nā in prologis ſcribundis operam abutitur. Aliquādo pro autē. Cicero in Sal. Nam ꝙ in vxorem atq; filiam meam tam petulanter inuectus es.

¶ Nanciſcor eris, nactus a nancio is. fit ſcribēdum Priſ. & ſignificat acquiro. Terentius. Non triumpho ex nuptijs tuis ſi nihil nanciſcor mali. Saluſt. Homines adoleſcētes ſummā poteſtatē nacti. Cic. Apio. Pul. Pluribus verbis ad te ſcribam cū plus ocij nactꝰ ero. Et nanciſci ſignificat inuenire. Lact. lib. ſexto. Si ducem nactꝰ fuerit qui dirigat ad meliora titubantem. Hinc renanciſcor qđ a veteribus poſitum eſt pro repręhendo.

¶ Napææ ſyluarum ſeu colliū & florū deę ſicuti Dryades arborū. Ver. Faciles venerare napęas napęi populi in Leſbo. Et Apollo napęus ſub vrbe napa. Naparæi populi in Aethiopia. Napitę populi in Scythia quorū caput vnicus napis, qui & napatæ nominantur.

¶ Napus genus rapę quę longior. Colu. libr. ij. Napus deuexam terram amat & ſiccam. Huius diminutiuū eſt napunculus.

¶ Napinę vbi ſeminantur napi. Col. libro vij. Napinę itē rapinę ſiccaneis locis per hos dies fiunt/

¶ Narphtha a latinis nautha dicitur piſcis genꝰ vt eſt adud Danielē prophetam. ☿ Pli. lib. ij. ait eſſe genꝰ veneni, ex bitumine. Cuiꝰ vis ardens igniū naturę cognata trāſilientium protinus in eam vndecunq; viſum. Hiero. allegat Salluſtium dicentē naphta eſſe genꝰ fomenti apud perſas quo vel maxime nutriantur incendia. Quidā oſſa oliuarū, q̄ proijciūtur cū amurca putant appelari

¶ Nanus teſte Gel. li. xviij. gręcū vocabulū eſt, quo vocauerunt breui corpore hominē, paululū ſupra terram extantem, quē latine Pomilionē dicimus. Nec de hominibus tantū ſed de alijs quoq; rebus dicitur, vnde etiā mala nana quę alio nomine Melimela vocantur.

¶ Nanum vas breue & latum, qnod vulgo Situlū barbatum appellant,

☿ Nanim, nomen fictū a comicis pro muliere parua ſed pulchra per diminutionem blandiendi cauſa, ſicut Glycerium & huiuſmodi.

¶ Nar fluuius qui per vrbem narniā efflués Tyberi immiſcetur. Eſt & aliꝰ hoc nomine qui a Danubio videtur deriuari. Vergilius. Sulphurea nar albus aqua. Stra. hūc naronem vocat.

¶ Narane fluuius Dalmatię, ab Epidauro non diſtās amplius centum millibus paſſuum,

¶ Narbaſis vrbs ęſtuaria in Hiſpania,

¶ Narbonenſis Gallia a narbone ciuitate dicta eſt: hęc olim Braccata Gallia dicebatur. Scribit Stra. li. iiij. Narbonem fuiſſe ampliſſimum eius regionis emporium

¶ Narciſſus lilij genus radice carnoſa atq; odora flore purpureo, folia in radice habens ad ſimilitudinē folioꝝ arundinis, ſed aliquanto craſſiora. Dictꝰ a νάρκη narcę, vt, Plin. inquit qđ ſtuporem latine ſignificat. Nā odor eius caput agrauat. Eius duo ſunt gn̄a. Vnum purpureo flore, alterū hęrbaceo. Narciſſi vero pueri monumentū in ora Bœotię, per quod tranſeuntes ſilebant. Vnde taciturnū vocabant. Fertur narciſſus puer filius fuiſſe Cephiſi amnis & Lyriopes nymphę, q cū pulchritudine p̄ſtaret a multis nymphis amatus eſt, & cū nimio deſiderio potiundę nymphę contabuiſſet mutatus eſt in florē ſui nominis. Eſt & narciſſus nomen fluuij & nomen liberti potentiſſimi Claudij.

✣ Narciſſinum vnguentum quod ex flore narciſſi fieri ſolebat, ſed ſtatim obliteratum fuit. Cc.

¶ Narciſſites pe. pro. gemma appellata eſt quæ narciſſi colorem habet.

¶ Narcotica medici neoterici appellant medicamēta q bus ſtupor conciliatur ac torpor aduerſus enſum doloris & cruciatum.

¶ Nardus fœ. ge. & nardū neu. frutex graui & craſſa radice, ſed breui ac nigra, aſpero ſapore, folio paruo denſoq; Tibul. Illius puro diſtillent tempora nardo,

¶ Nardinū pe. cor, vnguentum ex nardo factum, quod alio nomine dicitur Foliatum, vt ait Pli.

✣ Nardoſphęrum vocant nardū maioribus folijs. Cc.

✣ Nardina pira dicuntur ab odore. Cc.

¶ Narthecū diminu. eſt. Gręci narthecā vocant ferulā aſſurgentē ī altitudine, humilē vero & depreſſā narthecion dicunt. Cū autē ſemen ferulę morbis quibuſdā auxiliari dicant medici, narthecion pro repoſitorio medicamētoꝝ vſurpatur, etiā ſi fuerit ex alia materia factū, vel qa id genus ligni accōmodatum eſt ad ſeruanda medicamēta. Ci. de fine bono. Iā doloris medicamēta illa epicu

rőa tanq̃ de narthecio promant. Hic narthecophori, q̃ſi feruligeri dicti ſunt Bacchi miniſtri.
¶ Nares proprie naſi latiores partes ĩ quibꝰ ſunt ſpiracula a naritate, vt inquit Do. quę nos odoratu doceant preſto & prope eſſe qđ adhuc oculi non vident. Siue vt alij volunt ꝙ per eas odor vel ſpiritus nare nõ deſinat. Verg. in Geor. Collectumq; p̃mens voluit ſub naribus ignẽ. Ouidiꝰ, vſꝰ eſt ſingulari ꝓ naſo. Pãdaq; naris erat He partes naſi nares imus naſus dici ſolẽt. Suet. de Au. Med iocres aures, naſum a ſummo eminentiorẽ, ab imo deductiorem.
¶ Narnia Vmbriæ ciuitas per quã nar labitur a quo & nomẽ accepit. Liu. li. x. A nare flumĩe narnia appellata ✣ Narnienſes narnię populi. Cc.
¶ Narica genꝰ piſcis minuti, a nãdo, vt qdã exiſtimãt
¶ Nariciũ quod & narix & narice dicitur opidũ Locrorũ vetutiſſimũ, vnde Aiax fuit, & naricij populi, de quibus Verg. Hic & naricij poſuerũt mœnia locri. Hinc dicta eſt pix naricia. Similiter naricia inſula in mari ægæo vel ionio quę fuit Vlyſſis.
¶ Naſturtiũ vt Pli. docet nomẽ accepit a nariũ torſiõe Hinc factũ eſt prouerbiũ ad excitãdum torporẽ. Et de naſturtiũ, quaſi diceremus expergiſcere. Eſt aũt herba hortẽſis, ꝓdeſt cõtra ſuſpiria & tuſſim. Greci Cardamõ appellant. Stra. li. xv. de Perſarũ victu loquẽs ſic refert. Quotidianꝰ eorũ cibꝰ poſt exercitiũ eſt panis duriſſimꝰ & cardamõ, & ſolis granũ, & carnes aſſę ſiue elixę, potꝰ eſt aqua.
¶ Narro as, dico, recito, a quo narratio quę eſt reꝝ geſtaꝝ aut perinde vt geſtarũ expoſitio. Huiꝰ cõpoſita ſũt Denarro, Enarro, qđ eſt extra & late narro, & ꝓprie, vt Dio. inquit. Enarratio eſt obſcuriorũ ſenſuũ q̃ſtionũ ve explanatio, vel exquiſitio ꝑ quã vniuſcuiuſq; rei qualitatẽ poeticis gloſſulis exoluimus. Lactã. lib. vj. Quis ſacramentũ dei ſciẽs tã ſignificãter enarrare legẽ dei potuiſſet q̃ illã homo longe a veritatis notitia remotꝰ exp̃ſſit Prænarro prĩo & ante alia narro. Terẽ. in Eu. Oportuit rẽ p̃narraſſe me. Obnarro, peruerto, declaroq; ſignificat ℨ Narratio eſt rerũ geſtarũ aut ꝑide vt geſtaꝝ expoſitio
¶ Narratiũcula ꝑua narratio. Quin. narratiũculas a poetis celebratas notitię cauſa nõ eloquẽtię tractãdas puto
¶ Naſſa genꝰ vaſis piſcatorij quo cũ ĩtrauerit piſcis exire nõ poteſt. Plau. nunq̃ ex iſta naſſa hodie eſca ꝑetam.
¶ Naſica pe. ꝓ. Scipio dictꝰ eſt. Oui. naſica excepit tẽpli nõ extitit author Auguſtꝰ nũc eſt ante Metellꝰ erat Naſus dicĩ ea pars capitis quę e ſupciliorũ cõfinio oriens & quaſi ęquali porrecta iugo vtranq; acienm ſimul & diſcernit & munit. Duo aũt eius ſpiramina geminiq; hiatus quos veluti quidã paries ꝑ mediũ ductꝰ, interſepit, nares vocanĩ. Aliqñ, naſus ponĩ ꝓ acrimonia & dicacitate. Vnde habere naſum eũ dicimꝰ q venuſta quadã & ſubdola irriſione aliũ deridet. Apul. in meta. Contorta & vituperãtare diſceſſit. Plin. Primꝰ Luciliꝰ condidit ſtyli naſũ. i. ſcripſit ſatyrã q̃ acerbitatẽ quãdã & acrimoniã ſtyli habet ĩ vitis inſectãdis. Mar. Nõ cuicũq; datũ eſt habere naſũ. i. acrimoniã ad deridẽdũ & dicacitatẽ. Hĩc naſuti dñr dicaces rep̃hẽſores & deriſores. Idẽ. Naſutꝰ ſis vſq; licet ſis deniq; naſus. Idẽ formauit cõparatiuũ. Nil naſutius hac maligniuſq; eſt. Et ꝑ diminutionẽ Naſutulus. Apuleiꝰ. Naſutula mulier ac dieacula, naſus enim ſagacẽ ſapientiã repręſentat ſumpta methaphora ab animalibus. Canes enim & vultures olfactu inquirũt Sapiẽs igitur & cautus eſt qui odoratu abſtruſa quoq; intelligit. Hora. in Ser. Vt pleriq; ſolẽt naſo ſuſpẽdis adũco Ignotos vt me libertino p̃re natũ. A naſus fit verbũ Denaſo as. ✣ Naſutulus diminu. a naſutus. Apulei. Naſutula mulier ac dicacula. Cc.
¶ Naſitena vas aquariũ anſatũ ac patẽs. Var. li. j. de reruſt. Vt ex ęre ahena vrceos naſiternam faceret.
¶ Naſamones pe. ꝓ. ſunt populi Libyę nauiũ ſyrtibꝰ inuolutarũ ſpoliatores. Luca. Hoc tã ſegne ſolum raras tñ exerit hærbas. Quas naſamõ gẽs dira legit q̃ ꝓxia põto nudꝰ iura tenet, quẽ mũdi barbara dãnis Syrtis alit, nã littoreis populator arenis Imminet & nullos portus tãgẽte carina nouit opes, ſic cũ toto cõmercia mũdo naufragiis naſamones habẽt. Suid. νασαμὼν ἐξ οὗ νασαμῶνες ἔθνος λιβύης καὶ νασάμωνος, ὄνομα κύριον. ✣ Id eſt naſamõ ex quo naſamões gẽs eſt Libyæ, & naſamonꝰ nomẽ ꝓpriũ ✣ Naſomonites gemma quæ cum ſanguinea ſit ſcatet nigricantibus venis. Cc.
¶ Naſcor eris, natꝰ, notę ſignificatiõis. Sal. L. Catilina nobili genere natus fuit, magna vi animi & corporis. Et dicimus, natus ſum laudi & ad laudẽ. Cice. ꝓ ſex. Qui ſe patrię qui ciuibꝰ ſuis, qui laudi, q gloriæ, nõ ſomno non cõuiuijs nõ delectationi natos arbitranĩ. Idẽ ibi namqd ageret vir ad dignitatẽ & gloriã natus. Huiꝰ verbi compoſita ſunt Annaſcor, Connaſcor vñ cognatꝰ a, ũ, Leo papa. Epiphanię nobis dilectiſſimi venerãda feſtiuitas dat ꝑſeuerantiã gaudioꝝ, vt inter cognatarũ ſolemnitatum vicina ſacramẽta exultationis vigor & feruor fidei non tepeſceret Enaſcor extranaſcor. Iuſti. li. j. Hic ꝑ ſõnũ videt ex naturalibꝰ filię q̃ vnicã habebat, vitẽ enatã cuiꝰ palmite oĩs Aſia obumbraĩ. Denaſcor, decreſco, deficio morior. Caſ. Hemina. lib. ij. aĩaliũ. Quę nata ſũt oĩa denaſci aiũt. Innaſcor ĩtus naſcor. Cic. li. j. of. Sed illud odioſũ ꝙ in hac elatiõe & magnitudine animi facillime ꝑtinacia & nimia cupiditas pricipatus innaſciĩ. Internaſcor ĩ medio naſcor. Col. lib. v. Ne aũt pãpinariꝰ palmes ĩternatꝰ. Obnaſcor circũ naſcor. Renaſcor ruſꝰ naſcor, Lact. li. vij. Itaq; renaſci eas putauerunt. Pronaſcor ortũ habeo. Terẽ. ĩ Phor. Ait illã ciuẽ Atticã bonã, bonis propgnatã. ¶ Natꝰ a, ũ, ꝑticipiũ. Terẽ. in heau. Annos ſexaginta natus ęs aut plꝰ eo, vt conijcio, natꝰ nati nomẽ pro filio, ſicut nata ę, pro filia. Ver. Nate meæ vires, mea magna potentia ſolꝰ. natoꝝ appellatio ĩqt Modeſtinꝰ ad nepotes extẽdiĩ. Addimꝰ qñq; g, & dicimus Gnatꝰ gnata q̃ ſemp ſunt ſubſtãtiua, natꝰ us, nõ legi niſi ĩ ablatiuo tm̃ Cic. in Cat. Quãq̃ eũ colere cœpi nõ ad modũ grandẽ natu, ſed tamẽ iam ętate prouectum.
¶ Natio genꝰ hoĩm inqt Feſtus qui nõ aliũde venerũt ſed ibi nati ſunt. Et natio principalis eſt in qua poſſunt eſſe multę gẽtes. Ideo plus in ſe continet q̃ gens. In pecoribꝰ quoq; bonꝰ ꝓuentus fœturæ bonę natio dicitur.
¶ Natalis gñis maſcu. natale neutri & hoc nataliũ ſumitur pro die quo quis natus eſt. In quo etiã ſignificato capitur hic & hæc natalis & hoc natale. Similiter natalitius a. ũ, in qbꝰ addiĩ dies. Ter. ĩ Phor. Porro aũtalio vbi erit puero natalis dies. Leo papa. natalẽ igiĩ diẽ dñi celebremꝰ. Subſtantiuũ. Ver. Meꝰ eſt natalis iola. Pli. Dũ natales ſuos celebraret. Dĩ & natalis de rebꝰ inaĩatis ꝓ naſcẽs. Idẽ lib. xxxvij. Similis eſt huic qdẽ Arabicꝰ, minor tñ ſimiliter & naſcẽs, cęteris pallor gẽtis. & in auro non niſi excellẽtiſſimo natalis. Natales plurali tm̃ nũero ſignificant cõditionẽ ſanguinis ac familię, vt generoſi natales, natales obſcuri. Cor. Tacitꝰ Aderat Corneliꝰ fuſcꝰ vigẽs ętate, claris natalibꝰ. Pli. ĩ epi. ad Meſſiũ ꝓ ignobilitate poſuit & ſordibꝰ gñis. Nonnunq̃ cãdidatꝰ aut natales cõpetitoris, aut ãnos, aut ẽtmores arguebat ℨ Titulus eſt apud iuriſcõſultos de natalibus reſtituendis quo oñdiĩ eũ q natalibꝰ reſtitutꝰ ſit vti iure tanq̃ nomĩe nataliũ ĩgenuitas ipa ſignificeĩ. ℨ Iuue et ꝓ celebritate diei natalis ſũpſit Palmã ĩter dñas virtꝰ natalibus ęqt. i. non aliter a victoria exhilaraĩ q̃ dies natales celebrãĩ. Et natales ꝓ ãnis accipiũĩ Sapho. Sex mihi natales ĩerat. Tot ei dies celebranĩ natales quot agũĩ anni. ℨ Natalis ſacrorũ dicitur dies, quo quis conſecratur ſitq; ſacris initiatus.
¶ Natiuus a, ũ, in quo aliquid naſciĩ. Pli. lib. xxxj. Sũt & montes natiui ſalis. Et natiuꝰ q natus eſt paſſiuæ ſignificatiõis. Gel. Propterea oblĩatis & abolitis natiuæ pietatis. Natiuꝰ color dĩ naturalis, qui nulla arte, ſed natura ꝓduciĩ, mõ in albedinẽ tendẽs modo ĩ nigredinẽ,



non tamen perfecte, vt albus vel niger. Natiuꝰ color albus leucopus dicitur vilis atq; vulgaris nomen trahens a gręcis apud quos λευκὸν diciĩ albũ. Natiuus color niger leucopo cõtrarius proprie pullꝰ vocatur. Pli. Iecur rubetę vel cor alligatur in pãno leucopo nã quartanis ꝓdeſt Hinc Leucopeati qui rudiori alba veſte ac vili & natiui coloris induti ſunt, vt Mar. Amator ille triſtiũ lucernarũ & bethyacus ſimul & leucopeatꝰ. Si vero huic colori ars addita ſit, candidæ veſtes dñr & niueæ, & calthulæ a calthula viola coloris albi. Et Galbinæ, nã Galbina albę veſtes ſunt. Et olorinę, nã olorinꝰ color eſt candidꝰ qui & Cygneus.
¶ Natiuitas idẽ quod ortus, quod nomen vſurpatur ab eccleſiaſticis.
¶ Natalitius a, um, & natalitiũ. Vide in dictiõe natiuꝰ
¶ Natura dicta eſt ab eo qđ naſci aliqd faciat. Hãc quidã deũ eſſe dixerunt a quo oĩa ſunt creata. Senec. li. iiij. de benefi. Natura hoc mihi præſtat, nõ intelligis te cũ hoc dicis mutare nomen deo? Quid enim aliud eſt natura q̃ deus & diuina ratio toti mundo & paribus eiꝰ ĩſerta? Pli. Vbiq; naturam parẽtum rerũ opificẽq; appellat. ℨ Augu. de moribus manicheoꝝ ſic diffinit, natura nihil eſt aliud quã qđ intelligiĩ in ſuo genere aliquid eſſe. ℨ Ponitur interdũ pro vi. Vnde arborũ atq; hęrbarũ naturas dicimus. Interdũ pro more. Verg. Nũc age naturas apibus quas Iuppiter ipſe Addidit expediã. Interdũ pro genitalibus tã virilibꝰ quã fœmineis, quæ a græcis dicitur phyſis Hiero. de circunciſione. Videamus q̃ cauſa eſt, vt eã partẽ corporis quę ſecretior & occultior eſt, q̃ a gręcis phyſis a noſtris dicitur natura ad circuncidendũ dominus elegerit. Pli. Si quadrupes fœtũ nõ admittat, vrtica naturã fricandã monſtrauit. Dicta natura quia in eo mẽbro naſcendi vis ſit. Et natura eſt quę vnicuiq; rei formã dat ſpecifica differentia, diffiniĩq; a philoſophis, natura eſt motus principiũ ſcđm ſe & nõ ꝑ accidens, quoniã vniuerſa corpora ꝓpriũ habẽt motũ per ſe, vt ignis per ſe ſurſum fertur, terra deorſũ & nõ ꝑ accidẽs qm̃ id non naturale, ſed artificiale dicitur.
¶ Naturalis & hoc naturale qđ ſcđm naturã eſt. Vñ naturales filij dñr legitimi qui ſola natura coniugali lege ſint orti nõ ex cõcubina. Suet. in Tiberio. Filioꝝ neq; naturalẽ Druſũ, neq; adoptiuũ Germanicũ patria charitate dilexit.
¶ Naturalia plurali tm̃ numero dñr pudenda. Colu. Si ęqua marẽ non patituĩ detrita ſcylla naturalia eius linũtur, quę res accendit libidinẽ. Idẽ lib. ix. de pullicenis. Plumulę ſub cauda clunibus detrahẽdę, ne ſtercore coiquinata dureſcant & naturalia pręcludant.
¶ Nates a nitẽdo, vt qdã exiſtimãt. Ibi em̃ eſt caro firmior q̃ in cęteris mẽbris, ne p̃mente corporis mole oſſibus cogaĩ. Hor. ĩ ſer. Diffuſa nate ficus. Harũ tumor clunis dĩ. Iu. Ad terrã tremulo dſcendant clune puellæ.
¶ Nato as, frequẽtatiuũ eſt verbi No. as. Nare autem ſeu natare ꝓpriũ eſt piſciũ. Col. per tranſlationẽ li. iij. ꝓ vltra ire poſuit. Alioqui etiã nouellã vineã ex refectiõe natam vini inutilẽ habebis prima parte terrę natantibꝰ radicibꝰ. Qñq; pro trepidare. Ouid. li. vj. faſ. Nox, erat & viuis oculiq; animiq; natabant. Qñq; pro nauigate Huius cõpoſita ſunt Adnato iuxta nato ſiue ad aliquem locũ nauigo. Ver. Huc pauci veſtris adnauimus oris. Cõnato ſimul nato. Plau. Cõnatat nobiſcũ. i. riualis eſt. Et eſt a Cõno. Idẽ Cõnatiõis noſtrę cõſcius, hoc eſt ꝙ eandẽ adiremꝰ mulierẽ. Sed hoc per metaphorã. E nato extra nato ab Eno, vt inſuetum ꝑ iter gelidas enauit ad arctos. Innato intꝰ nato ab Inno. Ver. li. ij. Geor. Nec nõ & torrentẽ vndã innatat alnꝰ. Idẽ li. iij. Geor. de Inno. Fluuioſq; inare capaces. Denato deorſũ, nato, a deno. Vide alibi Obnato contra ſeu circa nato, ab obno, vt in ęquore fuluis. Obnatat vmbra fretis. Pręnato añ nato, a p̃ no. Pli. Pręnatãte piſciculo frõtẽ ſuã ſpgit. Renato rurſus nato vł natãdo reuertor a reno. Supnato ſup vndas ſto nõ mergor, a ſup no. Pli. li. xxxiij. Poſtea ſupnatans aqua tolliĩ ſpongijs. Tranſnato vltra nato, a trano. Liu. Magonẽ cum equitatu flumen tranſnatãſſe. Verg. li. iij. Georg. Superant montes & flumina tranant. Et oĩa habent pe. cor. & a naue dicta ſunt.
ℨ Natatitius a, um, quod natat. Augu. lib. de Trinita. in capi. viij. Vnde iubente creatore produxit aqua prima natatitia, & volatilia.
✣ Natatorium & natatio a natãdo dicũtur, & a Gręcis baptiſteria dicuntur. Çc.
¶ Natatus us, ipſe natandi actus. Claud. libr. iij. Lucus erat prope flumen Athim quod candida profert Sæpe mari pulchroq; ſecat galathea natatu.
¶ Natatilis pe. cor. qui natat vel natare poteſt, ſicut volatilis qui volat vel volare poteſt. Aug. lib. xij. de ciuit. dei. Talẽ illi creauit animã qua per rationẽ & intelligẽtiã oĩbus eſſet p̃ſtantior aĩalibus terreſtribus & natatilibꝰ & volatilibꝰ quę mentem huiuſmodi non haberent.
¶ Natrix gñis maſ. & fœ. genus ſerpentis a nando qđ in aqua quoq; venenũ ſpargit, Priſ. lib. v. Natrix cũ ſpeciẽ anguis ſignificat maſculinũ quoq; inueniĩ, Cic. Cur oĩa noſtri cauſa cũ faceret tantam vim natricũ viperarũ q; Lucanus. Et natrix violator aquæ. Itẽ natrix hærba eſt cuius radix euulſa virus hirci redolet. Natrix quoq; mulier dici poteſt natans, ſicut natatrix.
¶ Natabula ab Apuleio dicuntur loca natationis.
¶ Natinationes negocioſi vocabantur, & natinatio negociatio. ℨ Naucratis ciuitas in ęgypto a Mileſijs appellatione indita auctor Stra.
¶ Nauis a gręco ναῦς cuius diminutiuum eſt nauicula, a quo fit nauicella.
¶ Nauale adiectiuũ, quod ad naues ꝑtinet. Vñ naualis corona qua donari qui ſolebat qui primꝰ in hoſtiũ nauẽ armatus tranſiliſſet. Hie. Qui nauali p̃lio dimicaturi ſũt
¶ Naualia in quibꝰ ſtant vel fieri ſolent naues. Verg. Diripiuntq; rates alij naualibus ire. Ouid. libro. iij. met. Haud aliter q̃ ſi ſiccum nauale tenerent.
¶ Nauarchus nauis princeps qui in naui nautis ĩperat q̃cũq; ad faciendã nauigationẽ, nec abſurde in triremibꝰ idẽ eſſe intelligiĩ qui comes. Cic. in ver. Sumptũ omnẽ in claſſem frumento ſtipendio cęteriſq; rebus nauarcho ſuo quęq; ciuitas ſemper dare ſolebat.
¶ Nauarchis, idis, nauis prętoria in qua eſt prętor.
¶ Nauclerus qui nauem regit, latine nauicularius diciĩ quaſi nauis cleros. i. ſors.
¶ Nauclerius a, ũ, qđ ad nauclerũ ꝑtinet. Plaut. in Aſ. Volo mei patris me ſimilẽ qui cauſa mea nauclerio ipſe ornatu ꝑ fallaciã quã amabã abduxit ab lenone mulierẽ
¶ Naucleriacus a, um, eiuſdẽ ſignificatiõis. Idẽ ĩ Mili. Facito vt venias huc ornatu naucleriac.
¶ Naumachia nauale bellum, ſeu naualis pugna. Interdũ accipiĩ ꝓ loco vbi fit pugna. Suet. in Tiberio. Semel triremi vſq; ad ꝓxios naumachię hortos ſubuectus eſt.
¶ Naumachiarij ſunt qui pręlium nauale committunt. Suet. in clau. Pro clamantibus naumachiarijs. Hi etiam Epibatæ dicuntur gręca voce.
¶ Nauigiũ nauis ductio quod & nauagiũ dĩ. Et nauigium oẽ genꝰ nauis quo nauigamus appellaĩ, nauis vero ſpẽs eſt. Col. Iãq; q ędificare velit fabros & architectos aduocẽt, q nauigia mari cõcredere gubernãdi peritos.
¶ Nauiger pe. cor. qui nauẽ ducit.
¶ Nauigo as, pe. cor. naui iter facio. Et dicimus nauigo mare. Ver. Gens inimica mihi tyrrhenũ nauigat æquor nauigo ĩ naui. Amb. Hec ergo non turbaĩ nauis in qua prudentia nauigat, nauigo ĩ mari. Ter. in an. Ego ĩ portu nauigo. Huiꝰ cõpoſitum eſt Enauigo quod eſt extra nauigo. Hie. ad Helio. Sed qm̃ ſcopuloſis locis enauigauit oĩo. Dicimuſq; hic fluuiꝰ enauigatꝰ ẽ. Pli. ix. Huius obiectu vaſtꝰ efficiĩ ſinꝰ. xij. dierũ & noctium remigio enauigatꝰ. ¶ Naupegꝰ. p. ꝓ. ὅτι ἑλληνικῶς λέγεται ναυπηγὸς φερνάος καὶ πήγνυμι, ῥῆμα ✣ Id eſt qđ gręce dĩ. Naupẽ

gus ex ναῦς nauis πήγνυμι verbum, ideſt figo cõglutino, ſignificat enim fabricatorem nauium.

¶ Nauta & nauita qui ſe in naui agenda exercet, & quicumq; in naui eſt nauis ducendæ gratia.

¶ Nauticus qui nauem gubernat. Plin. lib. ix. Q đ vbi videre nautici ſtatim plurib⁹ anchoris nauigia infrenãt.

Nauticus a, um, quod eſt nautarum. Vergi. libro. iij. nauticus exoritur vario certamine clamor.

※ Nauithalamus nauis põpatica qua potentiores oblectandi animi cauſa vtuntur ꝙ in ea thalam⁹ ad quieſcẽdum & menſa ad edendum poſita ſint. Hanc vulg⁹ Bucentaurũ vocat. Sueto. in Cæſ. Et eadẽ nauithalamoq; pene æthiopia tenus ægyptum penetrauit niſi exercitus ſequi recuſaſſet. Hęc a græcis thalamiphora vocaꝛ, & Thalamegos a Seneca nauis bene cubiculata.

¶ Nauiculor aris, proprie ocioſa nauicula vehor. Mar. piger lucrino nauiculatur in ſtagno.

¶ Naufragor pe. cor. deponens, & naufrago as, naufragium facio. Hierony. Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.

¶ Naufrag⁹ qui naufracta bona amiſit. Proper. Tetra venena bibẽs & naufragus ebibat vndas. Dicitur & vnda naufraga quę naues frangit.

¶ Naufragium nauis fractio, licet quandoq; pro nauigãdi periculo & quandoq; pro nauigationis damno & infortunio & iactura ſumatur.

¶ Naulum pretium quod ſoluitur pro vectura in naui. Iuue. Furor eſt per omnia perdere naulum.

¶ Nauia lignũ cauatum vt nauis quo in vindemijs vti ſolent.

※ Nautella nauis parua. Auguſt. de verbis domini. Audiu m⁹ nautellam periclitantem.

¶ Nautillus piſcis dictus ꝙ nauigantis effigiẽ habeat. ναυτίλλομαι enim apud Grecos ſignificat nauigo, ab alijs Pompilus vocatur. Eſt & nautillus nauta, nautilia nauigatio id eſt ars nauigandi.

¶ Nauſtibulum alueum ad nauis ſimilitudinem factum

¶ Nau⁹ celer, ſtrenu⁹, a nauium celeritate dict⁹, qui & gnau⁹ dr̃, cui⁹ cõtrariũ eſt ignau⁹, nauia nauitas gnauia ve celeritas ſtrenuitas. Vñ ignauia tarditas deſidia Interdũ nau⁹ dr̃ q̃ſi ſcĩ⁹ & optime noſcẽs. Col. li. viij. Si aũt vigilãs ipiger induſtrius nauus omnium quas paſcit.

¶ Nauo as, ſtudioſe ipleo do, cõfero, cũ effectu demonſtro id eſt adiumento ſũ. Cic. li. ij. de ora. Iã mihi videor nauaſſe operã, ꝙ huc veneri. Idẽ Appio pul. Illũ pugna & enitere neqd nobis tpis progeꝛ vt cũ tibi hic ſatis fecerem⁹, iſtic quoq; noſtram in te beniuolentiã nauare poſſimus. i. cõferre vel oſtendere. Tractũ verbũ a nautis cũ ſunt auxilio alijs in gubernãdis naub⁹, naues enĩ cũ ex naualib⁹ i mare deducũꝛ maxio hoim auxilio indigent

✠ Nautea herba granis nigra qua vtunꝛ coriarij, vel aqua coriariorũ, vel vt No. inquit aqua ex nauis ſentẽtia veniẽs plau. in Aſi. nauteã bibere mali ſi neceſſe ſit q ĩ lã oſcularier. Idẽ. Oĩm vnguẽtorũ odor p tuo nautea eſt

¶ Nauſea ſtomachi ad vomitũ ex grauiodore perturbatio a naui deductũ nomen ex cuius ſententia mouetur vomit⁹, Hyero. ad Furiã. Vſq; ad nauſeã ſaturata es. Hic Nauſeoſus a, um, quod nauſeam inducit. Plini. Radice craſſa madida nauſeoſa.

¶ Nauſeo as, nauſeã habeo, & vomitu infeſtor. Plau. i Amp. Laſſus ſum hercle naui vt vectus ſum huc, etiã nũc nauſeo. Cic. Fabio Gallo. Vidi me nauſeante, nõ mõ mittẽdi cauſam habuiſti, ſed etiã viſendi. eſt & nauſeor depo. Hier. Ex hac coturnice ſatiat⁹ Iſrael nauſeaꝛ

¶ Nauſio is, de grano fabæ dicitur cum naſcendi gratia ſe aperit & non ſit diſſimile nauis figurę.

¶ Nauci putamen nucis ſiue oliuę nucle⁹ ſeu mẽbranula q̃ i nucis iuglãdis medio eſt. Ponitur etiã ꝓ eo quod eſt nihil. Plaut. Qui homo timidus nõ erit in rebus dubijs nauci non erit. Dictũ nauci quaſi nuci a nuce.

※ Naucifacio non magis q̃ nauci apprecior.

¶ Nauſicaa Alcinoi phaecum regis filia. Mar. Si mihi nauſicaa patrios concederat hortos, Alcinoo poſſem dicere malo meos.

※ Naulũ ciuitas in Liguria portu ac turribus inclita, & vadorũ ſabatiorũ port⁹, a quo decẽ milib⁹ diſtat ſabatia.

¶ Nauſithous neptuni filius & pater Alcinoi.

¶ Naupõtus amnis q & Pãportus etiã a Strabone vocaꝛ. Amnis iqt pãport⁹ ex Illirio nauigabilis deferꝛ in Saluñ. Et alibi Iuxta naupõtũ amnis eſt Carcora excipiens cõmerciorũ onera. Hic i ſauũ ille i drauũ delabitur.

¶ Nauaria pars Hiſpanię ſeptẽtrionalis quę verſ⁹ Arcton vaſconibus adiacet, ad meridiẽ vero Taraconiam habet regionem.

¶ Naxos inſula in ægeo vna ex cycladibus cæteras ſuperãs. antea Strongile dcã. Hæc Dia poſtea appellata fuit. Verũ cũ Cares ex lamia profecti duce naxo eã occuparũt a duce naxõ appellarũt. Hãc Dionyſiã a vinearũ fertilitate dici ſcribit. Pli. Vel quia vt alij volunt, ſolæ naxiæ mulieres octauo mẽſe pariant, quoto & liber pater natus crediꝛ. Siue quia fons in ea vino fluat. Diſtat a delo ſeptẽ milib⁹. hic naxi⁹, a ũ. vñ naxi⁹ ardor apd col. quo ſignaꝛ bacchi coronę ſyd⁹, nã vt ferũt poetę in inſula naxo relicta Ariadnę a Theſeo nuptias cũ Baccho fecit, donataq; corona inter ſydera relata fuit

¶ Nazareus cõſecrat⁹ diciꝛ, & a nazareth nazarenus. Chriſtus filius Marię. de qua Anaſtaſi⁹ feruẽti orõne dicebat μαρία χαῖρε ὅτι ὑπάρχεις βασιλέως καθέδρα χαῖρε ὅτι βαστάζεις τὸν βαστάζοντα πάντα. ✠. i. Salue Maria qm̃ es reges cathedra, ſalue quoniã geris geſtãtem omnia.

## N ANTE E

NE dehortatiuũ ſeu prohibitiuũ aduerbiũ eſt. Ver. Tu ne cede malis, ſed cõtra audẽtior ito. Quando q; eſt cõiũctio copulatiua, & ponitur ꝓ neq;. Cice. ne dici quidẽ opus eſt q̃ta dimicatione ciuiũ. Quãdoq; adiunctiua. Mar. Lex hęc carminibus data eſt iocoſis ne poſſint niſi pruriant iuuare. Quãdoq; rationalis pro ergo. Verg. Me ne incœpto deſiſtere victam? Qñq; cauſalis. Idem. ne recipi portis aut duci in mœnia poſſit. id eſt vt non. Qñq; poniꝛ pro vt. Cic. Curioni. Vt non vereremur ne nimis cito mitteremus. Idẽ. ne amicis nihil tribuamus epulamur. i. vt ẽt amicis aliquid tribuamus epulamur. Quandoque ſignificat non. Teren. in And. Ego id agã mihi qui ne detur. Qñq; nedũ. Idẽ. ne vacuum eſſe nunc me ad narrandũ credas. Plerunq; dubitatiua. Ver. Iuſtitiæ ne pri⁹ mirer belli ne laborũ. Apud oratores plærũq; vna ſola eſt & ſẽp in prima parte locaꝛ vt bon⁹ ne eſt an mal⁹. Aliqñ etiã ſic. Eundũ mihi nec ne ſit ignoro. Et per interrogationẽ. Cice. Verũ vultis prætori Flacco necne. i. an nõ. Quidã ſuperuacuũ addũt alterũ an, hoc modo, neſcio an benefaciã necne. Qñq; cõfirmatiua. Verg. Tãta ne me tenuit viuendi nate voluptas. Vt ꝓ me hoſtili paterer ſuccedere dextrę. Quo tñ in loco quidã (quos quãtitas reprobat, nã ne illic corripitur vt notũ eſt) exponũt ne pro vtiq; cũ diph. ſcribẽtes. Qñq; interrogatiua eſt. Ter. Ego ne? Tu ergo. Qñq; vim interrogãdi, & dubitãdi ſimul. Idem. Datur ne illa hodie Pãphilo nuptũ? Qñq; vim diminutiuã habet & pro ſaltẽ poniꝛ. Sal. Secũdæ res ſapiẽtũ aĩos fatigant ne illi corruptis morib⁹ victori tẽperẽt At ne cum dipth. grçca dictio ẽ q̃ ꝓ ai ſcribiꝛ & ſignaficat valde vehemẽter nimis Ter. Faciũt ne itelligẽdo, vt nihil intelligant quaſi ꝙ q magis q̃ op⁹ ſit aliquid vel inquirunt vel ſpeculanꝛ, in eorũ numero ſunt habendi qui nihil itelligũt. Aliquãdo ſignificat certe vel vtiq; pfecto vel ita etiam Et hoc p ronũ Ci. Curio. Incredibile q̃ turpiter mihi facẽ videar q hisreb⁹ ẽterſim, ne tu videris multo ãte puidiſſe quid impẽderet. Idẽ. Treba. Ne ego multo libẽti emerĩ diuerſoriũ Tarracinę. Idẽ ne illi vehemẽter errãt. Affirmat enĩ illos vehemẽter errare. Hor. Clar⁹ erit fortis iuſt⁹ ſapiẽs nę etiã rex. Cõpoſita a ne aduerbio negãdi ſunt, nec neq; neq̃ cũ ei⁹ deriuatis, neqcq̃, neutiq;



q̃, neutiq; nequaq̃, necubi, nedũ, & alia. Sciẽdũ ꝙ recte dicitur. Vereor ne hic moriatur, vel vt moriatur, vt moriatur, vel, vt ne moriatur, pro vt non moriatur. Hiero. in Gen̄. Timeo ne putet me tibi voluiſſe illudere. Cic. Metuo vt ne pereat Teren. Apprime in vita vtile vt ne quid nimis pro vt nõquid. Preterea iter ne & quiddã ſemper aliquid inter ponendũ eſt, & tunc ſignificat nec

¶ Ne viuam iurantis eſt, id eſt moriar Cic. Sed ne viuã ſi tibi concedo.

¶ Nea inſula. Pli. li. ij. de inſulis innatis. Inter Lemnum & Heleſpontum nea.

¶ Neapolis ciuitas quã Chalcidẽſes cõdiderũt, q̃ſi noua ciuitas. Phartenope a tumulo Syrenis appellata. Suidas νεάπολις πόλις ἰταλικὴ διασήμῳ, ἐν ᾗ παρθενόπης τῆς σειρῆνος ἄγαλμα ... καὶ πολλαὶ νεαπόλεις. ✠. i. Neapolis ciuitas illuſtris Italiæ in qua Parthenopes extructa eſt Sirenis ſtatua. Sũt aliç multę neapoles. ※ Hic neapolitanus a, um, qui ex neapoli eſt.

¶ Nebula ſic differt a nube, ꝙ nebula vapor ſit e terra atq; aqs ſurgẽs, q̃ ſiue ſtati euaneſcit, ſiue i altũ ſublata cõuertiꝛ in nubẽ, nubes quocũq; tẽpore fieri poſſunt. Nebulę nec æſtate calida, nec nimio frigore exiſtunt.

¶ Nebulariũ ędificiũ a ſubijciẽda meſſe p nubilũ tẽp⁹

¶ Nebulones & tenebriones dicti ſunt nugatores vani nullius pretij homines qui mendacijs & aſtutijs ſuis nebulam quandam & tenebras obijciant, vel ꝙ ad fugam fugitiuis nebulę ſunt accommodatæ. Lucil. Nugator quidam ac nebulo ſit maximus multo.

¶ Nebrides pe. cor. damarũ ſeu ceruoꝝ pelles qb⁹ vti veteres i bacchi ſacris ſolebãt, νεβρὸς eidama ſeu ceru⁹ ẽ

✠ Nebrides eſt etiã gẽmę ſpecies (ſed tũc ſigularis eſt nũeri) Liberopatri ſacra, a nebridũ pellium ſimilitudine cc.

¶ Nebrodes mons in Cicilia cui damarum copia nomen dedit.

¶ Nec & neq; cõiunctiones diſtinctę, vt nec vel neq; lego nec ſcribo. Nõnũquã ſignificat nõ, vt nec video quorſum res euadat, ſed differunt ꝙ nõ negat ſolũ nec & neq; negant & copulant. Aliqñ Saltem, vt nec quidẽ punctum temporis. Reſoluuntur interdũ in copulatiuã &, vt non feci hoc necfacerẽ. i. & nõ facerẽ. Sed ſi ſequatur enim vim ſimplicis negationis habet, vt nec enim id facerem, i. non enim id facerem. Qñq; ſignificat etiã Quintil. Perſolui gratia nõ poteſt nec malo patri. i. etiã malo patri. Factũ eſt autem nec a neq; per apocopẽ extremarum vocalium. Et quia in fineſyllabę. q ſcribi non poterat tranſiuit in c. nam c. & q. affines literę ſunt.

✠ Necdum non adhuc, Cc.

✠ Nec enim ſimplicis negationis vim habet, vt nec enim id facerem. i. non enim. Cc.

¶ Neceſſe ſiue neceſſũ dr̃ qđ vi aliqua cogẽte fieri op⁹ eſt a ceſſo verbo deductum, quia non ſit in eo ceſſandũ. Et declinanꝛ hic & hęc neceſſis & hoc neceſſe, & neceſſus, ſa, ſum, a quo neceſſitas, neceſſitudo neceſſarius.

¶ Neceſſitas vis ipſa quę cogit, vt neceſſitas mihi iciũbit eũdi Mutinã. Aliqñ appellatiõe neceſſitatis ius qđ dã & vinculũ religioſę cõiunctionis familiaritatis ve ſignificaꝛ. Ceſar. Equidẽ mihi videor pro noſtra neceſſitate non labore, nõ opera nõ iduſtria de fuiſſe. Significat eñ hic cõiunctionem ſanguinis vel amoris, hoc eſt affinitatem vel ſtrictam amicitiã. Idẽ ſignificat neceſſitudo. Sal. in Iug. Coact⁹ rerũ neceſſitudine ſtatuit armis certare. Cic. vero ait ſibi cum equitibus Romanis neceſſitudinẽ eſſe. Aliquando neceſſitudo ponitur pro neceſſario. i. cognato vel affine. Suet. in Augu. Remiſit tamẽ hoſti iudicato neceſſitudines amicoſq; omnes.

¶ Neceſſitudo. Vide in dictione neceſſitas.

¶ Neceſſarius, a, um, dicitur illud ſiue quo fieri non poteſt vt neceſſarius eſt mihi aduentus tuus. Hinc ſit neceſſario aduerbium.

¶ Neceſſarij dñr cognati vl' affines vl' amici & hi qbus vti familiariter ſolem⁹, ꝙ nulla inter eos ceſſatio. i. ſeparatio ſit, vel ꝙ neceſſaria inter eos officia conferantur.

✠ Necim veteres dixere ꝓ nec eum & necũ quem pro nec vnquam quemq;. Cc.

✠ Necne negandi aduerbium eſt. Cc.

¶ Neco as, aui, atũ, ferro iterrimo. Liui. lib. i. Obrutã armis necauere Neco as, cui, ctũ, alia vi. Diom. Neco cui, veruntamẽ & necaui legim⁹, vt nectus & necatus. Et hoc differre volunt, necũ q̃ſi ſuffocaui, necaui quaſi ferro occidi. Vñ necẽ cędẽ appellam⁹. Sic & Priſc. ſẽtit. Sed ambo fallũtur, qñquidẽ oſtẽdere licet necaui & necatus de quacũq; morte dici, Aug. li. i. de ci. dei. Omnes enĩ quos fames necauit malis vitę hui⁹ ſicut morb⁹ corporis eripuit Quos aũt nõ necauit docuit parci⁹ viuere, docuit producti⁹ ieiunare. Quin. li. iij. Hic adulter loris cęſus aut fame necat⁹. Ci. lib. iij. ad Heren. Si accuſator dixerit ab reo hominẽ veneno necatũ nec de hoĩe tãtũ dr̃, ſed de alijs quoq;. Col. li. ij. Sic oẽs radices herbariũ ꝓpter ę necaꝛ, nectus tamen ſẽper ſine ferro dicitur. Liuius libro xxj. Fame, frigore, illuuie, ſqualore enecti. Huius verbi compoſita ſunt Eneco ſuffoco. Plautus in Amph. Puer ambos angues enecat. Hora. li. j. epiſtolarum. Spem mentita leges, hos eſt enectus arando Inter neco & perneco. Et habent pe. cor.

¶ Necromãtia pe. acuta, diuinatio q̃ ſit per cadauera. vt apd Lu. cũ mortu⁹ ſuſcitat⁹ euẽtũ belli pharſalici Sex Põpeio pdicit νεκρὸς eñ mortu⁹ dicitur necron cadauer necroſis mortificatio, μαντεία diuinatio. vnde Stra. ſigna fictilia que corintho euerſa Romam impleuere nea crocorinthios id eſt corinthiorũ defũctos vocata ſcribit.

¶ Necromãtici ſũt quorũ icãtamẽtis videꝛ reſuſcitari mortui. Horũ ſacroũ duo ſunt genera, necyomantia, & Sciomãtia, necyomãtia ad eleuãdũ cadauer ſanguis eſt neceſſarius, in Sciomantia, vmbræ tantũ eſt euocatio.

¶ Necto is, nexui, & xi, xũ, ligo iũgo. Ver. li. v. Et palmas ãborũ innexuit armis. Properti⁹. At tibi qui noſtro nexiſti rætia lecto. Hui⁹ cõpoſita ſũt Annecto quod eſt ad aliquid necto, ſiue iuſta necto, ſub iũgo. Hierony. ad dama. Q đ mihi videꝛ annexui, id eſt ſubiunxi. Colu. libro, v. At ſi regionis cõditio permittit de veterib⁹ haſtilia quib⁹ ãnectãꝛ ſingula trãſuerſe perticæ alligãꝛ. Cõnecto ſimul necto. Idẽ codẽ. Eaq; vel ſaligneis perticis vel cõpluribus quaſi faſciculis arũdinũ cõnectuntur. Innecto intus necto catena. Claud. libro ſecũdo. Mutuaq; alternis inectite colla lacertis, id eſt cõplectimini. Internecto. Vergilius. libro ſexto. Vt ſibula veſtem Auro internectat lyciam vt gerat ipſe pharetram. Obnecto obligo. Subnecto ſubiungo. Ver. Aurea ſubnectans exertæ cingula mammæ.

¶ Nectar grecum eſt & deorum potio dici poteſt. Quo etiam nomine immortalitas deſignatur, ab ve quod priuationem ſignificat & κτείνω occido. Inde ſit nectareus a, um, pro diuino & immortali.

¶ Necubi pro ne alicubi. id eſt vt non aliquo loco, & ſẽper duo verba poſtulat, vt iuſſi necubi mihi pręſto ſis, id eſt ne in vllo loco ſis.

¶ Necunde. i. ne ex aliquo loco.

¶ Necya quaſi mortuaria reſq; funebris & ad mortuos pertinens. Eſt enim euocatio manium, quę & necromãtia quaſi diuinatio per mortuum dicitur. Apud Homerum in odyſ. ab Vlyſſe euocatio manium ſacro magico i ſcrobe procurato νεκυία grçce, latine mortuus.

※ Necepſo nomẽ auctoris de quo Firmic⁹. li. viij. ſic iqt hunc locum diuinus ille necepſo, vt remedia valitudinum inueniret diligentiſſime quidem vt diuinum tanti viri potuit ingeniũ manifeſtis tractatib⁹ explicatus eſt.

✠ Necydalus bombycis genus. Cc.

¶ Nedũ ſignificat nõ ſolũ, & duob⁹ mod⁹ accipi ſolet. Vno cũ vtraq; ſẽtẽtia eodẽ claudim⁹ verbo, vt ſũderẽ pro te ſanguinẽ nedũ pecuniã Altero cum ſuum vtriq; ſẽtẽtię verbũ accõmodamus, vt ſũderem pro te ſangui

nem nedũ tibi pecuniam crederẽ. Negatiue ſic, Nõ fũderẽ pro te obolũ, nedũ pro te ſanguinem non funderẽ.

¶ Nefarij ſceleſti ſacrilegi, a farre deductum nomẽ quo ſcelerati quaſi vita vti non debent. Et inde qui indigni ſunt vt viuant nefarij vocantur. Quidam etiam a faris verbo deriuant. Aſc. ſcribit nefarium quod ſacra polluit farre pio ſolita celebrati, ergo nefarij ſacrilegi.

✥ Nefas impium & execrabile. Cc.

✥ Nefaſti dies quibus non licet ius fari. Oui. Ille nefaſtus erit per quem tria verba ſilentur. Cc.

¶ Nomẽ quaſi nouimẽ a noſco, quia notitiam facit, nã per id quicquid nominamus agnoſcitur. Vel nomen dicitur notamẽ aut a græco quod eſt ὄνομα abiecta o. Et habet multas ſignificationes quarũ vna talis eſt quæ ĩ eſt appellationi rerũ oĩm. Eſt enim nomẽ propriũ vocabulũ ſingulorũ. Ver. Cui noĩa mille, mille nocendi artes. Idem nomen aui referens, Priamus. Verba autem nr̃a rerum nomina ſunt vt Salio Curro. Vtiq; his omnibus nominibus res ſignificantur. Vnde is ſapientiſſimus iudicatus eſt qui rebus nomina impoſuit. Vnde omne qđ loquimur id eſt omnes partes orationis rerum nomina ſunt. Alia nominis ſignificantia eſt qua vnam partem orationis ex octo videmus eſſe ſignatam, vt nomen ꝓnomen, verbũ. Tertia mominis proprij vt hominis & deorum. Quarta quadripartita eſt qua vna quæq; perſona ſine alterius communione ſignificatur. Quod Cicero lib. Rhe. ſic diffinit, nomen eſt quod vnicuiq; perſonę attribuitur quo quæq; ſuo proprio & certo vocabulo appelletur. Ergo vt proprium perſonæ hoc nomen & certũ ſit per quatuor tẽdit. Prenomẽ. Nomẽ. Cognomẽ & Agnomen, Prenomen interdũ vna, interdum duabꝰ interdũ tribus literis continet. C. Caius. Gn. Gneus. Sex Sextus. Fuitq; nonnulla ratio prenominis. nã & Quitũ ideo dixerũt ꝙ quinto fortaſſis loco natꝰ eſſet. Luciũ ꝙ ĩitio lucis exortꝰ. Gneneũ a corp̃is effigie Cognomẽ maiorum eſt tractum ex familia vel ſanguine vt Cornelius ex cornelijs. nomen autẽ ꝓprium perſonę eſt qđ ꝓpriũ gentilium hoc eſt qđ originem gentis vel familię declarat. vt Cicero Scipio. Agnomen extrinſecus venit. Et hoc tribus modis. Aut ex animo, vt ſuperbus piꝰ. Aut ex corpore, vt Craſſus pulcher. Aut ex fortuna, vt Africanꝰ. Gothicus. Aſianꝰ numantinꝰ a deuictis gentibus ſed hoc raro vſurpatur. Cognomẽ namq; ſiue cognomẽtũ potiuſq̃ agnomẽ dicitur. Cic. Scipio ille cui Africano fuit cognomen Idẽ. Teq; nõ cognomẽ ſolũ Athenis deportaſſe ſed humanitatẽ & prudẽtiã ĩtelligo. His qnatuor partibus perſonæ ꝓpriũ & certũ nomen includitur. vt Publiꝰ prenomẽ. nomẽ Scipio Corenelius cognomẽ Africanꝰ agnomẽ. Qui autem prenomen nomen & cognomẽ tantum ponunt, dicunt Publius prenomen eſſe Cornelius nomen Scipio cognomen. Et nomen quidẽ atq; cognomẽ oĩm eiuſdem familię cõmune erat, prenomen vero tantum ſingulorꝫ. Et ideo propriũ nomẽ quo ſe inuicem gẽtiles vocabant. Vt pr̃ appellabat ex duobus filijs alterũ Publiũ alterũ Lucium nec aliter inter ſe fratres ipſi vocabãt Quidã etiã a veſtimẽto cognomen ſortiti ſunt. vt Antonius Caracalla. Quidã a pecore minori vt Porcius, Scropha. Quidã a pecore maiori. vt Equtius. Taurus. Quidã a piſcibus vt Sergius orata. Muræna. Quidã ab arboribus, vt Fronditius. Quidã ab ea re q̃ optime ſererẽt, vt Fab. Lẽtulꝰ. Ci. A pinſẽdo Pilũnis qui primus pilũ inuenit & multa huiuſmodi. Eſt quãdo nomẽ pro decore cognatione & dignitate ponat. Verg. Auulſumq; humeris caput & ſine noĩe corpus. Interdũ pro generoſitate Idẽ lib. ij. Georg. Aut pomis ſua noĩa ſeruãt. Interdũ pro nobilitate gñis, ex qua fit nomẽ qđ famam ſignificat. Idẽ & nos aliquod nomenq; decuſque geſſimus. Et illud Melius eſt nomen bonũ quã diuitiæ multę. Interdũ pro gente. Verg. noſtrũq; in nomẽ ituras Interdũ pro debitore ſeu debito aut credito quod fœnerauimus. qm̃ nomina eorꝫ qui vſuras ſolituri erãt in calendario fœneratoris ſcribebant. Et ſimili modo quicũq; aliquid debebat. Cic. Lentulo. Vt bonũ nomẽ exiſtimet adeptꝰ. i. bonus debitor. Sue. Et quę in ſingulos annos ſtipendij nomina impoſuit.

☿ Aſco. Tituli debitorum nomina dñr prefertim in his debitis in quibꝰ hominũ nomina ſcripta ſunt, quibꝰ pecuniæ cõmendatæ ſunt. nomẽ & aduerbiũ plærũq; trãſeunt in ſe, vt Toruumq; id eſt torue. Itẽ aduerbium ĩ nomẽ, vt dũ mane nouũ accepta declinatione factum eſt nomẽ. Sic Perſi. Iam cras heſternũ cõſũpſimꝰ ecce alĩđ cras. Sed nomẽ quum aduerbiũ cœpit, eſſe fit ĩdeclinabile aduerbium quin nomẽ eſſe cœperit, declinat. Quũ enim in alienũ ius tranſeũt. Hæ partes nõ ſuis ſed earũ ad quas tranſeũt vtunt poteſtatibus dumtaxat in declinatione nã tẽporum rationẽ ſuam reſeruãt, vt apđ Ver. lib. iij. Muta tranſuerſa fremũt. nã tranſuerſa quum aduerbium ſit a tñ breuis eſt, quia venit ex nomine licet duæ conſonantes ſequantur, quum ſciamꝰ in a terminata aduerbia longa eſſe.

☿ Nomina ꝑ diuerſos caſus loco aduerbiorũ ponuntur per nominatiuũ, vt fors pro forte, recens pro recẽter, ꝑ genitiuũ militiæ pro militia, per datiuũ, vt veſperi ruri ſorti per ſortem.

¶ Nomino as, appello, nomẽ impono. Lactã. lib. iiij. Si autẽ diuinus nõ ſit ne deꝰ quidẽ ſit vnde ipſa diuinitas nominatur. Hinc Denomino quod idẽ eſt qđ noĩo ſeu nomẽ alicus habeo. Col. lib. iiij. Quippe vniuerſę regiones regionũq; ſingulę pene ꝑtes habent propria vitium genera quę conſuetudine ſua denominant.

¶ Nominatim per ſingulorũ nomina. Plin. Cum villico oẽs nominatim aſſignati eſſent. Dicitur tñ & de vno vt tenens cruẽtum pugionẽ Brutꝰ nominatim Ciceronem inclamauit. Cic. lib. iij. offi. Quicquid eñ eſt in prædio, vitij id ſtatuerũt ſi venditor ſciret niſi nominatim dictũ eſſet preſtari oportere.

¶ Nomẽclator, a nomine calendo id eſt vocando q memoriter vnũquẽq; nominatim vocare didicit, vt puta in foro reos, in conuiuio cõuiuas. Apule. Et ad nomẽclatorem mox citari venerũt. Horũ opera vtebant potiſſimũ candidati, vt ſibi in prenſando ſuffragatores noĩa ciuiũ ſuggerent. Vnde laudat Cato ꝙ legẽ ſeruauerit quę cãdidato nomenclatores adeſſe vetat vt per ſeipſum ſine nomenclatore nominatim ſalutaret ciues Romanos. & fartores quoq; dicebantur, quia ſalutatorum nomina vt ait Feſtus velut infarcirent petitorũ auribꝰ, hinc nomẽclatio & nomẽclatura pro nũcupatione & nominatione. Col. li. iiij. Quare prudẽtis magiſtri eſt eiuſdẽ nomẽclatiõis aucupio quo potiri nequeat ſtudioſos nõ demorari. Pli. lib. ij. Iouẽ quidẽ aut mercuriũ aliterve alios inter ſe vocari & eſſe cœleſtis nomenclaturę.

✣ Nomiſma. Vide nummus.

✣ Nomus dictus eſt Apollo, hoc eſt paſtor, non eſt officio paſtorali, ſed quia ſol paſcit omnia quæ in terris giguntur. Cc.

¶ Nomos latine lex dicitur.

¶ Nomodictates qui legem docet.

¶ Nomophylaces legũ cuſtodes & ſeruatores, ἀπὸ τοῦ νόμου a lege φύλαξ cuſtos Col. li. xij. nõ ſatis viſum eſt bonas leges habere, niſi cuſtodes earũ diligẽtiſſimos ciues creaſſent, quos Greci nomophylacas appellant. Nomothetę latine legiferi dicũtur. Vnde Solon nomothetes dictus.

¶ Nomentum opidũ in latio nõ procul ab vrbe Roma. Martia. Si vicina tibi nomẽto rura coluntur hinc nomẽtana via Romę qua itur nomentũ. & nomentani qui nomentum habitant.

¶ Non negatiua dictio accomodari poteſt ĩdicatiuo, vt nõ tulit Antigenes. Optatiuo. non mihi ſi centum linguæ ſint oraq; centũ. Subiũctiuo, vt nõ illa quiſquã me naue per altũ. Ire neq; a terra moueat cõuellere funem. Quæ ſi negationi preponatur affirmat. vt non nihil tibi debeo. i. aliquid tibi debeo. Cũ vero poſtponit magis affirmat q̃ ſi præponeret, vt ſi dixero nihil nõ tibi debeo Significat enim oẽ tibi debeo. Ouid. lib. iij. faſt. Multa tibi memores nil non debemꝰ Eliſe. i. debemus multa tibi cũ fueris de nobis merita ſed Eliſę. i. debemus omnia

¶ Non modo ſignificat non ſolũ, vt nõ modo te diligo, ſex etiam amo. Qñq; ponit pro nedũ. Trebonius. Cice. non enim neſcis quanti te faciã, & quã pro veterrimo amore omnibus tuis etiam minimis commodis nõ modo tanto bono gaudeam.

¶ Nonnunq̃ ſignificat Aliquando.

✣ Non autem recte dicimus, at non dicimus non vero, vt amicus cęſaris ſum non autem aſſentator, vel aſſentator vero non Cc.

✣ Non ita pridem, hoc eſt nõ multo tempore ante. Cc.

✣ Non ſobrius pro ebrio accipitur. Martia. Et non ſobria verba ſubnotaſti. Cc.

✣ Non tacenda pro laudanda capitur eleganter. Cc.

✣ Nona vna ex Parcis, latini nonam decimam & mortẽ Parcas dixere, de quibus Gel. lib. iij. Cap. xvj. Cc.

✣ Nongeni pro noningeni. Cc.

✣ Nonnullus aliquis. Cc.

¶ Nonę, quaſi nouę ꝓpter initiũ obſeruatiõis. Vel ꝙ ab eo die ſemp ad Idus nouẽ dies putẽtur, ſicut apđ Tuſcos ꝙ hi nono quoq; die regẽ ſuũ ſalutabãt & de ꝓprijs negocijs cõſulebãt. Vel ideo nonę dictę ſũt ꝙ ante diẽ nonũ ſunt. ſiue a noua luna cũ pontifex eo die nouã lunã obſeruaret, & viſã regi ſacrificulorum indicabat.

¶ Nonacris locꝰ in Arcadia. Victru. Eſt in Arcadia nonacris nominata quę habet in montibus ſtillantes ex ſaxo frigidiſſimos humores hęc autem aqua Stygos hydor appellat. qua neq; argenteum neq; ęneũ neq; ferreũ vas poteſt ſubſiſtere, ſed diſſilit ac diſſipatur. Cõſeruare aũt eã & cõtinere niſi vngula mulina nil poteſt.

¶ Normãnia regio gallię vltra Seq̃uanã flumẽ, q̃ a Ga

rolo magno deuicta fidẽ chrianã ſuſcepit.

¶ Norvvegia regio ĩ Europa Septẽtrionali verſꝰ oceanum Germanicum ſita.

¶ Norma fabrorum inſtrumentũ habens duo latera quo omnia dirigũt mentiunturq; quæ & Regula dicitur. Vñ ꝙ recta dimenſaq; ſunt normã habere dñr. Cic. in Lẽtulo. nunq̃ ego dicã. C. Fabriciũ. M. Curiũ. Tulliũ Corũcanum quos ſapientes maiores noſtri iudicabãt ad iſtorũ normã fuiſſe ſapientes. per tranſlationem vero ponitur pro recta vitę via. Hiero. diminutiuo vſus eſt. Si qd in hac normula apoſtolicæ vitę & religionis diſpenſatiõe correctiõe vel mutatione indiget epiſcopo veſtro committo. A norma fiunt adiectiua Abnorme & Enorme.

¶ Normatus, a, um, quod eſt regulatũ & directũ. Colu. libr. iiij. Antiquam illam ciconiam infixus vt tanq̃ ſuppoſito vſi ad perpendiculum normata inſiſteret.

¶ Nortiũ pe. cor. regio in Europa. vt lib. ij. ſcribit. Ptolo. Limites habet ab occaſu Enum fluuium, qui medius eſt inter Vindelicos & noricos. A ſeptẽtrione danubiũ. ab ortu ſolis montẽ Ceciũ qui Pannoniã ſuperiorem determinat a norico. A meridie montẽ Curuancam qui eſt ſup Iſtriã. Eã nũc regionẽ plęriq; Bauariam appellant. Vnde fit noricꝰ a, um. Hora. li. j. car. Quas neq; noricus deterreret enſis.

¶ Noſos græce, latine morbus noſema, matis morbus ęgritudo. noſeo ęgroto. noſemus ęgrotus. noſematicus valitudinarius.

¶ Noſocomion hoſpitale languentiũ, villa & domicilium ad quod diuertunt ægrotantes pauperes. Hiero. ad Oceanũ. Cẽſum quẽ habere poterat diſtribuit, dilapidauit, ac vendidit & in pecuniã congregatum vſibus pauperum pręparauit. Et primo omniũ noſocomiõ ideſt lãguentiũ villã inſtituit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & conſumpta languoribus atq; inedia miſeroꝝ membra refoueret.

¶ Noſco is, ui, tum, qđ & gnoſco dicit̃. Vnde agnoſco & cognoſco & ignoſco. Significat autẽ noſcere vltra notam ſignificationẽ charum habere. Verg. lib. iiij. Geor. Et patriã ſolę & certos nouere penates. Habet & alia cõpoſita, vt Dignoſco, Internoſco ĩter alios noſco. Cic. in Lęl. Secerni autẽ blãdus amicus a vero & internoſci tã poteſt adhibita diligẽtia. Pernoſco pfecte noſco. Col. lib. vij. Itaq; ſicut veteres Romani pręceperũt, ipſe quoq; cenſeo tam pecorũ quam agrorũ cultum pernoſce. Fit autẽ noſco a gręco. nã græci γνώσκειν dicunt cognoſcere γνῶσον cognitum. γνῶσιν notitiã πρoγνῶσμα ſigna. Hinc latini veteres non noſco ſed gnoſco dicebant. & gnotũ cognitum. & gnoto pro ſcio.

☧ Noſcentia, tię. idẽ eſt qđ notio. Vñ dinoſcentia. Aug. lib. de arbore boni, & mali ſcriptum eſt in illa arbore fuiſſe dinoſcentiam boni, & mali.

¶ Noſcito as. pe. cor. freq̃ntatiuũ a noſco. Plau. in Ciſ. nũc veſtigia ſiqua ſunt noſcitabo. Liu. li. iij. Circũſpectare oĩbus foribus ſenatorẽ, raroq; vſquam noſcitare.

¶ Noto as, eſt frequẽtiuũ a noſco. Priſcia. In quo ſimiliter eſt notandũ ꝙ cum a notu ſit deriuatũ corripuit tamen penult. nec mirũ. Compoſita enim a motus mutãt o, in i, cor. vt Agnitus cognitus, cũ ignotꝰ ſeruauerit o. Eſt autẽ notare animaduertere. Lact. lib. ij. Curſus ſyderũ & defectus notauerũt. per tranſlationẽ ſcripſit. Cice. Aulo Ceci. Deĩde vt eam in ciuitatem boni viri & boni ciues nulla ignominia notati non reuertant̃ in quam tot ſcelerum condemnati reuerterũt. Sumit̃ qñq; ꝓ intitulare ĩſcribere. Hiero. in ꝓlo. ſup Salo. In prouerbijs notãtur prouerbia Salomo. Qñq; pro facere. Lact. li. iiij. Qui ſignũ hoc veri & diuini ſãguinis ĩ ſummo corporis ſui notauerũt. Poteſt etiã dici a nota deriuatiuũ vt ſit notare ſignũ notãve apponere. Iuue. Sed quæ Fabritius cẽſor notet. Lact. lib. iiij. ꝓprie. Cuius rei figuram etiã Iudęi nũc exhibẽt cũ limina ſua cruore agni notãt. Et notare eſt ab alio dictata cõſcribere. Vnde qui dictat ſcriptor. Qui vero ſcribit notarius appellatur. Itẽ notare, ignominia afficere. Cic. Sed notandã putaui libidinẽ nimiã. Cõpoſita huiꝰ verbi ſunt Annoto, Cõnoto, Denoto, Prænoto, antenoto ſeu ante ſigno. Subnoto. Marti. Et nõ ſobria verba ſubnotaſti habentq; pe. cor.

¶ Notę vocant̃ vulgo zipheræ quas teſte Euſebio primꝰ Tiro Cicero. libertus inuenit. Suet. de Cęſa. Extant & ad Ciceronẽ, itẽ ad familiares domeſticos de rebus in quibus ſiqua occultius pferenda erant per notas ſcripſit hoc eſt ſic ſtructo literarũ ordine vt nullũ verbum effici poſſet. quę ſi quis inueſtigare & pſequi vellet quartam elementorũ literã. i. d, pro a, & perinde reliquas cõmutet. Gel. de notis Cęſaris ſic ſcribit. In epiſtolis Cęſaris inueniũtur lr̃æ ſingularię ſine coagmentis ſyllabarũ ex quibus verba confici nulla poſſũt, Curiꝰ Ci. ꝓ ſcriptura poſuit. Quare mi Cicero pſeuera cõſtãter nos cõſeruare Et Sulpitio ſucceſſeri nos meliori nota cõmenda. Qñq; nota dicit̃ ſignũ ſeu macula qua res ipſa notatur. Eſtq; tã in animo q̃ in corpore. De corpore. Verg. lib. iij. Georg Cõtinuo notas & noĩa gentis inurũt. Vnde genitiuę notę dñr ſigna cũ quibus ex vtero materno infantes egrediũtur. Cũ ad animũ refertur & in bonũ & in malũ ſumi poteſt. Ad laudẽ Ouid. retulit cũ ait. Ille numãtina traxit ab vrbe notã. Ad ignominiam ſiue probrũ. Suet. Varijs affectus notis. Cic. lib. iij. offic. O turpẽ notã temporũ. Inde notare ignominia afficere. Hora. Multa cum libertate notabãt. Huiꝰ diminu. eſt notula. a quo fit aliud diminutiuum notella.

¶ Notabilis qui noſci poteſt. Col. li. iiij. neq; filiorũ notabile gerit id eſt per quod noſci crebro poſſit. Quintil. Macie notabilis pallor deformis.

¶ Notarius a notis dictus eſt. id eſt literis vel zipheris qui per notas quaſdam multarum literarum vim habentes dicta colligunt.

¶ Noteo notes tui. a quo noteſco notꝰ fio. Lactã. lib. j. Quod qa fieri non potuit vt huiuſmodi per ſeipſum ratio diuina noteſceret, nõ eſt paſſus hominẽ diutius errare. Proper. Nec minus hęc noſtri noteſcet fama ſepulchri. Hĩc fit ĩnoteſco. Lactã. li. v. Deniq; a doctis huius ſęculi quibꝰ forte ſcripta eiꝰ innotuerũt, irrideri ſolent id eſt nota & manifeſta facta fuerũt. Cypria. vero ĩ epl̃a ad pſbyteros. Innoteſcere ꝓ notũ facere poſuit cũ ait. Vos curate vt ſcripta nr̃a & illoꝝ reſcripta fr̃ibꝰ nr̃is innoteſcatis. ✣ Notia gẽmę ſpẽs quã nõnulli ombriã vocant. Cc. ✣ Notiꝰ ſiue notꝰ vnꝰ ex piſcibus ſigni cœleſtis. Cc. ¶ Notifico as. notum facio. Ouid. lib. de Pom. Atq; modum pœnæ notificare velis.

¶ Notio cognitio. Demõſtratio maneſeſtatio. Ci. li. iij. of. Explica atq; excute ĩtelligẽtiã ſuã, vt videas quæ ſit in ea ſpẽs, forma & notio boni viri. Proprie aũt Boet. cõmẽtario. iij. top. notio intellectꝰ eſt quidã & ſimplex mẽtis cõceptio q̃ ad res plures ptineat a ſe ĩuicẽ differẽtes.

¶ Notitia cognitio a notus, quæ & notio dicitur.

¶ Notus a, um, cognitus amicus & charꝰ dicitur. Ver. lib. vij. Et notis cõpellat vocibꝰ vltro. Idẽ. Hic inter flumina nota. i. chara vtinqt Serui. notꝰ noti vẽtꝰ meridionalis hauſter dictus νότις enim latine humor dicitur.

¶ Nothus cum aſpiratione is apđ græcos dicitur q ex vxore non legitima natus eſt. Verg. lib. viij. Suppoſita de matre nothos furata creauit.

¶ Notrõtes pen. corre. latine torpida ſegnites dicitur. νωθρὸς languidus.

¶ Nouus, a, um, proprie dicitur recens & qđ nup fuit. Ouid. In noua fert animꝰ mutatas dicere formas. Corpora ab νέον nouũ. Accipitur quandoq; pro magno & mirãdo. Ver. Pollio & ipſe facit noua carmina. Qñq; pro ĩopinato. Idẽ. Quis furor iſte nouus (noui quoq; hoĩes dicunt̃ quoꝝ nulli maiores clari fuere. ſed ipſi p ſeipſos clari eſſe incipiũt, & magiſtratus in ciuitate aſſequi. Cicer. noui hoĩes plurimi eoſdẽ honores cõſecuti ſũt. A nouꝰ fiũt aduerbia noue & nouiter & ſuperlatiuũ nouiſſimus



quod pro vltimo poni conſueuit, quia quæ recẽter fiunt vltimum locũ habent. Cice. lib. j de ora. Quæ duo ſunt adiudicandum nouiſſima.

¶ Nouitius, a, um. quod eſt nouum. Cuius contrariũ eſt Veteranns. Martianus. Si tamen nouitia mãcipia fuerunt non etiam veterana. Mancipia autem nouitia intelliguntur quæ anno nondum ſeruierunt. Pli. Nouitiũ vinum reſinatum conducit.

¶ Nouo as. nouum facio. Sal. Cõſul optimũ factu ratus noctẽ quę inſtabat ante capere ne quid eo ſpatio nouaretur. Huiꝰ cõpoſita ſunt, Innouo & renouo. Liui. lib. j. Fœdus inter Romã lauiniũq; vrbes renouatũ eſt. Et in ſacris literis. Innoua ſigna immuta mirabilia.

¶ Nouacula æ. culter raſoriꝰ. a nouo as. ꝙ nouare. i. nouum facere videatur. Aug. in Matt. Sed inſidiat̃ cõtra potens, acuit nouaculã, vnde capillos non vnde caput inclinet. Colu. lib. vlti. poſuit ꝓ cultro licet nõ raſorio. Raporum inquit q̃ rotũdiſſima ſumito, eaq; ſi ſunt lutoſa detergito & ſummam cutem nouacula decerpito.

¶ Noualis genere fœ. & nouale gñe neu. dici poteſt ſecundum Serui. & diuerſis modis exponi ſolet. Paul. Iuriſcõ. dicit eẽ terrã pſciſſam q̃ anno ceſſat. Sic Var. Qui intermittitur a nouãdo noualis ager. Sic Pli. Nouale eſt inquit quod alternis annis ſeritur. Idẽ ſentire videt̃. Feſtus cũ ait. noualis ager nouę relictꝰ ſemẽti. At Ser. vult noualẽ eſſe aruũ tũc primũ ad ſemẽtẽ pſciſſũ. Vñ Verg. Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Deplorabat em̃ agrum in quo inſtruẽdo magnopere laboraſſet. Sic Hiero. diffinit nouale eſt ager nunc primũ pſciſſus. Et Quinti. in milite Mariano. Mox ingentibus lacertis humũ fodere ſegnẽ, futuris noualibus eruere ſyluã. Sed Verg. in ſenſum priorem accipit cum inquit, Alternis idem tonſas ceſſare nouales. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Ideoq;. Ser. alibi ait noualia. id eſt noua terra quæ per ſingulos annos renouatur p ſemina.

¶ Nouellus a, um. diminutiuum a nouus. Ambro. nouellam oliuam dixit.

✣ Nouellius Mediolanenſis quidam fuit tẽporibꝰ Tyberij Cæſaris qui geſtis honoribus a prætura ad conſulatum vſq; peruenit, & Tricõgius cognominatus eſt ꝙ tres congios vini vno impetu epotauerit. Cc.

¶ Nouello as. nouum agrũ colo, ſeu nouas vites pãgo. Sue. Edixit ne quis in Italia nouellaret. Huiꝰ cõpoſitũ eſt Renouello quod eſt rurſus nouellũ fieri. Colu. lib. iij. Eiuſmodi vinea ſi nõ aridos ĩ opa habet trũcos & flecti poteſt factis ſulcis optime ſternit̃ atq; ita renouellatur.

¶ Nouelletũ ſumitur ꝓ vinea ex nouellis vitibus cõſita. Paul. Iuriſconſul. Veluti ſi nouelletũ in fundo factũ ſit.

¶ Nouerca dicitur quam quis liberis ſublatis nouã vxorem ducit arcendæ familiæ gratia dicta ꝙ noua ſuper inducatur a patre.

☧ Nouercari eſt nouercarum more agere hoc eſt maligne & inimiciter.

☧ Noua nię. ciuitas Thraciæ. quæ & Amphipolis dicitur. Ouidius in arte. noua terebatur miſeræ via viderit inquit. Et ſpectat zonam pallida facta ſuam.

¶ Nouoco menſes, dicti ſunt quos Comum diuus Cęſar inquilinos ad habitandum deduxit. Fuerunt enim quinque millia e quibus quingenti illuſtriſſimi græci fuerũt qui oppido nomen relinquentes, & nouũcomũ appellãtes, nouocomẽſes oppidanos vocauere hos ciuitate donatos in habitatorum numero deſcripſit. Eſt autẽ comũ quod & nouumcomum dicitur, oppidum Italiæ trãſpadanæ a Plinio in noua regione collocatum. a quo Comẽſes & nouocomenſes dicti ſunt.

¶ Nouẽ genus numeri. a quo fit nouenꝰ a. um. & nouenarius a, um. Var. Quo pacto erũt in mulis & paſtoribꝰ nouenę ptes, vbi nec admiſſurę nec fœturę obſeruãur. Sed do in hominibus poſſe nouenariũ retinere numerũ.

¶ Nouendiũ. ix. dierum ſpatium a quo nouendiale ſacrificiũ quod mortuo fieri ſolebat nono die poſtq̃ erat ſepultus. Liui. Nouendiale ſacrum publice ſuſceptum eſt.

¶ Nouunçium dicitur quod eſt vnciarum.

¶ Nox a noceo ꝙ oculis noceat, vel a græco quod eſt νύξ. Vnde & nictileꝰ dictꝰ eſt bacchꝰ ꝙ eius ſacra noctu celebrarẽtur. Eſt aũt nox terrę vmbra. noctis ptes ſunt veſpera, crepuſculũ, ꝯticiniũ, intẽpeſtiuũ, Gallicinium, lucifer, & matutinũ, Diuidũt etiã milites noctẽ in vigilias quatuor, quę ſingulę triũ horarũ ſpatio ſupputãtur qm̃ ſeruant caſtra viciſſim p vigilias. Et dicebãt prima vigilia, ſecũda, tertia, & quarta. Et vt ſcribit Hiero. vigiles ſecũdi primis, & ſecũdis tertij, tertijſq; nouiſſimi ſtatiõe ſuccedebãt, dato ſigno a Tubicine. Vñ. Luca. Tertia iã vigiles cõmouerat hora ſecũdos. A nox fiũt pnox noctua nocticorax nocturnꝰ, nocteſco, pnocto, noctiuagꝰ, noctiluca, binoctiũ, Trinoctiũ, q̃drinoctiũ, & hmõi.

¶ Noxa pœna dicitur. nam noxę dare, dicimꝰ aliquẽ, hoc eſt pœnę tradere ob noxam quæ ſignificat culpã. Vnde noxales actiones vt Paul. inquit appellãtur quę nõ ex contractu ſed ex noxa atq; maleficio ſeruorũ aduerſus nos inſtituuntur, quarum actionum vis & poteſtas hæc eſt vt ſi damnati fuerimus liceat nobis deditione, ipſius corporis qđ deliquerit euitare litis ęſtimationem dando ſcilicet corpus viuũ. Ouidi. Verba fides ſequit̃, noxæ tibi deditus hoſtis. Spargitũr effuſo cornua Bacche mero. Aliqñ noxa dr̃ culpa. Vñ Iuriſconſultus de verbo. ſignificatiõe ſcribit Noxę appellatiõe oẽ delictũ cõtineri. Liui. Ob quã meã noxã Ter. ĩ Eu. Vnã hãc noxã omitte, ſi aliã admiſero vnq̃, occidito. Aliqñ dr̃ leſio, dãnũ. Ouid. lib. xv. Me. nocte nocẽt potę ſine noxa luce bibũt̃. Col. lib. iiij. Ea res a noxa curculionũ videt̃ cõditas fruges defẽdere. Sueto. Spurinãq; irridẽs & vt falſum arguẽs ꝙ ſine vlla noxa ſua, idus Martiæ adeſſent. Noxitudo etiam apud veteres ꝓ noxa dicitur.

¶ Noxia culpa. Plaut. in Mer. nihil magis manifeſto teneo in noxia es. Qua noxia?

¶ Noxius a, um. quod nocet. Cuius contrarium Innoxius qui non nocet.

## N ANTE V

NVbes eſt vapor humidꝰ ĩ ſublĩe egreſſus, ſiue aer in liquorẽ coactꝰ, cuiꝰ dẽſitas haud dubie ſolẽ obũbrat. Sũt q hoc nomẽ a νέφος deriuent quod apud gręcos a priuatione lucis nomẽ accepit queadmodũ κνέφας ꝙ nymbũ ſignificat a quo nr̃i gnephoſũ dixere obſcurũ q̃ſi nebuloſũ. Var. Gnephoſꝰ locꝰ & ſine vlla luce.

¶ Nubecula diminu. parua nubes. Pliniꝰ lib. xviij. Nubecula quanuis parua ventum procelloſum dabit.

¶ Nubilus a. um. pe. cor. fuſcum, nubibus tectum. nubilus vero ſubſtantiuum ſignificat ipſam nubem.

¶ Nubiloſus a, um. quod eſt nubibus plenum.

¶ Nubilariũ, locꝰ quo ꝓpter nubes cõferuntur frumẽta ſemitrita. Colu. lib. j. Huic arenę nubilariũ applicari debet maxĩe ĩ Italia ꝓpter ĩcõſtãtiã cęli, quo collata ſemitrita frumẽta ꝓtegant̃ ſi ſubitaneꝰ imber acceſſerit. Dr̃ & nubilar. Idẽ lib. ij. Quę ſi falcibꝰ ſeges cũ parte culmi demeſſa ſit protinus in aceruum vt nubilar congeritur.

¶ Nubilo as. nubilũ ſeu obſcurũ facio. Cato de re ruſti. Vbi nubilatur & noctu ſub tecto ponito, quotidie cũ ſol erit in ſole ponito. Hinc cõponitur. Obnubilo quod eſt totum obſcurum facio & quaſi nubibus impleo. Gel. lib. j. Ac ne oris quoque & vultus ſerenitatem Stoici. hominis vnquam vlla poſſe ægritudine obnubilari.

¶ Nubo is. pſi. ptum. & nuptꝰ ſum p̃teritũ facit, ſignificatq; operio velo, a nube quę cęlũ operit. Qm̃ vero ſpõſæ apud veteres dũ viro tradebãtur nubere hoc eſt velare capita ſolebant factum eſt vt nubere vſurpetur ꝓ viro tradere ſeu viro tradi. nã & actiue dicimus nupſit filiã cæſari, & paſſiue. Cuiꝰ filia nupſit cęſari. Eſt aũt ꝓpriũ mulieris. Ter. in An. Aiebant hodie filiã meã nubere tuo nato. nõ em̃ vir ſed mulier ꝓprie nubit. Licet quandoq; figurate vel pũerſo naturę ordine p̃poſtere dicatur Põp. in pauiceatis. Sed meꝰ frater maior poſtquã vidit

me domo electum nupſit poſterius dotatę vetulæ varicoſę Aphrę. Sueto. de nerone. Cui etiã ſicut ipſi Sporꝰ ita denupſit. Iuue. Quid q̃ris nubit amicꝰ. Cõſtruitur cũ datiuo & aliqñ cũ ablatiuo mediante ꝑpoſitione cum, vt mulier nupſit mihi, & mecum. Cice. Mar. Catoni. Regis Parthorꝝ filium quo cum eſſet nupta regis Armeniorꝝ ſoror. Huius paſſiuum lectum eſt. nõ nubẽt neq; nubentur. Vbi Hiero. nubũt viri. nubunť fortaſſe vxores q̃uis & mulieres nubere dicuntur. & qdẽ frequentius quã nubi. Idem cõtra Heliod. nubebãt omnes & nubebantur. Vnde hic nuptꝰ & hęc nupta, maritus & marita. Plaut. in Caſ. Carinum libet ſcire qd agat nouũ nuptũ id eſt maritum vt exponit Priſci. Huius verbi cõpoſita ſunt connubo quod eſt matrimonio iũgor. q̃ſi ſimul nubo. Apul. neſcientibuſq; parentibꝰ puellari ætate cõnupſeramus. Hinc cõnubiũ ius legitimi matrimonij. Denubo. Innubo quod ꝓprie ſignificat ad domum viri trãſire. Vnde & ꝓ trãſire ſimpliciter ſumitur. Lucil. lib. xj. ſaty. Suam eñi euadere atq; innubere cẽſent. Hinc innubus q vxorem ducit & innuba q̃ viro traditur. Obnubo abſcondo tego. Stat. Obnubitq; comes & tẽperat aſtra galero. Liui. lib. j. Caput obnubito infœlici arbori reſte ſuſpẽdito. Pronubo nuptijs præſum a quo pronubus & pronuba pen. cor. ſed cętera omnia habent penul. produ.

☧ Nupturio ris. pen. cor. nubere cupio. Apul. in apolo. E a ſi claro nupſiſſet homini ruſticano indecrepito ſeni ſponte eam diceres ſine vlla magia iã olim nupturiſſe.

❡ Nubilis quę eſt apta vt viro in matrimoniũ iũgatur.

❡ Nuptus a, um participiũ Lac. Eamq; zephiro nuptã Vnde nupta verba dicebãt q̃ nõ licebat virgini dicere. Plaut. Virgo ſum nõdũ didici verba nupta dicere. Huius cõtrapoſitũ eſt Innupta quæ nondũ accepit virũ, vt innuptæ puellę. nuptꝰ nuptę maritꝰ, quãuis raro ſit in vſu niſi apud veteres, vt apud Plau. Charinũ libet ſcire qd agat nouũ nuptũ. nuptus tus. ꝓ ipſo nubendi actu. nã dicimus, hęc data eſt nuptui & ad nuptum. Ceſar. Et ſorores ſuas nuptui in alias ciuitates collocaſſe. Aug. li. vj. de ciui. dei. Sacra ſunt Iunonis & hęc in eius dilecta inſula Samo celebrantur vbi ad nuptũ data eſt Iunoni.

❡ Nuptię cõiunctio maris & fœminę, & ꝯſortiũ omnis vitę, diuini & humani iuris cõmunicatio proprie tamẽ dicuntur cerimonię & hilaritates in ducẽdis vxoribus.

☧ Dictę nuptię vt ĩquit Ambro. libro de patriarchis, qđ pudoris gr̃a ſe obnuberẽt puellę Vñ in Geneſi. Scribiť ꝙ cũ veniret rebecca. Vidit Iſaach deãbulãtẽ & cognito ꝙ ille erat cui ducereť vxor deſcẽdit & caput ſuũ obnubere cœpit, docens verecundiã nuptijs pręire debere.

❡ Nuptialis & hoc nuptiale quod pertinet ad nuptias. vt nuptialis thalamus. Hinc fit nuptialiter aduerbium quod ſignificat more nuptiarum.

❡ Nuptiator qui nuptias appetit. Hiero. cõtra Iouini. Dicam & ego nuptiatoribus meis qui poſt caſtitatem, & diuturnam continentiam ſudant ad coitum & pecudum more laſciuiunt. Sic inſipientes eſtis, vt cum cœperitis ſpiritu, nunc carne conſumemini.

❡ Nuces a nocendo dictę ꝙ ſatis noceãt. Ouid. Qm̃ ſata lędere credo. Cultꝰ in extremo margine fundꝰ habet ſiue ꝙ linguę noceant. Vel ꝙ vt nox aerem ita nux ſucco ſuo corpus atrum faciat. Conſtat nucis nucleum eſſe difficilem concoctu, dolorem capitis inferentem, tuſſiẽtibus inimicum. Græci eam κάρυον vocãt a grauedine capitis κάρα enim caput ſignificat. Eſt autem nux generale omnibus quæ duro operimento teguntur, vt ſunt Caſtaneæ amygdalæ auellanę & huiuſmodi. Verg. Caſtaneæq; nuces. Pomũ generale nomen omniũ fructuũ q̃ ex arboribus eſui apta ꝓueniũt ſiue molliũ ſiue durorũ. Mala vero non quodcũq; pomi genus tenerioris atque carnoſi, ſed ea tantum dici q̃ ſui nominis arboribus ꝓducuntur, his ſcilicet quas malos vocamus, quemadmodũ pyra q̃ pyrus ꝓducit. hoc modo mala citrea ſiue medica dicimus, mala cotonea, mala punica & quæ vulgo generali vocabulo appellantur mala. De nucibus. Vide in dictione iuglans.

❡ Nuceꝰ a, um. quod eſt ex nuce. Hierony. ad Paulinũ. de Daniele. Secundus virgam nuceam & ollam ſuccenſam a facie aquilonis.

❡ Nucula dimi. minuta nux. Vñ & ꝑneſtinę nuculæ appellati ſunt. a nucula fit aliud dimi. nucella.

❡ Nucleus quod tenerum in nuce includitur. Plau. in Cur. Qui e nuce nucleum eſſe volt frangat nucem. inde Enucleo as. non ſolum autẽ nucleus dicitur de nuce ſed etiã de teſta & ferro, vt ex Victru lib. vij. & Pli. patet. vti ea vox ſtatumen fere id ſignificet ꝙ gręci nũc chondron, nunc pyrena vocant, materiam quãcunq; probiorem intus ac reſiſtentem intelligi volentes. Pli. Fornacium maxima differentia eſt, in his quidẽ nucleus ferri tamen excoquitur ad indurandam aciem. Aliquę modo ſunt ad denſandas incudes malleorumque roſtra.

☧ Nucamenta pe. cor. a nuce inclinari videtur. Pli. lib. xvj. nucamẽta appellat paniculas quaſi quaſdam depẽdentes ex ramis abietis.

❡ Nuceria ciuitas campanię, de qua Syl. Illic nuceria & garus naualibus. Lucerina vero oppidum Apulię a qua lucerini dicti ſunt.

❡ Nudꝰ a, um, quod eſt ſine tegmine. Verg. nuda ſinu. Ponitur quãdoq; pro inſepulto, ꝙ. ſ. cadauer ſaxo tectũ non ſit. Idem nudus in ignota Palinure iacebis arena.

❡ Nuditas ſimplicitas. Et quãdoq; ſumitur ꝓ inopia.

❡ Nudipedalia, ſacra erãt Hieroſolymis, vt ſcribit Hieronymus contra Iouini. De his meminit Egeſip. libro ſecundo belli iudaici.

❡ Nudo as. nudum facio detego. Apul. Tum vulnꝰ nudare iuſſus eſt. Inter nudum & nudatum ſic diſtinguitur quod nudũ ſit quod nũq̃ tectũ fuit. nudatũ quad tectum eſſe cõſueuit. ſed nũc tectũ nõ eſt. Aliqñ nudo ſignificat Indico. Verg. Traiectaq; pectora ferro nudauit. A nudo fit compoſitum denudo pe. pro. vt denuda crura tua.

❡ Nudiuſtertius & nudiuſquartus compoſita ſunt a nũc & die tertio & die quarto id eſt nunc eſt tertius, & nunc eſt dies quartus. Semperq; de præterito dicuntur. Dicitur & nudiuſquintus & nudiuſextus. Plau. in muſ. nã heri & nudiuſtertius & quartus & quintꝰ ſextus vſq; poſtq̃ hic peregre eius pater abijt.

❡ Nugę arum. a non & ago componi videtur ꝙ nihil agant. Sunt eñi ſermones leuiũ rerũ ac nulliꝰ põderis, & plerũq; ſcurriles ioculatorijq;. Vñ Catul. & Marꝰ. poemata ſua vocant nugas. vt de inanibus vel rebus vel verbis loquentia. Scribit. Hiero. hoc vocabulum ex hebręo fonte ad græcos latinoſque deriuatum.

❡ Nugax trium generum. Similiter & nugas triũ generum & indeclinabile. idem ſignifi. ſcilicet nugatorem & & eum qui vana loquitur. Hierony. in Sophonia. Nugas quia a lege receſſerant congregabo, & in libro. Sapien. tanquam nugas æſtimati ſumus ab illo.

❡ Nugigerulus pe. cor. qui vana nunciat.

❡ Nugiuendus ab antiquis dicebať qui aliquid mulieribus venderet. Nam omnia quibus mulieres vtuntur ꝓ rebus vanis atq; inutilibus habentur. Plaut. in aul. Nugiuendis rebus ſoluta eſt omnibus.

❡ Nugalis & hoc nugale quod eſt nugis plenũ ſeu quod eſt nugarum. Gel. Sed toreumatibus tm̃ nugalibus delatrantes obnugatione iuſta inceſſuit.

❡ Nugatoriꝰ a, ũ. idẽ qđ nugale. Cic. li. ij. ad Herẽ. Duo ſunt gñа vitioſarũ argumẽtationũ. Vnũ quod ab aduerſario repręhendi ſolet, idq; ptinet ad cauſã alterꝝ quod tametſi nugatorium eſt, tñ non indiget repręhenſione.

❡ Nugor aris. vana & nugas ago Plau. i epi. nũ mihi nugari poteſt qui fidicinã tu huc ꝓducis cropoliſtidẽ? Vernacula lingua dicimꝰ dar zanzi. Hic nugator nugis turbator. Idem in Cap. Euge pol talem talento non emam milleſimum. nam ad ſapientiam huius nimius nugator.

☧ Nugamenta idẽ quod nugæ. Apul. lib. j. A quo iſtorũ nugamenta hæc comparaſti.

❡ Nullus a um. cõpoſitũ eſt ab vllus quã ſi nõ aliquis vel ne vnꝰ quidẽ. Quod cũ ſit nomẽ, ponitur tamẽ quãdoq; pro nõ & vllus. Terent. i And. nullꝰ ſum id eſt nõ ſum. Et plꝰ eſt dicere nullꝰ ſum q̃ perij, nã q perijt corpus eſt reliquũ. Qui vero nullꝰ eſt ita eſt ac ſi natus non ſit. Interdũ nullꝰ poniť ꝓ nõ vel minime. Terẽ. in An. Liberatꝰ ſum hodie daue tua opera ac nullꝰ qdẽ. Plaũ. in Tri. Nullꝰ credas, nulla eſt mihi vita expetẽda ſine te. Tale eſt ac ſi diceretur. ne duorum quidem vita mihi dulcis eſt ſine te.

Nullatenꝰ pe. cor. aduerbiũ ſignificat nulla ex pte nullo modo. ❡ Nullibi ſignificat in nullo loco.

❡ Num ſoli indicatiuo iungiť ad qđ pertinet interrogatio, & pene idẽ ſignificat qđ an, ſubintelligitq; vtiq; negationẽ, vt, num ego te ſpoliaui? q. d. ego te nõ ſpoliaui, ſed quoties per negationẽ interrogamꝰ ſubintelligiť affirmatio, vt, num ego te ſpoliaui? quaſi ego te ſpoliaui. Cũ autẽ num poſtponiť verbo finito ſubiunctiuũ poſtulat. Cicero. Interrogaui num dubitarent.

❡ Numa põpiliꝰ vir Sabinꝰ & a Romulo ſecũdus rex iuſtitia & pietate inſignis q pacatis finitimorũ odijs gemini Iani tẽplũ ędidit qđ apertũ bella, clauſum pacẽ indicaret. Mox ad religionẽ cõuerſus in deorũ timorem quo ad mitiora truces flecteret animos, ſacra inſtituit, ſacerdotes creauit, virgines veſtales ſacrauit, pontificẽ maximũ primus declarauit, dies faſtos nefaſtoſq; condidit, annũ in. xij. menſes diuiſit. Poſtremo vbi maxima cũ reuerẽtia & ſuorũ & finitimorũ creuiſſet quadragintaq; annis regnaſſet, diẽ ſuũ obijt. Suidas. τοῦτον δὲ ῥωμαῖοι καὶ μὴ ἐπιλήμιον ὄντα προσεδέξαντο μετὰ τοὺς μεσοβασιλεῖς ὃ φλαμινίους ἱδρύσατο σαλίους τε ὃ ἱεριάδας παρθένους. ☩. i. hũc Romani aduenã admiſerũt poſt autẽ reges & flamines edidit ſalios & veſtales virgines.

❡ Numellæ genꝰ vinculi lignei, ad diſcutiẽdos noxios paratũ quo collũ & pedes imittũť. Plau. in Aſi. Qui aduerſum ſtimulos laminas cruceſq; cõpedeſq;, neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias. Varro li. ij. de re ruſt. canibꝰ dedit cũ ait. Cõſuefaciũt quoq;, vt alligari primũ poſſint leuibꝰ numellis quas ſi abrodere conãtur ne id cõſueſcãt facere verberibꝰ eos deterrere ſolẽt Col. li. vij. bobꝰ cęteriſq; magnis aĩalibus. Vbi (inquit) poſſunt etiã numellę fabricari vt inſerto capite deſcẽdẽtibꝰ p foramina regulis ceruix teneať. Idẽ dedit ouibus & capris. lib. viij. nonnulli anteq̃ pecus numellis inducant virides pineas nuces in mulctram dimittunt.

❡ Numen ꝓprie volũtas dei eſt a nuo is, qđ veteres ꝓ volo vſurpabãt. Verg. Nõ hæc ſine numine diuum eueniũt. Aliquãdo per trãſlationẽ poniť ꝓ poteſtate Dei. Vnde diuerſa numina. i. diuerſę poteſtates in vno Deo eſſe poſſunt. ſicut de Iunone ſcribiť ꝙ fuerit Curetis qa vtereť curru & haſta. Quia partubꝰ præeſſet lucina dicta eſt. Quia pręeſſet nuptijs ꝓnuba dicebať. Aliquãdo numen ſumitur pro ipſo deo. Vergi. Spero equidẽ medijs ſi quid pia numina poſſunt. Supplicia hauſurũ ſcopulis. Aliquando pro habitu atq; ornatu. Vergilius. Vadimus immixti Danais haud numine noſtro.

❡ Numerus eſt collectio vnitatũ. Vñ vnitatẽ dicũt nõ eſſe numerũ ſed principiũ nũeri. Et licet numerꝰ dicať de ijs q̃ nũerantť, interdũ etiã referť ad ea q̃ menſurãtur Cic. lib. iij. offi. Si exempli gratia vir bonus. Alexãdria rhodũ magnũ frumẽti numerũ adduxerit. Interdũ ad ordinẽ. Idem lib. ij. de natura deorũ. nihil eſt enim vt orationẽ numero mouere poſſit ſine cõſilio in quo nihil eſt numerariũ. Verg. Digerit in numerũ. Et qm̃ oĩs cõſentus, & oĩs harmonia numeris conſtat, frequenter etiam non ſolum pro ratione harmoniata ponitur quam gręco vocabulo rhythmos appellamus. Vergilius. Numeros memini ſi verba tenerẽ. Hinc oratio q̃ numeris caret, ſoluta diciť q̃ vero nũeris cõſtat numeroſa, ſed etiã abſolute ꝓ quacũq; ratiõe. Idẽ lib. xj. Hetruſciq; duces equitumq; exercitus oĩs, Cõpoſiti numero in turmas. i. rationabiliter. Et nũerꝰ diciť quaſi ſocietas & grex ſeu pars. Vñ dicimꝰ aliquẽ eſſe ex eorũ nũero q eſt eorũ pticeps Sal. Dũ hęc Romę gerũť. C. Manliꝰ ex ſuo nũero legatos ad Martiũ regẽ mittit. i. ex ijs q ptis ſuę erãt. A numerꝰ, fit adiectiuũ innũerꝰ, a, um, ꝙ eſt ſine nũero, hoc eſt infinitũ. In nũerato eſſe diciť, cũ pecunia eſt in promptu, vt habeo pecuniã in nũerato, hoc eſt nõ valorem, ſed pecuniã ipſam prõptã paratãq;. Vñ de actore dicente ex tp̃e dictũ eſt, ingeniũ eũ in nũerato hr̃e, hoc eſt ſẽper prõptũ paratũq; ad oĩa ſicut de Pollione Aſinio ſerijs iociſq; pariter accõmodato dictũ eſt eſſe eũ horarũ oĩm. Sciẽdũ eſt in nũeris vt maximꝰ qſq; ita primo loco poniť, vt vigĩtiqnq;, trigĩtaſex, ſed ſi copula intercedat is nũerꝰ ꝑponiť q minor eſt, quoties infra cẽtũ & ſupra viginti loqmur vt vnꝰ &. xxij. &. xx. Cic. Plato vno & lxxx. anno ſcribẽs eſt mortuꝰ. Iſocrates. iiij. &. lxx. cum librũ q panegyricꝰ inſcribiť ſcripſiſſe dr̃, vixitq; quiquẽniũ poſt, cuiꝰ magiſter Leõtinꝰ Gorgias cẽtũ & ſeptẽ cõpleuit annos. Ex qbꝰ verbis colligiť añ centũ pręponi nũerũ minorẽ poſt cẽtũ poſtponi. Eodẽ modo loquemur ſupra vigĩti millia vſq; ad cẽtũ millia, vt milites noſtri ſex & vigĩti milia erãt vel milites nr̃i erant vicies & ſexies mille, vel militũ nobis erãt. xxvj. millia. Etenim hæc noĩa dũ copula carẽt cõpoſita videntť, vt. xj. xij. xvij xxij. xxxiij. quẽadmodũ illa vndeviginti, duodeuigĩti. Eodẽ modo Vndeuigeſimꝰ duodeuigeſimꝰ. Vndecẽteſimꝰ duodecẽteſimꝰ. Vndemilleſimꝰ, duodemilleſimꝰ & reliqua ſimiliter. Hęc enim noĩa ſecũdꝰ, tertiꝰ, cẽteſimus & reliqua hmõi ſignificant vltimũ ex eo numero, vt ſecũdꝰ. i. vltimꝰ ex duobus. Tertiꝰ vltimꝰ ex tribus Centeſimꝰ vltimꝰ ex centũ. licet primus nõ ſignificet vltimũ ex vno. ſed ipſũ vnũ in ordine tñ ad multos ſubſequẽtes. Aliqñ tñ nõ ꝓ vltimo ex eo numero vſurpãť vt cẽteſimã ptẽ bonorũ pr̃is aſſecutꝰ ſum, hoc eſt vnam ex cẽtũ. Aliqñ ꝓ bis tm̃ ter tm̃, vt hic ager cẽteſimum fructũ attulit, hoc eſt cẽties tm̃, quãtũ ſemẽtis acceperat Plin. Admiſcetur huic far, vt mitiget amaritudinẽ eius Et tñ ſic quoq; ingratiſſimũ ventri eſt. Naſcitur qualicũq; ſolo ex cẽteſimo grano, ipſumq; ꝓ lætamine eſt. i. cũ cẽtũ granis ſiue cũ cẽtuplo grano, hoc modo appellata eſt quadrageſima, ꝙ. xl. dies cõtineat. Hoc ſignificatũ habent noĩa illa nũeralia, ſimplus, duplus, decuplꝰ & ſimilia. Hoc eſt ſemel tm̃, bis tm̃, decies tm̃. Sũt ꝑterea numeralia vnariꝰ, binariꝰ, ternariꝰ, vicenariꝰ, centenariꝰ, & ſimilia q̃ denotãt nõ multiplicationẽ: ſed nũerũ aliarũ rerũ q̃ nõ nominanť, vt lapis cẽtenariꝰ nõ ꝙ centuplꝰ ſit, ſed cẽtũ librarꝝ, hõ cẽtenariꝰ ꝙ habet cẽtũ annos. Grex cẽtenariꝰ. cẽtũ capitũ grex. Dicimus etiã binariũ, ternariũ, centenariũ numerũ, qa nũerꝰ oĩa cõplectiť ꝓpter qđ recte dicimꝰ. Centenariũ numerũ annorꝝ ingreſſus eſt, nõ autẽ cẽtenariũ annũ. Et millenariũ numerũ põdo vehit nõ autẽ millenaria põdo. Itẽ ſingulũ binũ, trinũ, ſiue ternũ. quaternũ, quinũ, ſenũ, ſeptenũ, octonũ, nouenũ, denũ, vndenũ, duodenũ, ternũdenum quaternũdenũ, quinundenum: ſenundenũ, vel denũquaternũ, denũquinũ, denunſenũ, denunſeptenũ, denũoctenũ, denũnouenũ, vicenũ. Vicenũ ſingulũ, vicenũbinũ, vicenũternũ, ſiue ſingulũ & vicenũbinũ & vicenum: & ita deinceps. Tũ tricenũ, quadragenũ, ſexagenũ, ſeptuagenũ, octogenũ, nonagenũ, cẽtenũ, quibꝰ oratores vtroq; numero vtunť, ſed frequentiꝰ plurali præſertim vbi ſubiectũ nomẽ cui addũť tm̃ pluraľr declinať, vt binę litterę, binæ nuptię, bina arma. Poetę vero frequentiꝰ ſingulari vtũť, ſed oratores fere ꝓpriã vſurpant ſignificationẽ horꝝ noĩm. Binus eñi ſiue bini ſignificat ſingulis duo. Ternꝰ ſiue terni ſingulis tres vt creabãť olim bini cõſules. i. p ſingulos annos duo. Et accepimꝰ oẽs a Cæſare bina talẽta. i. ſingulis nobis data ſunt a Cęſare duo talenta. At poetę alij q; ſcriptores ꝓ ſuis fere primitiuis hęc noĩa accipiũt. Vergi. Gurgite ſepteno rapidꝰ mare

ſubmouet amnis.i.ſeptē gurgitibꝰ.Idē. Per duodena regit mūdi ſol aureꝰ aſtra. Pli. Prodigioſa ſunt q̄ circa hoc tradit Theophraſtus,auctor alioqui grauis.ſeptuageno coitu durare libidinē contactu eius.i.ſeptuaginta coitibus.Sed in his oībus notādū eſt,ꝙ a triginta tricenum dicimꝰ g in c mutata,ſicut pro vigeno vicenū.Trecenū vero a trecentū. qa hęc noīa ſupra cētū qdē ſyncopanť infra vero nō ſyncopanť.Quippe duceni dicimꝰ pro ducēteni.Treceni ꝓ trecenteni.quadrigeni, quingeni,ſexeni,ſeptingeni,octingeni,nongeni, vel nonigeni pro quadringenteni, quingenteni, ſexcenteni,ſeptingēteni, octingēteni,nōgēteni.Cēteni autē & milleni ꝓpter dictionū breuitatē nō ſyncopanť.Sūt itē noīa nūeralia. ſimplex,duplex,triplex,quadruplex,cētuplex,& ſimilia,a qbꝰ ſimplicitas,duplicitas,& reliqua. Et aduerbia ſimpliciter,dupliciter cū reliqs. Itē aduerbia nūeralia, bis,ter,quater,decies,centies, millies. In qbꝰ notādū ſicut ſuperiora illa q̄ diximꝰ ſupra cētū ſyncopari,infra cētū minime ita hęc,ediuerſo infra cētū ſyncopanť, vltra vero nō vt vicies ꝓ viginties.Tricies ꝓ trigintics, quadragies,qnquagies,ſexagies,ſeptuagies,octogies, nonagies, cętera vero nō ſyncopāť.Quīquies, ſexies, ſepties,octies,nonies,decies,cēties, ducēties, trecenties,quadrīgēties,qngēties,ſexcēties,ſeptīgēties,octīgēties,nonīgēties,millies,biſmilies,termillies q̄termillies,qnqeſmillies,decieſmillies,viceſmillies,&deiceps

℄ Numeroſus,a,um.quod magno conſtat numero, vt numeroſus populus, numeroſa multitudo. Numeroſa vero oratio quę numeris conſtat.

℄ Numerale qđ ad nūerū ꝑtinet.Vnde nūeralis ſcientia q̄ tractat de numeris,græce arithmetrice dř. et apud Grāmaticos noīa nūeralia qbꝰ vtimur in numerādo,vt vnꝰ duo,tres,& aduerbia nūeralia, vt bis,ter,& hmōi.

℄ Nūerabile qđ nūerari poteſt. Cuiꝰ contrariū eſt Innumerabile,quod numerari non poteſt.

℄ Nūerariꝰ ſiue nūerator diciť q ſūme atq; mirabiliter computat. Auctor Aug.lib.ij.de libero arbitrio.

℄ Numerarius a,um,quod ex numero eſt,a quo ſupernumerarium quod ſupra numerum additum eſt.

℄ Numerus a numero prænomen deductum eſt.

℄ Numeratim aduerbium ſignificat per numeros.

℄ Numero as,quaſi nūmos cōputo. Verg.Biſq; die numerāt ambo pecꝰ.Huiꝰ cōpoſita ſunt Anūero,ꝙ eſt alicui nūero. Plaut.in Aſi. Etiā nūc dico piphanes rhodo mercator diues abſente hero ſolꝰ mihi talētū argēti ſoli annūerauit & mihi credidit.Qn̄q; annūerare ſigni.adiūgere.Mar.Impēſis vitā pricipis annūeres.Cōnūero ſimul vel cū alijs nūero.Et cōnūerari eſt de alicuiꝰ nūero.i. ſocietate eſſe.Dinūero clare & diſtīcte nūero,vt Dinūerauerūt oīa oſſa mea.Plau.ī Aſi. Verū iſtuc argētū tu mihi ſi vis dinūerare.Pōt etiā ſignificare diuerſe numero,enumero perfecte numero.Terent.in Adel.Iamne enumeraſti id ꝙ ad te rediturum putes.i.calculaſti & rationem ſeu cōputū feciſti pernumero perfecte numero.Plaut. in Epi. Age age abſolue atq; argētū numera ne comites morer,pernumeratum eſt.Renumero rurſꝰ numero ſeu reſtituo.Terē.in Hecy.Si eſt vt velit reducere vxorem,licet ſin alio eſt animo renumeret dotem.

℄ Nūmꝰ a numiſmate appellatꝰ eſt.Gręci em̄ nūmum νόμισμα vocāť.Quo verbo & Latini eodē modo vtūtur. Ho.Retulit acceptos regale numiſma Philippos.Mar. Cur data ſunt eqti biſq nq; numiſmata q̄re.Numiſma vero ἀπὸ τοῦ νόμου qđ eſt lex,qa cū ꝑmutatiōe vti homies ſolerēt lege nūmi vſus introductꝰ eſt. Quapropter nr̄i nūmū monetā appellauere ꝙ ſigno numiſmatis monerēť cuiꝰ p̄tij eſſent.Fuitq; nūmꝰ decima ꝑs aurei denarij Nūmꝰ adulterinꝰ moneta falſa.Ci.li.iij,offi.Quærit etiā ſi ſapiēs adulterinos nūmos accepit īprudēs ꝓ bonis cū id reſcierit ſoluturꝰ ne ſit eos ſicui debeat ꝓ bōis.

℄ Nummulus diminutiuum paruus nummus.

℄ Nummoſus nummis plenus,diues.

℄ Nummatus qui nummis abundat. Apud Plautum.

℄ Nummarius a,um.quod ad nummos pertinet.vtres nummaria nummariꝰ iij,qui nummis deditus eſt.Hie. Ad Mar.Volo in nummarios inuehi ſacerdotes.

℄ Nummulariꝰ cāpſor pecuniarū,q nūmos ad mēſam tenet,vel q officio mēſę nūmorū inſeruit. Hie. ad Ruf. Et nūmulariorū æra diſſoluit.Itē nūmulariꝰ q nūmos cudit q & Monetariꝰ dř. nūmulariū argētario viliorē eſſe docet Iuriſcōſultus. Sed ꝓprie cāpſor pecuniarū a nr̄is argētarius,a græcis Trapezita.nūmularij & mēſarij ſunt minutiores non tenentes libros in quibus data accepta q; ſcribunt quos gręci collibiſtas appellant.

℄ Numidia pars Africæ inter Tingitanā & Carthaginēſem regionē ἀπὸ τῶν νομῶν.i.a paſcuis locis verſa o lr̄a in u.Pli.li.v.ſcribit numidas nomades dici a ꝑmutādis pabulis.mapalia ſua.i.paluſtres domos circūferētes.Ea regio vt Pō.ſcribit ſpacio anguſtior ē q̄ mauritania. ſed magis culta & ditior vbi numidicū marmor effodiť.Hic numidicꝰ a,ū,vt lapis numidicꝰ q īter gn̄oſa marmora annūerať.A Papiniō,Libicꝰ ſilex appellať.Et pauimēta pœnica a veteribꝰ dicebāť q̄ ex marmore numidico ſtrata erāt. ✣ Numidiana pira dn̄r a regiōe nūidica.Cc

✣ Numitor viri ꝓpriū Romuli&remi auꝰ maternꝰ.Cc

✣ Numitius amnis eſt non longe a Lauinio.Cc.

℄ Nunc aduerbiū tp̄is & hoc qđ gręcis eſt νῦν γὰρ εἰς τὸ προσεστῶς c.ſignificat hoc p̄nti tp̄e q̄uis qn̄q; ꝓ noīe ponať.Ci.Nūc tp̄s nūero.quaſi tp̄is p̄ntis,& quaſi nūcini ſi latinitas patereť,ſicut Craſtini.Interdū poniť ꝓ ſero Verg.Nūc ſcio qd ſit amor.Interdū nullū tp̄s denotat& ꝓ ſed accipiť.Cic.Quæ qdē multo plura euenirēt, ſi ad getē ītegri iremꝰ,nūc onuſti cibo & vino cōfuſa & pturbata cernimꝰ.Dř & nūcnuꝑ dedit.Terē.ī Eu.Idē.Menādri phaſma nūcnuꝑ dedit.Eſt em̄ ex illis verbis q̄ veteres propter ambiguitatē cū adiectione proferebant.

℄ Nūcupo as,pe.cor.nomino.Liui. lib.j. Quē Iulium eūdem Iulia gens auctorem ſui nominis nuncupat.

℄ Nūciꝰ q nūciat & qđ nūciať.Ver.Et nūciꝰ ibis pelidę genitori.Plau.ī Sti.Pręcucurri vt nūciarē nūciū exoptabilē.Hie.li.ij.℞.Si ſolꝰ ē,bonꝰ nūciꝰ ē ī ore eiꝰ.nūcia q̄ aliqd nūciat.Nūciū res q̄ nūciať. A nūciꝰ fit internunciꝰ qui inter duos medius eſt ad aliquid tractandū.

℄ Nūcio as,moneo ſignifico.Terē.ī Hecy.At iſtos inuidos dij ꝑdāt q hęc libēter nūciāt.Huiꝰ cōpoſita ſunt Annūcio qđ ē alicui nūciū porto.Hie.li.℞.Neq; em̄ fieri pōt vt ſi certe cognouero cōpletā eē pr̄is mei militiā cōtra te nō annūciē tibi.Denūcio manifeſte nūcio.Col. Siaūt cęli ſtatꝰ frigidꝰ & pruinoſꝰ,hyemis violētiā denūciat ī idꝰ Februarias hāc curā differemus.Enūcio extra nūcio manifeſto.Sal.Propere ꝑ Fuluiā dolū Cicero.qui parabať enūciat.Pręnūcio an̄nūcio.Terē.ī Phor.Abi p̄nūcia hāc vēturā.Pronuncio ꝓfero. Vn̄ ꝓnūciatio ꝓlatio.De qua Cic.li.j.ad Herē.Probatio eſt vocis vultus geſtus moderatio cū venuſtate.et ꝓnūciare eſt decernere,a quo ꝓnūciatū.ſtatutū.obnūcio,cōtra aliorū volūtatē ſeu malū nūcio.Terē.in Adel.Primꝰ ſentio mala nr̄a primꝰ reſiſto,oīa priꝰ porro obnūcio ægre ſolꝰ ſi qđ fit fero.Do.Qui malā rē nūciat,obnūciat.obnūciare etiā dicūť augures qui aliquid mali ominis ſęuūq; viderint.Ci. ꝓ Sex.Cūq; auſpicijs religiōiq; parēs obnūciaret quod ſenſerat. Vn̄ & ꝓ reſiſtere reluctariq; ponitur.Sue.ī Cæſa.Lege autem agraria promulgata obnunciantem collegam armis foro expulit Renuncio de quo alibi.

℄ Nūdinę arū.p.c.a nono die dictæ ſūt quaſi nouēdinę q̄ īſtitutę ꝓhibēť vt ruſtici.viij.diebꝰ ī agris eſſent & nono die repeterēt vrbē ad mercatū,ꝓ legibꝰ accipiēdis, & vt ſcita atq; cōſulta freq̄ntiore ꝑplo referēť q̄ trinūdino die p̄poſita a ſigl'is atq; vniuerſis facile noſcebāť.Vn̄ ēt mos tractꝰ vt leges trinūdio die ꝓmulgarēť.Dř & nūdinū neu.ge.Li.Poſtq̄ vero comitia decēuiris creādis in trinūdinū īdicta ſūt.Trinūdinꝰ aūt dies vľ trinūdinū ſiue trinūnūdinū dicebať dies tertiarū nūdiarū,q p̄dicantea ſolebat,vt notior eſſet vniuerſis.Idem eſt em̄ dicere Trinundino & tertijs nūdinis & in trinūdinū hoc eſt in tertias nundinas.Sunt qui putent Trinundinū eſſe triū dierum ſpatium ad habenda comitia creandorum magiſtratuum cauſa.Sed Feſt.ſcribit nefas eſſe nundinis agi cum populo.quod eſt populum ad concilium aut comitia vocare.Alij non pro trium dierum ſpatio ſed pro loco accipiunt,ꝙ tribus in locis vno die fierent comitia, aut tribus diebus vno in loco celebrarentur.



℄ Nudina æ.Romanorum dea a nouo die naſcentium dicta,qui luſtricus dicitur.

℄ Nūdinator qui in nūdinis mercať.Feſtꝰ. Nūdinis ruſtici cōueniebāt mercādi & vēdendi cauſa tumq; nefas erat cum populo agi ne interpellerentur nundinatores.

℄ Nundinor naris.palam vendo ſicut in nūdinis fit.ꝙ & Nundino as.dř.Iul.Firmicus lib.vj.mathe. Queſtus & libidinis cauſa pudorem duobus fratribus nundinabit,& ad coitum fratrem inuitabit & filium.Apul. Toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur.

℄ Nūdinarius a,um quod ad nundinas pertinet,vel ꝙ nundinis deputatum eſt.Pli.lib.xij.His cōmercijs Caracem oppidum aperuere quod eſt illis nudinarium.

℄ Nunquando pro eo quod eſt nū aliquādo? Et habet accētum in pe.ſicut Aliquando.

℄ Nunquid interrogātis ꝑticula qua non tā interrogamus q̄ exactius inſtamus plerūq;.Cōponitur aūt ex nū & quid ſed m mutatur in n.Et modo aduerbiū eſt vt nūquid ego ſum rabbi?modo nomē.vt nūquid criminis habes quod mihi obijcias?Sed apertius non in neu.ge. vt nūquis omnium noſtrum te offendit?hoc eſt an aliquis.

℄ Nunq̄ nullo tp̄e,a quo nonnunq̄ quod ſignificat aliquando.Nunquā non ſignificat ſemper.Sueto.in Tib. Turbatiore cęlo nunq̄ non coronam lauream ceruice geſtauit ꝙ fulmine afflari negetur id genus frondis.

℄ Nuo is cum ſuis compoſitis.Vide ī dictione Abnuo.

℄ Nuper aduerbiū ſignificat non longo tēpore a nunc. Boe.Hoc aūt quod nuper diximus.Qn̄doq; de longiori dicitur.Cicer.de diui.Nā ante diſciplinam patefactā quæ nuper inuenta eſt.Hinc Nuperum id eſt recēs nouum.Plaut.Recens captum hominem nuperum nouitium.Nuperrimus recentiſſimus.

℄ Nurcia vrbs antiqua in vmbria ex qua. Q. Sertorius vir rei bellicæ ſcientiſſimus ortus eſt. Suidas. νυκρία καὶ νυρκία πόλις τύρρηνας ... νακρία διὰ τοῦ ἄλφα. ✣ i.nucria & nurcia vrbs.Thyrrheniæ quæ & nacria per a dicitur.

℄ Nuſquam locum negat,& ſignificat nullibi. ſicut vſq̄ alicubi quaſi vno quouis loco nuſquam non ſignificat vbique non nuſquam alicubi.

℄ Nutrio is.iui.vel trij.ſecundum Priſci. Et ꝓprie paruulorum eſt vt creſcant.Inuenitur etiam nutritor tā deponens quam paſſiuum. Verg.lib.ij. Georg. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam.i.nutrito.Huiꝰ compoſitum eſt Enutrio.

℄ Nutrico as.pen.cor.idem ſignifi.Cice.lib.ij.de Nat. deo.Omnia q̄ ſunt ſic ſua membra & ſuas partes nutricant & continet.Colu.lib.viij.paſſiuum protulit. Nam ſuburbanus lactens porcus acere nutricandus eſt.

℄ Nutritius qui nutrit,ſiue qui curā habet infantium & adultorū vt viuāt.Hier.Non dixit. Accepit filiū ſuū & vxorē ſuā,ſed puerū & matrē eius quaſi nutritius,nō maritus Hic accipitur quaſi cuſtos & nutritor Mariæ in neceſſitatibꝰ niſi dicamꝰ quaſi nutritiꝰ pueri non maritus Mariæ. Eſt & nutritius a,um.Colu.libro.iij. Ne incrementa duricia ſua reuerberet ſed tenero velut nutritio ſinu recipiat & cœleſtes admittat imbres.

℄ Nutrix quæ nutrit.Cuiꝰ diminutiuum eſt nutricula. Iuuena.Gallia vel potius nutricula cauſidicorum.

℄ Nutus & nutos.Vide in dictione Abnuo.

## N ANTE Y

NYctileus dictus eſt Bacchus ꝙ eius ſacra noctu celebrarentur.Nam νὺξ latine.nox dicitur.

℄ Nyctilopes qui vidēt interdiu,accidēte autem ſole cernūt exiliter,noctu nihil.hi etiam luſcioſi dicuntur a latinis Nyopes vero qui iam ab initio ortus ſui niſi admota contueri nequeūt ꝙ genus curā nō recipit,vt Vlpi ī ędilitio edicto īqt.Pli.li.viij.Caprinū iecur ſi veſcatur reſtituit priſtinam aciē his quos nyctiopas vocant.

℄ Nycteris.idis,veſpertilio tā minutis pedibus vt q̄is carere videatur.

℄ Nycticorax coruus nocturnus,qui & nocticorax.

℄ Nyctileia,ſacrificia quę Baccho fiebant,a nocturno tempore dicta.Vnde & Bacchus nyctileus dictus eſt.

℄ Nyctimene filia Nyctei,quo etiam nomine dicta eſt auis quædam in quam conuerſa Nyctimene fertur,q̄m̄ cum patre concubuerat facinus recognoſcens in ſyluas aufugit & in noctuam conuerſa lucem odit nocte em̄ volitans,a gręcis appellatur γλαῦξ.

℄ Nympha latine ſponſa.Sed putauerant antiqui nymphas aquarum deas eſſe quaſi lympharū numina Nymphę vero ab aquis deę ſunt quales ſunt dryades hamadryades & oreades Quippe veteres gręci nymphā dicebant quam nos mutatione vnius literę lymphā hoc eſt aquam.Aliqn̄ nymphę dicuntur muſæ ꝙ aqua currēdo muſicos ſonos efficiat.Hinc ſępenūero a poetis inuocātur.Ver.Nymphę nr̄ amor libethrides.Nymphus dř ſponſus a quo paranymphꝰ.Dicuntur & nymphę apes cū primū formā cœperint habere.✣ Pli.lib.vj.Apes alię in vermiculo alię in nympha eſſe ꝓhibenť.In vermiculo ſunt cū primū ab incubatu excluduntur excepto rege qui non vermiculus ſed ſtatim penniger exiſtit cętera turba cum formā capere cœpit,nymphę nominatur.

℄ Nymphea plurali numero & ge. neu.dicūtur lacꝰ & balnea.Iul.Capito.Opera Gordiani romę nulla extant p̄ter quędā nymphea & balneas.Ioſe.ſcribit Herodem apud Aſcalonā cōſtituiſſe nymphea.i.lacus & balneas.

℄ Nyſus & Nyſa nomina propria ſunt.Verg. Nyſus & Eurialus.Idem Mopſo Nyſa datur.

℄ Nyſa etiā vrbs Arabię apud quā vt Diodor.ait Bacchus educatꝰ a nymphis fuit. Vn̄ & Nyſeꝰ dictꝰ eſt cognominatꝰ.Dionyſiꝰ a Ioue.ſ.& nyſa nomē accipiens. Nyſa etiā nō tā mōs q̄ ciuitas in india eſt a libero patre vt refert.Strab.ꝯdita carminibꝰ poetarū celebratiſſima ſita ſub radicibus montis quē Meron incolę appellant. Proper.Indica Nyſeis arma fugata choris.Alia eſt Nyſa in Bœotia apud Homerū.Apud Pli.in Caria.Apud Strabonem vicus in Helicone vbi ſimili modo colitur Bacchus.Apud Ptol.in Ionia ac Lycia.Apud Stephanum in thracia multi tamen Nyſę,arum.declinant.

℄ Nyſſa ꝑ geminū ſſ,repagulum vnde curſores mouentur ab νεύω inclino,ꝙ cum metam attigerint inclinenť.

✣ Nyſſia hederę genꝰ maxis ītra nigras corymbis.Cc.

℄ Nyſirꝰ pen.cor.inſula in qua eſt vrbs eiuſdē nominis Home.Qui Niſtrō habet cęlſam carpatonq; Caſonq;. ✣ Hęc non longe diſtat a Coo.In ea fiunt optima vina.

✣ Nympheus locus in lydia.

O Varijs modis poſitū inuenitur. Nā nomen eſt vocalis. Aliqn̄ aduerbium vocandi.Ver.O regina nouā cui cōdere Iuppiter vrbem.Aliqn̄ admirandi. Iuuena.O q̄lis facies & q̄li digna tabella. Aliquando indignandi.Cicero in catil.O tēpora,o mores,o paterni generis oblite,materni vix memor.Aliqn̄ optati aduentus,aut repente percuſſi.Teren.O ſalue,o Pamphile.Verg.Adſis o placiduſque veni.Inuenitur quandoque iunctum ſi.Perſi.O ſi ſub raſtro crepet argēti mihi ſeria dextro.Quandoque cum vtinam.Ouidi.O vtinam tu cum Lacedemona claſſe petebat.Interdum eſt.Interiectio dolentis.Cicero.O me miſerum,o infœlicem.Exprimit nonnūquam exultantis affectum.Vergilius.O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago Et o fœlix ſi te tua Roma videret.Tacetur quandoque o,cū accuſatiuo iungitur,Nam & noīatiuo & vctō iūctū legi

mus, vt apud Pliniũ iuniorem. Hominem te patientem ac potius durum ac pene crudelem. Et ſicuti docet Donatus maioris ſtuporis eſt hoc modo pronunciatum, & quandoq; melius ſonat. Teren. in Eu. Hominem perditum miſerumq; & illum ſacrilegum.

## O ANTE A

OAtaricha dicũt mugılũ oua ſale cõdita, añquã ad menſam apponebãt (ſicut ęgyptij cadauera aromatibꝰ) ὠὸν enim ouũ, interpoſita u euphonię cauſa, τάριχον ſalſum dicitur ταριχεύω ſeruo condio liquefacio ſicco. Suidas. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ξηραίνειν καὶ δικὸν εἰς γάρον ἐξχωρίζεσθαι λέγεται ταριχηρὰ καὶ τὸ τάριχος, οὐδετέρως ὡς ἀριστοφάνης βατράχοις, εἰσὶ δὲ κρέας ἁλσὶ πεπασμένον παρὰ τοῖς γάρον ἐγχωρίζεσθαι. ✠ Id eſt ſignificat & ſiccare & quale in Garũ ſeparari dicitur & ταριχηρὰ ſalſamentum & taricos neutri generis vt Ariſtophanes in ranis, eſt autem caro ſale conſperſa in girum ſeparata.

¶Oaxis fluuius cretæ, licet Seruius Meſopotamiæ fluuium diceret.

¶Oaxus ciuitas Cretę ab Oaxo Acallidis nymphę Minoidis filio, vel a ſitu loci, ꝙ crepidines Gręci axos vocent. Herodotus quoq; oaxum vrbem Cretę facit ĩ qua Ethearchus pater Pthonimæ matris Bacchi regnauit, qui Cyrenem Lybiæ vrbem ędificauit.

## O ANTE B

OB prępoſitio ſeparari & componi poteſt. Separata cauſalis coniunctionis locum tenet. Vergi. lib. xj. Cuius ob auſpiciũ infauſtũ moreſq; ſiniſtros. Apud veteres etiam pro ad ponebatur. Ennius. Pendet ob Romã noctu legiones ducere. Cicero Papyrio Pęto. In eo igiẽ conuiuio Cicero ille quem ſpectabant, cuius ob os graij ora obuertebant ſua? Sic dicebãt, obire pro adire. obmoueo pro admoueo obiacent pro adiacent, & complura hoc genus. Compoſita quandoq; ſignificat contra. vt oppugno. obijcio. Quandoq; circum vt obambulo obſideo. Quandoq; ſuper ſiue coram, ſiue obuiam, vt obuenio. Quandoq; ad, vt obeo. Dicimus enim Iſte obiuit mortem, hoc eſt iuit ad mortem. Componitur autẽ cum a vt obaudio. cum c, vt occũbo, d vt obduco, e vt obeo, f vt offero, g vt obgannio, h vt obhęrbeſco, i vt obiicio, l vt oblitero, m vt obmuteſco, n vt obnitor, o vt oborior p vt oppugno, q vt obquiſco, r vt obruo, ſ vt obſto, t vt obtineo, u vt obũbro, Sed quoties vocalibꝰ iũgiẽ vel d, l, n, r, ſeruaẽ b integra. Cũ c mutaẽ b in c, pręterquã ĩ obcęco, obſcurꝰ & obſcænꝰ, in qbꝰ duobꝰ vltimis b ſeruatur & ſ addiẽ poſt b. Cũ alijs lr̃is mutaẽ b in ſequentem literã niſi in his q̃ modo excipiã. In f mutaẽ vt offendo, offella, vbi cauſa metri abijciẽ b quũ tñ in offa in f mutetur. In m, vt omitto niſi apud poetas vbi o breuiatur & b abijcitur. In obmuteſco b ſeruandũ puto, ſed nõ ꝓferendũ, quãuis mutari in m, debere videatur, vt de omitto Priſcianꝰ ſentire videtur. In p, oppugno. In oportet tamen neq; b, neq; p, ſicut in opportunus geminamus. In operio ſimiliter adoperio & cooperio, in quibus b abijcitur. In q vero abijci puto b, vt oquiuiſco, In t varie ſentitur, ſed per b vſus ea ſcribit, vt obtineo, In obſtrudo vero addiẽ ſ præpoſitioni, ſicut in obſcurus. Et aliud eſt obtrudo, aliud obſtrudo.

¶Obacero as, pe. cor. Vide in dictione Acero.

¶Obęratꝰ cũ ę dipht. dr̃ miles ſeu quis aliꝰ qui ęre dato iã obligatꝰ eſt q̃ſi ęre alieno aſtrictꝰ & debitor ad aliqd operãdũ. Cęſar li. j. Cõ. oẽs obęratos, quorũ magnũ nũerũ habebat cõduxit. Var. Res maiores vt videmias & fœneſcia adminiſtrẽt ij, quos obęratos nr̃i vocitarũt.

¶Obãbulo aduerſus alios ambulo, vel ambulãti me oppono ſiue circũeo, aut obuiã eo, Plau. in. cap. Itẽ alij paraſiti fruſtra obãbulãt in foro. Verg. lib. iiij. Geor. datiuo iunxit. Nõ lupꝰ explorat ouilia circũ. Nec gregibꝰ nocturnꝰ obambulat. Q dr̃ Ser. exponit inſidiaẽ. Sed figurate dictũ puto, vt it clamor cęlo. Aliqñ obambulare accipiẽ ꝓ vna iũctimq; ambulare. Suetoniꝰ in Tibe. Et ſecretum petẽti nõ niſi adhibito. Druſo filio dedit, dextrãq; obambulãtis, veluti incubãs quoad peragereẽ ſermo cõtinuit. Ouidiꝰ de Polyphemo dixit. Nocturnꝰ obambulat pro eo qd̃ eſt vltro citroq; ambulando diſcurſat.

¶ Obareſco circunquaque areſco.

¶Obaudio auditũ poſtergo. Et in eadẽ cõpoſitiõe au mutaẽ in e. & dicimꝰ. Obedio, & fit cõtrarię ſignifi. quaſi dicto obediẽs ſum. Inuenitur Obedire dici de turpi obſequio. Cic. Dũ autẽ ipſe dedecori ac turpidini obedierit, nõ modo imperator omnino habẽdꝰ nõ erit. poniẽ interdũ obaudire pro audire ſeu obedire. Auguſti. libro xvij. de ciui. dei. Pro eo ꝙ obaudiuit Abrahã pater tuꝰ vocẽ meã, & cuſtodiuit pręcepta mea. Alibi datiuo iunxit. Et præcepto vtriq; obaudire cupiẽtis. ἢ ἑλληνικὸν τὸ χαωβὰ πλῆθος μέρος, ὅτι ἐν τῇ τύρβῃ πίνειν ἐν συμποσίοις ἐξεδίδοτο. ✠ Id eſt Vel græcum forſitan multitudinis pars ꝙ hęc in turba & & conuiuijs datur bibere.

¶ Obba poculi genus, dicta quaſi ob bibere ſit facta.

¶ Obcęco as, nõ plꝰ ſigni. q̃ cęco in quo b remanet contra aliorũ regulã. Col. lib. iiij. Velut ignorãtię tenebris obcęcata luce veritatis caruit. Idem lib. ij. Vbi ſolutior eſt humus aliquæ fiunt patentes, quędam etiam obcæcantur ita, vt in eas ora hiantium foſſarum competant. id eſt deſuper teguntur.

¶Obdo is, ex ob & do ſigni. oppono ſiue appono. Et ꝓ claudo poni cõſueuit. Terẽ in Eu. Peſſulũ oſtio obdo.

¶Obduro as, pe. ꝓ. durũ facio. Hiero. cõtra Ruffi. Vſq; adeo ne obduraſti frõtẽ, vt in mẽdacio ponas ſpẽ tuam?

¶ Obdureo es, rui. A quo obdureſco. durꝰ fio. Ci. Cornifici equidẽ ſic iã obdurui, vt ludos Cæſaris nr̃i æquiſſimo animo viderem. quod eſt quaſi callum feci.

¶ Obdulceſco is, circũ dulcis fio. Aug. li. vij. cõf. Nam primo ſanctis tuis literis formatꝰ & in eaũ familiaritate obdulcuiſſes mihi poſtea in illa volumina incidiſſem, fortaſſe abripuiſſent me ab ſolidamento pietatis.

¶Obduco is, pe. ꝓ, ſuperduco, tego. Hiero. in Gẽ. Cũ q; obduxero nubibꝰ cęlũ. Verg. et cinis obductę celabat lumia prunę. Aliqñ poniẽ ꝓ detego, aperio. Luci. Vos interea lumẽ auferte, atq; aulã obducite. Aliqñ ꝓ circũduco ſiue cõtra duco. Plau. ĩ Pſeu. Si hos expugno facile ego hãc rẽ meis ciuibꝰ faciã, poſt ad oppidũ hoc vetus cõtinuo meũ exercitũ ꝓtinꝰ obducã. Aliquando ꝓ facio, cõtraho. Plinius Iam callum obduxerat.

¶ Obedo is, pe. cor. couſumo. quaſi circumedo, a quo

¶Obeſus a, um. pro gracili & exili & circũroſo macilentoq; Nęuiꝰ. Corpore pectoreq; vndiq; obeſo tardi ingenio ſenis. Aliqñ ſignificat comedo. Vñ obeſus ꝓ vberi & craſſo, vt ſit obeſus, quaſi ob edẽdũ factꝰ. Verg. li. iij. Georg. Argutũq; caput breuis aluꝰ, obeſaq; terga. Hie. Minus ſolertes ſunt, qnibus obeſiſſimus vẽter eſt. Obeſitas pinguedo. Pli. In magna obeſitate.

¶Obedio is, iui itũ, obtẽpero. vide in dictiõe obaudio.

¶ Obelꝰ pe. ꝓd. latine dr̃ veru. a cuiꝰ ſimilitudine virgula q̃dã inter pũcta etiã veru dr̃ iacẽs ſic· Hac vſi ſunt eccleſiaſtici iterpretes, qua denotaẽ aliqd additũ in trãſlatiõe qd̃ in ꝓtotypis nõ habeẽ. Hiero. ad Pauli. Origenis ſtudiũ me prouocauit, qui editioni antiquę tranſlationẽ Theodotiõis admiſcuit, aſteriſco & obelo opꝰ oẽ ne diſtinguẽs. Sic dictꝰ ꝙ obelo, id eſt verui ſit ſimilis, vel quia tanquã veru ſupflua iugulat & cũſumit. Suidas. ὀβελὸς ἢ σοῦβλα ξενοφῶν ἐπάταξεν ἰνδὸν διαπορῶ τις ὀβελίσκῳ διαμπερὲς νὸν μηρὸν τῷ ἐγγύτατα καὶ παροιμία τὸ θερμὸν τοῦ ὀβελοῦ ἐπὶ τῶν τὰ χείρονα ἀντὶ τῶν κρειττόνων αἱρουμένων. ✠ Id eſt obelus Subla, Xenophon percuſſit in tranſitu obeliſco traiectum femur propiſſime & parœmia calor obeli ad peiora pro melioribus detentis.

¶Obeliſcus diminutiuũ ab obelꝰ magis noie quam rotundum magnę res obeliſci dicantur. Eſt autẽ lapis aſprimꝰ in figura metę cuiuſdã, ſenſim a ꝓceritate in excelſũ cõſurgẽs, paulũ gracileſcẽs, ſpecie quadrata in verticẽ ꝓductus anguſtũ, manu læuigatꝰ artificis. Qui multi Romę



fuiſſe referuntur. Et ſunt pyramidibus lõge minores. Solis numini ſacrati. propter quod ad radiorum ſimilitudinem fiebant.

¶Obeliſcolychnium inſtrumentum militare, ab vſu gemino. ſ. veruculi & lucernę dictum.

¶Obeo is. iui vel obij tũ. Eſt aũt obire, adire. Nã ob ꝓ ad quandoq; ponitur. Vñ obire mortẽ eſt ire ad mortem Plau. in Aulu. Vbi is obijt mortem qui mihi id aurũ credidit. Similiter obire diem dicimus pro eo quod eſt mori quaſi ire ad diem fati. Ser. Sulpi. Cice. Nunciatum eſt mihi. Marcellum diem ſuum obiſſe. Et obire vadimonium eſt ire ad vadimonium. Sic dicimꝰ obire rus. ꝓ ire ad rus; Cice. Mario Tu modo iſtam imbecillitatem valitudinis tuæ ſuſtenta & tuere, vt noſtras villas obire. & mecũ ſimul lecticula concurſare poſſis. Aliqñ ſignificat prędo eſſe. Suet. in Cęſar. Tanuiſius adijcit Craſſum diem cædi deſtinatum non obijſſe Aliquando exequi. vt obeo legationem. i. exequor munus ſiue officiũ legationis. obeo prouinciam, exequor officiũ ꝓuinciale, obeo vitã, perficio vitam. Liui. lib. j. Eum iura redditurũ obiturũq; alia regis munia eſſe, poniẽ qñq; ſine actõ, & ſignificat morior. Iuuen. Magnus ciuis obit, & formidatꝰ othoni. Et obire eſt circuire. Verg. Magnas obeuntia terras. Liui. lib. j. Tum ſacerdotibus creandis animum adiecit, q̃q̃ ipſe plurima ſacra obibat. i. circuibat viſitando, Item obire obuiam ſe præbere. Teren. in Hecy. Adeo tuam antiquam venuſtatem obtines, vt voluptati obitus, ſermo, aduentus tuus quocunque adueneris ſemper ſiet. Donatus obitus occurſus.

¶Obequito circũequito. Liui. li. ij. Veiens hoſtis Hetruſciq; eo magis ꝓpere agere, laceſſere ad pugnam primo obequitando caſtris prouocandoque.

¶Oberro as. circumerro. Perſius per tranſlationem ꝓ circũuolo poſuit quum dixit. Diues arat Curibus quantum non miluus oberrat.

¶Obeſco as. ab eſca cõpoſitionẽ habere conuenit, quaſi eſca farcio. Col. lib. ix. Nonnulli tribus aq̃ ptibus vnã boni vini miſcent, madefactoq; triticeo pane obeſcant auem, q̃ prima luna (qm̃ id quoq; cuſtodiendũ eſt) ſaginari cœpta vigeſima ꝓgliſcit. Ineſco idem ferme ſignificat, ſed per tranſlationẽ ponitur pro decipio. Terent. in Adel. Neſcis ineſcare homines Dona. Metaphora ab aucupibus, qui auibus capiendis effundunt cibum.

¶Obex ge. maſcu. vel fœmi. ab obijcio ſignifi. cuiuſcũq; rei obiectionẽ ſiue obſtaculũ. Ver. lib. x. Ecce maris magno claudit nos obijce põtus. Hierony. Sagitta quæ contento neruo dirigitur difficile vitatur, ante eñ ad eũ ad quem iacta eſt peruenit, q̃ obice clypei fruſtreẽ. Vnde & peſſulum ſerãq; oſtiorum obices appellamus.

✠Obgannio, vide Gannio.

¶Obhęrbeſco is. ex ob & hęrbeſco. Hęrbeſcere vero ẽ hęrbam fieri. Cic. in Cato. Et elicit hęrbeſcẽtem ex eo viriditatem q̃ nixis fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit. Feſtus. obhærbeſcere hęrbam increſcere.

¶Obiaceo es. pe. cor. circũ aut contra ſiue obuiã iaceo. Col. li. ij. Sed vaſtos ceſpites cõuellit qbus obiacentibꝰ ĩpeditũ aruũ minꝰ recte põt iterari. Liui. lib. ix. Quũ ad alias ãguſtias ꝓtinꝰ ꝑgerẽt, ſeptas deiectu arborũ, Saxorũq; ingentiũ obiacente mole inuenere. i. contraiacẽte.

¶Obijcio is penul. cor. anteiacio, antepono, porrigo, offero. Col. li. vij Tenerrimã quãq; frondẽ, aut pãpinos vitis obijci. ſ. boui. Plautus in Cur. Flos veteteris vini meis naribus obiectus. i. porrectus. Terẽ. in Heau. Vt hanc notitiam nec opinanti primus obijcerem ei domi id eſt offerrẽ vel darẽ. Aliqñ contraiacio oppono. Aliqñ infero. Plau. in Am. Qui multa thebano populo acerba obiecit funera. Aliquando repente oſtendo. Claudia. Ex templo ſeſe medijs obiecit in aruis.

¶Obiecto as. frequẽter obijcio, oppono, ĩputo. Lactã. li. iij. Et ſtultitiam quam nobis iſti deorũ cultores obiectare nõ deſinũt. Interdũ poniẽ ꝓ expono. Ver. lib. iiij. Et corpora bello Obiectant.

¶Obiectus a, um. participium. Obiectus us. nomen ꝙ ſignificat oppoſitionem.

¶Obiectum philoſophi vſurpant pro omni eo ꝙ cerni poteſt. i. quicquid oculis obijcitur.

¶Obitus a, um pe. cor. ꝑticipiũ. vt morte obita qualis fama eſt volitare figuras. Eiuſdẽ ſignificationis cum obeo is. obitus tus. nomen, ꝙ eſt mortis executionem ſignificat. Ci. Quum de obitu fratris literas accepiſſem. Modo occaſum. Ver. lib. i. Geor. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus. Modo aduẽtum. Turpi. Et qs eſt qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo?

¶Obiter pe. cor. ex ob, circũ & iter ꝯpoſitũ aduerbium ſignifi. incidenter, hoc eſt p̃ter ꝓpoſitũ, q̃ſi in itinere occurrens, aut q̃ſi per iter & in tranſitu. Pli. in prolo. Vt obiter caueã iſtos homero maſtigas. Et lib. xviij. Maior pars Italię vtiẽ pilo, rotis etiã quas aquaverſet obiter & molat Idẽ. li. xi. Cuiꝰ anguſtiæ nõ ſinũt vagari incertã aciẽ & velut canali dirigũt obiterq; ĩcidẽtia facile declinant Iuue. Aut obiter leget aut ſcribet vl' dormiet intꝰ id eſt interĩ Sunt qui exponãt obiter pręciſe tali cauſa.

¶Obiurgo as. Valde arguo repħẽdo, vel cõtra aliquem clamo Terẽ. in An. Nã ſi obiurges illũ vitę qui auxiliũ attulit, quid facies illi qui dederit damnum aut malum.

¶Obiuro ras. pe. pro. iurando aſtringo Ci. pro Cęlio fuit in hac cauſa pertriſtis quidã patrius cenſor magiſter obiurauit. M. Cęlium ſicut neminem vnquam parens.

✠Oblationes proprie dicuntur quę dijs offeruntur. Veteres offerumentia dicebant. Cc.

¶Oblecto as. & oblector, aris. Vide ĩ dictione Delecto.

¶Oblido is. pe. ꝓ. ex ob & lido ſeu lędo ſignifi. circũ circa vſq; ad mortẽ percutio, ſuffoco, neco. Lactan. lib. vj. Ne illud quidem concedi aliquis exiſtimet vt recentes natos liceat oblidere q̃ vel maxima eſt impietas. Ad vitam enim deus inſpirauit animas non ad mortem. Col. lib. viij. Ne anguſtę fœdus oblidant.

¶Obligo as. pe. cor. circũligo Idẽ li. viij. Vt admiſſarij dexter vl' etiã ſiniſter viculo teſticulꝰ obligeẽ. Curtius. Ne obligato qdẽ vulnere haud ſegnis deſtinata exeqẽ. Per trãſlationẽ obligare eſt deuĩcere ſeu debere. Ci. Au. Trebonio Dolobellã antea tm̃ mõ diligebã, obligatꝰ nihil erã. Differũt tñ ſcd̃m Aſco. obligatꝰ & diſtrictꝰ qm̃ obligatꝰ ĩ bonis & ĩ viculis dr̃ Diſtrictus ſine vinculis.

¶Oblimo as. pe. ꝓ ex ob & limꝰ cõponi videẽ q̃ſi circũlimo ſiue ſup limo repleo. Ci. li. ij. de natura deorum. Nilꝰ Aegyptũ irrigat, & quũ æſtate obrutã oppletamq; tenuerit tũ recedit, molitoſq; & oblimatos agros ad ſerẽdum relinquit. Ver. lib. ij. Georg. Et ſulcos oblimẽt iertes. Per tranſlationẽ Clau. lib. iij. ꝓ obcęcare & q̃ſi limo meatus claudere vel inquinare poſuit. Sed quod diſſuaſor honeſti Luxus & humanas oblimat corpora mẽtes. Eſt & oblimo, a limo as. compoſitum Hora. in ſer. Rem patris oblimare malum eſt vbicunque.

¶Oblino. pe. cor. circũfœdo Lact. lib. iiij. Luto ſe oblinunt qui deos. i. terrã lutũq; venerãtur. Sal in Iug. Simẽ Gladium ſauguine oblitum oſtentans.

¶Oblitero as. obſcurũ facio, caſſo, deleo, vl' ĩ obliuionẽ duco, & quaſi e literarũ monumẽtis deleo. Ci. ad Senatũ. Publici ĩ me bñficij memoria priuatã offenſionẽ obliterauit. Lact. lib. xi. Ergo idẽ dñs ac parẽs indulgẽtiſſimꝰ remiſſurũ ſe pœnitentibꝰ pctã ꝓmittit & obliteraturũ omnes iniquitates eius qui iuſtitiã denuo cœperit operari. Fit aut oblitero vt quidã putãt a littꝰ, ꝙ ibi notata a fluctibꝰ ęq̃ri & tolli ſoleant. Alij ab obliuione. i. a ſupino oblitũ, vel dici poteſt ab oblino, ſicut a lino litera.

¶Obliuiſcor. ꝯpoſitũ videẽ ab oblino, q a vero accẽtu differũt põt eẽ ſimplex dictio. Eſt & verbũ deponens q̃uis aliqñ paſſiue ſumaẽ. Ver. Nũc oblita mihi tot carmia ꝓ me. Et ꝯſtruiẽ mõ cũ actõ Lact. lib. vi. Spero (inquit) te Cęſar qui obliuiſci ſoles nihil niſi ĩiurias, modo cũ grõ Hie. ad Aug. Pene epiſtolę tuę vel eiꝰ q tuo nõie ſcrip-

ſerat obliti ſumus.

¶ Oblitus a,um.pe.produ.participium ab obliuiſcor, vt Nunc oblita mihi tot carmina.oblitus vero pe.corr. ab oblino eſt quaſi circunlitus & circunfœdatus. Tibul. oblitus & muſto feriet pede ruſticus vuas.

¶ Obliuium idem quod obliuio. Horati.in Ser. Ducere ſollicitę iucunda obliuio vitæ.

¶ Obliuioſus dicitur is qui cito obliuiſcitur.

¶ Obloquor pe.cor.contra loquentem vel in contrariũ loquor. Liuius. Notatos quoq; qui ferociſſimi oblocuti erant ſingulos manu corripuit. Ponitur etiam pro maledico. Vnde oblocutores maledici,detractores.

¶ Obnitor pe.prod.cõtra nitor. Vide in dictiõe nitor.

¶ Obnoxius ex ob & noxius cõponit̃. Noxius autem a noxia aut noxa deriuat̃,q̃ a nox originẽ habuiſſe debẽt ꝙ nox a nocendo eſt, vt inquit Varro. vel nyx, & hæc vocabula eãdẽ ſapiũt nocẽdi ſignificationẽ,quã nox habet. Apud antiquos noxia pro dãno capiebat̃,ait Feſt. apud poetas ꝑ culpa. Noxa vero ꝑ peccato aut peccati pœna,quæ omnia cõplectit̃ noxius. Nã qui noxiꝰ eſt dãnũ ſibi plærũq; & alij,culpã vero ſibi infert, poſtremoq; peccati pœnã. Vñ obnoxius,id eſt circunnoxius, quaſi noxia ſiue noxa circũdatꝰ,vel quaſi ob noxiã ſiue noxã notatꝰ & pœnę addictꝰ, ꝓpter qd̃ vtcũq; capiat̃ breuiter ſignificat ſubiectꝰ vel obligatꝰ,ꝙ alterũ ab altero depẽdet. Qui eñ ſubiectꝰ eſt alicui,etiã illi quodã modo eſt obligatꝰ. Proprie tñ,vt inquit Feſtꝰ,is eſt qui pœnę obligatꝰ eſt ob delictũ.vt puta ſi quis morbis ob noxiꝰ ob nimiã cibi intẽperãtiã,aut ſi mulier ob ſtupri cũ aliquo viro cõſuetudinẽ illi obnoxia ſit.vt apud Sal. Eratq; ei cũ fuluia nobili muliere vetꝰ conſuetudo, cui quũ minꝰ gratꝰ eſſet qa prę inopia minꝰ largiri poterat repẽte gloriãs,maria mõteſq; polliceri cœpit,& minari interdũ ferro,niſi ſibi obnoxia foret.i.morẽ gereret.improprie autẽ quis dicitur obnoxius quaſi vel damni vel culpę quicquã admiſerit.vt multi ſancti viri fuerũt prauis hominibꝰ obnoxij,ac ſi aliquid mali meruiſſẽt, quũ tamen innocẽtes eſſent. Vñ ad multa alia ſimiliter trãſlatũ eſt ipſum vocabulũ, quale eſt illud apud Col. libro iiij. Sin autẽ regiões p̃dictis vẽtis fuerint obnoxiæ. Et lib.v. Maturũ fructum ꝓſternit,& canibus feriſq; reddit obnoxiũ. Ecce hęc nihil deliquerũt, ſed tñ quaſi delinquerint obnoxia dicũtur ꝙ illę ventis obiectę ſint, hic ꝙ maturus fructus proſtratus & obiectꝰ canibus & feris eſt. Quinetiã ad eos qui bñficijs deuicti ſunt trãſfertur, quaſi dãnũ bñficijs eorũ aliquod ex hoc intulerint. qd̃ tñ plęrũq; illatũ fuit ſiue culpę,ſiue gratiæ,ſiue libertatis cauſa. Hiero.in prologo Salo. Quaſi aut ęquũ ſit me vobis eſurientibus alijs laborare, aut in ratione dati & accepti cuiquã præter vos obnoxius ſim, id eſt debitor ſeu deuinctus obligatuſve. Plau.in Cap. Obnoxij ambo vobis ſumꝰ ꝓpter hãc rẽ,quũ q̃ volumꝰ nos copia ea facitis nos cõpotes. Vñ apud Liuiũ obnoxiæ dixere ſentẽtiã accipitur pro ſeruiliter. Interdũ obnoxius ponitur pro noxio. Et ſic obnoxius & innoxius ſunt contraria. Aennius. Sed virum vera virtute viuere animatum adiecit fortiter eumq; innoxium vocare aduerſus aduerſarios,ea libertas eſt qui pectus purum & firmum geſtitat alię res obnoxię nocte in obſcura latent. Interdum pro obſcuro. Nox enim pro obſcuritate ponitur. Plau. Nũc ego hercle perij plane,non obnoxie.

¶ Obnubo is.pen.prod. Vide in dictione nubo.

✠ Obnubilare eſt quaſi caligine quadã,& nubilo obtenebrare. Apul. Obnubilauit aĩam. Innubilare vſurpauit Firmicus. Quod accidere ſolet interdũ morientibus.

¶ Obolus pe.cor.genꝰ põderis qd̃ ſex ſiliquas cõtinet Teren.in An. Obolo empto. Suidas. ὀβολὸς ὁ τόκος εἶδος νομίσματος· ὀβολὸς δὲ παρὰ ἀθηναίοις ἕξ ἐστι χαλκῶν. ὁ δὲ χαλκοῦς λεπτῶν ἑπτά. τὸ δὲ τάλαντον τοῦ ἀργυρίου τῶν νῦν τοῦ ἀργυροῦ νομίσματος ἐστι. ἡ δὲ μνᾶ ἑξηκοστόν ἐστι τοῦ ταλάντου τοῦ χρυσίου ἑξαπλάσιόν ἐστι. ✠ Id eſt obolus vſura numiſmatis genus obolus vero apud Athenienſes ſex eſt chalcorũ, id eſt numerorũ æreorũ. Chalcus autẽ tenuiũ ſeptẽ talẽtũ argẽti nũc quatuor & numiſmatis ſeptẽ &.viij, Mna vero ſexageſima eſt pars talenti aurei, eſt multiplicata.

¶ Oborior ante naſcor,ſubnaſcorve. Liui.lib.j. Aduentu ſuorũ lachrymę obortę. Hiere. Hic vero oborta contentio qui frangeret panem pene diẽ duxit in veſperã.

¶ Obrepo is,pe.pro.latenter & tacite aduenio ſicut & ſurrepo Tractũ ab aĩalibꝰ pedibꝰ carẽtibꝰ,q̃ greſſu tacito gradiũtur. Iune. per trãſlationẽ obrepit nõ intellecta ſenectus. Eſt & obripio,de quo in dictione Rapio.

¶ Obrigeo es,pe.cor. Vide in dictione Rigeo.

¶ Obrodo is. pe.prod.circunrodo, Plau.in Am. Prægnanti malum dari oportet,vt ſiet quod obrodat.

¶ Obrogo as.pe.corre.quaſi obloquor. Feſtus obrogare obloqui atq; alterius ſermonem moleſte impedire.obrogare legẽ,eſt legis prioris infirmandæ cauſa legẽ aliã ferre. Cicero ad Atticum. Abrogare,derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat.

¶ Obruo is,ſuſterno ſeu circunruo,operio. Oui.lib.j.de Remed. Obrue verſata cerealia ſemina terra. Transfert̃ etiam ad animũ. Quinti. Tot voluptatibus obruere poſſunt vnum dolorem. Hinc Adobruo ſubtꝰ ruo & in terra defodio. Colu.lib.ij. Nã ſi plus quatuor digitis adobrutũ eſt ſemen eius non facile prodit. Idem in eodẽ. Atq; ita iaciunt ſemina & ſarculis adobruunt.

✠ Obris nomen fluuij. Pomponius. Secundum bliteros obris fluit. Hunc. Pto.orobium vocat.

¶ Obrizum aurũ dicit̃ quaſi ὄβρυζον,hoc eſt ſyncęrũ delicatũq;,qd̃ ſæpe igne cãdefactũ & exuſtum eſt & quod in coctione non minuitur. Hieronymus in Daniele. Ecce vir vnus veſtitus lineis,& renes eius accincti auro obryzo. Hebraice dicitur ophir.

¶ Obſaturo as,pe.cor.ſignificat ſaturitatẽ vſq; ad faſtidium vel cõtra animũ capio. Teren.in Heau. Me tu ꝓpediem vt iſtanc rem video iſtius obſaturabere.

¶ Obſcœnus a,um.quidã ab obs & canendo cõponunt Alij ab obs & κοινῶ inquino. Vnde cœnũ quidã dici exiſtimant.intelligendum eſt ergo ꝙ obſcœnum ſicut duo ſignificat,ita duplicem habet compoſitionem, & duplicem orthographiam. Nam aliqñ ſignificat abominabile auguriũ vt apud Verg.lib.j. Georgic. Obſceniq; canes importunæq; volucres.& tunc a canẽdo contraria & mala dicitur.& ſine diphthõgo ſcribit̃. Aliqñ dr̃ qd̃ turpe immundũq;. Et tunc ſimiliter ex obs & cœnũ cõponit̃, quod ab κοινῶ pro inquino deducitur. Ex eo.ſ.ꝙ.q̃ multũ cõmunia ſunt,turpia & immũda vt plurimum fiunt. Nã id ꝓprie cõmunicare eſt.& ſic cũ œ ſcribit̃. Var.aũt lib.vj.de lin.lat.docet obſcænũ cũ ę ſcribẽdum idq; ab ſcęna deducit,ex ob & ſcęna,quaſi ad ſcęnã, ꝙ ſcænis id daretur qd̃ obſcænũ foret. Priſcia.ab ob,& κοῖνον qd̃ nos cœnũ dicimꝰ ſ interpoſita. Feſtus ab oſcis deriuat. quorũ frequẽtiſſimꝰ fuit vſus libidinũ ſpurcarũ. Vnde& verba impudẽtia appellantur obſcena. Qd̃ ſi verũ eſſet ſine b & abſq; diph.oſcenũ ſcribi oporteret. obſcœnum etiam quandoq; ponitur pro pernicioſo & vitabili. Vergilius. Obſcœnamq; famem quæ prima pericula vito.

¶ Obſcœno as.ſignificat obſcœnũ & malũ omen affero. Plautus. Sed quid illuc ꝙ exanimatꝰ currit huc Leonida. Metuo qd̃ illic obſcœnauit meæ falſę fallaciæ.

¶ Obſcurus latens abſcõditꝰ & ſine lumine. Ver. Vidimus obſcuris primã ſub mœnibꝰ vrbem. Vnde obſcura oratio difficilis & cuiꝰ ſñia latet. Cõponit̃ ex ob & cura ſiue curo,interpoſita ſ,ꝙ ea q̃ obſcura ſũt nobis curã obijciãt. Vñ ab obſcurꝰ obſcuro fit, qd̃ ſignificat nõ curo, ſiue ſupprimo ſicut fit in obſtrudo qd̃ ẽ occludo. In qua ſignificatione capitur & obſcuro. Cic.pro Archia. Neq; enim eſt diſſimulandũ quod obſcurari nõ poteſt,ſed prę nobis ferẽdũ. Si vero volumꝰ vt obſcuro magis ab obſcurus deriuetur,nõ cõtẽdo. Verũtñ cũ ſit verbum curo cuiꝰ cõpoſita Acuro & Procuro,non mirũ videri debẽt



ſi & obſcuro a Curo.ſil'r cõponat̃,quẽadmodũ abtrudo a trudo,a quo etiã obtrudo,tametſi ſit in alia ſignificatione & detrudo ꝯtrudo,ĩtrudo,retrudo & ſimilia. Capitur qñdoq; obſcurũ ꝑ ignobili. Cic.li.j.offi. Qui magna ſibi ꝓponũt obſcuris orti. Nã qui obſcurꝰ eſt ferme deſpicit̃,& nõ eſt quaſi qui eũ curet vel ęſtimet. Ab obſcurus fit,obſcuritas,quod modo opacitatem,modo ignobilitatẽ,modo difficultatẽ ſignificat. Cic.li.ij.officio. Quorum aũt prima ętas propter humilitatem & obſcuritatẽ in hominum ignoratione verſatur. Sic obſcuro as. Sal. Sed profecto fortuna in omni re dominatur & res cũctas ex libidine magiſq̃ ex vero celebrat.obſcuratque.

¶ Obſecro as.ex ob & ſacro,ſignifi. per ſacra rogo, vel opẽ a ſacris rogo,obteſtor,deprecor,& quaſi ſacra vt te exorem facio. Teren. obſecro te q̃ primũ hoc me miſerꝫ libera metu Ponitur etiã aliqñ pro aduerb. obſecrandi.

¶ Obſecũdo as.ſigni.fœlicito,ꝓſperũ facio,ex ob & ſecũdo.qđ ſignifi.ꝓſperũ facio. Ver. Dij cæpta ſecũdent. Fit aũt Secũdo a ſecũdꝰ,ſecũdꝰ vero a ſequor. Eſt autẽ obſecũdare oĩa ad alteriꝰ nutũ facere.vel in melius cõuertere. Terẽ.in adel. Sed ſi vultis potiꝰ q̃ vos ꝓpter adoleſcẽtiã minꝰ videtis,magis impẽſe cupitis, ꝯſulitis parũ,hęc rep̃hendere & corrigere me & obſecũdare i. loco. Vbi Dona. Nã q rep̃hẽdit nõ continuo corrigit,qui corrigit nõ illico obſecũdat.i.lętiſſimũ reddit & fideliſſimũ. Cic.ꝑ Põpeio vſus eſt ꝑ obſequi Nõ modo oẽs(inquit)ciues aſſẽſerũt,ſocij obtẽperauerĩt.ſed etiã vẽti tẽpeſtateſq; obſecũdauerĩt. Inuenit̃ & obſecũdor deponẽs.

¶ Obſequor pe.cor.alteriꝰ volũtati morem gero,inſeruio. Plau. Ego ſane cupio obſequi gnato,

¶ Obſequium officium. Terent. obſequium amicos, veritas odium parit.

¶ Obſequela morigeratio. Plau, omnes parentes Libane liberis ſuis q mihi auſcultabunt facient obſequelam.

¶ Obſequioſus q facile obſequit̃. Plaut. ĩ Cap. Nã ſi ſeruus meꝰ eſſes nihilo ſecius mihi obſequioſus ſẽp fuiſti.

¶ Obſequibilis qui obſequitur. Gel. Cognatos affineſq; illos ferme tam obſequibiles eſſe ait.

¶ Obſero is.pe.cor.circũſemio ſeu circũplãto. Colu.li.ij. Vtat̃ p̃ceptis eoꝝ q vberẽ cãpũ in ſingula iugera tritici quiq; & ordei octo modijs obſerere p̃cipiũt. Idẽ li.iij. Agrũ anteq̃ vineis obſeras explorato qualis ſaporis ſit.

¶ Obſecro as.pe.cor.ſignificat occludo. Terent.in Eunucho. Tu abi atque obſera intus.

¶ Obſeruo as.circum oculis mentis & corporis ſeruo, ſpeculor,cuſtodio,noto,ne me p̃tereat,ne me decipiat. Terent.in Andria. obſerues filiũ quid agat. Hierony. in libro Regũ. obſerua te quæſo, mane,& manebis clã, & abſcõderis. Et obſeruare eſt venerari & admirari homines tantum dignitatis vel virtutis cultu. Ver.lib.iij. Geor. Præterea regem non ſic Aegyptus & ingens Lydia,nec populi Parthorum,aut Medus Hyda ſpes obſeruant. Cicero.octa. M. Aruilius Auianus ab ineunte adoleſcentia me obſeruauit,ſemperq; dilexit.

¶ Obſeruãtia vt inqt Ci.eſt ꝑ quã hoĩes aliq̃ dignitate añcedẽtes cultu quodã & honore dignãt̃. Liui.li.j. obſequio & obſeruãtia in regẽ cũ oĩbꝰ,benignitate erga alios cũ rege ĩpo certaſſe. Aliqñ obſeruãtia dr̃ cuſtoditio licet Vale.neget. Leo papa. Scitis ad ęternũ vobis gaudium ꝓfuturã diuinorũ obſeruantiam mandatorum.

¶ Obſeruatio idẽ qđ obſeruãtia. Nã qñq; dr̃ annotatio & cuſtoditio p̃ceptoꝝ quãdoq; honor & reuerẽtia. Vale max. Haud Marcello adiectio ĩpẽſe impedimẽto fuit, quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaque obſeruatio redderetur.

¶ Obſeruabilis qui idoneꝰ eſt vt obſeruet̃ vl' veneret̃ cuius ꝯtrariũ leſt ĩobſeruabil'. Pli. In Martis ſydere cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus nũq̃ id ſtationẽ facere.

¶ Obſido & obſideo actiua ſunt quibꝰ addũt̃. Circunſido & Circũſedeo Idem eñ ſignificant eodẽq; modo ſumuntur & cõſtruũtur,ſed differunt inter ſe quõ inter Aſſido & aſſideo,de quibus ſupra dictũ eſt,ꝙ in obſido motus quidã eſt,vt ſit quaſi obſiſto. In obſideo vero quies q̃ſi obſto. Sal. Pręmittit illis hoĩes militares ſine tumultu p̃ſidijs collocatis ſicuti p̃ceptũ erat oculte põtẽ obſidunt. De obſideo. Idẽ in Iug. Armis obſeſſus teneor. Significãt obſido & Circũſido.q̃ſi obſepio & circumſepio, aut ad obſidendũ ſiue circũſedẽdũ eo, vel ab obſidẽdum me loco.obſideo vero & circũſedeo obſeſſum teneo.q̃q̃ ſimpliciter ꝑ circũſedeo ponat̃. vt apud Curtium. Per hos pellices introducebant̃ alio additu quam quem armati obſidebant. Et obſidere eſt contra ſedere.

¶ Obſidior deponẽs ſignifi.circa inſidias facio. Col.li.x. Sed inter caniculæ & arcturi exortũ cauendũ erit ne apes intercipiãtur violentia crabronum,qui ante aluearia plęrũq; obſidiantur prodeuntibus.

¶ Obſeſſi ſunt qui aliquem locum egredi non poſſunt.

¶ Obſidiũ & obſidio & obſeſſio idẽ ſignifi.& ab obſido ſiue obſideo fiũt. Col.lib.x. Atq; vtiliſſimũ eſt ꝑ frequẽtia domicilij duos vl' tres aditꝰ id eodẽ opculo diſtãtis inter ſe fieri cõtra fallaciã lacerti,qui velut cuſtos veſtibuli ꝓdeũtibꝰ inhiãs apibꝰ affert exitiũ eęq; patentiores exeũt cũ licet vitare peſtis obſidia ꝑ aliđ vadentibꝰ effugiũ. Ci.ꝑ Rabi. Cũ innumerabiles hoſtium copias in Italia fudiſſet,atq; obſidione Remp.liberaſſet. Sępiꝰ tamen obſidio ab auctoribus vſurpatur.

¶ Obſidię dicuntur ſicut & inſidiæ Col. dum tñ anus ſedula vel puer adhibeatur cuſtos vagantium,ne obſidijs omnium inſidiatorum animalium decipiantur.

¶ Obſidiana gẽma dicta eſt a ſimilitudĩe obſidiani lapidis vel ꝙ ex ea fiat obſidianꝰ lapis,in India naſcit̃ & in Sãnio Italiæ,& ad oceanũ ĩ Hiſpania maxime autẽ in Aethiopia. Vñ is qui primo inuenit obſidꝰ vocatus eſt. a quo obſidianꝰ vocatꝰ ẽ,nigerrimi coloris eſt, & aliqñ tranſlucidi. Dr̃ etiam vitrum obſidianum &c. Cc.

¶ Obſidionalis & obſidionale ab obſideo fit. Vnde corona obſidionalis,quæ ei debebatur qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet, hæc fiebat ex gramine viridi ex eo loco decerpto in quo erant incluſi.

¶ Obſes qui tradit̃ imperio alicuius ea cõditione,vt ſi dator obſidis a fide recedat recipiẽti ſit poteſtas in corpus & vitã eius ſęuiẽdi qui datꝰ eſt obſes. Hic qm̃ obſidionis cauſa dari conſueuit,inde nomen aſſumpſit,quãuis aliqui ex ob & fides compoſitum velint per mutationem literę,ꝙ ſit ob fidem datus.

¶ Obſigno as.ſignifi.ĩpreſſiõe occludo,& ad literas cæteraq; q̃ ſigno quouis notãt̃ aut ĩprimũt̃ ꝑtinet. Plautꝰ in Cur. Scribit & obſignat lr̃as. Idem in Am. Eloquere vbi nũc patera ẽ? In ciſtula Amphitrionis obſignata ſigno ẽ. Qñq; ſumitur ꝑ ſigno notariorũ ſeu ſubſcriptiõe eorũ aut teſtiũ. Cic.ꝑ Cluen. Clinea teſtamentum faciẽte quũ tabulas prehendiſſet Opimachus qui gener eius fuiſſet,digito legata deleuit. Et quũ id mĺtis locis feciſſet,poſt mortẽ eiꝰ ne lituris coargui poſſet, teſtamentũ ĩ alias tabulas trãſcriptũ ſignis adulterinis obſignauit.

¶ Obſipo as.pe.pro.ſignificat obijcio vt, quum ruſtici dicunt. Obſipa pullis eſcam.

¶ Obſto as.obſtiti obſtatũ,ſignifi.ꝯtra ſto. Sta.li. The. Quę ſic orſa prior ſpes ne obſtatura Pelaſgis. Curti obſtãt oppido gemini colles. Aliqñ obſtare ſigni.reſiſtere, aduerſari ĩpedire. Terẽ. Quid igit̃ obſtat cur nõ vere fiãt.

¶ Obſtaculum impedimentum ab obſto.as.

¶ Obſiſto contra ſiſto.obſtitum veteres modo pro violatum,modo pro obliquum dixerunt.

¶ Obſtetrix ab obſtãdo vel obſiſtendo. Eſt eñ illa quę parturientiũ curã habet. Ambro.ad iuſſũ. Ad parturientes ingrediebantur obſtetrices.non ad virgines,vt partus ſuſciperent non vt pudorem examinarent. Vnde& obſtetrices dictæ,eo ꝙ obſiſtant dolori,vel certe pignori,ne laxatis vteri genitalibus clauſtris, in terram defluat. Teren.in And. Obſtetricem accerſo.

✠ Obſtetrico cas.penulti.prod.ad pariẽdũ adiuuo ſiue

obſtetricis officium ago. Hierony. lib. Exod. Quando obſtetricabitis Hebræas & partus aduenerit, ſi maſculus fuerit interficite eum.
¶Obſitꝰ pe. cor. inuolutꝰ, ícultꝰ, horridꝰ. Terē. i Eu. Video ſentū, ſquallidū, ægrū pānis āniſq; obſitū. Au. Deſertus hic mūdus ab oī cultura fidei, & peccatorum ſpinis obſitꝰ ſquallebat tāq̄ ager incultꝰ. Obſitꝰ etiā ab obſero dici poteſt circū ſeminatus vel circum plātatus.
¶Obſtipare obijcere Plau. in ciſt, obſtipat aquilam.
¶Obſtipi pe. ꝓ. dicūtur qbꝰ colla rigēt & in hum erum capita ſunt inclinata. Perſiꝰ. Aerūnoſiq; ſolones Obſtipo capite & figētes lumine terrā. Col lib. viij. Febricitātiū ſigna ſunt, quū obſtipe ſues trāſuerſa capita ferunt, & paſcua ſubito, quū paulū ꝓcurrerit, cōſiſtūt. Plin. obliquum caput dicit. Index (inquit) ſuis inualidæ caput eſt obliquum in inceſſu. Sic hypocritę incedunt.
¶Obſtino as. pe. cor. offirmo. Liuiꝰ li. ij. Q̄ ſi certū atq; obſtinatū eſt (in qt) neq; ego obtūdā. Inde obſtinatio firmitas animi. Obſtinate firmiter. Terē. i And. Ita ne obſtinate dat operā, vt me a Glycerio miſerum abſtrahat. Vnde etiam in bonū accipitur illud qđ de Thebęis martyribus legitur. Cum hęc & alia Maximianus audiſſet & in fide chriſti obſtinatos cerneret animos virorum.
¶Obſoleſco is, eui, etū: ex ob, i, ꝯtra & oleſco, addita ſ. ꝓpoſitioni q̄ aduerſatur oleſco. Nā obſoleſco & oleſco i ſignificatione cōtraria ſūt. Oleſco creſco. Obſoleſco, deficio, reijcio i ueteraſco, deſueſco dimitto ſignificat. Ci. de Imperio pōpeij. Obſoleuit iā iſta oratio re multo magis q̄ verbis refutata. i. deſueuit ſiue ab vſu receſſit. Idē ꝓ Cęlio Charte quoq; quę illam priſcā ſeueritatem obtinebant obſoleuerunt, id eſt inueterauerunt ſiue defecerunt. Et hęc ꝑterita ab obſoleſco nō ab obſoleo ſunt. Similiter obſoletus ꝑticipiū eſt ab obſoleſco Cic. ꝓ Quintio. Audacem cupidum perfidioſum vulgaria & obſoleta ſunt. id eſt inueterata. Interdū obſoleſcere eſt quaſi fordeſcere, ſiue in nihilū recidere. Nā quod veteraſcit fordeſcit. Hierony. Viri vox obſoletior. Interdū obſcurari Lactantius li. de opi. Acies eñ id eſt mēbrana illa perlucens quā ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pure niteat obſoleſcit id eſt obſcuratur & deficit. Pro obſcuro ſeu ſordido accipitur obſoletꝰ apud Liui. li. iij. Filiā ſecū obſoleta veſte comitātibꝰ aliquot matronis cū ingēti admiratiōe in forū deducit. Ci. in Rul. Veſtitu obſoletiore, corpore inculto & horrido cappilatior q̄ antea, barbaq; maiore vt oculis & aſpectu denunciare omnibus vim tribunitiā minitari Reip. videretur. Col lib. ij. Sapore certe nihilo differt a cicercula, colore tm̄ diſcernitur. Nā eſt obſoletior & nigro colori ꝓpior.
¶Obſtringo is. deuincio & obligo. quaſi circūſtringo. Ci. Plācio. Cui nō ſim obſtrictꝰ memoria beneficij ſempiterna. Plaut. in Amp. proprie. Amphitrionem collo obſtricto trahā. Col. lib. v. Alij viminibus obſtringunt.
¶Obſtrigilo as. pe. co. obſto, detrago, repugno, Var. li. iiij. de vj. pa. Curio quum id feciſſet dicebat amicis, vt illi renunciaretur ſe obſtrigilaturum ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret conſul.
¶Obſtruo occludo. Hier. in lib. Reg. Qui ſi etiā in terram ſe obſtruxerit perſcrutabor eum.
¶Obſtrudo is, di, ſum. pe. pro. ex ob & trudo, īterpoſita ſ. ſignificat cōcludo ſeu occulto. Plau. i Cur. Obſecro parentes ne meos mihi ꝓhibeas, quid eſt ſub gēma an obſtruſos habeo tuū patrē & matrē? Inuenitur & obtrudo, qđ eſt contra trudo, quaſi per vim do, aut pro fortitudine pono. Plaut. in Cur. Aliquid prius obtrudamus, pernā, ſumen, glādium, hęc ſunt ventri ſtabilimenta id eſt pro fortitudine ponamus. Teren. in Hecy. Nunquā auſus ſum recuſare eā, quā mihi obtrudit pr̄. i. vi dedit.
¶Obſtupeſco ſignificat ſtupore ꝑcutior. Augu. Reſurrexit vnus mortuꝰ, obſtupuere omnes. Aliqñ inſenſibilis fio. Hiero i Geñ. Tetigit neruū femoris & obſtupuit. Et illud ꝓpheticū. Patres comederūt vuā acerbā & dētes filiorum obſtupeſcunt.
¶Obſtupefacio ſignifi. animo cōſterno. Terē. in Phormio. Poſtquam ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata loqui, ita eum tum timidum obſtupefecit pauor.
¶Obſurdeſco totus ſurdus fio. Lactan. libro. vij. n ō eſt animæ vitium ſi viſus euanuit, ſi lingua torpuit, ſi auditus obſurduit. i. ſurdus factus eſt.
¶Obſum es. offui. mutatur enim b in f, ſignificat noceo quaſi contra te ſum. Cuius contrarium eſt Proſum quod eſt iuuo, quaſi pro te ſum.
¶Obtēpero as. morēgero. Cic. Sic mihi ſēp obtēperauit tanq̄ filius patri. Itē ſignificat cōſulo, ꝓuideo. Terē. Ex qua re minus aut famę foret aut rei obtemperans.
¶Obtendo cōtra tēdo, ſiue ꝓ accuſatione allego. Hie. ad Dama. Nec poſſum obtēdere paupertatē quū audiā in euāgelio, ꝙ anū viduā duo q̄ ſola ſibi ſuperāt æra mittētem laudauerit dñs. Hinc obtēdiculū quo aliquid tegit.
¶Obtero is. pen. cor. contero ſuffoco. Liuius. Ab elephātis obtriti ſunt. Aliquando ſignificat circum ſeu ab omni parte tero, tundo. Col. lib. vij. Nonnulli pellē ſerpentis obtritam cum vino miſcent.
¶Obteſtor ꝑcor. Hoc verbo vtimur in maximis angoribus, ferme ſemper cū adiuratione. Terē. in And. Per hanc dextrā oro & ingeniū tuū, per tuā fidē, perq; eius ſolitudinem te obteſtor. Hie. ad Dama. Idcirco obteſtor beatitudinē tuā p crucē dñi, & p neceſſariū fidei noſtrę decus & dñicā paſſionē. Aliqñ etiā ſine adiuratiōe. Sal. Te atq; ſenatū obteſtamur, vt miſeris ciuibus legis ꝑſidiū qđ iniquitas ꝑtoris eripuit, reſtituatis. Ci. pro Flac. Quū ego te Flacce cęlū nocteq; conteſtans flens flentē obteſtabar, tū tuę fidei optimę & ſpectatiſſimę ſalutem vrbis & ciuiū cōmēdabā. Cæſar. vij. Com. Matres familię paſſis manibꝰ obteſtabāt Romanos, vt ſibi ꝑcerēt.
¶Obtexo is. circūtexo. Pli. lib. xi. Filis etiam araneus quacunq; inceſſerit alarum maxime lanugines obtexit.
¶Obtingit obuenit. Terentius in Andria. Neſcis quid mihi obtigerit.
¶Obtineo es. pe. cor. ſignifi. vinco, quaſi cōtra teneo. Hie. li. ij. Reg. Obtinuit aūt ſermo regis verba Ioab. Et obtinere eſt fortiter tenere. Plau. in aſina. Si iſtā fortitudinē aī obtines, ſalui ſumꝰ. Interdū ſignificat ſimpliciter teriere. Col. li. ij. Tertiū locū obtinet pecudū ſtercꝰ.
¶Obthuro as. pe. ꝓ. & th aſpirato ſignifi. occludo. Horatius. Obthurem patulas impune legentibus aures.
¶Obtorpeſco ab obtorpeo valde torpidus fio. Liuius. Quis crederet ſeuam paulo ante concionem obtorpuiſſe ſubito metu.
¶Obtrecto as. ex ob & tracto, a in e mutata. Tracto verbo frequentatiuū eſt verbi traho. Eſt aūt obtrectare cōtra alienā ſententiā tractare ſeu maledicere, & ob id obſiſtere & vt veteres dixerunt obtrigilare, ſicut eſt quū alicuius dicta aut facta deprauantur. Cice. Dolobellę. Nō tā id laboro, vt ſi qui mihi obtrectent a te refutētur quā intelligi cupio me a te amari. Hierony. in ꝓfa. Penta. Periculoſum opus certe obtrectatorum meorum latratibus patēs. obtrectatio diffinitur a Cic. lib. iiij. Tuſ. ꝙ ſit ea, quam intelligi zelotypiam volo, egritudo ex eo ꝙ alter quoque potiatur eo quod ipſe concupierit.
¶Obtrudo is, ſi, ſum. Vide in dictione obſtrudo.
¶Obtrigo as. pe. pro. ex ob & trigo, ſignificat iureiurādo aſtringo. Trigare enim ſtringere eſt.
¶Obtrunco as. capite cedo & occido quomodocunq; id fiat. Liui. lib. j. Ita regem obtruncant.
¶Obtundo is, di, ſum ſine n ſicut fit ī alijs a Tūdo ꝯpoſitis, ꝗuis Tōdo tōſum n retineat. Eſt ꝓprie aūt obtūdere totū ſeu circū ꝑcutere, rūpere, & groſſum hebetēq; facere. Plau. in Am. Nā ſum obtuſus pugnis peſſime, i. ꝑcuſſus vl' ꝑfractꝰ. Col. li. v. Obtuſa hebeſq; & mollis falx putatorē morat, eoq; minꝰ opis efficit & plꝰ laboris affert vinitori. Trāſfert quoq; ad ingeniū & ad oculos, & dicimꝰ Obtuſum īgeniū & obtuſa acies, i. hebes & ſine acumine. Ambro. in diua Agnete. Et quanto quis curioſior oculis eſſe voluiſſet, tm̄ ſui viſus aciē obtundebat. Lactā. lib. iij. Si ergo philoſophia vitæ magiſtra ē cur tibi ipſe cęcus, hebes, & obtuſus videbaris? Cic. lib. primo Tuſ. Multa eñ e corpore exiſtūt quę acuūt mentem, multa quę obtundant. Aliquando ſignificat ſępius repetendo eadem dicere, vel verbis aliquem lędere & quodam modo ferire. Tractum a fabris qui repetunt tūdendo aliquid malleo. Terent. in And. Obtundis tāetſi intelligo. Et illud. Ne me de hac re obtundas. Cice. Quid nunc ego de proprijs meis meritis prædicem? Si meminiſtis obtundam, id eſt faſtidio vos afficiam.
¶Obtutus penult. produc. quaſi obtuitus, id eſt aſpectus obtueor. Verg. Obtutuq; hęret defixus in vno.
¶Obuallo circūuallo. Cic. p lege agraria. Me lōgo interuallo ꝓpe memorię tēporūq; nroꝝ primū nouū hominē cōſulē feciſtis, & eū locū q̄ nobilitas ꝑſidijs firmatū atq; oī ratiōe obuallatū tenebat me duce reſcidiſtis.
¶Obuagio, is, pe. ꝓ. cōtra ſeu circū vagio. Plau. i pſeu. Si minus cura ſint eū herę veniant domū nutrices pueros infantes miniculos domi vt procurēt. neuq; ſpectatum afferant, ne & ipſę ſitiant & pueri pueri pereāt fame, neue eſurientes hic quaſi hœdi obuagiant.
¶Obuaro as, penultima produ. deprauo peruerto. Tractum a varis, qui introrſum pedes intortos habent.
¶Obuaricatores dicebantur illi qui cuipiam occurrebant quo minus is rectum iter conficeret.
¶Obuenio obuiā vel cōtra ſiue corā venio. Plau. i Aſi. Sed ſi occaſionē opprimere hāc q obuenit ſtudet, & obuenire eſt cōtigere. Am. li. i. of. vt poetæ loquūt fabulæ, q mundū ferunt i ꝑtes tres eſſe diuiſū, vt alij cœlum alij mare, alij iferna coercedi imperio forte obuenerint
¶Obuerto cōtra verto. Col. lib. viij. Plurimum refert vt paſcētium capita ſint obuerſa ſoli qui plerūq; nocet animalibus. Liuius. Tū totā aciē in Sānites obuertit.
¶Obuerſo as, frequētatiuū eſt ab obuerto. Obuerſor ſaris, depo. ſignificat circūuerſor. Cic. pro. Sex. mihi ante oculos obuerſatur Reip. dignitas, quę me ad ſe rapit
¶Obuio as, ex ob & vio, quaſi ad viam eo. Vnde & deuio quaſi contra vio. Sal. in Iugur. Tum primum ſuperbię nobilitatis obuiatum.
¶Obuiꝰ, a, ū, qđ alicui occurrit. Idē in eodē. Deiñ oēs puberes Numidas atq; negociatores ꝓmiſcue vti qſq; armatꝰ fuerat obuiꝰ interfecit. Dicimꝰ autem obuiꝰ tibi fio, obuius ſum tibi, obuium me tibi fero, & obuio tibi.
¶Obuiam aduerbium loci. quaſi ad viam. Terentius in Phor. At ego obuiam conabar tibi Daue.
¶Obūbro vmbris vndiq; obſcuro. Verg. Obūbrā ethera telis. Per tranſlationē ponitur obumbrare pro tueri. Idem lib. xj. Et magnum reginæ nomen obumbrat.

## O ANTE C

Occa inſtrumentum quo tracto reptanteq; ſuper terrā ferreis dentibus qbꝰ inſtructū eſt glebæ cōteruntur & agri ſuperficies coæquaī & ſemina coopeiiūt ꝗuis & cratibus id ſæpe fiat. Ab occido ſeu occæco. Vñ Verg. li. ij. Georg. Multū raſtris glebas q frāgit inertes. Vimineaſq; trahit crates. Col. lib. ij. Deinde viciam per mixtam ſeminibus fœni ſeremus, tum, glebas ſarculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus.
Occare eſt operire. Palla. Arbores quæ ablaqueatæ fuerant occare hoc eſt operire iam conuenit.
¶Occo as, glebā occido & cōminuo & ſupra ſemē terrā apto. Cic. in Cato. Quāq̄ me quidē non fructꝰ modo ſed etiā ipſiꝰ terrę vis & natura delectat, q̄ cum gremio mollito & ſubacto ſemen ſparſum excepit, primū id occæcatum cohibet, ex quo occatio quę hoc efficit noīata eſt. Col. lib. ij. Proſcindēmꝰ terrā, proſciſſamq; in lirā reuocabimus, occabimꝰ quo altiꝰ lōgiore humo cōtegatur Cornutus. Occare eſt quū ruſtici ſatione facta bobus dimiſſis grādes glebas occidūt ac ligonibus frangunt. Dicta occatio ꝙ quaſi cooperiat ſemina. Hęc etiā occęcatio quoniam ſemen ſparſum operit terra. Huius compoſita ſunt Inocco & Deocco pro bene occo. Colu libro. ij. Semen quod ſicco ſolo ingeſtum & innoccatū eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo non corrumpitur. Pli. li. xviij. Nec ipſa agricolis operoſa vno ſulco ſata non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud q̄ deoccatur.
¶Occatorius a, um, qđ ad occationē pertinet. Col. lib. ij. Bubulcorū operas tres exigunt, occatoriam vnam.
¶Ocha cū h, anſer. Cōpoſita dictio ex grecorū maſculino articulo qui eſt ο & χὴν anſer. Sic enim noſtri componētes ο cum χὴν, & in recto ꝑ abijcientes Ocha dixerūt. Quidā tñ o in au, cōuertētes dicunt Aucha pro ocha. Eſt & ocha mons in inſula Eubœa, a quo inſula quoq; ipſa quandoq; dicta eſt oche. Ochus fluuius qui in Indiæ montibus ortus per Acarnaniam fluit.
¶Occalleo totus calloſus ſum. A quo occaleſco, qđ eſt callum obduco. Plau. Coſtę occalluere plagis Hiero. ad Marcellam. Duricies de genibus camelorum in illo ſancto corpuſculo per orādi frequētiam occalluiſſe reſpecta eſt. Fauces gulonum a Seneca dicūtur occalloſę tanquā callū obduxerint ex cibis ardentibus adduerſus ſenſum feruoris cibalis, qui vix ſuffrēnat gulam helluonum magis ardentem quam ardeat feruens obſonium.
¶Occano & occino pe. c. occinui & occini & occanui ſecundum Probum, quum cano cecini faciat. Et ſignificat conuitium facio, & quaſi cōtra cano. Sal. lib. i. Hiſto. Iuſſu metelli ceruices occanuerunt. Supinum occētū. Vale Maxi. lib. i. Occentuſq; ſoricis auditus Fabio Maximo dictaturam. C. Flaminio magiſterium equitum deponēdi cauſam prebuit.
¶Occento as, frequēta. ab occino Feſt. Occētare conuitiū facere, vt apud antiquos quū id clare & cū quodā canore fieret, vt ꝓcul exaudiri poſſet, quod turpe habetur quia non ſine cauſa fieri putatur. Plautꝰ in Perſa. Hac enim illi noctu occentabunt oſtium, exurent fores.
¶Occaſio (inquit Feſtus) eſt oportunitas tēporis caſu ꝓueniēs. Cic. lib. Rheto. Occaſio eſt pars tp̄is habens in ſe alicuius rei idoneā faciendi oportunitatem, hæc naſcitur per actus humanos non impedientes. Prouer. Dormire facit furentibus occaſionem. Cauſa vero eſt ex qua aliquid fit, vt ex pluuijs fiunt cœnoſæ vię.
¶Occaſus u, modo interitus dicitur, & de vno hoīe & de rebꝰ maioribꝰ dici ſolet. Cic. lib. Acad. Ac poſt Lælij nr̄i occaſū. Ver. Teſtor in occaſu Troiæ nec tela, nec vllas: Vitauiſſe vices Danaū. Modo dr̄ ſolis merſio in oceanū, quo (vt Strabo inqt) Europa & Aphrica termināt. Apud Enniū tamē occaſus ꝓ occaſione ponitur.
¶Occedo is, ſſi, ſſum ex ob & cedo, ſicut Accedo & recedo & huiuſmodi. Plautus in Aſi. Ne tu Hercle cū magno malo mihi obuiam occeſſiſti.
¶Occepſo veteres ꝓ incœpero poſuerūt. Plau. i Am. Ni ego illi puteo ſi occepſo animā omnē intertraxero.
¶Occido is, pe. ꝓ. ex ob & cędo, qđ ferio ſiue ꝑcutio interficio & ad exitū labor ſignificat. Vñ occiſus q̄ſq; interfectꝰ, q̄ſq; cæſus dr̄. Nā apud Terent. occiſus Syrus in Adelphis loquiť. Donatꝰ. Occidit vehemēter cecidit. Nā occidere & pręoccidere ad cædē referebātur. Sed occiſum hoc eſt interēptū (vt Vlpia. inquit) accipere debemus ſiue gladio ſiue fuſte, vel alio telo, vel manibus ſi forte ſtrāgulauit eū, vel calce petijt, vel capite, vel qualitercūq;. Secūdū eſt q; occido ꝙ interficio nō ſolum de hoīe & cęteris aīalibus dr̄, ſed etiā de plantis & herbis, quę licet non ſentiant tñ viuere dicūtur. Vnde apoſtolus. Quod ſeminas non viuificatur niſi prius moriatur. Hieroñ. in Pſal. Occidit vites eorū in grandine. Differuntq; inter ſe occiſus & necatus, ꝙ occiſus vulnere, necatꝰ etiā ſine ictu dicat. Vñ veneno necatos, non occiſos dicimꝰ. Occiſa etiā res dr̄ deſperata & perdita. Plau. Occiſa iā eſt hęc res hęret hoc negociū. Vñ & occiſiorē & occiſſimū veteres dixere. Idem Occiſſimꝰ oīm q viuūt. Hinc occiſito as, frequentatiuū ab occido.

¶ Occidio onis,idem ꝙ occiſio. Col. Sola ea fomenta non aſpernatur lactis caprini,quod infuſum tantum valet & blandiatur ignæam ſæuitiam differens,magnamq; occidionem gregis prohibens.

¶ Occido is,peñ.cor. occidi occaſũ,ex ob & cado. Lactan.li.v. Euanituras breui religiones falſas, & occaſurã omnẽ philoſophiã nemo dubitauerit. Significat obuenio. Vnde occaſio. Aliquãdo interimo,a quo occaſus pro interitu. Vñ & de herbis & de arboribus quoq; dicitur. Ver. Et fallax herba veneni occidit. Aliquando cado ſiue deſcẽdo. Vñ occidere ſol dicitur, quia cadere videtur dũ mergiť. Vel ꝑ metaphorã occidere ſol.i.mori dř dũ mergi videť. Quẽadmodũ ecõtrario oriri,dũ videtur ſurgere. Lact.lib.iij. Videbãt ſyderũ curſus in occaſum meãtiũ,ſolẽ atq; lunã in eandẽ partẽ ſemper occidere. Hic ꝓ deſcẽdere ſumiť. Vñ & prẹoccido añ occido. Pli.lib.xviij. In quarto Cal. Maij,canis occidit ſydꝰ, & per ſe vehemẽs, & cui preoccidere caniculã neceſſe ſit. Cic.lib.i.Tuſ.occidere ꝓ mori ſumpſit. Sunt enim quidam qui diſceſſum animæ a corpore putãt eſſe mortem. Sunt qui nullum cenſent fieri diſceſſum, ſed vna animum & corpus occidere.

¶ Occidens ſubſtantiuum pe.cor. dicitur plaga in qua ſol occidit, Vnde & occidentalis plaga vocatur.

¶ Occiduum quod occidit,vel vbi fit ſolis vel alterius rei occaſus. Claud. Solus amazonio cinctus ſtymphalides arcu Appetis,occiduo ducis ab orbe greges.

✠ Occilare cõtũdere, Plaut.in Am. Qui mihi aduenienti occilet os. Quidã tamẽ legũt occilare pro inclinare.

¶ Occipio occipis peñ.cor.ex ob & capio ſignificat incipio. Liuius lib.i. Agere porro occepit.

¶ Occiput ex ob & caput ſignificat poſteriorem capitis partem que fronti opponitur. Dicitur & occipitiũ. Hierony. Comẹ in occipitium frontem tornantur.

✠ Occludo claudo. Plaut. Occludit oſtium ancillæ. Cc.

¶Ornithon, auiarium Nã ornithas gręci aues vocant Var. Ornithones auiaria ſunt in quibus ſtabulantur tum di pauones & omnes alites quę intra parietes villæ ſolent paſci. Apud grecos ὀρνιθών ſcribitur.

¶Ornithothrophiũ idem eſt quod ornithon.

¶Ornithoboſcion locus ad paſcendum gallinas & aues Var. De his qui ornithoboſcion inſtituere volunt.

✥Oroandes mons non lõge ab Imao monte immo vnꝰ ex colliculis eiuſdem. Cc.

¶Oroba vrbs eſt Aſſyriæ in mediterraneis. Plo. li. vj

✣ Orbatis vrbs Perſidis in mediterraneis. Pto. lib. vj.

✣ Ornatis fluuius eſt in ſinu Perſico meridiem verſus Ptolo. lib. ſexto.

¶ Orobia thuris ſpecies a viciȩ ſimilitudine. Grȩci em̄ ὄροβος viciam dicunt. Cc.

✣ Orbitis coloris ſpecies ex luthea hȩrba confecta. Cc

¶ Orōthes nomen viri, & nomen fluuij qui diuidit Syriā ab Antiochia. Eſt nomē mōtis īter quē & orōthem fluuiū vrbs Antiochia poſita eſt. Hinc orontheus a, um Proper. Aut quod orōthea crines perfundere mirrha

¶ Oropygium. Vide in dictione Vropygium.

¶ Orphanꝰ, ꝗ caret patre prȩſidioq; paterno quiq; ſummopere illius opē deſyderat. Grȩcū eſt. Pupillꝰ ꝗ caret patre, ſed nō prȩſidio paterno, cum tutore iuuetur.

✣ Orphanitas ab orphano. Cc.

¶ Orpheus poeta ſeu vates Calliopes & Apollinis filiꝰ thrax, hic lyræ ſtudioſiſſimus extitit, quā dono a Mercurio habuit. Fuit & alius orpheꝰ oeagri filius vnꝰ ex argonautis Ciconū rex orpheus a, ū. idē qꝺ thraciꝰ Mar. Quicquid in orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicit̃ exhibuit Cæſar arena tibi.

¶ Orthȩ dicuntur a grȩcis Meneniana ȩdificia.

¶ Orthos grȩce, latine rectus dicitur. Sed in compoſitione tantum, ortho dirigo.

¶ Orthographia recta ſcriptura vel recta pictura.

¶ Orthodoxus homo recte opinionis, ſiue ſententiæ aut fidei Δόξα enim gloriā & exiſtimationē ſiue opinionem & ſententiam ſignificat, orthodoxa recta opinio.

¶ Orthogoniꝰ rectꝰ angulꝰ ꝗ ex vtraq; pte ȩqualis eſt.

¶ Orthopnoici, aſthmatici dn̄r ꝗ eā anhelitꝰ difficultatē habēt, vt niſi recta ceruice ſtēt ſpirare nō poſſint orthopnœa ipſa paſſio, orthō em̄ rectū πνέω ſpiro. Eſt em̄ circa fauces malum quod apud grȩcos aliud atq; aliud nomē habet prout ſe magis minuſq; intendit, omne tamen ſpirandi facultate conſiſtit. Sic difficultas hȩc dum modica eſt Δύσπνοια grȩce dicitur. Cum vehemētior & ſpirare ȩger ſine anhelatione non poteſt ἆσθμα vocatur. Cum acceſſit id quoq; vt ſpirare non poſſit ſi recta ceruice ſpiritus trahatur ὀρθόπνοια appellat̃. Ab his Diſpnoici, Aſthmatici, Orthopnoici, a Latinis vero vno vocabulo ſuſpirioſi dicuntur.

¶ Orthopeia, emendata cum ſuauitate expoſitio.

¶ Orthomaſtica poma dn̄r ab effigie mammarum. Cc.

¶ Orthominū, genus lini quod fit pannicula paluſtris harundinis,

¶ Ortho corybantij, populi quidam Scythiæ.

¶ Ortyx gis. auis quȩ conturnix, vulgo Qualia dicitur.

✣ Orum vulgo pro auro dicunt. Cc.

¶ Ortygometra pe. cor. rex Coturnicum maior aliquāto ac nigrior a is, dicta ꝙ dux ſit ac moderatrix coturnicum. Componitur enim ex ὄρτυξ & μέτρον menſura. non tamen coturnix idem quod querquedula.

☿ Orthragoriſcus latine aper ſiue porcus piſcis in auro fluuio laconiȩ, qui vocalis perhibetur. Sed & porcelli lactantes & adhuc ſubgrumi ita nominantur apud lacedȩmōes inquit Athenȩus ἀπὸ τοῦ ὄρθρου κατ᾽ ἀγοράζεσθαι qm̄ matutinis omnibus venales circunferantur,

¶ Ortygia inſula in ȩgeo quȩ etiā Delos dr̃. Dicta ortygia Solino teſte quia in ea primo viſȩ ſunt conturnices quas Græci ortygas vocāt, nos a ſono vocis qualeas dicimus. Fuit & alia hoc nomine inſula circa Siciliā q̄ ponte iūgit̃, Syracuſis & fontē habet Aretuſam hȩc ex oppoſito Plēmyrij Siciliȩ amnis de qua Verg. lib. iij. Sicanio prȩtenta ſinu iacet inſula contra Plemmyrium vndoſum nomen dixere priores. Ortygiam Alphæū fama eſt huc helidis amnē Occultas egiſſe vias ſubter mare q̄ nunc Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur vndis.

¶ Oryx origis aīal qꝺ præcipue in Getulia naſcit̃, fert̃ cōtra ſtare ac contueri ſolis radios caniculāq; adorare. Eſt ex caprarum gn̄e. de quo habet̃ in deuteronomio ꝙ ſit immūdū a quibuſdam Solus vocatur, contrario veſtitur pilo & ad caput verſo. Col. lib. x. Ferȩ pecudes vt capreoli dameque nec minus orygum ceruorumq; genera & aprorum modo lautitijs & voluptatibus dominorum ſeruiunt, modo quæſtui ac redditibus.

## O ANTE S

O S oris, proprie cōcauū illud intra qꝺ ſunt līgua & dentes. Pli. Continui dentes aut vtraq; parte oris ſunt, vt equo, aut ſuperiore primores non ſunt vt bobus ouibus. Q̄nq; os ponit̃ ꝓ facie. Verg. os humeroſque deo ſimilis. Et de brutis etiā dr̃. Idē. ora citatorum dextra detorſit equorū. Neq; ſolum de facie dicitur, ſed etiā de tota ſpecie quæ cernitur. & quicquid in aliqua re patet. os dici poteſt. Idem. ꝙ ſi quis ferro potuit reſcindere ſummū hulceris os. Ouidius. Pronaq; cum ſpectent animātia cætera terrā Os homini ſublime dedit. Os leonis genus hȩrbȩ florē faciēs purpureū. Col. Narciſſiq; comas & hiātis ſæua leonis ora feri. Sciendum ꝙ os producitur & habet omnes caſus plurales præter genitiuū oriū. Verg. lib. viij. Cōponēs manibuſq; manus atq; oribus ora. Huius nominis deriuatiua ſunt. oſculor oſtium, oro, oraculum, orarium, oſculum, orior, ordior, ordino, orca, omen, orificium & ſecundum aliquos aſtēdo os oſſis, quod & oſſum dici poteſt. Pacu. oſſum inhumatum ſolidamentum corporis vocatur quod notatū & adiunctum inuicem neruis alligauit natura, Hinc cōponitur exos quod eſt ſine oſſe. Lucil, Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus Inde Exoſſo as.

¶ Oſculū diminu. paruū os, quod eſt contra Priſ. q nō vult ſculū tenere ſignificatū primitiui. Ouid. lib. j. Me. Videt igne micātes ſyderibꝰ ſimiles oculos videt oſcula. Idē de Daphne. Videt oſcula q̄ non eſt vidiſſe ſatis. Et oſculū qꝺ dat̃ amicis. vt eſt illud oſculo filium hominis tradis. Nā in baſiādo labia conſtringūtur & os paruū, fieri videt̃ & exporrigitur in oſculū. Differūt aūt hȩc inter ſe oſculū & baſiū & ſuauiū, ꝙ oſculū officij ſit, vt cū e lōgīquo redeūtes ſalutamꝰ atq; oſculamꝰ. Baſiū pudicoꝝ vt pr̄is ī filiū Suauiū voluptatis a ſuauitate dictū

¶ Oſcillū cū c diminu. eſt a diminutiuo oſculū ꝓ paruo ore ſicut a tātulo tātillū. Col. li. ij. Reliquū qꝺ ſupeſt ſeminis ī tabulatū quo ſumꝰ ꝑuenit optīe reponas. qm̄ ſi humor īuaſerit vermes gignit, q ſimul atq; oſcilla lapillorū adederint reliqua pˢ enaſci nō poteſt. oſcilla etiam ſigilla ſunt & puȩ imagūculȩ q̄ arte fictili fingebāt̃ & venales ꝓponebāt̃ quibꝰ hoies ꝓ ſe atq; ſuis Saturno piacula faciebant, vt inquit Macro. Ver. lib. ij. Georgicorū oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Et ſic ab oſculū fit cum ſignificat faciem paruam vel totam ſpeciem.

¶ Oſcillo, las. ab oſcillum fit, & ſignifi. inclino. Feſtus. oſcilla ſancta dicūtur ꝙ oſcillent. i. inclinēt prȩcipiteſq; efferāt oſcillātes. Ser. putat eſſe cōpoſitū ab os & cilleo es. ꝙ in hoc cillerētur. i. mouerēt̃ ora. Nā cillere mouere eſt. Plau. in Am. Ne illi ædepol ſi merito meo referre ſtudeāt gratiā allegēt q mihi aduenīēti oſcillet. ꝓbe em̄ os moueat ꝓbe ipm pugnis ꝑcutiēdo, vt illꝺ infra eodē loco. Illic hō me īt̃pollabit meūq; os effiget denuo

¶ Oſſiculum diminu. ab os oſſis. Gel. lib. vj. Ratio ſubtilior & vtilitas ipſa operis poſtulauit vt tenuiſſimis minutiſſimiſq; oſſiculis caput compingeret. Pli. lib. xj. omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua. Hinc fit aduerbium oſſiculatim quod ſignificat minutatim.

¶ Oſſeus a, um, quod ex oſſibus eſt. Vnde Plinius ſcribit inueniri lapides oſſeos.

¶ Oſſilegus penultima correpta oſſium collector oſſilegium, oſſium collectio.

¶ Oſſuaria appellantur Loculi in quibus defunctorum oſſa reponuntur.

¶ Oſſifraga pe. cor. genꝰ aquilȩ ab oſſibus frangendis.

☿ Sanqualem eſſe quidam arbitrantur.

¶ Oſſa æ, mōs in finibꝰ Theſſaliæ Centaurorū ſtabulū quē Sene. dicit. olympo olim cōiūctū. Luc. Quantꝰ piniferæ boreas cū Tracius oſſȩ. Hinc oſſȩus, a, um. Idem lib. vj. Attollet titan rupes oſſȩa coercet. oſſa vero plurālis numerus ab os oſſis. Macro. oſſa dentes cum vnguibus & capillis nimia ſiccitate ita denſata ſunt vt penetrabilia non ſint effectui animȩ quȩ ſenſum miniſtrat.

¶ Oſci Italiȩ populi ab oris fœditate dicti Vnde oſcœna verba.

¶ Oſcines pe. cor. ab ore canendo aues auſpicium ore facientes. Oſcinum augurium auium. Hor. Oſcinem coruum prece ſuſcitabo Solis ab ortu.

¶ Oſcedo vitiū quo quis tenet̃ vt ſæpiꝰ oſcitet. Gel. li. quarto. Deliberatū de nota eius qui ad cēſores ab amico aduocatꝰ eſt & in iure ſtans clare nimis, & ſonore oſcitauit atq; inibi ꝓpe vt plecteretur fuit tanq̄ illud indicium vagi animi foret & hallucinātis & fluxȩ atq; aptȩ ſecuritatis. Sed cū ille deieraſſet inuitiſſimū ſeſe & repugnātē oſcitatione victū, teneriq; eo vitio ꝙ oſcedo appellet̃ tum notȩ iam deſtinatȩ exemptus eſt. Quidam dicunt oſcedinem ſignificare graueolētiam. Sere. Hinc oſcedo fugit, linguȩ quoque vulnera cȩdunt.

¶ Oſcito as. pe. cor. ex os & cito, ꝓprie ſignificat os cōmoueo, & os totū aperio vt fit prȩ ſōno aut tȩdio. Quæ cū toto corpore fit pādeculatio vocat̃. Cic. lib. ij de ora. Et iſtā oſcitantē & dormientē ſapientiā ſcæuolarum & cæterorū beatorū ocio concedamus. Ponitur etiam oſcitatio ꝓ ocio & animi ſecuritate. Teren. in An. Sperans iā amoto metu īter oſcitantes opprimi. Dr̃ & oſcitor deꝑo, Cic. lib. iiij. ad Heren. Cum etiam maiores calamitates impendere videantur ſedetis & oſcitamini.

¶ Oſcheon latini ſerotum dicunt, id eſt teſtium receptaculum. Nam Cȩlſus vbi dȩ morbis tractat qui in naturalibus circa teſticulos oriri ſolent, ſinus & tunicas his appellationibus diuidit. Sinꝰ qui cōſpicitur a nobis oſcheon a græcis dicitur noſtri Serotum vocant.

¶ Oſanna cōponitur ex oſi ꝙ ſignificat ſaluifica ſiuȩ ſaluum fac, & Anna domine, q̄ vox inquit Hier. interiectio eſt deprecantis. Nā ſicut nos in lingua latina habemus interiectiones quaſdā vt Inſultando dicamꝰ vah. In admirando pape. In dolendo hei. Et qn̄ ſilentiū volumus imperare ſtrictis dentibus ſpiritū coartamꝰ & cogimus & tn̄ ſibilum inſonando. ſ. z. ita hebrȩi inter reliquas ꝓprietates linguȩ ſuæ habent interiectionē vt qn̄ volunt dominū deprecari ponant verbū petentis affectu & dicant Anna domine oſi ſaluifica interpretatur, anna īteriectio deprecantis eſt. Si ergo ex duobus his velis cōpoſitum verbū facere dices oſiana, ſiue vt nos loquimur oſanna media vocali litera eliſa ſicuti facere ſolemꝰ ī verſibus qn̄ ſcādimꝰ. Aleph nāq; litera prima verbi ſequētis extremam verbi prioris Ioth inueniens excluſit.

¶ Oſi aduerbium optandi, vt oſi videam apoſtolum dei antequam moriar.

¶ Oſiris pe. ꝓ. oſiris vel oſiridis gtm̄ facit, fuit Iouis filius ex niobo Phoronei filia, ſucceſſitq; phoroneo in regnū argiuorū Aegialū fratrē p̄fecit regno Achaiȩ, & ad ægyptios tranſfretauit gloriæ deſiderio. Quos cū ſubegiſſet Iſidē q̄ & Io vocabatur Inachi primi regis Argiuorū filiā duxit vxorē Vbi cū illa literas, oſiris varias artes ægyptios docuiſſet, vterq; diuinos honores meruerūt. Tandē a Sityphone ægyptio. vel vt Ser. ait a Typhone fratre clā occiſus ab Iſide diu q̄ſitus eſt. Tandem apud Phialā iuxta Syenē laceratꝰ cōptꝰ eſt. In iſula Abatō ī palude iuxta mēphim ſepeliri eū Iſis curauit, & paludē Stygē. i. mœrorē appellauit, Nec niſi certis diebꝰ & mitratos eo accedere voluit. Sed cū apparuiſſet ægyptijs deīn bos quidā oſiri putarūt, adorauerūtq; vt deū & vocauerūt Apim. i. bouē eorum lingua. Deinde dictus eſt Serapis. Tibullus. Te canit atq; ſuū pubes miratur oſiri Barbara mēphitē plangere docta bouē Mart. Non illā mille cataſtȩ Vincebāt, nec q̄ turba ſerapin amat. De oſiride hic habet Euſe. li. de p̄para. Diodorū ſiculum inducens Aegyptios feros primos oīm motum ordinēq; cȩleſtiū corporū admiratos, ſolē & lunam deos putaſſe, ac ſolem quidā oſirim, lunam Iſim nuncupaſſe a ꝓprietate quadam inditis ipſis nominibus. Nam ſi quis ad latinam linguam verba transferat multioculus oſiris dici poteſt, neq; id ab re Radijs enim ſuis quaſi multos rebꝰ immittit oculos quibꝰ omnia perſpicit, vt etiā poeta dicit. Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtras. quāuis nonnulli grȩcorum poetæ Dionyſium eſſe oſirim cōfingant. Iſim vero priſcā latine dicere poſſumus, lunȩ hoc nomine īdito, quoniam ſempiterna priſcaq; ſit, cui cornua depingunt, vel quia cum minor eſt cornuta videatur, vel ꝙ bos ei apud ægyptios ſit dedicata.

✣ Oſirites ab ȩgyptijs dr̃ hȩrba quam cynocephaliam, hoc eſt canis caput vocāt, ꝙ canino capiti ſit ſimilis, tradunt, ſi quis eam totum eruat ſtatim mori. Cc.

¶ Oſtendo dis, di, ſum, & oſtentū, ex os & tendo, ſicut fit in oſcito & oſcillo, os em̄ pro facie ſȩpe ponitur, quæ ꝓ toto corpore non ſolū hominis, ſed etiā cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur, vt Do. in Eu. Teren. o faciem pulchrā, exponit. Faciem modo non partem corporis dicit, ſed totam ſpeciem. q̄ apparet & cernitur. Merito ergo oſtēdo ſignificat demonſtro quia oſtēdo, eſt ſpeciem ſiue faciem rei monſtro, quia tendere os hoc eſt extendere ſolemus in id quod volumus demonſtrare.

¶ Oſtento as, frequentatiuum ab oſtentum ſupino formatum quod ſignificat ſȩpe oſtēdo. Plau. in Aul, Altera manu fert lapidē, panem oſtentat altera. Aliquando cum iactantia oſtendo. Vnde oſtentatio iactantia.

¶ Oſtentū ab oſtendo, ꝙ ſtatim futurū aliquid oſtendat vt Cometȩ, tonitrua die ſereno. Monſtrū ꝙ cōtra naturam fit, vt cū naſcitur aliquid mēbris alterꝰ generis qꝺ & promonſtrū qn̄q; dr̃, quaſi porro aliquid mōſtrans ſiue monens. Portentum ꝙ licet naturale ſit raro tamen ſe oſtendit, & futurum aliquid cum temporis interuallo denunciat quod aliquid importari ac īminere denūciat. Prodigium ꝙ & ſi naturaliter fit ac ſȩpe euenit, ſemꝑ tamen aliquid p̄ſagit mali, quaſi porro agendū. Confundūtur tn̄ hȩc & ꝓ eodē ſignificato accipiuntur omnia quȩ ab eo ꝙ futurū aliquid oſtendunt dicta ſunt. Labeo diffinit oſtentū eſſe contra naturā cuiuſq; rei genitum factūq;. Duo ſunt gn̄a oſtentorum. Vnum quoties quid ꝯtra naturā naſcit̃. Alterū cū quid ꝓdigioſum videtur Sue. ī Cȩſa. Cunctanti oſtentū tale factū eſt. Quidā eximia magnitudine & forma in ꝓximo ſedens repente apparuit arundine canens. Accipiuntur etiam oſtenta in bonam partem. Sueto. in Veſ. Iampridem ſibi per hæc oſtenta conceptā in ſpē imperij venit. Pli. li. xvj. ſcribit factum eſſe oſtentū arboris, a quo deīde tpe maieſtas populi Romani reſurrexit. Alias oſtētū ꝑticipialiter poni ſolet. Pacu. In ipſo tp̄e oſtentū ſenē. i. demonſtratum Eſt em̄ oſtentus a, um. Cato. Ager oleto cōſerundo qui in ventū fauonium ſpectabit & ſoli oſtentus erit, alius bonus nullus erit. Varro, lib. j. de re ruſt. Qui locus optimus vino ſit & oſtentus ſoli amineū ſeri oportere. Oſtentus tus nomē, irriſio dr̃. Saluſtius in Iugurth. Sed qm̄ eo natus ſum, vt Iugurthȩ ſcelerum oſtentui eſſem.

¶ Oſtentoſus a, um, quod oſtentum facit, vt a prodigium Prodigioſus.

✣ Oſtentiferum ferens oſtenta. Cc.

☿ Oſtphys grȩce, lumbus latine, ſeu pars poſterior quā lumbi prȩcingunt pari ſtructura. Alij accipiunt pro cingulo, ſeu pro cinctu.

¶ Oſtrum dixerunt antiqui id q; ex lino facto olei purū purgatūq; relinquitur. Factū vero dicebant quod vno tēpore conficerent, quem alij centum ſexaginta modiorū alij centum viginti faciebant.

¶ Oſtiū ab obſtādo qdā deducunt ꝙ eo arcemur ingreſſu, quidā ab os oris ꝙ ſit id per ꝙ ingredimur vel domū vel quēcūq; aliū locū. Alij a grȩco ὠθεῖν quod eſt repellere. Vnde ratio exigit vt ſine aſpiratione ſcribatur Licet eruditorū vſus illud cū ſuis deriuatis aſpiret, oſtia grȩci Thyras vocant. Vnde Thyridiō oſtiolum, oſtiorum la

tera natas vocamus a quibus Antipagamentavaluarum ornamenta.

¶Oſtia,orum tm̃ plr̃,fluuiorũ patẽtes aditus ſunt. Ver. Italiã contra Tyberinaq; longe oſtia. Dicimuſq; Nili oſtia,& Tyberina oſtia q̃ mare intrant non aditus. Et facilis ad rem aditus .non facile oſtiũ. Et hæc ſylua nullos habet aditus non oſtia. Aliqñ oſtia ponitur pro portu. Verg. Aut portum tenet,aut pleno ſubit oſtia velo.

¶Oſtia æ.vrbis in oſtijs Tyberinis ſita,ab Anco martio ꝯdita,vt inqt Liui.ĩ ip̃o maris fluminiſq; cõfinio ,vt toti⁹ mũdi opes illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperent Ab hac oſtiẽſes dicti,oſtiẽſis porta Romæ eo ꝙ oſtiã verſus ducat. Ea nũc ſancti Pauli porta appellat̃.

¶Oſtiatim. per ſingula oſtia. Quint. Nec ſectanda ſingula & velut oſtiatim pulſanda.

¶Oſtiarius oſtij cuſtos. Cuius fœmininum eſt oſtiaria, vt ancilla oſtiaria in Euangelio.

¶Oſtraciũ latine teſta,grçce ὄστρακον Vnde teſtaceũ pauimentũ vulgo nunc oſtracũ vocant. Hinc oſtraciſmus relegationis genus. Nã ciuitates antiquitus,q̃ populari ſtatu regebant̃,eos qui ſuperexcellere videbant̃ vel ꝓpter diuitias,vel ꝓpter amicos alienã ve potentiã extra ciuitatẽ relegare ſolebant ad tẽp⁹, ſicut docet. Ariſt. lib.iij. Poli. Athenienſes vero exilio decẽnali mulctare cõſueuerãt potentes nimis & excellentes gloria viros. Et hoc exilij genus oſtraciſmon appellauerũt.qui repertus eſt nõ ad caſtigandũ improbitatẽ,ſed ad potẽntiam moderandã oſtraciſmus aũt ab oſtraco, id eſt calculo ſiue teſtula nomẽ ſortitus eſt,qui in hunc modũ Athenis peragebatur,oſtraci viritim in conſilio dabant̃ in quib⁹ quiſq; nomẽ illius pſcribebat quẽ vrbe cedere voluiſſet. Magiſtratus vero qui huic negotio prçerant vniuerſos ſimul calculos recẽſebant qui niſi ſex milliũ numerũ exceſſiſſent nil cõfectũ eſſe iudicabant. Vbi vero vltimus numerus repertus fuiſſet eũ decẽ annos exilio afficiebant. Hoc oſtraciſmo Themiſtocles Cymõ & Ariſtides mulctati fuere. De Ariſtide legimus cũ iuxta eum quidã ruſticus illiteratus ſederet ipſi Ariſtidę teſtã dediſſe. vt nomen ſuũ ſcriberet. Admiratus id Ariſtides interrogauit nunqd iſtum cognoſceret? Minime inquit. Sed quia cęteri ita ſentiũt,ego quoq; ita cenſeo eum eſſe dãnandum. Hoc latini teſtularum exilium vocant.

✤Oſtracea ſiue oſtracites gemma eſt quę teſtacea eſt achatę ſimilis. Cc.

¶Oſtraceus piſcis quem alij onychen vocant. Cc.

¶Oſtrũ muricis ſiue cõchylij ac purpuræ color. Conchyliũ eñ murex & oſtrũ in eadem ſignificatione ſumũtur. Ver. Tyrioq; ardebat murice lęna. Idem vt gẽma bibat & ſarrano dormiat oſtro. Iuuena. Horum ego nõ fugiam conchylia. i. murice infecta. Excipit̃ tñ oſtrũ a cõchylio marino ex quo purpura inficitur. Cuius vt Victruui. inquit non minores ſunt quam cęterarum rerum naturam conſiderantibus admirationes ꝙ habet non in omnibus locis quibus naſcitur vnius generis colorem, ſed ſolis curſu naturaliter temperetur. Itaꝙ quod legit̃ in ponto & Gallia quia hę regiones ſunt proximę ad ſeptentrionalẽ & occidẽtem,inuenitur liuidum. Quod autem legitur ad æquinoctialem orientem & occidentẽ inuenitur violaceo colore. Quod vero meridianis regionibus excipitur rubra procreauit poteſtate. Ea conchylia cum ſint lecta ferramento circa ſcinduntur e quibus plagis purpurea ſanies vt lachryma profluens excuſſa in mortarijs terendo comparatur. Et quia ex cõcharũ marinarũ teſtis eximitur,ideo oſtrum eſt Vocitatũ. Igit̃ muricis ſiue ꝯchylij liquor q & oſtrum dr̃ temperatura artificis adhibita fere purpureus fit,hoc eſt in violaceum tendens. Sed hęc apud auctores confunduntur, Muricẽ & oſtrum & Tyrium pro purpura ponentes. Sciendum quoq; eſt ꝙ conchę & oſtrea dicuntur firmioris teſtæ piſces. Conchę quę teſtam lenem habent ac politam vniformiter rugatam ſiue denticulatam.

¶Oſtrea quę aſperã ſcabramq; teſtam habent,quamuis generaliter oſtrea quoq; cõchę dicantur. Item q̃ ex vno tm̃ latere teſtam habent,altero ſcopulis aut lapidib⁹ alteri ve materię adhęrente. Nam teſtę ipſę duriores proprie conchę dicũtur quales ſunt cochlearũ. Sene. Quid oſtreum ſapiat,quid nullus ,optime noſti Dicta oſtrea a græco. Nam ſicut nos a teſta teſtudinem vocamus ſiue animal ꝙ veluti teſta tectũ eſt, ſiue id genus ædificij ꝙ ex teſta ẽ ꝯpoſitũ vel ad teſtudinis ſimilitudinẽ eſt factũ. Sic græci. ἀπὸ τῶν ὀστράκων. i. oſtreas a teſtis nominauerunt. Dicuntur etiam oſtreę fœ. gen. . Gel. oſtreę ſeneſcente luna inuberes macrę tenues exuſtę ſunt, creſcente luna pingueſcunt. Spondylus dicitur calloſum illud rotundum albicans quod intus habet in medio a ſimilitudine ſpondyli quod nos verticulum dicimus Nam reliqua caro circunſperſa lacinia dicitur.

¶Oſtreatus u.um, ponitur pro duro atque aſpero. Pla. Itaque iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtat.

¶Oſtrineus a,um,quod eſt ex oſtro.

✤Oſtracina ſuffragia Athenienſium dicebantur ꝙ ea in figulinis vaſis dare conſueuerunt. Cc.

¶Oſtrinę veſtes dicuntur purpureæ. Turpili. Interea inſpexit virginem vectari in capite riculam indutam, oſtrinam hinc indutus Suparum. Cc.

¶Oſtria ſiue oſtris vocat̃ arbor q̃ ſolitaria naſcit̃ circa ſaxa aquoſa ſimilis fraxino cortice & ramis & folio pilis tñ paulo lõgioribus craſſioribuſq; ac rugoſis inciſuris materia dura atq; firma,qua in domum illata difficiles partus fieri morteſq; miſeras,veterũ ſupſtitio exiſtimauit. Cc.

¶Oſus cũ ſuis cõpoſitis Exoſus & Peroſus pticipia ſũt ſiue participiorũ modo capiuntur. De quibus ĩ dictione Peroſus. Iungitur aũt oſus cũ acuſatiuo & actiue ſumit̃, vt oſus ſum,oſus es,oſus ẽ,ꝓ odi odiſti odit. Participiũ quoq; futuri tp̃is oſurus & oſor verbale ab oſum ſupino fiunt,q̃ Feſtus ab odio ſumit,licet nõ ſit in vſu Plaut. in Amp. Inimicos ſemper oſa ſũ obtueri. i. odi,oſur⁹. Cic. in Læl. Negabat vllã vocẽ inimiciorẽ amicitię potuiſſe reperiri q̃ eius qui dixiſſet ita amari oportere vt aliqñ eſſet oſurus oſor. Plau. in Aſi. Madidũ nihil incõtinẽtẽ atq; oſorẽ vxoris ſuę. i. qui odit vxorẽ ſuã. Sciendum ꝙ in oſus terminata q̃dã ſignificant habitudinẽ ſiue vehementiam copiam ve aut affectionẽ vt animoſus. ingenioſus,neruoſus,ſaxoſus,aquoſus ,qui habet copiã ſaxorũ neruorũ,ingenij,animi. Vinoſus,libidinoſus,mulieroſ⁹ ſeditioſus,factioſus,qui amat vinũ,libidines mulieres, ſeditiones.factiones. Quędã actionẽ,vt ſtudioſ⁹ ſtomachoſus ꝯtumelioſus ,qui operã dat ſtudio,qui ſtomachatur,qui contumeliam facit. Quędam paſſionem vt odioſus,inuidioſus,qui habetur odio & cui inuidetur. Quædam actiue & paſſiue accipi poſſunt vt formidoloſus laborioſus operoſus voluptuoſus religioſus.

O ANTE T

OTides,auiculæ perdicibus ſimiles quę breui volatu cito laſſantur.

✤Othimis hærba origani ſpecies quam & praſion dicunt,non diſſimilis eſt hyſſopo. Cc.

¶Othrys,mons Theſſalię,othryades nomen Lacedæmonij viri,tam prime q̃ tertiæ declinationis eſt.

✤Otus auis noctuę ſi?is pinulis circiter aures eminentibus p̃dit⁹. Vnde nomẽ accepit quaſi auritũ dicas. Nonnulli vlulam appellant,alij Aſionem. Pli. li. x. cxxiij.

O ANTE V

OVis a grçco ὄϊς interpoſita u propter hiatum ſignificat pecudem.

¶Ouinus a um,quod ex oue eſt, vt pellis ouina, a quo ouillus ouilla ouillum.

¶Ouillus a,um. Pli. li. xix. Quin & ouillo fimo vti,quoniam aliud hęrbeſceret,diminutiuum eſt ab ouinus.

¶Ouile locus in quo oues morari ſolent.

¶Ouiaria æ.ouiũ multitudo, Var. in ꝓlogo lib. ij de re ruſtica, Qđ eo facili⁹ faciã ꝙ & ip̃e pecuarias habui grãdes in Appulia ouiarias,& Reatino equarias.



¶Ouiaricus a,um,poſſeſſiuum ab oue deriuatum. Col. lib. viij. Et quoniã de ouiarico ſatis dictum eſt ad caprinum pecus,nunc reuertar.

¶Ouicula diminutiuum ſignificat paruam ouem.

¶Ouum ab ὠὸν interpoſita u,euphonię cauſa.

✤Ouifera quę fert oua,vt gallina ouifera.

✤Ouiluteum vocamus vitellum ſiue vitelũ inouo. Cc.

¶Ouo as,lætor & letitiam vociferando ſeu canẽdo demonſtro , Liui. libro primo Romani ouantes ac gratulantes Horatium accipiunt eo maiori cum gaudio quod prope metum res fuerat.

¶Ouatio,vt eſt ab ouo,as,ſignificat paruum triumphũ, quem faciebant ouãtes qui nõ incurru,ſed pedites ouali corona redeuntes ex pugna cum bellum non erat indictum vel ſine ſanguine confectum. Ab ohe gaudentium interiectione, vt ſit ouatio,quaſi ohatio. Iuuenalis. Satur eſt cum dicit Horatius ohe Bacchi , vel a vocem militum quæ fiebat geminata oo litera:per interpoſitionem u, euphoniæ cauſa . Vt autẽ ab ouum ſit ſignificat tẽpus quo gallinę oua faciunt vt vernatio,mellatio,pullatio, Plinius ,Certa luna capiẽdũ cenſent tanquam cõgruere ouationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrij

¶Ouatus a , um,qđ eſt in ſimilitudine oui factum, Plinius Alijs turbinatio pyri,alijs ouata ſpecies,ceu malorum aliquibus Hinc ouatum aurum ouo auratum , quoniam oui albo antea illinito ęra ac marmora auri & argẽti laminis decorentur . Nec obſtat ꝙ ouũ habeat primã longã. plęraq; enim deriuatiua primitiuorũ naturã non ſeruãt. Perſi. Hinc illud ſubijt aura ſacras ꝙ ouato Perducis facies. Hoc Pli. li. xxxv. de marmoribus loquens inuere videt̃ cum inquit , vt ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingueretur Sinnadicus . Nonnulli ouatum aurum dici aiunt , ouatione victoriaq; quęſitum, vel ingens vel copioſum quantũ ouationibus cõparat̃.

¶Oualis & hoc ouale quod ad ouationem pertinet , vt oualis corona quæ ex myrto fiebat. Erant & plęręq; alię coronę quibus victores apud antiquos illuſtrabantur, vt ciuica n oualis obſidionalis & plęręq; aliæ.

O ANTE X

OXalis lapathi genus ſatiuo ꝓximum,folijs aquoſis colore betę candidæ,radice minima. Cc.

✤Oxyacanthos ſapiẽtia eſt paruis folijs aculeatis per extremitates ferens baccas rotundas folijs ipſis arenoſa lanugine obductus. Cc.

Oxus,amnis ortus in lacu oxia vt inquit Ptol. ſiue oxo vt Solinus.

¶Oxys. maſ. ge. & oxy neutri indeclinabile acutum citũ & velox ſignificat. oxos neutri gñis ſiue oxeos acetũ

¶Oxis idis pro vaſe aceti.

¶Oxya grçce acutus acentus latine dicitur.

¶Oxybaphũ,latine acetabulũ,ab aceto. habet. pe. cor.

¶Oxygerum pe. cor. acutum garum . hoc eſt garum. ex aceto confectum , quod in principio menſę apponi ſolebat. ὄξος acetum, γάρος liquamen ex piſce.

¶Oxygala ,quaſi acetoſũ lac Gala latine lac oxos acetũ

¶Oxylapaton Lapatũ acuta habens folia. Oxyſchęnõ acutum iuncum ſignificat.

¶Oxyhalme,genus potionis quod ex ſale & aceto recenti fieri ſolebant aduerſus ſerpentes.

¶Oxymeli, acetum mulſum dicitur genus potionis qđ ex mellis heminis,x,aceti veteris heminis quinq; ſalis marini pondo,ymbre quadrante,a quę marine ſetxarijs idq; pariter decoctis fieri ſolebat.

¶Oxymyr frutex eſt quem acutũ myrtum appella m⁹ , folia habet myrtho ſimilia ſed acutiora & rigidiora producitq; baccas rufas ad ceraſorum ſimilitudinem . Cc.

¶Oxypora ſunt q̃ Colu. tradit appellari oxygara. Q m̃ inqt cũ vſ⁹ exigit aceto garoq; diluũt̃. Pli. quoq; li. xx. Fęniculũ condimentis ꝓpe oĩb⁹ inſerit̃ oxyporis etiã aptiſſime. Sũt & ſua medicis oxypora q̃ſi a celeritate dicta penetrãdi. Eſt enim remediũ pręſentaneũ. i. celeriter iuuãs. Idẽ. Iuniperus miſcetur antidotis oxyporis.

¶Oxyporopoli. qui cibos vendunt aceto confectos. Plinius. in eo vſus eſt oxporopoli ſeruant addito dulci ad crementum aceti temperantes.

¶Oxyſaccaron,potionis gen⁹ ex ſaccaro & aceto. Saccarum mel dicitur in arundinib⁹ collectnm gummi modo candidum ac fragile.

O ANTE Z

OZena,morb⁹ cũ vlcera circa nares ſunt plures ve cruſtę,& odorẽ fœdũ hñt,cui malo vix põt ſuccurri nomenq; trahit ab ozena ſicut & polypus Pli. li. ix. Polyporũ gña & ozena dicta a grauitatis odore

✤Ozenitis hærba quæ & pſeudonardus dicitur dicta ἀπὸ τοῦ ὄζειν quod eſt colere. Cc.

¶Ozimum,pe. cor. ab ὄζω redoleo ,genus edulij redolẽtis ex inteſtinis confecti. Perſius . Cum bene diſtincto cantauerit ozima vernæ

✤Ozo,oleo,vnde ὄζη fętor oris. Colu. li. iij. Itaq; & emiſſioni credendum eſt q̃ etiã immolatur,iactatione fętorẽ quendã oris quem ozem grçci vocant minuit.

DE LITERA P

PLITERA MVTA EST, nec aſpirationẽ admittit,niſi in dictionibus græcis quę poſtponitur vt Phaeton. Conuertitur qñq; in traducendis dictionibus græcis, p,in,b,vt cũ apud grçcos πύξος, apud nos bux⁹ ſcribitur,ab ἄψυρτος cũ litera ψ pro qua nos pſ , ponere conſueuimus. Abſirtur cum b, tra traducit̃. Interdũ p,exili pro ph ,aſpirato traduci ſolet, vt qđ a grçcis φοινίκηος,cũ ph,aſpirata ſcribit̃, a noſtris puniceis trãſfert̃. Sic πορφύρεον purpureũ dicim⁹ . Quin & cõtra vbi illi pexile ponũt. Latini ſępiſſime aſpiratũ traducunt,vt qđ illi ὑψιπύλη,nos hypſiphile ſcribere ſolemus.

P ANTE A

PAbulum proprie pecudũ & aliorũ brutorũ cibus hęrbace⁹,fæniceus,paleace⁹,vel ſtramentiti⁹ eſt

¶Pabularis & hoc pabulare,qđ ad pabulũ ptinet ſeu quod ꝓ pabulo datur. Col . Vicia pabularis & vicia ſeminalis. ¶Pabulor aris ,pabulũ ex agris capio Vale. Maximus. Id poſtquam cognouit depoſitis inſignibus imperij familiarẽ vultũ induit,ac pabulãtiũ hoſtiũ globo ſeſe obiecit. Interdũ pabulari ẽ paſcere. Col. li. viij. Subinde q̃ icedit( .ſ. capella)cõpeſci debet ne procurat ſed placide ac lente pabuletur , vt & largi ſit vberis.

¶Pabulator qui pabulatum vadit. Ceſ. lib. v. Repente ex omnibus partibus pabulatores aduolarunt.

¶Pachynus pe. indifferẽte, pmõtoriũ Sicilię Pelopõneſum ſpectãs ab aeris craſſitudine. Nã πάχυ pingue & craſſum dicitur. Verg. lib. iij. Pręſtat trinacrij metas luſtrare pachynis. Priſcianus in periheheg. Qui procul effuſis pachyni diſtenditur oris

¶Oachiſos flumẽ Sicili , ciuilis ſanguĩe notat⁹ ĩfamia

¶Pachirri mentes in minore aſia.

¶Pactolus pen. pro. fluuius. Lydię aureis arenis, ſmyrneos irrigans agros. Iuue. Qđ tagus & rutila pactol⁹ voluit aria. Pacuuius Brunduſinus poeta tragicus illuſtris Aennę poetę ex filia nepos ,Romę picturã exercuit ac fabulas venditauit,deinde Tarentũ tranſgreſſus prope nonagenarius ibidẽ obijt. Hic vt Quinti . ait grauitate ſentẽtiarũ,põdere verborũ,auctoritate perſonarũ clariſſimus fuit citra tamen nitorem.

¶Pax a pactione dicitur. quod nomẽ etiã pluraliter declinatũ legitur. Hora. Hoc paces habuere bonę ventiq; ſecũdi. Auguſt. lib. iij. de ciuita. dei. Semper in poteſtate haberent paces bellicaſq; victorias ,quę ſemper fere per humanorũ animorum motus accidunt . Varro. Au-

aduertendum primum quibus de cauſſis & queadmodum conſtituerūt paces, ſecundum, qua fide & iuſtitia eas coluerūt. Et eſt pax trāquilla libertas. Vergil. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyranni Per tranſlationē quandoque ſumitur pro venia. Idem. Sed votis precibuſque iubent expoſcere pacem Quandoque propitiationem vt apud eundem. Pacemque per aras exquirunt, pax etiam aduerbium græcū eſt, & ſignifi. tantū ō. Terentius in Heaut. Dum argentum capio pax, nihil amplius.

¶ Pace tua dixerim, honeſtus reprehendēdi mos prius capta venia, id eſt tua venia, & te non iraſcente.

¶ Paco as, a pace fit, & ſignificat mitigo lenio placo ꝑ picio concordo & pactū facio, Aug, ſupra Ioā. Fuit ma ne & quos inuenit cōduxit & pacauit cū eis mercedē de nariū. Dicit & pacor deponēs. Idē in eodē vtrūq; cōplexus eſt. Sodalis nō tibi feci iniuriā, quod pacaui reddidi tibi, fraudem tibi non feci, quia quod pacatus ſum reddidi

¶ Pacate aduerbium, ſigni. tranquille ſedate.

✣ Pacifer quo nōnulli vtūtur a pace & fero hoc eſt pacē ferens inde paciferaarbor que etiā iter armatos hoſtes Prēſa qetis erat idiciū, & eſt hæc arbor de gñe lauri. Cc

✣ Pacinus vnus ex nepotibus Volſini regis cognomēto Luculli. a quo pacinates Italię populi. Cc.

¶ Pacifico, cas, a paciſcor eſſe videt. Cic. Lepido. Itaq; ſapientius meo quidē iudicio facies ſi te in iſtā pacificatione nō iterpones. i. pacē faciēdā. Quidā hęc tria ſe parāt, vt pacificatus ſū, pacē feci ſignificet pacatus ſum in pace ſum, ab armis deſtiti, placatus ſum ab indignatione animi ad lenitatem redii, vel animo leniſum

¶ Pacificatorius, a, um, quod ad pactionē pertinet. Ci. Poſtq̄ nos pacificatoria legatione implicatos putant.

¶ Paciſcor, eris, pactus depo. ſignificat pactū facio cōuenio vñ etiā cōſtruit cū ablt̄o ſicut alia verba ptium ſignificātia. Plau. in Bac. paciſci cū illo paulula pecunia pōt. Dicim⁹ etiā pact⁹ ſū hāc rem. Iuſti. li. ij. Cū Xerxe nuptias filię ei⁹ paciſcit. Hui⁹ cōpoſitū eſt Depeciſcor.

✣ Pactitia pugnę ceſſatio. Cc.

¶ Pactio vt inquit Vlpi. eſt duorumplurimumve in idē placitum & conſenſus. Salu. Collegā ſuum Antonium pactione prouincię propulerat, ne contra remp. diſſentiret Cice. libr. iij. offi. Regulus non debuit cōditiones pactioneſq; bellicas & hoſtiles pertubare.

¶ Pactum quandoq; participium eſt a paciſcor, vt eſt illud in Geñ. Et recordabor fęderis ſempiterni qđ pactū eſt inter deum & omnem animam viuentem. Quādoq; nomen, quod a Cicerone ſic diffinitur. Pactum eſt quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iuſtum putatur, vt iure preſtare dicat. Hiero in Geñ. Statuā pactū meū vobiſcū. In ablatiuo quandoq; accipitur pro modo. Terēt. in And. Eo Pacto gnati vitam & conſilium meum cognoſces. Pactilis vide in dictione pango, is,

✣ Pachis menſuræ nomē eſt vnde licophron heptapachin achilles appellat ſeptem cubitis

Padus fluui⁹ qui vt Pli. lib. iij. ſcribit e gremio Veſuli mōtis celſiſſimū in cacumen elati finibus ligurū Gabiēnorū, viſendo fonte profluēs, cōdēſq; ſeſe cuniculo, & in forouibientiū agro iterū exoriens. nulli amnium claritate inferior. A grecis dict⁹ Eridan⁹ ac pęna Phaetōtis illuſtrat⁹ Auget ad canis ort⁹ liquatis niuibus, agris quā nauigijs torrentior. Metrodorus refert quonia circa fontem arbor ſit multa picea quæ pades gallice vocetur. padum hoc nomen accepiſſe.

Padua vrbs padi vicinatæ dicta, quę & Patauium dicitur quaſi padauiū vel ἀπὸ τῶ πετασθαι, i. volādo q᷑ capto augurio dicitur conditū. Vel a petēdo, q᷑ telo auē Antenor petiſſe dicitur eoq; in loco vrbē cōdidiſſe. primo Antenorea dicta eſt Vñ Antenoride, poſtea patauini & Paduani. Apud Patauiū nat⁹ eſt Tit⁹ Liui⁹ hiſtoricus celeberrim⁹ q res Romanas ſumma facūdia pſcripſit. Siir Stella & Valerius Flaccus poete hic orti fue.

Preterea Paulus iuriſconſultus, Albert⁹ Eremitanę noſtrę religionis theolog⁹. Cui⁹ igenij acumē opera q̄ edidit declarant. Franciſcus quoq; cognomēto zabarellaq in legibus interpretādis, & vitę itegritate tantū valuit vt in cardineū cętū fuerit aſcitus, in ea vrbe originē duxit. Fert & voluſius poeta patauinus q poſt Aenniū rerum geſtarū populi Romani annales carmine deſcripſit

¶ Paduſa fluuius quē aiunt padi brachiū Rauennā vſq; productum Maſſanicum alio nomine appellatum.

¶ Pęan hymnus erat in apollinē, ſicut dithyrambus in bacchū vt Iul. Pol. inquit, qui nō ſolū in aduerſione malorū decātabatur, ſed in victoria. Interfecto eñ pythone laudibus, & carminibus laudatus fuit, q̄ pęana dixerunt. Verg. Lętū pęana canētes. Abuſiue tñ pro omni deorū laude ponitur. Vñ opus ſuū Pindarus de laudib⁹ deorū omniū pęana inſcripſit. Pean vero ab παίω qđ eſt medeor, q᷑ ſcilicet morbis remedians finē faceret. vñ & Apollo ipſe pęan dictus eſt. Iuue. Parce precor pean.

✣ Peantis gemma quæ & grauida dicitur quę parturientibus auxilio eſſe exiſtimatur. Cc.

¶ Pechinum genus ludicri poematis, a ludēdo. Vnde techno pæchnion apud Auſonium.

¶ Pędor, ſqualor. illuuies, ſordes, oīs immūditia, ſeu putor in aīali. Luc. Lōguſq; in carcere pędor. Cic. li. iij. Tuſcu. Barba pedore horrida atq; intōſa inſuſcat pectus illuuie ſcabrū. A greco hoc nomē deduci videt quo παίδες, id eſt pueri dicunt qui in illa puerili ętatula ſordidi fere ſunt, nec a ſordibus ſciūt abſtinere. Vnde pędidos quoq; ſordidos & obſoletos appellant.

¶ Pędagogus pen. pro. pueri ductor, παῖς puer, ἀγωγὸς ductor. Is eſt enim cui dēcēdorum puerorū cuſtodia datur. Colu. lib. j. Nec poſtremo quaſi pedagogi eius meminiſſe dignemur. Iulij hygini.

¶ Pędagogiū apud iuriſconſultos, ti. de fundo iſtr. Seruitiū atq; mācipiū dr. Verba Vlpia. Hęc ſunt, Si inſtructū fundū legaſſet, ea pedagogia q̄ ibi habebat, vt cum ibi veniſſet pto eſſent in triclinio, legatō cōtinet. Sue. tñ. ſi textus falſus nō eſt accipit ꝑ puerorū cōcubitu cū inquit in Nero. Sup ingenuorū pedagogia & nuptarū cōcubinatus veſtali virginali virgini Rubricę vi intulit

¶ Pędagium locus in domicilio in quo pueri ſeruique commorantur, qui παῖδες vocantur. Pli. lib. vij. epiſtola rum. Puer in prædagio mixtus pluribus dormiebat

¶ Pędico, as, Pen. pro. obſcenū verbū quod ſigni. præpoſterā cum maſculis libidinem exerceo Grece dicunt πυγίζειν. Iul. Firmicus hanc libidinem præpoſteramappellat. Hinc Pędicones ſiue pędicatores puerarij puerorum amatores concubitoreſque

¶ Pęderaſtes, amator puerorum, pæderaſtia, amor obſcænus in pueros.

✣ Pædaretus proprium nomen viri ἀπὸ τῆ παιδείας καὶ ἀρετῆ hoc eū a diſciplina & virtute. Cc

✣ Pęderos lapilli genus quam Sangenon vocant, Pęderotes vocant gemmas quę colore excellūt quaſi puerorum amatores dictę. Cc.

✣ Pæderoton hacanti gen⁹ leue. Cc.

¶ Pedia, Grece παιδεία eruditio inſtitutioq; in bonas artes vt docet Gel. Vñ pędia Cyri quā Xenophō ſcripſit

¶ Pædotriues pe. pro. ludi literarij præceptor, & exercitationis magiſter, cuius officium, vt inquit Plato in Gorgia, eſt corpora hominum formoſa robuſtaque efficere, pædotriuica exercitatio pertinens ad doctorem pædotriuem. Ariſtoteles libro octauo poly. præcipit adoleſcentes gymnaſticæ & pædotriuicæ eſſe tradēdos.

¶ Pæon nomen viri medicinæ artis peritiſſimi vt ſcribit Homer⁹. A quo pæonia hærba dicta eſt. Eſt & pęō genus pedis qui a Diomede quadruplex eſſe traditur, quorum primus ex longa & tribus breuibus conſtat. Secundus ex breui & longa & duabus breuibus. Tertius ex duabus breuibus & longa & breui. Quartus ex trib⁹ breuibus & longa.



¶ Pęonia, herba vocata eſt a pęone medico q eā iuenit. Pęonia etiā regio eſt i europa a pęone Endymiōis filio & Epei fratre, qui victus curſu ab Epæo ſicut inter eos cōuenerat, imperiū victori dedit & in Macedoniam ſeu Thraciā ad amnē Axiū diſceſſit. A quo pęonia regio dicta, q̄ poſtea ex regis nomine Aemathia pars Macedonię, i qua pęones populi vt Iuſti. lib. vij ſcribit pe. cor. Sta. li. Achil. Pręterit & didici quo pęones arma rotatu. Qñdoq; pęonia ponitur ꝑ macedonia ſicut Aemathia, cuius littoris regio iuxta Sithoniā & Thermopontum Pallenæ vocatur. In hac regnaſſe fertur Thelegonus.

¶ Pæſtum, oppidum Lucaniæ roſarū abundantiſſimū, vbi ob cœli clemētiā bis in anno ꝓducebantur fruct⁹. ſ. Maio & ſeptēbri. Verg. lib. iiij. Ge. Biferiq; roſaria pęſti. huius mœnia ꝓpe mare magni ſpatij adhuc intra videntur latitudine & altitudine mirāda. a Tuſcis cōditū, poſſidoniā dixerūt. & ei⁹ ſinū poſſidoniatē, poſtea Romani miſſis huc colonis āpliauerūt vt ait Stra. Hic pſta nus a, um. Ouid. de arte. Cultaq; præſtanas vincat odore roſas.

¶ Pętus qui obligatis oculis i altū reſpicit. Hora. i Ser. Appellat pętū pater & pullū male puus. Sicut filius eſt. Hinc pętorum familia Romę cognomen ſumpſit.

¶ Pag⁹ ſimul poſitę villę, hoc eſt ruſticanę dom⁹ i vnū coagmētatæ. Nā πηγὴ latine fons dr, q᷑ circa fontes hę ponerentur, vel q᷑ oēs eadem aqua vteretur. Scribit Cęſar ciuitatē Heluetię in quatuor pagos fuiſſe diuiſam, hoc eſt in quatuor regiones quæ pagatim habitabant.

¶ Pagatim aduerbium, dictum eſt per ſingulos pagos, ea forma quo oppidatim. Liui. Templa deum quę pagatim ſacrata habebant dirui atq; incendi iuſſit.

¶ Pagan⁹ a pago dict⁹ eſt, ruſticus, villan⁹, i villa nat⁹ qui nō nouit vrbē quaſi ex vno fonte potās. Hinc ſemi paganus, ſemiruſticus. Interdū pagani accipiunt ꝑ hominibus nō militātibus tametſi vrbani ſunt. Et eſt verbū peculiare iuriſcōſultorū, a qbus hęc duo pinde ac cōtraria opponūt miles & paganus. Suet. de Auguſt. pinarium equitē Ro. cū cōcionante ſe admiſſa turba pagano rum apud milites ſubſcribere quędam animaduertiſſet, curioſum & ſpeculatorē ratus corā fodi imperauit. Vlp. Eſt reſcriptū a diuo Pio in eo qui cum eſſet paganus fecit teſtamentum, mox militare cœpit. Paulus fecit teſtamentum exēplo eius qui paganus fecit, deinde militare cœpit. Quare aūt pagani dicantur qui vrbani ſunt. dicitur Romam diuiſam fuiſſe in tribus quatuor, ſicut apud Diony. lib. iiij. Antiquitatū legitur quas pagos vocitabant in quibus habitantes pagani dicebantur qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

¶ Paganalia orum, ruſticorum feſta.

¶ Pagaſa, theſſalię oppidū q᷑ poſtea Demetrias dictū eſt. Iuxta quā ædificata fuit Argo nauis, ꝓpter quod nauis longa argonautarū, pagaſea nuncupat, q᷑ Iaſon qui eam ędificauit fuit fili⁹ Aeſonis fratris pelię regis Theſſaliæ. Hinc pagaſicus ſinus in Theſſalia eſt dictus.

✣ Pages compactio dicitur licet vix ſimplex inueniat ſed compoſita vt Compages. Cc.

¶ Pago is, pepigi pactū ſignifi. paciſcor. Cice. lib. ij. ad heren. pacta ſunt quę legibus obſeruāda ſunt, hoc modo. Rem vbi pagunt, oratione pagunt. Aliqñ ſignificat pmitto. Plaut. Hæc tibi pacta eſt Callieli filia, Ser. Tamen dicit. pago vnde multi volunt venire pepigi nuſq̄ lectum eſt vulteq; pepigi a paciſcor fieri, ſicut & pactus. Quomodo a placeo placui & placitus.

¶ Pagina pen. cor. vtraq; pars folij a pangēdo, q᷑ in paginis carmina panguntur. i. figuntur. Verſus em pandi vel figi cæris dicuntur vel q᷑ in libris ſuam quæq; obtineant regionem vt pagi. Hinc fiunt compagino pro cōiungo, q᷑ paginæ ſimul coniunguntur, paginula dimi. Cicer. ad Atticū. Si vero idem quod neſcio an ſit vt nō minus longas iam in codicillorum faſtis futurorum conſulum paginulas habeat quam factorum.

✣ Pagurus piſcis eſt genere cancrorum. Cc.

✣ Pagyrus nomen fluuij & nomen ciuitatis, a qua pagyritę populi quidam tamen pacyrim dicunt.

¶ Pala inſtrumentū ruſticanū vulgo notum. Et inſtrumentū quo panis in furnū mittit & extrahit, necnō vertilabrum. Idem quoddā ignis receptaculum Item palæ dicuntur dorſa dextra lęuaq; eminentia mēbra. Itē palę vt inquit Stra. minores auri purgatioris maſſulę & vtiq; non maiores ſelibra. Pli. li. xxxiij. Expuit eris pala quędam hoc eſt quod gręci pſegma appellāt. Idē li. xxxiij. ſcribit palacas appellari maſſas auri in puteis repertas decem & amplius librarum pondere, quas alij palacranas vocāt, ſicut id quod minutum eſt balaucem.

¶ Palla lę, p duplex ll, eſt honeſtę mulieris veſtimentū hoc eſt tunicę palliū, quod palam & foris eſt ad veſtigia vſq; demiſſū. Ver. ꝓ lōgę tegmine pallę Tygridis exuuię ꝑ dorſum a vertice pēdēt. Plautus i Menę. pallā ad phrygionē fert confectō prādio. In Gallia tñ viri quoq; palla vtebant. Vñ Mart. Dimidiaſq; nates gallica palla tegit. Et ab irrigatiōe & mobilitate dicit palla q̄ eſt circa finē huiuſmodi veſtiū ἀπὸ τοῦ πάλλειν Eſt etiā hoc nomine vrbs Ptolomęo teſte a latere meridionali Corſicę.

¶ Palaca & palacrana pro auri maſſa ſumi ſolent.

¶ Pallace, græcum eſt & ſignificat concubinam. Vnde dicimus, Hæc eſt pallace mea.

¶ Palā aduerbiū ad oīa refertur, & ſignificat manifeſte & coram pluribus. Coram ad perſonas tantum. Terent. Si falſum aut fictum contineo palam eſt. Hinc fit ꝑpalā eiuſdem ſignificationis a quo propalo as, pro manifeſto ſeu aperio, De quibus infra.

¶ Palam quęſtum facere dicitur non tantum ea q̄ in lupanario ſe proſtituit, ſed etiam ſiqua vt ſolet in taberna caupona, vel qua alia domo pudori ſuo non parcit.

¶ Pallancana cępę genus eſt cui acutus ſapor eſt & lachymoſus, a nonnullis Genon dicitur. Cc.

¶ Pallium dictū eſt q᷑ palam ſit & foris. Sub eo eñ tunica ſumebatur, lōge lateq; diffuſum, & uiris mulieribus que conueniens, proprie autem græcus habitus. Vnde palliati gręci dicti ſunt & comœdiæ palliatę q̄ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus & habitus hominum palliatorum grecorum. Auctores Don. & Diomedes.

¶ Palliatus a, um. pallio indutus, & pallio coopertus. Aug. libro. x. confeſ. Ineſt animę vana & curioſa cupiditas nomine cognitionis & ſcientię palliata. Apul. Nec palliari tam aperta res poteſt.

¶ Palliolū dimin. breui⁹ palliū, ſiue linteū ad caput tegendū. Iuue. Cultā palliolo mulier nēpe ipſa videt. Hic palliolatī. Plau. palliolati amict⁹ ſic inceſſit ludibūdus.

¶ Palliolatus huiuſmodi pallio indutus. Suetonius de Clau. palliolatus nouo more præſedit. Mart. Hanc velo quę facilis quæ palliolata vagatur.

¶ Palliaſtrum, rude ac vile palliū. Apul. Ecce Socratē contubernalē meum conſpicio, humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

¶ Palus pali, notę ſignificationis habet pri. ꝑ. Tibul. Hic docuit teneram palis adiungere vitem, palus vero paludis pro loco aquoſo, habet pri. cor. De quo infra.

¶ Palo as, ſepio tendo & quaſi palis munio. Col. lib. xij. Vt vitis paletur & capite tenus alligetur, & iuga vineis imponantur & capiſtretur. Et palare vagari errareque. Vnde & diſpalare qđ eſt diuidere. Siſen. Diſpalati ab ſignis digreſſi omnes ac diſſipati.

¶ Palor aris, paſſim vagor, ſicuti faciūt quilētogradu diſperſiq; labruſcas q̄rūt. Liui. li. j. Rapti & ad hos Romana legio ducta palantes in agris oppreſſit Idē lib. v. Iam obſidionis tędio victi abſcedunt, vagiq; per agros palātur, cibis vinoq; raptim hauſto repleti. Hoc verbū a palam quidam deduci exiſtimant. Alij a palis caſtrorum, hoc eſt ſudibus, modo huc, modo illuc tranſlatis. Dicit & palo as, in ſignificatione. ✣ Paludapium apij ſpecies circa aquę ductus & in paluſtribus naſcens. Cc.

¶Palatim aduerbium ſignificat paſſim vagando. Liui. lib. v. Tuſculum palarim fugerem.

¶Palata ſicut iter palas cōpreſſa. Hie. lib. ij. Re. Apparuit Siba puer miphiboſeth in occurſum eius cum duobus aſinis qui onerati erant ducentis panibus & cētum alligaturis vuę paſſæ & ſeptem maſſis palatarum

¶Palatus oris, cœlum, ꝙ labijs dentibuſq; quaſi palis munitus ſit. Augu. ſuper lo. Quo auidas fauces habere debet? vnde optare? vt ſanus intus palatus ita indicandi. Dicitur & palatum. Col. lib. viij. Sed etiam ſi palatum atque lingua concolor lanę eſt.

¶Pallas antis, nomē filij Euandri, & nomen Gigātis.

✣Pallantias (vt Callimachus refert) lacus eſt alio nomine Triton, ex quo Palladem genitam volunt. Cc.

¶Pallas adis, dea dicta ꝙ Pallantē gigātē interfecerit cum prius Tritonia vocaretur a Tritone palude vbi primum viſa eſt, vel ἀπὸ πάλλω vibro quatio, eo ꝙ haſtā vibrare conſueuerit docueritque, qm̄ belli dea eſt. Hęc dicta eſt bellona quia bella inuenerit. Et Minerua ꝙ vim minetur, vel ꝙ neruos minuat ob ſtudiorū laborē. Nā dea artium & ſapiētię eſt, quia de capite Iouis nata eſt. Sed quia dea eſt artium & ingenij ideo iſta finguntur. Nihil eſt em̄ excellentius ingenio, quippe quo reguntur vniuerſa. Verg. Pallas quas condidit arces ipſa colat. Hæc Iouis filia ſine matre fuit. Nam Iuppiter cum videret Iunonem ſterilem eſſe percuſſo capite emiſit palladem armatam. Pallas etiam nomen paludis eſt in Africa.

¶Palladium, palladis ſimulacrum quod Romæ in æde Veſte fuit.

¶Palladius a, um, quod eſt palladis. Vnde palladiū forum Romæ quod erat propinquum templo palladis.

¶Palladiꝰ nomē viri ꝓpriū qui de agricultura ſcripſit.

¶Palatiū mōs Romę appellatꝰ eſt, ꝙ ibi in palatio pecus paſcens balare cōſueuerit. Sic em̄ vox eius animalis exprimiť, quaſi balatiū. Vn̄ Neuius balatium appellat, Vel a palo as, quia ibi palare, i. errare pecudes ſolēt ſeu ꝙ palantes Arcades cū Euandro ibi cōſederunt. Nam ante Romā cōditā poſſeſſum atq; habitatum fuit, vt ab Arcade Euandro, aut aborigenibus qui ex palatio oppido agri Reatini venere & cū Euandro habitauere Alij a palentia Latini matre q̄ ibi habitauerit palatiū dictū volūt. Alij a pallāte Euādro auo. Alij a filia Euādri palantia ab Hercule vitiata & poſtea illic ſepulta. Vel certe a pallāte eius filio illic ſepulto. Alij ab pale paſtorali dea nomē inditū autumāt, palatiū etiā dr̄ domꝰ imperatoria ſup ba amplaq; a palāte gigāte qui primꝰ palatium ob magnitudinē ſui feciſſe dr̄. Aut ſecundū Plin. a Palāteo Arcadię oppido. Siue vt Cyrillus auctor grę cus refert a palatio monte. Huius nominis prima ſyllaba idifferenter poniť. Ouid. de arte. Illic quas tulerāt nemoroſa palatia frōdes. Mar. Inde ſacro venerāda petes palatia cliuo, Et palatiū dicta vrbs Diocletiani q̄ nunc nautę Spalatum vocant. Euſe. in chronicis Diocletianus haud procul Salonis in villæ ſuæ palatio moritur.

¶Palanteū, vrbs in palatino monte, a pallante. Euandri proauo. Vnde Verg. lib. viij. Arcades his oris genꝰ a pallante ꝓfectū. Qui regem Euandrū comites qui ſigna ſecuti Delegere locum & poſuere in montibus vrbem Pallantis proaui de nomine pallanteum.

¶Palatinꝰ a, um. Vnde palatinꝰ deus, & palatinꝰ mōs dictꝰ eſt ſup quo prio Roma ędificata fuit, & in eo reges primo, deide cōſules, poſtea iperatores maiores ex parte ſedem habuerunt. Et palatini qui & palātes ſunt qui cum Euandro venerunt & aborigenes, conſederuntque in quartę regionis palatio. Sed hos alij dictos a palātia Latini matre putauere.

¶Palatialis flamen dictus eſt qui ad ſacrificandū ei deo conſtitutus erat, in cuiꝰ tutela palatium eſſe putabatur.

¶Palatual ſacrificiū ꝙ fiebat Romę in monte palatio.

¶Palantina regio Romæ cuius Arcades Duce Euandro palantes auctores extiterunt.

¶Palantia oppidum. Vnde & palantini. Eſt & nomen fluminis in Valentino littore.

¶Palemō marinus deus latine portunus ꝙ portubus p̄ſit. De quo in dictione portunꝰ. Archias aūt in epigrāmatis πίσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα τέσσαρες ἱροὶ δισσοὶ μὲν θνητῶν, δισσοὶ δ' ἀθανάτων. Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο, ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. ✣ I. Quatuor ſunt per gręciam certamina ſacra, duo mortalibꝰ & duo immortalibꝰ Ioui & phœbo, palęmoni & archemoro, p̄mia vero illorū oleaſtrū poma apiū & pinus q̄ ſit carmine efferuntur. Quatuor argiuis certamina ſacra feruntur Bina hominum natis, binaq; cęlitibus, Phœboq; ipſiq; Ioui Archemoro & puo Melicertę, Poma Oleaſtra. Apium, p̄mia pinus erant. Eſt & nomen proprium Grāmatici Vicentini. Cuius tanta fuit arrogantia, vt ſecum natas & perituras literas diceret. Atq; de ſe diuinaſſe Vergiliū, cum dixit. Tantum vicinæ palæmon.

¶Palęſtina, ꝓuincia ſyrię arabiæ cōterminata, a philæſtim vrbe metropoli in ea, vt inquit Pli. li. v. Nā & Herodotus ſyriā alterā palęſtina. In ea quinq; ciuitates cōtinebanť. Gaza, Aſchalō, Geth, Acarō, & Azotū. Eſt & altera palęſtina prope phęaciam de qua Luca. lib. v. Laxa palęſtinas vndis confixit arenas.

✣Palen dicimꝰ luctā, vnde palęſtra de qua nunc. Cc.

✣Palepaphos cypri vrbs Veneri ſacra. Cc.

✣Palecamander fluuius in troade in propontidem ꝓfluens. Cornucopię.

¶Paleſtra, luctatio ab πάλιν iterum παίω ferio ꝑcutio vł ἀπὸ τῆς πάλης, id eſt a luctatione, vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id eſt a motu vrnę. Nā ducti ſorte luctantur. Ver. lib. vj. pars in gramineis exercēt mēbra paleſtris. paleſtra etiā dr̄ domus lenonis in qua eſt exercitus amatorum aſſidue. Teren. in Phor. Eccū a ſua palęſtra exit foras. Vnde Vict. libro. v. docet quomodo paleſtrę ſint ædificandę.

¶Palęſtrita palęſtritę pe. cor. qui ſe i palęſtra exercet.

¶Palęſtricus a, um, quaſi ex vſu palęſtrę, habet penul. cor. paleſtricus ſubſtantiuum idem quod palęſtrita. Afra. Depellis mihi manum per palæſtricos.

¶Palęſtrum, locus vbi palęſtra exerceť, palęo luctor, pales lucta, certamen.

¶Pales paſtorum dea vel pabuli, hanc quidam Veſtā, quidam deum matrem appellant. Vergilius. Te quoq; magna pales.

¶Palilia vel parilia, eius deę feſta l in r mutata dicūtur. Hęc paſtoribus in agris fiebāt. xj. Cal. Maij quo die Romulus vrbem fundauit ad lupos arcendos morboſque a pecore pellendos, ſeu pro partu pecoris Proper. li. iiij. Vrbi feſtus erat dixere palilia patres. Hinc primus cœpit mœnibus eſſe dies.

¶Palea a palā ſeu pabulo dr̄ Nā ea ſola primū in paſcēdis animalibus p̄bebatur. Quo ſane vocabulo nō ꝓprie culmi ſed folicula ipſa granulorū cōprehendunt. Verg. lib. j. Geor. Surgentē ad zephyrum paleę iactantur inanes. Colu. lib. vij. Minus cōmode tuemur armentum paleis q̄ vbiq; & quibuſdā regionibus ſolæ præſidio ſunt & probantur maxime ex millio, tū ex hordeo, mox ex tritico. Idem oportet fabā maturā cōterere & paleas eiꝰ diligenter recondere. Notādum pro Seruij ſentētia paleam ſingulari numero dici contra artem. Nam quæ ex pluribus conſtant ſunt tantum numeri pluralis vt cancelli bigę ſcopæ, licet abutantur poetę. Verg. Nequicquam pinguis paleæ teret area culmos.

¶Paleatus a, um, ꝙ factum ex paleis. Col. lib. iij. Quicqd inſerueris libro ligato luto ſubacto paleato oblinito plagam & alligato, ne aqua vētuſve penetrare poſſit.

¶Palearia, pelles depēdētes ex gutture boū dicta quaſi pellearia. Verg. lib. iij Georg. Et crurū tenus a mēto palearia pēdent. Huiꝰ nominatiuꝰ ſingularis eſt palear Item palearia vbi ꝓdūť paleę, ſicut fœnilia vbi fœnum reponitur. Cuius ſingularis eſt palearium Colu. Defunctuaria fœnilia peleariaq; & apothecas & horrea.



✣Palfurius Sura orator & cauſidicus fuit, ſępe etiam declamauit. Mar. & Luciani amicꝰ. Sed ob ſuſpitionē ꝙ cū Vitellianis ſenſiſſet ſenatu a Domitiano fuit amotꝰ. Cc.

¶Palici dicti ſunt quaſi paliſci, hi gemini fratres Iouis filij & Thaliæ nymphæ fuerunt, ſiue vt alij volūt. Aetnę q̄ cū Iunonis irā metueret orauit vt terra dehiſcens illā abſorberet, & ita factū eſt. Sed cū tempus maturitatis infantiū quos aluo geſtauerat aduenīſſet rurſus terra hiās duos infantes ex puellæ aluo emiſit, appellatiq; ſunt Parici ꝙ πάλιν. i. rurſus hiante terra emerſiſſent. Cc.

¶Paliſcorum ſtagnum in Sicilia ſulphurei odoris.

¶Palilogia, latie reduplicatio. Palilogꝰ, iterū collectꝰ.

¶Palimbacchius, genꝰ pedis ex prima & ſecūda lōgis & vltima breui, vt Auguſtꝰ. Idē Antibacchius dicitur.

¶Paligeneſia, latie dr̄ regeneratio, hoc eſt reditio poſt tēpus animarū in corpus, ꝙ fuit Pythagoræ dogma.

¶Palimpiſſa, pix liquida iterum decocta.

¶Palinodia cōtrarius cantus, & dici poteſt recātatio ſiue retractatio ᾠδὴν em̄ gręci cantū dicunt πάλιν rurſus. Cum male de aliquo ſcribentes. deinde reſcribentes bene de eodem ſcribimus, quaſi dicendi mutatio.

¶Palimpſeſtus, mēbrana iterū abraſa. Cic. Treba. Nā ꝙ in Palimpſeſto, laudo equidē pſimoniā, ſed miror ꝙ in illa chartula fuerit ꝙ delere malueris hęc ſcribere niſi forte tuas formulas. Iuriſconſulti deletitiam vocant. Nam abraſis prioribus literis reſcribitur. Vlpi. Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

¶Palus udis, eſt vbi paululum aquę in altitudine & palā latius diffuſa, q̄ etiam quandoq; ſiccatur, cuius prima breuis eſt, & ſecunda indifferens, q̄q̄ i gtō creſcat. Ver. lib. iiij. ge. Cocyti tardaq; palus inamabilis vnda. Hora. Regis opus ſterilisq; diu palus aptaq; remis.

¶Paluſter is, & Paluſter, a, um, quod eſt ex palude.

¶Palamedes, nomen Mauplij Eubœę regis filij q Vliſſis fraude a gręcis interfectus fuit. Hic ferť Troiano bello quatuor literas inueniſſe. ſ. ξ. θ. φ. χ. Præterea ordinem aciei, dationem ſigni teſſeras, hoc eſt ſymbolum bellicum & vigilias inuenit. Hinc a poetis Palamedis aues grues dicunť. Mar. Turbabis verſus nec litera tota volabit. Vnam perdideris ſi Palamedis auem.

¶Palangę, Gręci phalangę dicūt ſūt ligna teretia qualia ſunt q̄ nauigijs dū ſubducuntur ad littus, aut ad mare trahuntur ſupponi ſolent. Vide in dictione Phalangæ.

¶Palāgo, as, onus aliquod huiuſmodi fuſtibꝰ trāſueho. Var. Cū pœnus in fretū obuiam veniſſet noſtris, & quoſdam cępiſſet, crudeliſſime ꝓ palangis carinis ſubijcere, quo metu debilitaret noſtros. Afra. Et capream vnam ſemilaceram quaterni ſimul palangabant.

¶Palaneę idem ſignificat quod phalangæ.

¶Pallenę, ciuitas a Pallena Sithonis filia & vxore Cleti dicta, q̄ alij Macedonię. alij Thracię aſcribunt ob regionē vicinā vbi gigantum bella fuiſſe memorantur.

¶Palinurus Sicilię ꝓmōtoriū haud longe ab helia q̄ poſtea velia dicta eſt, in quo Palinuri gubernatoris nauis Aeneæ tumulus eſt, & ab eo locus nomē ſortitꝰ eſt. Dr̄ aūt palinurus. i. bis meiens πάλιν enim iterum οὖρον vrina. Mar. Minxiſti pauline ſemel currente carina. Meiere vis iterū ſic palinurus eris. i. vocaberis bis meiens.

¶Paliurus, herba ſpinoſa & aſpera. Verg. Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus acutis. Eſt etiam nomen arboris in Africa ſuauem fructum facientis quo vina commendentur. Et nomen paludis in Africa.

¶Pallor quaſi pellis liuor, a quo Pallidus, & diminutiuum Pallidulus.

¶Pallas a motu cordis dicitur.

¶Palleo es, pallui, pallidus ſum, a quo palleſco pallidꝰ fio. Aug. lib. viij. con. Iactat tempeſtas nauigantes, minaturque naufragium, omnis futura morte palleſcūt. Huius compoſita Expalleo, a quo expalleſco valde pallidꝰ fio. Plaut. in Cur. Viden vt expalluit? Impalleo, a quo Impalleſco qđ eſt intus vel valde palleſco. Perſius. At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

¶Palma dr̄ planū illud & ex pte cōcauum manus quod in digitos deſinens decori patet. Vnde & ꝓ mēſura ponitur ſicut palmus. Ab huius ſimilitudine arbor quoq; illa nobilis palma vocatur q̄ phœnicem vocamus, ꝙ coinam in cacumine habeat circūextenſam & ramos in digitorum modum protenſos. Vnde & genus earum caryocas dactylos, hoc eſt digitos vocamus, qm̄ digiti videantur. Hęc arbor in Italia ſterilis eſt, i maritimis hiſpaniæ fructum fert ſed immitem, dulcem in Africa, ſed ſtatim euanaſcentem. Contra autem in oriente & ex his vina, alicubi etiā panis & pluribus quadrupedibus cibus. Nō cędit pōderi, ſed ſurgit aduerſum pondus. Ideo victoribus traditur, p̄mio, ꝙ non ceſſerint ſed pertinaces i bello pſtiterint. Vnde & ponitur ꝓ victoria. Plut. In certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victorię, quoniam ingenij eiuſmodi lignum eſt vt vrgentibus opprimentibuſq; nō cedat. Item palma cauſa certaminis diciť. Ter. in Phor. in medio omnibus palmam eſſe poſitam. Item palma vt docet Ser. lib. xj. ęnei. ſignificat togam quā merebantur ij qui de hoſtibꝰ palmam deportaſſent. hoc nomine etiam vrbs vna e duabus quę in vna gymnaſiarum ſunt conditę ad occaſum ſita vt inquit Stra.

¶Palmeꝰ a, um. ꝙ eſt ex palma arbore. Col. lib. vj. M. Columella bæthicę ꝓuinciæ ſub ortu caniculę palmeis tegetibus vinea adumbrabat.

¶Palmoſus a, um, quod eſt palmis abundans. Ver. lib. iij. palmoſa ſalinis.

¶Palmata ſeu palmaris veſtis, a palma ꝓ victoria dicta ꝓprie triūphantiū fuit quā merebantur hi qui de hoſtibus palmam reportaſſent. Auſo. in panegy. Palmata veſtis vt in pace conſulis eſt, ſic in victoria triūphātis. Sidoniꝰ. poſt palmam palmata venit. Alij a latitudine clauorum dictā volunt palmatam q̄ nunc a genere picturæ picta appelať. Mar. Palmatęq; ducē ſed cito redde togę.

¶Palmare facinus, quod eſt dignum palma.

¶Palmus menſurę genꝰ. Et eſt duplex, maior & minor Maior digitorū. xij. Græce Spithame vocatꝰ. Minor digitorū. iiij. paleſtes græce dictꝰ. Dr̄ etiā palmum neut. gene. Vict. lib. ij. Dorō autem gręci appellant palmum ꝙ munerum datio gręce dorō appellatur. Id aūt ſpargitur per manus palmum.

¶Palmarium, quod eſt palma dignum. Terē. in Eu. Id vero eſt quod ego mihi puto eſſe palmarium, Do palmarium palma dignum, palmarium etiam dicitur quod eſt palmi. Col. lib. ix. per ſpatia palmaria modicis forantur cauis. Idem lib. xij. Spici vlpici inter palmaria ſpatia diſponendi ſunt.

¶Palmaria inſula eſt vltra Tyberina oſtia in mari Tyrrheno. Var. lib. iij. de re. ruſ. Hoc ita fieri apparet in inſulis ꝓpinquis pontia & palmaria, pandatharia.

¶Palmipedalis, menſura vnius pedis & palmi. Col. li. iiij. Nam in cliuoſis vbi terra decurrit poteſt malleolus palmi pedalis deponi.

¶Palmula, extrema pars remi, eo ꝙ in modū palmę ꝓtēſa ē. Ver. li. v. Et lęuas ſtrigat ſine palmula cautes. Sūt & palmulę frūctꝰ palmę, q dactyli & Scādalides & Margaridę & Careotę, & Cariotides, Pli. teſte dicuntur.

¶Palmipes, planos & ad palmę ſimilitudinē habēs pedes. Vnde anſeres & oēs fere aquaticæ aues palmipedes dicūť. Pli. Aut in palmipedū genere ſūt vt anſeres.

¶Palmes, itis. ſarmētū vitis & aliarū arborū, qm̄ palmites in modum palmarum humanarum, virgulas quaſi digitos habent. Et palmites dicuntur vnde erumpit vua.

✣Palmos, latine ſaltus venarum, & ſuſultatio cordis. i. expulſio quę cauſatur ex dolore.

¶Palmo as, manꝰ alligo. Col. li. xij. Cęterū palmare. i. manꝰ alligare hoc tp̄e nō expedit. In alia ſignificatiōe accepit. Quin. i decla. Cęci. p̄terea cū manꝰ ex pte quapalmare veſtigiū poteſt, plicet in capulo. Et poſt ſuū aūt q palmatus eſt paries veſtigiū eius partis oſtendit.

Huius cõpoſitũ eſt Depalmo ꝙ eſt palma ꝑcutio. Gel. Is ꝓ delectamento habebat hominis liberi manus ſcite palma verberare, eum ſeruus ſequebaẽ crumenã plenã aſſium portitans, & quẽcũq; depalmauerat numerari ſtatim ſecundum. xij. tabulas vigintiquinq; aſſes iubebat.

¶ Palmirena regio Syriẽ ĩ qua metropolis eſt palmaria, in qua regnauit zenobia mulier eruditiſſima.

¶ Palpo as. & palpor depo. ꝓ leuiter blande & quaſi tẽtando tango. Vnde & ꝓ adulari frequenter accipiẽ. hĩc palpator ꝓ adulatore. Plaut. Vt palpator nullus eſt quã do occœpit blandior. Regitq; interdũ accuſatiuum, interdum datiuum. Hora. in Sermo. Cui male ſi palpes recalcitrat. i. ſi aduleris vel blandiaris. Iuue. actiue poſuit cũ ait. Quem munere palpat Carus. Huius compoſitũ eſt Expalpo, quod eſt elicio.

¶ Palpo palponis, qui & palpator, pro adulatore & blãdo homine.

¶ Palpito as, frequẽtatiuũ leuiter ac frequẽter moueor. Hiero. lib. ij. Reg. Cumq; adhuc palpitaret hẽrẽs ĩ quercu Plini. palpitat certe cor, & quaſi alternatim mouẽt. Iuue. Vt ſemel atq; iterum ſuper illam palpitet.

¶ Palpebrẽ pe. cor. capilli quos in genis homines vtrinq; habent a palpitãdo. i. tremẽdo, vel a palpãdo. i. prætentando. Ob id enĩ natura palpebras homini dedit vt vallũ quoddã viſus eſſet & ꝓminens munimentum circa occurſantia animalia, aut alia fortuito incidentia.

✣ Palpum non nulli pro blanditijs vſurparunt.

¶ Paludamenta ſunt inſignia ac ornamenta militaria. Ideo cum ad bellum exit imperator mutata veſte diciẽ proficiſci paludatus. Liui. Cum paludatis lictoribus ꝓfectus ab vrbe Brundiſium venit. Hiero. ad Exuperantium. Quis non diligat eum qui ſub paludamento & habitu militari agat opera prophetarum. & exteriorem hominem aliud ꝓmittentẽ vincat interiori homine q formatus eſt ad imaginem creatoris? Dicta paludamẽta ꝙ ꝑſpiciuntur illi qui illa habent & fiunt palam, vt inquit Varro. Inuenitur etiam paludamẽtum dici de veſte muliebri. Pli. Nos vidimus Agrippinam Claudij principis ſedentẽ eo ad naualis prẽlij ſpectaculum aſſidentem indutam paludamento aureo textili ſine alia materie.

¶ Palũbes, tã maſculi. q̃ fœmi. gen. ĩuenitur, ſylueſtres columbẽ ſunt q̃ in arboribus ſepibuſq; nidificãt. Vergi. Raucẽ tua cura palũbes. Luc. Macroſq; palũbes Dicitur & palumbus & palumba. Horum duo ſunt genera. Vnũ torquatũ a torque quo inſignitur. Mar. Inguina torquati tardant hebetantq; palũbi. Non edat hanc volucrem qui cupit eſſe ſalax. Proper. Sed cape torquatæ Ven⁹ o regina palũbẽ. Alterum genus ꝙ vinaginem dicunt ab vſu labruſcæ. A palumbus fit palumbinus a, um.

✣ Pampillum genus delicati currus. Lãprid. Iunxit quatrinas mulieres pulcherrimas & binas ad pampillum, vel ternas & ſic vectatus eſt.

✣ Palumbula diminutiuum a palumba. Cc.

✣ Palũbarius accipitris genus palũbes ꝑſequentis. Cc.

✣ Pomyſus Theſſaliẽ fluuius dictus quaſi tot⁹ odioſus ob damna quæ agris inferebat. Cc.

¶ Pamphilus penul. cor. latine dicitur totus amor, vel omnibus amicus.

¶ Pamphylia regio ĩ minori Aſia inter Ciliciã & Syriã Vñ & mare pãphylicũ, dicta quaſi tota frõdoſa. Hẽc tota montana ex tauro in mare ꝓcumbit. In ea vt Põpo. refert, eſt fluui⁹ Melas nauigabilis, & eurimedon apud quã Cymõ Athenienſis ꝑſas nauali pugna ſuperauit.

¶ Pãphagi æthiopiẽ populi omnibus reb⁹ veſcentes.

¶ Pãpin⁹ pen. cor. a Verg. genere maſculino poniẽ, a Var. frequẽti⁹ fœminino. Et ſignifĩ. foliũ vitis ſeu ramuſculũ virentẽ. Ver. Heu male tũc vites defendit pampinus vuas. Apud Col. ponitur pro quodam arboris gñe. ✣ Verg. genus non diſcreuit.

¶ Pãpino as. pe. cor. pãpinos decerpo, vel a ſarmento colẽs qui nati ſunt de his qui plurimũ valent ad ſecũdũ nonnunq̃ etiã ad tertiũ relinquo reliquos, decerpo, ne relictis colibus ſarmentũ nequeat miniſtrare ſuccũ. Col. lib. iij. Cum comprẽhenderint identidem pãpinent, ne plura ſarmenta, quam debent excreſcant.

¶ Pãpinariũ palmes, qui vt Pli. inquit e duro exit, materiãq; in ꝓximũ annũ ꝓmittit, ſiue cõgeries virentiũ ramuſculorũ. Col. lib. iiij. Vitioſiſſima eſt eorum agricolarũ opinio qui minimũ referre credunt quot vuas ſarmentum habuerit dum ex vite fertili ligatur & nõ ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant.

¶ Pãpinarius a, um, quod eſt pãpini. Col. lib. v. Ne aut pãpinarius palmes internatus aut verrucẽ ſimilis furũculus relinquaẽ. Et li. iiij. Ne pãpinariã virgã deplãtet.

¶ Pampineus a, um, idem quod pampinarius. Ver. Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

¶ Pampinoſus a, um, quod pampinis abundat. Col. li. vj. Et ſi parum pampinoſa vitis eſt.

¶ Pan apud græcos ſigniſ. omne. Quo etiam vocabulo paſtorũ de⁹ vocatus eſt in naturẽ ſimilitudinẽ format⁹. Habet enĩ cornua in radiorum ſolis & cornuum lunẽ ſimilitudinẽ. Rubet eius faces ad ætheris imitationẽ. In pectore nebridem habet ſtellam ad ſtellarum imaginẽ, pars eius inferior hiſpida eſt propter arbores, virgulta, feras. Caprinos pedes habet vt oſtendat terrẽ ſoliditatem. Hic Demogorgonis filius creditur fuiſſe, qui fiſtulam compoſuit ſeptem imparibus calamis ſimul coniunctis propter harmoniam cœli. Hũc Arcades colunt, eũ vniuerſẽ materiẽ dominum appellantes. Vnde a grẽcis pan appellatur. Item pan latine incubus dicitur. Incubi vero ſunt nocturna phantaſmata mortalibus terrorem incutientia. Sed Alcẽus poeta mirabiliter deſcribit. ἔλπνς παρ λαροῖσιν δρείδανω χείλεσι μῶσαν ἔμπνς ποιμενιῶτιν πόμενος δόνακι ἐνκελάδω συρίγγι χέων μέλος ἐκ δὲ συννεῦ κλάζε κατιθύνων ῥήματος ἁρμονίην ἀμφισσόιρυθμοῖω κατὰ κρότον ἴνδεον ἴχνος ῥηγνεσθαι νύμφαις ταῖς δὲ μεθυδριάσιν.

✣ Id eſt infundit pan laribus cacumina mõtiũ labijs muſarum paſtoralis tibia oblectatus bñ ſonante fiſtula fundens melos ex concẽtu vero fregit gubernãs verbi harmonia de tuo vero rithmo ſecundum plauſum diuinum veſtigium rumpatur his nymphis aquatilibus.

¶ Panãces pe. cor. & panax hẽrba cuius ſucc⁹ oppanax vocatur ἀπὸ τοῦ πᾶν τὰ ἀκεῖν hoc eſt a ſanandis omnibus morbis. Plin. Panaces ipſo nomine oĩm morborũ remedia ꝓmittit. Colu. panax vtroq; tempore leni & ſubacta terra rariſſime differitur. Hinc deducitur πανάκεια. Luca. lib. ix. Et panacea potens & theſſala centaurea. Vergi. Ambroſios ſuccos & odoriferam panacẽam.

¶ Ponẽti⁹ nomẽ ꝓpriũ philoſophi Rhodij ſtoicẽ ſectẽ, quaſi totus moralis. Scipiõis p̃ceptor quẽ imitat⁹ ẽ. Ci. li. de offi. Hic ſcripſit ꝙ vita hoĩm ex ĩprouiſo aſſidua & ꝓpe quotidiana pericula fert, ad quẽ cauẽda oportet aĩo ſemp eſſe intẽto vt ſunt athletæ. Sicut enĩ illi in certamine athletico caput manib⁹ oppoſitis q̃ſi vallo p̃muniũt. ita anim⁹ ſapiẽtis, aduerſus petulãtias iniuriarũ ictuſq; fortunẽ debet eſſe erectus ardu⁹ ſeptus, nequa in re repẽtina incurſio imparatis ĩprotectiſq; nobis oboriatur.

¶ Panagron retis gen⁹ ꝙ omnia capiat, a πᾶν & ἄγρα.

¶ Panagios, latine ſanctiſſimus, quaſi totus ſanctus.

¶ Panareth⁹ pen. cor. dici põt oĩm virtutũ ꝯtinens πᾶν enĩ totũ ſigni. ἀρετὴ virtus. Mar. Arguto Madidus pollice panareth⁹. Hie. Ferẽ & panarethos Ieſu filij Syrach.

¶ Panegyris conuentus, nundinæ feſtiuitas, ab πᾶν & ἀγυρω hoc eſt ab omnibus rebus mercandis. Vnde panegyrici ſunt ſermones laudatiui qui in conuentu populi & ſacris celebritatibus habentur, quales ſunt quibus diui imperatores laudantur. Et panegyricum tertiũ dicendi genus quod latini demonſtratiuum dicunt.

¶ Panẽtolium, quaſi totam continens Aetoliam, mons eſt ætoliæ altiſſimus.

✣ Paucheſtos, medicamentum nobile, quod latine dici poteſt omnibus conducibile.



✣ Panchros gẽma quẽ conſtat ex omnibus coloribus.

¶ Panathenea. cõmunis celebritas ludi gymnici in honorẽ. Minerue athenis celebrati, prim⁹ theſe⁹ auctore Plutarcho ĩſtituit panatheneas. Nã grẽci ἀθηνᾶν vocant quã nr̃i Mineruã nũcupauerũt. Euſ. Agõ gymnic⁹ quẽ panatheneõ vocãt athenis act⁹. hic panathenaic⁹ liber

¶ Panathenaicon genus vnguenti, quod, vt Pli. libro xiij. inquit, Athenæ obſeruanter obtinuere.

¶ Panurgus, aſtutus quaſi rerum omnium experientiã habens, a quo panurgia aſtutia. Plaut. Iſthæc panurgia tete in piſtrinum dabit.

¶ Pãchaia q̃ſi totẽ dehiſcẽs, regio Arabiẽ tota arenoſa ĩ q̃ arbores ſpõtẽ natẽ th⁹ emittũt. Ver. Totaq; thuriferis pãchaia pĩguis arenis. Ser. ſcribit pãchaia Arabiã & Sabæorum gentẽ eandem eſſe apud quam naſcitur th⁹.

¶ Pãchaij populi qui vt Põpo. refert deſerta Sabe. habitant & ophiophagi vocãtur qm̃ ſerpẽtibus veſcantur

¶ Pancarpiæ, coronẽ ex varijs florum generibus factẽ & pene omnibus.

¶ Pancratiũ quaſi omnia potens, ludus gymnicus quĩquertio cõſtãs, a quo pancratiaſtẽ dicuntur qui hoc ludo excellunt. Proper. Puluerulentaq; ad extremas dat fœmina metas. Et patitur duro vulnera pancratio.

¶ Pancratiaſtes certator & victor pãcratij. Gel. lib. iij. Diagoras filios tres habuit, vnũ pugilẽ, alterũ pãcratiaſten, tertiũ luctatorẽ. Idẽ ſignificat pãcratius pãcratia & pãcratiaſta. Sene. lib. v. de beneficijs. Lacedæmonij vetant ſuos pãcratios ceſtu decernere. Gel. oportet aĩo eſſe intẽto vt ſunt athletarũ q pãcratiẽ vocaẽ q ad certandũ toti ꝓiectis alte brachijs cõſiſtũt & os ſuum manib⁹ oppoſitis quaſi vallo præmuniũt. Pli. lib. xxxv. Myron fecit delphicos pẽtathlos pãcratiaſtas. Quidã ita diſtinguunt inter pẽtathlũ, pancratiũ, & periodo victorẽ, ꝙ pl⁹ ſit pancratiaſten eſſe q̃ pentathlum, & plus periodo victorem eſſe q̃ pancratiũ, pentathlos eſt qui generib⁹ illis quinq; certat, pãcratiaſtes qui certauit & vicit, periodo victor, vt Feſt. inquit, qui ſacra græciẽ certamina obiuit & vicit Nemeæa, pythia, Iſthmia, Olympia.

¶ Pandecta nomen compoſitum a πᾶν quod eſt totum & participio huius verbi δέχομαι quod eſt capio, q̃ſi omnia intra ſe cõprẽhendens, volumen aliquod vniuerſaliter continens. Vnde Iuſtinianus libros in quibus vetera iura collegit pandectas appellauit.

¶ Pandio proprium nomen Erichthei Athenarum regis filij cui ſucceſſit in regno, huius filiẽ fuerunt progne & Philomela. Dictus pandion quaſi totus dios. i. Iouis. Hinc pandionia dicta eſt attica. Sidonius. Qui pandioniam mouebat orator caueam tumultuoſus.

¶ Pandochium hoſpitium, diuerſorium, ſtabulum.

✣ Vnde pandocheus ſtabularius dicitur. Ioſephus lib. iij. Anti. Neq; ancillam, neq; captiuam eis nubere voluit, ſed & eas quæ de cauponibus & pandochijs vitam agunt.

¶ Pandora quaſi omniũ dona, vel quaſi ab omnib⁹ donata vel omniũ rerũ genere donata. Quo nomine etiam dicta eſt gens in conuallibus Indiẽ ſicut libro. vij. ſcribit Plinius quæ ducentis annis viuit. In iuuentute capillos candidos habet in ſenectute nigros.

✣ Pandocrator vel pantocrator oĩpotẽs vel oĩa vincẽs Nõ pigebit lectorẽ caſtigare locũ in eccleſia cantatũ in hymno Alma chorus domini. &c. Verſiculus eſt Athanatos Kyrios panteon cratoniſus. Vbi legendum eſt pãtocraton Iſſius. i. immortalis dñs omnipotens IESVS.

✣ Paneros, vide panſebaſtos.

¶ Pandatharia, inſula in puteolano ſinu ſeu in mari tyrtheno, vt lib. ij. ſcribit Ptol.

¶ Pandoſia ciuitas in Epiro, alia in Italia, in qua Alexander epirotes interfectus eſt. De qua Trogus. Cum in epiro eſſet pãdoſia & flumẽ Acheruſiũ, ignar⁹ eãdẽ & i Italia eſſe, ad declinanda fatorũ pericula peregrinã militiã cupidus elegerat pandoſius Archadiẽ lacus.

✣ Pando, is, paſſum, & pãſum ſupinũ facit ſcd'm Bedã ſemper dr. Et a pane dr, ſignificatq; patefacio, ꝙ apud veteres q opere indigeret, & ad aſylũ cẽteris cõfugiſſet panis ei dabaẽ, pãdere itaq; panẽ dare. Et qa nũq̃ fanũ talibus clauderẽ, pãdere, ꝓ aperire vſurparũt, Vñ mulier capillo paſſo dr, quaſi porrecto, & ſparſo. Et paſſis manibus, & velis paſſis. i. diductis, atq; diſtẽtis. Huius cõpoſita ſunt expando extra pando, a quo expaſſum extenſum. Vñ Gel. refert Cecliũ ſcripſiſſe flameũ expaſſum domi protulerunt. Nonnunq̃ tamẽ apud veteres a in e mutatur, ac ꝓ eo, quod eſt diſpaſſus, diſpeſſis dictũ eſt. Plau. in mili. Credo ego iſthoc exemplo tibi eſſe eũdũ extra portã diſpeſſis manibus, patibulũ cũ habebis. Oppando circũ extendo. Hiero. in Exo. Velum q d' ante illud oppanditur. Propando vltra pando. Repando, a quo repandum dicitur, ꝙ retrorſum patet.

¶ Pangeus ſiue panageus, quaſi totus, terra ob nimiã fertilitatẽ, promõtoriũ eſt thraciæ Beſſis conterminum & macedoniẽ coniunctum ad cuius radices Meſius amnis defluit. Et in ſingulari eſt generis maſculini, in plurali generis neutri. Sta. Illi pangẽa reſultant Iſmaraque Hinc pangæus, a, um, vt Arua pangæa.

¶ Pantgia vxor Abradotẽ Suſij ductoris ſub Cyro maiore caſtiſſima. Vide in dictione Abradotes.

¶ Pãthaces pe. cor. nomẽ amnis ab vſu medcinæ pecorum dicti. Eſt in Samo prope Chalcantis & podalirij ſacella, vt ſcribit Strabo.

¶ Pantheon, templum Romæ, ꝙ vt Dion hiſtoricus refert ſic dictũ fuit ꝙ in Martis veneriſq; ſub imaginibus in ipſo templo conſtitutis omnium deorum imagines effictẽ erant. Sueto. Siue ꝙ templum ipſum rotũdũ ſit cœloq; perſimile. Et ſic quoq; omniũ deorum habitatio cenſeatur, poteſt etiam dici pantheon ſummũ deorũ Nã πᾶν ſignificat oĩe, quod ſane in ſimilib⁹ ſẽpe ad ſũmum ſpectare ſolet, & θεῶν deorum, Vnde Plinius lib. xxxvj. pantheon ioui vltori ab Agrippa factum fuit.

✣ Pantagia Siciliẽ fluuius ſic dictus ꝙ omnia agat, q cum plenus incedit totam pene Siciliam implet. Cc.

¶ Pãther ab Ariſto. vocaẽ aĩal qd' Theodor⁹ Gaza lupũ canariũ appellat, diuerſum a pãthera vt ex Galeno cõijci põt q ſic ait. Quidã adeo bẽluini vt leonũ & pantherarũ itẽ canũ & pãtherũ & vulpiũ carnib⁹ veſcanẽ. Hie. ad p̃ſidiũ ſic ſcribit, pãther ꝑdo ſimilis eſt, & eſt varij coloris & mitis ſi ſaturat⁹ fuerit trib⁹ dieb⁹ dormit. poſt tertiũ diẽ lauat ſe & clamat, & ſic odorẽ ſuauẽ emittit, & cõuocat omnes feras quæ odore dicuntur, & eſt oĩbus feris amicus præter draconem & aſpidem.

¶ Panthera pe. pro. aĩal prorſus ferũ & maculoſum que & pardalis diciẽ, ex πᾶν quod ſignificat totaliter, & θὴρ fera Abundat in hyrcania & Media. Hora. in epi. Diuerſum confuſa genus panthera camelo.

¶ Pantholabus, omnia ſumens, verna appellatus eſt, propter ſcurrilitatem pluribus notus.

¶ Pãtomim⁹ pe. ꝓ. rerũ oĩm imitator, q in ſcẽnis perſonas ꝑ ſingulorũ actuũ ſimulatiões oñdebat. Et πάντων omniũ & μῖμος imitator. Eſt autem mimus ſermonis & factorum cuiuſq; imitator cum laſciuia. Pli. lib. vij. Mythicũ pãtomimũ, hoc eſt fabularẽ quẽdã vocauit, ceu pãtomimorum duo ſint genera Scẽnici & Mythici.

✣ Pãtrepres Scythiẽ fluui⁹ ſic dict⁹ ꝙ oĩa vertat. Cc.

¶ Panhormus & panhormũ & panhormiũ, ciuitas Siciliẽ dicta a nauiũ applicatiõe q̃ vndiq; illuc cõueniũt. eſt enim hormos portus pars. Inde nautẽ dicuntur hormizare, id eſt nauẽ anchoris atq; retinaculis inſtruere quo ſecura ſit in portu a repentinis procellis. Hinc panhormita panhormitanus & panhormius.

¶ Panũphẽus Iouis epitheton, quia ab omni lingua colatur, a πᾶν & ὀμφὴ vox, & omnium voces audiat. Ouid. lib. Met. Ara panomphẽo vetus eſt ſacrata tonanti.

¶ Pantheus & Panthus nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ.

✠ Panethólium quaſi totam continens Aetoliã, mõs eſt Aetoliẽ maximus. Cc.

☧ Panthoron pe. pro ſcribitur per ω, παντοϱδρ, latine dicitur omnia videns. Quo nomine dictus eſt ſol.

¶ Panis a paſcẽdo ꝓprietatẽ habet, ſiue ꝙ oibꝰ pulmẽtis adhiberi poſſit, & fere adhibeať, cũ nullũ obſoniũ faciat inſipidiꝰ. Nã pã totũ dr̄, panis varia ſunt gña, Nam alia ſunt ab obſonijs appellata, vt oſtrearij, alia a delitijs vt artolagani. Alia a feſtinatiõe, vt ſpheuticij, Alia a coquẽdi ratiõe, vt furnacij vel artoptitij vt ĩ clibanis cocti

¶ Panis ſecũdariꝰ, panis vulgaris, q oĩm cibꝰ eſt. Suet. de Aug. Cibi minimi erat ac fere vulgaris. Secũdariũ panẽ maxime appetebat. Idẽ. Cibariꝰ appellať panis rubidus a ſcabricie, panis ſecundo coctus quo vtunť nautæ

¶ Panifex qui panẽ facit, q & panificꝰ dr̄. Vñ mulieres quæ panem faciunt panifices ſeu panificæ vocanť Hic Hierony. in li. Reg. panificas filias dixit, panificiũ ipſa panis confectio & actus faciendi panem.

¶ Panariũ locus vbi panis ſeruatur, panis repoſitoriũ Cuiꝰ diminutiuũ eſt panariolũ, panaria & panariola nos hodie quoq; vernacula voce ciſtas & ciſtellas vocamus ex viminibus factas. Suet. Spſit & miſſilia variarũ rerũ & panaria cũ obſonio viritim diuiſit. Mar. Cũ panariolis tribꝰ rediſti. ☧ Panica, vocantur repẽtini, quidã terrores. Et cõſternatiões, quales lymphatici metus vſq; adeo irreuocabiles vt nõ ratione modo, ſed mẽte etiam careant. Ci. lib. v. ad Atticũ. Scis eñ quędã panica πάνικα dici. Higin. Item de panico terrore mentionẽ facit quũ ait. Hic eñ quum Iuppiter titanas oppugnaret primus obieciſſe hoſtibꝰ terrorẽ, qui panicos dicitur. Fitautem a pãdeo. quoniam repentinorum terrorum, & conſternationum cauſam deo pani tribuunt.

¶ Paniſci dij ſylueſtres, quaſi ꝑ diminutionẽ dicti minutili panes. ſicut a ſatyro Satyriſcꝰ inclinať. Scribit Plin. lib. xxxv. paniſcũ fuiſſe pictum a Tauriſco pictore.

¶ Pãdo, as, incuruo. Vñ pãdari trabs dr̄ quaſi incuruari cedereq; põderi, cuius cõtrariũ palmæ faciunt quippe quæ non contra inferiora, ſed in diuerſum retinẽdo fornicantur. Pli. lib. xvj. At populus cõtrą oñia inferiora pandatur. Facile pandatur iuglans. Hinc a Victr. arbores pandatæ dictę ſunt quę in ędificijs curuantur.

¶ Pandus, a, um. non panditus alternitatis cauſa euitãdę ꝙ in plęriſq; ſeruatur, ſicut a mane matutinꝰ nõ maņuminus a vitis vinetũ non vitetũ. Eſt autẽ pãdꝰ idem quod apertus. Vergilius libro. ij. Georgicorum. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

¶ Pandana porta Romæ a pando dicta, ꝙ ſemper pateret ad res q̃ in vrbẽ ferebãtur. Eadem dicebatur libera a libertate, pandana etiam eſt inſula in ſinu Caietano parua a cõtinẽti ducẽtis quinquaginta ſtadijs diſtans, in qua pulchre habitatur, vt Strabo inquit.

¶ Pãdiculor extẽdo, vt faciũt qui e ſomno expergefacti ſunt oſcitãtes. Plaut. in menæ. Ego me ad ſimulẽ inſanire vt illos a me abſterreã, vt qui pãdiculãs oſcitať.

✠ Pandiculatio oſcitatio. Et pandicularius dies qui & communicarius dicebatur in quo communiter omnibꝰ dijs ſacrificabatur. Cc.

¶ Pãtices fluxus vẽtris pinguitudo & extuberãtia qđ venter pandať. Hodie quoq; vulgus pantices appellat in homine ventroſo. Plau. in pſeu. Eo vos veſtros pantices adeo madefacitis cum ego ſiem hic ſiccus.

¶ Panꝰ pani & panis, is, tramæ inuolucrũ quo pãni texũť, a quo panula & panicula ꝑ diminutionẽ. Luc. Foris ſub tegminis panus. Ab huius ſimilitudine etiã innatꝰ tumor ſub faucibꝰ auribuſve & inguinibꝰ panꝰ appellatur. Idẽ Et laterũ parotidas & panos ſanat, panos Galenus in ſpecies diuiſit. Huius diminutiuum eſt panellus.

¶ Panicula dimi. a pano, alioq ſignificat comã in milio panico arundine. Pli. Pendente e picearũ vel roborum quoq; ramis quæ ipſe vocat panos & paniculas, & aliqñ nuca mẽta callo ſquãmatim cõpactili, quæ cittara Gręci appellant. Quicquid igiť ſub longa vel ſub rotunda forma tumet panicula dici fere poteſt. Cęlſus in curatione ramicis. Faſcia eius rei cauſa fit cui imo loco pila eſt aſſuta ex paniculis facta quæ ad repellendum inteſtinũ qđ deſcendit illi ipſi ſubijcitur. Plinius lib. xxj. Gręcula roſa conuolutas habet foliorum paniculas.

¶ Pannus per duplex nn, quo veſtimur, vt pannęę veſtes quę ſunt lanęę vel bõbycinę. Huius diminutiuũ eſt panniculus. Iuuenalis. Et panniculus bombycinus vrit

✠ Panſebaſtos gemma cui addita fœcunditas exiſtimatur quæ & paneros dicitur. Cc

¶ Pannoſus qui ſordida veſte & craſſo panno viliq; optus eſt. Nec hoc niſi de paupere dicitur. Iuſti. lib. ij. Permutato regis habitu pannoſus ſarmenta collo gerẽs caſtra hoſtium ingreditur.

¶ Pannicularia, Vlp. teſte dicuntur ea q̃ in cuſtodia receptus ſecum attulit, vt veſtem qua indutus fuerit, q ad ſupplicium ducitur, aut nummos quos victus ſui cauſa habuerit in promptu, aut leues annulos, hoc eſt qui rẽ non excedunt aureorum quinq;.

¶ Panicum genus frugis a paniculis ſuis dictum. Plin. libro. xiij. paruis racemato paniculis. Cęſar, panico vetere atq; hordeo corrupto.

¶ Panneus, a, um, a pannus fit, paneus per ſimplex n fons eſt ſub libano mõte, in quo ſi qua natantia proijciãtur in lacu cui phiala nomen eſt cuncta reperiuntur. Eſt etiam hoc nomine Colchorum fluuius.

¶ Panicos repentinus terror & conſternatio dr̄ a Græcis. Hyginus ſcribit capricornum obieciſſe hoſtibus timorem qui panicos nominatur,

¶ Pannuelium a panno & voluendo filo, ſudariolum ſignificat vt eſt apud Var. libro primo de lingua Latina. Hoc pannicellum dicere poſſumus.

✠ Panope nympha marina a perſpicuitate viſus nomẽ ſumens, πᾶν omne ὄπτω video. Cc.

¶ Panſę dicti ſunt quibus lati ac pãſi ſunt pedes ſicut planci quibus plani ſunt.

¶ Panſęlinus pe. ꝓ. pleniluniũ quaſi totaluna. Nam σελήνη luna dicitur. Vnde & proſelinus ante lunam.

¶ Pannonij appellantur a Romanis quos Gręci Pæonas Latini Vngaros vocitant, quorum fama olim formidine totã cõcuſſit Italiã tãq̃ eſſent bello inſuperabiles. Hi tribus fluuijs Drauo, Sauo, & Iſtro vallanť. Hinc pãnonicus, a, um, Suet. in Augu. Reliqua ꝑ legatos adminiſtrauit, vt tamen quibuſdã pãnonicis atq; germanicis aut interueniret, aut nõ lõge abeſſet. Horũ regio pãnonia dicta eſt regio Europæ, ſicut Ptol. lib. ij. ſcribit. Et eſt duplex ſuperior & inferior. Superior ab occaſu limites habet mõtẽ. Ceciũ q mediꝰ eſt inter Noricũ & ipſã pãnoniã, ab ortu habet pãnoniã inferiorẽ cui iunctaeſt inferior ab ortu & Septentrione Danubio cingitur.

¶ Panthaſilea nomen regine Amazonum quę Arithæ ſucceſſit Dicta quaſi omnia ſubiens. Hęc prima, vt inqt Plinius ſecurim inuenit. habet ει diphthon. in penulti. apud Gręcos πανθασιλεία

¶ Pãgo, gis, pepigi, pãxi q; pactũ ſignificat figo. plãto, ſiue iũgo. Vñ pactilis a pactũ qđ eſt a pãgo, iũgo. Pli. li. xxj. Sũmaq; auctoritas pactili coronę. Liu. ꝓ figo poſuit li. vij. Lex vetuſta eſt priſcis literis verbiſq; ſcripta, vtq prętor maximꝰ ſit idibꝰ ſeptẽbris clauũ pãgat, fixꝰ fuit lateri ędis Iouis optimi maximi, ꝓ Planto. Col. lib. iij. At quæ vetere ſarmento pãguntur tardius cõualeſcunt, ſed tardius deficiunt. Idẽ lib. xij. Malleolus quã recẽtiſſimus curioſiſſime pãgẽdus eſt. Cic. Tironi ꝓ ſcribo poſuit, q̃ſi qd ſimile plãtatiõi. An pãgis aliquid ſophocleũ fac opus appareat. Gel. Si aut verſum inquit pãgis, aut orationem ſolutã ſtruis, atq; ea verba tibi dicenda ſunt nõ eas finitiões prærãcidas, neq; fœcutinas grãmaticas ſpectaueris, ſed aurẽ tuã interroga quo quid loco cõueniat dicere, pro cano etiam ſiue narro manifeſto ponitur queadmodũ cano ꝓ ſcribo, vt pange lingua glorioſi p̄liũ certaminis. Compoſita eius q̃dam ſeruant a, vt circumpango. Vnde circumpactus ꝓ circũiũctus. Pli. lib. xvij. Ramis terraq; circũpactis. Depango ꝓ defigo. Idẽ lib. xxiiij. Quercus & olea tam pertinaci odio diſſident, vt altera in alterius ſcrobe depactę moriantur. Oppango, circũpango. Repango, a quo repãges & repagula. Quædam mutant a in i, vt appingo, cõpingo, ꝙ eſt coniũgo, in Exodo. Arcam de lignis ſethim compingite. Impingo. Vnde impages, Inter ipſa tamen tam in pręterito q̃ in ſupino conuenit.

¶ Papę dicuntur ſacerdotes, quemadmodum pręſbyteri, hoc eſt ſeniores appellantur.

¶ Pappa per duplex pp, puerorum cibus eſt, deductum nomen a pane.

¶ Pape admirantis aduer. habet eñ in ſe affectũ verbi miror, vt pape quid video. Aliqñ etiã ĩdignationis eſt. Teren. in Eu. Pape hæc ſuperat ipſam Thaidem.

¶ Papas accipitur ꝓ patre ſiue ꝓ eo qui puerũ alit. Iuue. Timidus p̃guſtet pocula papas. Eſt aũt nomen venerationis a Syracuſijs tractum, apud quos pas pater dr̄, inde per geminationem papas.

¶ Papare eſt minutis & blandiuſculis verbis patrem appellare.

¶ Pappare per duplex pp. ſigni. cibum ſumere, quod a pappa ſit, qui eſt puerorum cibus, Plau. in Epi. Nouo liberto opus eſt, quod pappet dabitur, prębebo cibum,

✠ Papeus apud Scythas appellatur Iuppiter, Cc.

☧ Pappous, idem eſt quod auitus.

¶ Pappus auus, nã gręci παππὸν auum dicũt. Auſo. ad nepotẽ ſuũ, pappos auiaſq; trementes. Ante ferũt patribꝰ ſeri noua cura nepotes. Hinc pappoꝰ, i. auitꝰ, pappi etiã dicũť carduorũ flores. Lucre. Veſtẽ nec plumas auium papposq; volãtes. Pli. pappũ vocari ait lanuginẽ deciduã ex fructibꝰ arboris cõgrygiæ Et pappus dictꝰ eſt Aemylius Romanus, cuius meminit. Liui. lib. xxviij.

¶ Papauer genus herbæ. Et album quidem ſatiuum ſemen habet, ꝙ toſtum in ſecunda menſa cũ melle apud antiquos edebatur. Hoc præcipuum candorem lina & lanę contrahunt a quo toga papauerata dicta eſt a colore candido. Eadem toga ſpiſſa dicebatur.

¶ Papula puſtula tuberculũ vulgo bruſola, q̃ ieiunę ſaliuæ defricatione curatur. papulis cutis exaſperatur, & rubet leniterq; rodiť. Verg. lib. iiij. Georg. Ardẽtes papulæ atq; immundus olentia ſudor. Cęlſus tamen li. v. duo papularum genera ponit. Huius diminu. eſt papilla.

¶ Papilla parua papula, i. tuberculũ. Serenꝰ. Excruciãt turpes anũ ſi forte papillæ. Signi. etiã mãmæ capitulũ vñ lac trahiť, q̃uis etiã ꝓ ipſa mãma ponať. Ver. lib. xi, Haſta ſub exertam donec plata papillã hęſit Dictæ papillæ quaſi pucę papulę, ꝙ papularũ ſint ſimiles. A quarũ ſimilitudine papillæ dicunť q̃ aquas fundunt. Var. li. iij, de re ruſt. Qui fit ſi aduxeris fiſtulã & in eã papillas impoſueris tenues q̃ eructent aquã, papilla etiam tribꝰ romę fuit quę a genitrice vocabulum traxit.

¶ Paphos vrbs Cypri in qua venus ſumma cũ diligẽtia colebatur. Inde paphius a, um, & ipſa Venus paphia dicta eſt. Cornucopiæ.

¶ Papillatus papilla ornatus, ſeu in papillę ſpeciẽ factꝰ Hie. ad pamma. Quis ꝑturientũ roſam & papillatum corymbum antequam in calathum fundať orbis. Expapillatus aduſq; papillam nudatus. Plau. Idem cõnexum in humero lęuo expapillato brachio.

¶ Papilio inter vermiculos numeratus, quo nullum animal imbecillius eſt. Col. lib. x. de apibus Vermiculi quoque qui tineæ vocantur item papiliones enecandi ſunt. Nã vt idem teſtatur ex papilionum ſtercore naſcunť tineæ. Idem papilio dicitur tentorium. Hie. ĩ Exo. Stabat vnuſquiſque in oſtio papilionis ſui.

¶ Paphlagonia regio minoris Aſię, a qua paphlagones qui teſte. Cor. nepotẽ in Italiam tranſuecti, mox Veneti dicti ſunt. Hęc vt Soli. ſcribit a Cytoro monte conſurgit porrecto in ſpatium trium & ſexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quę ſubacta a Põpeio pompeiopolis nominata fuit.

¶ Papia ciuitas inſubriũ, Ticinũ alio nomĩe appellata. olim Oſtrogothorum & Longobardorum regum ſedes.

¶ Papyrus a noſtris dr̄ iuncus, a nonnullis ſirpꝰ. Luca. lib. iiij. Cõſeriť bibula mẽphitis cymba papyro. Frutex eſt habens radicẽ obliquã triãgulis lateribus, decem nõ amplius cubitorũ longitudine, in gracilitate faſtigiatũ thyrſi modo cacumen includens. Naſciť ĩ paludibꝰ Aegypti. Inuenta eſt ab Alexandro rege papyrus auctore Varro, q̃ fiebat ex frutice cũ Alexandriam ędificaſſet. A qua papyro frutice dicta eſt charta papyrus. ꝙ ſcilicet ex papyro fieret. Nã prio ſcribebãt ĩ folijs palmarũ poſtea in arborũ libris, deiñ in cęris, poſtea vero id genus chartę inuẽtũ eſt quo nũc paſſim mortales vtunť. Fitq; ex lintheolis contritis. & nihilominus priſtinũ nomẽ remanſit. Charta vero ab vrbe Tyri, cui Charta nomẽ fuit appellata eſt, ex qua Dido dicta eſt. Ideoq; vrbẽ a ſe poſtea ędificatã ab illius nomine Charthaginẽ nũcupauit, gręci ab eadẽ vrbe Χάρτην nominant. Hęc etiã mẽbrana vocatur a tectu mẽbrorũ. A papyro cognomen papyrij deductum eſt, a quo papyriana tribus. Hinc etiam papiraceus a, um, quod eſt materiatum ex papyro.

☧ Paphus Cylicis filiꝰ a quo Cylicia denominata ẽ qui in cypro vrbem condidit paphon a ſe denominatam.

¶ Par cum ſuis cõpoſitis cõpar, diſpar, impar, ſepar, ſũt gñis oĩs. Et licet par ꝓductũ apud poetas ponatur, in obliquis tñ prima corre. Et tam dtõ quã gtõ iungi poteſt Ouid. lib. iij. meta. Sunt quoq; par alijs ętas in ouibus agnę. Luca. Quem metuis par huius erit. Et in ablatiuo pare vel pari. Significat autem par numerum duorum quaſi inter ſe parium. Vnde vnum par & duo paria dicimus. Interdum pares ꝓ duobus accipiuntur, vt paribꝰ equis vtebantur Romani in p̃lio, vt ſudante altero trãſſirent in ſiccum. Interdum par accipitur ꝓ decenti ęquo & conueniẽti quod inter omnes ęquabile eſt. Quint. Si ꝓpter matrimonia violata vrbes euerſę ſunt, quid fieri adultero par eſt? parem eſſe ſignificat ſufficere alicui rei, ſiue reſiſtendo, ſiue exequendo. Cic. ad Atti. Sed adhuc pares non ſumus. Quintil. Aſpicio par laboribus corpꝰ paria facere eſt ꝙ alibi emiſſum eſt vel quod aliũde acceptum alibi vel aliũde compenſare. Quint. Paria facie mꝰ tu illic vicarius meus, ego hic tuus. paria componere eſt componere gladiatorum duo paria ordinarium & poſtularium. Cicer. in epi. & Suetonius.

¶ Par impar genus ludi. Sueto. de Auguſt. Scripſit ad filiam Miſi tibi denarios ducentoſquinquaginta quos ſingulis conuiuis dederam ſi vellẽt inter ſe poſt cœnã vel talis, vel par impar ludere.

¶ Pariter aduerbiũ ſigni. ex ęquo. Nęuius. Vt pariter diſpartiantur bona patris. Aliqñ cõuenienter. Titi. Ne tu iſtã ędepol media extuliſti pariter vt dignũ fuit. Aliquando ſimiliter Plau. Is ex ſe hunc reliquit, qui hic habet filiũ pariter moratũ vt pater atq; auus eius fuit. Aliquando ſigni. ꝙ vernacula lingua dicimus apar, ſiue apparada mente. Hie. in lib. ℞. Reliqui diſperſi ſunt ita vt non relinquerentur ex eis duo pariter.

¶ Parilis & hoc parile pe. cor. ſigni. ęq̃le, a quo p̃ilitas.

✠ Parilia deę p̃alis feſta. Cc.

✠ Parilitiũ ſydus vulgo ita appellatũ, quia ĩ oriẽte parilia celebrabanť. Peritiores hoc ſydus hyadas vocãt. Cc.

¶ Para p̃poſitio gręca ſigni. ad apud, penes, abſq; diſ, re, p̃ter, tam in appoſitione q̃ in compoſitione. Eſt & para genus auis inauſpicatę. Horati. Impios parere reticentis omen. Pli. lib. xviij. Auem parem oriẽte ſyrio ipſo die non apparere donec occidat.

¶ Parabaſis latine trangreſſio, parabates tranſgreſſor.

¶ Parabola ſignifi. iuxta ſententiam ex παρὰ iuxta βολὴ

λύ ſentētia,quaſi rerũ diſſimiliũ cōparatio. Vnde. Qui. parabola quā Cic. collationē vocat longus res q̃ cōparatur repetere ſolet, vt tam fortiter apud Hipponem fecit Scipio q̃ utiq; apud Vticā Cato. Hiero. parabolę grçce, latine dicunt̃ ſimilitudines. Quod libro Salomonis vocabulũ ob id impoſitũ eſt, vt ſciremus altius & nō iuxta literā tm̃ intelligi debere q̃ dicuntur. In quo dominũ ſignificat per parabolas fuiſſe locuturum, Aliud enim in ſuperficie ſonat, aliud intellectu innuit.

¶ Parabos inſula ꝓpe cōtra phœnicē, vt iqt Pōponiꝰ.

¶ Paracletus ꝑ e ꝓductam ſcribitur & profertur ἀπαρακαλῶ ꝙ rogo & hortor ſignificat. Apud iuniores vero grçcos etiā ꝓ conſolor inuenitur. Hinc paracletor & paracletus deſcēdit. Et qui in foro ac iudicijs a noſtris deprecatores vocant̃ ij, apud grçcos paracletores dicunt̃. Itaq; pollicet̃ dñs diſcipulis ſuis miſſurũ ſeſe paracletũ ſpiritũ qui eos ſit edocturus, ſiue illũ adhortatorē ſiue deprecatorē, hoc eſt aduocatũ, ſiue conſolatorem velimus intelligere. Paraclytus aũt per y tenue infamem aut prçterfamam ſignificat. Nā para in huiuſmodi cōpoſitione præter vel diminutionē denotat κλι τυδὰ vero famam declarat inſignē, id quod inclytus probat. Itaq; paraclytus a para & clytos nomine cōpoſitum eſt. Quod ſignificatum ponere in Chriſto abſurdum & impiũ eſſet.

¶ Paracentheſis ſignificat punctionem, vt eſt apud Plinium libro. xxv.

✣ Parochœlis regio finitima Achelo amni, ſic dicta ꝙ ſit iuxta Acheloum. Cc.

¶ Paradiaſtole dici poteſt per dilatationem quod fit cũ rem noſtram dilatamus interpretatione.

¶ Paradromis idis, ambulatio ſiue xyſtũ. Victr. Latini xyſta ambulationes appellāt, quas grçci paradromidas.

¶ Paradigma παραδειγμα exemplum facti vel dicti alicuius. Vęrg. Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus. Fit autem tribus modis. A pari, a maiori ad minus, a minori ad maius.

¶ Paradiſus, pomariũ. i. hortus cōſitus, gñis maſ. q̃ fœ. Eſt ēt nomē oppidi, vt apđ. Pli. & Stra. Eſt & locꝰ ī oriēte lōgo tractu maris diſtās a cōtinēte. De quo Augu. ad Oroſium ſcribit ſic. paradiſus in oriente ſitꝰ ē īteriecto. Oceano, & a noſtro orbe lōge remotꝰ ī altiſſimo loco cōſtitutꝰ ꝑtingēs vſq; ad lunarē circulũ. Vñ illuc aqua diluuij minime ꝑueniſſe dr̃. Hic locꝰ a primi hominis reatu interclufus eſt, nec vlli animantium datur in eum aditꝰ.

✣ Paradiſea poma dicuntur a ſitu, ꝙ fere in omnibꝰ pomarijs inſerantur odore ſaporeq; inſignia. Cc.

¶ Paradoxa, iuxta ſententiam vel inopinabilia ſeu admirabilia. Nam para p̄ter vel contra & iuxta ſignificat. Vnde paradoxa Ciceronis. i. electa ſentētia, vel quia ſũt prçter opinionem.

¶ Paragogon cum accentu in antepe. dici poteſt deriuatiuum vt ab albeo albico.

¶ Paragoge deductio, figura qua litera vel ſyllaba fini iũgit̃ vt dicier ꝓ dici. Hanc alij peralepſim, alij prolepſim vocant.

☿ Paragomena pe. cor. παραγόμενα, latine deriuata dicũt̃ qualia ſunt ſullaturit. & proſcripturit. Eſt autem Sullaturire proſcriptionem cupere.

¶ Paragraphus & paragraphum vtrunque dicitur, paragraphe, latine preſcriptio exceptio.

¶ Paralus, vt Pli. lib. vij. ſcribit nomen fuit eius qui primus longam nauem inuenit. Sunt & parali in Attica qui paraliam incolunt. Plu. paralas factionũ vnā e tribus q̃ Athenis erant Solonis tempore intelligit.

¶ Paralipomenon, derelictum, ab παρὰ & λειπόμενον relictum prętermiſſum,

¶ Paralyticꝰ latine diſſolutꝰ dr̃, paralyſis diſſolutio neruorũ. Et alio noīe a grçcis hemiplexia hoc eſt ſemiapoplexia cũ ī alterā tm̃ corpis ꝑtē malũ id incubuit. Nā cũ totũ afficit̃ apoplexia noiat̃. Nunc vtrumq; inquit Cælſus palyſim appellari video, Inde ꝑalitici qui tremuli ſũt, remedium eſt in qua ſit aſtringēdi efficacia. Ideoq; Tertu in apologia de Chriſto dixit. Cũ ille verbo dęmonia excuteret, leproſos mundaret, paralyticos reſtringeret, mortuos deniq; verbo redderet vitæ. Reſtrictꝰ ergo reſoluto ꝯtrariꝰ ē. Noiat̃ id & pareſis fere defectꝰ virium.

¶ Parallelipe. ꝑ qm̃ ꝑ κ, a grçcis ſcribit̃, dicuntur circuli ſphęrę qui ad eundē polũ cōſtituti finiuntur parallelꝰ eñ quaſi alternus mutuus inuicem comparatus, quo lineæ æque diſtantes parallelę dicuntur. Ideoq; ſegmēta mundi quę nos circulos dicimus parallelos grçci vocāt.

☿ Parhelia, a latinis virgę, ab hiſtoricis ſoles appellant̃ auctor Seneca.

☿ Parallexes, id eſt obtutus.

¶ Paranymphꝰ a Hier. dr̃ ꝓnubꝰ, ab antiqs auſpex Antiqui eñ ꝓ nuptijs celebrādis auſpiciũ capere ſolebāt Qui p̄erat huic rei ꝓ ꝑte viri a grçcis paranymphꝰ, a noſtris auſpex dicebat̃ Et vt auſpex ꝓ parte viri, ſic & ꝓnuba ꝓ ꝑte mulieris adhibebat̃. Itaq; cũ apud Chriſtianos auſpicia minime captētur, adhibentur ſacerdotes qui & pronubi a nobis dicunt̃. Aug. lib. xiiij. de ciuita. dei. Nōne omnes famulos atq; ipſos etiā paranymphos & quoſcunq; ingredi quęlibet neceſſitudo permiſerat ante mittit foras, q̃ vt blandiri coniunx coniugi incipiat.

✣ Paranites gēmæ ſpecies quę & Sapinos dicitur. Cc.

☿ Paraphraſticus a, um. Vide in paraphraſtes.

☿ Paraphraſis pe. ꝓ. apđ rhetores exercitamenti genus eſt. Et finit̃ a grçcis. hoc modo, vt q̃ ſit, q̃ narrationi ꝓportione reſpōdeat. De hac Quinti. lib. x. Neq; ego paraphraſim eſſe interp̄tationem tantũ volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen, atq; æmulationem.

☿ Parauxeſis, pe. ꝓ. latine āplificatio, dicitur παραύξησις.

¶ Paraphraſtes dr̃ interpres qui non literā ex litera, ſed ſenſum e ſenſu tranſfert. quaſi iuxta loquens. Et ꝓ peruerſo & deprauatore ponit̃. Hier. in ꝓlo. lib. ꝶ. Et cum intellexeris qđ antea neſciebas, vel interp̄tē me æſtimato ſi gratus es, vel paraphraſtē ſi ingratus. Idē ad Alga Conabimur itaq; παραφραστικῶς ſenſus eius euoluere. Paraphraſis peruerſa dictionum interpretatio.

¶ Parapherna & non paraphrena dicuntur ea q̃ p̄ter dotem dantur fœminis, a para p̄ter & φερνὴ dos quaſi p̄ter dotem. Hęc & paraphernalia dicuntur.

¶ Parapetaſma atis, latine velum cortina.

¶ Paraſceue es, dici poteſt p̄paratio, nā a παρασκευάζω ꝙ eſt p̄paro deducit̃. Vñ & dies quo dñs nr̃ Ieſus Chriſtus ꝓ humani generis ſalute cruci affixus fuit paraſceue dicit̃ quoniam Iudęi ſibi neceſſaria p̄parabant, vt paſchę dies abſq; operatione aliqua tranſigeretur

¶ Paraſitus penultima correpta qui aliorum menſas, & cibaria ſequitur ex para, ac σῖτον cibus σιτεῖα ſagina, ꝙ non ſolum frumentum, ſed cibaria quoque deſignat, ꝙ vt conſequi poſſit omnia ad voluptatem cuius eſt tractus nidore culinæ primo loquitur omnia, deinde aſſentatur, omnia illius facta ſimul ac dicta laudat, nihil repugnat, omia ſuffert, nihil ventris cauſa facere recuſat, in quo ſummum bonum conſtituit. Accipitur nonnunquā pro eo qui ſimplicibus verbis riſum ab audientibus captat, primo tamen paraſitus in honore fuit, vt pote qui ſacro miniſterio addictus eſſet, pro eo vero poſtea dictꝰ eſt, qui ad menſas diuitum oblectationis cauſa admittebatur.

¶ Paraſitaſter, qui paraſitoꝝ imitator ē. Nā q̃ ī aſter finiũt imitationē potiꝰ q̃ diminutionē ſignificāt. Cic. pro Vareno. Euriciꝰ hic nr̃ Antoniaſter. Duo tñ potiſſimũ diminutionem denotant ſurdaſter & recaluaſter.

¶ Paraſangę apud perſas viarum menſurę ſunt quinquaginta ſtadia continentes.

¶ Paraſtatę vt apud Victr. & Plini. Lapides ſũt pilarũ fere modo appoſiti colũnis, de q̃ ſimilitudine alterꝰ curi os (Duo eñ ſunt) paraſtata nominatur in iumētis Vegetio. ꝙ & paracnemiō Iul. pollu. apud quem & meatꝰ illi per quos genitura e teſtibus per vrinæ vias defertur



paraſtatę nũcupant̃. Sũt & in prælio (inquit) dicti paraſtate nomē officij, qm̃ adiuncti ſunt paraſtatis, hoc eſt ijs q̃ præſunt cornibus, ſicut epiſtatę, qui tertiũ in regēdis his locum tenent. Sed & tabulę quædam certis inſtrumentis a victruuio paraſtatæ vocantur.

¶ Paraſiopeſis ſchema eſt apud rhetores, a Latinis p̄occupatio dicitur, cum aliquid nos reticere dicimus & tamen tacitum intelligitur. Quod fit vel cum rem notā eſſe putamus auditoribus, vel cum ſuſpitionem maiorē excitare reticendo volumus.

¶ Paropaniſades regio Aſiæ quæ ſicut refert Ptol. ab Oriente parte Indię ab occaſu Arabia terminatur, a Meridie Arachoſia.

¶ Paraſtades lapides q vtrũq; oſtij latꝰ muniũt Victru. quoq; paraſtadas in mentione templorum vocat antas.

¶ Paraſtaſis Latine aſſiſtentia, affirmatio per teſtes approbatio.

¶ Paraſynthetes decompoſitus.

✣ Paratheſis dicitur oppoſitio. Cc.

¶ Paratrima Latine intertrigo cũ fœmina adduruntur.

¶ Parazoniũ genꝰ gladij q ad zonā accingi ſolitus eſt, ἀπὸ τῆς παρὰ τῆς ζώνης, quaſi ad zonam pendens.

¶ Pareneticus, a, um, idē ꝙ p̄ceptiuꝰ ſiue admonitiuꝰ a verbo græco παραινέω quod ſignificat pręcipio & admoneo, παραίνεσις præceptio. ſiue admonitio.

¶ Parenęſis pe. cor. p̄ceptio, ſiue admonitio. Hic Acrō Horatianꝰ interpres, hæc ode parenetice ſcripta eſt ꝓ eo ꝙ eſt pręceptiue, ſiue monitorie, ſicut ab eodem dr̃. Hęc Erotice dicta eſt pro amatorie.

¶ Parmenides Aeleata philoſophꝰ zenophalis auditor atq; amicus, cenſuit ſempiternũ atq; immobile eſſe vniuerſum qđ eſt ens ſcđm veritatē rerũ, ſolum enim eſſe ſimplex & intrepidũ atq; ingenitũ, generationem vero eorũ eſſe quæ falſa exiſtimatione videntur eſſe cũ non ſint, nam ſenſus ſemouendos a veritate puta. Affirmat enim ſiquid eſt p̄ter ens id eſſe nō ens. Nō ens autē nō eſſe in rebus, & ſic ens viuētiũ ſibi relinquitur, terra dēſioris aeris defluxu factam arbitratur.

¶ Paronomaſia latine agnominatio cũ aliquod nomen ex alio in ſignificatione diſtante conficitur. Teren. Iam incœptio eſt non amantium ſed amentium.

¶ Parochus pe. cor. auſpex ſiue paranymphus ꝙ ante vehicula eat, q̃ græce ὀχήματα dñr. Quidā parochũ īterpretāt̃ præbitorē παρέχω prębeo. Huiꝰ officiũ erat magiſtratibꝰ prębēda cōducere. Vel parochi magiſtratus erant quibus cura erat vt ligna & ſal legatis publice miſſis pręberētur. Hor. ꝓxima Cāpano pōti q̃ villula tectũ Prębuit & parochi q̃ debent ligna ſalemq;.

¶ Parochię eccleſię dicuntur, ꝙ ſuis parochianis victũ cœleſtē exibent. Hier. cōtra Vigil. Qui parochias ſuas vicinia iſtius ſcribũt eſſe maculatas. Et alibi. Miror ſanctũ epiſcopum, in cuius parochia eſſe præſbiter dicitur, acquieſcere furori eius.

✣ Parodos tranſitus. Cc.

✣ Paropotamia regio eſt Tygri proxima. Cc.

¶ Parœcia cum œ diph. dici poteſt incolatus. Nā para Iuxta οἶκος domus, vbi. ſ. ſunt domus cōtigue. Aug. lib. xiiij. de ci. dei. pręſbiter fuit quidam nomine Reſtitutus in parœcia Calamenſis eccleſiæ.

☿ Paromologia dici pōt cōfeſſio. Figura, quũ aliquot res cōcedimꝰ aduerſario deinde inferimꝰ aliquid qđ aut maius ſit q̃ ſuperiora, aut etiam omnia, quæ poſuimus infirment.

☿ Parode pe. pro. Latine dicitur ad cantum παρὰ enim ad ᾠδὴ cantum ſignificat.

☿ Parœmia παροιμία Latine prouerbium.

¶ Parergō dr̃ qđ alicui rei præter propoſitũ addit̃, vt ſi pictor alicuius ſancti imaginē pingēs ornādę tabellæ gratia arbuſculas & auiculas & huiuſmodi addiderit pli. Prothogenes eſt Athenis celebertimo loco Mineruæ delubro propileum pingeret adiecit paruulas naues longas in his quę pictores parerga appellant.

¶ Parectatus qui de pueritia venit ad pubertatem. Lucil. lib. x. Tũ ephebũ quem vocant parectatum.

¶ Pareſis idē qđ parilis, a defectu virium dicta.

¶ Parentheſis interpoſitio ex παρὰ & ἐν quæ duo ſignificant inter θέσις poſitio. Figura quoties remota de medio ſententia integer ſermo perdurat.

✣ Parethoniũ coloris genꝰ a loco Aegypti ita vocatum hoc ſpumā maris eſſe exiſtimāt cũ limo ſolidatam. q̃ propter minutę conchulę plęrunq; in eo inueniuntur. Cc.

¶ Paronychia abſceſſus circa radices vnguiũ. Pli. libro xxiij. Gingiuarũ inflationibꝰ paronychijs ſordidiſq; vlceribus & putreſcentibus deriuatio eſt manifeſta. Dicta paronychia a παρὰ ad ὄνυξ vnguis ad vnguem.

¶ Paronymon nomen ab alio deriuatum,

¶ Parcę quia nemini parcant, ac ideo tres eſſe parcas arbitrātur, qm̃ tria ſunt tēpora in quibus omnia inuoluũt̃. Lacheſin dictā eſſe quia λαγχάνω grçce ſortior deſignat Atropon quia reuerti non poſſint. Cloton. quoniā contortata & coordinata omnia tentat. Hæc enim nomina ipſa lingua græca oſtendunt

✣ Parcę dicuntur deterię, id eſt atrę & macilentæ. Cc.

¶ Paropſis, idis, per o gñis fœminini ex παρὰ & ὄψω, id eſt ad cibũ, ꝓprie genus iuris, ſcđm Iul. pollucē q̃quam & pro repoſitorio obſoniorum, quod catinũ dicũt apud idoneos legatur. Mart. Cui portat gaudēs ancilla paropſide rubra Halęcem. Suet. in Cal. Ordinario quidē diſpēſatori breuiarum rationum offerenti paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

¶ Parotides apoſtemata ſecus aures. Nā collectiones fiũt in glādulis. Dicũt̃ & parotides (vt iqt Cęlſus) arteriæ duę in dextra ſiniſtraq; iuxta guttur q̃ ſurſum ꝓcedētes vltra aures ferũt̃. Qui & ipſi auriũ cincinni apud Iuliũ pol. vocāt̃ parotides. Itē partes his ſubiectę quę a faucibus ad malas pertinēt, para eñ ad, ota aures dicũtur Solēt etiā iuxta dētes in gingiuis oriri dolētię, q̃s grçci parotidas appellant, quarum remedia ſcribit Cælſus.

¶ Paradontides ſine parulides tubercula iuxta gingiuas cum caro in gingiua excreuit.

¶ Paroxiſmꝰ ſtimulatio cōcitatio, παροξύνειν eñ ē incitare. ¶ Pararragœdio, as, i. exaggero, ac verborũ magnitudine aliqd augeo. Plout. Illic hō eſt vt paratragœdiat carnifex. ¶ Parthaſia regio ī pelopōneſo dicta archadia Lycaonis pr̃ia. Vñ parrhaſiꝰ, a, ũ, ꝓ Arcadico. Vergilꝰ parrhaſio dictũ panos de more Lycei. In ea eſt mōs Lycæꝰ, in quo bicornis Fauni tēplũ fuerat, a quo lycęa ludicra illi ſacrata nobis Lupercalia dicta. Vnde. Ouid. lib. ij. Faſt. Quis vetat Arcadico dictos a mente lupercos. Faunꝰ in Arcadia templa Lycęus habet.

¶ Parrhaſius nomē pictoris Epheſi qui cũ zeuſide in certamen picturę deſcendit. Hic primus Symmetriā picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli venuſtatem oris expreſſit, Et cum zeuſis detuliſſet vuas pictas tanto ſucceſſu, vt in ſcænam aues aduolarent, ipſe detulit linteum auibus pictum.

¶ Parco, is, peperci vel parci. parſum. Vnde parſurus ꝓprie ſignificat abſtineo, quaſi parum tango. Hinc parcere pro veniam dare, ideſt ab vltione abſtinere. Liuius libro. xxv. Nec dum eos capuę parſuros. Vergilius. Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Aliquando ꝓ prohibere, vt parcite oues nimium procedere. Aliquando deponere quia ab his quę deponimus abſtinemus. Vergilius. Parce metu cytheręa, manent immota tuorum fata tibi. Aliquando pro ſeruare, quia ſimiliter ab eis abſtinemus. Idem lib. x. Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta Natis parce tuis. Aliquando pro deſinere. nam & deſinere abſtinere eſt, vt parce pias ſcelerare manus. Sic parcere errori dicimus abſtinere a caſtigatione erroris, ſiue parũ caſtigare errorem Parcere pecunię abſtinere ab expendenda pecunia ſiue parum expendere pecuniam. Varro. Parſurus pecunijs bene partis Parcere famj, abſtinere a fama, nō laudare. Augu. lib. ij. de ciui. dei. Nimis ſupbũ ſit famę parcere principiũ. ciuita

tis,vbi ſuę famę parci numina noluerunt,ꝑcere labori,
abſtinere a labore,ſiue parũ laborare, & eodẽ modo de
ſimilibꝰ.Huiꝰ verbi cõpoſita ſunt.Cõparco eiuſdẽ cum
ſimplici ſignificatiõis.Teren.Suũ defraudãs geniũ cõ
parſit miſer.Reparco iterum parco.Plau.in Trucu. Vti
nam rei iterum parſiſſem meæ,vt nunc reparcis.

¶ Parcus q frugi eſt & ſumptibꝰ parcit.Gel.lib.iij.Ne
q; ab arca,neq; ab arcẽdo,ſed ab eo ꝙ paruũ & parũ de
nominaẽ.Hinc parcitas ꝓ frugalitate. Huius cõpoſitũ
eſt ꝑparcus valde parcꝰ.Pli.lib.xj.Aliqñ & ipſę cõtra
hunt mortis ſibi cauſas cũ ſenſere eximi mella auide vo
rãtes,cętero ꝑparcæ,& quę alioqui ꝓdigas atq; edaces
non ſecus ac pigras & ignauas perturbent.Similiter de
parcus nimium parcus ac tenax, cui opponitur profuſꝰ
ac magnificus. Apuleius. At non contraria accuſaſtis
vnum ſeruum,vt deparci tris libertos vt profuſi.

¶ Parcę dictę ſunt a parco,ꝑ cõtrariũ ꝙ nemini ꝑcant
Var.a partu vnius literę mutatione deduci putat,qm̃
vt ſcribit Heſiodꝰ hæ naſcẽtibꝰ hoibꝰ bonũ malũq; cõ
ferre cõſentianẽ.Iuue.Hęc exẽpla para fœlicibꝰ at mea
Clotho & Lacheſis gaudẽt ſi paſciẽ inguine vẽter. tres
autẽ fuiſſe ꝑcas Clotho ſcilicet,Lacheſim, & Atropon
finxerũt antiqui,quas Cicero Erebi & noctis filias fuiſ
ſe ſcribit.& eaſdẽ fata eſſe exiſtimat.Vñ eſt illud Clean
tis.Ducũt volẽtẽ fata,nolẽtẽ trahũt.Fingũt vitæ hoim
præeſſe & nendo eã ducere.quapropter Lanificas ſoro
res appellat Mart.Si mihi lanificę ducũt nõ pulla ſoro
res Stamina nec ſurdos vox habet iſta deos. Apul. tres
parcę tria fata ſunt numero,cũ ratione tẽporis facientia
ſi poteſtatẽ earũ ad eiuſdẽ ſimilitudinẽ tẽporis referas.
Nam quod in fuſo perfectum eſt præteriti temporis ha
bet ſpeciem.Et quod torquetur in digitis momenti prę
ſentis indicat ſpatia.Et quod nondum ex colo tractum
eſt ſubactumq; curę digitorum,futuri & conſequentis ſę
culi poſteriora videtur oſtendere.

¶ Parſimonia moderatio ſumptuũ & parcitas. Hoc eſt
cõſeruatio rerũ,q̃ ſic diffinitur a philoſophis. Parſimo
nia eſt qua cauemus,ne quod diſpendiũ vltra modũ fiat
& res familiaris quo ad fieri poteſt ſine cuiuſquã iniuria
cõſeruẽ.Fit aũt a ꝑterito parſi qđ cõſeruaui ſiue abſti
nui ſignificat.Nã alterũ præteritũ peperci potiꝰ accipi
tur ꝓ veniã dedi,q̃uis aliquando confundantur.

¶ Pardalus pe.cor.auicula,quæ magna ex parte grega
ti volat colore cinereo.

¶ Pardus animal eſt,cuius fœmina pardalis dicitur.
Vnde & Leopardus.

☩ Pardalianches aconiti genus, ſic dictum ꝙ carnes
eo tactę guſtatu pantheras necant.Cc.

☩ Pardalium dicitur vnguentum quod pardalis odorẽ
reddat,quę ſola ex animantibus odorem reddit, & lati
ne panthera dicitur.Cc.

☩ Pardali lapilli ſunt fului coloris a pãtherę colore.Cc

☿ Pareſcitacini,ppři mõtani,& latrones pſis cõtermini

¶ Pario,is,peperi ꝑtũ,pe,ꝓ.a q̃rta cõiugatiõe. A ter
tia vero pe.co.Sta.Hoſti veniat paritura marito.Enni.
Oua parire ſolet genus pẽnis condecoratũ.Et autẽ pare
re fœtũ emittere,qđ ꝓprie ad fœminas ꝑtinet,licet etiã
qñq; de viris dicaẽ.Cæcili.Hic vicinꝰ nři peperiſſe ſe fi
liũ memorat.i.genuiſſe.Per trãſlationẽ de his dẽ inter
dũ q nõ cõcipiũt ꝓ acquirere ſeu cõparare.Et ſic cõſtrui
tur ſicut emo.Col.li.x.Sequiẽ vt ex anima deſideremus
ea porro vel ære ꝑta vel gratuita cõtingunt.Vergil.Ite
ait egregias animas quæ ſanguine nobis. Hanc patriã
peperere ſuo.Huius cõpoſita,Aperio,a quo adaperior.
Comperio,Operio,a quo cooperio,& reperio.

¶ Parturio,is,pe.cor.a ꝑio vel aptu fieri videẽ, qđ eſt
in pariẽdo laboro/ſeu laboro vt pariã,Pli.vtiq; cõſtat ꝑ
turiẽtes fõlijs ſubſtractis celeriꝰ ꝑere.Varro.In cubilibꝰ
cũ ꝑturiẽtibꝰ ſubſternẽdũ cũ pepererint tollere ſubſtra
men.Cic.Vtinã aliqñ dolor populi Romani pariat qđ
iã diu parturijt.Am.de Cain.Hos partus anima noſtra
perturiat,nec ſolum parturiat,ſed etiam pariat.Ponitur
tñ qñq; pro primitiuo.Hier.cõtra Ruf.Putaſne eiudẽm
meriti eos qui parturiuntur & qui parturit.

¶ Partus,a,um,participiũ a pario.Apu.Partãq; a patre
multo tẽpore & multo labore pecuniã vno die cõſũpſit
Partus nomen pro ipſo pariẽdi actu.Pli.Quod a ꝑgnã
tibus cõmãducatũ partũ faciliorẽ facit. Aliquando acci
pitur pro prole.Mart.Nec iacuit partus. ſed matre ca
dente cucurrit.

¶ Paritura idẽ qđ genitura.Var.li.ij.de re ruſt.Quare
debemus ſi vis duas res de multis admiſſurã & pariturã

¶ Partio onis idem quod partus.Plaut.in Tru.Horre
ſco miſera mentio quoties fit partionis.

¶ Parẽs a pario fit,quo noie nõ modo př & mater/ſed
auus & ꝓauꝰ,auia & ꝓauia,& oẽs ſuperiores vſq; ad tri
tauos ſignificãẽ,vltra hos q nõ habent ſpeciale nomen
maiores appellãẽ.Caiꝰ ſcribit appellatiõe parẽtũ oẽs i
infinitũ maiores vtriuſq; ſexꝰ ſignificari.Auctor eſt Hie
ro.in ſcđa cõtra Ruffi.apologia parẽtes etiã ſignificare
affines & cognatos iuxta vernaculũ ſermonẽ Lamp.de
Alexãdro ſeuero ſic ſcribit.Amicos & parẽtes Alexan
der ſi malos reperit aut puniuit,aut ſi vetꝰ vel amicitia
vel neceſſitudo nõ ſinit punire dimiſit a ſe dicens. His
chariot eſt mihi reſp.Iul.Capito.de.M.Antonio refert
ꝙ adoptatꝰ i aulicã domũ oibus parentibus ſuis tãtam
reuerentiam quantam priuatus exhibuit.Hinc.

¶ Parentela ab eodem vſurpatur, cum dicit Cauſa elo
quentię dignum parentela ſua putauit.

¶ Parento,as,ſignifi.parẽtibꝰ iuſta celebro. Licet etiã
ad alios trãſferaẽ.Pli.li.xviij.Qm̃ mortuorũ a nimę ſũt
in ea ſcilicet faba.q̃ de cauſa parẽtãdo vtiq; aſſumitur.
Sumitur etiam interdum parentare pro ſimilem eſſe.

¶ Parẽtalia cõuiuia q̃ in parentũ aut ꝓpinquorũ mor
tibus fieri conſueuerunt.Horum Aeneas inuentor fuit
Hiero.in Hie.ꝓphetã.li.iij.Mos eſt in gẽtibꝰ ferre ci
bos & ꝑparare cõuiuiũ,ꝙ a græcis & a noſtris vulgo ap
pellãẽ parẽtalia, eo ꝙ parentibus iam defunctis iſta ce
lebrabantur, Vel dicta ſunt parentalia, ꝙ ita parerent
mortuis qui ita viuentes iuſſerant facere,vel ꝙ filij pa
rentibus hoc ꝑſtarent.

¶ Pareo,es,parui,paritũ.Vñ pariturꝰ, ſignifi. videor,
& a pario,vt aliq putãt,deductũ qm̃ partꝰ poſtq̃ extra
vterũ eſt videẽ.Ver.Cui pecudum fibrę cæli cui ſydera
parẽt.i.a quo fibrę & ſydera cernũẽ.Vñ & cõpoſita Ap
pareo vt Apparẽt rari nãtes in gurgite vaſto. Cõpareo
corã aliquo pareo vt puer nõ comparet & ego quo ibo?
Diſpareo a cõſpectu recedo.Trãſpareo ꝑ aliqđ corpus
lucidũ videor.Interdũ parere eſt obedire. Ver. Pateta
mor dictis charæ genitricis.Iuſti.lib.j. Vix patienter
vni viro nædũ fœminæ parituris Et habet pe.product.

¶ Paro,as,acquiro.Et ſicut emo capi poteſt licet in eo
ꝑtiũ expreſſum nõ inueniaẽ ita apertũ,vt in eius cõpo
ſito comparo,ſed quaſi pretiũ.Terẽ.in Eun.Cupio ali
quot parare amicos bñficio meo.Curt.Quid tibi diuitijs
opus eſt te eſurire cogũt?primus omnium ſatietate pa
raſti tamem,vt quo plura haberes acriꝰ q̃ ſi nõ haberes
cuperes.Huius compoſita ſunt,Apparo,Comparo,re
paro,Separo,Diſparo,quod eſt ſeparo,ęquiparo, ꝓpe
ro,& ſupero.quę habent pe.co.

¶ Parabilis & hoc parabile,qđ in promptu eſt & cito
haberi poteſt.Seneca.Ad manũ eſt & parabile qđ ſat ẽ
qui ad naturam viuit nunq̃ eſt pauper.Cic.li.v.Tuſ.Di
uitias(inquit)naturæ parabiles eſſe.

¶ Paro nauis genus,ad cuius ſimilitudinem Myoparo
dicitur,

☩ Pariedrus confractꝰ maris a lęua tauri montis. Cc.

¶ Paries,etis,pe.cor.de priuatis dẽ,vt paries domorũ
Murus tam de publicis q̃ de priuatis dicitur.

¶ Parietinę,ꝑ.ꝓ.muri veteres ac ſemicõſũpti.Pl.aſte
ricũ hęrba eſt naſcẽs i tegulis parietiniſq; folio ſimilis
ozymo.Aug.Parietinę dicũtur quas vulgo dicimus rui



nas,vbi parietes ſtant ſine tecto ſine habitantibus.

¶ Parietaria hęrba a parietibus,in quibus naſcitur, di
cta vulgo vitriolũ ꝙ ad mundanda vitra ſit apta. Diciẽ
perdicium quoniam perdices ea veſcantur.

¶ Paros inſula ẽ,q̃ a Delo.xxxv.millibꝰ diſtat, ex qua
parius lapis marmoreus Hanc primo Plateã,poſtea Mi
noida vocitarunt.Ie ea eſt oppidũ m etiã Paros vocita
tum,Pharos vero cum h.eſt alia inſula,de qua infra.

¶ Parius lapis candidus,e quo multa ſigna fiunt.Et eſt
in Paro inſula vna ex Cycladibus.Verg.Niueãq; parõ.

¶ Pariũ ciui.Aſię in regione Myſię.Ex qua fuit Neo
ptolemꝰ cognomẽto gloſſographꝰ vir memoratu dignꝰ.

¶ Parma breue ſcutum,quo pedites vtebãtur,ꝙ e me
dio i oẽs partes eſſet par,vt inquit Var. Verg.libro.xi.
Enſe leuius nudo parmaq; inglorꝰ alba.Hoc ſcutũ grę
ci,auctore Plin.vocant peltam.Huius diminuti.eſt par
mula.Hora.Senſi relicta nõ bene parmula.Parma etiã
nomen fluuij,a quo vrbs inter Placẽtiã & Cremonẽ ſita
Parma appellata eſt.Hęc patria fuit Caſſii poetæ & Ma
crobij viri ingenio & doctrina præſtantis.

☿ Parmula.Vide in dictione Parma.

¶ Parmularius gladiator,qui parmula vtebaẽ.Itẽq; fau
tor & locator eius generis.Porro parmularij etiam Thra
ces ſiue Threces appellabãtur Feſt.Threces inquit gla
diatores a ſimilitudine parmularũ Thraciarum vocati.

☩ Parnacidas veſtes appellabãt puellares.Cat.Vt pu
ellæ habent potius in veſtitu chlamydas encimibomata
& parnacidas q̃ togas. Cc.

¶ Parnaſꝰ pe.pro.mõs in Phocyde,vt ſcribit Pliniꝰ &
Stra.li.ix.Et Herodo.Melaq; ꝯfirmãt.Qui mõs duos
vertices habet,quorũ vnũ Thitorea,alterũ Hyãpeum
Herodotus in Vrania tradit Non autem Cytheronem
& heliconẽ,vt Ser.putauit,ſeu vt alij volũt cyrrhã aut
Cyrphim,ſeu Nyſã,ꝙ cythera aut heliconi Bœtia mõ
tes diſiũcti ſũt,ita vt Helicõ ꝓcul ſit a Parnaſo circiter
quindecim paſſuũ millia.Cytheron vero.xxx. Eſt autẽ
ſicut docet Stra.Helicon Parnaſo æmulus & altitudine
& circuitu,Et muſis natale i nemore Hellicone ſcripto
res aſſignãt Cyrrha vero & Nyſa ſunt nomina ciuitatũ.
Cyrrha ſub Cyrphin rupẽ parnaſi in radidicibus mõtis
in planicie mare verſus locata eſt,Nyſa vero nõ in par
naſo,ſed in fœlici Arabia ſita eſt,in qua cũ Bacchus nu
tritus eſſet in eius memoriã ipſe poſtea aliã in India cõ
didit Eſt igiẽ parnaſus phocydis ſacer Baccho & Apol
lini Ouid.Separat aonios actęis phocys ab aruis.Terra
ferax.Mox addit.Mons ibi verticibꝰ petit arduus aſtra
duobꝰ.Noie Parnaſus,ſuperatq; cacumine nubes.Luc.
Carmine parnaſꝰ gemino petit ęthera colle.In hoc mõ
te rupes vel maieſtate numinis vel ſitu ipſo horrorẽ vi
ſentibꝰ fecit,vndiq; fere pręceps in formã theatri. Hic
eſt Apollinis Delphici tẽplũ.Hic fõs Caſtalius muſis ſa
cer.Hic habitauere pieres natio Thracia vnde Pierius
mõs & Pieredes muſę,Sub parnaſo habitauerũt Hian
tes populi.Vnde aquę parnaſi fontis Hiantida dicunẽ.
Hic fõtes Atticã verſus Hipprocrene & Aganippe. A
parnaſus fit parnaſiꝰ,a,um.Verg. Nec tantum phebo
gaudeat parnaſia rupes.

¶ Parricida pe.ꝓ a pari vel a pře deduci põt. Si a pari
r.Euphonię cauſa addiẽ.Si a patre t in r cõuertiẽ,Ideo ꝑ
duplex rr,ſcribitur.Quibuſdã tñ a parente cõpoſitum
videtur,& ꝓ parenticida ꝑ ſyncopam cõmutatione t in
r.Nam paricidę dicũtur parentum interfectores & pa
trię ꝓditores,quia patria parẽs vniuſcuiuſcũq; ẽ.Lege põ
peia de parricidijs cauẽ vt is parricidijs teneatur,non
ſolum qui patrẽ & matrẽ interfecerit,ſed qui fratrẽ ſoro
rem,patruelẽ,matruelem,filiũ,filiã,nepotẽ,nurũ,alioſ
q; ꝓpinquos occiderit.Ponitur & pro alio quocũq; qui
qualẽcũq; hominẽ occiderit.Vñ extat lex Numę Põpi
pilij.Si quis liberum hominem morti ſciens duit,par
ricida eſto.Et ſic a pari fit cõpoſitũ,Hic parici appella
bantur queſtores qui cauſa capitalium rerum quęrẽdarũ
creari ſolebãt.Sunt tñ qui inter parricidiũ diſtinguãnt
ꝙ patricidiũ ſit patris interfectio.Vñ & matricidiũ quo
mater interficitur,ſic patricida & matricida, parricidiũ
vero cognati,vel ciuis,vel alicuiꝰ a lij occiſio,vel cõtra
patriã machinatio.Ci.li.iij.offi.poteſt eñ dij imortales
cuiq̃ eſſe vtile fœdiſſimũ & teterrimũ parricidiũ patriæ
quamuis qui ſe eo obſtrinxerit ab oppreſſis ciuibus pa
rens nominatur?Plautus tñ parẽticidam appellat q pa
trem interfecerit. Græci patroctonum ἀπὸ τῶ πατέρων
quę illic venari conſueuerant.

☩ Pathenis hęrba ẽ alias artemiſia dicta a Nauſoli vxo
re cum prius parthenis vocaretur.

☩ Parthenius virgineus dẽ.Quo nomine dictꝰ eſt mõs
Archadię a virginibꝰ q̃ in ea Veneri frequenter ſacra fa
cere ſolebant.Eſt & parthenius fluuius paphlagonum
Et parthenium hęrba Mineruæ dicata quæ παρθένος id
eſt virgo dicitur.Cc.

☩ Pathenopeus etiam viri eſt proprium,filius enim fu
it ſecundum nonnullos Meleagri & Atalantę.Nonnul
li perhibent illum Martis & menalippes fuiſſe filiũ. pe
rijt in bello Thebano.Cc.

¶ Parthenope vna fuit Sirenũ q̃ ꝑ dolore ꝙ ꝑtereuntẽ
Vlyſſem cũ ſocijs cãtu nõ deceperint in mare ſe ꝑcipita
uerunt.Vna hęc in eũ delata ẽ in locũ,vbi poſtea cõdi
ta fuit Neapolis ꝑclara vrbs Cãpanię,parthenos eñ vir
go latine dẽ.Ab hac igitur ſirene. Neapolis eſt appella
ta a virgine ꝑthenope.Et licet quidã dicãt neapoli di
ctam ꝙ Auguſtus eã inſtaurauerit,tñ legiẽ apud Lyco
phronẽ Neapolis añ Auguſti tꝑa,qui tꝑe Ptolomęi phi
ladelphi claruit,& neapolitanos ſingulis annis ad tumu
lũ ꝑthenopes faces tuliſſe.Hãc Cumani a parentibꝰ di
greſſi cõdidiſſe ꝓdũẽ,qui cũ in eo loco ꝑthenopes corpꝰ
i veteri monumẽto ꝯditũ reperiſſẽt nomẽ eiꝰ vrbi i dide
re.Sed poſtq̃ loci vbertate atq; amœnitate maiorẽ i mo
dũ frequẽtari ciuitas cœpit,veriti ne Cumę deſererenẽ
diruẽdi ꝑthenopẽ cõſiliũ iniuere.Quo facto mox i ma
ni peſtilentia vexati oraculo moniti ſunt,vt vrbem reſti
tuerent.Itaq; ſubito inſtauratam Neapolim,hoc eſt no
uam vrbem vocauere. Hinc parthenopeius,a,um.

¶ Parthia regio Aſſyrię,a qua parthi.Hi lingua ſcythi
ca exules dicũẽ ſicut refert Iuſti.li.xlj.docẽs ab exulibꝰ
ſcytharũ parthorũ imperiũ fuiſſe deductũ, quorũ regna
duodeuiginti fuiſſe teſtis ẽ Pli.vj.Hęc regio ab ortu ha
bet Arios a meridie Carmaniam,ab occaſu Medos,a
ſeptentrione Hyrcanos.

¶ Pars a pari,ꝙ ꝑtes ſimul iũctę pares.i.ęq̃les ſint toti
Vel dẽ a pario ꝙ pars a toto deducta,& quaſi parta ſit.
poteſt etiam dici a parum,ꝙ pars ſit quid parũ reſpectu
totius.Dicunẽ vero partes,in quas diuiditur totũ.Qñ
q; tñ ꝑtes ꝓ officio poni conſuetũ eſt.Et dicimꝰ meę ꝑ
tes ſunt,& mearum partium eſt,hoc eſt meum officium
eſt.Hic fit compoſitum expers quod eſt ſine parte.

¶ Particula diminutiuum parua pars,a quo particulare
quod ad partem ſpectat.

¶ Particulariter & particulatim aduerbia ſigni.mẽbra
tim & per partes Cic.lib.i.ad Hęren.Si ſummatim non
particulatim narrabimus.

¶ Particulones dicuntur cohęredes & qui partem patri
monij ſumunt.

¶ Partim aduerbium ſigni.qñq; ex ꝑte,vt partim ſubti
cuit crimen,ꝑtim cõfeſſus ẽ.Aliqñ idẽ eſt quod pars vt
partim hominum venerunt.i.pars hominum venit.

¶ Particeps qui ꝑtẽ capit.Dicimuſq; ꝑticeps ſum labo
rum tuorum,& particeps ſum tibi in laboribus. Curtius
Quod fuiſſet,illi in periculis particeps.

¶ Participo,as,partẽ tribuo.Hie.Tunc erit eiꝰ fructꝰ
quum ei Chriſtus dominus cælorum regna participaue
rit.

¶ Participiũ ꝑs orõnis dẽ ꝙ ꝑtẽ capiat nominis ꝑtẽq;
verbi,ꝑticipia iũcta cũ verbis infinitis ſeruant vim par
ticipiorũ,Hic ꝑticipalia noia dicta ſunt gerũdiua quę li

cet nõ ſint pticipia,ſimilia tñ pticipijs ſunt. Nã & caſ⁹ & gña & tpa & ſignificatiões habent more pticipiorũ & poſt ſe caſus regũt nõ ante,q̃uis legaꝛ. In cõuertẽdo domínus captiuitatẽ Sion.i.dum conuerteret dñs,vel conuertente dño captiuitatẽ,ſed nõ eſt vſurpanda talis locutio. Differunt aũt gerundiua a pticipijs,ꝙ ipſa rei ad miniſtrationẽ ſignificãt ſine tp̃e,vt tenet me occupatio iuris dicẽdi gerũdiuũ eſt,nec tp̃s ſignificat futurũ,ſed rei adminiſtrationẽ in iure dicendo. Illa vero tẽpus ſine rei adminiſtratione,vt tenet me cura dotis numerandę participiũ eſt futuri ſignificatũ ſine rei adminiſtratiõe,prætera gerũdiua duplicẽ ſignificationẽ habet,pticipia vnã tñ. Sed ſciẽdũ ꝙ gerundiua q̃ ſociata ſunt ſubſtantiuis paſſiue accipiunꝛ,diſiuncta vero modo actiue mõ paſſiue,ſed paſſiue cũ ſine p̄poſitione & ſine genere in ablatiuo & quaſi abſolute ponũꝛ. Quint. Sed memoria excolendo,ſicut oĩa alia augeꝛ.i.dũ excoliꝛ. Verg. Alitur vitiũ creſcitq; tegẽdo. Idẽ. Aegreſcitq; medẽdo. Et Vritq; videndo Fœmina,hoc eſt cũ tegitur vitium,cum curaꝛ æger,cum videtur fœmina. Sal. cum accuſatiuo mediante ad. Pauca ſupra repetã quo ad cognoſcendũ oĩa illuſtria magis magiſq; in apto ſint.i. vt cognoſcanꝛ. Iungũtur & gerũdiua cũ plurali nũero ſingulari voce. Pli. Cũ illorum videndi gratią me in forum contuliſſem. Aliqñ pticipiũ ſumiꝛ ꝓ pticipatione. Hiero. in expo. can. Cõſidera ne forte poſſit & illud corpus ꝙ aſſumpſit Ieſus cõmune ei cũ ſpõſa cubile noĩari,qm̃ quidẽ videꝛ ꝑ ip̃m eccleſia Chriſto eſſe ſociata,& pticipiũ verbi dei capere potuiſſe,ſecundũ ꝙ mediator dei & hominum dicitur. Sic etiam ſolet dici,cauenda eſſe fœminę participia quo ſignificatur fugiendum eſſe fœminę conſortium.

ℨ Partũ ꝓprie dꝛ labore acquiſitũ,qui nullꝰ ptus ſine labore & dolore. Fit aũt a pario is, Ci. Male pta,male dilabuntur. Plau. in pœ. Male partum male diſperit

¶ Partior ptiris & partio ptis,partiui ptitũ,futuro partiã & ptibo,ptiar & ptibor. Plau. in Aſi. Hanc quam nactus ſum p̄dam cum illis ptiam. Hier. in p̄s. Lętabor & ptibor ſicimã. Eſt aũt partiri ptes facere& q̃ſi diſtribuere. Verg. Socios ptiꝛ in oẽs. Sal. ꝓuincias inter ſe ptiuerant Ab his fiũt cõpoſita,Impertio actiuum. Impertior tã paſſiuũ q̃ deponẽs a.i e,mutata ſicut fit in expers. Et ſignificat impendere vel partem dare & participem facere. Cice. Huic rei aliquid temporis impartias. Amb. Poſteaq̃ apoſtoli ad euangelizandum regnum dei ſũt deſtinati gratię cęleſtis impertitur alimentum. Idem. Vtinam dñe Ieſu velis mecum iſtos non ieiunos dimittere, ſed impertitis abs te epulis reficias eos vt poſſint tuis alimonijs fortiores infirmitatẽ ieiunij nõ timere. Cice. Atq; etiã viro forti collegę meo laus impertitur. Dicimus autem impertio nemini laudẽ mei laboris, ſicut & imptio neminem laude mei laboris,ſicut fit in dono. Terẽt. plurima ſalute Parmenonem ſuũ impertit gnato.

¶ Diſpertio vel diſpertior varie ptio. Plau. in Aul. Hercle iniuria diſpertiuiſti,pinguiorẽ iſti agnum habẽt. Noni. Vt pariter diſpertiantur bona patris. Bipertior. Tripertior. Quadripertior. Quĩquepertior,a quibus bipertita,tripertita,& huiuſmodi.

¶ Partiarius colonus ſiue aliꝰ quis cũ quo aliq̃d cõmũe habemus & ptimur. Cato. Vineã curandã partiarius bene curet,fundum arbuſtum agrum frumentarium ptiario fœnum pabulum ꝙ bobus ſatis ſiet,quę illic ſciat cętera omnia pro indiuiſo. Idem. Calcem partiario coquẽdam qui dant calcarius perficit & coquit.

ℨ Paruulis idis,tuberculũ iuxta dentes in gingiuis naſcens. ℨ Pararius. idem quod proxeneta,nomen latinum. Sene. lib. iij. de benefici. Quidam volunt nomina ſecum fiere,nec inter poni pararios.

¶ Parum aduerbium ſignificat modicum,a quo paululum pauxillum,& pauxillulum diminutiua.

¶ Parũper paruo tẽpore quaſi ꝑparum,hoc eſt valde parum,ſed p̄poſtere. Plaut. Expecta hic parumper. Interdũ ſignificat paulatĩ. Ver. pulſuſq; parũꝑ Corde dolor

¶ Paruus a,um,quod eſt non magnum. Cuius diminutiuum eſt paruulus. Hinc etiam paucus,a quo diminutiua Pauculus & pauxillus.

✤ Paſalli odores vocari poſſunt quos olere cõſueuimꝰ. Item ij quos in pilas reductos manibus geſtare ſolemꝰ præſertim peſtilentię tempore. Cc.

ℨ Parmeno apud comicos nomen viri,quaſi deſes a para & meno maneo.

¶ Paſceolus vt inquit Var. ſacculus eſt ex aluta factus. Plaut. in rud, pręterea centum denaria philippea in paſceolo ſeorſum.

¶ Paſcha æ,& paſcha atis. Auſo. Nos etenim primus ſãctum poſt paſcha diebus Quod plane nomen Hębræũ eſſe,ac tranſitum ſignare docet Hierony. ſic inquiens, paſcha quod hebraice dicitur phaſe non a paſſione, vt plęrique arbitrantur,ſed a tranſitu nominatur,eo quod exterminator videns ſanguinem in foribus Iſraelitarum ptranſierit nec pcuſſerit eos. Aug. A diligentioribus & a doctioribus inuentũ eſt eſt,quia paſcha hębręum verbum eſt & non interpretaꝛ paſſionem,ſed tranſitũ,per paſſionem eñ Chriſtus tranſiuit a morte & ad vitam & fecit nobis viã credentibus in reſurrectione eius vt trãſeamus & nos de morte ad vitam. Sic enim ipſe dominꝰ ait. Qui credit in me tranſit a morte ad vitam.

✤ Qui paſchatis in geni. fingit cum ręcentioribꝰ errorẽ ſuũ manifeſtat. Quũ nullũ nomẽ tertiæ declinatiõis in a inueniꝛ ꝙ nõ ſit gręcũ,& gręca formatiõe ĩ ma terminatur,quia a prima perſona παρακείμενον πάθημα. Coru.

¶ Paſchalis & hoc paſchale ꝙ ad paſcha pertinet,vt paſchalis dies,& paſchale ſacramentum. paſchales vero oues,quaſi paſcuales dicuntur.

¶ Paſco is. paui paſtũ.i. comedo,& qñq; abſolute ponitur. Ver. paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos. Quandoq; cõſtruiꝛ cum actõ,vt florem depaſta ſalicti. In hac ſignificatione etiã ſumiꝛ paſcor deponẽs. Verg. Paſcunꝛ vero ſyluas,& ſumma Lycęi. Horrenteſq; rubos & amãtes ardua dumos. Dicimus etiã paſcor equũ ꝑ hærbã vt Cætera paſcuntur virides armenta per hęrbas. Equus paſcitur hęrba vt ſylua paſtus arundinea. Equus paſcitur ĩ viridi pabulo. Vt paſcitur in magna ſylua formoſa iuuẽca. Equus paſciꝛ diẽ & noctẽ,vt ſępe diem noctemq; & tũ ex ordine menſem paſcitur. Interdum paſcere eſt cibum alteri p̄bere,& quaſi cibo ſaginare. Et ſic dicimus Hęrba paſcit equũ. & paſco equũ hęrba. Ver. Veloces Spartę catulos acrẽq; moloſſum paſce ſero pingui. Vnde per tranſlationẽ paſcere poniꝛ ꝓ delectare. Idẽ atq; animũ pictura paſcit inani. Et paſcere oculos. eſt viſu alicuius rei gratę eos oblectare. Interdum ꝓ fouere, alere. Idem. Qualẽ infœlix amiſit mãtua cãpũ, Paſcẽtẽ niueos hærboſo flumine cygnos. Interdũ ꝓ augeri & creſcere,vt & ſacrum tibi paſcere crinẽ. Huiꝰ cõpoſita ſunt Cõpaſco Depaſco,paſcẽdo abſumo. Et depaſtus dꝛ agrum bos,ꝙ cibũ ex agro ſumpſit. Hie in Exod. Si dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcatur aliena reſtituet. Idem Depaſtꝰ ager paſſiue,hoc eſt paſcendo conſumptus Diſpeſco,diuido & proprie pecus a paſtione deduco. Expaſco, Depaſco,perpaſco in totum paſco,ſatio.

¶ Paſcito as. pe. cor. frequentatiuum a paſco. Var. Nũc feras q̃ in ſylueſtribꝰ locis paſcitant,cicures quę cultis.

¶ Paſcuũ a quo plurale paſcua,in quibꝰ pecudes paſcũtur,ſiue ager paſcuꝰ ſit,ſiue pratũ,ſiue mons aut collis. Colu. li. viij. in eo rure ꝙ paſcuo caret ↄtineri poteſt exiguo & qualicunq; pabulo contentus. paſcua cenſorijs tabulis dicebantur omnia ex quibus populis redditus haberet,quia diu hoc vectigal fuerat.

¶ Paſcua æ. idẽ ꝙ paſcuũ. Hierony. in Eſaia. Et erit in paſcuã bouis,& in coucul cationẽ pecoris. Et in p̄s. Ab hoc fiunt, Depaſcor & impaſcor, quod eſt intus paſco. Co. lib. ij. Neque ſuem velimus impaſci pratum,quoniã roſtro ſuffodiat & ceſpites excitet.



¶ Paſcuꝰ a,um. Vnde Paul. Syluã paſcuã appellat,que paſcuis pecudum deſtinata.

¶ Paſcales oues & gallinæ dicũtur q̃ paſſim paſcunꝛ,a paſco ſiue a paſcuis quaſi paſcuales. Luci. paſcali pecore ac mõtano hirco atq; ſoloce. Hie. li. i. Reg. Mulier illa habebat vitulũ paſcalẽ in domo,& occidit eum.

¶ Paſilus & paſeolus legumina vulgo nota q̃ & phaſilꝰ & phaſeolus dicuntur. Cc.

¶ Paſtus,a,um. participium qui cibum ſumpſit. paſtus us,cibum ſiue cibationem ſignificat. Gellius Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt.

¶ Paſtio idẽ qđ paſtꝰ,q̃uis hoc magis ad brutorũ alimẽta pertinere videaꝛ. Col. li. j. porculatoris vero & ſubulci diuerſa ꝓfeſſio,diuerſę paſtiones. Vnde etiã Varrõis index de villaticis paſtionibus ad bruta pertinentibus.

¶ Paſtor qui curã habet paſcẽdi,vt eſt apud Euã. paſtores erant in eadem regione cuſtodientes vigilias gregis

¶ Paſtoralis & hoc paſtorale qđ eſt paſtoris,vel qđ ad paſtorẽ ptinet,vt paſtoralis cura,paſtorale officiũ. Var. Tertio gradu a vita paſtorali ad agriculturã deſcẽderũt.

¶ Paſtorius a,um. quod ad paſtorem pertinet. Var. lib. ij. de re ruſt. An ea q̃ tria here dixiſti mihi de paſtoria re

ℨ Paſtoricꝰ a,um, idem eſt quod paſtoralis apud Augu, vt carmẽ paſtoricum liij. Achademicorum.

¶ Paſtoricius a. um. idẽ qđ paſtorius. Idẽ. li. j. Cũ hoĩes paſtoriciã vitã agerent,neq; ſcirent etiam arare terrã.

¶ Paſtillus diminutiuũ videtur a paſta,q̃uis fiat mutatio generis. Quidã a paſtu deriuãt. vbi & genꝰ ſeruat. Feſtꝰ a pane. Eſt autẽ forma panis parui. Hora. ĩ ſer. Paſtillos ſilus olet. Gorgonius hircũ. Et paſtilli ſunt qui illinunꝛ Vide in dictione Emplaſtrum.

¶ Paſtillum neutri generis, ſicut docet Feſtus fuit genus libi rotundi quo vtebãtur in ſacris.

¶ Paſtinaca genus radicis virtutis calidę. Macer. Et paſtinacę virtus in ſemine tamen. Itẽ paſtinaca genus piſcis, de quo Plinius.

¶ Paſtinũ pe. cor. eſt vt Col. li. iiij. refert ferramentũ bifurcũ quo ſemina pagũꝛ. Palladiꝰ aliter accipit cũ ait. paſtinũ fieri nũc tp̃s eſt Menſura paſtini hæc eſt in tabula quadrata iugerali vt centeni octogeni pedes per ſingula latera dirigantur.

¶ Paſtinare eſt agrũ fodere. Col. lib. iij. Tũ in terrã bene paſtinatã & ſtercoratã rectũ ſarmentũ defigito. Huiꝰ cõpoſitũ eſt repaſtino as. Repaſtinari dicebãt veteres vineas q̃ refodiebãtur. Hęc eñ ꝓpria appellatio reſtibilis vineti erat,nunc antiquitatis imprudens cõſuetudo quicquid emoti ſoli vineis pręparaꝛ repaſtinatũ vocat. Vnde quidã repaſtinari agrũ dicũt, cuius natura fodiẽda mutaꝛ. Pli. lib. xix. Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudine primũ oĩm ſi in repaſtinato feras. Hinc repaſtinatio pro reuocatione quandoq; capitur. Vnde ꝑ trãſlationem dicuntur libri Repaſtinationum.

¶ Paſtinatus us. ipſa paſtinatio. Col. lib. iiij. Neq; enim parũ refert ſuſpenſiſſimũ eſſe paſtinatum. Et ſi fieri poſſit veſtigio quoq; inuiolatum.

¶ Paſtomis idis. inſtrumẽtũ ferreũ ſiue ligneũ qđ ad cohibẽdã equorũ tenaciã naribꝰ vel morſui imponiꝛ. Luci. Paſtomides huic de naribus ingentes pendent.

¶ Paſſer auis a patiendo,eo ꝙ morbũ caducũ patiãtur paſſeres. Quo etiã noĩe ſignificãꝛ oẽs aues. Vñ cũ Cic. dixit oĩbꝰ paſſeribꝰ ĩſitã a natura voluptatẽ,de oĩbꝰ auibꝰ ĩtellexit Hodieq; aues ipſas ĩ cõmũe paſſeres vocãt Hiſpaniarũ vernaculi. Et paſſer nomẽ piſcis,& nomen loci. Mar. Non mollis Sinueſſa feruidiq; fluctꝰ paſſeris aut ſuperbus anxur. A paſſer fit diminutiuũ paſſerculus

¶ Paſſer ſolitarius, auis aliquanto grandior paſſere, ac ſubnigrior, ſolus per domorum culmina incedens cantu ſuauis. Paſſer marinus altera auis.

¶ Paſſio pturbatio affectꝰ & affectio, gręce pathos dꝛ. A neotericis vero auctoribꝰ eccleſiaſticis paſſio vſurpaꝛ ꝓ animi vel corporis morbo. Sũt aũt quatuor præcipue paſſiones,duę a bonis gaudere. ſ. & cupere,ſeu ſperare Lętitia de p̄ſenti eſt,ſpes de futuro bono. Duę a malis, dolere & timere,dolor de p̄ſenti,timor de futuro malo.

¶ Paſſiuꝰ a,ũ,qđ paſſionẽ denotat,vñ paſſiuę qualitates dictę ſunt nõ ꝙ patiãꝛ aliq̃d, ſed ꝙ faciãt paſſionẽ. Mel nãq; vt dulce ſit nõ a dulcedine aliq̃d paſſũ eſt,ſed dulcẽ guſtãtibꝰ efficit paſſionẽ. Paſſiuę autẽ q̃litates rectiꝰ dicũꝛ albedo & nigredo,& eorum media.i. rubor & pallor. Hęc eñ nõ niſi vel aĩæ vel corporis paſſiõe naſcũꝛ,vt eñ nigreſcat aliqs corporis paſſiõe,vt rubeſcat vel palleſcat aię efficiꝛ,q̃ cũ turpitudinis verecũdiã ferre nequerit,quaſi ad obtẽtũ ſui ſanguinis copiã & exteriores ptes corporis fundit eoq; fit vt pudore nimio rubeſcamus. Pallor quoq; ſimili animę paſſiõe cõſiſtit cũ pculſa metu nimio ad cordis vlteriora cõfugit,eãq; ſanguis inſeqꝛ adeo vt deſertũ ſanguine,qđ eſt in cõſpectu corpus albeſcat. Hæ igiꝛ qualitates ſi in corpore perſeuerẽt,qa ſcđm eas quales dicimur, ipſæ quoq; qualitates paſſiuę cẽſenꝛ. Si vero ad breue tp̃s extiterint,ita vt cito diſcedant,paſſiones eas potiꝰ noĩamꝰ. Eritq; inter paſſiuas qualitates & paſſiones iſta diſcretio, ꝙ paſſiones ad tp̃s exortę facile cõmutãtur paſſiuę vero qualitates ſcđm quas quales dicimur perpetuo perſeuerant.

ℨ Aliquãdo paſſiuum dꝛ ꝙ eſt indiſcretũ & confuſũ nomen a paſſiuo deductum, ſic paſſiua Venus, paſſiua libido apud Firmicum vſurpatur pro publica, & communi & promiſcua. Et paſſiui amatores apud eundẽ qui paſſĩ, & indifferenter omnes fœminas amant.

¶ Paſſus,a,um,a patior. idem ꝙ perpeſſus Ver. O paſſi grauiora. Vñ vua paſſa q̃ in ſiccãdo paſſa eſt ſolẽ. Pli. Quin & patientia nomen acinis datur paſſis,hinc & vino nomen datum quod paſſum vocatur.

¶ Paſſus,a,um,a pateo idem eſt ꝙ patens extenſus. Plau. In portum vento ſecundo velo paſſo peruenit,id eſt ocyſſimo curſu paſſa vela dicimus expaſſa diſtãta explicata vento tumentia ac plena.

¶ Paſſus,a,um,a pando idẽ eſt qđ diductꝰ, porrectus, diſperſus. Terẽ. in Phor. Capillus paſſus, nudus pes. qđ & expaſſum aliquãdo dicimꝰ,& mutatione a in e diſpeſſum. Plauſus in Mi. Diſpeſſis manibus. Veteres eñ paſſum dixiſſe nõ pãſum & expaſſum nõ expanſum. Gellius Seruiusq; teſtantur. Dicit enim Seruius. Ideo autẽ pando non facit panſum,quia plærũq; n quod in prima verbi poſitione inuenitur in pręteriti participio nõ eſt, vt tondo tuſus. Et licet alia euphoniæ cauſa varienꝛ vel in generibus vel in numeris nactus tamen & paſſus n, penitus nunquam patiuntur. Paſſis manibus dicimꝰ qđ eſt diductis atq; diſtentis. Tertul. tamen oppanſum velum dixit,pro oppaſo & extento. Idem. Expanſos inq̃t vngulę fodiant, cruces ſuſpendant.

¶ Paſſus ſus, ſpatium quod patet in ſpatio pedũ,qa patens apertũq; eſt. vel quia ſic pedes pateſcunt. A pateo enim paſſum ſupinum eſt. Cũ vero non eſt paſſum clauſum dicitur. Et ob hoc claudere eſt de illo ſpatio intercepto diminuere,& minorem paſſum facere.

¶ Paſſum genus liquoris. qđ ex vua paſſa cogitur. Fit ex vua quã gręci ſtichã, noſtri Apianã vocãt, vuis in vite diutius ſole aduſtis,aut feruẽte oleo, donec paulo amplius dimidiũ pondus ſuperſit, fuſaſq; leniter vuas exprimunt & colligunt. Qui autem volunt ſecundariũ paſſum facere adijciunt vinaceis tantum aquæ puteolanæ quantũ ex prima preſſura paſſa fluxit. Defrutũ vero vinum eſt muſto vſq; ad dimidiam partem decoctũ.

¶ Paſſim aduerbiũ a paſſu ſig. a paſſu diſtãte ſparſim vel nõ vbiq;,cũ ſit ſine iteruallo, vt hęrba eſt in prato vbiq̃ grex vero paſſim paſciꝛ, qa aliq̃d interualli eſt inter pecudẽ & pecudẽ. Sed cõfũnduntur quãdoq; ponitur iterdum pro vndiq;. Lactanꝛ. Conſtituit aſylũ eo paſſim cõfugerũt ex finitimis locis. Interdũ ꝓ quolibet. paſſimq; in littore ſicco corpora curamꝰ, id eſt vt quiſq; vult ſiue indifferenter. Hie. Sola ſcripturarũ ars eſt quã ſibi paſ

ſim omnes vēdicāt Aliquādo pro vbiq; Lactā. Creditur ei paſſim tanquam cognitę veritati.

☿ Paſtophori penulti. corre. ſacerdotes ſacroſancti ęgyptiorum honoratiores cęteris, dicti paſtophori quod ferant Pallium Veneris. Cui nomen eſt paſtos. Paſtophoros etiam venus eſt appellata, ꝙ thalamum nuptialem curet & adminiſtret.

☿ Paſtophorium paſtophori domicilium. Apđ Eſdrā ſic legitur. Exurgēs Eſdras in paſtophoriū. Ionathe & hoſpitat⁹ illic nō guſtauit panē, nec bibit aquā. Hieron. in Eſai. paſtophoriū eſt thalamus in quo habitat prępoſit⁹ tēpli. Et in libro Machabe. Viderūt ſanctificationē deſertā, & altare prophanatū & portas exuſtas & in atrijs virgulta lata ſunt ſicut in ſaltu vel in mōtibus & paſtophoria diruta. Quidā accipiūt ꝑ thalamo nuptiali. Vñ & Ven⁹ appellata eſt paſtophoros q̄ſi thalamifera, ꝙ thalamū nuptialē curet, & adminiſtret. Nā παστὸς, thalamus nuptialis dicit̃ qui alio nomine νυμφιδίον, appellatur.

☿ Parſiteles nomē ſculptoris egregij, qui Iouē eburneū in Metelli ęde fecit. In gręcia Italię ora natus, & ciuitate Romana donat⁹, quē argētea primū ſpecula feciſſe auctor eſt Pli. praxiteles vero pictor gręcus fuit.

¶ Paſiphae dictio tetraſyllaba, hęc fuit filia ſolis. & vxor Minois regis Cretę, quā ĩ fabulis ferūt ex tauro genuiſſe Minotaurū qui partĩ hoĩs effigiē habebat partĩ tauri, Proper. Vobiſcū Europę nec proba paſiphae.

¶ Paſithea vna ex tribus gratijs, quam alij Euphroſynē vocant.

✤ Paſithoe vna atlantidū Atlantis & Aethræ filia. Cc.

✤ Paſicigris fluuius alio noĩe Tigris dictus. Cc.

¶ Patagia fluuius Sicilię ἀπὸ τῶ πατάγυ, id eſt a ſonitu Nam per ſaxa fluēs clamare videtur. Clau. Et ſaxa rotātem pattagiam.

¶ Patagiū aurea chlamys quę pretioſis tunicis ſuperindui ſolet, & q ita induti ſunt patagiati dicũt. Et patagiarij q huiuſmodi veſtes cōficiũt. Apul. Vberes em̃ crines leuiter emiſſos & ceruice depēdulos, deiñ ꝑ colla diſpoſitos ſenſimq; ſinuato patagio reſidētes pauliſper ad finē cūglobatos in ſummū verticē nodus aſtrinxerat Patagius morbi genus.

¶ Patara pen. corr, vrbs Lyciæ vbi Apollo dabat reſponſa. Dicta a pataro Apollini filio, vel de alio pataro Lapeonis filio. Hic patareus a, um. Sta. li. i. the. Phœbe parēs ſeu te Lyciæ patarea niuoſis Exercēt dumeta iugis. Ouid. Patarꝗaq; regia ſeruit.

¶ Patauiū vrbs quā Antenor cōdidit quę & Padua. vide in dictione padua.

¶ Pateo es. paſſus patere eſt apertū eſſe. Plaut⁹. Ingredere tu, fores iam diu patēt. Hinc patens & patulū quę inter ſe differūt, ꝙ patens ſit quod ad tēpus patet. Vergili. Et Portas iubet eſſe patentes. patulū quod ſemper patet vt arbor, Idē. Tytire tu patule recubās ſub tegmine fagi. Hinc Plaut⁹ Bouem patulū appellat, cuius cornua diuerſo ſunt ac late patent,

☿ Pator hiatus, & apertio, a patendo nomen deductum ſicut vagor ꝑ vagitu, & fluor pro fluxu. Apul. lib. iij. Qđ altrinſecus ædium patore perflabili.

¶ Patulus a, um, pen. cor. de quo modo in pateo.

¶ Pateſco is. aperior, patens fio. Quandoq; tamen pro primitiuo ponitur Salu. Hinc late pateſcentibus cāpis exercitum tuto emittit.

¶ Patefacio is, patentem facio. Hiere. Sic arridens patefecit ingreſſum. Hinc patefio. Terētius in Phor. Ego nullo remedio poſſum me euoluere ex his turbis, quin ſi hoc celetur in metu, ſin patefit in probo ſiem.

✤ Patulcius dictus eſt Ianus quia tempore belli portæ templi eius pateant. Cc.

¶ Patulico as. pen. cor. aperior, patulus fio. Pli. patulicantibus quinquageniſquinis barbulis coronat.

¶ Patibulum modo ſeram ligneam qua oſtia clauduntur ſignificat, a pateo, ꝙ hac remota valuæ pateant. Tit. Si quiſquam hodie pręter hanc poſticum noſtrum pepulerit patibulo hoc ei caput defringam. Modo crucem, & ſic a patior fieri manifeſtum eſt. ☿ Saluſtius. patibulo eminens affigebatur hinc patibulatum dicitur a Plauto. Eſt etiam patibulum inſtrumentum vindemiatorium. Cato. Vindemia & oleitate facta patibula omnia in ſuo quęq; loco reponenda.

¶ Parthe a Cicero. dicuntur perturbationes, ſiue animi ęgritudines. A Gellio affectus vel affectiones. A Lactā. modo vitia, mō affect⁹. Aug. Expreſſi⁹ ea paſſiōes vocari tradit, qualia ſunt ęgritudo, dolor, gaudiū, metus, triſtitia, cupiditas, ira. Quos animi motus platonici, & Ariſtotelici dicunt etiam in ſapientem cadere, ſed moderatas rationiq; ſubiectas. Stoici vero negant in ſapientem cadere, qui dicūt ſapientem apathem, id eſt impaſſibilē & apathiā impaſſibilitatem probant. Nā talē dicūt eſſe ſapientis animum qualis eſt mundus ſupra lunam. ſ. imperturbatum, quem nulla perturbatio obnubilet, nulla triſtitia obturbet aduerſus quos reclamat ipſa natura.

¶ Pathetica oratio dicta eſt quam ex rhetorica arte pręcipitur dirigi oportere aut ad indignationem, aut ad miſericordiam.

¶ Pater qui aliquem genuit, quo etiā nomine Aui, Abaui, proaui, Ataui, Tritaui continentur. Hinc patrū noſtrorū memoria dicimus, id eſt maiorum noſtrorū. quanq̄ maiores intelligi poſſint quicunq; erāt ante Tritauos ſicut minores qui etiam poſt Trinepotes futuri ſunt. patris etiam nomen religionis eſt. Vnde dij oēs patres vocabantur. Similiter pater nomen eſt reuerentiæ. ꝓpter qđ Romulus centum Senatores quos ad reipub. curam elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent patres ab honore vocauit, ſiue ab ętatis vel curę ſimimilitudine.

✤ Quoniam de deductione huius nominis pater, inter Grammaticos magna eſt concertatio aperiam nunc de origine quid ſentiam, eſt enim dictio compoſita ex duobus corruptis ex nomine & participio παῖς παιδὸς & τηρῶν. quaſi παῖδας τηρῶν, id eſt ſeruans pueros. Nam græci πατὴρ quaſi παιτηρ dicunt. Conellus.

¶ Paterfamilias dicitur qui primus eſt & imperium habet in familiam, ſiue qui poteſtatis ſuæ eſt ſiue puber ſiue impuber.

¶ Pater patratus. Vide in dictione patro as.

¶ Patres conſcripti qui in ſenatu patribus erant ſcriptis annotati.

¶ Patricij ſenatorū progenies. Liui. lib. primo. Romulus cētū creat Senatores q patres ab honore, patricij quoque progenies eorū appellati. Idē lib. x. En vnquā fādo audiſtis patricios primo eſſe factos nō de cœlo demiſſos ſed q patrē ciere auumq; poſſent? Cintius ait patricios appellari ĩgenuos. Vnde plebei patricijs opponũt. Nō enim ſenatores omnes erāt patricj. Tacitus. Hiſdē dieb⁹ in numerū patriciorum aſciuit. Cæſar vetuſtiſſimum quemq; ex Senatu, aut quibus clari parētes fuerāt. Hic patriciat⁹ us. pro ipſa dignitate. Sueto. in Augu. A Tarquinio priſco rege inter Romanos gentes allecta in ſenatum. Mox a Serui. Tul. in patricias traducta procedēte tempore ad plębem ſe contulit, rurſus magna vi per diuum Iulium patriciatum redijt.

¶ Patricius vicus Romę dictus eſt ꝙ ibi patricij habitauerunt iubente. Ser. Tullo vt ſi quid aduerſus ipſum molirentur ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

¶ Patritus a, um, penul. prod. quod eſt patris, ſicut auitus a, um, quod eſt aui. Sunt enim tanquā paſſiua. Cicero primo Tuſcula. Patritam & auitam vt ait Theophraſtus philoſophiam.

¶ Patrimus pe. prod. qui patrem adhuc viuentem habet pater patrimus qui cum ipſe pater ſit adhuc viuentē habet patrem In pontificio tamen iure pater patrim⁹ accipitur pro eo qui vulgo compater dicitur.

¶ Patrin⁹ a, um, qđ eſt patris, ſicut matrin⁹, a, um, qđ eſt matris.



¶ Paternus a, um, quod eſt patris. Terēt. in Adel. pol. haud paternum iſtuc dediſti.

¶ Patro as, ꝓprie ſignificat liberis operā do. Quint. tñ dicit, patrare apud antiquos ſancte & honeſte dicebatur Deinde conſuetudine in vitium lapſum eſt verbū. Vnde irrideri ſolitū eſſe Saluſtiū quāuis immerito. ꝙ patrare bellū dixerit, tanquā patro rē turpē duntaxat ſignificet. Ex quibus verbis colligitur priſcos patrare poſuiſſe pro perficere, nō ſolū cū opera liberis daretur, ſed ēt quū aliud quidpiā iā incœptū ad finē perduceretur. Vñ & patres patrati dicebantur, ꝙ ad patrandū hoc eſt peragendū iuramentū, vbi de fœderibus conuenerat mitterentur. Plutar. in Problem. Fœcialibus ſacerdotibus qui fœderibus faciendis pręſunt, pater patratus pręeſt. Inde dict⁹ ꝙ ipſe pater patrē haberet, ſicque filijs ꝓuideret, & patrē cōſuleret. Hui⁹ verbi cōpoſita ſunt Impetro quod eſt obtineo, & quaſi id quod cupio facio. perpetro quod eſt perficio, ꝑpetro mādo aliud perfici. Acti⁹ Age vero propetra qđ cœpiſti fieri. Et habent pe. cor.

¶ Patrizo patrizas, vel patriſſo patriſſas, paternos mores imitor. Terētius in Adelph. Laudo o Cteſipho, patrizas, te virum iudico.

¶ Patria vrbs ſiue oppidum vnde orti ſumus, ꝙ patria cōmunis omnium parēs ſit. Aliquādo & prouincia ipſa ex qua orti ſumus patria vocat̃. Sed improprie. Vñ Sal. Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit. Ariſtophanes. πᾶ δὲ ἀγαθὸν ἐκεῖ πατρίς ἐστι. id eſt vbi bonū, ibi patria eſt. Zenob⁹ aũt πᾶσα γῆ πατρίς ἐστι τοῦτο μέρος ἐστὶ χρησμοῦ ὃν ἀνεῖλεν ὁ θεὸς Μελῶ τῷ πελασγῷ περὶ νίκης μαντευομένῳ

✤ Id eſt omnis terra patria eſt, hoc pars eſt oraculi qđ reſpondit Deus. Meleo pelaſgo de victoria vaticinanti

¶ Patrius a, um. quod eſt patrię, vt mos patrius, Cic. in Cato. Vigebat in ea domo mos patrius, & vigebat in eo animus patris & diſciplina. Aliquando dicitur quod eſt patris. Vergilius lib. xij. Patrio mucrone relicto.

¶ Patrianus a, um, quod eſt patrię. Cicero. Thermo. vt obtineat id iuris in agris, quod ei patriana ciuitas decreuit & dedit.

¶ Patricida pe. pro. qui patrem interfecit. At parricida dicitur qui vel cognatū vel ciuē aliquē vel aliū interfecit vel aduerſus patriam machinatus eſt, de quo ſupra.

¶ Patruus frater patris, ꝙ quaſi patris loco ſit. patruus magnus frater aui. patruus maximus frater proaui, & abaui, qui & patruus & abpatruus dicitur.

¶ Patruelis a patruo. Sunt enim patrueles patruorum filij qm̃ qui pr̃ alteri eſt, alteri eſt patruus, ſicut ſorores patrueles nūcupātur ex duob⁹ & ipſę fratribus genitę, auctor Iuriſconſultus. Nam ſororum duarum aut pluriū filij inter ſe Sobrini dicuntur, quaſi Sororini.

¶ Patriarcha patrū princeps, hoc eſt pontificū prim⁹ Hi quatuor prĩcipio fuere Roman⁹, Antiochen⁹, Alexādrin⁹ Hieroſolymitan⁹, poſtea trāſlata Byzantiū imperij ſede additus eſt & Conſtantinopolitanus.

¶ Patrimoniū bona paterna, hoc eſt hęreditas a patre relicta patrimonium vero ſancti Petri eſt regio Tuſcię. Vbi Soana oppidū. Sācta flora, Aqua pendēs, Griptę, ſanct⁹ Laurēti⁹, Balſena, Martha caſtrū, ciuitas Tuſculanella, mōs flaſconus, Balneū regiū, vrbs vet⁹, Ortha ciuitas caſtellana olim, Veiētana vrbs, Caſtrū nouū Nepæ, viterbium Sutrium, Roncilionum, & alia multa.

¶ Patronymicū quod ſub patris nomine ſignificat filiū vt Priamides. i. Hector Priami filius. Compoſitum nomen ex patre & onoma, ſed o in y vertitur.

¶ Patronus q aliquē in periculo defendit. Pędia. Si orator eſt aut aduocat⁹ ſi ius ſuggerit, aut præſentiā ſuā cōmodat amico, aut procurator, ſi negocium ſuſcipit, aut cognitor, ſi præſens cauſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam.

¶ Patrocinor pe. cor. ſignificat tā verbo q̄ facto imbeciliorē protego. Lact. lib. v. Qui licet ſapiens fuerit patrocinari tñ verę iuſtitiæ nullo modo poterat qui caput ipſum fontemq; iuſtitiæ non tenebat. Hinc patrociniū ipſa protectio. Salu. Cuius patrocinio ciuitas plurimum vtebatur. Feſtus. Patrocinia appellari cœpta ſunt quum plębs eſt diſtributa ĩter patres, vt eoꝝ opib⁹ cura eſſet.

¶ Patera pe. cor. poculi genus latum ac patens. Verg. Spumātem pateram ac pleno ſe proluit auro.

¶ Patrę arum. ciuitas in Attica regione, quā pauſanias Aroen dici prius ſolitam affirmat mox a patreo mœnibus ampliatis nomen accepiſſe quod nunc habet. Huius meminit Plinius libro. iiij. Ouidius libro. vj. Meſſenęq; ferax patręque humileſq; Cleonę.

¶ Patina pe. cor. vaſis genus quo dapes elixę iurulētæ in menſam feruntur, Terentius. Iamdudum animus eſt in patinis. Hinc patinarius, a, um. quod eſt in patina cōditum. Plautus. Vel patinariū vel aſſum verſes quo pacto lubet. Dicta patina ab eo ꝙ pateat.

¶ Patella a patulo, vel πλάττω fingo, vel ab πλατεῖα quę eſt latitudo. vas latū eſt cōdēdis obſonijs aptū lanx ſeu paropſis. Hor⁹. in epiſtolis. Nec modica cœnare times olus oē patella. poteſt tñ eſſe diminutiuū a patina quam nonnulli volunt eſſe ſartaginē. Sed Iuue. diuerſa oſtendit quum inquit. Vrceoli pelues ſartago patellę.

¶ Patior pateris paſſum verbū cōmune ſignificat ſuſtineo, tolero, ęquo animo fero. Dicim⁹ em̃ patior te, tolero te, & patior abs te, tolero abs te. Et patior abs te multa incōmoda. Cōpoſita huius verbi ſunt cūpatior qđ eſt miſeror, & conſtruitur cū datiuo. perpetior vehementer patior. Hiero. ad Alga. Intra ſe bella perpetitur.

¶ Patientia eſt honeſtatis aut vtilitatis cauſa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio.

¶ Pathicus penul. cor. a græco πάσχω aſpiratione detracta ſignificat eū qui ſe iniri turpi libidine patitur. Vnde pathici pueri. i. paſſiui, pathicæ puellę. Iuue. Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen othonis. ¶ Drauchus vero qui non propria libidine, ſed alterius alterū init. a faciendo dictus quemadmodum a pathiendo pathicus. δράω quippe facio ſignificat. Qui autē a drauchis ſubigi delectantur ſeq; eis ſponte proſtituunt cinędi dicuntur.

✤ Pathicus idem ad inanimata transfertur & comparationem recipit. Vnde Martialis. Pathiciſſimos libellos appellat laſciuos. Cc.

¶ Pathmos inſula in mari ægeo quæ ſicut Plinius ſcribit lib. iiij. patet circuitu. xxx. millibus paſſuum, in qua Ioannes apoſtolus exul apocalypſim ſcripſit.

¶ Paucus, a, um, contrarium eſt multo ab eo fit diminuti. paucul⁹. Aug. lib. j. Acad. pauculis diebus tranſactis poſtea quam in agro viuere cœpimus cum eo volui tentare pro ętate quid poſſent. A paucus fit paucitas.

✤ Paucum, id eſt paruum, a quo pauculū, itē a pauco nomine paucitas quo vtitur diuinarū literarum interpres Iob. x. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Item paucies quo veteres pro raro vtebantur. Titinnius. Vxorem meam paucies videbo. Cc.

¶ Pauper generis communis, vel ſecundū aliquos omnis, a paulo lare, vel vt inquit Varro, a parua pecunia, apud veteres etiam paupera. Plau. Paupera hęc res eſt Hinc fiunt diminutiua pauperculus & paupercula.

¶ Pauptas. Var. li. j. de lin. lat. Pecunia q̄ erat pua abjca pauptas dicta eſt. Pauptatē qdā ab egeſtate ita diſtiguũt vt egeſtas ſit qñ ad victū neceſſaria deſunt. Paupertas qñ licet non ſint opes tamen neceſſaria ſuppetunt.

¶ Pauperies ipſa paupertas. Horatius. Impiger extremos curris mercator ad indos, Per mare pauperiem fugiens per ſaxa per ignes.

¶ Paupertinus pe. ꝓ. idē qđ paup. Varro. ꝙ ſi pauptina ſint elegātia ac cū caſtimonia. Sidonius. Quin potius paupertinus flagitatæ cātilenę culmus immurmuret.

¶ Paupero as, pauperē facio. Aug. ſup pſal. Veros pauperes ditat, falſos pauperat diuites. Plau. Mili. Quę improba eſt mentis vitio, dominū pretio pauperat. Hinc

depaupero. Var. Priuſq̃ domũ depauperaret ſũptu ſuo.

¶ Paueo es, paui, timeo. Hierony. ad Helio. Tũc ad vocem tubę pauebit terra cum populis. Hinc paueſco timidus fio, a quibus expaueo & expaueſco. Auguſt. Sed ne repentinum ouis expaueſceret lupum.

¶ Pauito as. pe. corre. frequentatiuum ſignificat valde timeo ſiue valde frigeo. Teren. in Hecy. Vxorem philomenam pauitare neſcio quid dixerunt ideſt laborare ex frigoribus, vt exponit Seruius. Nam & reciproca tranſlatio, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur. Verg. Extemplo ænee ſoluuntur frigore membra.

¶ Pauor, vt ait Cic. lib. iiij. Tuſc. eſt loco mouens mentem. Ex quo illud Aennij, Tum pauor ſapientiam oẽm mihi expelleret ex animo.

¶ Pauidus qui ſemper timet, pauẽs qui ad tempus vel ex cauſa timet.

¶ Pauo onis. & pauus paui, auis multiplicis coloris. Gelli. Pauus e Samo pręſtantior eſt. Tradũt hãc auẽ nõ glorioſam ſolũ, ſed maliuolã. Laudata expãdit colores aduerſo maxime ſole. Fimũ ſuũ reſorbet inuidens hominum vtilitati cuius caro diutiſſime incorrupta ſeruatur.

✠ Pauonium acer, genus aceris criſpo macularũ diſcurſu a pauoninarum caudarum ſimilitudine. Cc.

¶ Pauio is, iui, verbum antiquũ, ſignificat ferio, concutio, tundo, Sũptũ eſt a gręcis, q παίειν dicunt percutere. Cic. de diui. Sed qa cũ paſcũt, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terrã pauire, terripuuium primo poſtea tripudiũ dictũ eſt. Hinc pauor qſĩ timor cor pulſat. & Pauſia oliuę ſpecies. Colu. Oĩe porro breuiſſimũ in rotundo e medio ad extremũ ſolida terra pauita maxime ſi eſt argylloſa ne ęſtu prærimoſa in rimis eius grana obliteſcãt. Hinc depuuio is. & oppuuio is. Luci. Palmiſq; miſellam depuuit me, id eſt verberauit Vnde oppuuia verbera dicũtur. Afra. Oppuuijs pueri coercentur.

¶ Pauimentũ dicitur ipſum domus ſolidamentũ ſiue incruſtatio, quã gradiendo calcamus a pauiendo tundendo ſiue feriendo dictum, ꝙ dum fiunt pauimenta pluribus ſimul diebus feriuntur, id eſt percutiuntur, tunduntur virgis ſeu marculis vt ſolidiora ſint, nec rimas faciãt Iuuenalis. Verre pauimentum nitidas oſtende colũnas. Cato. Pauimenta ad hunc modum facito. De teſta arida pauimentum ſtruito. vbi ſtructum eſt pauito, fricatoque oleo vt pauimen bonum fiet. Multa autem pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erant lithoſtrota paruulis coagmentata cruſtis. Erant ſubdialia a gręcis inuẽta, quę ſub dio erant, & in aperto quę vbi hyemes gelãt ſunt vtilia. Erant & Aſarota, de quibus Papinius in ſyluis. Suberantque nouis Aſarota figuris. Plinius appellat Euſarota, quoniam purgamenta cænæ in pauimento eueniri ſolent εὖ græce dicitur bene, σαίρω verro. Fuerunt & pauimenta barbatica ſubtegulanea ſcalptura. & græcanica.

¶ Pauimento as. pauimentũ facio ſeu pauimento ſterno. Vnde pauimẽta loca dicunt, in quibꝰ ſtrata ſunt pauimenta. Pli. lib. xxvij. Ergo pauimentandum vbi ſata ſit cenſent vt lachryma non abſorbeatur.

¶ Pauimentitius a, um, quod ex pauimento conſtat.

¶ Pauſia genus oliuæ a pauiendo, ꝙ non niſi pauiendo, id eſt tundendo oleum emittit, ſeu ꝙ antequam mole ſubijciatur tunditur.

¶ Pauſa æ, requies alicuiꝰ rei. Lucil. lib. i. Hæc vbi dicta dedit pauſam fecit ore loquendi.

¶ Pauſo as, quieſco. a quo repauſo, quod eſt rurſus requiem capio.

✠ Pauſarius a Seneca vocat̃ q remigibꝰ modos dat & remigandi officium quadam quaſi pauſa moderatur.

✠ Pauſiacas nomen auctoris ſicyonij, de quo Plinius. Inter pictores Pamphilus docuiſſe traditur pauſiacam ſicyonium primum in hoc genere nobilem. Horatius. Vel cum pauſiaca torpes inſane bella.

¶ Paulum diminutiuum a parum, cuius ſunt quatuor gradus diminutionis. ſ. paulum, paululum, pauxillum, & pauxillulũ. Terentius in Phor. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillum nummorum.

¶ Paulus latina lingua modicus interpretatur, græca quietus hebræa vero mirabilis vel dictꝰ eſt paulꝰ a primo ſpolio qd' cõtulit eccleſię a paulo videlicet Sergio proconſule, quem apud Cyprum conuertit ad fidem.

✠ Multoſecus ſentiũt doctiores videlicet ꝙ binominis fuerit quẽadmodũ in veteris & noui teſtamẽti libris aliquot cõperimꝰ diuerſis noĩbus notatos velut. Idida qui & Salomon & Matthęus qui & leui dictus eſt ſic Paulꝰ ſaulus dictꝰ eſt in actis apoſtolicis Iã prędicans euangelium. dicitur enim ſegregate mihi ſaulum & barnabam Et alibi. Saulus qui & paulus plenus ſpirituſancto.

¶ Pauliſper aduerbium, i. valde paulum temporis.

✠ Pauſilypũ παυσίλυπον, locus ab amœnitate dictꝰ Pli. lib. iiij. Inter pauſilypum, & neapolim megaris ea putatur inſula quę nunc ab oui ſpecie dictam continet.

✠ Pauſanias Lacedæmonius imperator vna cum Ariſtide athenienſi vicit Mardonium medum regis generum apud plateas, cum. cc. millibus electis, &. xx. equitum millibus haud ita magna manu. Et cum multum incrementi lacedęmonijs adieciſſet in mores aſiaticos labi ſe permiſit, deinde eouſq; proceſſit res, vt cum Xerre ita conueniret ſe illi imperium lacedęmoniorum proditurum, ſi filiam ſibi in matrimonium dediſſet. Id vulgatũ quum reſciſſent lacedęmonij, pauſaniam exilio mulctauerunt. Fuit & Pauſanias nomen auctoris gręci q floruit Hadriani & Antonini temporibus.

✠ Pauxillatim ſignifi. a pocheto. Plaut. in epiſt. Cœpi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere.

¶ Paxilus diminutiuum a palus pali. vt inquit Priſcia. Sed Cic. ad Brutum vult a paxillo palus fieri.

## P ANTE E

PEcco as. proprie ſignificat adulteriũ cõmitto, dictũ quaſi pellico, i. cũ pellice coeo. vñ peccatũ ꝓ adulterio, quaſi pellicatus. Apud veteres eñ peccatus vſq; ad Ciceronis ætatẽ durauit Cicer. Nemo ita viuebat vt nulla eiꝰ vitę pars ſummę turpitudinis eſſet expers. Nemo ita in manifeſto peccatu tenebat̃, vt cũ impudẽs fuiſſet in facto, tũ impudẽtior videret̃ ſi negaret poſtea inualuit vſꝰ, vt peccatũ tm̃ neutro gñe ꝓferat̃ & gñaliter de oĩbus delictis atq; erroribꝰ dicatur. Cicero lib. j. offic. paſſiuo vſus eſt quum ait Multa peccantur.

¶ Peccatum & nomen & participiũ eſſe poteſt. Terẽ. in Eu. vtrũq; cõplexus eſt. Si quid eſt peccatũ, peccatũ imprudentia eſt. Primum nomen, ſcd̃m participium eſt. Vnde peccatior peccatiſſimꝰ. Hiero. ad Alga. per ꝑuaricationẽ mãdati incipiat mihi eſſe peccatius peccatum

¶ Peciolus diminutiuum eſt a pede. Afra. Atque adeo nolo nudo peciolo ambules. Et peciolus dicitur quo fructus pendet. Columel. libro. x. Cũ iam matura mala fuerint antequam rumpantur peciolos quibus pendent intorqueto. Idem & pedicinus dicitur.

¶ Pecto is. pexui vel pexi. vel pectui, pexũ ſignificat explico & pãgo capillũ. Verg. li. viij. pectebatq; ferum puroq; in fõte lauabat. Cic. in Catil. Qd' ꝓpriũ eſt Catilinę de eius delectu, immo vero de amplexu ac eius ſinu quos pexo capillo nitidos imberbes aut nõ barbatos videtis. Trãſfert̃ etiã ad alia. Nã & pectere citharã dicimꝰ, hoc eſt percutere & diſtẽdere pectine chordas. i. plectro. pectere lanã, pectere veſtes dicimꝰ, a quo & veſtes ipſę pexę dñr. Pli. Hiſtrię liburnięq; pilę ꝓpior quã lanę pexis aliena veſtibꝰ, hoc eſt veſtibus quę texũt̃. Nã in texendo pectinis morſibus veſtes feriuntur. Idem li. ix. Et ipſa ſtupa pectit̃ ferreis hamis, donec oĩs mẽbrana decorticetur. Huius verba cõpoſita ſunt Depecto, propecto. vltra in longum pecto. Ouidius in faſtis. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam/Repecto rurſus pecto. Claudius. Sparge diem meliore coma crinemq; repexi. Blandius elato ſurgent temone iugales,



¶ Pexatꝰ q veſte pexa idutꝰ eſt. Mar. Pexatꝰ pulchre.

¶ Pectitus a, um. pe. cor. politus & ſubactus. Colu. Verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus.

¶ Pecten inſtrumentũ textorũ. dictũ ꝙ fila ĩ telis figat, a cuiꝰ ſimilitudine & pectẽ dictꝰ q explicat capillos. Et pecten cratis dentatę genꝰ, ſtylis ferreis ad colendũ terrã. Itẽ pecten dr̃ pubes, hoc eſt locus vbi pili apud verenda naſcunt̃. Iuue, Inguina tradũtur medicis iã pectine nigro. Dictus pecten quia vt barba indetõſa pectine indigeat, Eſt & citharę ĩſtrumẽtũ. Verg. lib. vj. Iã pectine pulſat eburno. Itẽ pectines ſiue pectũculi piſces ſunt q ſe ex aqua iaculant̃ ſagittæ mõ, de quibus Horat. in ſatyra quarta. Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentũ.

¶ Pectino as. pe. cor. Pli. Sunt gña terrę quorũ vbertas pectinari ſegetem in hęrba cogat. Vnde & pectinatum tectum dicitur a ſimilitudine pectinis in duas partes deuexum, vt teſtudinatum in quatuor.

¶ Pectinatim aduerbium ſignificat ad pectinis ſimilitudinem factum.

¶ Pectus anterior pars aĩalis a gula vſq; ad ventrẽ hoc homini tm̃ latum eſt, reliquis animalibus carinatũ. dictũ quaſi pactus a cõpactis coſtis. Eſt eñ pectus coſtis compactum q̃ veluti firmamenta pectoris ſunt, vel qd' preſſum ſit inter mammas. Et non modo ſuperficiem corporis, ſed cor ſub pectore ſignificat. Iuue. Nocte dieq; ſuũ geſtare in pectore teſtem, hinc expectoro.

¶ Pectuſculum dimi. paruum pectus.

¶ Pectunculus piſcis e molliũ gñe extra aquã ſe efferẽs ſagittæ modo. Quẽadmodũ & Loligo facere dicit̃. Cc.

¶ Pectoroſus a, umꝙ eſt magni & validi pectoris. Poeta In priap. Nemo eſt feroci pectoroſior Marte.

¶ Pectoralis & hoc pectorale quod ad pectus pertinet. vt faſcia pectoralis.

¶ Pectoriũ genꝰ quoddã vehiculi, quo vti Galli ſolebãt

¶ Pecus udis, tam maſcu. & neu. quẽ fœmini. eſt Aennius. Pecudi dare viua marito. Cice. lib. iiij. de rep. Cũ adhibeant in pecuda paſtores.

✠ Perottus in illo Ciceronis, Cũ adhibeant &c. legit pecora & nõ pecuda. ¶ Declinat̃ etiã hoc pecu. Solinꝰ de ſitu Britãniæ. Ita pubuloſa, vt pecua niſi interdum a paſtu arceãt̃ ad periculũ agat ſatietas. Similiter pecꝰ pecoris eiuſdẽ ſignificati eſt. Nã ſiue pecꝰ pecudis. ſiue pecꝰ pecoris dixeris ſignificat omne animal quod ſub hominis imperio e pabulo terrę naſcitur, vt boues, aſini, equi cameli, oues, caprę, & huiuſmodi. Itẽ Elephãti. Pli. Qui cũ elephanto cõgreſſus gemino ictu pecudem exanimauit. Varro li. ij de re ruſt. Qui gregẽ armẽtorũ emere vult obſeruare debet primũ, vt ſint hę pecudes ętate potius ad fructꝰ ferẽdos ĩtegrę q̃ iam expertæ. Inuenitur tamẽ pecus pecoris ꝓ multitudine pecorum ſeu pecudũ. Ver. Dic mihi Dameta cuium pecus an Melibœi? Idem. Caprigenũq; pecus nullo cuſtode ꝑ hærbas. Interdũ ꝓ oue Plin. lib. viij. Eſt ĩ Hiſpania ſed maxime Corſica nõ diſſimile pecori genus Muſicomũ caprino villo quam pecoris velleri ꝓpius. Quinti. Cur in vſum veſtiũ ſępe pecori lanę detrahunt̃. Interdũ dr̃ de omni animali qd' humana lingua & effigie caret. Verg. Ignauũ fucos pecus a pꝛęſepibus arcent. Hora. Omne cum proteus pecus egit. pecus pecudis pro oue ponitur. Plinius Ipſius animalis tanta narratur clęmẽtia aduerſus minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens. Item de quocũq; animali ꝑter hominem dr̃. Verg. lib. iiij. Georg. de apibꝰ loquẽs, Et pecudũ cuſtodia ſolers. Luciꝰ de piſcibꝰ. Pręterea genꝰ humanũ multęq; natãtes ſquãmigere pecudes. Dicit̃q; pecꝰ (vt docet Varro) a pes ꝙ pedibus ſine ratione bruta ferant̃.

✠ Pecuda etiam neutro genere in vſu fuiſſe veterum affirmat authoritas. Siſenna. Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus. Cc.

¶ Pecuũ Cato gtõ pl'ali ꝓtulit ab eo quod eſt pecu. Cc.

✠ Pecudinum a pecude, ſicut a pecore pecorium.

¶ Pecorinus a, um. ꝙ eſt pecoris, vt pecorina caro. Similiter pecoreus a, um. & pecudinus a, um. vt pecorea ſiue pecudina pellis. Dicitur & pecuinus a, um.

¶ Pecorariꝰ q pecua ſiue pecora publica redimit, vt ĩgt Aſconi. Romani eñ vetuſtiores nihil ĩ bonis aliud ꝑter pecudes habebant. Eſt etiã pecorariꝰ qui pecorũ curã habet. Aug. lib. xv. de ciui. dei. Hic erat pater habitãtiũ in tabernaculis pecorariorum. Idem Pecuarius dicitur.

¶ Pecuarius qui pecorum curam habet. Cicero ꝓ Deio. vt non ſolum Tetrarcha nobilis, ſed etiam optimus paterfamilias & diligentiſſimus agricola atque pecuarius haberetur,

¶ Pecuariꝰ a, um. ꝙ ad pecus ꝑtinet. Plau. in tru. Male vertit res pecuaria mihi apud nos. Colu. li. vij. pecuariꝰ canis neq; tam ſtrigoſus aut pernix debet eſſe q̃ qui damas ceruoſq; & velociſſima ſectantur animalia.

¶ Pecuaria dicũt̃ ab eo ꝙ eſt pecuare & per apocopen pecuar. Nã pecua (vt inquit Cice. in põpeiana) ab eo qd̃ eſt pecu venit, vt a genu genua & ſignifi. nõ ſolũ pecorũ multitudinẽ, vt apud Perſiũ. Findor vt archadię pecuaria rudere credas. Cic. li. iiij. ad Herẽ. Nã canes funguntur officijs luporũ cui nã pꝛęſidio pecuaria credamꝰ? Verumetiam omnia ex quibus po. Ro. haberet redditꝰ quia diu hoc ſolum vectigal Romanis fuit.

✠ Pecua dicuntur oues a nominatiuo pecu. Plau. ĩ Mer. Nos pecua ruri paſcere, nec pueros nutricare.

¶ Pecuaria æ, dicitur ſcientia parandi ac paſcendi pecoris, vt fructus ex eo capiatur. Quę & res pecuaria dicit̃. Var. lib. iij. de re ruſti. Tres libros conſtitui, e quis duos ſcripſi, primũ ad Fundaniã vxorẽ de agricultura. Secundum de pecuaria ad Turanium nigrum. Eſt & pecuaria locus in quo pecorum greges conſiſtunt. Var. lib. ij. Cuius nobiles pecuarię in Brutijs habentur. Idem Nõ quo non ego pecuarias in Italia non habeam. Itẽ pecuaria ꝓ pecorũ multitudine. Var. li. iij. Duo genera cum ſint paſtionum vnum agreſte in quo pecuarię ſunt, alterum villaticum in quo ſunt gallinæ ac columbæ & apes, & cętera quę in villa ſolent paſci.

¶ Pecuariam rem facere ſignificat armenta gregeſq; alere, quæ res ad ſcientiam paſtoris pertinet.

¶ Pecunia a pecore ſiue e pecu dicta eſt, quia omnis pecunię pecꝰ fuit fundamẽtũ. Col. lib. vij. In ruſticatiõe vel antiquiſſima eſt rõ paſcendi eadẽq; q̃ſtuoſiſſima ꝓpter ꝙ nomina quoq; pecuniæ & Peculij tracta vident̃ a pecore, ꝙ non ſolũ veteres poſſederunt, ſed adhuc apud quaſdam gentes vnũ hoc vſurpatur diuitiarũ genꝰ. Pli. lib. xxxiij. ſcribit pecuniam ſortitam eſſe nomen a nota pecudis qm̃ antiquitus nummi effigię pecudis ſignabãtur. Hinc Plutar. in publicola aſſerit in vetuſtiſſimis nũmis ſignum fuiſſe ouis & ſuis bouiſq; cõſpectũ. Pecuniæ vero nomine vt inquit Hermogenianus non modo nũmi hoc eſt numerata pecunia, ſed omnes res tam ſolidæ quam mobiles & tam corpora quam iura cõtinentur. Huius diminutiuum eſt peculiola.

¶ Pecunioſus quaſi pecuniæ plenus, hoc eſt pecudum, ſicut locuples locupſis plenus.

¶ Pecunialis & hoc pecuniale, ꝙ ad pecuniã pertinet. Aug. lib. vij de ciui. de. Raro tamen inuenies qui nõ habeat artem ſuam pecuniali mercede venalem.

¶ Pecuniarius a, um, ꝙ ad pecuniã pertinet. Amb. lib. j. offi. Ille pauper qui confert ſpiritualia pro pecuniarijs & ſi plurimum habeat gratię non abundat.

¶ Peculiũ a pecore ſiue pecu, ꝙ alicuiꝰ eſt. Vñ apd̃ maiores oẽ patrimoniũ dicebatur peculiũ, quia pecoribus vniuerſa eoꝝ ſubſtantia cõſtabat. Vnde ſcd̃m Seruiũ pecunia dicta eſt a peculio ꝓprie aũt ſignificat quicquid alicuius labore & induſtria partũ & lucrifactũ eſt. Cice. in parado. An eorũ ſeruitus dura eſt. qui cupiditate peculij nullã cõditionẽ recuſant duriſſime ſeruitutis. Et Celſus iuriſcõſul. ſcribit pecuniã ſine peculio fragilẽ eſſe. i. ſine lucro. Hinc peculiũ caſtrenſe dicit̃, quod a parentibꝰ, &

agnatis in militia degenti donatum eſt, vel quod filius ī militia acquiſiuit quod niſi militaret acquiſiturus non fuiſſet, Huius diminutiuum eſt peculiolum.

¶ Peculiaris & hoc peculiare quod ad ad peculiū ꝑtinet vel quod peculio deputatur, ſeu quod peculij ꝓpriū eſt. Plau. ī Aſi. Etiā opilio q paſcit mater alienas oues aliq̄ habet peculiarem qui ſpē ſoletur ſuam, Sed in vſu iam receptū eſt, vt peculiaris ꝓpriꝰ, ſiue ſpecialis, ſiue p̄cipuꝰ dicatur, nec cū alijs cōmunis. Sueto. in Cęſa. Preterea monetę, publiciſq; vectigalibus peculiares ſeruos prępoſuit. Hinc aduerbiū peculiariter ſpecialiter p̄cipue. Pli. lib. xxvij. Epiphoris peculiariter imponit̄, quaſi ſingulariter, & eius ꝓpria virtus. Quinti. lib. viij. Quod commune & alijs nomen intellectu alicui peculiariter tribuit̄ vt vrbem Romam vænales nouitios, & corinthia æra. cū ſint aliæ vrbes quoq; & vænalia multa, & tā aurū, & argentū q̄ ęs corinthiū. Et peculiare pro re ſeruili ponitur. Vlpia. Si peculiare vinū legatū ſit id contineri quod ſerui habuerunt. Peculiaris ſeruus dr̄ a peculio quod proprie ſeruorum eſt. Vnde Labeo paterfamilias peculium habere non poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona.

¶ Peculioſus qui peculiū multū habet. Plaut in ru. Peculioſum eſſe decet ſeruum & probum quem hero p̄ſēte prætereat oratio aut qui inclementer homini libero.

¶ Peculor aris. & depeculor ſignificant ea q̄ ad rempu. ſeu principem pertinent, Hinc peculator & depeculator, qui tale furtum facit.

¶ Peculatus us, pecuniæ publicæ aut principis furtum ſicut ſacrilegium rerum ſacrarum.

¶ Peculio peculias quępiā peculio mulcto. Plau. in pſa. Scelus tu puer atq; ob iſtam rē ego aliquid te peculiabo.

¶ Pedes dicuntur quibus vtimur in gradiendo. Cuiꝰ ſingularis eſt pes, Pes aūt totū dr̄ qđ eſt a fœmore ad calcē Diuiditurq; in coxendicem, femur, genu, fœmē, poplitē crus, ſurā, & imum pedem, qui calx appellatur, & diuiditur in conuexum pedis, q̄ pars ſuperior eſt, & calcaneum q̄ eſt pars poſterior. Item in volam q̄ eſt pars medij pedis caua, plantā quę pars tota inferior eſt. Digitoſque & vngues. A vola pedis indita ſunt cognomina plācis, plotis, ſcauris, panſis, de quibus locis ſuis. Aliqñ pedes ponitur aduerbialiter, quod & pedibus qñq; dicitur. Sueto. in Cæſa. In agmine nonnunq̄ equo, ſæpius pedibus anteibat. Curtius. Pedes agmen circuibat. Qm̄ vero ſtandi fundamentum pes eſt, factum eſt in ædificijs area pes magnus dicatur. Pes etiā menſurę genus eſt, quo mēſurantur terrę & continet digitos. xvj. & multiplicatꝰ ī paſſus, & actꝰ, & climata, & iugera, & ſtadia, cēturiaſq;, mox etiam in maiora ſpacia procedit. Item funis quo in naui tenditur velū, & vulgo podia dr̄, Vergi. lib. v. Vna oēs fecere pedem. Plautus etiam remos nauium pedes appellauit, Item pes eſt metrica conſtructio ſyllabarum, vt ſpondęus dactylus. Verg. Ferte ſimul fauniq; pedem. i. metricam compoſitionem. Vnde pedeſtris oratio dicit̄ numeroſa, & ſecundū rationem metricam compoſita, ꝙ pedis officio fungatur. Nā ſicut pedibꝰ moueri corpora videmus, ita verſus ipſi cū ſcanduntur quibuſdā quaſi pedibus videntur incedere. Seu ꝙ pedali regula vtimur ad verſum menſurandum. Metra eñ per pedes incedunt. Vnde metimur heroica, & dicimus ea ſex pedū eſſe. Metimur Sapphica, & dicimus quinq; pedū & ſic de cęteris Preterea pes vocatur fœdū capitis animal a multitudine pedū. Plau. in Cur. Vt muſcę, culices, pedeſq; puliceſq; odio & malo & moleſtię, bono vſui eſtis nulli, Huius diminutiuo frequētius vtimur ſcilicet pediculus. Vnde pediculoſus & pedicularis. Fit autē pes a greco ποῦς a quo fiunt multa compoſita.

¶ Pedem ſtruere veteres pro eo vſurparunt quod eſt fugere & pedem retro ferre, retrocedere.

¶ Pedes itis. miles qui pedibus militiam exercet, ſicut eques qui equo militiam exercet.

¶ Peditatꝰ, us peditū copię, ſicut equitatꝰ equitū copię

¶ Pedeſter qui pedibꝰ iter facit. Apul. Qui mō in exercitū profectus eſt pedeſter. Dicitur etiā hic & hæc pedeſtris & hoc pedeſtre, vt pedeſtris exercitꝰ, pedeſtres copię, pedeſtria agmina. Dicimꝰ etiā pedeſtrē acceſſum q a peditibꝰ fit & nō equitibꝰ. Augu. lib. iiij. de ciuita. dei Aliaſq; deſidia maris pedeſtri acceſſu peruias factas ventis ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

✤ Pedeſtria auguria dicebātur quę a lupo vulpe ſerpēte equo & cæteris animalibꝰ quadrupedibꝰ dabātur. Cc.

✤ Pedeſtris oratio dicitur numeroſa & ſecundum metricam rationem cōpoſita, q̄uis non ſit carmen. Cc.

¶ Peda & pedatura veſtigium humanum.

¶ Pedo as. i. vado, a quo repedo, quod ē quaſi pede itero redeo. Hiero. i lib. Macha, Heliodorꝰ recepto exercitu repedabat ad regē. Eſt & īpedo, de quo alibi. pedare etiā eſt viri vel alteri arbuſculę ſuſtētaculū adhibere. Vñ vineæ pedatę dicūt̄. Plī. Aut pedatæ vineę ſimplici iugo. Colu. li. v. pedatā vineā iugatāq; ſeqr̄ alligatoris cura

¶ Pedatꝰ a, um quod eſt ſuſtentaculo firmatū, vt vinea pedata. Quādoque etiā pedatus a pede humano, vel de aliquo animali. ſicut a manu manuleatꝰ. Sueto. de Othone. Fuiſſe traditur & modicæ ſtaturæ, & male pedatus, caluuſq;. i. diſtortis pedibus.

¶ Pedatio dicitur quando pedamentis vinea fulcitur.

¶ Pedato aduerbium poſitū eſt ꝓ repēte vel acceſſu quaſi per pedē, ſicut nunc vulgo dicitur Cato. lib. j. Orig. igitur tertio pedato bellū nobis facere. i. tertio reuerſi.

¶ Pedamē & pedamentū ſuſtentaculū quod alicui arbuſculæ adhibetur, ſicut palus quo vitis ſuſtentatur. Pli. Caſtanea pedamētis omnibus præfertur. Col. pedaminū ingerūq; & viminū ꝓſpiciendorum tradenda ratio eſt.

¶ Pedati aduerbiū. Plin. lib. xj. Leo tantum & Camelus pedatim gradiunt̄, hoc eſt vt ſiniſter pes nō tranſeat dextrum ſed ſubſequatur.

¶ Pedibus aduerbialiter ꝓtulit Cicero cū inquit, ingreſſus iter pedibus.

¶ Pedicinus idem eſt quod pes ſimiliter & peciolus.

¶ Pediolus dimi. paruus pes ſimiliter & pediculus.

¶ Pedepreſſim tarde paulatī, quaſi lenta & tarda itione

¶ Pedetentim aduerbiū cōpoſitum a pede & tento as. Cicero. Sin maius ſenſim erit pedetentimq; faciendum. Terent. in Phor. Dij beneuertāt quod agas, pedetentiq; tamē, quod Dona. exponit pro caute.

¶ Pedalis & hoc pedale quod eſt pedis. vt menſura pedalis. Colu. lib. iij. pedale quoq; verſus ſpaciū ſat erit inter ſemina relinqui. Itē. Scrobiculis pedalibus factis.

¶ Pedaneꝰ a. um. idē quod pedalis. Col. li. v. Et ideo in maritādis arboribꝰ nemo minorē pedanea ſcrobē vitibꝰ cōparat. Hinc Bipedaneus, Tripedaneꝰ, & huiuſmodi. Colu. lib. j. Bipedanea humus arboribus quatuor pedū abunde eſt. & li. quar. Tripedaneis relictis ſpatijs ꝑ quę ſemina excolūtur Et lib. v. Semipedaneā cōſitis reſolutā vitibꝰ terrā ſubiacere. Pedaneus iudex qui a pręſide conſtituitur vt minora iudicia diſcernat ꝙ is magiſtratꝰ nō vehatur curru, ſed pedibꝰ proficiſcatur in forum.

¶ Pediſſequus & pediſſequa famulus & ancilla qui & q̄ dominū ſeu dominam ſequitur.

¶ Pediculus diminutiuum paruus pes. Plin. Mollia ſūt loligo, ſepia polypus, pediculi octoni omnibꝰ. Hinc pediculi vocantur fungi, quibus pira, mala & huiuſmodi ſuſtinentur Idem. Tutiores fiunt fungi cum carne cocti aut cum pediculo pyri. Hinc pediculata poma quę pediculos habent, quibus ſuſpendi poſſint. Idem pediculus vermis ī capite. Pediculi quoq; terrę Scarabei terreſtres ticinio ſimiles. Sūt & maris pediculi a ſimilitudine pediculorum capitis quibus ad varia medicamenta vtuntur, Item pediculi populi in Calabria.

¶ Pedicoſꝰ ſiue pediculoſus cū deducit̄ a pes ſiue a pediculꝰ, q eſt capitis vermis, ponit̄ ꝓ eo qui ē plenꝰ ipſis vermibus. Plautus. pedicoſus ſquallidꝰ vbi me vidit caput ſcabit. Quādo vero a pędor, ſcribitur cū diphthongo & ſignificat quod mali odoris eſt. Varro de re ruſt. Solida terra pauita maxime ſi eſt argylla ne ſitu pediculoſa eiꝰ gratia oblitefcāt.



¶ Pedicularis & hoc pediculare, qđ ad pediculos capitis vermes pertinet. Vñ pedicularis morbꝰ quo corpus pediculis ſcatet. hūc morbū Gręci phthiriaſin appellāt Nā phthira pediculū dicūt. De hoc Serenꝰ. Noxia corporibꝰ quædā de corpore noſtro Progenuit natura volens abrūpere ſomnos Senſibus, & monitis vigiles inducere curas. Hoc morbo interijt Sylla Romanus ciuis.

¶ Pedica penul. cor. a pede ſignificat laqueū quo pedes illigantur. Ver. lib. j. Geor. Tum gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

¶ Pedio, is, veteres vſi ſunt pro eo qđ eſt pede & pulſo quaſi plauſum reddo, a quo fiunt compoſita Compedio, Impedio, & præpedio, de quibus locis ſuis.

¶ Pedaneum, inquit Palladius lib. iiij. ſuper rudis inducimus & aſſiduo vecte denſamus pedaneum.

¶ Pedarij qui in ſenatu ſententiā non dicunt, ſed ab alio dictam comprobant, mouentes ſe de loco & in partem eius qui dixit ambulantes. propter qđ qui ita faciūt ire in ſententiam pedibus dicuntur. Et ab actu tranſeūdi pedibus in aliena ſedilia pedarij ſunt appellati. Cic. ad Atticum. Inde in ſententiam pedarij cucurrerūt. Sententia eorum pedaria appellatur. Gellius tamen pedarios exiſtimat dictos fuiſſe Senatores qui ꝙ magiſtratū currulem nondum cœperant pedibus in curiam proficiſcebantur, nam qui curulem magiſtratum geſſiſſent curru vehi ſolebant.

¶ Pedum paſtorale baculū, ſeu virga incurua, qua pecudū pedes detinētur. Verg. At tu ſume pedū qđ me cum ſæpe rogaret. Eſt & pedū oppidū nō lōge a præneſtinis a quo pedani populi. Liuius libro. viij. Neq; tamen niſi admodū paucis populis. pedani adiuti ſunt. Tyburtes pręneſtiniq;, quorū ager ꝓpior erat, pedū peruenere.

¶ Pedo. is, pepedi, crepitum ventris emitto. Horatius in Ser. Nam diſploſa ſonat quantum veſica pepedi. Huius cōpoſitum eſt. Oppedo penul. pro. quod eſt cōtra pedo. Idem in eodem. Vin tu curtis Iudęis oppedere nulla mihi vnquam Religio eſt.

¶ Pegaſus pen. cor. equus alatus Perſei ἀπὸ τῆς πηγῆς i. a fonte, ꝙ iuxta pegas. i. fontē oceani natꝰ ſit, vbi gorgones habitabāt. hāc Higinꝰ & alij cōplures Neptuni & Meduſæ filiū dixere, qui in cœlū euolauit ibiq; inter ſydera conſtitutꝰ eſt. Arcticū circulū ſpectans, pedibus ęſtiuo orbi adnixꝰ, extremo ore caput Delphini tāgens & aquarij manū dextrā ceruici ſuę adiungens. Alij ex Meduſę ſanguine quā Perſeus interemit natū aſtruunt hic volauit in Helicona vbi ſaxū vngula feriēs fontem aperuit, & ex eo Hippocrene, i. fons equinꝰ appellatus Sed hic apud pyrenē fontē Corinthiū captꝰ eſt. Vnde Strabo. Fama eſt equum pegaſum cū potaret hoc in loco a Bellorophōte depræhēſum fuiſſe Alatū inquā Caballū e Meduſæ ceruice & de Gorgonis execto gutture ꝓſilientē. Hoc equo vſus eſt Bellorophōtes in expeditione ꝯtra Chimęrā. Vulgatū eſt & Caballinū fontē in Helicone erupiſſe cū ſubiectā ibi tellurem ferret vngula. Hinc pegaſeus, a, um, Perſiꝰ Pegaſeū melos. pegaſeus etiam dicebatur inſtrumentū in domibus ſuper quo tanquā iumento veſtes & ſimilia tenerentur ſuſpenſa, a pegaſa poetico, traductiōe nominis excogitata. fuit & hoc nomine iuriſperitus. Vnde & pegaſianū iuriſconſultum Pompo. de origine iuris. Fuit & pegaſus Triarchi filius cuius nauis pegaſæ monumentum accepit.

¶ Pegaſides pe. cor. muſę dictæ ſunt a fonte, qui pege dicitur, quem pegaſus ictu vngulę fingitur aperuiſſe. Ouidius. At mihi pegaſides blandiſſima carmina dictāt Item pegaſides nymphę quę & Naiades. Idem, pegaſis œnone phrigijs celeberrima ſyluis.

¶ Pega Theſſalię oppidum, quod poſtea Demetrias dictū eſt, ꝓpter qđ nauis lōga argonautarū pegaſæa nuncupatur, ꝙ Iaſon qui eā ędificauit fuit filiꝰ Aeſonis fratris peliæ regis Theſſalię. Ouid. Iāq; fretū Minyę pegaſęa puppe ſecabant. Hinc pegaſicus ſinus in Theſſalia eſt appellatus.

¶ Aſcen. Veriꝰ tamen pegaſa dicitur & pegaſeus, ſed a pegaſo equo pegaſides muſæ pe. cor. vt Ouid. docet.

¶ Peganon πήγανον latine ruta herba.

¶ Pegma, atis, qđ & pecma dicit̄, grecū eſt ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, qđ eſt pāgo & extruo. Eſt autē machina quedā lignea in qua ſtatuę collocantur, & quaſi figuntur ad illas ſuſtinēdas. Interdū pegmata cū ludicris ꝓducebantur in ſcænam cum pueris etiā cōſidentibus ex lignis & tabulis quæ conſtabant vario picturę genere.

¶ Pegmatis formā Seneca ad Lucil. his verbis deſcribit. His annumeres licet machinatores & pegmata ꝑ ſe ſurgētia excogitāt & tabulata tacita in ſublime creſcentia, & alias ex inopinato varietates aut dehiſcētibꝰ quo cohęrebāt, aut quæ diſtabant ſua ſpōte cohęrentibus, aut ijs q̄ eminebāt paulatim in ſe reſidētibꝰ. Ioſephꝰ libro. vij. de bello iudaico. Maxime aūt ſtupor erat machinarū q̄ portabātur ſiue pigmatū fabricatio, ꝓ quorū magnitudine viribus portantiū occurrentes timebāt. Multa enim in tertiū nidū quartūq; ſurgebant. & magnificētia fabricæ cū admiratione delectabant. In his machinis ſimulachrū belli repræſentatū fuiſſe ſignificat, vt alij fugere, alij capi viderent̄, & per ſingula pegmata dux captę vrbis agebatur, ita vt captꝰ fuerat ordinatꝰ. Qui aūt in his machinis depugnabāt a Suetonio pegmares vocantur. Tradunt Claudiū obiecisse aliquādo beſtijs qui pegma in ſcęnam parum fœliciter produxiſſent. Plin. lib. xxiij. Princeps Caius in circo pegma duxit in quo cētum & vigintiquatuor argenti pōdo fuere. Feſtus ſcribit Pegmata eſſe aut ære aut marmore ornamenta quæ vt plurimū in atrijs quandoq; in porticibus auliſq; affigunt maiorum aliorumq; fortium virorum geſta certius quam pictura oſtendentia.

¶ Peiero, as, pe. cor. falſo & animo fallēdi iuro, ſeu iuramentum infringo. Ex per & iuro, abiecta r & u lōga in e breuem cōuerſa. Plaut. in aſina. Nam ſi quid fecit ſceleſte pro illo lingua peierat. Lact. li. j. Ergo aliqua poteſtas eſt quę pierantes deos puniat. Dicimus & periuro, as, quod periurus probat & periurium.

¶ Peior & deterior differunt, ꝙ peior a malo dicatur, deterior a meliore, id eſt minus bonus.

¶ Pelagus pe. cor. tā maſculi. q̄ neutri generis profundum maris ſignificat. Valeriꝰ Flaccus libro primo. O q̄tum terræ, quantum cognoſcere cœli Pręmiſſum eſt. pelagum quantos aperimus in vſus. Hinc pelagicus, a, ū, Colu. libro. ix. Cæteri ſaxatiles aut pelagici ſatis ex his ſed recentibus melius paſcuntur.

¶ Pelagia dicitur purpura pelago a quo & ſuccus eius pelagium vocatur.

¶ Pelamis. idis. generis fœminini genus piſcis thinni. Nam pelamides primo, ſed cum annuum exceſſere tp̄s thynni vocantur. Dictus ꝙ in luto moretur ἀπὸ τοῦ πηλοῦ id eſt a luto. Iuuena. Siccus petaſunculus & vas pelamidum. Plinius libro vigeſimoſecundo. Pelamidum generis maxima Apoplectos vocatur.

¶ Pelargus gręce, latine Ciconia dicitur, ſicut teſtatur Ambroſius lib. hexametron.

✤ Pelaſgis regio eſt Achaiæ vndiq; a mari remota quæ priꝰ Drymodis dicebatur. Inde pelaſgus, a. um. Cc.

✤ Eſt & pelaſgꝰ lauri genus qđ a Daphnoides & Eualte ab alijs dicitur. Cc.

¶ Pelaſgia regio gręciæ circa extremā partē Macedoniæ verſus Achaiā, olim Theſſalia dicta inter duo maria Aegeū & Ioniū platani folio ſimilis excurrit ꝓpter anguloſos receſſus a q̄ pelaſgi populi q̄ſi pelagi. i. Ciconię qm̄ arabundi ritu Ciconiarū propter multas natiōes iuerunt, vel pelaſgi a pelaſgo Iouis filio.

¶ Pelethroniū oppidū Theſſaliæ vbi primū domando

rum equorum vſus inuentus eſt.
¶ Peletronius nomen eius, qui primus (vt ſcribit Pli.)
frenos, & ſtrata equorum inuenit.
☩ Peletronij dicti ſunt lapithę a loco, qui ſubiectus eſt
pelo monti ab eo, ꝙ medicamentorum magna vis ibi
naſcatur quæ græci gloſſem attici ηϑόνα vocant.
¶ Pelops Tãtali filius q̃ curruli certamine cõtẽdit cum
Oenomao. Qui cũ didiſciſſet ex oraculo ſe tũc moriturũ
cum filia nupſiſſet, multis illã petẽtibus propoſuit cer=
tamẽ quo victus interficeretur, victor filiã duceret vxo
rem. Equorũ inſtituit curſum ad arã Neptuni, quę eſt in
Iſthmo Corinthiaco. cũ plures equorũ quos perniciofiſ
ſimos habebat velocitate ſuperaſſet, ſuperatoſq; pere=
miſſet, is equorum pernicitate vicit Oenomaũ, abduxit
q; ex pacto vxorem Hippodamiam. Hinc pelopidę di=
cti qui a pelope originem duxerunt.
¶ Pelopeius, a, um, nomen poſſeſſiuum. Vnde fabula
de pelope ſcripta, pelopeia dicta eſt. Iuue. pręfectos pe=
lopeia facit, philomena tribunos.
✥ Peloponneſus regio Achaię a Pelope Hippodamię
vero dicta & Tantali regis phrigum filio, quaſi pelopis
inſula qm̃ pene inſula eſt. Qui ſuperato Oenomao Hip
podamię patre in certamine totũ illud regnũ in dotẽ ac
cepit, & ex phrygia ſecũ in eã regionẽ duxit populum.
Hæc Apiæ ante appellata, & pelaſgia peninſula haud
vlli terrę nobilitate poſtferẽda. Circuitu. ccclxiij. milliũ
paſſuũ colligiť, anguſtię ſex milliũ ſunt, niſi erũpentia
e diuerſo q̃ dicta ſunt maria hinc Corinthiacũ illic Sado=
nicũ ſinũ efficiũt. In pelopõneſo ſunt Argos. Micenæ.
Corinthus. Lacedęmon Patarę. Maleo promontorium
Epidaurus. Regiones Archadia, Syconia.
¶ Peleus nomen patris Achillis. Vñ & Pelides Achil=
les dictus eſt. Hepheſtiõ ĩterpres Sophoclis Tragici in
Aiace tragœdia. ἄιακος ὑιὸς Διὸς ἐξ ἀιγίνης πηλεὺς καὶ τε=
λαμὼν ἐξ ἀιάκου ὧν ἀχιλλεὺς καὶ ἄιας ὁ ἀιαντος παῖς ἦν εὐ=
ρυσάκης. ✥ Id eſt filiꝰ Iouis ex ægina Peleꝰ & Telamõ
ex Aeaco, quorum Achilles & Aiax, & Aiacis filiꝰ erat
Euryſaces.
¶ Pelias adis, haſta qua Achilles ſolus vtebatur.
¶ Pelion mons Theſſalię. Ouidius. Pelion Hermoniæ
mons eſt obuerſus in auſtros. Summa virent pinus, cæ
tera quercus habent.
¶ Pella vrbs Macedonię fuit in littore Aegęi maris il=
luſtrata maxime natalibus Philippi Macedonum regis
& Alexãdri. Vñ & vterq; pellęꝰ dictꝰ eſt. Iuue. Vnꝰ pel
læo iuueni non ſufficit orbis.
¶ Pellax qui per blandicias decipit. Ver. Inuidia poſt=
q̃ pellacis Vlyſſi. Inde pellacia, fallacia. Idẽ lib. iiij. Ge.
Verũ vbi nulla fugã reperit pellacia.
¶ Pelliceo, ces pellicui raro habeť. Pellicio, icis, xi, ctũ
blãdiẽdo decipio. Vñ pellectꝰ, crebro pro perlicio. Te=
rentius in Phormione. Is ſenẽ per epiſtolã pellexit. cõ
poniť q; ex per & lacio, mutatis r in l, & a in l. Feſtꝰ. La=
cit, decipit, inducit. Lax lacis vero fraus eſt. Alax ſiue
lac lacio eſſe, q̃uis verba a lacio cũpoſita & fraudis & la=
ctis participem ſignificationẽ habeãt. Vñ & lacto ctas,
ꝓpter qđ & in bonã partẽ & in malã accipi poſſunt, vt
allicio, elicio, illicio, & alia. A pellicio fiũt pellax, pelli=
cator, pellicatus & pellex. Eſt & perliceo, ſiue perlicio,
quo vſus eſt Liui. lib. iiij. ſi textꝰ nõ eſt vitiatus. Nego=
tium (igt) dať, vt quos quiſq; poſſet ex collegio tribuno=
rũ ad interceſſionẽ perlicerent, pelliceo tamen & pelle=
xi & pellectꝰ magis in vſu ſunt, q̃ perliceo vel perlicio,
perlectus in iſta ſignificatione nequaquã haberi puto,
ſed pellectus tantũ ne a perlego putaretur.
¶ Pellicator qui ad fraudem pellicit.
¶ Pellex, vt inquit iuriſcõſultꝰ illa vulgo appellať, quę
cũ eo cui vxor ſit corpꝰ miſcet. Iñ apud oratores & poe=
tas pellex nõ tã viri q̃ vxoris nũcupatur. Cicero. Vxor
generi, nouerca filij filię pellex. Suetonius de Cæſa. pręⸯ
tereo actiones Dolobellę, in quibus eũ Dolobella pelli=
cẽ reginæ dicit. Cõcubina q̃ cũ cęlibe viro ſine nuptijs
locum tenet vxoris, quã gręco vocabulo παλλακὴν palla
cem appellamus. Sueto. de Veſpaſia. Inde quieti vaca=
bat accubãte aliqua pallacarũ quas in locũ defunctę Ce
nidis plurimas conſtituerat. Iuſtinus quoq; Cyri pallla=
cen nominat, licet vitio librariorũ pellicẽ ſcriptũ repe=
riatur. Pellex latinũ nomen eſt a pellicio qđ eſt blãdien
do decipio, quia blandiẽdo virũ ab vxore ſeducit. Cice.
in Sal. Omnium cubiculorũ pellex, & idem poſtea adul=
ter, id eſt puer lædebas alienas vxores præripiens eis
maritos, vir poſtea lęſiſti maritos pręripiens eis vxores
¶ Pellicatus, us, actus quem pellex exercet, ſicut con=
cubinatus quem concubina.
¶ Pellene penul. prod. oppidum Achaię (inquit Stra.)
A quo pellenei populi.
¶ Peligni ppľi Marſis finitimi, quorũ Metropolis eſt
Sulmo. Pelignũ em̃ eſt vrbs ex qua Ouidius duxit ori=
ginẽ, ſicut ipſe teſtať, pelignę gẽtis gloria dicar ego.
¶ Perluceo per mediũ luceo. Iuue. Cretice pelluces.
¶ Peloris, idis, genus conchę. Horatius in Ser. Muri=
ce Baiano melior lucrina peloris.
¶ Pelorus pen. prod. promontorium Sicilię Italiã ver=
ſus a peloro gubernatore nauis Annibalis ibi ſepulto.
Pomponius. Annibal fugiens ex Aphrica, cum ad has
anguſtias deueniret ſęuientis pelagi, & proditum ſe pu
taſſet, pelorum gubernatorem nauis occidit & tumula=
uit. De hoc promontorio. Lucanus lib. ij. Extremi col=
les ſiculo ceſſere peloro.
¶ Pelorius latine excelſus & vaſtus. Quo nomine dictꝰ
eſt Polyphemus ab Homero.
¶ Pelicanꝰ auis Aegyptia, naſciť in ſolitudinibꝰ maxi=
me Nili fluminis. Duo aũt ſunt pelicanorũ gñа, vt do=
cet Hiero. vnũ volatile, aliud aquaticũ, & latine dicunť
Onocrotali, Gręce πελεκᾶνος, nos pelicanus. Hæ aues
tanq̃ colaphis roſtrorũ dicuntur occidere paruulos ſuos
eoſdemq; in nido occiſos a ſe lugere per triduũ, poſtre=
mo dicunt matrẽ ſeipſam grauiter vulnerare & ſangui=
nẽ ſuũ ſuper filios fundere, quo illi ſuperfuſi reuiuiſcũt.
Hierony. ad pręſidium ſic habet. Pelicani cũ ſuos a ſer=
pente filios occiſos mortuos inueniunt, lugent & ſe &
ſua latera percutiunt, & ſanguine excuſſo ad latera cor=
pora mortuorum ſic reuiuiſcunt.
¶ Pellis dř cũ eſt a carne ſeparata, q̃ cutis antea diceba
tur. Iuue. Habes deformẽ ꝑ cute pellẽ, dicta pellis, vt
quidã putãt, a pellendo, ꝙ externas iniuras tegẽdo re=
pellat. Hęc poſtq̃ cõcinnata eſt ad calceos & cętera ope
ra facienda. Aluta dř Varro. Faſciolꝰ ſaccus eſt ex aluta
factus. Huius diminutiuum eſt pellicula.
¶ Pelleſuina locus vbi pelles venduntur.
☩ Pellicula diminutiuum parua pellis, vt in lib. Georg.
pelliculiſq; hædorum coli nuda.
¶ Pellicium vel pellicia veſtis ex pellibus. Hieron. cõ
tra Ioui. Deiecti in vallem lachrymarum tunicis conſu=
tis & pellicijs veſtirentur.
¶ Pelliceus, pellicea, pelliceum, quod eſt ex pelle. vt ve
ſtis pellicea.
¶ Pellitus, a, um, pe. pro. quod pelles habet. Properti.
Pellitos habuit ruſtica chorda patres.
¶ Pelliculo, as, pe. cor. pellibus obturo. Col. Vas oper=
culatum pelliculant.
¶ Pelliones qui veſtes pelliceas & alia ex pellibꝰ ope=
ra faciunt.
✥ Pellos ardeę auis ſpecies dicta a πέλας aduerbio qđ
ſignificat prope, qm̃ non volat ita in altum, quemadmo
dum aliæ ſpecies. Cc.
¶ Pello, as, quãuis non ſit in vſu, habet tamen compo=
ſita appello, compello, & interpello.
¶ Pello, lis, pepuli, pulſum, id eſt percutio, ferio. Terẽ.
Quiſnã a me pepulit, tã grauiter fores? Aliquando abi=
go extrudo. Plau. Pelle animo timorẽ mox aderit gna=
tus. Huiꝰ cõpoſita ſunt Appello ſiue aſpello, appello ꝑ



duplex pp, cõpello, depello, diſpello. Expello, impello
ꝓpello, ꝙ eſt a longe pello, amoueo. Saluſt. Collegã ſuũ
Antoniũ pactione ꝓuincię propulerat ne cõtra rẽpubli
diſſentiret. Aliqñ ſignificat vltra duco. Colu. lib. ij. Cum
ventum erit ad verſurã in priorẽ partem iugum propel
lat perpello ꝑfecte pello, induco. Liui. lib. j. Incenſam
multitudinẽ perpulit, vt imperiũ regi abrogaret. Repel
lo retropello. A ſupino pulſum fit frequentatiuum pul=
ſo as. Antiqui etiam dixerunt pultum a quo pulto as.
✥ Pelliris galerus dicebatur ex pelle factus. Cc.
¶ Pelta ſcutum breuiſſimum in modũ lunę iam mediæ.
Verg. Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis. A quo
nomine poſtea peltaſtæ pedites appellati ſunt, qui ad
motum concurſumq; leuiores erant.
¶ Peluis quaſi pede lauis, vt Varro inquit, a pedum la
uatione. Alij peluim ſinum aquarium putant in quo va=
riæ res peluuntur,
✥ Pelluo perfecte lauo. Cc.
¶ Pelluuiũ & pelluuia fœminini gñis. vas quo lauantur
pedes, ſicut maluuiũ & malouia vas quo lauantur manꝰ
Dictum pelluuium a pelluendo, hoc idem polubrum di
citur Labrum commune eſt, quod vulgo dicitur bacille,
ſimiliter & peluis.
¶ Peluſiũ vnũ eſt ex oſtijs Nili, & ciuitas in quadã Ae
gypti parte, q̃ Auguſtanica eſt appellata, prope Thebai
dem. Hanc vrbem cõdidit peleus Achillis pater, moni=
tu deorum poſt luſtrationem. Eo em̃ tempore peleus fu
rijs agitabať, quia fratrẽ Focum interemerat, & purgari
quęrebat. Hinc fit peluſius a, um, & peluſiacus a, um, pe
nultima correpta. Mar. Accipe Niliacam peluſia mu=
nera gentem. Verg. lib. j. Geor. Nec peluſiacæ curam
aſpernabere lentis.
¶ Peluſiotę, populi peluſiũ habitãtes. Hieronymus cõ
tra Iouinia. Impelle ſi vales peluſioten, vt manducet
cæpe. Idem ad pamma. peluſiotas nos appellant & lute
os animaleſque & carneos.
¶ Pẽdeo es. pependi penſum, ſignificat in ſublimi ſiue
ſuſpẽſum eſſe Tractũ a pẽnis auiũ. Verg. Incultiſq; ru=
bens pendebit ſentibus vua. Plau. in Aſinaria. Nudus
vinctus centũ pondo es, per pedes quando pendes. Hic
per tranſlationem pendeo ꝑ ſuſtentari ponitur. Oui.
Pendet & a veſtra noſtra ſalute ſalus. Qñq; ꝑ cruciari &
in pœna eſſe. Et ſic conſtruiter cum gtõ vel abltõ. Cice.
lib. j. Tuſcula. Quod ſi expectands vel deſiderando pẽ=
demus animis cruciamnr & angimur. Idem in Horten.
Et qui expectat pendet animi, & pendere dř qui nimio
deſyderio alicuius rei intentus ceſſat ab omni alio ope=
re, & id vnum ſollicitus expectat. Oui. Narrantis cõiũx
pendet ab ore viri. Verg. Dum conſulta petis noſtroq;
in limine pendes. Item dubitare. Sene. Pendet animus
& in diuerſa trahitur. Item ceſſare. Verg. Pendent ope=
ra interrupta minęq; Murorum ingentes. Huius com=
poſita ſunt Appendeo Dependeo Impendeo Propen=
deo & ſuſpendeo, ꝙ eſt ſupra pendeo. Colu. libro. v, Ru
ſticos ſubigere iugo palmam & ita collocare vt ſol mi=
nime ſuſpendeat. Interdũ eſt mediocriter vel quaſi im=
minere. Cice. P æto. Quid ipſa res modo honeſta modo
turpis ſuſpendet, flagitioſum eſt.
¶ Pendo is, pependi pepenſum, verbũ actiuum, Et aſſũ
pta e, fit neutrũ in alio ſenſu. Significatq; pondero & per
tranſlationem conſydero ęſtimo, Vnde & eos genitiuos
regit, quos verba pretium ſignificantia habere ſolẽt, vt
Magnipendo, paruipendo, nihili pendo, floccipẽdo, &
huiuſmodi. ꝙ eſt in magna & parua ęſtimatione habeo.
Vnde magis ſeparata quam compoſita ſunt dicenda, pẽ
dere eſt etiam ſoluere. Liui. lib. j. Ad equos emendos de
na millia æris ex publico data, & quibus equos alerent
viduę attributę quę bina millia æris in annos ſingulos
penderent. Saluſtius. Semper illis reges tetrarchę vecti
gales erant populi nationes ſtipendia pendere. Vñ pœ=
nam pendere proprie dicitur qui ob delictum pecuniam
ſoluit. Verg. Tum pendere pœnas cecropidę iuſſi. quod
ex eo tractum eſt quod ære graui cum vterentur Roma
ni eo penſo non numerato debita ſoluebant. Libralis ei
& dupondius appendebatur aſſis. Vnde ęris grauis pœ
na. hinc penſiones dictę ſunt Item pendere ſuſtinere
Lact. lib. ij. Eoſq; impietatis ac ſceleris ſui ſupplicia pẽ=
ſuros. Compoſita ſunt Appendo Compendo, vnde cõ=
pendium. Diſpendo, varie pendo a quo diſpẽdium. De=
pendo quod eſt do. Columel. lib, v. Nam aliter incaſſum
dependitur opera cũ degeneres etiam renouatę priſti=
num ſeruabunt ingenium. Expendo, Impendo, perpen
do, diligenter conſydero, ſeu perfecte pondero. Lactã.
lib. vj. Nihil em̃ ſapiunt niſi terram, bonaq; & mala ſo=
lius corporis ſenſu ac voluprate perpendunt. Cic. Quid
in amicitia fieri oportet, q̃ tota virtute perpẽditur. i. ex
acte ponderatur examinatur. Auguſt. lib. iij. de ciuitate
dei. Nec nos in ea re diligentius requirẽda per multorũ
ſcriptorum perpenſa teſtimonia demoremur. Propẽdo,
præpendo antependo. Proper. Cum tua præpendent
demiſſa in pocula ſerta. Rependo & ſuſpẽdo ſurſum pẽ
do alte ligo. Verg. Ante nouis rubeant quam prata colo
ribus, ante Garrula quam tignis nidum ſuſpendat hirun
do. Qñq; ſuſpẽdere eſt anxium eſſe. Plau. Vix compos
mentis ſum, ita, ita mihi ſuſpendit animum. Verg. Suſ=
penſi Eurypilum ſcitatum oracula phœbi Mittimꝰ. Et
qm̃ dñ anxij ſumus ẽt dubij efficimur. Suſpenſum qñq;
pro dubio ponitur. Sene. Suſpenſus animo quid ageret
cogitabat. Item pro placido ac ſilenti. Terentius ĩ phor
mione. Hęc vbi ego audiui ad fores ſuſpenſo gradu pla=
cide ire perrexi. Et ſuſpendere etiam eſt pendendo in=
terficere. Lactan. lib. iiij. Tum ſuſpenderunt eũ inter du
os noxios medium qui ob latrocinia dãnati erant Hinc
ſuſpendiũ pro ſuſpenſione. Gel. Suſpendio vitã finiuit.
¶ Penſo penſas, a pando vel a pendeo frequentatiuum
ſignificat ſæpe pondero. æſtimo, vel aliqud pro alio do.
Hiero, ad Iul. Paupercula vidua omnes dicitur in obla=
tione munerum dei ſuperare locupletes, quę non põde
re ſui, ſed offerentium voluntate penſatur. Vale. Max.
libro primo Deductus ac miſſus ad ſenatum legatus, vt
ex ſe & vno & ſene complures Pœnorum iuuenes pẽſa
rentur in contrarium dato conſilio Carthaginem petijt
Hinc compenſo diſpenſo repenſo. Hiero. De eo autem
quod niteris approbare conuitium & homicidium racha
& adulterium & otioſum ſermonem & impietatem non
ſupplicio repenſari iam reſponſum eſt.
¶ Penſito as. ſępe vel valde bene pondero examino.
Plin. lib. vij. Is demum vitam æqua lance penſitabit q
ſemper fragilitatis humanę memor fuerit. Gellius libro
primo. Aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, vt
iudicium eſſe factum ad amuſſim diceres. Et penſitare ẽ
ſoluere conſueſcere, Plinius libro duodecimo. Qui tra=
dit ſingula millia talentum auri annua pẽſitaſſe. Arabas
regibus perſarum. Cicero in oratione contra Mithryda=
tem. Qua tandem eſſe exiſtimatis aut eos qui vectiga=
lia vobis penſitant, aut eos qui exercent aut exigunt. i.
ſoluere ſolent.
¶ Penſitator, põderator. Gel. Verborum penſitatores
ſubtiliſſimi, a penſo as.
¶ Penſor qui ponderat, a pendo pendis. Aug. lib. v, cõ
feſ. Dubitare ſtultũ eſt, qui vtiq; melior ſit q̃ menſor cœ=
li, & numerator ſyderum, & penſor elementorum.
¶ Penſiculo penſiculas, idem ꝙ penſito. Gel. Penſicu=
la vtrumq; moderate, reperies ſuo quoq; in loco ſonare
aptiſſime. Hinc penſiculatores dicti ſunt qui aliorum di
cto ſiue dictiones exacte ponderant. Et penſiculate ad=
uerbium id eſt cum pondere.
¶ Penſilis & hoc penſile. pen. cor. quod ſuſpenſum &
ſublime eſt. Vt penſilis hortus qui ſupra ędificia factus
eſt, hoc eſt in ſolario, vel in aere ſublimis. Sic pẽſilis vua
Hora. Tũ pẽſilis vua ſecundas Ornabat menſas, penſi=
lis homo q ſuſpenſus eſt. Plaut. Reſtim volo mihi eme=

re qui me faciã penſilẽ,pẽſilis lectus,pẽſiles lychni,qđ ſuſpenſi ſint,& in aere pẽdentes,penſilis vrbs,q̃ ſubter cauata eſt.Plin.Leguntur & pẽſiles hortos,immo vero totũ oppidũ feciſſe nullo oppidanorum ſentiente.Idem Magnitudo & frequentia cloacarũ vrbẽ penſilem fecit. Penſile horreũ,ꝙ nos vocamus granarium,quod in altiore domus loco.Columel.lib.j.Sed nos ĩ noſtris regionibꝰ q̃ redũdãt vligine,magis illam poſitionem penſilis horrei probamus.Aliqñ tñ penſilis dr̃ mollis. Verg.Pilentis matres in mollibus.Ser.id eſt penſilibus nã molle & penſile conuertuntur.

¶Penſa a pendendo,quod pro aliqua re conducta ſoluitur.Et penſa plurali numero manipuli lanę vel lini q pẽdent ex collo & fuſo trahuntur. Nam cum dicimꝰ trahit penſa idem eſt ac ſi diceretur filat. Ouid.lib.ij.faſtorum.Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebãt. Iuſti.lib.j.Penſa inter virgines trahentem. Quandoq; penſa capiuntur pro filis.Verg.de textrice. Excuſſi manibus radij reuolutaque penſa.

¶Penſus penſa,um,ponderatus examinatus.Per trãſlationem ponitur pro bono & ſapienti. Plautus in Sti. Age tu vltra ſit conditio penſior,virginem an viduam habere.Quandoque ponitur pro æquo.Saluſtius. Neq; id quibus modis aſſequeretur dum ſibi regnum pararet quicquam penſi habẽbat.

¶Penſio dr̃ id quod pro re aliqua conducta ſoluitur id quod datur pro rei alicuius vſu.aut agri,aut domus.Cic. Leptę.Teneor tñ dum a Dolobellę procuratoribus exigam primam penſionem.

¶Penſionarius qui penſionem alicui ſoluere tenetur.

¶Pendulus pendula pendulũ,ꝙ pendet.Ouid. Laſſaret viduas pendula tela manus.Hiero.ad Pammachiũ. Maluit in humilioribus tuto pergere q̃ pendulo gradu in ſublimioribus fluctuare.Columella.Tum deiñ macriora & pendula loca luna creſcente fimo iuuanda ſunt.

✣Pentadactylos hęrba eſt arboris inſtar quę alio nomine Ricinus dicitur,alij Helioſcopium vocant.Cc..

✣Pentadorum lateris.i.terræ coctę ſpecies quinq; palmos continens.Gręci enim veteres doron palmum dicebant & dora munera quæ manu darentur.Cc.

✣Pentapeton quod & pentaphyllum dicitur,a noſtris quinque folium vocitatur.Cc.

♁Penia gręce,latine paupertas.

♁Penta græce latine quinq; dicitur a quo multa per cõpoſitionem fiunt.

¶Pentateuchus dici poteſt volumen quinq; librorum, nam πέντε quinq; τεῦχος volumen.

¶Pentaphyllon,hærba quinq; folia habens,habet multas virtutes.

¶Pentarchus qui,quinq; viris præeſt.

¶Pentecontarchus dici poteſt quinquagenarius,id eſt qui pręeſt quinquaginta.Nã πεντήκοντα pẽteconta quinquaginta dicuntur.

¶Pentecoſte,es,a pẽteconta dici põt quinquagenaria qm̃ hęc dies a reſurrectione dñi diſtat quinquaginta diebus.Nam pentecoſtes latine quinquageſimus dicitur.

¶Pentathli dicunt̃ illi qui in ludo quinq; artes gymnaſticas exercent,videlicet diſcũ,curſum,ſaltum,paleſtrã, & iaculationẽ,& ip̃a exercitatio pentathlon,latini alio nomine quinquertiũ,a quinq; artibꝰ,& ipſi pentathli.i. athletæ q his quinq; artibꝰ,ſe exercebãt quinquertiões appellant̃ a πέντε ꝙ ſignificat quinq; & ἆθλος certamẽ. Plin.de Myrone.Hic fecit Delphicos pentathlos.

¶Penthemimeris penul.cor.latine ſemiquinaria,cæſura eſt quoties poſt octo tẽpora ſyllaba relinquitur ꝑtemorationis terminans.Hęc autem communis eſt,vt Omnia vincit amor,& nos cedamus amori.Pente enim quinq; μέρις diuiſio vel pars.

¶Pentaſticę porticꝰ dicũt̃ a quinq; colũnarũ ordinibꝰ.

¶Pentapolis penul.correp.regio inter palęſtinã & Arabiam a quinq; ciuitatibus ſic appellata.Vbi Sodomũ & Gomorrũ oppida.Hinc regionẽ vt Solinꝰ ſcribit de cœlo tactã teſtat̃ humus nigra & cinere ſoluta. Naſcuntur ibi poma q̃ comedi non poſſunt,licet matura videãtur ꝙ leuiter manibus preſſa fumũ exhalent & in puluerẽ fatiſcant.Eſt & pentapolis regio in Libya a quinq; ciuitatibus dicta,quę & Cyrenaica vocatur.

♁Pentaglotos latine quinque linguis dicitur.

♁Pentapeton hęrba dicta quaſi quinq; penna.

♁Penthos a noſtris dicitur luctus,vnde pẽtheus nomẽ proprium.

¶Penus hic vel hęc quartę declinatiõis,& hic penꝰ peni ſecundũ Priſcianũ.Et hoc penus penoris.Et hoc penum.Et hoc penu indeclinabile,ſigni.omne eſculentũ poculentumq; quo veſcuntur homines.Dictum penꝰ q, ea q̃ longę vſionis gratia contrahuntur & recondũtur nõ in promptu ſint,ſed intus & penitus habeantur. Feſtus penora res neceſſarię ad victũ quotidianũ.Plau.in Perſa.Nam ſi penus annuus hodie cõuenit,cras populo ꝓſtituam vos.Teren.in Eu.Prius ad te penum omnẽ cõgerebam clanculum.Lucil.Vt vxori legata penus.Hora.in neutro genere. Annonę ꝓſit,portet frumenta penuſq;.Penũ Afra.Vos quibus cordi eſt,intra tunicã manus læua,dextra in penũ herile. Gel.Ex maſſurij auctoritate demonſtrat thus & cętera ligna quoq; penori adſcribi poſſe.Nos vero aromata,caſeum,carnes ſalitas & alia eſculenta dabimus ſeruanda.

¶Penuarium ſiue penuaria cella dicitur omne quod in penu reponitur,& ipſum penu,& quod in penu eſt.

¶Penuria quaſi vrens penu.vel ꝙ pene vrat,vel quod pene minus ſit q̃ neceſſe eſt,ſignificatq; omnem inopiã rerum & præſertim earum quę in penu recondi ſolent.

¶Penes ꝑpoſitio quõ ſumat̃.Vide in dictione Apud.

¶Pene aduerbium ſignificat quaſi.

¶Peneus fluuius in Theſſalia inter Oſſam & Olympũ decurrens collibus dextra læuaq; molliter curuis,in eo curſu Tempe quinq; millium paſſuũ longitudine & ferme ſex latitudine pulcherrimus ager.

¶Penelope Icari filia & Vlyſſis vxor,q̃ lanificio & abſentiã mariti ſolabatur & ꝓcos fruſtrabat̃,quibus ſe conſenſurã abſoluta tela pollicebatur,ſed vt eos lõgius fruſtraretur noctu retexebat,ꝙ interdiu texuiſſet.Dicta ab auibus q̃ penelopes dicuntur,cuius nominatiuus ſingularis eſt penelops,cum prius Arnęa vocaretur quaſi abiecta repudiataq;.Etenĩ in mare proiectam ab Icaro periboeaq; parentibus,ferunt educauiſſe penelopes.

¶Penis fœmini.gene.cauda dr̃ a pendendo.Vñ & offã porcinã cũ cauda,offam penitam dicebant. Hinc peniculos dicimus quibus calceamenta terguntur.Poſt autẽ penis,virile mẽbrũ dici cœptum eſt,ſicut & ſalax cauda quod non tam a pendendo q̃ a penetrando quidam dici voluerunt,& rectius maſcu.gene.profertur.Iuue.Nouerunt Mauri atq; Indi quem Pſaltria penem.

¶AScen.Eſt quidem maſculi.ſed apud Iuuena.q̃ pſaltria legitur.

¶Penitus a,um,pen.prod.ꝙ ex pene hoc eſt cauda ẽ. Vnde penita offa,offa porcina cum cauda,penitus pen. cor.ſignificat quod eſt intra.Plau.in Aſinaria.Age quęſo excrea vſq; ex penitis faucibus etiam amplius.Inde penitior,interior,penitiſſimꝰ intimus Inde penetro as.

¶Penitus aduerbium locale,quaſi pene intus,id eſt valde interne ſeu intrinſecus,vel intima parte & ſecreta,vt cum dico penitus me noſcis,hoc eſt intus & in cute.Vergi.Et cauſas penitus tentare latentes.Fit autem a penes.Id enim penes nos videtur eſſe,quod eſt penitꝰ reconditum. Interdum ponitur pro aduerbio qualitatis, & ſignificat prorſus vel valde.Vergi.penituſque ſonantis acceſtis ſcopulos.Quandoque ſignificat longe. Idẽ. penituſque alias aduexerat oras.Hinc penitus a,um,de qno mox eſt dictum.

¶Penicilla inſtrumẽta pictoria.Vide infra ĩ peniculus.

♁Peniculamentũ pars veſtis,q̃ terram attingit.Ennius



pendent peniculamenta.Imum ad quemque pedum.

¶Penetro as,quaſi penitus intro.Lact.lib.iij.ad Aegyptios & Magos & perſas vſq; penetraſſent.

¶Penetrabile ꝙ facile penetrat,Verg.Penetrabile telũ Mar.Ne madidos ĩtret penetrabile frigꝰ in artus.Interdũ ſumit̃ paſſiue,quod facile penetrat̃.Liui lib.xlv. Et ĩ aſpis locis ſilex ſępe ĩpenetrabilis ferro occurrebat

¶Penetrabile nomen ſubſtantiuũ ſignificat omnẽ partem interiorẽ domus vel tẽpli licet ſit intecta,ſeu omne quod in intimis ꝑtibus eſt.Vnde penetrale ſacrificiũ dicebatur ꝙ in penetrali,hoc eſt in intima ꝑte domꝰ fieri ſolebat.Lactan.de opi.Quatulum eñ videre poſſemus ſi mens ab intimis penetralibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet.

♁Eſt etiam adiectiuũ vt apud Vergilium.Eternũq; aditis effert penetralibus ignem quaſi penitus remotis.

¶Penates dicti ſũt dij domeſtici,quod penes nos nati ſunt vel quod non longe abſint ab hac vita,ſiue ꝙ penitus inſident.Ex quo etiã penetrales a poetis vocantur. Alij a penu hoc nomẽ deriuãt Macro.Penates eſſe dixerunt ꝑ quos penitus ſpiramus,per quos habemꝰ corpꝰ per quos rationem animi poſſidemus.Cuius nominatiuus ſingularis ſecundum aliquos eſt hic penas,ſecundum aliquos hic penatis.

♁Penatores qui penus geſtant.Cato.aduerſus maciliũ poſtquam nautas ex naui,hoc adduxi non ex militibus piſcatores penatores feci.

¶Peniculus,& penicillꝰ,ſiue peniculũ & penicillũ,q̃uis diminutiua videant̃ a penis,ſignificant tñ ea quibꝰ calceamenta,vaſaq; terguntur.Item quibus pictores pingunt,qm̃ ex caudarũ extremitatibꝰ fiãt.Plin.lib.xxxv. Arreptoq; peniculo lineã ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam.Idem in eodem.Vſus ad penicillum, aut ſi lignum colorare libeat.Quintil.lib.ij.inſti.Vt cælator cęlum,& pictor penicilla deſyderant.Item quibus albarium tectorio inſerunt,qui dicuntur tectorij penicilli.Plin.Setarum ex his e penicillis tectorijs cinis cũ adipe tritus.Itẽ quibus vulnera ſtipantur.Vel ideo ne claudantur.vel vt aperiãt̃ magis,vt ſunt penicilli ex linteolis cõcrepitis ex medulla ſambuci,& ex ſpõgia.Idẽ.Tũ peniculo vulnus apertum. Omne pręterea quo ad aliqd mundandũ illiniendũve vtimur,penicillum vel peniculum vocamus ꝑ̃ſertim ſi ex ſpongia ſit factum. Terent. in Eu.Quid ignaue peniculo pugnare qui iſtuc huc portes cogitas?Plin.Hyſſopumq; cum myrrha calidum penicillo illitum.Item ſpongię genus moliſſimum eſt qui penecillus dicitur ex quo fiunt penicilli.

¶Penna per duplex nn,auiũ eſt.Sũt eñ pẽnę maiores quam plumæ.Et eſt generale ad pĩnas.ſ.ſummitates & ad plumas pinnæ autem proprie ſunt pennę,quæ plumę,hoc eſt molliores & exiguę pennę non ſunt.

¶Pẽnula ſiue pinnula,pars ſumma auris ab acuitate dicta.vñ in Leuiti.legitur.Cuncta q̃ non habent pẽnulas & ſquãmas in aquis polluta erunt,ꝓprie vero pẽnula diminu.eſt a penna.Auguſt.lib.v.de ciuita.dei.Qui nec auis pennulam.nec herbę floſculũ,nec arboris folium ſine ſuarum partium conuenientia dereliquit.Cic.lib.iij. de na.deorum.Cum autem pennulis vti poſſunt,tũ volatus eorum matres proſequuntur.

¶Penula ꝑ ſimplex n,veſtis q̃ nebuloſo ſeu pluuioſo tẽpore ſupra tunicã aſſumitur loco pallij ad arcẽdas a corpore pluuias.Pomp.in panicea,Penulã in caput induce ne te noſcat.Quint.Cũ Galba penulã roganti amico reſpõdit.Si non pluet,nõ opus eſt tibi.Si pluet ip̃e vtar Iuue.Et multo ſtillaret penula limbo.Hęc ſi ex pellibꝰ eſſet Scortea vocabat̃.Mart.Ingrediare viã cœlo licet vſq; ſereno.Ad ſubitas nunq̃ ſcortea deſit aquas.Aug.lib. j.con.videtur ſignificare penulã fuiſſe habitum grãmaticorum.Quiſquis inquit penulatorũ magiſtrorum audit aure ſobria ex eodẽ puluere hominem clamantem & dicẽtem.Fingebat hęc homerus.Vlp.inter communia veſtimenta quibus vir & mulier promiſcue vtuntur penulas annumerat.Var.dixit nõ quęrẽdã eſſe penulam homini qui habet virtutẽ.Scribit Lãpri.Alexandrũ conſtituiſſe,vt ſenatores penulis intra vrbẽ frigoris cauſa vterentur cũ id veſtimentũ itinerum & pluuiæ fuiſſet.Erat etiã penula gauſapina candida ac villoſa qua per æſtum vtebantur.Mar.Is mihi candor ineſt,villorum gratia tãta eſt,Vt me vel media ſumere m eſſe velis.

¶Pennatus a,um,quod pennas habet,vt volucres pẽnatæ Sic impennatus qui pennas non habet.

¶Pennarium in quo pennæ reponuntur,ſicut calamarium in quo calami.

✣Penniculum penna eſt quę facili motu ventorum indicet flatum.Cc.

¶Penniger qui gerit pennas.

¶Penulatus penulo indutus.Vide in dictione penula.

¶Penularium locus in quo penulę reponuntur.

¶Peplus ſiue peplũ veſtis ſolẽnis quę inijcitur vel viro vel fœminæ,vel deo deæve.Verg.Crinibus iliades paſſis peplumq; ferebant.Plaut.Nũnquam ad ciuitatem veni niſi cum infertur peplum hodie.Poetæ tñ vt inquit Serui.abutuntur hoc nomine.

✣Peplos ſiue peplios fruticis genus.Pli.Portulaca q̃ pepliõ vocãt,non multũ ſatiua efficacior ſagittarum venena & Hemorrhoidum plagis impoſita extrahit.Cc.

¶Pepones,melones.Hierony.in lib.Nume.In mentẽ veniunt pepones.

¶Pepſis latine cõcoctio.Vnde peptice medicamenta ad concoctionẽ.q̃ foris adhibentur.ἀπὸ τοῦ πέπτειν.Inde Diſpepſia,mala concoctio quando cibi non ꝑficiuntur.

¶Per prępoſitio eſt,quę ſeparata quandoq; localẽ quãdoque temporalem habet ſignificationem,vt per vrbẽ vado,per medium diem operor.Quandoque denotat ꝑſonam,vt per medios ruit ac morientes nomine clamat Quandoque iurandi eſt,vt per pol.id per pollucẽ.Quãdoq; obteſtandi.Verg.Per te per qui te talem genuere parentes.Quandoque medium quendam & quaſi interceſſorem ſignificat,vt per meos amicos obtinui.Cicero Quod per me certior fias,id eſt me operante. Compoſita vero perfectionem denotant.Lactantius.Si legit perlegat.id eſt vſq; in finem legat.Cice.Nũcius qui literas accepit non pertulit.Aliqñ in bonum vel in malum accipitur vt perſequor.Aliqñ abnegatiua eſt,vt perfidus,ꝑiurus,qui fidem & iuſiurandum fregit.Aliquando ſignificat per medium ſiue trans,vt ꝑfluo,ꝑpluo,perſpicuũ ꝑ cuius mediũ videmus,vt Cryſtallus,Aliqñ habet vim aduerbij,& pro valde ponitur,tanq; ſuperlatiuo quã poſitiuo iungitur.Columel.lib.iiij.Nam crediſſe villicis, vel etiam vinitori ſocordis eſt,cum quod lõge ſit facilius adhuc perpauciſſimis agricolis contigerit,vt nigri vini ſtirpe careant.Cic.pergraue mihi viſum eſt.Et ſi addat̃ quam ſignificat maxime,vt perquam bonus,id eſt optimus,per quam magnus,id eſt maximus.Iungitur etiam ſuperlatiuo.Curtius.per quam maximo poteſt exercitu comparato.Aliquando ſignificat nimis vehementer,& in bonam & in malam partem,vt pertinax qui nimis tenax eſt durus & inexorabilis.De quo infra.Componit̃ autem cum dictione incipiente ab a,vt pergo,b,vt perbibo,c,vt percurro,d,vt perduro,e,vt pereo,f,vt perfero,g,vt pergratus,h,vt perhibeo,i,vt periurus,l,vt plego,m,vt permitto,n,vt pernocto,o,vt peroro,p,vt ꝑpendo,q,vt perquiro,r,vt pergo,quod ex per & rego componitur,vnde & pręteritum perrexi facit,ſ,vt ꝑſuadeo,t,vt pertinax,u,vt peruerto.

¶Pera pellis a collo ad lũbos pẽdens,a quo pera ſacculi genus.Hinc perã viatoriã vocamus qua panem & aliquid obſonij geſtare viatores ſolent,quemadmodum poculũ viatorũ quo vinum.Eius diminutiuum eſt perula.

✣Peracticum gummi genus quod naſcitur in Mędia ex arbore quam alij Brocon vocant,alij Malachran,nõnulli Maldacion.Cc.

❡Perȩa cū dipht. vlterior Iudȩæ pars, quia vt inqt Strabo. Regio quæ trans Euphraten eſt peræa nominatur.

❡Perago is. penul. cor. peregi peractum, pficio. Sene. Omnia inchoat, nihil pagit. Interdū perduco. Plau. Nauem peregit in portū. Apu. Et multas noctes peregi inſomnes. Interdum ptracto. Verg. lib. vj. Omnia percepi atq; animo mecum ante peregi. Interdum pertraho vel ptrahere facio, vt hic me ad carceres ad mortem vſque pergit. A perago fit peractio q̄ eſt perfectio. Cice. Senectus peractio ętatis eſt, peragere reū ſignificat condēnare, ſed Facere reum eſt accuſare, vnde ait iuriſconſultus peregiſſe reum non alias quis videtur niſi & condemnauerit. Plinius. Dum peragitur reus.

❡Peragro as, pe. cor. ex per & agro cōponit̄, iuxta præpoſitiōis & agri ſignificationē debet ſignificare p agrū ſiue agros ambulo. Sed quia ꝙ peragratur exprimitur, & p actō ipſius verbi ponitur, agri ſignificatio remouet̄ & pro ambulo ſiue inquirēdo circumeo ſumitur. Cic. li. iij offi. Et ob eam cauſam vrbe relicta rura peragrantes ſæpe ſoli ſumus. Hiero. Eandem oram Italiæ, quæ quōdam magna Grȩcia dicebatur laborioſiſſime peragrauit Hinc peregrinus peregrinor & peregre deducuntur.

❡Peranno as, ſignificat per integrū anni tempus viuo. Cōponitur em̄ ex per & anno as. Macro. li. j. Satur. ſcribit priſcos Romanos menſe Martio & publice & priuatim ad annā perānamq; ſacrificatumq; ire ſolitos, vt annare perannareq; cōmode liceret, hoc eſt vitam degere incolumen per annum integrum. Sue. in Veſpa. Ideoq; puella nata non perannauit, perenno vero per e, ſignificat diu viuo & duro, de quo infra.

✤Peratius hȩrba folio rotundo, caule palmum alto, ramis ſtantibus ab radice quatuor aut quinq; rubentibꝰ ſemipedali altitudine, ſucci plenis. Cc.

❡Perbibo pe. cor. perfecte bibo. Lactan. lib. ij. Infecti ſunt perſuaſione ac penitus eorum mentes ſuccum ſtultitiæ perbiberunt, ſed hoc per metaphoram.

❡Per cauſam, ſiue p ſpeciē, ſignificat p ſimulatā cauſā. Liui. lib. iiij. Vt cū appropinquaret ianuȩ rex per cauſā aliquā in āguſtijs ſuſtineret a tergo agmē. Idē. Hi poſtq̄ aliquid moueret colloquendū cū Annibale rati nocte p ſpeciem venandi vrbe egreſſi ad eum proficiſcuntur.

✤Percaſtor ſiue perȩcaſtor per ȩdem Caſtoris. Cc.

❡Percello is, perculi perculſum, ſignificat euerto, pcutio. Var. Alius teneram abietam ſolus pcellit. Aliquādo diſſero. Lucil. Ad nonum hoc percellit annum.

✤Percepterꝰ auis eſt ex aquilarū gn̄e, q̄ circa lacꝰ verſatur vulturi ſimilis alis minimis reliquas magnitudine antecellens, ſed imbecillis & degener ita vt a coruis ſȩpenumero verberetur. Cc.

✤Perenus aquilȩ genus ab Homero ſic vocatum, aliq Morphnum, alij Pygargum vocant. Cc.

❡Percipio is. pe. cor. perfecte capio. Aliqn̄ ponitur p intelligo ſentio, a quo perceptio.

❡Percitus penultima correp. nimis incitatus, qui ira ac furore accenſus eſt.

❡Percoarcto as, ex per & con. & arcto abiecta n, arcto vero frequentatiuum ab arceo fit, & ſignificat perfecte cogo ſiue confringo. Colu. lib. ij. de fæno loquens. Tūc demum inquit conuertemus, & vtrinq; ſiccatū percoarctabimus in ſtrigam atque ita manipulos vinciemus.

❡Percolo penul. cor. perfecte colo. i. amo ſiue veneror. Plautus in Tri. Feceris par tuis cæteris factis patrē tuū ſi percoles.

❡Percontor per o, & ſine c, ante t, a conto dr̄, quo nautæ vtunt̄ ad loca nauibus opportuna. Nā aquæ altitudinē cōtis ptentant Iuuena. eſſe aliquos manes, & ſubterranea regna Et contū & ſtygio ranas in gurgite nigras Atq; vna trāſire vadum tot millia cymba. Percūctor vero per u, & c, ante t, fit a cunctus a, um, ꝙ a cūctis p quiratur, ꝙ is qui curioſꝰ eſt p cūcta interroget. Et vtrūque ſignificat diligēter interrogo. Plau. Quid iſtuc in mente eſt tibi ex me mi vir p̄cūctarier. i. morari quȩrendo, ſiue per cuncta inquirere. Plin. percunctantiq; quanti licitaretur opera effecta paruum neſcio quid dixerat. Eſt etiā percunctari expectare. Teren. in phor. percunctatū ibi ad portum quoad ſe recipiat.

❡Percurro valde curro, ſiue currendo pſeuero. Plau. in Sti. pcucurri vt nūciarē nunciū exoptabile. Terē. in An. Continuo ad te ꝓperans percurro. Do. Vide quantū properans & pcurro vt continuationem curſus oſtenderet. Quandoq; pcurrere eſt per aliquem locum currere ſiue diſcurrere. Auguſti. p tranſlationē. Vt quid opꝰ eſt multa percurrere & multa vana hȩreſum enumerare. Quandoq; eſt negligentius & curſim pertranſire. Cice. li. ij. de Ora. Et multo apertius ad intelligendum ſi ſic conſtruitur aliquando ac non iſta breuitate percurritur.

❡Percuro as. pe. pro. perfecte ſano. Curtius, percurato vulnere acrius obſidioni inſtitit.

❡Perculſus participiū a percello, ſȩpius ad animū refertur. Greg. Vna mulieris voce perculſus dū mori timuit vitam negauit, percuſſus ad corpus fit a percutio.

❡Percudo is, penultima producta, perfecte cudo & quaſi frango. Columel lib. ix. Animaduertat auiarius an pulli roſtellis oua percuderint.

❡Percutio tis, pe. cor. pcuſſi pcuſſum ex per & quatio, q, in c, mutata, & abiecta a, ſignificat ferio. Cuius compoſitum eſt repcutio. Ambro. lib. j. offi. Cum malediceret̄ non remaledixit, cum percuteretur non repercuſſit.

❡Perdo perdis perdidi perditū ex per & do ſignificat amitto, quaſi nimis do. Qui autē nimis dat quicquid habebat amittit. Hier. lib. j. Regum. Et de aſinis quas perdidiſti ne ſollicitus ſis, quia inuentȩ ſunt. Et perdere eſt perimere, quoniam quæ amittuntur quaſi mortua nobis eſſe videntur. Terentius. Dij te perdant. Huius compoſita ſunt. Deperdo, quod eſt ī totum perdo. Caiꝰ ſcribit deperditum dici quod in natura rerum eſſe deſijt. Diminutum quod vſu raptum eſt. Diſperdo conſumo vel varie perdo. Plautus in Tri. præterea aliquantū animi cauſa in delitijs perdidit.

❡Perduo veteres dixerunt ꝓ pdo, a quo pduaxo, Plau. Dij te deæque omnes perduaxint cum iſtoc homine.

❡Perditus a, um, amiſſus. Et perditus qui ita alicui perturbationi aut vitio ſubiacet vt inde ſe eximere nō poſſit, & q omni vitio cōtaminatꝰ eſt ita vt de eo nulla ſpes habenda ſit. pditus dr̄, perditū em̄ dicunt quod interijt ac recuperari non poteſt. Cic. lib. ij. offi. Dum homines perditi haſtam illam cruentam & meminerint & ſperabunt. perditum perdamus, plus ſignificat q̄ perdamꝰ ſolum. Eſt em̄ exaggeratio quædam Ciceronis. Terentiꝰ. Ne puerum perditum perdamus, hoc eſt ne ex infœliciſſimo infœliciorem faciamus.

❡Perdite amare eſt vehementer amare.

❡Perdix auis nota a pdēdo dicta. Nā vt Amb. Ireneo ſcribit. Hȩc auis dr̄ eſſe plena fraudis & fallaciȩ q̄ decipiendi venatoris vias calleat, atq; artes nouerit vt eum a pullis auertat ſuis. Certe ſi inſiſtere aduerterit, tam diu illudit q̄ diu ſoboli fugiendi ſignū tribuat & poteſtatem q̄ vbi euaſiſſe ſenſerit, tunc ſe & ipſa ſubſtrahit & lubrica arte deceptum inſidiantē relinquit. De hac Hieron. ad p̄ſidium, pdix aliena oua calefacit furatis ſuis. Sed cū creuerint in nido pulli euolant, & ad parētes ſuos redeūt, mentitum parentē omittentes, pdices ſibi inſidiantur. Et ſi afferant illos ad ſyluam qui eos habent vocē emittunt abſconſi, & ſic cæteri veniunt, & retibus capiunt̄, plus pedibus quam pennis fugiunt aucupantes. Et ſi ad hoc fuerint vt capiantur, ſibi ſimilem colore lapidē quȩrunt, & ibi ſe ſupinos ponunt.

✤Perdiciū hȩrba eſt qua pdices p̄cipue veſcuntur. Cc.

❡Perdius ex per & dius ꝙ eſt dies, & is dr̄ qui per diē vigilat. Sicut pernox qui per noctem vigilat. Gellius li. ij. Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu perdius atq; pernox a ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconueniens immobilis hiſdēq; in veſtigijs & ore atque oculis in eundē locū directis cogitabūdus tanquā quodā ſeceſſu mētis atq; animi facto a corpore, id eſt p diem & per noctē. Se. Id perdius pernoxq; agebat. Sic interdius intra diē, vel per diē, quia nulla vigilatiōis ꝓpria ſignificatio ineſt. Dius autē pro die ponitur in cōpoſitione, & nomē eſt & nominatiui caſus. Sicut noctu pro nocte. Plautus in Mer. Neq; cōquieſcam vſquā noctu neq; dius, prius, profecto quam aut amicam aut mortem inueſtigauero.



❡Perdono, nas, ſignificat remitto. Hie. in interpretatione pſalmi. Expectans. Recedis a peccatis perdonabit peccata.

❡Perduellis hoſtis dicitur. Plau. in Am. perduelles penetrant ſe in fugam ibi noſtris animus additus eſt.

❡Perduellio crimen læſæ maieſtatis, aut reipublicæ, ſeu is qui ita lȩſit. Cic. lib. ij. Offi. Nā pirata nō eſt ex pduellionum numero diffinitus, ſed communis hoſtis omnium. Vlpia. pro crimine ſumpſit. Qui perduellionis reus eſt hoſtili animo aduerſus rempublicā vel principē animatus eſt. Antiqui perduellem dicebant quem nunc dicunt hoſtem, & tunc hoſtis ſignificabat peregrinū qui ſuis legibus vteretur.

❡Perduco ad finem vſq; duco. Cicero in Cato. M. quidem Val. Coruinū accepimꝰ ad cēteſimū annū vitā perduxiſſe. Aliqn̄ perducere eſt per vim ducere. Inde perductores a Cic. in Ver. dicti ſunt, qui vt aſco. inquit in hoc differunt a Lenonibus, ꝙ Lenones ſunt ſcortorum perductores etiam inuitarum perſonarum.

❡Peredo penul. cor. ex per & edo es, vehementer edo, a quo peredia, æ, ipſa commeſtio.

❡Peregre pe. cor. ſignificat peregrinādo. Et eſt commune tā ſignificātibus quietē q̄ motū, vt peregre ſum, peregre veni, peregre vado. Aug. lib. ix. conf. Frater autem meus quiddam locutus ꝙ eā non peregre, ſed ī patria defungi fœlicius optaret, id eſt in peregrinatione. Ad locum, vt apud Plaut. in Am. Ita peregre veniens hoſpitio publicitus accipiar.

❡Peregrinus aduena & aliena loca peragrans, a peragro, agras. Et differt ab hoſpite ꝙ peregrinus ſimpliciter eū ſignificat q in ſua ciuitate nō eſt. Hoſpes q in aliena ciuitate eſt. Antiq tū peregrinos dicebāt hoſtes Ambroſiꝰ. Aduerſarios molli veteres appellatione noīabāt Hoſtes em̄ antiquo ritu peregrini dicebantur.

❡Peregrina ſacra dicta ſunt quæ ex alijs vrbibus religionis gratia ſunt aduecta.

❡Peregrinor pen. prod. depo. abſolutum ſignificat per aliena loca peragrans proficiſcor.

✤Peremptorium edictū tribus edictis propoſitis, vel vno pro tribus fieri ſolebat, & qui hoc ſpernebat contumax dicebatur. Cc.

❡Perendie ſignificat quod vulgo dicitur poſt cras. Cicero ad Atticū. Scies igitur cras, ad ſummum perendie Hieronymus ad Pamp. Vt quod hodie non merui, cras vel perendie merear.

❡Perendinus dies dicitur, ab hinc tertius. Cȩſa. Qui ſi per te liceat perendino die cum proximis hibernis coniunctim communem, cum reliquis caſum belli ſuſtineat Hinc comperendino, as.

❡Perennis & hoc perenne ſine h, ex per & annus mutatis literis, quaſi per annos durans, id eſt perpetuus. inde fit perenno, as.

❡Perenno, as, per annos duro. Col. li. j. Sed & tēperet vires clementia cū & terribilior deberet eſſe q̄ ſȩuior vt obſequantur eius imperijs & diutius perennent boues non confecti vexatione ſimul verborum operumq;. Idē lib. iij. Roſa. modo culta multis annis perennat.

❡Perennitas ipſa duratio. Idē. Nā ea cœli poſitio maxime frigida & minime humida eſt, quæ vtraq; perennitatem conditis frumentis afferunt.

❡Pereo, is, iui, vel perij, peritū, ſecundū analogiā. Cōponitur em̄ ex per & eo qd' facit itū, ſed nuſq̄ legi, cum tamē periturus habeatur. Aug. ſuper Ioā. Tanquā eſſēt ab illo perituri merito turbāt̄. Et ſignificat perire amitti Hiero. in lib. Reg. Perierāt autē aſinȩ Cis patris Saul. Qn̄q; abſumere. Teren. in Adel. Nempe tua arte viginti minȩ pro pſalteria periere Vnde & pro mori ſumitur, quaſi in totum ire, quod qui perit prorſus abit. Plini. li. ſeptimo. Tu qui te deū credis aliquo ſucceſſu tumens tāti tum perire potuiſti? Atqui etiam hodie minoris potes quantulo ſerpentis ictus dente, aut etiā vt Anacreō poeta acino vuȩ paſſȩ, vt Fabius ſenator & prȩtor in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus. Huius compoſita ſunt Depereo & Diſpereo.

☿Perfodio is, pe. cor. Vide in dictione Fodio.

✤Perfacul veteres dixerunt pro facile. Cc.

✤Perfas & nefas, ꝓuerbiale tractū ab his q quauis via voti compotes effici contendunt. Cc.

❡Perfrico, as, penulti. cor. valde frico. Perfricare vero os ſeu frōtē, ſignificat pudorē deponere. Nā cū in pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciē tanq̄ velamentū, qui impudibundi ſunt & inuerecūdi & erubeſcere videri nolunt, hi ſolentes & frōtē perfricare ad ruborē illū digerēdū & ſanguinem ad interiora repellendum. Hinc facta eſt locutio prouerbialis de inuerecundo vt dicatur perfricuit os, perfricuit faciē, perfricuit frontem, ꝓ eo quod eſt pudorē abiecit. Cicero lib. iij. Tuſculana. Quod tergiuerſamus, nec fatemur eā nos dicere voluptatem, quam tu idem cum os perfricuiſti ſoles dicere. Pli. perfricui faciem nec tamē profeci. Mart. Et ſi perfricuit frontem poſuitq; pudorem.

❡Perfero pen. cor. vſq; ad conſtitutū finē fero. Cicero. Sed nuncius ille qui literas accepit nō pertulit. Alibi ꝓ denūciare poſuit, vt in epiſtola ad Cȩliū. In his ſum locis quo & ꝓpter lōginquitatē, & ꝓpter latrocinia tardiſſime om̄ia perferūt̄, id eſt portāt̄ vel denūciant̄. Aliquādo patior, vt dirā crucē pro nobis Chriſtus pertulit.

☿Perfido, is, pen. prod. valde fido. Cice. lib. iij. Officio. Sic homines ſecundis rebus effrenatos ſibiq; perfidentes tanquam in gyrum rationis.

❡Perfidus pe. cor. qui fidē violat ſiue perdit. Verg. lib. x. Nunc pelagi nymphæ claſſis tua perfidus vt nos prȩcipites ferro Rutulus flammiſq; premebat. Hinc perfidia & perfidioſe. Cic. lib. j. ad Hærenni. In odium adducemus ſi quid eorum ſpurce, & ſuperbe, perfidioſe, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe factum proferemus. Inuenitur etiam perfidus penultima producta a fido, is. pro eo cui multum fidendum eſt, ſicut infidus cui non eſt fidendum.

❡Perfructus a perfruor. Cicero ad Horten. Et amœnitate loci perfructus eſt.

❡Perfuga pe. cor. qui ad hoſtes perfugit vel tranſfugiēdi morem perfecte nouit. Cice. lib. iij. Offic. Perfuga ab eo venit in caſtra Fabricij.

☿Perfugio, is, pe. cor. Vide in Fugio.

❡Perfugium locus tutiſſimus quo nos in vexatiōe aut calamitate recipere cōtēdimꝰ. quāuis id nō minus apd̄ homines ſit. Apuleius, Perfugium facinoroſorum hoīm Liuius libro ſecundo. Itaq; in medio prope iam victores cæſi & vſti pars perexigua, duce amiſſo, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes & fortuna & ſpecie ſupplicum delati ſunt. Transfertur etiam ad alia, vt ad literas Cicero. Itaq; vtor eodē perfugio quo tibi vtendum cenſeo literulis noſtris.

❡Perfunctorius, perfunctoria, perfunctorium, a perfūgor ſignificat quod cito & leuiter tranſit. Ambroſius libro de paradi. Cognoſcere vtique non ſola & perfunctoria ſciētia eſt, ſed in eorum operatione quȩ oporteat fieri. Hinc perfunctorie quod eſt tranſitorie & inaniter Idem libro Hexa. De naribus quid loquar? quȩ bitio & procero foramine antrum quoddam recipiendis odoribus præſtant, vt non perfunctorie odor tranſeat, ſed

diutius inhęreat naribus & earum ductu cerebrum ſenſuſq; depaſcat.

¶ Perga oppidum in pamphilia, a qua Diana pergea dicta eſt propter templum illi dicatum.

¶ Pergamũ ſiue pergamꝰ ciuitas Aſiæ inſignis, q̃ diu ſub Attalicis regibus fortunata fuit, & poſtea Romanorũ ꝓuĩcia facta eſt. Apud quã Chartę vſus inuentꝰ eſt q̃ nunc quoq; vulgo pergamena dr̃, ab Attalo, vt Aelianꝰ vel ab Eumene, vt Plinius ait. Ex pergamo Galenus medicus celebris, & Apollodorꝰ orator fuit q artes conſcripſit, & Appollodoriã ſectã itroduxit, & Auguſti Cęſaris magiſter fuit. & diſcipulũ memoratu digniſſimum Dionyſiũ ciuẽ ſuũ cognomine Atticũ q ſermões & hiſtorias cõſcripſit, edocuit. Eſt & pgamũ Idę ꝓmõtorium.

¶ Pergama, pergamorũ arces Troianæ, q̃ q̃m altiſſimę erant, omnia alta ædificia pergama ſunt appellata. Vnde nõ immerito vrbs Ciſalpinæ Galliæ ex qua ego ortũ duxi, pergamũ dici poſſet, ꝙ in edito ſita ſit. Sed Plinij auctoritas nõ paruipẽdẽda fuit, qui Bergomum per b & o ſcribit, & eius incolas Bergomates appellat.

¶ Pergo, gis, perrexi, ex per & rego, ſignificat vado. Plin. Mox vbi pluribꝰ eodẽ modo ſe corijs loricauit in dimicationẽ pergit. Q̃nq; proſequor proſeuero ſiue procedo. Terent. in Adel. Nam ſi moleſtꝰ eſſe pergis. Ver. O dea ſi prima repetens ab origine pergam. Q̃nq; ago Idem. Pergite pierides. Quãdoq; feſtino. Ter. in Phor. Domũ ire pgã vbi plurimũ eſt. Quandoq; Conor. Idem in eadem. Hoc vbi ego audiui ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexit. Hinc componi Expergo quod ſignificat expergefacio. Actius. Heus vigiles pro parte ex pergite pectora tarda ſopore. Sipontinus componi putat ex per & ago, ſed vt opinor fallitur, tum quia præteritum perrexi facit ſecundum analogiam ſimplicis rego non peregi, quod eſt a perago, tum quia perago compoſitum habetur ab ago.

¶ Pergręcor, aris, epulis & potationibꝰ inſeruio, quod eſt Græcorum proprium. Titi. Hominem impium nũc ruri pergræcatur.

¶ Pergula locus apertus a multis lateribꝰ aerẽ excipiẽs aliq̃n extra parietem porrectꝰ, & modo tectꝰ, modo ſub dio expoſitus a pergendo dicta, quod in ea deambulare ſoleamꝰ, forũq; aut hortũ, aut plateas, aut vias ꝓſpectare, & q̃nq; cœnare. In pergulis ꝑceptores diſcipulos erudiebãt, alijq; artifices opa ſua velut in ꝓpatulo habebãt. Vñ Suet. de Craſſitio grãmatico. Deiñ in pgula docuit. Plin. de Apelle. Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeũtibꝰ, atq; poſt ipſam tabulã latens vitia q̃ notarentur auſcultabat. Eſt & pergula ordo ac cœtus miniſtrorũ obedientiũ ſtructori. Iuue. Sed nec Structor erit cui cedere debeat omnis Pergula, id eſt pergẽtinus ordo. Itẽ in naui pergula dicimus excurſus per totã nauim. & alio noĩe portiſculꝰ appellat̃. In vineis vero topiariũ opꝰ ſignificat. Col. Si quę pergulę vitiũ generoſarũ a putatoribus relictę ſunt ante Kalendas Apriles vtiq; deputari debent. Plinius etiam vitium generoſarum pergulas pręcepit quinquartibus eſſe putandas.

¶ Perhibeo, bes, pe. cor. ex per & habeo, ſignifi. dico & firmę teneo. Columel. lib. iiii. India perhibet̃ molibꝰ ferarũ mirabilis. Interdũ perhibere & dare. Idẽ in eodẽ. Eius rei teſtimoniũ tu præcipue Syluine perhibere nobis potes. q̃nq; pretiũ denotat eo modo quo vẽdo. Plautus in Perſa. Eodẽ mihi ꝑtio ſal perhibetur quo tibi.

¶ Peri ꝑpoſitio gręca, modo ſignificat de, modo vltra, modo circũ a qua multa per compoſitionem fiunt.

✣ Periãder fuit vnus ex ſeptẽ ſapiẽtibus Græciæ. Cc.

¶ Periarchõ ſignifi. de principijs ſiue principalibꝰ περὶ enim ſignificat de ἀρχῶν principijs, licet ſit genitiuica ſus, qa Gręci carẽt ablatiuo. Scripſit Origines libros Periarchon (iqt Hiero.) q ſunt re vera alias obſcuriſſimi & difficillimi. De rebꝰ ibi talibꝰ diſputat, ĩ qbꝰ philoſophi omni ſua ætate conſumpta nihil inuenire potuerunt.

¶ Peribolus pe. cor. latine circuitus. Dr̃ & peribolum a περιβάλλω circumeo. ☿ Et capitur ꝓ ſepto & corona domus, quę fit ne quis delabatur, quę loricula vel alio noĩe dicitur. vide in loricula.

¶ Periboetõ περιβοητὸν, gręci dicũt celebrẽ famigeratũq;

¶ Pericope pe. cor. amputatio cõciſio dr̃. Hiero. ad pãma. Aut ſi tu quoq; narẽ cõtraxeris illã apoſtoli περικοπὴν, i. amputationẽ, in qua de virginitate & nuptijs diſputat, aliter diſſerere compelleris.

¶ Pericles nomen viri clariſſimi Athenienſis qui rẽp. xl. annis gubernauit, ex περὶ & κλέος gloria.

¶ Periclimenes, nomen filij Neri & fratris Neſtoris.

¶ Periculũ a pereo deduci videt̃ & ſalutis diſcrimen ſignificat. Verg. Obſcœnãq; famẽ q̃ prima pericula vito. Aliq̃n dr̃ experimẽtũ, quia rarũ eſt tentamẽtũ ſine periculo. Terent. in Eu. Fac periculũ literis. Et ſic a perior antiquo verbo ſcd'm Ser. deriuatur ſicut a fero ferculum. Hinc periculoſus, a, um, quod eſt cum periculo. Cic. lib. j. offic. Grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites habere coguntur.

¶ Periculor, periculum ſubeo. Cato. Periculatus ſum.

¶ Periclitor pe. cor. Idẽ eſt qđ periculor, vt periclitor fama, capite, hoc eſt periculũ ſubeo iſta perdendi. Dicit̃ etiam periclitor ſiti, quando in periculo poſitus ſum moriendi propter ſitim, periclitari etiam ſignificat experiri. Cicero libro primo de Ora. Subeuntibus vſus omniũ & periclitandę vires ingenij. Plancus. Itaq; potius periclitari volui ſi poſſet mea præſentia & Lepidum tueri & exercitum facere meliorem q̃ nimis cautus videri.

¶ Perihermenias latine dicitur de interpretatione.

¶ Perihegeſis ambitus. Pliniꝰ. Poſſidonio qui periplũ aut perihegeſim. id eſt de terræ ambitu.

¶ Perilencos gemma quæ ab ore ipſius gemmę ad radicem vſq; candidum habet. Cc.

¶ Perimetros latine immenſus, quaſi vltra menſuram.

✣ Perimo quaſi in totum emo. Nam quod interficimꝰ a nobis emptum, & noſtri omnino iuris factum eſſe videtur, & hac de cauſa interficere ſignificat. Inde perẽptus interfectus. Cc.

✣ Perimula indiæ promontorium. Cc.

¶ Perihodus latine clauſula ſiue circuitus, vel ambitus vel cõpręhenſio. vel circunſcriptio & continuatio. Nõnunq̃ anfractus & terminus. Nam componitur ex περὶ circum & ὁδός via. Eſt enim vbi plena ſententia eſt. Vñ medici perihodicas febres vocant quæ certis temporibus veniunt & abeunt, & quodã quaſi circuitu facto ruſus redeunt, vt ſunt tertianę & quaternę. Eſt & perihodus genus certaminis apud Græcos.

☿ In gymnicis eñi certaminibꝰ perihodo viciſſe dr̃ q pythia Iſthmia Nemea Olympia vicit a circuitu eorũ ſpectaculorum. Et maximum decus erat viciſſe perihodo.

☿ Vide in dictione pentathli.

☿ Periodicus, a, um, pe. cor. Vide in periodus.

¶ Perœcus, latine contubernalis dicitur.

¶ Peripatetici philoſophi dicti ſunt a περιπατέω hoceſt a deambulando. & περίπατον Gręci vocant ambulationem, horum princeps fuit Ariſtoteles. Nam in Lyceo inambulans docebat. Hinc commentationes veſpertinas Ariſtote. δείλινον περίπατον, id eſt poſt meridianam ambulationem appellat.

¶ Periphraſis latine circũlocutio vel circuitio, vt apud Ver. Et iã prima nouo ſurgebat &c. cũ diẽ tm̃ ſignificet. Eſt eñi oratio rẽ ſimplicẽ circunſcribẽs elocutione.

¶ Peripheria, circunferentia.

¶ Peripetaſma, atis, genꝰ cortinę q̃ parietes & aulę tegunt̃, ſeu tapetia babylonici floris varietate cõſpicua, q̃ a Lucretio Babylonica dicunt̃, ab alijs aulęa & Attalica a Capitolino Stromata & periſtromata. A Varrone beluata, hoc eſt a beluis variegata. a Plauto periſtiomata.

¶ Periſtroma pe. ꝓ. quaſi circũſtatim, idem qđ peripetraſma. Plaut. in Pſeu. Ita ego veſtra latera loris faciam vt valde varia ſint. vt ne periſtromata æque picta ſint Cãpanica. Cicero lib. ij. Phil. Con chyliatis. C. Pompeij periſtromatis verſicoloribus perſimiles eſſe ſeruorũ in cellis lectos ſtratos videres.

☿ Periſtonium, vt Aug. ait, eſt ora quę Tunicæ Talari, vel ſuebatur, vel texebatur, & hoc eſt quod Gręci dicũt περιπόδιον, id eſt oram habens in circuitu.

¶ Peripſema atis, pen. pro. quod Gręci περίψημα ſcribunt a περιψάω quod eſt circunrado vel circũlino abſtergo & repurgo. Vnde limatura ſiue raſura & purgamentum dici poteſt. Vnde apud apoſtolum. Tãquam purgamẽta huius mũdi facti ſumus oĩm peripſema vſq; adhuc

¶ Periplum, id eſt luſtratum nauigatione circuitum.

¶ Peripheroma quaſi ſupplementum. Figura eſt cũ particula aliqua ſententię minime neceſſaria additur metro Verg. Multum ille & terris iactatus & alto, vbi ſine particula ille ſtaret ſenſus & non verſus.

¶ Periphoretos quaſi circumlatilis, quales appellari ſolent qui in lectica circunferri conſueuerunt.

¶ Peripneumonia περιπνευμονία morbus cum pulmo totus afficitur, & tuſſis ſubſequitur. Qui hũc morbũ patiuntur Peripneumonici dicũtur. Pliniꝰ. Mellis quidẽ natura talis eſt vt putreſcere corpora nõ ſinat faucibꝰ tõſilis anginę oĩbuſq; horis deſiderij vtiliſſimũ areſcẽtiq; in febribus lingue, iam vero peripneumonicis pleureticiſq; decoctũ. Cũ vehemẽtior eſt difficultas ſpirãdi & ſpirare æger ſine ſono & anhelatione nõ poteſt Aſthma vocat̃ Orthopnœa cũ ſpirare nõ poteſt niſi recta ceruice ſpiritus trahat̃. Dyſpnœa cũ difficultas ſpirãdi modica eſt.

☿ Periergia περιεργία latine ſedulitas dicitur.

☿ Peripeteias, & placas Gręci euẽtus varios appellãt. Pli. Caſus mirabiles dixit in præfatione περιπετείας.

¶ Periphones, conſpicuus dicitur. Nam περὶ circum φαίνω luceo.

¶ Periſterotrophiũ locus in quo colũbę habent̃, latine colũbariũ, quãuis colũbariũ proprie ſit loculamentũ in periſterophio ſingulis columbarũ paribꝰ pręparatum. Mam periſteris columba. Inde periſtereos hærba colũbis ad modum familiaris. Varro lib. iij. de re ruſt. Duo genera earũ in periſterotrophio eſſe ſolent. Vnum agreſte quod habetur in turribus ac culminibus villæ.

¶ Periſtereõ idẽ qđ periſterotrophiũ. Var. Incedũt locũ vnũ qđ alij vocãt periſtereoma, alij periſterotrophiõ in quo vno ſæpe vel quinq; milia ſunt incluſæ, periſtereõ ſit vt teſtudo magna camera tectꝰ vno oſtio anguſto

✣ Periſterę dicuntur columbę domeſticę, & harum ſtationes periſteriones vocamus. Cc.

¶ Periſcelis, idis, ornamẽti genꝰ circa crura quo mulierũ greſſus cõponi ſolebãt, vt docet Porphyrio enarrans illud illđ Horatij. Sępe periſcelidẽ raptã ſibi flẽtis. Fit aũt ex περὶ circũ σκέλος crus. Hieron. in lib. Nu. Ob hãc cauſam offerimꝰ in donarijs domini ſinguli qđ in pręda auri potuimꝰ inuenire periſcelides & armillas anulos & dextralia & muręnulas, vt depreceris ꝓ nobis dñm. idẽ ad Fabiolã ſcribit periſcelides a latinis vocari fœmoralia, ſeu brachas quibus pudenda velantur.

¶ Periſſologia ſupflua locutio vt ſi dicamꝰ. Fœlix ſit & mĩme peat. Cęſar. Nã περισσὰ ſuperflua λόγος locutio.

¶ Peryſtilus, locꝰ clauſus colũnis, periſtyliũ quaſi circũ colũniũ περὶ circũ στῦλος columna. Eſt autẽ locus circunquaque porticum habens, vel ſaltem a tribus lateribus Victruuius. Periſtylia in tranuerſo tertia parte longiora ſint quam introrſus. Itidẽ Tetraſtylos Heſtylos Octoſtylos dicuntur a Vict. loca a numero columnarum.

¶ Perizonium palliolum præcinctum quo nudæ virgines infra papillas pręcinguntur, hoc eſt pręcinctorium & caſtula dicitur.

¶ Perizoma, atis, dicitur omne quod circuncingit pudẽdorum velamen, vt in Gene. Fecerunt ſibi perizomata Idem dicitur & lumbare & bracha.

¶ Perillus Athenienſis faber ingenio præſtãs qui taurum ex ęre fabricauit in quo reus clauderetur vt phalaridi placeret.

☿ Peremptorius, peremptoria, peremptorium, quod eſt mortiferum a perimendo, vt venenum peremptoriũ apud Apule. libro decimo. Sic apud iuriſconſultos. Titu. de iudicijs peremptorium edictum dicitur eo ꝙ perimat diſceptationem in litigatores, hoc eſt non patiatur aduerſarium tergiuerſari.

☿ Peremptalia fulgura priſci appellauere, quę ſuperiora portenta perimunt, id eſt tollunt.

¶ Perimo, is, penul. cor. ex per & emo, ſignificat adimo, tollo. Vnde peremptus interfectus.

¶ Perinde ex per & inde compoſitum eſt, aduerbium ſimilitudinis. Significat enim ita. Cice. lib. iij. Tuſ. In quo facetũ illud Bionis, perinde ſtultiſſimũ regẽ in luctu capillũ ſibi euellere quaſi caluicio mœror leuaretur. Suet. in Domi. Nulla tamen re perinde motus q̃ reſponſo caſuq; Aſcletarionis mathematici. Aliq̃n ſignificat pariter ęque, Plin. Iunior. Furius Rufi clariſſimi, & perinde fœliciſſimi. Suet. in Cęſa. Quę ſiquis inueſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum literã, id eſt d, ꝓ a, & perinde reliquas commutet. Aliq̃n multũ ſeu valde, admodũ. Idẽ in Galba. Quare aduentus nõ perinde gratus fuit. Et de Augu. Coxendice & femore & crure ſiniſtro nõ perinde valebat, vt ſępe etiam inde claudicaret Cicero. Terentię. Te & Dolobellam perinde diligo. Aliquando ponitur pro tanquam. Et ſic plęrũq; habet poſt ſe vel ac ſi vel atq; ſi, vt Fac periñ ac ſi tua res eſſet & faueo rei tuę perinde ac meę. Aliquando ſignificat ꝑ hunc modum. Terentius in Phor. Sexcentas perinde potius ſcribito mihi iam dicas.

☿ Periſſum Gręci inæquale impar dicunt.

¶ Perinthus vrbs Thraciæ q̃ nũc Heraclia dicitur.

✣ Inde perinthius, a, um, vt perinthia Menãdri. Ter. Menander fecit Andriam & Perinthiam. Cc.

¶ Perito, as, pen. cor. frequentatiuum a pereo, ex per & ito. De ſimplici. Gelli. Ne quo ad cænam, niſi ad certas perſonas itaret. De compoſito. Plautus in Cap. Qui per virtutem peritat non interit.

¶ Perithous nomen viri proprium.

¶ Periurus qui iuſiurãdũ violat, vel qui iurando ius peruertit. Ver. Talibus inſidijs periuriq; arte Sinonis. Periuriũ eſt iuſiurandũ violatũ. Quid autẽ ſit iuſiurandum Cice. lib. iij. offi. declarat dicens, ꝙ ſit affirmatio religioſa. Idem ibi. Regulus non debuit cõditiones pactioneſq; bellicas, & hoſtiles perturbare periurio.

¶ Perrhæbi gens epirotica. Proper. Aut cur perrhæbi tremuere cacumina pindi.

¶ Perlego pe. cor. multũ ſiue a principio ad finẽ vſq; lego aut video. Plaut. in Aſina. Lege perlege. Quin. Qđ videre non eſt ſatis ſed perlegendum erit. Verg. Quum protinus omnia perlegerent oculis

☿ Perlitꝰ pe. cor. a plino, is. Apul. li. j. Et lolio perlitus.

¶ Perlucidũ & pellucidũ a perluceo vel pelluceo, ꝑ mutationẽ r in l, ſicut perluo & pelluo, ꝑlicio, & pelliceo, Et eſt id ꝑ cuiꝰ mediũ oculos dimittimꝰ atq; videmus, vt aqua, laterna, vitrũ. Refert̃ etiam ad mentem Plautꝰ in Aul. Is pellucet quaſi laterna punica.

¶ Perluo multum lauo. Col. Cum vino perluitur os.

¶ Permano, as, pe. ꝓ. ad finẽ mano deſcẽdo. Ci. li. j. de natura de. Nec eſt qđ ab his ad hoĩm vitã ꝑmanare poſſit. Idẽ lib. iiij. Tuſ. Nã cũ eſt cõcupita pecunia nec adhibita cõtinuo ratio q̃ſi q̃dã ſocratica medicina q̃ ſanaret eã cupiditatẽ, ꝑmadat in venas & inhęret in viſceribus illud malũ. i. deſcẽdit & penetrat. Plaut. in cap. per tranſlationẽ poſuit ꝓ vulgare. Ne arbitri dicta nr̃a arbitrari queãt neue ꝑmanet palã hęc noſtra fallacia.

¶ Permaneo, es, pe. cor. vſq; ad finẽ maneo. Pli. Iunior. Tũc demũ lẽte cũctãterq; veniũt nec tñ ꝑmanẽt, ſed añ finẽ recedũt. Per trãſlationẽ ponit̃ ꝓ ꝑſeuerare. Ter. in Hecy. Vnde ita intereas interceſſit quę tã permãſit diu

¶ Permitto ſino, vt permitte me legere. Interdũ dedo Curtius lib. j. Sexaginta dierum inducias pacti vt niſi intra eos auxiliũ Darius ipſe miſiſſet dederent vrbẽ poſtq̃ nihil inde præſidij mittebatur ad præſtitutum diẽ permiſere ſe regi. Interdũ incito, Siſen. li. iiij. Et inde equũ cõcitatũ principes ad hoſtiũ permittit aciẽ. Interdũ pręcipito. Idem lib. iiij. Multis præmiſſis armis ex ſummo ſe permitterent. Interdũ cõmitto. Salu. Ea poteſtas per ſenatũ more Romano magiſtratui maxima permmittitꝛ. Idem. M. petreio legato exercitũ permittit. Et permittere eſt quaſi ad finem mittere. Col. lib. viij. Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria permitti.

¶ Permeſſus fluuiꝰ Bœotię ex Helicone ꝓueniẽs phœbo & muſis ſacer. Ver. i Sileno. Tũ canit errantẽ ꝑmeſſi ad flumina Gallũ. declinatꝛ & hic ꝑmeſſꝰ, idis, vel idos. Mart. Quid tibi cũ cirrha? quid cũ permeſſidos vnda.

¶ Pernæ a pede vel a gręco πτέρνα, dicũtur tã priores q̃ poſteriores coxæ porcinę ſalitæ cum toto pede quos Mart. petaſones appellat. Pliniꝰ. Caſtrantꝛ ſues poſt bidui mediũ ſuſpẽſæ pernis prioribꝰ. Quidã dicũt pernã ꝓprie pedẽ ſignificare, quo vocabulo Hiſpani nũc vulgo vtuntur a quo pernę ſuillæ. Vnde & Compernes qui ſunt longis pedibus. Ab huius pernæ ſimilitudine piſcis quoq; genus perna dictus eſt ex concharũ genere circa pontias inſulas frequentiſſimum ꝙ ſtent veluti ſuillo crure longo in arena defixi.

¶ Pernio morbꝰ pedũ ex nimio frigore ꝓueniẽs & calcaneũ ĩfeſtãs ſ p̃cipue Pli. Rapũ domeſticũ ꝑniones feruens impoſitũ ſanat, & crudũ tuſum cũ ſale ꝓdeſt cuicũq; vitio pedum. Huius diminutiuum eſt perniunculus. Idem. Perniunculos curat & cotyledon cum axungia.

¶ Pernix, icis, pe. pro. a pernitor, ris. qui nimiũ nititur. Vnde aliquãdo ſumitur ꝓ celeri. Verg. lib. iiij. pedibus celerẽ & pernicibꝰ alis. Aliqñ nimium ꝓ perſeuerante. Idem lib. iij. Geor. de tauro ferociẽte. Et inter dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili. Hier. ad Deme. ꝓ vtroq; ſignificato poſuit. Equorũ curſus clamore pernicior fit. Hic pernicior & perſeuerantior intelligi poteſt. pernix vero pernicis pe. cor. a perneco as, fit pro pernicioſo. & in fœminino genere ſumitur pro morte.

¶ Pernicitas velocitas. Plinius. Alibi cauda villoſa homines naſci pernicitatis eximię.

¶ Pernicies mors, a perneco Neco autem a nex. Hinc pernicioſus pro mortifero.

¶ Pernicialis mortalis. Pliniꝰ. Pernicialia & braſſicę cũ vitæ odia.

¶ Perniciabilis ad necẽ omnia ducẽs. Liui. Multos exinaniuit rigor niuis inſolitꝰ, multorũ exuſſit pedes, plurimorum pręcipue perniciabilis fuit.

¶ Pernox gñis oĩs ſignifi. ꝑ noctẽ, nõ ꝙ tota nocte nũq̃ dormiat. Plin. de luna ſic inquit. Creſcẽs ſemꝑ aut ſeneſcẽs, & modo curuata in cornua, modo ęqua portione diuiſa. modo ſinuata ĩ orbẽ maculoſa, eadẽq; ſubito prænitẽs ĩmẽſa orbe pleno ac repẽte nulla alias ꝑnox, alias ſera, ex parte diei lucẽ ſolis adiuuãs deficiens & in defectu tamen cõſpicua. Cũ eñ dicat alias pernox alias ſera & ſera idem ſit qđ tarda, pernox cita ſignificare cõuenit hoc eſt vt ego ſẽtio nocte modo ad ſurgendũ cita, modo tarda. Alterũ eñ ex altero declaratur. Liui. lib. v. Pręliũ q; ante lucẽ, ſed luna pernox erat, cõmiſſum eſt, & haud incertius diurno pręliũ fuit. Hic pernox ſignificat ꝙ luna per totã noctẽ erat ſiue lucebat. Hinc pernocto.

¶ Pernocto, as. ꝑ noctẽ moror. verſor. vigilo. oro geſco, ambulo, ſto habito, dormio, vel qcq̃ aliud facio ſiue bonũ id ſit ſiue malũ. Non autẽ totã noctẽ inſomnẽ duco. Hoc enim rariſſime euenit, vt quis ꝑ totã noctẽ euigilet. Vñ illud Terẽtia in adel. Sed ſi pernocto cauſę quid dicã Syre? ita interpretor. Si hic per noctẽ moror, nõ autẽ ſi vigilo per totã noctẽ, quod ad rem non pertineret, ſed cũ ille de pernoctatione ſua in vrbe qui ruri pernoctare ſolebat loquatur, ne pater ſi rure ſe abſentẽ noctu deprehẽderet ſuſpitioſꝰ exqrat cur nõ rus redierit. Et illud ĩ Hecy. Nã negabas nuptũ filiã te tuã poſſe paticũ eo qui meretricẽ amaret & pernoctaret foris. Cicero pro Cluẽtio. Cũ eſſet adoleſcẽs apud mulierculã quandã atq; ibi vt pernoctaret moraretur. Idẽ ꝓ Archia adoleſcẽtiã agũt, ſenectutẽ oblectãt, ſecundas res ornãt aduerſis perfugiũ atq; ſolatiũ præbẽt, delectant domi, non impediunt foris pernoctãt, nobiſcũ peregrinãtꝛ, ruſticãtur, id eſt hoſpitãtur per noctẽ morãtꝛ, verſantur ſtant, & huiuſmodi. vt pernocto ſit quicquid generatim per noctẽ fieri poſſit. Idem pro domo ſua. propter inopiã tecti in foro pernoctãs, id eſt dormiẽs. Põpo. Pernoctare extra vrbem dr̃ qui nulla parte noctis in vrbe ſit. Eſt & Abnocto quod ſignificat per noctẽ ſiue noctu abſum. Seruius in librũ. v. Aenei. Hoc etiam illa lex iuris indicat ꝙ cũ tribuno plæ. abnoctare ab vrbe non liceret, licebat tamen exire poſt noctem mediam & ante mediã reuerti.

¶ Pero genus calciamenti ruſtici ex corio crudo cõtra niues hymbreſq; ac frigora. ꝙ peram veteres pellem dicebant pendẽtẽ a collo ad lũbos. Iu. Quẽ nõ pudet alto per glaciẽ perone tegit. Ver. lib. vij priſcos latinos perone in bellis vſos oñdit, cum ĩqt. Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pędis crudis tegit altera pero. Vict. Ex vlua ĩgr paluſtri factis peronibꝰ. Vbi quaſi pro culeo & vtre accepit, pero etiã fuit nomẽ Nelei filij, & frater neſtoris.

¶ Peronatus qui perones aſſumpſit. Perſiꝰ. Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.

¶ Peroſus ex per & oſus. Oſus autem participium eſſe puto verbi odio pro quo defectiuum odi manſit in vſu. Vnde oſor verbale. Nã ſicut a prandeo pranſus ſum cũ tamen & prandi dicamus, ita & oſus ſum ab odio capimus, pro quo eſt odi pręſentis & præteriti perfecti temporis. Teren. in Adel. Et illud rus nulla alia cauſa tam male odi niſi quia ꝓpe eſt. Plau. in cap. Odi ego aurum, multa ſæpe multis perſuaſit ꝑperã. Capiũtꝛ ſimilꝛ Oſus exoſus & peroſus, & actiuę ſignificatiõis ſũt & ꝑticipia qđ oñdit oſurus futuri tẽporis. Exẽpla oĩm ꝓferã. Feſt. ſcribit. Oſi ſunt ab odio declinaſſe antiquos, teſtis. C. Gracchꝰ in ea quæ eſt de lege Minutia cũ ait. Mirum ſi quid his iniurię fit, ſemꝑ eos oſi ſunt. qđ nũc quoq; cũ ꝑ poſitiõe elatũ frequẽs eſt cũ dicimus peroſi. Col. lib. x Neq; ea curatorẽ fraudulẽtũ tm̃, ſed etiã immundã ſegniciẽ peroſa eſt. Quint. lib. j. Qui modo legitimã diſciplinã non ſint peroſi. Plau. in Am. ſimplici vſus eſt. Inimicos ſemꝑ oſa ſum. Verbali autẽ in Aſi. Madidũ, nihili, incontinentem atq; oſorẽ vxoris ſuæ. Exoſus. Ver. lib. v. poſuit. Iuppiter omnipotens ſi nondum exoſꝰ ad vnum troianos. Exoſus paſſiue etiã dr̃ ab Eutropio.

¶ Perogigamus, qui admittit vt ſaliat equam. Eo enim adiutante equa alligata celerius admittitur. Var. lib. ij. de re ruſt. perogitam appellat.

¶ Peroro, as, finio pago ſiue vſq; ad finẽ dico, ſicut dicimus orare ſignificare agere ſiue dicere. Lactantiꝰ lib. v. Quãq̃ Tertulianus eandẽ cauſam plene perorauerit in eo lib. cui Apologetico nomẽ eſt. Ci. li. ij. de legibus Video platonẽ idẽ feciſſe oẽmq; orõnẽ eiꝰ de legibꝰ peroratũ eſſe vno ęſtiuo die. Hoc tamen verbum ſignificat perfecte ſiue quãtũ perfecte poſſum oro. Vñ peroratio dr̃ finis orõnis. Sed qa in hac parte vtimur plærũq; affectibus, ideo vſurpamus plærumq; perorare pro ipſa affectuum commotione. Quintilianus. At iſta legem recitat, & in cadauere filij perorat. id eſt indignationẽ commouet.

✤ Perorri populi ſunt Aethiopiæ non multum remoti ab Atlante monte. Cc.

✤ Perotta genus chartę nuper inuentæ. Cc.

✤ Perottia peronibus dicti ſunt. Cc.

¶ Perpẽdo, is, ꝓpe examino. Vide in dictione pendo.

¶ Perpẽſe aduerbiũ ſignificat ꝓpe examinate ac põderate. Amb. li. de Caim. Ex quo cognoſcitꝛ nec illud otioſe ſcriptũ ſed perpẽſe & examinate qđ legimꝰ in regnorum libris.



¶ Perpendiculare geometrę vocant quod recte in aliquid incidit, vt radij ſolis recte ex alto in aqua deſcẽdẽtes perpendiculares appellantur, illos integros, hos cõfractos in aqua videmus apparere.

¶ Perpendiculũ inſtrumentũ fabri materiarij ſeu cęmẽtarij quo plũbo & filo & gnomone pendente rectitudo ſeu obliquitas operis perpenditur. i. examinatur. Aſco. Perpendiculum linea laterum æqualitatem a ſummo ad imum latitudine probans. Cice. lib. ij. Acad. Atq; ſi crederemus non egeremus perpendiculis, non normis nõ regulis, perpendiculi inuentor fuit Dedalus.

¶ Perpetro as, penul. cor. ex per & patro, ſigni. perficio & plærũq; in malam partem.

✠ Perpetim pe. cor. aduerbium ſignificat perpetuo.

¶ Perpes etis, pe. cor. generis omnis idem quod perpetuus a quo fit perpetim perpetuo.

¶ Perpeto is, pe. co. ex per & peto ſignificat continuo. i. valde & ſine intermiſſione peto, perago, perficio. Vñ perpetem & perpetuum dicimus integrum, ſolidum, & nũquam interruptum.

¶ Perperi pe. co. indocti, ſtulti, praui, mẽdaces. Actiꝰ Deſcribere eum miror perperos popularis.

¶ Perperã pe. cor. aduerbiũ ſignificat praue, peruerſe Plaut. Quidni ſemꝑ agit perperã. Exponũt perperam petulanter ſeu inconſtanter, vt eſt illud Apoſt. Charitas nõ agit ꝑperã. i. nõ eſt inconſtans, ꝑperos eñ gręcę inſtabilis eſt & leuis & mẽtis inops. Et hęc in eos intẽdit q leuitate q̃dã & incõſtãtia plæraq; innouãt, poteris & hoc pacto intelligere. Non agit perperã. i. cõtumelioſe.

¶ Perperitudo mõ prauitatẽ, modo ſtultitiã ſignificat.

¶ Perpero as, deprauo, quaſi nimis exacte paro.

¶ Perpetuus a, um, vt accipitꝛ a Theologis. i. cui & principium datur & finis, vt mundus & homo exterior. Sempiternum ꝙ ex ſemper & æternum componitur, id ĩtelligitur quod principium habet nunquam habiturum finem, vt ſunt angeli & dęmones & interior homo. Aeternũ qđ nec principium habuit nec idem finem habiturum eſt, vt deus. Quę differentia nulla eſt apud Oratores, vt ex libris Ciceronis de natura deorum, & in Tuſcula. intueri licet. Eſt quando perpetuum ſignificet continuum. Vnde perpetuam orationem dicimus continuã Ouidius. Ad mea ꝑpetuum deducite tempora carmen.

¶ Perpetuo as. perenno continuo. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Gaudiũ verũ ꝑpetuabatur ex deo in quem flagrabat charitas ex corde puro. Nęuius. Miſerum me cui datum eſt vt hunc ſolus perpetuam laborem.

¶ Perpeſſus qui nimis cum labore & dolore paſſus eſt a perpetior fit.

✤ Plexa ligata, a quo perplexa intricata & abſtruſa, & ꝑplexe aduerbium, hoc eſt implicite inordinate, & perplexabile figuratur, ꝑ quod aliud auditur, aliud ſẽtitur. Plaut. Nec vllum verbum facit perplexabile. Cc.

¶ Perpluere ſignificat per medium pluere. Quinti. lib. vj. Quum cœnaculum perplueret.

✤ Perpol aduerbium iurandi. Cc.

✤ Perquam compoſita dictio ſemper poſitiuis adiungitur, & verbis. Cc.

¶ Perrepto as frequẽtatiuũ a perrepo, ſignifi. tarde & cum labore incedo. Teren. in adel. ꝑreptaui vſq; omne oppidũ ad portam & ad lacum.

¶ Perrumpo ꝑfecte ſeu per medium rumpo. Columel. lib. ij. Sic omnes radices hęrbarum ꝑruptæ necantur. Liui. lib. viij. Qui aliquoties impetu facto perrumpere non poterat hoſtium agmen, detraxit frenos equis.

¶ Perſcribo ad finem vſq; ſcribo, Liuius. Facturus ne ſim opere pretium ſi a primordio vrbis res geſtas populi Romani perſcripſerim.

✤ Perſebolis perſidis regia. Ptolomęus tamen hãc vrbem ꝑſepolim non perſebolim vocat, & ſic legendũ opinor. Lege ptolomæum vj.

¶ Perſephone pe. cor. dicta eſt ꝓſerpiã & ſignificat virtutem ſeminum, quam olim raptã ab Orco dicunt. Quia vt inquit Aug. defuit terrę fœcunditas.

¶ Perſequor in bonã & in malam partẽ accipi poteſt. In bonam, vt ſi quid aut quem quo ad poſſumus ſequamur. Et ſic ſignificat quod cœperam perſeuero exequi. Nã vt inquit Dona. perſeuerationem perſequentis oſtẽdit. perſequitur enim qui non deſinit ſequi, quod eſt quaſi perfecte ſequor Terent. in Andria. Is hinc bellum fugiens, meq; in Aſiam perſequens ꝓficiſcitur. Cicero. pro Deio. Spem infinitam ꝑſequi nolui. Plin. Qui mihi omnes ſuaderent vt cæptum opus perſequi feſtinarem. In malum ſignificat inſector vlciſcor. Plaut. Quid me miſeram. atq; innocentem perſequaris. Saluſtius. Et accepta iniuria ignoſcere, quam perſequi malebant.

✠ Perſero ris. ex ꝑ & ſero. ſignifi. ꝑfecte ſero. Plau. poſuit pro diſſemino quum ait. Inde veniſſe perſerit.

¶ Perſeuero as penul. pro. ex ꝑ & ſeuerus cõponi puto. non eñ ſeuero legitur. Et ſignificat cum cõſtãtia animi & quaſi quadã ſeueritate cõtinuo. Hinc perſeuerantia q̃ eſt in rõne bene cõſiderata ſtabilis ac ꝑpetua ꝑmanſio.

¶ Perſes nomẽ fuit regis perſarum ſeu macedonum, q ab Aemylio ductus eſt ĩ triumphum Romam cum filijs perijtq; in carcere animi mœrore confectus, vel vt alij tradunt vigilijs maceratus.

¶ Fuit & alter perſes. Solis & perſę nymphæ filius rex Tauricę regionis cruentiſſimus. Cc.

¶ Perſeꝰ ei. & ꝑſes is. vľ ꝑſi. ſicut Achilles is. vľ Achilli & Achilleus ei, ẽ nomen ꝓpriũ viri. de quo multa pręclara geſta narrãtꝛ. Hic fertꝛ Cephei gener, ꝙ Andromedam ceto ꝓpoſitã liberatam a periculo vxorem duxerit q nobilitatis & virtutis cauſa ad ſidera dicitur ꝑueniſſe. A quo meduſam, vt eſt in fabulis. Harpe vulcania quæ ex adamante facta fuerat, interfectam eſſe conſtat. Cic. lib. ij de natu. deorum. Cepheus paſſis palmis ſubſequitꝛ ſeptentrione. Hunc antecedit Caſſiopea, ad pedes Andromadę perſeus deſcribitur.

¶ Perſeis nymphę nomen a perſo ſic dicta.

¶ Perſia æ. ſeu ꝑſis idis & ꝑſida ę, orientalis regio a ꝑſe ſeu a ꝑſeo rege ſic dicta, cuiꝰ populi ꝑſæ dicti ſũt. Prop. perſarũ ſtatuit Babylona Semiramis vrbem. Item perſi. Luca. lib. x. Ex pharijs perſiſq; fuit Macedumq; tyrãnis. Hęc regio ſicut ptolomęus ſcribit lib. v. a ſeptentrione Medis terminatꝛ ab occaſu Suſiana, ab ortu ſolis duabꝰ Carmanijs, a meridie ꝑte ſinꝰ ꝑſici. Eiꝰ oppida ſũt Axima, ꝑſepolis. Dioſpolis Ibi primũ inuẽta eſt ars magica Ad eã Nẽbroth gygas poſt cõfuſionẽ linguarũ abijt, ꝑſaſq; ignẽ colere docuit primꝰ ĩ ea rex, ſicut refert Iuſti. lib. j. Fuit Cyrus. In ea lapillorũ multa copia. Et primã Sibyllã in ea datã ferunt, q̃ hęc de Chriſto ꝓnũciaſſe traditur. panibus ſimul quinq; & piſcibus duobus hominũ millia in eremo quinq; ſatiabit, & reliquias tollens. xij. cophinos implebit in ſpem multorum.

¶ Perſicus a, um. penul. corre. ꝙ ex ꝑſia eſt vt regnum ꝑſicũ. Iuue. Nec Crœſi fortuna vnq̃ nec perſica regna. Sufficerent animo. Dicimus etiam perſicũ ſinum, qui ab oriente eſt maris rubri, qui vero ex aduerſo eſt Arabicꝰ dicitur. ponitur qñq; perſicus pro diuite & opulento. a perſarum. ſ. diuitijs luxuq;. Hora. perſicos odi puer apparatus Plau. pro peracuto poſuit.

¶ Perſica poma dicta ſunt ꝙ ex ꝑſia primo adducta fuerunt Perſideo es, pe. cor. ex per & ſedeo.

✤ Perſillum vas erat picatum in quo vnguentum ſeruatur, qua vngebantur Quirini arma. Cc.

¶ Perſpicio ad plenũ video cognoſco ve. Cice. in Lęl. Quidã ſępe in ꝑua pecunia perſpiciuntur q̃ ſint leues, quidam vero quos res parua mouere non potuit cognoſcuntur in magnis. Hinc perſpicientia. Idem lib. j. offitio. Sed omne quod eſt honeſtum id partiũ quatuor oritꝛ ex aliqua. Aut enim in perſpicientia veri ſolertiaq; verſatur, id eſt perfecta cognitione.

¶Perſpicuum dicitur per cuius medium videmus, ſed magis ad incorporalia ptinet, pellucidum ad corporalia. Pli, Tam claras perſpicuaſq; ſentẽtias. Sic dicimus perſpicuam orationem id eſt claram & apertam. perſpicuitas ſplendor ac facilitas.

¶Perſpicax conſideratus, acutus, perſpicacitas conſideratio & acumen.

¶Perſoluo is. pfecte ſoluo. Decius Brutus Tantum me tibi debere exiſtimo, q̃tũ perſoluere difficile eſt. Eſt em̃ proprie ppter debitum vel propter alicuius virtutes & beneficia erga aliquem. Lactan. lib. vij. Vt vnicuiq; pro merito aut pręmiũ pſoluat aut pœnam. Verg. perſoluãt grates dignas & præmia reddant.

¶Perſono. Vide in dictione Sono as.

¶Perſonã diffiniũt philoſophi eſſe naturę rationalis indiuiduam ſubſtantiã. Tria igitur neceſſaria ſunt vt aliqd pſona dicatur. ſ. q̃ ſit indiuiduũ, Nõ em̃ ĩ vniuerſalib9. ſed in ſingularibus tm̃ perſona dici poteſt. Quod ſit in genere ſubſtantię. Nã accidẽtia quũ per ſe non exiſtãt nec p ſe agãt, pſonã cõſtituere nõ poſſunt. Et q̃ ſit qd rationale, qm̃ id eſt perſonans quantum ad ipſam actionem. q̃ in ſe habet quod poſſit agere vel non agere. Et hoc habent ſolũ rationabilia. Ideo de ratione pſonæ eſt q̃ ſit quid rõnale. Nõ ergo lapidis vl' arboris vel irrationalis animalis, ſed vel dei, vel ãgeli, vel hoĩs perſona dicitur. Perſona etiã dr̃ facies conficta a Græcis πρόσωπον vocata. Nã caput (vt Baſſus inquit) & os cooperimento pſonę tectũ vndiq;, vnaq; tm̃ vocis emittendę via apertum, qm̃ non vaga neq; diffuſa eſt in vnum tãtummodo exitum coactam vocẽ & magis claros canoroſq; ſonit9 facit, ob eam cauſam pſona dicta eſt, o litera propter vocabuli formam pductione. Vñ perſonati dicũtur qui huiuſmodi pſonis tecti ſunt. Et proprie hiſtriones Attellanici ſunt. pſonata quoq; fabula dr̃ q̃ agitur a perſonatis hiſtrionibus. Hanc iuniores Laruã vocant. Hinc p trãſlationẽ pſona ſumitur pro qualitate, qua alius ab alio differt, tũ in animo, tũ in corpore, tum in extrapoſitis, q̃ a Rhetoribus numerant̃ in attributis pſonę. Animi, vt quo ſtudio ſe exerceat literarũ ne, an militaris diſciplinę Et iracũdus ne ſit o, an mitis. Luxurioſ9 an tẽperãs. Corporis vt Adoleſcẽs ne ſit an ętate adultus, pulcher an deformis. Extrapoſitorũ, vt diues an pauper, Clarus an obſcurus. Vñ in ſcęnis Hiſtriones pſonas accipiũt, hoc ẽ facies aut ſerui, aut ancillę, aut militis, aut paraſiti. Et in vno homine multæ poſſunt eſſe perſonę, vt perſona iracundi, mitis, læti. Item perſona pręceptoris, mariti, patris. Hinc Grammatici perſonas conſtituunt, perſonam ſecundam & tertiam, Perſona etiam gen9 herbę, de qua Colu. lib. vij, Venena viperę depellit ſuper ſacrificationem ferro capta hęrba quã vocant perſonam, trita & cũ ſale impoſita. Exigua quoq; fiſtula ex ære ſiue marmore aut alia materia, ex qua aqua exilit e fonte, propter ſigna quę fieri in ea ſolent, perſona qnandoq; vocatur, & Sipunculus proprie dicitur.

¶Perſonatus qui perſonis, hoc eſt laruis indutus eſt.

☧Perſonata fœlicitas dr̃ a Seneca nõ vera, ſed ſimulata q̃ forinſec9 eſt decora intus vero deformata inſtar hiſtrionum qui inducta perſona ſimulant, & imitantur quęcũq; velint. pſonatus pr̃, dr̃ ab Horatio comicus pater, inductus in comedia ſub perſona hiſtrionica ſcribit Ci. q̃ Roſcium perſonatum non magnopere laudabant.

☧Perſonata vero vulnera ſunt quæ latent.

☧Deniq; generali vocabulo perſonatus dici poteſt quiſquis foris aliud oſtendit, & intus aliud ſentit, & machinatur. Perſonati proprie Attellani vocãtur, quia ius ẽ his non cogi in ſcęna ponere perſonã, quod cæteris hiſtrionibua pati neceſſe erat.

¶Perſonatas us. ipſa in perſonis actio. Vude dicimus hiſtrionem perſonatum agere in ſcænis.

¶Perſonale q̃ ad pſonã ptinet. Vñ pſonalis actio, q̃ in pſonã ſit, Perſonale vero verbũ q̃ per pſonas diſtinguit̃, cuius contrarium eſt Imperſonale.

¶Perſonatia genus hærbæ quam Græci forte petaſitẽ vocant. Plin. Folio perſonatię nullum eſt latius. Perſolata etiam hęrbę genus, quam vt ait Plini. Gręci vocãt Arction, & aliquando proſopiten, quam nemo ignotat Folia habet ſimilia cucurbitis. Dicta pſolata a pſola, q̃ nomem apud veteres, vt Placidus Grammaticus inqt, ſignificabat perſonam.

¶Perſto, as. permaneo, perſeuero. Gel. Hoc modo per dius pernoxq; perſtabat. Lact. lib. j. Vt in perpetuum vanitatis illorum monumenta perſtarent.

¶Perſiſto is. Vide in dictione Siſto.

¶Perſtino. as. pe. cor. Vide in dictione Deſtino.

¶Perſpiſſo aduerbium ſignificat tardo. Plau. Quia qd̃ bene promittunt aruſpices perſpiſſo euenit. Cc.

¶Perſtringo gis. valde ſtringo, ſeu breuiter aut ſũmatĩ ſtringo dico vel ſcribo. Hie. Hęc a me pſtricta ſunt breuiter. Perſtringere vero eſt obtenebrare, obtundere, vt quum oculi nimia luce, aut aures nimio ſonitu perſtringuntur. Lact. lib. ij. Horum pulchritudo ac nitor pſtringit oculos. Hora. li. car. Iam nunc minaci murmure cornuum Perſtringis aures iam litui ſtrepunt. Vide infra.

¶Perſuadeo nõ ab actu ſed ab effectu pſuaſionis ſignificationẽ habet, vt ſit pſuadere ſuadẽdo inducere. Sed diſtinguendũ eſt. Nã aut id fit vt quis inducatur ad id credendũ, aut ad id faciendũ. Si ad id credendũ, & dicã Perſuaſi hoc tibi. tunc ſic exponerẽ. hoc tibi ſuadẽdo credere feci. Vel ſic. Dũ hoc tibi ſuadeo credidiſti. Aug. li. j. de ci. Dei. Nã ſcio quibus viribus opus ſit, vt pſuadetur ſuperbis q̃ta ſit virtus hũilitatis. Cice. lib. j. ad Herẽ. Si animus auditoris pſuaſus fuerit. i. ad credẽdum induct9 fuerit. Quod ipſe Ci. ſic exponit licet per alia verba. i. ſi oratio aduerſariorũ fidem fecerit auditorib9. Sin ad faciẽdum tunc ſic. Perſuaſi tibi vt hoc faceres id eſt ſuadendo tibi in animũ induxi vt hoc faceres. Etiã in pręſenti vt Cęſ. cõ. li. iiii. Idoneũ quendã hominẽ & callidũ delegit gallũ ex illis quos auxilij cauſa ſecũ habebat. Huic magnis p̃mijs pollicitationibuſq; pſuadet vt ad hoſtes trãſeat & quid fieri velit edocet. Qui vbi ad eos venit ti morẽ Romanorũ pponit, pſuadet. i. ſuadendo inducit ĩ animum. Quod oſtenditur ex affectu, qm̃ Gallus ex ſuaſione p̃miorum inductus trãſiuit ad hoſtes. Quod tamẽ non eſt alienum a vocabuli ſignificatione, qm̃ pfecte ſuadere eſt maxime ſuadẽdo in animũ inducere alteri vt id credat ſeu faciat. q̃ quũ perfecte fit. is cui hoc ſuadetur quodãmodo id credere aut facere perpellitur. Ideo pſuadeo hoc mõ nõ perfecte ſuadeo ſignificare dr̃, ſed quaſi ſuadendo in animum perfecte induco, vt ab effectu qui ſequitur pfecte ſuaſionis magis q̃ a ſignificatione vocabuli ſenſus capiat̃. Similimodo fit in Exoro quum ſignificat orãs impetro. Et Excogito q̃ eſt per cogitationẽ inuenio eo q̃ exorando. i. pfecte orando ĩpetrtaur q̃ orat̃. & Excogitãdo. i. pfecte cogitando iuuenitur quod quęritur. Nec huiuſmodi ſignificationes pprie ſumuntur ex vi p̃poſitionũ & verborũ q̃ non progrediuntur niſi quantum ſignificatio eorum protenditur, q̃ in perſuadeo eſt perfecte ſuadeo. Exoro perfecte oro, ſed ex effectu rei q̃ ex eis conſequitur & perficitur. Verum nõ catenus ipſa a ppria eorũ ſignificatione recedere dixerĩ quin ſignificare poſſint pfectã ſuaſionẽ. Nã perſuadeo perfecte ſiue maxime ſuadeo ſignificare docet Teren. in And. quum ait. Ipſius mihi Dau9 qui intim9 eſt eorũ cõſilijs dixit, & is mihi pſuadet nuptias q̃tũ queam vt maturem. Idẽ in phor. Sed vbinã Getã inuenire poſſim vt rogẽ quod tempus cõueniẽdi patris me capere pſuadeat. Hic pſuadeat maxĩe ſuadeat ſignificat. Similiter. Lactan. lib. vj. Quid M. Tulli9 ĩ ſuis officialib9 libris nõne hoc idẽ perſuadet nõ eſſe omnino largiendũ? id eſt maxime. Quod eſt cõtra eos qui volũt perſuadere tm̃ in effectu eſſe. Suadere in actu, vt eſt Sipõtin9, qui ait. Suadere eſt hortari aliquẽ ad id q̃ intendimus. Perſuadere eſt ſuadẽdo aut diſſuadẽdo aliquid hominẽ in opinionẽ noſtrã ĩducere lib. iiij. Tuſcula.

✤ Perſuo in ſuo, ex per & ſuo. Cc.

✤ Perſum valde ſum Gelli. Platoni & Socrati perfuit familiaris. Cc.

¶Pertędeo, des, dui a quo pertędeſco, quod eſt tędio vehementer afficior. Gel. Iamq; omnes finem cuperent verbiſq; eius defatigati pertęduiſſent.

¶Pertęſus, a, um. pticipiũ ſine verbi origine, vt inquit Ser. & regit accuſatiuũ. Sed poteſt eſſe a pertędeo. Sue. in Cęſa. Et quaſi ptęſus ignauiã ſuã q̃ nihil tũ a ſe memorabile actũ eſſet. Amb. lib. Hexa. Turtur vbi iugalis pprij fuerit amiſſione viduata ptęſa thalamos & nomen habere cõiugij, eo q̃ prim9 amor fefellerit eã. Ver. lib. iiij. Aene. genitiuo iunxit. Si non pertęſum thalami tædeq; fuiſſet.

¶ Per tempus ſignificat opportune. Terẽti9 in Hecy. Per tempus accedamus.

¶Pertẽdo ad finẽ tẽdo. Aug. lib. xvj. de ciui. dei. Quoto quiſq; anno vitę ſuę filiũ genuerit ad iſtũ g̃nationum ordinem pertinentẽ qui pertendit ad Habraam.

✤ Per te aut me aut aliũ ſtare dicit̃, quum nos aut aliqd aliud ne quid fiat cauſa ſumus. Plinius. Omnia iam parata erant niſi per eum ſtetiſſet Cc.

¶Pertimeſco ſignificationẽ ſui primitiui habet. Non enim retinet ſignificationẽ paſſiuã innatam. Lactã. lib. iij. Quare non eſt q̃ philoſophis tantũ honoris habeamus, vt eorũ eloquentiã pertimeſcamus.

¶Pertineo, es, pe. cor. ad finẽ vſq; teneo. Hierony. ad Ocea. Tunc me tenebat eremus atq; vtinã pertinuiſſet. Aliquando pertinere eſt pertingere. Cæſar Cõmen. j. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Et pertinere attinere. Nã ea pertinerẽ ad nos dicim9 quę dominij noſtri ſunt, & ea q̃ aliquo iure poſſidem9, quãuis nõ ſint noſtri dominij. Itẽ ea quæ in nulla noſtra cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt. Hinc aliquãdo pertinere ad me, accipimus pro eo qd̃ eſt officiũ meũ eſſe, ſiue onus mihi incumbere. Et pertinere ad nos de aliqua re, eſt nos curare & magni pendere eam rem. Hieron. lib. ij. Regũ. ſiue em̃ fugerim9 nõ magnopere ad eos de nobis pertinebit, ſiue media pars cciderit e nobis non ſatis curabunt.

¶ Pertento as, vehemẽter tẽto, valde experior. Verg. Latonę tacitũ pertẽtãt gaudia pectus. Terẽ. in Andria Sed ea gratia ſimulaui vt vos pertẽtarẽ. alibi leuiter tẽto. vt blanda viciſſim gaudia pertentãt. Sũt enim multa quæ pro locis intelliguntur. vt Impotens & ſatis, & minus & nihil potens. Aliqñ pertentare eſt ſæpe tentare. Vergilius lib. iij. Georgi. Nonne vides vt tota tremor pertentet equorum Corpora.

¶Pertinax pe. cor. q̃ nimis tenax eſt a ptineo. Plaut. in Cap. Quid tu ais tenax ne pr̃ ei9 eſt? Et ille ĩmo ędepol ptinax. Pertinacẽs igit̃ ſunt q̃ id vehemẽti9 tenẽt quod tenere nõ debẽt. Aliqñ ponit̃ p pſeuerãte in bonã partẽ quũ plerũq; in malam legatur. Et ſic a pertendo fit. Nã, vt inquit Varro. In quo nõ debet pertendi & pertẽdit, pertinacia eſt. In quo vero oporteat manere ſi in eo perſtet perſeuerãtia vocat̃. In bonã partẽ. Val. Max. li. primo. Nõ mirũ igitur ſi pro eo imperio augẽdo cuſtodiendoq; pertinax eorũ indulgẽtia deorũ ſemp excubuit q̃ tã ſcrupuloſa cura paruula quoq; momẽta religionis examinari videntur Sene. li. vij. de bñfi. Vincit malos ptinax bonitas. Liui. Vincit tñ oĩa pertinax virt9. Hic ptinacia, quę, vt inqt Cic. perſeuerãtiæ finitima eſt, & tã in bonum q̃ in malum ſumitur. Sueto. in Cęſa. Ne patiẽtia, & pertinacia hoſtis animi ſuorum frangerẽtur. Acti9 Pertinaciã indocti poſſident.

¶Pertexo is, perago, perficio. Tranſlatio a textorib9 q̃ primo telã ordiuntur, & orſam deinde texunt. Ci. lib. ij. de orato. Et pertexe modo Antoni quod exorſus es. pprie tñ pertexere eſt valde vel ad finem vſq; texere.

¶Perturbo valde turbo. A quo Perturbatio, q̃ eſt auerſa ratiõe cõtra naturã animi cõmotio. Auctor. Cicero.

¶Peruagor & paago pe. cor. per aliquẽ locũ vagor. Ci. lib. iij. ad Heren. Sed illud facere oportebit vt identidẽ primos quoſq; locos imaginum innouandarũ cauſa celeriter animo peruagemus. Liuius lib. j. Nunc errabundi domos ſuas vltimum illud viſuri peruagarentur.

¶ Peruello, is, vellico, & punctiunculus torqueo. Cice. li. iij. Tuſcu. Quid mœres? cur ſuccumbis cediſq; fortunę? quę peruellere te forſitan potuerit & pungere, nõ potuit certe vires frangere.

¶ Peruenire ſignificat ad finem venire.

¶Peruentores auctore. Aug. ſunt qui ad portentũ quorũlibet tãq̃ in acceſſibiles amicos cõueniẽtiũ perſonarũ interpoſitione ambitione ac arte pertingunt.

¶Peruerto modo conuerto, modo deprauo ſignificat.

¶Peruerſi (inqt Hier.) q̃ de recto declinãt ad peruerſitatem. vt diabolus, Iudas, & Hęretici, & ſuperbi om̃es.

¶Perueſtigo pe. pro. nõ ſolũ quæro ſed quærẽdo inuenio vel acquiro. Veſtigo autẽ quæro tractũ a veſtigijs tã q̃ a ſignis indicijſq; quibus ad rei notitiam peruenimus Cice. lib. ij. de Orato Noſſe regiones intra quas venias & perueſtiges quod quęras.

¶Peruicax pe. cor. durus, contentioſus, nulli cedẽs, pſeuerãs cum quadam vi. Terent. in Hecy. Adeon perui caci eſſe animo vt puerum pręoptates perire? Hinc peruicatia duricies, obſtinatio.

¶ Peruigilo vſq; ad finẽ vigilo, vel totã noctẽ inſomnẽ duco. Mar. Nã vigilare leue eſt, peruigilarę graue.

¶ Peruigiliũ multa vigilatio & cuſtodia. Pli. lib. xj. peruigilio qdã vincũt̃ cibi. Et puigiliũ ſacrũ nocturnũ quo vigilię indicunt̃, vt per totã noctẽ vigiletur. Liui. lib. xxiij. Caſtra Cãpana vt peruigilio neglecta ſimul omnibus port9 inuadit. Suet. de Cali. Nec alia de cauſa videt̃ eo die quo perijt peruigilium induxiſſe, q̃ vt initium in ſcęnam prodeundi lumina temporis auſpicaretur.

¶Peruius, a, um. per quod iri poteſt. Sic dicim9 virginẽ eſſe cœli peruiam Aliquando dicitur penetrabile. Ouid. lib. ij. Met. Domus eſt imis in vallibus huius abdita ſole carens non vlli peruio vento.

¶ Peruolo, as, pe. cor. vſq; ad finem volo.

¶Peruolo peruis perault pe. cor. valde cupio. Liuius. Peruelim ſcire vtrum qui deſcendunt, an qui retinẽtur de me quęrantur.

¶ Peruſia Hetruriæ ciuitas. A qua peruſin9, a, um, Proper. Si peruſina tibi patrię ſunt nota ſepulchra.

¶Peruinca hęrba vulgo nota q̃ in lõgũ creſcit obuiam q̃q; vinciẽs ac puinciẽs. Folia habet lauro ſimilia. Ideoq; Chamę daphne, hoc eſt parua laurus appellat̃. Florẽ facit viole ſimilem, & coronamentis adhibetur.

¶Pes, edis. ima pars corporis. De quo ſupra in dictiõe pedes. Hic deducũtur per cõpoſitionẽ multa, vt vnipes bipes, tripes, ſemipes, cornipes, flexipes, planipes, loripes, ſolidipes, alipes, alipes, curuipes.

✤Pes prętereа eſt animal fœdum, ex quo pedicul9 & pedunculus pro eodem. Cc.

¶Peſſulus pe. cor. quaſi puus pes, inſtrumẽtũ quo oſtiũ claudit̃. Cadenarius vulgo dr̃, clauẽq; mox ſubdita reſeramus. Apul. Tum myrmex tandẽ claue peſſulis ſubiecta pãdit fores. Idẽ. ſubdita claui peſſulos reduco. Hie. j. Cã. peſſulũ oſtij mei aperui dilecto meo. Vnde. Oppeſſulata ianua. i. peſſulis firmata. Feſt9 Obices ſunt peſſuli ſerę. Dictus peſſulus q̃ ne peſſum detur oſtium affigi ſolet & annecti. Huius dimi. eſt peſſellus.

☧Peſſulatę fores dicuntur peſſulis clauſę minutęq;. Et peſſulata ianua peſſulis firmata.

¶Peſſum aduerbium ſignificat modo retrorſum, modo deorſum quaſi ad pedes vel ſub pedib9. Plini. li. iiij. peſſum iere vitæ pretia, omneſq; a maximo bono liberales dictę artes in contrarium cecidere.

¶Peſſundo, as, cõculco, reprimo, arceo, & peſſũeo hoc

eſt cedo vel retrocedo.

℄ Peſtis, Peſtilēs, peſtilētia, & peſtilitas ī vna ſignificatiōe accipiūt. Lucre. li. vj. Hæc igit ſubito clades noua peſtilitaſq;. Cic. li. j. de Fato. Inter locorū naturas quantum interſit videam⁹, alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes. A peſtilentia fit peſtilentioſus, a, um, quod peſtilentiam affert. Aug. lib. ij. cōf. Iamq; peſtilentioſum & ī poſterū periculoſum ſentiebat cohærere termino coniugalis affectus, ſi reſecari ad viuum non poterat.

℄ Peſſi fœminarum medicamenta quæ molli lana naturalibus earum conduntur.

℄ Peſſinus, ontis, emporium phrygiæ habens templū maximum, vt inquit Strabo. Magnę venerationis matris deum quam Andigiſtam vocant. Hic locus magnifice ab Attalicis regibus ſtructus eſt, & templo & porticibus ex albo lapide. Romani celebre reddiderunt educta inde Deę ſtatua & peſſinuntia appellata.

℄ Petala a græcis dicuntur arborum frondes πέταλον latine folium. Vnde petalion foliatum. Vide in dictiōe Foliatum. Et Bracteas antiqui petalia a tenuitate nominabant Cariotarum quoq; petalia vocantur Kalendis Ianuarijs miſſitari ſolita. De quo Ouid. Mar.

Petaſites a Dioſcoride ſurculus hęrbæ quę eſt maior vlna, digiti magni craſſitudinis, cuius folium petaſores ingens inhæret, vt fungus.

℄ Petaſus pe. cor. capitis tegmen galero pſimile, ſiue ipſe galer⁹. Fitq; a græco πετάννυμι qđ eſt extēdo, cui⁹ aoriſtos eſt petaſa. Vñ petaſus, qđ alio noīe Schiadion dicūt, hoc eſt vmbellā. Vñ apud Plautū legit ꝙ Pſeudolus ipſe a Carino quęrit. Sic etiā op⁹ eſt chlamyde & machęra & pętaſo. ꝙ hęc tria eſſent militaris hominis ornamenta. Hinc Petaſati qui galero & capitis ornamento vtunt. Suet. de Aug. Aeſtate apertis cubiculi foribus ac ſępe in periſtyllo ſaliēte aqua atq; etiā vētilāte aliqo cubabat. Solis vero ne hiberni quidē patiēs, domi quoq; nō niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur. Per tranſlationem vero petaſis dr̄ qddā in galeriformā ędificijs ſuppoſitū extēſum & explicatū nubæ formam ſe cōtrahēs Plin. lib. xv. Supra ī quadratū pyramidis ſtant quinq; quatuor in angulis & in medio vna in vno latere pedum quintum ſeptuagenum, alteræ centenū quinquagenum ita faſtigiatæ vt in ſummo orbis ęneus & petaſus vnus omnibus ſit impoſitus, ex quo pendeant excepta cathenis tintinnabula, quę vento agitata longe ſonitus referant. Sunt qui petaſum accipiant pro pinna quā gladiatores in galeis habebant, ſed nō cōgruere videtur. Alij accipiūt petaſum pro quodā calceamēti genere allegātq; Plautū in Amphi. dicētē. Ego has habebo vſq; in petaſo pinnulas. Et apud Lactan. accipitur petaſus ꝑ alato Mercurij calceamento. Idem quoq; Plaut. in Amphi. Itidem habet petaſum quum ſerui pileum habere non poſſent, niſi quum facti fuiſſent liberi

℄ Petaſo penul. cor. caro porcina, quā alij coxā, alij eā partem ſuis dicunt, quę ab alis incipit, & coſtas compręhendit, quibuſdam veluti virgulis pinguibus diſtincta. Fruſtum de perna præciditur, & ſale obrutum, deinde in fumo ſuſpenſum aſſeruatur. Mar. Muſteus eſt pro petra charos ne differ amicos. Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil. Huius diminutium eſt petaſunculus. Iuuena. Siccus petaſunculus & vas Pelamidum.

℄ Petaurum genus ludi, & machina quædam lignea. Quoquidem ludi genere homines per aera rotarum pulſu iactabantur. Martia. Quam rota tranſmiſſo toties impacta petauro. Dici etiam poteſt petaurum ſupra quod homines agilitate corporum inſignes ludunt, vt haſtæ circa quas ſe volutāt. Funes ſupra quos etiam reciproci ambulant. Circuli per quos ſe more piſcium tranſmittūt Tabulę e quibus in aera pendent vno brachio ſe ſuſtinētes. Græci dicunt petaurum eſſe laqueum & aſſeres quibus domos tegunt. Iul. Pollux exiſtimat caudam eſſe in quam ſe cortis alites cubitum iturę conferunt.

℄ Petauriſtę qui ita ludunt & leuioribus ſaltibus mouētur. Var. lib. ij. de Vit. pat. Nec minus aliquo in genere ſunt ludi velitis, Galli. Germani, Petauriſtę, Qui & petauri dicuntur ἀπὸ τοῦ αὔραι volare.

℄ Peto, is, iui, vel petij. petitū. ſignificat oro, ſiue obſecro vel volo. Petere. vt iqt Var. ꝓprie eſt aliqd ſuppliciter & precario poſtulare. Et ſic vnū tm̄ exigit accuſatiuū Pli. Te aūt ꝑ vetere nr̄a neceſſitudine etiā atq; etiā peto, vt eius filios qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimū cōdones. In malū. Sal. in Iur. Ipſe acer bellicoſus, at is quā petebat, quiet⁹ imbellis erat. Sic in bonū dicimus. Pr̄ ſalutē filij petit, ſeruus beniuolētiā domini. In malū, vt hic petit caput alteri⁹ aut famā. Hęc em̄ in hominis perniciē petūt. Aliqñ petere eſt inſtāter poſcere Vñ petulc⁹ & petulans. Liui. lib. j. Iam Horatius cæſo hoſte victor ſecūdā pugnā petebat. Aliqñ inſidias tendere. Plācus. In quo caſu hanc capio voluptatē, ꝙ certe quo magis me petiuerūt, tāto maiorē his fruſtratio dolorē attulit. Aliqñ violēter aggredi. Cice. ꝓ Liga. quid em̄ Tubero tuus ille diſtrict⁹ in Acie Pharſalica gladi⁹ agebat. cuius latus ille mucro petebat? Aliqñ manęre, expectare, Verg. lib. ix. Troianos hæc mōſtra petūt. Aliquādo cupere, vt apud eūdē lib. iiij. Geor. Pulchramq; petit per vulnera mortē. Aliqñ percutere. Liui. lib. xxij. Hiſpano punctim magis quā cæſim aſſueto petere hoſtem. Aliqñ inquirere. Verg. Euandrū petim⁹. Aliqñ eligere vt Idē. principio ſedes apibus ſtatioq; petenda. Aliquādo proficiſci. Suet. in Veſpa. Et cutilias ac Reatina rura vbi ęſtiuare quotannis ſolebat, petijt. Aliqñ influere vt Campū petit amnis. Qñ vero cōſtruit cū ablatiuo iſtrumentū ſignificante pro inſtrumenti diuerſitate diuerſa ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonā referatur. Nam petere manu, eſt ducere. Verg. Tartareū ille manu cuſtodē in vincla petiuit. petere pedib⁹ eſt ire. Apul. Dum pedibus iterfaciēs propinquū rus peterē. petere gladio aut veneno, aut lapide, aut cornu & huiuſmodi eſt inuadere ferire, & ſaluti inſidiari. Idem Iā cornu petat & pedib⁹ qui ſpargat arenā. Et malo me Galathea petit laſciua puella. Sueto. in Tybe. Miſſum in arenā aprū iaculis deſup petijt. petere curſu, adipiſci, obtinere. Vergil. Quę littora ꝓxima curſu. Cōtendūt petere blanditijs eſt blandiri. Quin. Nouercā blāditijs petit, petere munerib⁹ oſculis, precibus, eſt conciliare. Apul. Quū me lachrymis precibuſq; petijſſet. petere oculis eſt cōtēplari. Petere auribus audire, petere naribus, olfacere, petere tactu, palpare. Iungitur interdum huic verbo ablatiuus. Cicero. Audes quicquam ab iſtis petere? Nunquam vero vel raro duos accuſatiuos habet, Huius compoſita ſunt Appeto, Competo, Expeto, Impeto, Oppeto, Perpeto, Præpeto, Repeto, & Suppetit, quę habent penultimā correptam.

℄ Petitio poſtulatio. Aliqñ etiā gladiatorū impetus Cice. ꝙ ergo tuas petitiones ita coniectas vt vitari nullo modo poſſent parua quadā declinatione concutiunt.

Petaſſa Rhodos aliquando nominata eſt, Cc.

℄ Peteſſo, is, antiquum verbū idē qđ peto, ſicut impetraſſo. Reconciliaſſo. Commonſtraſſo, qualia apud Plautum plurima. Cice. lib. ij. Tuſ. Qui hanc gloriam peteſſunt nullum fingūt dolorem. Plaut. in Trinū. Vtrā potius harum mihi artem expeteſſam.

℄ Petigo, pe. pro. morbi genus, qui & Impetigo dr̄, ꝙ vicina petat ſeſe late ſumma cute diffundens, occupat plęrūq; totum vultum oculis exceptis.

℄ Petimia hulcera in humeris iumentorum ꝙ ima, id eſt profunda petant.

℄ Petulās pe. cor. improb⁹. A quo petulantia improbitas quū alios per contumeliā petim⁹. Ci. Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Quandoq; ponitur pro ſuperbo. Idē petulāter diues. Qñq; pro laſciuo. Ouidius Quinetiā vt poſſem verbis petulantius vti. Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi. Et generaliter petulantia eſt



laſciuiamentum ſiue effrenatio immodica ad quodlibet vicium, a petendo dicta.

℄ Petulcus laſciuus. Verg. Hœdiq; petulci. Vnde meretrices quoque petulcas veteres dixerunt, a petendo.

℄ Petilus penul. cor. tenuis exilis. Lucilius. Inſignis varis cruribus & petilis.

℄ Petilia vrbs Brutiorum a philoctete cōdita ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, i. volare, quia exaugurato locum delegit.

℄ Petilanſura ſignificat vngulam equi albam.

Petiſſa poma ſunt parua gratiſſimi ſaporis. Cc.

℄ Petoritum penul. cor. genus vehiculi. Horat. libro. j. Ser. Atq; caballi Paſcendi, ducenda petorita, nunc mihi curto Ire licet mulo.

Petilius flos colore albo dictus, vel a paruitate foliorum vel ab vrbe lucaniæ petilia.

℄ Petra lapis tenerior mitiorq; ac minor. Vnde gēmæ lapides non ſaxa dicunt. Hinc petroſus a, um. qđ eſt petris abundans. Eſt & petra Arabiæ oppidum quod Nabathæi incolunt. Vnde pars ea Arabię vocatur petrea.

℄ Petrea pars Arabiæ. Et petrea mulier quæ pōpā prędēs in colonijs ac municipijs imitabatur anum ebriā, ꝙ pedes in petras frequenter impingeret.

℄ Petroleon oleum quod ex petris naturę ſponte fluit.

℄ Petronius nomen viri proprium. Quo nomine vocatus fuit auctor non ignobilis.

℄ Petronia nomen vxoris Vitellij de qua apud Sueto. Et petronia nomen fluuij in Tyberim defluētis dicti ꝙ per petras fluat.

℄ Petrones ruſtici dicti ſunt a veterib⁹ a petrarū aſperitate & duricia. Hinc Plau. petronē veruecē duriorē eleganter dixit, vbi ait in Cap. Qui petroni nomen induūt verueci ſectario, ego ſi in via petronē publica cōſpexero & petronē & dominum reddam mortales miſerrimos.

℄ Petroſelinon, quaſi petrarū apiū, nam inter lapides melior naſcitur. Eſt hęrba nota quę inter apij genera numeratur, componiturq; ex petra & σέλινον apium.

℄ Pexo as. a pecto is. Vñ pexę veſtes pectine cōtextæ Et pexati qui pexis veſtibus ſunt induti. Mart. pexatus pulchre rides mea zoile ſemp. Sunt qui dicūt pexas veſtes eſſe piloſis cōtrarias, raſas, q̄ pilis carent. In quē ſenſum accepiſſe videt. Hiero. cōtra Ioui. quū ait. Ante nudo eras pede, modo non ſolum calciato, ſed & ornato. Tūc pexa tunica & nigra ſubucula veſtiebaris ſordidat⁹ & pallidus, & calloſam opere geſtitans manū, nūc lineis & ſericis veſtitus & Atrabatum ac Laodiceæ indumentis ornatus incedis, Ibi em̄ pexā tunicā puto intelligi raſam & quaſi lacerā. Nā vbi Perſius dixit, pexūq; togaque recenti, probus. Barba (inquit) tonſurę gen⁹ eſt quo iuuenes ſic tonſi pexiberbi appellātur. Nos prępoſitionem addimus Depexa. Teren. Depexum dabo.

℄ Pezitę fungi qui ſine radice aut pediculo naſcunt quaſi pedeſtres. Dicti ꝙ non tollāt ſe altius a terra πεζός pedes etiam in ludo ſchachorum πεζός.

## P ANTE H

PHæacum ciuitas in planitie eſt, q̄ ab vtraq; pte habet duos editiſſimos vertices in quibus adhuc ſūt arces Phæaces vero populi fuerūt Corcyræ. Vñ & Corcyra phęacia dicta eſt, q̄ in littore maris Ionij eſt. Scribitur i prima cū æ. diphth. Hinc phæacius a, um. & phæacus a, um. vna ſyllaba min⁹. Prop. lib. iij. Nec mea phęacas ęquant pomaria ſyluas.

℄ Phaeton dictio triſyllaba. Nā ae diuiſas ſyllabas habet & aſpiratur dictus ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Sol dicitur vt inqt Ser. lib. v. Aenei. Item lib. vj. a luce ardoris ſui.

℄ Phętuſa fuit vna ex filiabus Solis.

Phęſtum, vrbs in creta a qua phęſtius quidā dict⁹ eſt quē adiutorē cōdendis legibus Solonis fuiſſe tradit Plutarchus inclitum vaticinio, & rerum diuinarum peritia.

℄ Phæcaſius, calceus. Vnde phęcaſios ſeu phęcaſiatos ſacerdotes & deos vocamus. Seneca ad Lucilium. Si quē palliatum aut phęcaſiatum conſpexeris.

℄ Phędr⁹ nomē viri ꝓpriū, quo ſignificat, clar⁹, alacer.

Phęſtus mons ſeu promontorium Cretę. Fœminino vero genere ciuitas in eo.

℄ Phagedęna cum diph. in penul. Nā græce φαγέδαινα ſcribitur ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. hoc eſt ab edēdo, & eſt exulceratio vſq; ad oſſa celeriter depaſcens cum inflāmatione ſaniē male olentem emittens & ad mortē perducens. Auctor Iul. pollux. Plin. lib. xx. Hulcera q̄ phagedænas vocant folia & radix recens cū melle ſanant. Et apud Columel. putatur eſſe morbus quē in iumentis vermē appellant. Idem apibus tribuit lib. x. Sępe etiam (inquit) vitio qđ gręci φαγεδαίναν vocant intereunt.

Phagones a phago verbo græco quod eſt ab edo, dicuntur voraces, & eo verbo Plautus vtitur. Cc.

℄ Phagus us & phagi arbor glandifera ἀπὸ τοῦ φαγεῖν comedere. Verg. in Culi. Vmbroſęq; manent phagus hederęq; ligantis. Brachia. Hinc phagineus a, um. & phaginus a, um. pen. cor. pro materiato ex ea arbore. Ouid. lib. viij. Meta. Illic phagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa. Verg. Poſt valido nitēs ſub pōdere phagin⁹ axis.

℄ Phaliſci populi Hetruriæ, quorum oppidum phalerij vocabatur. Sunt qui arbitrātur phaliſcos vocari, quos nunc corrupte Montem Flaconem appellant.

℄ Phalacron Gręci caluū dicūt. Vñ corui aquatici phalacrocoraces dicuntur vt inquit Plin. Hinc loca ſatis fruticibuſq; nuda phalacras appellant, quaſi calueta, vt q̄ nihil ferunt. Apud Col. Glabreta dicuntur.

℄ Phalara ciuitas a Phalaro amne Ithomæ Mineruæ proximo.

℄ Phalarica a phalis. i. turrib⁹ dicta eſt, quia turres defēdat. Vel a phalari Siculo tyrāno, vt Amianus inqt. Hęc vt Vegeti⁹ ſcribit ad modū haſtę valido præfigitur ferro, ꝙ in longitudine habet pedes tres, vt cum armis corpus tranſfigat. Inter cui⁹ tubā & haſtile ſulfur, reſina, bitumen, ſtupo cōuoluuntur infuſa oleo, quod incendariū vocant, balliſtæ impetu deſtinata prærupto munimine ardens figitur ligno turritāq; machinā incendit. Eſt aūt magna & parua phalarica. Vñ Luca. dixit phalaricā neruis mitti tortibus. Verg. vero ait. Turnum manu iaculari potuiſſe. Vnde lib. ix. Sed magnum contorta phalarica venit Fulminis acta modo.

℄ Phalaris idis. nomen proprium Agrigentinorum regis crudeliſſimi. Cuius extant epiſtolę.

℄ Phaleræ ornamenta ęquorum ἀπὸ τοῦ φάλου dicuntur, ſed a verbo gręco φαληρίαω albeſcere quod illuſtrare ſignificat. Vergilius libro quinto Aenei. Primus equum phaleris inſignem victor habeto. Inde phalerat⁹, a, um, id eſt phaleris ornatus. Suetonius in Clau. Craſſus fungi equo phalerato & in veſte palmata. Et non tantum ſunt ornamenta phaleræ quam equitum & nobilium Liuius libro duodecimo tradit Comitia Flauij ædilitia tātum habuiſſe indignitatis, vt plęrique nobilium aureos anulos & phaleras deponerent. Plinius libro. xxxiij. refert olim ab ordine equeſtri phaleras fuiſſe poſitas ex indignatione. Apud Teren. phalerata dicta leguntur pro ornatis.

℄ Phalera portus Athenienſis celeber.

Phalerium vrbs Tyrrhenę Hetruriæ. Inde phalerius a, um. Stephanus.

Phalora vrbs Theſſalię. Inde phalorēſis Stephan⁹.

℄ Phalæcium carmen dictum a phalęco inuentore. Cōſtat ſpondeo, dactylo, & tribus trochęis hoc & hendecaſyllabum a ſyllabarum vndena menſura vocatur.

℄ Phalęnę quidam piſces in mari. Amb. Quid gladios loquar, aut ſerras, aut canes mariticos, aut phalęnas, aut zigenas? Balęnam dicunt eſſe.

℄ Phalangę ſunt quib⁹ baiuli ferēdis onerib⁹ vtūtur, q̄s σκευαφόρια Plato appellat. Pli. lib. vij. phalāgę fuſtes ſūt nodis carentes, quibus Afri. p̄liū cōtra Aegyptios primi fecerūt. Iul. pollux phalāges (inquit) phalāgia dicūt ligna, quib⁹ ſubiectis naues trahi ſolent. Sic Noni⁹ ſcri-

bit phalāges ſignificare fuſtes teretes,qui nauibꝰ ſubijciunt.Scribit Herod. Aethiopas vicenos dētes elephātorū grandes,ex materia ebeni cētenas phalāgas tertio quoq; anno tributi vice regibus pēdere ſolitos. Latine phalangæ dñr. A quo ſit phalāgo gas. quod eſt onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſueho. Afra. Et capream vnam ſemilaceram quaterni ſimul phalangabant.

¶Phalāgarij qui aliquod oneris phalāgis tranſuehūt,q modo Tetraphori,modo Hexaphori dñr.Itē phalāgarij appellati ſunt milites qui erāt in phalāge,quales habuit ad imitationē Alexandri Magni Alexander Syrꝰ Romanorum Imperator. vt auctor eſt Lampridius.

¶Phalangium genus aranei. Quod omnibus internodia terna ſint in crurib9,ſunt qui phalangij nomine omnes araneos intelligant.Dicitur & phalanx.

¶Phalāx,langis dictio Macedonica,q̃ nō ꝓprie legio ſed quadrata acies & cuneꝰ militaris intelligiť qñ.ſ.pes pedi,clypeꝰ clypeo,vir viro,ĩ acie conſerebatur.Et hoc peculiare fuit Macedonū inſtitutū.vt auctor eſt Liui.& meminit Curtius,cuiꝰ hęc verba ſunt.Macedones phalangē vocant peditū ſtabile agmen,vir viro,armis arma cōſerta ſunt.Cęſar Milites nr̄i e loco ſuperiore pilis miſſis facile hoſtiū phalangem pfregerunt. Vñ ꝓculdubio accipitur phalanx ꝓ armorū cōnexione atq; teſtudine. Hinc per tranſlationē a ſatyrico poeta dictum eſt.Iunctęq; vmbone phalanges.Itē phalanx eſt tegula continens lances.i.libram.Et phalanx ab Ariſtotele genus aranei,quod & phalangium dicitur.Tarantola.Itē phalanges dicuntur digitorum internodia.

☿Phalereus demetrius philoſophus dictus a phalereo portu,ſiue a phalerea ꝓuicia phanoſtrati filiꝰ & Theophraſti auditor athenis ꝓfectꝰ fuit a Caſſandro macedonū pricipe cū eſſet ciuis,qui vt auctor eſt Stra.Nō modo popularem non deſtruxit potētiam ſed etiam melius reformauit.Verum tantum inuidia valuit,vt poſtq̃ Caſſandri obitum in ęgyptū fugere coactus ſit,& eius inimici ſtatuas plures trecentis diſiectas conflauere,hic tandē morſu aſpidis perijt,cum multa apud Ptolo.in calamitoſo ocio ſcripſiſſet.

¶Phaneꝰ mōs in ꝓmōtorio Chij a phaneo rege dictꝰ.

¶Phaneſij populi in inſulis Oceani ſeptentrionalibus qui vt Solinus ait habēt aures adeo effuſas vt reliqua viſcera contegant illis.

✣ Phaneta ſol diciť quia quotidie renouat ſeſe ἐπειδὴ φαίνεται νέος.i.quoniam apparet nouus.Cc.

¶Phantaſię imagines rerū inſidētes animo,phātaſma atis,viſum q̃ ſpecies vna & nomen eſt eorū quę dormiētes videre ſibi videntur.phātaſticus imaginatiuus.

¶Phanaticus dr̄ qui diuino ſpiritu afflatus eſt & cui mľtę vanę apparitiones ſunt.quales inſanientem Aiacem percepiſſe poetę ferunt.Hunc morbum Errorem vocauit Horat.Aut phanaticus error & iracunda Diana.

¶Phanio nihil aliud ſigni.q̃ boni pedis hominē.i.cuiꝰ aduentus afferat aliquid fœlicitatis,ſicut ſolemus dicere ſecundo pede introijſſe,cuius introitum proſperitas aliqua ſit conſecuta,vel melius,qm̄ φαίνω eſt appareo.i.apparitorem vulgariter dicerent,qui ex voto & deſideratus tandem appareat.

☿Phanum templum,quia phanum apertum ſignificat,& omnibus adeuntibus aperta ſunt templa.

¶Pharmacum pen.cor.Græci φάρμακον, medium verbum,ꝙ pro veneno & pro medicamento accipi poteſt. Vnde Caius Iuriſcōſul,Qui pharmacum dicit debet addere bonum vel malum.

☿Pharicō,genꝰ veneni ē,ꝙ Athenęꝰ phariacō noīat.

¶Pharmacopola penul.cor.dici pōt vnguentariꝰ qui pharmaca.i.venena vel medicinas venditat,quales ſūt qui vulgo hęrborarij vocanť.Componiť em̄ ex pharmacon & πωλέω vendo.Hora.in Sermo.Ambubaiarō collegia pharmacopolæ,

☿Parmacotrophi ſignifi.venenis ali ſolitos,populi ſūt pōpo.Gādari par'cani Bactri Suſiani pharmacotropoli.

¶Pharmacodes odor medicamenti.

¶Pharmatuſę ſunt duę inſulę exiles iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco,in quarum altera vt inquit Stra.lib.ix.ſepulchrum Cyrces viſitur.

¶Pharaones appellanť Aegypti reges,quod cognomē fuit dignitatis vt ſcribit Euſeb.Et vt docet Ioſephꝰ li.vij.Antiqui pharaonis nomen ſecūdum Aegyptios ſignificat regem.Et reges quum primum perueniebant ad imperium hoc nomen accipiebant.

¶Pharmaceutice gręce φαρμακευτική medicina quę medicamentis curat.Nā veteres tria medicinę gñā fecerūt Empericen quę ſolum experimentis cōſtat ἐμπειρίαν em̄ Græci experientiam vocant.Iatralepticen quę vnguētis & Clinicen quę victu & venenis corporibus medeť. Sunt tñ qui Clinicen in duas partes diuidant Vnā Diætitecem quę victu medetur.Alteram pharmaceutricen quæ medicamentis.

¶Pharę numero plurali vrbs in Creta a Miſenijs condita Habentur alię in Miſenia & alibi.

☿Pharmaceutia dr̄ quam nos ſagam dicimus venefica,

☿Pharmacus veneficus pharmaceno veneno incanto,

☿Pharmacotheon medicamentum diuinum quale eſt reubarbarum.

¶Pharia a Ptolomęo Plinioq;.A Strabone vero phalꝰ inſula cōtra Dalmatiā & Iaderā q̃ nunc vulgo Liſna Illyrico ſermone dr̄.Eſt & vrbs in qua pharienſes populi.

✣Pharias ſerpens eſt ſulcum dum ſerpit cauda in terra faciens & ſuper eam fere ambulans.Luca.Et contentus iter cauda ſulcare pharias.Cc.

¶Pharos olim inſula Aegypti oblōga ꝓuaq; ꝯtra Nili oſtia,nunc cōtinenti cōiuncta,q̃ portū Alexādriæ efficiebat,ſic appellata a nauclero Menelai ibi ſepulto quū fuiſſet ibi ab aſpide interēptꝰ.Lucanus Pharos īſula quōdā In medio ſtetit illa mari.In illa turris ingēs in petra poſita q̃ mari circūluiť.albo lapide octingentis talentis a philadelpho Ptolomęo Rege Soſtrati Gnidij architecti Alexādrinorū amici opa poſita fuit,ob ſalutē nauigātiū q̃ nomē ab īſula accepit.Scribit Solinꝰ ab hac pharo turri pharos vocari machinas in portubꝰ ad ꝑlucēdi miniſteriū fabricatas,qm̄ hac pharo Alexādrina dirigebāt naues nocturnas facibꝰ accēſis.Papiniꝰ,Lumina noctiuagæ tollit pharꝰ æmula lunę.Scribit.Egeſippꝰ li.iiij. a Gręcis Latiniſq; pharō appellari ex ipſiꝰ reivſu,eo ꝙ lōge videať a nauigātibꝰ tāq̃ phanos ꝙ ſignifi.lucidum immutata litera pharos dicať.In hac Alexander nouam vrbē cōdere ſtatuit,ſed quū magnę ſedis capax nō eſſet ex illiꝰ aduerſo cōdidit Alexādriā. Hinc phariꝰ a,um.

¶Phariſęus nomē ſectę Iudęorum religioſæ.Erant em̄ apud Iudæos tres ſectę phariſęorū,Saduceorū,& Eſſeorum.A phariſęus fit phariſaicus a,um.Hiero.cōtra Vigilā.Quaſi ſepulchra phariſaica foris dealbata.

✣Pharphariades vnus ex collibus Imai ſiue Tauri mōtis.Cc.

¶Pharſalici cāpi Theſſalię in quibꝰ ciuiliū bellorū decertauerūt ꝓcellæ,a pharſalo oppido appellati,qď ſitum eſt ĩ ripa flumīis Oenipei,a quo pharſali dicti.Sunt qui pharſaliā ꝓuiciā dicāt a pharſalo duce,q̃ prio aemathia ab Aemathio,poſtea Theſſalia a theſſalo,deiñ a Macedōe Macedōia.poſtrēo a philippo rege cāpi phillippici

¶Pharnax acis.penul.cor.nomen proprium Mithridatis filij.Luca.Nec pharnacis arma reliquas Tygranēq; meum.Hic a Cęſare(vt L.Florus ſcribit)vno & non toto prælio more fulminis obtritus eſt.

¶Pharetra pe.cor.vbi ſagittę reponunť,a φέρω καὶ τραῦμα.Et qui eam feruut pharetrati dicuntur.

¶Pharuſij populi in Aphrica verſus oceanū occidētalē

¶Phaſe hebraicę,latine tranſitus dicitur,quia tunc ex Aegypto in patriam remigrauere Iudęi.

¶Phaſſæ per duplex,ſſ,a Gręcis palumbi dicuntur.

¶Phaſeolꝰ phaſillꝰ ſiue phaſelꝰ,ſeu ēt paſeolꝰ vľ paſſ



lus genus leguminis.☿Quē vilē.Verg.appellat a phaſello inſula dictus,nō ꝓcul ab olimpo,vt Apul.ait vim calidā & humidā habet,aluū lubricat,vrinā ciet.pectori atq; pulmoni ꝓdeſt,licet caput pernicioſis humoribꝰ repleat.Colu.libr.ij.Ab hoc recte phaſelus terrę mandabitur vel in veterano vel melius pingui & reſtibili agro.Idē.Phaſeoli modij quatuor obruūť totidē operis.

¶Phaſellus,Vide in dictione Faſellus.

¶Phaſma,atis,latine apparitio,monſtrū,viſum diciť.

¶Phaſis,is,vel idis.Colchorū ꝑgrādis fluuiꝰ,de quo Luca.Colchorum qui rura facit ditiſſima phaſis.Hic vt Amb.lib.Hexa.ſcribit,de ſeptētrionali parte caucaſeis montibus fuſus cum pluribus alijs in Euxinum ſe præcipitat mare.Pliniꝰ.lib.vj.Nauigatur phaſis quamlibet magnis nauigijs.xxxviij.Md.p.Inde minoribꝰ longo ſpatio,pontibus centum viginti peruius Græce etiam phaſis latine fama dicitur.

☿Phaſis etiam auis boni ſaporis quam vulgus phaſianum appellat.Hierony.in Eſa.phaſideſq;,& turtures mulſum,merum,vxorum pulchritudinē,exanima liberorum,dominus animæ pollicetur.

¶Phaſiani aues notę a phaſi fluuio ad nos traducti ab Argonautis.Namq; ex ea regione in Gręciā tranſportatæ ſunt.Mart.Argoa primum ſum tranſportata carina Ante mihi notum nil niſi phaſis erat.In hanc auem.Itim Terei mutatum Mithici fabulantur.

¶Phaſianarius qui phaſianos paſcit.Paul.Iuriſcōſul.phaſianarij autē & paſtores anſerū non continentur.

☿Phauliæ ſunt oliuæ,quę minimo ſucco corpore grādiſſimo puſilloq; ſunt nucleo.

¶Phedō Atheniēſis in cōuiuio a triginta Atheniēſiū tyrānis necatꝰ fuit.huiꝰ filiæ virgines erāt,q̃ vt virginitatē ſeruarent morte,inuicē ſe cōplexæ in puteū præcipitauere.Fuit & alius hoc nomine philoſophꝰ Elidēſis.Socratis auditor,ingenio liberali.Qui,vt qdā ſcripſerūt,ſeruiuit leonidę perinde q̃ſi meritoriꝰ puer,q̃ſtuariūq; mācipiū.eū Cebes Socraticꝰ emiſſe dr̄.habuiſſeq; in philoſophorū diſciplinis,atq; is poſtea philoſophus illuſtris fuit.Cuiꝰ nomini plato librum de immortalitate animæ dedit,& alio nomine phedon inſcribitur.

☿Phedros latine pulcher.

☿Phelandrios hærba quę in paluſtribus naſcitur folio apij cuius ſemē propter calculos & veſicę incommoda bibitur,a Dioſcoride helioſelinon,hoc eſt,vt Theodorus vertit paludapium vocatur.

¶Phegor lingua hebręa priapus appellatur,vt inquit Hier.contra Iouinianum

¶Pheneum oppidum in Archadia pheneus vero amnis in Alpheum defluens.

¶Pheræ,vt ait Strab.pelaſgicorū cāporū terminus ad Magneſiā qui vſq; ad peliū mōtē porrigūtur.Emporiū pherę habēt pagaſas.quo ex loco pelius Iaſonem ac nauē Argo emiſit.Vnde pegaſeus & pheræus appellatus.Fuit tamen alius Iaſon pheręus tyrannus.Sed de Theſſalo Iaſone intellexit Cicero lib.j.Offic.quum dixit pheręum Iaſonem cęteris anteponunt.

¶Pherecides pe.prod.philoſophus & poeta tragicus ex Syro inſula.Floruit regnāte Seruio Tullo apud Romanos,vt Ci.li.j.Tuſ.refert.Hic primꝰ dixit aīos hominū eſſe ſempiternos.primꝰ ſcripſit ſoluta oratione vt Apul.in floridis auctor eſt,repudiato verſuū nexu quē Pythagoras magiſtrū coluit.perijt phthiriaſi,id eſt pediculari morbo.De quo Sere.Sed quis nō paueat pheræcidis fata tragœdi.Qui nimio ſudore fluens animalia tetra Eduxit turpi miſerum quę morte tulerunt.

¶Pheretrum.Vide in dictione Feretrum.

☿Pherne φερνή latine dos dicitur,Vnde parapherna & paraphernalia de quo ſupra.

☿Pherenice nomē mulieris,De qua Elianꝰ lib.x.de varia hiſt.Duxit ad olympicō certamē filiū ſuū pherenice fœmina prohibentibus eam ſpectare qui præſidebant licere id ſibi perſuaſit quæ patrē & fratres tris haberet olympionicos ſpectauit & victorem filium reduxit.

¶Phiala pe.cor.vas vini vel aq̃ plerūq; ex auro ꝯflatū.Oīa em̄ vini vel aq̃ vaſa phialę dici poſſunt.Vñ Iuu.Aurea vocat phialia dicēs.Virro tenet phialas,tibi nō cōmittiť aurū,hoc eſt vaſa aurea,quę Vírroni cōmēdata ſunt.Gręci ἀπὸ τοῦ πίνειν,π,ἰ,ς,φ.id eſt a bibendo.

☿Phycus,ſiue phicis genus piſcis,dicitur,quia piſcium ſolus nidificet ex alga.& inter ſaxatilia,vt apud Plin.

¶Phidias ſtatuarius clariſſimꝰ,q mineruę ſtatuā egregie fabricauit amplitudine cubitorū.xxvj.q̃ ebore & auro cōſtabat.In cuiꝰ ſcuto Amazonū pręliū cęlauit & deorū gygantūq; dimicationē,in ſoleis Lapitharū & Cētaurorū,a Plinio dictꝰ eſt artifex nūq̃ ſatis laudatus.De quo Quint.lib.xij.Phidias dijs q̃ hominibꝰ efficiendis melior.In ebore vero lōge citra ęmulū,vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis,aut olympiū in Helide Iouem feciſſet Hinc phidiacus,ca,cum,pe.cor.Proper.phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno.

¶Phidicia,cœnatiōes Lacedęmonij ſeu conuiuia nominabant,ſiue ꝙ philias,id eſt amicitiæ cauſa inſtituta ſint ſiue potiꝰ a parſimonia φείδομαι enim ſignificat parco & abſtineo.φειδώ parcitas & parcimonia.φειδωλὸς parcus.Vnde & phidicia conuiuia de parca & frugi.Cicero lib.v.Tuſ,Quid victum Lacedęmoniorum in phidicijs nonne videamꝰ?Cōueniebant enim ad phidicia conferentes ſinguli farinę medimnum vini choros octo,caſei quinq; minas,ficuum quinq; ſemis minas.

✣Phidippus propriū viri filij Theſſali.de quo meminit Homerus.Eſt & propriū Comici apud Terent.Cc.

☿Pheidoma metra φειδώμια.i.parca & auara quaſi ἀπὸ τοῦ φείδεσθαι Veteres modo per ei diphtō.talia ſcribebant modo per e,modo per i,productum.

¶Philos latine amor ſiue amicus,philetus amabilis.

¶Philātropes pe.ꝓ.latine humanꝰ.i.amās homines.Quo nomine dictū eſt lapę genus,ꝙ veſtibus hominū adhęrens eos amare videatur.philantropia humanitas,id eſt amor erga homines.

☿Hanc ſic diffinit Speu.eſt humanitas,& affectio amicitię,hominum conciliatrix,habitus hominibus beneficijs gratiarum redditio gratitudo benefica.

¶Philandros amans virum.

¶Philadelphus amator fratris.Philadelphia fraternitas amor fratris.Et philadelphia nomen ciuitatis ĩ Myſia regiōe Aſię terrę motibꝰ ꝯcuſſa,cuiꝰ incolę in agris magna ex ꝑte degebāt.In hac fuit vna ex.vij.eccleſijs.Supra philadelphiā oriētē verſꝰ exuſta regio patet ſtadijs lōga quingētis,quadringentis lata,vbi nullę arbores ꝑter vitē inueniūť,q̃ exuſtū vinū fert ita elegans vt nulli cedat Sūma cāporū facies cinerulenta eſt,mōtana petroſa,& nigra.Quidā ex crebro fulminū ictu id contigiſſe arbitrantur,nec dubitāt quæ de Typhone dicūtur hoc in loco fabulari.Sed credibilius eſt ſubterraneū ignē qui poſtea defecerit regionem exuſſiſſe.

✣Philagathus benignus.Cc.

✣Philargus amor imperij.Cc.

¶Philarethus propriū nomen viri,& latine amator virtutis dr̄.Græce em̄ ἀρετή virtus dr̄.

¶Philagyria ex argyriō qď apud nos argētū ſignificat cōponitur,& auiditas argēti ſiue auaritia transfertur,

☿Philargyrotatos,id eſt auariſſimus mortalium.

¶Philalethes veri amator latine dicitur.

✣Philema oſculum,philetes amator oſculorum.Cc.

✣Philenorū aræ dñr q̃ Siculo peloro oppoſitę in media quodāmodo Syrtium tellure poſitę ſunt.Cc.

¶Philocalus dici poteſt amor boni,vel mundus,politus elegans,philocalia amor pulchritudinis.

¶Philomela nomē mulieris Pādiōis filię Atheniēſis regis & ſororis ꝓgnes q̃ quū a Tereo cōpreſſa fuiſſet tādē(vt eſt in fabulis)deorū miſeratiōe in auē ſui nominis cōuerſa fuit,q̃ & Luſcinia diciť.Nec ceſſat deflere cātu

dulciſſimo iniuriã quã paſſa eſt. & interꝑtatur amabilis

¶ Philonicus, iurgioſus, amator victorię,

¶ Philoriũ fœminę ꝓpriũ. ꝑ amatoriã adulationẽ dictũ

¶ Philo philoſophus hebręus, qui ſapientię librũ ſcripſiſſe dicitur. Fuit & alius philo Biblius, vt Euſebius libro. Euange. pręparationis teſtatur. Hos Porphyrius libro. iij. magnis laudibus decorauit,

¶ Philoſophia amor & affectatio ſapiẽtię. Sophia ſapiẽtia dicitur. Hęc ſcientia diuiditur in tres partes, in Moralem, Naturalem, & Rationalem. Prima componit animum. Secunda rerum naturã ſcrutatur. Tertia proprietates verborum exigit & ſtructuram. Moralis gręce Aetice dr̃. De qua Sene. philoſophia animũ format & fabricat, vitã diſponit, actiones regit, agenda & omittenda demonſtrat. Sine hac nemo ſecurus eſt. Hęc ampliſſima artium dicitur. Apu. Diſciplinam regalem appellat tam ad bñ dicẽdũ q̃ ad bene viuendũ repertã A philoſophia fit philoſophus amator ſapiẽtię. philoſophicꝰ a, um, philoſophaſter philoſophorum imitator. philoſophor philoſopharis. Cicero lib. j. de natu. Deorum. Et quum minime videatur tum maxime philoſophamur.

¶ Phileſius cognomen Apollinis gręci φιλήσιον amabilem dicunt, quia lumen eius exoriens amabili veneratione oculorum conſalutamus.

¶ Philippus nomen viri propriũ & latine equorũ amator bellicoſus dicitur. Quo nomine dictus eſt Alexãdri magni pater. & Romanorũ imperator, q primus ex Romanis imperatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur.

¶ Philippi, ciuitas Thracię, quã philippus Macedonũ rex ędificauit, & a nomine ſuo philippos nomĩauit. Vergi. Romanas acies iterũ videre philippi. Hinc philippicus, ca, cum, vt campi philippici. In campis philippicis primo Cęſar & Pompeius, poſtea Auguſtus & Brutꝰ cũ Caſſio dimicauerunt. Hinc etiam philippenſis & hoc philippenſe, vt philippenſes ciues, & philippenſe bellum, quod apud philippos geſtum eſt.

¶ Philippei ſeu philippi ſunt aurei nũmi precioſi, quorum apud Pſau. frequẽs mentio eſt, vt in penu. Hic ſunt numerati aurei trecenti nummi qui vocantur philippei

¶ Philoſarca amator carnium. Hierony. Non ſimplices & phiſarcas, id eſt amatores carnium.

¶ Philologus amator verborum vel ſtudij.

¶ Philolaꝰ nomẽ viri ꝓpriũ, & latine amor populi dr̃.

¶ Philocremantos, pecuniarum amator.

¶ Philoponꝰ amator laboris, philoponia amor laboris

¶ Philoſomatos amator corporis σῶμα gręci dicũt corpus quaſi σῆμα .i. animæ ſepulchrũ, tanq̃ ibi ſepulta ſit.

Philopſychia cupiditas vitæ. philopſychꝰ cupidꝰ vitę.

¶ Philotimos honorum cupidus.

¶ Philetærus amans amicos.

¶ Philoleutheros amator libertatis.

¶ Philerenius amicus ſolitudinis. pe. pro.

¶ Philocharis charus amicus.

¶ Philogathus nomen viri proprium, quo ſignificatur benignus.

¶ Philocompus amator iactantię.

ꝫ Philodeſpõtꝰ nomẽ ꝓpriũ cõpoſitũ ex duabꝰ dictionibus græcis qđ ſignificat dñi ſiue dominæ amatorem

¶ Philoctetes, tis, vel tę, nomen peantis filij & Herculis comitis, quaſi amoris poſſeſſor. Proper. Tarda philoctetæ ſanauit crura Machaon.

Philomathes diſcẽdi cupidꝰ. philomathia amor diſcẽdi

¶ Philopolites amator patrię.

¶ Philoſtorgus amicus beniuolus neceſſarius. philoſtorgia indulgentia, amator parentum.

¶ Philtra latine amatoria genꝰ veneni amorẽ & vt plurimum inſaniã ingerẽtis. φίλτρον enim apud nos amatoriũ dr̃, Ouid. lib. ij. de arte. philtra nocẽt animis, vimq; furoris habent. Iuue. Hic Theſſala vendit Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti.

¶ Philo nomen philoſophi academiæ principis, cui ſe totũ tradidit. Cicero vt ipſe in Bruto teſtat̃, admirabili quodã ad philoſophiã ſtudio cõcitatus, quũ ille in bello Mithridatico domo fugiſſet, Romamq; veniſſet.

¶ Philohiſtoricus amator hiſtoriarum. Hiero. ad Paulinũ. Quãtus inter quatuor ꝓphetas tẽporũ conſcius & totius mundi philohiſtoricꝰ lapidem pręciſum de monte ſine manibus claro ſermone pronunciat.

¶ Philozous græce φιλόζωος nimis cupidus vitæ.

¶ Philœnus, vinoſus, amator vini, potator.

¶ Philoxenꝰ hoſpitalis, philoxenia hoſpitalitas. ꝫ Eſt etiã philoxenꝰ philoſophi nomẽ q gruis collũ ſibi exoptabat quo diutius ciborũ & poculẽtorũ ſapore delectaret

¶ Philodulus pe. prod. amator ſeruorum.

Philopolemꝰ, bellicoſꝰ, nã φιλέω õ amo πόλεμος u bellũ.

¶ Philopes, puerarius, pędico, amator puerorum.

ꝫ Philocrates pe. cor. amoris tenax, κρατέω teneo.

¶ Phimoſis dr̃ quũ glans membri virilis ita tegit̃ præputio, vt nudari nõ poſſit.

¶ Phiſon nomen fluuij, quod teſte Ioſeph. lib. j. ſignificat inundationẽ, qui eductꝰ in Indiam in pelago late diffunditur, quod Geta nuncupatur a Græcis. Hic circuit omnem terram Euilath, vbi eſt aurum terrę, vbi carbunculus & lapis precioſus.

¶ Phyllon per dupplex. ll. latine folium dicitur vna litera detracta. Hinc pentaphyllon, Melamphyllon, platyphyllon, & huiuſmodi multa.

¶ Phylõ ꝑ ſimplex l ſignificat gẽtẽ, genus, nationem.

¶ Phylarchus latine princeps gentis.

¶ Phylira pe. cor. ꝓprie arbor, quã Latini Tiliã vocãt q̃uis alij dicãt eſſe mẽbranã tenuiſſimã inter corticẽ & lignũ tilię. Ex hac arbore fiebãt coronę, quæ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horatius lib. j. car. Diſplicent nexę phylira coronę. Ouid. lib. Faſt. Ebrius incinctis phylira conuiua capillis. Plinius vero lib. xxiiij. accipit phyliras pro capillamentis filiſq; tenuiſſimis phylira (inquit) croci nimium ſalẽ cibis eximũt. Et li. xij pręparãt̃ ex papyro chartę diuiſæ acu in pręten ues ſed q̃ latiſſimas philiras. Martia. lib. de nup. philologię accipit phyliram pro membrana tenuiſſima Cuius hæc verba ſunt. Libri in phylirę cortice ſubnotati.

¶ Phylura idem quod phylira ſcilicet membrana & tenuiſſimum capillamentum.

¶ Phylaca pe. cor. locus cuſtodię, hoc eſt carcer. Plaut. Illic eſt abductus recta in phylacam vt dignus eſt. phylaciſta carceris cuſtos.

¶ Phyllis nomẽ Lycurgi Thracũ regis filię, q̃ Demophoõta Theſei filiũ ex Troiano bello redeũtẽ amauit, & in cõiugiũ ſuũ rogauit. Ille ait ante ſe ordinaturum rem ſuam, & ſic ad eius nuptias reuerſurum. profectus itaq; quum tardaret, phyllis & amoris impatientia & doloris impulſu ꝙ ſe ſpretã eſſe credebat, laqueo vitã finiuit, & conuerſa eſt in arborem Amygdalum ſine folijs. poſtea reuerſus Demophoon cognita re eius amplexus eſt trũcũ, qui velut ſponſi ſentiret aduẽtũ folia emiſit. Vñ etiã phylla ſunt dicta a phyllide, quę ante petalia dicebant̃. Eſt & phyllis amnis Bithynię, a quo phylli phylliẽſeſq; dicuntur, vt inquit Strabo.

¶ Phyma, atis. genus tuberculi mollis furunculo rotundioris planioriſq;, quod in pus cito conuertitur.

¶ Phyſis latine natura dicitur, a quo phyſicus naturalis, phyſica orum naturalia, vt phyſica Ariſtotelis. Vnde & metaphyſica ſupernaturalia.

¶ Phyſiologus de naturis differens. Hieronymus contra Ioui. Legamus phyſiologos & reperiemus turturis hanc eſſe naturam, vt ſi parem perdiderit, alteri nõ iũgatur.

¶ Phyſionomia naturæ regula. Nam id verbum ſignificat mores naturaſq; hominum coniectatione quadã de oris & vultus ingenio ſciſcitari.

Phyſeter, eris. p. ꝓ. genꝰ piſcis marini admirabili magnitudiẽ φυσάω ſpiro vel ſufflo. vñ Rufꝰ in Arato. Delphi



nos virides & phyſeteras anhelos.

¶ Phygethlon, vt inquit Cor. Cęl. tumor eſt non altus, lætus, durus, rubicundus cum vehementi inflammatione punctioneq; ac membrorum diſtentione, neq; materia magnopere in pus conuertitur.

¶ Phyton ſine h in ſecunda, pretium quod capitur pro re locata. Vulgus fictum appellat, Inde emphyteoſis, phyton etiam latine planta. Python cum th in vltima ſignificat ſerpentem.

✠ Phla inſula eſt in Tritone Africę palude, vt author eſt Herodotus. Cc.

¶ Phlanates populi ſunt, a quibus nomen ſinui eſt inditum quem modo nautę Quernarium appellant, Alij Carnarium propter naufragia procelloſo ferme ſemper tranſitu. In receſſu eius Senia vrbs, cuius a tergo ſpecꝰ ſunt, vnde vehementes nulla fere non hora venti pflãt eaq; res infamem ſinum eum reddit. Dicti phlanates ab oppido phlano, vnde ſinus omnis hic phlanonicꝰ vocatur, qui a pola colonia Iaderam vſq; diffunditur.

✠ Phlebes dicuntur venę ꝙ ſanguine ferueant. Cc.

¶ Phlebotomia, inciſio venæ, quæ fit ad ſanguinem minuendũ ſedandi feruoris gratia φλέψ enim latine vena phlebotomum ferrum quo vena ſecatur.

¶ Phlegmon latine inflamatio quoties ſanguinis vtilis & mediocriter craſſus fertur ſubitus in aliquam corporis partem. Sed phlegma pituita.

¶ Phlegeton fluuius infernalis flammis ęſtuantibus rapidus a φλέγω ardeo. Verg. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus phlegeton torquetq; ſonantia ſaxa. Hinc phlegetonteus, a, um.

¶ Phlegma, atis, pituita. Inde phlegmaticus q ex flegmate laborat. phlegma, vt inquit Aug. lib. xj. de ci. dei. in capite domicilium habet.

Phlegma dr̃ cũ ex labore vię ſãguis defluit circa talos.

¶ Phlegonitis lapillus ꝙ in eo flamma quædam intus ardere videatur.

¶ Phlegyas Martis filius rex Lapitharum in Theſſalia pater Ixionis & Coronidis. a quo Phlegię populi Theſſalię ſunt cognominati.

Phlegõ vnꝰ ex eqs ſolis ἀπὸ τοῦ φλέγω. i. ardeo dictꝰ. Cc

✠ Phlegręꝰ vnꝰ ex cẽtauris Ixiõis & nubis filius. Cc.

¶ Phlegręi campi duo fuere, alter in Græcia a phlegra theſſalię valle, vbi gygãtes cũ cœleſtibus pugnauere. vł ἀπὸ τοῦ φλέγειν, qđ eſt vrere atq; inflãmare, qm̃ terra pręliorũ concitatrix eſt dum ibi gygantum bellum exarſit. Alter in campania prope cumas, in quo Hercules cum his pręlium cõmiſit. De quo Strabo lib. v. ſcribit. Fortunatus erat & campus nomine phlegræus, quo nõ olim plurimum ignis euomebat, quem Veſuuium ſcriptores appellant. Ex hoc Hercules exiſtimatur, ſicut Diodorꝰ meminit gygantes fugaſſe,

¶ Phlegomones inflammationes ſiue collectiones, q̃s & impetus noſtri vocant.

ꝫ Phyſias genus ſpongiæ dictum ꝙ nunq̃ lauetur quaſi illotaria.

¶ Phleos hęrba paluſtris ad nexus vtilis, ex qua phloinæ veſtes ab Herodo. etiam dicuntur.

✠ Phlox gręce latine flamma. Cc.

¶ Phlyctena latine puſtula, quarũ tria ſunt gña. Ex anthemata, q̃ Pliniꝰ eruptiões pituitæ & pabulas appellat. pſydracion paulo durius eſt, ac ſubalbidum & acutũ. Epinyctis, quæ tertium diſcrimen eſt.

¶ Phliꝰ, ũtis, eſt vrbs in medio Sicyonij argiuiq; agri. vbi religioſiſſiẽ colebat̃ Hebe. Caſtellũ phliũ noĩat Pli.

¶ Phoca piſcis, bos marinus a ſono mugitus. Ver. li. iiij Georg. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Hic corio & pilis tectus parit in terra pecudum more, canũ modo coit. In ſomno mugit, a quo pręcipue vituli nomen accepit. Fuit & nomen imperatoris Romanorum.

¶ Phoce, es, oppidum eſt Bœotiæ.

¶ Phocęa vrbs minoris phrygię, vt ĩqt Ptolo. Atheniẽſium colonia, vnde ꝓfecti ſunt, qui Maſſiliã apđ Gallos nõ ꝓcul a Rhodano cõdidere. Dicta phocęa ꝙ vituli marini magno numero cõparuiſſent vrbẽ condentibꝰ Eſt & in Caria phocęa monti Mycale oppoſita. Ab hac phocenſes, vt a græcorũ phocide phocenſes. Ab vtraq; phocaicus. Vnde muricem phocaicum. Ouid. poſuit a phocea non procul a Sardibus.

¶ Phocees populi Ionum, qui primi longis nauibus ſecundum Herodotum vſi ſunt.

¶ Phocis parua Græcorũ regio, vbi oraculũ delphicũ Luca. lib. v. Maſſilięq; ſuæ donatur libera phocis. In ea enim eſt oppidum Delphi ſub helicone mõte. Fõs Caſtalius & Cephiſus amnis parnaſus, in quo Apollinis tẽplum. Hinc phocides & phocęi dicti ſunt qui Maſſiliam condiderunt. Hos Varro ſcribit trilingues eſſe, ꝙ gręce & latine & Gallice loquantur.

¶ Phociõ Atheniẽſis vir clarꝰ cognomẽto bonꝰ pauper. Fuit eñ ſemper pauper cũ ditiſſimꝰ eſſe potuiſſet, ꝓpter frequẽtes ei delatos honores. Hic neq; ridere neq; lachrymare ab vllo vnq̃ eſt viſꝰ. & ĩ ꝯciõe cũ q̃s dixiſſet Cogitabũdꝰ videris o phociõ. Recte (ĩqt) cõiectas. Cogito eñ ſiqua valeo ĩ his breuitate vti q̃ apud Atheniẽſes dicturꝰ ſum. Huic cũ legati philippi Macedonũ regis ingẽtia munera offerrẽt hortarẽturq; vt ea accipet q̃uis eñ ipſe facile his careret, liberis tñ eiꝰ eſſent neceſſaria, qbꝰ difficile foret in ſumma pauꝑtate ad paternã gl'iam ꝑuenire. Si mei (ĩqt) ſimiles erũt, idẽ hic agellus alet illos qui me ad hanc dignitatẽ perduxit. Si diſſimiles, nolo meis impenſis illorum ali, augeriq; luxuriam.

✠ Phocula inſula vna ex Sporadibus. Cc.

¶ Phœbus Apollo qui Iouis & Latonæ filius fuit eodẽ partu cũ Diana genitus, quę & ipſa phœbe vocitata eſt diuinationis & ſapientiæ deus a poetis exiſtimatus & medicinę repertor. Dictus phœbus quaſi φόβιος ab φῶς & βίος, id eſt lux vitæ.

¶ Phæbas, adis, fatiloqua, ꝙ phœbęi numinis concepto afflatu fureret & agitaretur in bacchantis imaginem. Sidonius. Nec ſic intortum violatę phœbados vltrix In danaos fulmen iecit.

¶ Phœnix Agenoris filius Cadmi frater q phœnicibꝰ ĩperauit, a quo phœnicia. & phœnix arbor palma cui color ruber a q̃ phœnicеꝰ, a, ũ. vt color phœnicеꝰ, qđ & phœnicium dicitur, id eſt purpureũ. Similiter phœnix auis a purpureo pennarum colore dicta, toto orbe celeberrima in Arabia naſcens, aquilę magnitudine, q̃ annis ſexcentis & ſexaginta viuere dicitur generis tã maſculini q̃ fœminini. Hieronymus in expoſitione ſymboli. Quid mirum videtur ſi virgo conceperit, cũ orientis auem quem phœnicem vocant, intantum ſine coniuge naſci vel renaſci conſtet, vt ſemper vna ſit, & ſemper ſibi ipſa naſcendo vel renaſcendo ſuccedat. Idem ad præſidium. Phœnix auis eſt in India, & per quingentos annos de Libano implet ſe aromatibus, & ſic nidificat, & indicat ſacerdoti Heliopolitano menſe ſamenoh, aut farmuth. Implet arã ſacerdos ſarmẽtis, & ibi ꝯfert phœnix aromata, & electrũ arę iponit. & prĩo ſolis ortu phœnix quidẽ mouet pẽnas. Solis vero calore accendit̃ electrũ, & ſic exurũt̃ aromata & ipſa phœnix incẽdit̃. Craſtino die de cinere gignit̃ vermis ſcđo pẽnas affert. tertio ad antiquã redit naturã, & ſic ad ſua loca reuertitur. Ambroſiꝰ lib. Hexa. Phœnix auis in locis Arabię phibet̃ degere. atq; eã vſq; ad annos quingẽtos lõgęua ætate procedere. Quę cum ſibi finem vitę adeſſe aduerterit, facit ſibi thecã de thure & myrrha, & cęteris odoribꝰ in quã impleto vitę ſuę tẽpore intrat, & moritur, de cuius carnis humore vermis exurgit, paulatĩq; adoleſcit, & ꝓceſſu ſtatuti tpis induit alarũ remigia, atq; in ſuperioris auis ſpeciẽ formãq; reparatur. Eſt & phœnix nomen fluuij in Theſſalia in Aſopũ fluẽtis. & phœnix qui ex phœnicia eſt ppl's. quẽ Ioſephꝰ ſcribit inueniſſe græcas literas. Vñ Luca. Phœnices primi (famę ſi creditur)

auſi Manſuram rudibus vocem ſignare ſiguris.
✢ Phœnices παρὰ τὸ φόνιον dicti ſunt ꝙ initio cuiuſcunq; generis appulſos homines ꝓ victimis feriebāt inde qui phœnicibꝰ ꝓximi ſunt, vulgo phœniſſare dicūt cæde maculare. Sed Euſebiꝰ lib. de tpibꝰ, phęniceꝰ (inqt) color & vna mutata litera puniceꝰ ab iuētore nomē ſortitꝰ eſt q bythiniā cōdidit & phœnicibꝰ elemētorum notas dedit.
✢ Phœniceus, a, um, quod purpurei coloris a purpura q̄ prima commēdatione in tyro tingebat̃ apud phœnices quos mutatis ſyllabis pœnos appellamus vnde puniceꝰ, & puniceus deriuatur.
¶ Phœnicia regio in Syria a phœnice rege ſic vocata Iudeę cōtermina. In ea ſunt Tyros & Sydon vrbes, Carmelus & Libanus mōtes, in quo thura leguntur.
¶ Phœniciū color rubēs. Hiero. in expoſitione pſal. Si fuerint peccata veſtra ſicut phœniciū vęlut niuem dealbabo. Nā gręci φοινικὸν phœnicium vocant.
¶ Phœniſſa mulier ex phœnicia.
¶ Hœnicis idis, purpura, pannꝰ rubeꝰ. pheniceꝰ, pluniceus, ruber.
¶ Phœnicopterꝰ. pe. cor. auis rubētes pēnas habēs gręci vocant phœnix rubrū & πτερὸν alam. Iuue. Et ſcythicę volucres & phœnicopterus ingens.
¶ Pholus fuit vnus ex centauris Ixionis ex nube filius
¶ Pholoe mōs Archadię ſyluoſus. de quo Luc. lib. vij. Si licet ipſe petet Pholoen petet ignibus Oethon.
¶ Phonaſcus vocis ꝓnūciationiſq; magiſter & moderator dictio gręca. Quīt. lib. xj. Sed cura nō eadē oratoribus quæ phonacis Suet. de Aug. Pronūciabat dulci & proprio quodā oris ſono, dabatq; aſſiduephonaſco operā. Is enim vocē intorquere remittere, lenire, exaſperare docebat. Facto nomine a verbo gręco φωνέω quod ſignificat loquor.
✣ Phorbas Triopæ filiꝰ de quo Ver. li. v. Aenei. phorbanti ſimilis fuditq; has ore loquelas. Cc
¶ Phorcys huius phorcys & phorcyn phorcynꝰ nomē Neptuni filij.
¶ Phoſphorus pe. cor. latine lucifer, ſtella.
¶ Phragmon nomen ſtatuarij & pictoris egregij ſicut polycletes.
¶ Phraſis eloquētiæ corpꝰ, & dicēdi modꝰ, dicta a φράζειν, qđ eſt fari & diſſerere. Hier. in ꝓlo. lib. Reg. Secūdꝰ gręcꝰ eſt qđ ex ipſa phraſi ꝓbari poteſt. Quint. Macer & Lucretius legendi quidem, ſed non vt faciant phraſin. A phraſis fit Theophaſtus.
¶ Phrenitis morbꝰ lędens mētē & ad inſaniā furorēq; deducēs ἀπὸ τοῦ φρενὸς, id eſt deturbabatio mētis. Iñ phreneticꝰ qui ex eo vitio laborat. Apud Iuuena. phreneſis penult. pro. legitur. Cū furor haud dubiꝰ cum ſit manifeſta phreneſis, Aliter Serenꝰ protulit. Et vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur, Amiſſaſq; refert frēdēs amētia vires. ✢ Phregenę pe. prod. ciuitas in Ethruria altera in latio. Vnde phregenates.
✢ Phrenes dicuntur a gręcis p̄cordia, q̄ exta nūcupant. Galenꝰ li. v. de minoribꝰ docet diaphragma, dici phrenas eo ꝙ ꝓpter apoſtēa diaphragmatis gignat̃ phrenetis Ari, præcordia dici autumat phrenas a mēte & prudentia quæ gręce dr̃ φρὴν Subtilitas enim mentis, vt ait Pli. pręcordijs accepta fertur.
✣ Phrixus Athamantis regis Thebarum ex vxore Nephile filius fuit. Cc,
¶ Phronimos latine prudēs, phroniſis prudētia. Cice. lib. j. offic. Princepsq; omniū virtutū eſt illa ſapientia. quam græci ſophiā vocāt. Prudentiā enim quā Græci phroniſim dicunt aliam quandam intelligimus, quæ rerum expetendarum fugiendarumq; ſcientia.
✢ Phrine nomen meretricis apud Athenas, de q̄ Quīt. lib. ij. quæ impietatis accuſata ab hyperide clariſſimo illiꝰ ętatis oratore fuit defenſa.
¶ Phrigia regio minoris Aſiæ phrygio amne, qui eam a Caira diuidit. Vel a phrygia Cecropis filia. vbi Dardania a Dardano Iouis filio. Inde a Troe Erychthonij filij Dardani filio Troia, in qua Ilion vel a phrygio oppido Macedonię. ſiue brigio, vnde colonos ꝓfectos aiunt in phrygiam. Duæ tñ ferunt̃ phrigię maior ſcilicet & minor, quę epictetus dicta fuit. phryges Chriſtianā fidē tenuerūt diu. Sed emerſit apud eos Mōtanꝰ qdā q ſe paracletū noīauit gētēq; illā infecit, cū quo mulieres priſca & Maximilla relictis viris ſuis incedebant, & illius īſpiratione ꝓphetiſſę dicebātur multiſq; erroribus & phrygiā, & vicinas regiōes impleuerunt. phrygia ab aquilonis parte eſt Galatiæ collimitata. A Meridie Lycaoniæ piſidię Mygdonięq; contermina. In ea eſt Ida mons & Tmolus & Pactolus fluuiꝰ. Ex ea fuit Sibylla nona q̄ ſic vaticinata eſt. Tuba de cœlo vocem luctuoſam emittet, Tartareū chaoſoſtēdet dehiſcēs terra Veniēt ad tribunal dei, reges oēs. Deus ipſe iudicabit pios ſimul & impios. Tunc demū īpios in ignē & tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent, iterum viuent.
✣ Phrigius fluuius, vide phrygia.
¶ Phrix, gis, generis maſculini pro eo qui eſt ex phrygia, Hiero. Compelle phrygē & ponticū, vt locuſtā comedat, Dicitur & phrygius, a, um, Verg. lib. ix. de mulieribus loquens (inquit: O vere phrygię.
¶ Phrygiones q acu pingūt, vel q veſtes acu auro intexunt, Phriges em̃ primi inuenere talē texturā. Pli. lib. x. pictas veſtes iā apud Home. fuiſſe video. Vñ natæ triūphales acu fictę. id phryges īuenerūt. Iōq; phrigiones appellati ſunt. Idē appellat Dardanum aurum.
✣ Phrynos rana grandiſſima quam latine rubetam vocamus. Cc.
¶ Phthia ciuitas Theſſalię, a qua phthius & phthiota. Vñ Achilles phthiꝰ dictꝰ ē Ouid. quod ſine me phthiis caneſcant ęquora remis Et videā puppes ire relicta tua
¶ Phthiotis, idis dicta eſt vna ex quatuor Theſſalię partibus vt inquit Strabo.
¶ Phthiriaſis morbus pedicularis ἀπὸ τῶν φθειρῶν, quos & pedes & pediculos vocamus. Vnde phthirophagi dicti ſunt populi ſolis piſcibꝰ viuētes, a tenuitate victꝰ, q̄ ſi pediculiis veſcāt̃. Hi ſunt iuxta pōtū. Euxinum. Hoc morbo extinctus eſt Sylla dictator & pherecydes poeta
¶ Phthiſis tabes morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita a capite diſtillāte ἀπὸ τοῦ φθίνειν, qđ eſt tabeſcere. Vñ phthiſici vocāt̃. Sunt q phthin phthoē quoq; appellent, ſed illud genus maxime quo ſanguis reijcitur, quali morbo laboraſſe Theopompum & ab Aſclepio curatum tradunt.
¶ Pthōgus ſonus. Vnñ diphtōgꝰ. Quā ob cauſā pthtōgus & harmonia in cœlo dicāt̃ vide Ptolomęū libro. iij. harmonicę inſtitutionis. ὅτι φθέγγομαι ἐστὶ τὸ ἀυδάω ἔνθεν ὁ φθόγγος παράγεται. ✣. i. qm̃ φθέγγομαι eſt loquor, Vnde phthongus deducitur. ꝙ autē Pythagoram dicant aliq primū īueniſſe cœlū harmonia volui, an alij, Suidas noſter explicat.
✢ Phtirophagi populi ſunt, de qbꝰ Strab. phthirophagis, a ſordibus, & ſqualore dictis vicini ſunt ſuaues nihilo beatiores illis.
✢ Phicos gręce hęrba alga q̄ priſtinꝰ lanæ color reparat̃ hanc Latini fucum vocāt vñ offucias dixerūt ſimulationes rerū. Phyſeteres, p. p. gręce φυσητῆρες, aīalia aq̄tica.
¶ Phucus aīal volatile puū, a phago comedo. Vide in dictione Fucꝰ.
✣ Phū vocāt aliq. Nardō Agriō ſiue cręticū folio oleris atri, caule cubitali, geniculato, in purpura albicante, radice obliqua villoſaq;, & imitāte auiū pedes. Cc.
¶ Phut, inde phutei, vt Ioſephus ſcribit Mauritaniæ populi. Fuit autē phut Chamę filiꝰ, cuius pater Noeus. Ita enim a gręcis vocari dicitur, quem Hebræi Noe dicunt, vel potius chanoch.
✣ Phycites apđ īdos īuēit̃ gēma ſucci colorē hñs. Cc.
✣ Phylaca dicit̃ cuſtodię locꝰ vnde prohibemur exire, Plaut. Illinc eſt abductus recta in Phylacam. Cc.
✢ Phylaciſtæ, qui obſeruāt, nā φυλάσσω, cuſtodio, vel ſeruo dicitur & plau. Philacā carcerem vocat.
✣ Phycoſtaſſion. hærba quam Latini fucum marinum vocant. Cc.

## P ANTE I

PIaculū ſacrificiū cultus & qcqd agit̃ ſeu p̄bet̃ pro ſatiſfactione peccati. Ver. Ea prima piacula ſunto. Hora. lib. car. Teq; piacula nulla reſoluent. Hoc eſt nullis hoſtijs te expiabis. Aliqñ dr̃ crimē, flagitiū. Hiero. in lib. Iudi. Nūq̄ tm̃ nefas & tandem grāde piaculū factū eſt in Iſrael. Ver. li. vj. Diſtulit in ſerā cōmiſſa piacula mortē.
✣ Piacularia porta Romæ appellata ob quędam piacula quę ibi fieri ſolebant. Cc.
¶ Piare ſignificat colere. Plaut. vbi piem pietatē, ſi iſto more morata tibi poſtulē placere. Qñq; contaminare, polluere, qđ & impiare dr̃ quēadmodū ſacrū ponitur ꝓ execrabili. Qñq; pie amare. Næuiꝰ. Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos. Aliqñ purgare. Ver. Et culpā miſerorū morte piabunt. Huiꝰ verbi cōpoſita ſunt expio, qđ expurgo. īpio cōtamino. Hie. in ꝓlo. Aggei. Sed cū memoratus populus multis tēporibus idolis ſeruiendo etiā effuſione ſanguinis innocētiū ſe grauiter impiaſſet. lxx. annorū captiuitatē eundē populū ſtatuit ſuſtinere.
¶ Piatrix ſacerdos quæ expiare ſolita erat.
¶ Piamē ſeu piamētū erat id quo in expiādo vtebantur Eſt tñ dictio magis poetica q̄ oratoria, nā grādis eſt differentia de vſu dictionū, q̄ varijs ſcribēdi generibꝰ cōueniāt, alijs vtitur ſatyricus, alijs orator, alijs hiſtoricus.
¶ Piaculare qđ ad ſatiſfactionē peccati ꝑtinet. Li. lib. j. Itaq; vt cędes manifeſta aliquo cū piaculo lucretur, īperatū patri vt filiū expiaret pecunia. Is quibuſdā piacularibꝰ ſacrificijs factis q̄ deīn gēti Horatiæ tradita ſūt piacularia triſtia per q̄ malū fieri opinabat̃. Nā a ſuperis fœlicitatē, ab inferis dijs infœlicia dari cēſebant. piacularia auſpicia dicebātur q̄ ſacrificātibus triſtia portēdebāt cū aut hoſtia ab ara ꝓfugiſſet, aut ꝑcuſſa mugitū edidiſſet, aut in aliā partē corporis q̄ oporteret cecidiſſet.
¶ Piabile, qđ purgari poteſt, cuiꝰ cōtrariū eſt inexpiabile. Aug. ſuper lo. Viderūt ſe ingēti crimine impietatis aſtrictos, quando illum occiderūt, quē venerari & adorare debuerūt & hoc putabant eſſe inexpiabile.
✢ Piam ſyllabica adiectio, quę ornatus tantum cauſa ponitur vt quiſpiam.
¶ Piēs, a pio as, cū ſignificat pie amo. A quo pientior pientiſſimus. piens tamen in vſu non eſt.
¶ Pietas (inquit Cice. lib. artis veteris) eſt ꝑ quā ſāguine cōiūctis patrięq; beniuolis officiū & diligēs tribuitur cultꝰ. Aug. vero ſic, pietas ꝓprie dei cultꝰ ītelligi ſolet, q̄ gręci Euſebiā vocāt. Hęc tñ & erga parētes officioſe haberi dr̃. More aūt vulgi hoc nomē etiā in operibus miſericordiæ frequētat̃. Qđ ideo arbitror eueniſſe, qa hæc fieri ꝓcipue deꝰ mādat, eaq; ſibi vel ꝓ ſacrificijs, vel p̄ſacrificijs placere teſtat̃. ex q̄ loquēdi cōſuetudine factū eſt, vt & deꝰ ipſe dicat̃ pius quē tñ gręci nullo ſuo ſermonis vſu Euſebiā vocāt q̄uis Euſebiā ꝓ miſericordia illorū etiā vulgꝰ vſurpet. Huius cōtrariū impietas, q̄ ab iniuſtitia ſic diſtingui ſolet, ꝙ illa in deū, hęc dici in hoīes poteſt. Per illā, cōtēplatiōe delinquit̃, hac opere & factis peccat̃. Pietas etiā a Romanis dea putata eſt
¶ Piꝰ, a, um. qñq; religioſum ſignificat. Ver. Dij melio ra pijs. Qñq; miſericordē, benignū. Cic. Nō fecꝰ in me pius q̄ pater in filios. Qñq; caſtū. Quint. Et pios amores ac pudicos. Huiꝰ cōtrariū eſt impiꝰ. Exiſtimo autē ꝙ deductū ſit a gręco pius immutatiūcula quadā παρὰ τὸ ἤπιος λέγεται. i. praos ra in i dicitur pius.
✣ Picagmus Ixionis & nubis filius Centaurus. Cc.
¶ Picea genus arboris, quā Pli. lib. naturalis hiſtoriæ, quintam ſpeciem cedri ſcribit eſſe.
¶ Piceus, a. um, a pix fit.
¶ Pico, as. ſignificat pice quicq̄ linio. Pli. lib. xxxj. Sed vaſa tuētur picādo parietes, qm̃ & tectoria calx roditur Sciteq; dictū eſt ad tecta eos pice, ad viuū calce vti, qm̃ ſic muſta cōdiūt̃. huiꝰ cōpoſita ſunt cōpico, & īpico. Vñ Colu. lib. vij. Si dolore neruorū claudicat, oleo & ſalage nua, poplites, & crura cōpicāda ſunt, donec ſanentur.
¶ Picatus, a, um, qđ pice linitū eſt, ſeu cōditū. vt vinū picatū. Antiqui em̃ vinū pice cōdiebāt, quod picatum vocabāt. Pli. Pice & reſina cōdire muſta vulgare Italiæ eſt. Erat & picatū aliud qđ ſpōte naturę ſuę picis ſaporē recipiebat, & hoc in agro viennenſi peculariter naſcebatur. Pli. Iā inuenta vitis per ſe in vino picem habens reſpicienſq; Viennenſem agrum.
¶ Picꝰ auis pia vncorū vnguiū, cauat arbores in quibꝰ pullos educat, & ſcādit in ſubrectū fœliū modo. Dicta a pico Saturni filio, qui ei nomen dedit, vt docet Pli. li. x Et qm̃ hęc auis Marti ſacra eſt, qñq; picus martiꝰ dr̃. Picos Romani veteres vocabāt, quos Gręci griphes vocāt bęlueę quadrupedes auritęq;, viſu & forma terribiles corpore leonino, roſtro, alis, pedibꝰ aquilis ſimiles, habitare in hyperboreis mōtibꝰ in Aſiatica ſcythia ferunt̃ vbi aurū & gēmę naſci perhibentur, ibiq; tanta rabie in homines deſęuiūt, vt terrā ipſam inhabitabilē faciāt, & quaſi geniti eſſe videāt̃ ad pleċtēdā auaritiæ. temeritatē Plau. Picos diuitijs qui aureos mōtes colūt eos ſolꝰ ſupero. Sed hoc vt multa alio fabuloſum eſt. Fuit & picus rex Latinorū. Fauni pr̃, Latini regis auus, augurioꝝ peritiſſimꝰ, & primꝰ hac aue vſus eſt in auſpiciis. Ouidius Picus in auſonijs proles Saturnia terris.
¶ Pica q̄uis fœminini videat̃ a picꝰ, longe tñ diuerſę ſignificatiōis eſt. Nā auis eſt magnitudine palūbe, alis vario colore & pręſertim cęruleo depictis humana verba proferens. Mart. Pica loquax certa dñm te voce ſaluto. Si me nō videas eſſe negabis auem. Eſt & alia pica ſub ventre alba ſuperiꝰ nigra, q̄ varia appellatur.
¶ Picūnꝰ deꝰ, q̄ ī ſacris Rōanis adhibebat̃. Emili. Macer ī Theogonia, Et nūc agreſtes iter picunnus habet̃.
¶ Picenū regio Italię ī q̄ eſt Aſculum, a pico martio aue dicta, cuiꝰ ductꝰ & auſpicio Sabini cū Aſculū ꝓficiſcērētur in vexillo eorū picus cōſederit. Nā ſicut Stra. lib. v. ſcribit. Cōditores picētiū e Sabinorū terra profecti ſunt a quibꝰ orti ſunt. picenū quōdā vberrimę multitudinis Nā trecēta & ſexaginta millia piſcentiū in fidē Romani populi venere. Ea nūc Marchia Anconitana dr̃. Incipit a Troento amne vſq; ad Iſaurū fluuiū, q nūc Folia dr̃. Et hinc apēnino, hinc mari ſupero terminat̃. Habet ciuitates piſaurū, Fanum fortunæ, Senam gallicam, Vrbinū, Anconā, Camerinum, Firmium & Aſculum.
¶ Picenus, a, um. nomē poſſeſſiuum, vt picenus ager.
¶ Picens, tis, nomen gentile, vt homo picens ex Piceno. hinc Picentinus, a, um.
✣ Picinum genus olei quod ex pice fit. Cc
✣ Pictanū vinū Gręci vocāt qđ pucinū appellamꝰ, gignit̃ ī ſinu Adriatici maris non ꝓcul a Timauo fonte ſaxeo colle maritimo afflatu paucas amphoras coq̄nte. Cc
¶ Piera amara dicitur. Hier. ad Alga. Vidi ego nauſeā & capitis vertiginem antidoto quod appellatur πικρά. id eſt amara ſępe ſanari.
✢ Picris lactucæ genus, quam ita appellauere (vt inquit Pli. cum exprobratione amaritudinis.
✢ Pictatium tabula Iudicum decurionum & pontificū id eſt matricula, vt apud Lampridiū in Alexā. Qui ait. Deniq; cum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat & nomina de promouendis etiam filiam notabat, & perlegebat cuncta pictatia. Apud Cęlſum accipitur pro eo panno modico, qui modo præcordijs. modo capiti dolentes imponi ſolet ad mitigandum cruciatum In decretis canonicis. xxx. q. ij. ſic ſcriptum eſt. Pictatiū quod nobis tua fraternitas obtulit ſuſcepimus. vbi pictatium accipitur pro libello, ſiue charta epiſtolari. Apud Liberium ponitur pro velamento, ſeu ornatu tunicæ. Quod nomen quidam a pictura deriuant.

☿Pictes latine pugil. Inde pictale certamen.

¶Picturatus varia pictura exornatꝰ & acu pictꝰ. Vñ picturatę veſtes dicuntur nõ a picturo quod nõ inuenitur ſed ſimplex participium vel participij tantum vox eſt. Verg. Fert picturatas auri ſub tegmine veſtes.

¶Pierus pe. cor. nomen patris nouẽ picarũ. Ouid. li. v. Meta. Pierus has genuit Pellęus diues in aruis.

¶Pieria mons & ciuitas Bœotiæ, quã primꝰ Pierꝰ Lini pr̃ ędificauit, muſis ſacer. Hinc pierides muſæ, ꝙ in pieria ex Ioue & Mnemoſine natę ſint (vt iqt Stra) Vel a pieria regiõe Macedonię Aemathia añ dicta. A nemore ita appellata, cui nomẽ eſt pieris. Et pieres ppl̃i ſunt dicti, qbꝰ extíctis Macedones ea loca incoluere. A pieria fit pieriꝰ, a, ũ. Vñ pieriũ carmẽ. Muſę aũt ſuauiſſimũ viaticũ ad labores vitę Vñ Theocritꝰ οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκῃ φάρμακον ἄλλο νικία οὔτ᾽ ἔγχριστον ἐμοὶ δοκεῖ οὔτ᾽ ἐπίπαστον ἢ ταὶ πιερίδες. ✤ Id eſt nullum cõtra amorẽ natum eſt pharmacũ aliud Onicia neq; vnguentum, vt mihi videt̃ neq; condimentum q̃ pierides.

¶Piget piguit & pigitũ eſt. Sta. lib. vij. Nec pigitũ paruoſq; lares humileſq; ſubire. Dr̃ & pigeo, ges, pigui, & cõſtruit̃ cũ accuſatiuo, ſignificatq; dolere ſeu moleſtum eſſe (vt inquit Aug.) quaſiq; pigritiã ſignificat. nã cũ dicimus piget me feciſſe, hoc eſt dicere non ſurgit meus animus probare quod feci. Plaut. in Pſeu. Id qđ pudet facilius fert̃ q̃ id qđ piget. Terent. in Phor. Quare obſecro ne plus minuſve faxit, qđ nos poſtea pigeat. Quando vero inperſonale eſt cõſtruit̃ a parte añ cũ accuſatiuo vel datiuo. Plautus. Nõ dediſſe te pudet, me qa nõ accepi piget. Ouidiꝰ, lib. ij. Meta. pigetq; Actorum ſine fine mihi ſine honore laborum. Inuenit̃ etiã pigẽdꝰ, qđ eſt a pigeor verbo deponenti. Differentiam inter pigere & pudere. Vide infra in dictione pudeo.

¶Piger tardus, cuius contrariũ eſt impiger pro diligente. hinc pigritia, pigrities, pigredo, pigritudo, & pigritas pro tarditate & ignauia. Cice. lib. iij. de repu. Nũqd viri fortiſſimi fortitudo impigritas patientia? Et libr. iiij Tuſcu. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu ea ſic diffiniunt pigritia metum conſequentis laboris

¶Pigreo, es, piger ſum a quo pigreſco & pigreſſo idem ſignificantia.

¶Pigro, as, detineo ac detardo. Actius. Melius pigraſſe q̃ properaſſe nefas.

¶Pigmenta ſunt vnguẽta quibꝰ vtunt̃ puellę ad venuſtãdũ faciẽ, vt fucꝰ per trãſlationẽ vero dicũt̃ mendacia & fraudes, quia nõ eſt naturalis color, ſed artificialis. Ci. lib. ij. de ora. Tã integrę ſententiæ, tã veræ, tã nouæ, tã ſine pigmentis fucoq; puerili, vt mihi nõ ſolũ tu incẽdere iudicẽ, ſed ipſe ardere videaris. Accipit̃ etiã qñq; pro cõfectione ex diuerſis ſpeciebus ſuaui & odorifera. Hiero. Deniq; de his quibus intellectus hęrbarũ eſt pigmentorũq; peritia, ferunt quędã eſſe pigmenta, quorũ ſi odorẽ cœperunt nonnulla animalia continuo intererunt, alia vero eodẽ odore recreantur, vitamq; recipiunt

¶Pigmẽtatus, a, um. quod eſt pigmentis ornatũ. Hie. ad paulinum. Totũ flaccidũ molle nitidũ atq; formoſum quæſitis hinc inde odoribus pigmentatum.

¶Pigmentarius qui facit vel vendit pigmenta. Hiero. in Exod. Compoſuit & oleum ad ſanctificationis vnguẽtum & thymiamata de aromatibus mundiſſimis opere pigmentarij.

¶Pigmentarius, a, um. quod ad pigmenta pertinet

¶Pignus, oris. & eris a pugno vt Caius de verbo. ſignifi. inqt. Quia res q̃ pignori dãt̃ manu tradunt̃. Et eſt ꝓprie qđ creditori datur vt ſit ſecurꝰ. Et hoc mõ ſæpe dr̃ cum aut munꝰ noſtrũ, aut aliquid ſimile Pignꝰ eſſe amoris & beniuolentiæ volumus. Vergi. Ipſe pater dextrã Anchiſes haud multa moratus Dat iuueni, atq; animũ pręſenti pignore firmat, id eſt ſecurũ facit vt qui dat pignus Vlpianꝰ, inter pignꝰ & hypothecã hoc differre ſcribit, ꝙ pignꝰ dr̃ cũ ad creditorẽ trãſit, hypotheca cũ nõ trãſit. Qm̃ vero filij videt̃ tãq̃ pignora iter viũ & vxorem eſſe, tum vinculi ne alioqui forte diuortium fiat, tũ charitatis, factum eſt vt pignora ꝓ filijs capiantur. Nã vt inquit Ambroſius. Cum pręmium nuptiarum ſit partus fœminarum, merito mentes cõiugales per filios veluti per q̃dã quaſi pignora inter ſe arctius copulantur. Ouid. Dulcia ſollicitę geſtabant pignora matres. Aliquãdo pignus ſumitur ꝓ eo qđ deponit̃ ab ijs q ſimul decertãt apđ ſeq̃ſtrũ. Verg. Tu dic mecũ quo pignore certes

¶Pignoro ſiue pignero pigneras. ſignificat rem pignori do. Suet. de Vitel. Vtq; ex aure matris detractũ vnionem pignerauit ad itineris impenſas. Huius compoſita ſunt oppignero, & repignero, de quibus alibi. Inuenitur etiam pigneror deponens in eadem ſignificatione.

¶Pigneratitius, a, ũ, ex ſupino verbi pignero nomẽ deductũ ſigni. qđ pignori datũ eſt, vt res pignoratitia. Et Pignoratitiꝰ vir, cui pignꝰ capere licet. Vlpian. Quęrit̃ in pignoratitio creditore an pignoris ꝑſecutio deneget̃

☿Pigridie, ſunt olera amara quas Hierony. vocat lactucas agreſtes. Aug. lib. de cataclyſmo cũ pigridijs, & azimis comedetis agnum.

¶Pilus prima cor. capillus. Nã ambo cõuertũt̃. Gel. Si ouiũ lacte hædi aut caprarũ agni alerẽt̃ cõſtat ferme in his lanã duriorem, in illis capillũ gigni teneriorem. a quo pilo, as. Eſt & pilus nomen generale. Nã pilũ ꝓ capillo. Idem Pli. poſuit. In capite, inquit, cunctorũ animalium homini plurimus pilus. Pili longiores ac proni in colla atq; armos veſtientes iubę dicuntur. Pili. vero craſſiores rigidi quales habent ſues vocãt̃ ſetæ pilus vero prima ꝓ. qđ & pilũ dr̃, telũ romanũ a perimendo dictũ quaſi perilũ, vt inqt Var. Huius haſtile erat pedum quinq; & ſemis, & ferrũ trigonali figura nouẽ vnciarum a quo pilati dicũtur, pilo armati. Mart. Et pilata redit iãq; ſubit cohors. Gñal̃r tñ pila Var. auctore tela romana ſunt, ſicut geſſa gallorũ & ſaricæ macedonũ. Hinc & primipilus dr̃ cẽturio. Et præpilatę haſtæ, q̃ ferreas habẽt cuſpides, quaſi pręferratæ. Propilatũ dr̃ vbi nõ eſt ferrum, ſi modo in mucronẽ exacutũ ſit ad formam pili factum, vt cornua locuſtarum, quibus natãt. Pręferratum vero pilũ in molendo ꝑpterea vocatur apud Pliniũ, vt a pilo ruido diſtiguat̃ ad molas videlicet quas aqua verſat vtili. Nec tã ꝙ ſine ferro eſt, id nomen habet, q̃ ꝙ aſperũ impolitũq;. Nã & ruidus panis appellatur, q paſtũ coctꝰ rugoſuſq; ſit. q̃q̃ rubidus fere ſcribit̃. Pręterea pilus, ſiue pilũ a pinſendo, ſed a pilũno, vt inqt Seruius, inſtrumẽtũ quo quippiã in mortario terit̃. Plin. li. xviij Quippe & Hetruria ſpicã farris toſti pinſenti pilo ꝑferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata, vt niſi intenti pinſant cõcindãtur grana ferroq; frangantur.

☿ Pilatus, pilo armatus. Martia. Et pilata redit, iãq; ſubitq; cohors.

¶Pila, lę, a pinſo vas cõcauũ, ꝙ antiqui ſiccata frumenta in pilas imiſſa pinſebãt. Idẽ in eodẽ. Tũdatur granũ eiꝰ in pila lignea. Siml̃r vaſa illa ꝯcaua medicorum vſui apta, in qbꝰ Ptiſanę fieri ſolẽt. pilę dicũtur. Itẽ pila eſt columna ſtãs quã gręci στήλην vocãt a ſtãdo, ꝓprie ſtellas gręci appellant ſtãtes in monumẽtis colũnas. Apul. lib. iij. Me. Pila media q̃ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Feſtꝰ Pila quę parietẽ ſuſtentat ab opponendo dr̃. Pli. lib. xj. Ruentes cæras fulciũt pilarũ inſtar interius, a ſolo fornicatis vt ſit aditus ad ſarciẽdũ. Itẽ pila eſt qua luditur ab πάλλω æquo ꝙ forma ſphęrica ſit, quę omni ex parte ęq̃ eſt, vel a pilo, ꝙ pilis impleri ſolet. Itẽ pila capitur ꝓ q̃cunq; re rotunda inſtar pilę luſoriæ

✤ Pilę inuentorem tradunt Pythium fuiſſe. Cc.

¶Pilatim aduerbium a pila pro columna, ſignifi. per pilas. Victru. pilatim ſtruuntur ędificia.

¶Pilula q̃ſi ꝑua pila. Pli. Naſcũt̃ in eo pilulę nucibꝰ nõ abſimiles, intꝰ habẽtes flocculos molles lucernarũ luminibus aptos. Idem. Scarabeus qui pilulas voluit. Et ea venena quę hac forma ſumimus vulgo pilulas nominamus. Idem. Vetus axungia pthiſin in pilulis ſumpta ſanat. Hæ gręco vocabulo catapotia dicuntur.



¶Pilum nouacula, culter raſorius, haſtilę quinq; pedũ & ſemis. De quo in dictione pilus.

¶Pilani dicti ſunt milites qui pilis pugnabant, q antea primipilares vocabantur, mutata. n. in re.

¶Pilo as. pen. cor. a pilus q in carne eſt ſignifi. pilos emitto Actius Tũc primũ pilabãt genę. Afra. Meũ ꝑterea corpus nũc pilare primũ cœpit. Interdũ etiã pilare eſt pilos detrahere. Mar. Qđ pectꝰ ꝙ crura pilas. Hinc cõponit̃ depilo. pilo as pe, pro. gręcũ eſt, & ſignifi. complano. A quo fiunt compoſita cõpilo, expilo, oppilo, & ſuppilo.

¶Pilates genus lapidis candidiſſimi. Cato. Lapis candidior quam pilates.

¶Pilentũ vehiculi genus, quo matronę ferebant̃. Item videt̃ ꝙ petoritũ, quod quatuor rotarũ, ab hiſpanis introductũ. Var. de lin. la. in cõſuetudinẽ ſua ætate primũ veniſſe ſcribit. Eſtq; eius formę qua noſtri tẽporis principum Italię mulieres vectantur, ita libratum vt cõſidẽtes in puluinis in aere ſuſpendi agitatę videantur.

¶Pileꝰ tegmẽ capitis, ꝙ & pileũ dr̃. Plau. Vt ego hodie raſo capite caluꝰ accipiã pileũ. Per. Hãc nobis pilea donãt ponit̃ qñq; pileꝰ ꝓ libertate. Vñ legimꝰ apđ hiſtoricos ad pileũ ſeruos fuiſſe vocatos, ꝙ ſignificat ad libertatẽ, cuiꝰ iſignę eſt pileꝰ. Liui. li. xxiiij. Poſtero die ſerui ad pileũ vocati, & carcere vincti emiſſi. Sue. in Ti. Seruiſq; ad pileũ fruſtra vocatis i ſiciliã ꝓfugit. Accipiebant em̃ ſerui pileũ raſo capite, qui manu mittebantur.

¶Pileolꝰ & pileolũ cũ accẽtu in antepe. Hora. in Epi. Vt eũ pileolo ſoleas cõuiua tribulis. Hie. ad Fabiolã. pileolus rotũdꝰ eſt, quaſi ſphęra media ſit diuiſa & ꝑs vna ponat̃ in capite, hoc gręci & noſtri Tiarã, nonnulli galerum vocãt. Idẽ ad paulinũ neu. ge. dixit. pileolũ textura breue, charitate latiſſimum ſenili capiti confouendo libenter accepi, & munere, & muneris auctore lętatus.

¶Pileatus qui pileo indutus eſt. Vnde ſerui pileati qui pileo impoſito vendebantur.

¶Pilũnꝰ qui ſtercorãdorũ agrorũ, & pinſendi frumenti vſum iuenit, Iouis vt putãt filiꝰ, & Dauni pater. Ser. li. ix. ænei. pilũnꝰ & pitũnꝰ fratres, fuerũt dij, horũ pilũnꝰ ſtercorandorũ inuenit vſum agrorum, vnde & ſterquilinius dictus eſt pilunnus vero pinſendi frumenti, vnde a piſtoribus colitur. Et ab ipſo pilum dictum eſt.

¶Pina ꝑ ſimplex n. genus piſcis ſiue conchę. Cic. li. ij. de na. deorum. pina vero ſic em̃ gręce dr̃ duabus grandibus obſita conchis, cũ qua piſciculus ſquilla dictus ſocietatem coit, in aliquibus cancer cibi aſſectator.

✤Pinarius dicitur famelicus, nã pina dicit famem. Cc.

¶Pinna ꝑ duplex nn ꝓprie pẽna ẽ q̃ pluma: i. mollior & exigua pẽna nõ eſt. Nã penna nomẽ gñale eſt ad plumas & pinnas. Var. lib. iij. de re ru. de colũbis. Qui iam pinnas habere incipiũt, in nido relinquunt illiſis cruribus. Idẽ de gallinis Eligat fœcũdas plęrũq; rubicũda pluma nigris pinnis. Col. lib. ix. Siccus etiã puluis & cinis vbicunq; cohortẽ porticus vel tectũ protegit iuxta parietes reponendus eſt, vt ſit quo aues ſe perfundant. Nã his rebꝰ plumã pinnaſq; emũdãt. Pinna etiã acutũ ſignificat, vñ & pinnę murorũ. i. ſummitates. pinnas etiã geſtare gladiatores ſolebãt. Nñ pinnirapi rętiarij dicũtur, ꝙ pinnas e galeis mirmilonum iacto ræte exciperent.

✤Pinna pręterea eſt Conchæ genus, naſcitur i limoſis ſubiecta ſemper nec vnq̃ ſine comite, quem pinnotherẽ alij pinnophylacem vocant. Cc.

☿Pinnatꝰ, cupido dictꝰ eſt ꝓ aligero & pẽnas habente.

¶Pinnirapus penul. cor. gladiator, Compoſitum nomẽ ex duobus corruptis ſcilicet pinna & rapio. Iuue. Hic plaudat nitidi pręco..is filius inter Pinnirapi cultos iuuenes, iuueneſq; laniſtę.

¶Pinnula dimi. a pinna. Et eſt ſũma pars auris ab acuitate dicta. Aliqñ ꝑua pinna. i. penna. Col. lib. ix. Inhibet̃ q; cupiditas incubendi pinnula pernares traiecta.

¶Pinnaculum faſtigium & ſummitas ædificij in acumẽ tendentis, ſiue ꝙ veteres pinã acutũ dicebant. Vñ bipẽnis ſecuris q̃ vtrinq; aciem habet. ſiue ꝙ pinnaculis ædi prima conſueuit, quę facili motu vẽtorum indicet flatum quod genus nunc penniculum dicitur.

¶Pinnaces & per diminutionem pinnacidia dicuntur tabellæ in quibus capita omnium rerum continentur, & latine indices dicimus.

¶Pinnacothecę, locꝰ erat ꝓpe atriũ, in quo pictę tabulę reponebant̃. In tablino terũ in magiſtratu geſtarũ monumenta cõtinebantur. Varro ſcribit multos ſpectatum veniſſe Luculli villas, vt viderent pinnacothecas.

☿Pinnacas gręci dicunt pugillares, hoc eſt tabellas ceratas. Pli. codicillos interpretatur.

¶Pinus arbor tã maſculini q̃ fœminini generis & tam quartæ q̃ ſecundę declinationis eſt, q̃ & pinea dr̃. Amb. Quis pineã videns non ſtupeat? pineus a, um. ꝙ eſt natum ex pinu. pinea fronde apud Iſthmũ victores coronabantur, pinetum locus pinis conſitus.

✤Pinguetudo & pinguedo licet. Seruius grammaticus latinum eſſe neget doctiſſimis vſurpatur. Plinius omni pinguedine detracta in olla caro decoquitur. vide Beroaldum in Seruium.

¶Pinaſter pinus ſylueſtris mirę altitudinis. Pli. li. xvj. pinaſter nihil aliud eſt, q̃ pinus ſylueſtris.

¶Pindꝰ lapitharũ ſedes mõs theſſalię Apollini muſiſq; ſacer. Acarnaniã ab Aetolia diuidit. Sũt tñ qui hoc nomen cũ ypſilo ſcribãt Eſt & nomẽ vrbis theſſalicę a pindo mõte appellatę, iuxta quã eſt fluuiꝰ eiuſdẽ nominis.

¶Pinguis nõ macer. Aliqñ ponitur ꝓ infœcũdo. Verg. Et pingues hortos. Aliquando ꝓ impedito & inepto. Cic. Quod ipſi Anthioco pigue videtur & ſibi ipſi contrarium. Hinc componitur prępinguis quod eſt valde pĩguis. Columel. lib. iiij, Ideoq; nõ eſt vineis apta vix etiã arbuſtis niſi pręping ui. pingue vero ſubſtantiuum neutri generis dr̃ quod inter carnem & cutem eſt ſucco liquidum Verg. Et omnes Impendunt curas denſo diſtendere pingui. A pinguis fit impinguo as. Hierony. Impingatus incraſſatus recalcitrauit.

¶Pingueſco is. a pigueo es. fit. Col. li. ij. Omne emaciatum armentum medica pingueſcit. i. pingue fit.

¶Pĩguefacio ſignificatiõis actiue ẽ, pinguefio paſſiuę.

¶Pingo gis xi. ctũ. pingere eſt formã alicuiꝰ rei ductis lineis repreſentare. Hinc pictor qui pĩgit, & pictura ars pingendi. in qua ſuperioribus tẽporibꝰ floruere, zeuſis. Parrhaſius, Apelles viri cantatiſſimi. Hac vero tempeſtate Andreas Mantinea Patauinus mãtuani principis aulicus viri omni virtutũ gñe pręſtãtiſſimus, dignꝰ certe qui a poetis & a cæteris ſcriptoribus celebretur, cum nulli vel integritate, vel pingẽdi arte ſit ſecũdus huic accedũt Ioãnes Belius Venetus, Leonardus, Florentinꝰ, & Vincẽtius Brixianus excellẽtiſſimo ingenio hoies, vt qui cum omni antiquitate de pictura poſſint cõtendere Per trãſlationem pingere ponitur ꝓ imaginari. Hiero. ad Dama. Quod etiam voce promptus ante mihi cogitatione pingebam. Huius verbi cõpoſita ſunt depingo ꝙ eſt pingendo deſcribo, denuncio, demonſtro. Lactã. lib. iiij. Cũ em̃ quidam miniſtrorum noſtrorũ ſacrificantibus dęmonijs, aſſiſterẽt, impoſito frõtibus ſigno deos illorum fugauerunt ne poſſent in viſceribus hoſtiarũ futura depingere. i. denũciare. Idem lib. v. Quid vobis inanem iuſtitiã depingitis & optatis cadere de cœlo tãquã in aliquo ſimulachro figuratã. i. fabricatis. Hi. ad Paul. Tito ꝑcipit vt inter alias virtutes epiſcopi quẽ breui ſermone depinxit. i. deſcripſit. Ter. in Phor. prope horum facta imprudẽs depinxit. i. elocutus eſt. Expingo ſicut pingo. Pli. Iã vero & onerarijs nauibꝰ qm̃ & pericula expĩgimꝰ ne quis miretur & rogos pingi. Compingo & im

pingo vide alibi.

¶Piſo is.ſui.piſtū.vł piſitū.pila tūdo,vel molis frāgo.
Col.li.ij.panicū piſitū,& euolutū furfure.ſed miliū quo-
q; pultē q̄uis in copia maxīe cū lacte nō faſtidiēdā ꝓbet.
Pōp.Cū neq; molis molui,neq; palmis piſui.Vñ piſtor.
nā añ molarū vſū frumēta ī pilis pinſebāt.Var.Nec pin
ſorem vllum noſſent niſi eum qui in piſtrino pinſeret fa
rinam.Perſ.Q. Iane a tergo quem nulla ciconia pinſit.

¶Pinſo as.in eodē ſēſu.Var.li.j.de re ruſt.ꝓmēdo dīc
vt ī piſtrino pinſenť ac torreať,i.tundatur,vel frangať.

¶Pinſito as frequentatiuū a pinſo is.Plaut.in Aſi.Qui
polentam pinſitant,i.contundunt.

¶Pindo is,pindi pinſum.Idē q̄ piſo.Vñ pinſor q nūc
piſtor dr̃.nā erat vtriuſq; rei artifex,hoc eſt qui frumen
ta pinſebat,& qui panes coquebat.

✣Pinton inſula vna eſt ex cuniculariјs inter Sardiniam
& Corſicam.Cc.

¶Piſtor a pinſo is,qui frumenta in pilis pinſit.Nūc au
tem dr̃ qui panem coquit ſeu facit.Pli.lib.xvij.piſtores
romę non fuerunt ad perſicum vſq; bellum annis ab vr-
be condita ſuper quingentos octoginta.Sue.in Caſ.Do
meſticam diſciplinam in paruis ac maioribus rebus dili-
genter adeo ſeuereq; rexit,vt piſtorem aliū q̄ ſibi panē
conuiuis ſubijcientem compedibus vinxerit.Var.in Sa
ty.de eduliјs,Si quantū operę ſumpſiſti,vt tuus piſtor
bonum faceret panem.Atteius Capito,piſtores tantū
eos qui far pinſebant nominatos eſſe tradit,eoſq; coque
re ſolitos panem toſtum lautioribꝰ,piſtorem & coquum
apud antiquos eoſdē fuiſſe accepimus.piſtorē etiā habe
bant in numero ſeruorum.Vnde ait Iuriſcō.Si quis ſer-
uos habuerit ꝓprios,ſed quorū opas locabat,vel piſtori
cas vł hiſtrionicas,ſeruorū appellatiōe hos legaſſe videť

¶Piſtrix mulier quę panem coquit.ℨ Et piſtrix belua
marina in mari indico minor balena cum balenę quater
norum iugerum ſint.piſtres ducentorum cubitorum ve-
ſtitur pilo & animal non ouum parit.

¶Piſtris is.nauis.Ver,lib.v.Velocem Mneſtheꝰ agit
acri remige piſtrin.piſtis vero latine fides.

¶Piſtura ars pinſendi.Plin.xviij.piſtura non omnium
facilis,quippe & hetruria ſpicam farris toſti pinſente pi
pilo pręferrato.

¶Piſtorius a,um,qđ ad piſtorē pertinet,vt ars piſtoria
Idem in eodem.Ad operis piſtoriј gn̄a tranſeunte cura.
Hierony.in Gene.Omnes cibos qui fiunt arte piſtoria.

¶Piſtoricus a,um.idem quod piſtorius.Vnde Iuriſcō-
ſultus operas piſtoricas dixit.

¶Piſtrinū & piſtrina æ.pen.ꝓdu.locus in quo pinſitur
& panis fit.Qn̄q; etiā capitur ꝓ laborioſo ſeruitio Tra-
ctum a ſeruis,qui ob noxam a dn̄is in piſtrinum trudun
tur.proprie Sueto.in Auguſt.Et modo vnguentariā ta-
bernam,modo piſtrinum Aricię exercuiſſe obijcit.Pli.
lib.xviij.piſtrina fœmineo genere vtitur.Et ſiligine in
quit laudatiſſimꝰ panis piſtrinarūq; opera laudatiſſima

¶Piſtrilla ę.diminu.a priſtino ſcđm Priſ.Nā diminuti
ua qn̄q; diuerſa ſūt a gn̄e nominū primę poſitiōis,ſicut
a ſcuto ſcutella.At dona.a piſtrina deducit.& ſumiť pro
molēdino a manibꝰ.Teren.Apud ipſū locū eſt piſtrilla.

¶Piſtrinenſis & hoc priſtinēſe qđ ad priſtinum ꝑtinet.
Apul.in aſin.reformatus molas piſtrinenſes ꝑ circuitus
multinios circūegiſſe ſe feſtiuiter ſcribit diſcribens qua-
les eſſent miniſtri in piſtrinenſi contubernio.

¶Piſtillū ſine r inſtrumētū quo in mortario lapide & ma
xime Thebaico plumbeo piſtillo terrę moliūtur.

¶Piones populi ī Myſia aſię,q̄ ſupra Caicū amnē ſita
eſt.ab vrbe dicti,quam pionis conditor pionias vocauit.

¶Pipiones columbarum pulli,vt eſt apud Lampridiū
in Alexandri vita.

¶Pipare dicuntur gallinæ cum vocem emittunt.ſ,cum
faciunt pipi.Varro in originibus,Mugit bos,ouis balat
ęqui hinnunt,gallina pipat.

¶Pipio is,ꝓpriū eſt vocis pullorū.Columel.lib.ix.Die
vndeuiceſimo animaduertat an pulli roſtellis oua percu
derint & auſcultet ſi pipiant.Sunt etiam qui hoc verbū
paſſeribus tribuant,vt in carmine quod Ouid.aſcribitur
Peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit.

¶Piper nomen arboris quod eſt barbarum.Perſ.Rugo
ſumque piper.Dicitur & piperi inuariabile,ſicut gummi
nauci,mancipi.

¶Piperatum vinū dr̃ quod pipere & melle conditū eſt.

¶Piperites pe.ꝓ.hęrba q̄ & ſiliquaſtrū dr̃ caule rubro
& longo denſis geniculis,folijs lauri,guſtu piperis.

¶Pipulū.cōuitiū.Plau.Ita me bn̄ amet Lauerna te iā
niſi reddi mihi vaſa iubes pipulo hic differā ante ędes.

¶Pirata nomē latrōis q primꝰ mare īfeſtauit,a quo oēs
ſpoliatores & ꝓdones piratę dicti ſūt.aliј pirata a περάω
tranſeo deducūt quia.ſ.ex trāſuerſo ſimul ac piratę vide
rent inſulā in eā tranſeundo mari impetū facientes illā
deprędabanť,vel q̄ piratę ſēp maria ꝑmeāt,pirata gręce latine prędo.& piraticā facere dicuntur prędones.

¶Piraterium habitaculum piratarum ē,vt ſcribit.Amb.
de hoſtibus carnalibus non metuēdis.qui etiam ſubdit
Tandiu in piraterio ſumus,q̄ diu in hac carne poſiti prę
donum ſpiritualium tentationibus ſubiacemus.ℨIdē pi
raterium eſt vita hominis.

ℨPirheicꝰ egregiꝰ ſculptor in puis imagūculis fuit.Vñ
ſic cecinit Proper.pirheicus parua vindicat arte locum.

¶Piſa ciuitas in ſummo montis vertice cōdita inter oſ
ſā & olympū,iuxta quā Ioui ſacra dicta olympia celebra
bantur.Eſt & hoc nomine oppidū Archadię ꝓpe alphe
um amnem,a qua hi qui piſas in italia condiderūt vene
re,dicta,in ciuitate priſtina.Vñ Ver.lib.x.Alpheę ab
origine piſę Vrbs Hetruſca ſolo.Hinc piſeus a,um.

¶Piſſa gręce.lat.pix vñ piſſeleō oleum quod ex pice fit.

✣Piſſaſphaltus pix mixta bitumini quę in Apollonia
tarum agro reperitur.Cc.

♣Piſſoceron eſt melliginis genus ex cęra & pice ſiue
gummi ſiue reſina mixtum.Cc.

¶Piſæ,arum.ciuitas tuſciæ a qua piſani dicūtur qui ex
ea originem ducunt de hac Luc.Hic tyrrhena vado frā-
gentes æquora piſæ.

¶Piſum genus leguminis,cuius caules ſpargūtur ī ter-
ram niſi habeant adminicula.Col.lib.ij.Similis quoq;
ratio eſt piſi quod tum facilem & ſolutam terrā deſyde-
rat.Hinc piſones.

¶Piſones appellati ſūt quidā Romani nobiles q̄ opti-
me piſa ſererent,ſicut a lente lentuli.

¶Piſaurꝰ fluuiꝰ Piceni,a quo piſaurū ciuitas ei ſuppoſi
ta noīata eſt.Seruiꝰ vero ſcribit piſaurū dictū,q̄ illic au
rū penſatū ſit.Nā cū Camillus gallos interemiſſet,aurū
q̄ galli a romanis acceperant ꝓ capitolio nō euerſo re-
cepiſſet & ſigna ciuitati appēdiſſet,ciuitati nomē dedit.

¶Piſidæ fuerunt populi in aſia minori quondam Soli-
mi appellati.vt Plin.lib.v.refert.

¶Piſiſtratus nomē ꝓpriū viri.Quo nomine dictus fuit
Hippocratis filius Athenarū tyrannus cui ob ſūmā elo
quentiā athenienſes ſe & libertatē ſummiſere,quo tem
pore Romæ Ser.Tul regnabat q̄uis Solon ipſe quoq; ſū
mus orator pro libertate ſtaret.Idem primꝰ apud Athe
nas bibliothecam inſtituit.

¶Piſcis.qui in aquis degit.piſces pro ſigno cœleſti,tn̄
pluraliter declinať.Columel.lib.xij.Quintodecimo Ca
lendas Martiј ſol in piſces tranſitum facit.A piſcis fit
diminutiuum piſciculus.

¶Piſcari eſt piſces venari,ex quo fit compoſitum expi
ſcor,de quo alibi.

¶Piſcatus us.ipſa piſcatio & actus piſcādi.Plin.Quos
venatus aucupia piſcatuſq; alebant.Plau.in Ru.piſcatū
hamatilem ſaxatileq; agredimur.

¶Piſcatorius a,um.q̄ ad piſcatorē ꝑtinet,vt nauis pi-
ſcatoria & ludi piſcatoriј qui fiebāt ꝓ q̄ſtu piſcantium.

¶Piſcarius a,um.idem q̄ piſcatorius,vt hamꝰ piſcariꝰ
Plau.in Sti.Arūdinē fert ſportulāq; & hamū piſcarium.



¶Piſcarius qui piſces vendit.Varro.Inter piſcarios ne
mo vendebat.Idem dicitur cetarius,quāuis cetariј po-
tius ſint qui magnos & ſalſos piſces vendunt.

¶Piſcaria æ,locus vbi piſces vęnduntur.Varro nullus
in piſcaria piſcis erat.

¶Piſcoſus a,um.locus in quo piſcari facile eſt.Oui.lib.
iij.Meta.Eſt ꝓpe piſcoſos lapidoſi Orathidis amnes.
Aliquando piſcoſus dicitur piſcibus plenus.

¶Piſculētus locus vbi multi piſces moranť,& in quo ē
facile piſcari.Cat.Fluuiū magnū pulchrū piſculentum.
Plau.in Ru.Qui ſalſis locis incolit piſculentis.

¶Piſcinalis & hoc le,q̄ eſt piſcis,vel q̄ ad piſces per
tinet,Vnde apud Palladium piſcinales cellę leguntur.

¶Piſcina,lacus & ſtagna ab initio dicta ſunt in quibus
viui piſces coercentur.Var.lib.iij.de re Ruſ.piſcinas vo
co eas quę in aqua dulci aut ſalſa,incluſos habent piſces
ad villam.Martia.piſcina rhombum paſcit & lupus ver
nas,Hę viuaria quoq; vocantur.Sed qm̄ in piſcinis nata
re etiam ſolebant,inualuit cōſuetudo,vt omnes in vſū
collectę aquæ ſiue frigidę,ſiue calidę,piſcinę dicantur.
Videnturq; a piſcibus dici,q̄uis in his nihil piſcium ſit.
ſed forte piſcinæ dictœ ſunt in balneis quod homines
piſcibus ſimiles natando ſiant.Cic.Latiorem īquit piſ-
cinam voluiſſem vbi iactata brachia non offenderentur
Plin.Si natare latius aut tepidius velis in arca piſcina
eſt,in ꝓximo puteus,ex quo poſſis rurſus aſtrigi.Qui-
etiā vaſa lignea ampliora ad tenendum aquam piſcinæ
vocantur.Plin.Decoquiť in aqua & in piſcinas ligneas
fundiť.Eadē generali vocabulo & natationes appellāť.

¶Piſcinarius qui piſcinas piſcibus refertas habet.Vñ.
Cic.Lucullum & Hortentium piſcinarios appellat.

¶Piſenor Centaurus Ixionis & Nubis filius Cc.

Piſtoria ciuitas quam Ptolomeus.ponit inter mediter-
raneas Tuſciæ ciuitates.Eſt eñ inter Florētiam & Lu-
cam a qua piſtorienſes.

✣Piſor a piſendo ſiue piſendo dr̃ vñ piſores ſiue piſto-
res veteres dicebāt tam eos qui frumenta piſebant.i.ſtū-
debant(piſere eñ tondere eſt)quam qui panes coque-
bant.Var.Nec piſorem vllum noſcent,niſi eum qui in
piſtrino piſeret farinam.Cc.

¶Piſtis gręce lati.fides piſtoo fidem accipio & do.

ℨPiſto numen crudelitatis putabatur,quę propter facili
tatem mobilitatemq; bigis inueheheretur.

¶Pitacium pticula corij,qua aliquid reparatur.Hie.in
Ioſue.Calciamenta peeantiqua,quę ad indicium vetu-
ſtatis pitacijs conſuta erant Quandoq; accipitur ꝓ bre-
ui epiſtola,quandoq; pro ſchedula de membrana exciſa.

¶Pittacus pe.cor.phūs mityleneus.hic ex Leſbo tyrā
nū Melācrū depulit,& certātibus athenienſibus atque
mitylenels,dux ī bello factus phrynonē Athenīēſiū du
cē ſingulari certamine interfecit.vnꝰ ex ſapiētibꝰ fuit.

¶Pitane ſiue pitana vrbs æolica q̄ portus duos habuit
Ab hac pitanei & pitanitæ nomināť,vbi & Archeſilaꝰ
Academicꝰ natꝰ eſt,q cū zenone apud polemonē didi-
cit.Fama eſt apud pitanam lateres inuentos eſſe qui ſu-
per aquas innatarent qđ & de aliјs locis traditum eſt.

¶Pitheci ſunt ſimiј πίθηκοι pithecos eñ ſimia dr̃.a q
bus inſulæ vbi eorum eſt maxima copia pithacinæ,ſiue
pithacuſæ dictę ſunt.

ℨPityran lati.furfurē dicūt,vnde pityriј panes furfurei
quorum meminit Gale.lib.j.de alimentis.

¶Pithacuſe īſulę in mari tuſco.ꝯtra cāpaniā a phitecis
ſimijs vt auctor eſt.Stra.dictę ſunt.Pli.vero a figlinis
doliariorū q̄ ibi ex creta fiebāt.Dolia eñ gręci πίθοι ſimi
as pithecō vocāt.In harū ſūmitate oppidū fuit,q̄ plu-
rali numero pithecuſę dicebatur.Ouid.Sterilią; locatas
Colle pithecuſas habitantum nomine dictas.

✣Pithonoſcomes locꝰ ē ī Aſia in cāpis patētibꝰ vbi pri
mo aduētꝰ ſui tēpore ciconię cōgregāť,& eamq; q̄ vltia
aduenerit laniant vniuerſæ atq; ita abeunt.Cc.

✣Pithoyna ex nymphis & ſuadela ſiue ſuaſio dr̃.eſt &
vna ex Atlantidibus.Cc.

✣Pityſma ſputum quod & ptyſma dicitur.Cc.

¶Pitiſſo as.parum vini paulatim & quaſi tentandi gr̃a.
Teren.pitiſſando modo mihi quid vini abſumpſit,dicēs
hoc aſperum pater,hoc eſt alterum lenius.

¶Pityo campę,vermes e pinu arbore naſcentes morſu
venenato nec diſſimili a bupreſtis morſu.Pli.Vſus ſępe
cōtra cantharidas bupreſtim pinorum que pityocampas
vocant gręce πιτυοκάμπαι.

ℨGręce dicuntur πίτυς eñ pinus vnde.& pityuſę a græ
cis dictę a frutice pineo monumentis ſcriptorum inclitę
campe vero ſignific.brachium,ſiue erucam a flexura q̄
dicitur campe.

✣Pitpit veteres oſcorum ligua ꝓ quidquid dixere.Cc.

ℨPityonices dr̃ qui eſt victor in ludis gręcię ī qbꝰ victo
res donabanť pinu,qui in Archemori honorē celebrāť.

ℨPithodicus,a pitho vaſe dr̃ vaſcularius pitiuſſa īſula
quę miletus dicitur a pinu,nam pitys gręce pinus appel
latur pityuſę inſulę quęre in dictione pityocampe.

¶Pituita.pe.ꝓ.morbus ex catarrho prouenīēs græco
phlegma dr̃.Horat.in Ser.Lenta feret pituita vides vt
pallidus omnis.Macer.Cum mulſa bibitū pituitę noxia
ſoluit Habet pituita domiciliū in capite vt inqt Augu.
Plato in Thimeo pituitā ait eſſe oīm languorū originē
q ex diſtillatione fiunt,ex eaq; gigni malas valitudines
plurimas,qm̄ in plurima loca illabitur.Quęcunq; aūt ꝑ-
tes corporis tumeſcere dn̄r,ab illius incendio & combu
ſtione vexanť.Quę cū expirat extrinſecus varios exitu
ſuo tumores ꝓducit.Intrinſecus vero cohibita vrentes
edaceſq; morbos ꝓcreat.Tūc aūt peſſima qm̄ puro ſāgui
ni mixta ligaminū fila ſuo ex ordine dimouet.& interdū
penetrat In medullas,adductiſq; radicibus inde animę vī
cula quaſi nauis funes reſoluit & amputat,pituita etiam
catharrhus dr̃,pituita etiā in gallinis dr̃.Col.lib.ix.Sæ-
pe etiā iā validioribus remediјs factis atq; ipſis matribꝰ
etiam vitanda pituitę pernicies erit.Hinc pituitoſus q̄
vulgo dr̃ phlegmaticus.Cic.lib.j.de fato.Inter locorum
naturas quantum interſit videamus,alios eſſe ſalubres,
alios peſtilentes,in aliјs eſſe pituitoſos & quaſi redūdā
tes in aliјs exiccatos atque aridos.

✣Pixacanthum ſpinę ſpecies q̄ chironium vocant.Cc.

ℨPitho,mulier flexanima illa dicendi pręſes,q̄ Enniꝰ
ſuadam.Quintil.perſuadendi deam.Horat.Suadelā &
poetica mella.Cice.Leporem.Pli.Colebať & diana co-
gnomine pitho corinthis.

¶Pix eſt q̄ fit ex arborum reſinis ad ignem decoctis,re
ſina vero eſt liquor craſſus ex arboribus fluens,& ſæpe
ſua ſponte ſiccatus ad ſolem,pix liquida coquitur ad na
uium & ad multos alios vſus.Plin.lib.xiiij.pix in Italia
ad vaſa vino condendo maxime ꝓbatur Brutia et picea
reſina.Hinc pico as,de quo ſupra.

## P ANTE L

PLacas gręci vocāt cruſtas maſſaſq; auri in tabellæ
formā cōpactas,tabulę a gręcis πλάκες dicuntur.

¶Placeo es,cui,citum,placere eſt gratum eſſe.Cuiꝰ cō
trarium eſt diſplicere.Hier.in prolo.Paralip.vtrunque
complexus eſt.Orationum itaq; veſtrarum adiutus au-
xilio,miſi librum beniuolis placiturum,tamen inuidis
diſpliciturum eſſe non ambigo.Aliquando placere eſt ef
ferri,gloriari,& confidere,vt ego placeo mihi,tu places
tibi,ille placet ſibi.Quintil.Placeas licet tibi opum tua
rum fiducia diues,ſi mihi idem inuideri nō expedit,pa-
res ſumus.Hinc etiam complaceo,q̄ ſignificat etiā pla-
ceo.Teren.in An.poſt q̄ me amare dixi complacita ē ti-
bi.Diſpliceo non placeo.Idem in heau.Heu heu q̄ ego
nunc totus diſpliceo mihi.ꝑplaceo valde placeo.Idem
ibi.perplacet.Habetq; impersonale paſſiuæ vocis.Cy-
pria.Si hominibus placetur,dominus offenditur.

¶Placidus a,um,mitis ſedatꝰ,q̄ illa q̄ quieta ſūt oībꝰ
placent.Teren.in Adel.Ille ſemꝑ egit ſuā vitā in ocio
in conuiuiјs clęmens,placidus nulli lędere os,arridere

omnibus. Dona. Clemens eſt circa recte agentes, placidus ēt circa delinquentes clemens animo, placidus vultu. Hinc placiditas q̄ Var. in ouibus eſſe aſſerit cum ait. In quis primum non ſine cauſa putant oues aſſumptas, & propter vtilitatem & propter placiditatem. Maxime enim quietæ & aptiſſimæ ad vitam hominum.

¶ Placido as, placidum ſeu placatum facio. Ambr. libro de Abel. Graues motus noſtrę adoleſcētię fida ſenectutis ſtatione placidantur.

¶ Placitus a, um, participium. Teren. in prolo. Hecy. Vbi cognitę ſunt placitę ſunt.

¶ Placitum nomē ſignificat conſenſum & veluti pactionem firmatam. Plin. Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſiliuit delentem cunctorum malorum placita & rabie quadam in omnes æui medios perorantem. Hierony. in Gen̄. Non poſſumus extra placitũ eiꝰ quicquam aliud loqui tecum.

¶ Placo as, mitē ac placidũ facio, ꝓpicio, placabilis ꝓpiciabilis. Cuius cōpoſitũ eſt cōplaco pe. pro. Gel. Conciliare ſibi atq; cōplacare iudices debent, ſenſuq; eorum expectatione cauſę ſuſpenſos rigenteſq; honorificis verendiſq; ſententijs commulcere, non iniurijs atq; imperioſis minitationibus confutare.

☿ Placor oris, placabilitas ipſa. Hierony. apud eccleſiaſticum c. iiii. Qui vigilauerint ad illam complectentur placorem eius. a placo as.

¶ Placenta libum farinaceũ ꝙ fit ex farina ſiliginea caſeo melle. dicta ꝙ nobis placeat vel ꝙ eo ſolerent deos placare, vel dicitur a gręco. πλακοῦς.

¶ Plęruſq; raq; , rũq;, vnde in ntō tam ſingulari q̄ plurali, plęraq; pe. cor. in abltō ꝓducit. Hora. id epiſt. Si quędam nimis antiquę, ſi plęraq; duræ. Idē plęraq; differat & pręſens in tempus omittat, plęriq; modo capitur pro maxīa ꝑte. Sal. plęroſq; ſenectꝰ diſſoluit niſi q ferro aut beſtijs interiere. Modo ꝓ eo ꝙ eſt nonnulli. Quint. Videas plęroſq; ita parcitos. i. nōnullos. Solet etiā eſſe ſyllabica adiectio, & ꝓ vna orationis ꝑte poni, vt cum dicimus plęriq; omnes hoc factitant. Significat em̄ omnes. Teren. in An. Quod plęriq; omnes faciunt adoleſcentuli. Diphthongatur aũt qm̄ ἀπὸ τοῦ πλήρεις fit quod plenum frequens ſignificat Cōuerſa e longa in ę diphthō. vt in ſcæna, thæda, læthe aliiſq; permultis dictionibus ſeruatur Similiter plęrũq; qđ a plęruſq; deducitur dupliciter ſumi pōt. Vno modo pro eo quod eſt fere ſemper. Alio modo (ſed rariſſime) ꝓ eo ꝙ eſt nonnunq̄. Quint. Excuſſa ſunt plęrunq; vitia verberibus. id eſt nonnũq̄. Et ab aliquibus putatur nomen, ab aliquibus aduerbiũ. Inuenitur etiā plerus ſine adiectione Pacu. periere. Danai, plęra pars peſſundata eſt.

¶ Plaga percuſſio, vulnus, vērber. Verg. plagiſq; peremptum Tonſa per integram ſoluuntur viſcera pellē. Aliquando plagæ rętia dicuntur rariora ad capiendas feras ꝙ plagis. i. foraminibus plena ſint. Cic. lib. iij. offi. Sunt ne igitur inſidię tendere plagas etiam ſi excitaturus nō ſis. Ver. Rætia rara plagæ lato venabula ferro. Vbi Ser. ſcribit plagas proprie illos funes dici quibus rętia tēdũtur circa imā & ſummā ꝑtem. Rurſus cœli vel terræ ſpatium ampliſſimum, ꝙ etiam tractus & clima a gręcis dicitur, plaga appellat̄. Vergilius lib. vij. In medio dirimit plaga ſolis iniqui. Item grande linteum tegmē candidũ quod ſindonem vocant lecticariam quale eſt quo nunc vtuntur mulieres Romanæ, olim paſſim ī vſu erat Var. de vi. pa. Chlamydes, plagę, vela, vaſa aurea. Idē eburneis lectis & plagis ſigillatis, & habet primam corr. niſi cum ſignificat vulnus, quod gręce dr̄ πληγή. Ouidius de triſ. Non habet in nobis iam noua plaga locum. Huius diminutiuum eſt plagula. i. parua plaga.

¶ Plagiariꝰ q plagas. i. vulnera infert, & plagiariꝰ q hominem quē ſcit liberũ eſſe emit, venditve, aut pro ſeruo tenet. Itē qui libertũ emit vel vendit. Item qui ſeruo aut ſeruę ꝑſuadet vt a dn̄o domina ve fugiat, vel eum eāve inuito vel inſciente domino celat, vinctum habet, emit vel vendit. Dictus plagiarius ꝙ lege Fannia plagis dānatus eſſet. Lex ipſa plagiaria. crimen plagiarium vocat̄ Mar. Impones plagiario pudorem, plagiarium vocat furem librorum ſuorum.

✣ Plagium etiam ſignificat ipſum crimen. Cc.

¶ Plagiator idē ꝙ plagiarius. Hiero. ad Florentiũ Magiſtrũ aũt pueri tui, de quo dignatus eſt ſcribere, quē plagiatorē eius eſſe non dubiũ eſt, ſæpe Euagrius p̄ſbyter me pręſente corripuit, cui ille reſpōdit Ego nihil timeo dicit ſe a domino ſuo fuiſſe dimiſſum.

☿ Plagoſus plenus plagis, vt plagoſa crura apud Apule. ab Hora. Plagoſus, qui ſępe plagas infert.

¶ Plagioſus dr̄ grammaticus ludi magiſter, ꝙ plagas inferat. Vnde Domitij marſi verſus eſt. Si quos Orbilius ferula ſcuticaq; cęcidit. Et plagioſus eſt qui ſuauitate verborum retrahit a propoſita virtute.

¶ Plago as, plagam infero. Aug. lib. xxj. de ci. dei. Cum iuſtiſſime annoſas pœnas ſeruus in compedibus pēdat, qui verbo aut ictu celerrime tranſeunte vel laceſſiuit dominum vel plagauit.

♣ Planaratrum dr̄ aratrum in quo cuſpis vomeris palæ effigiem habet. Cc.

✣ Planaria inſula eſt vltra Corſicam a ſpecie ſic dicta ꝙ ęqualis freto exiſtat, ideoq; nauigijs fallax. Cc.

✣ Planaſia inſula eſt in mari Tyrrheno nō lōge ab Ilua Auctor Pto. lib. iij. Cc.

☿ Plagipatus qui plagas patitur.

¶ Planus a, um. dr̄ cuiꝰ ſigura æqualis eſt. Qm̄ vero plana nullum impedimentum habent quin vndecunq; videri poſſint, planũ q̄nq; pro aperto & manifeſto ponitur. Et ſic habet pen. pro. planus vero penul. cor. ſumitur ꝓ ſcurra non quidem ſimpliciter, ſed certi atque ſui generis impoſtore deceptoreq; a fallendo dictus. Hora. Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat. Fracto crure planum Inter planos maxime celebres fuere Cephiſodorꝰ & pātaleon qui deceſſurus vtrũq; filium deceperat ſeorſum his prodendo qua parte domus infodiſſet, aurum, quod nuſquam erat.

¶ Plane aduerbium. i. certe manifeſte. Quandoq; omnino. Ci. Trebat. Quare ſi plane a nobis deficis, moleſte fero. Augu. lib. ij. con. Quid erat ille affectus animi? Certe enim plane turpis erat.

¶ Planities æqualitas. Sal. Nam vti planities erat inter ſiniſtros montes & dexteram rupem aſperam, octo cohortes in fronte conſtituit.

¶ Planitudo idem ꝙ planicies. Colu. lib. v. ꝑticæ cacuminũ modicę planitudinis, q̄ tamē dipondiaris orbiculi craſſitudinem non excedant optime panguntur.

¶ Planidus idē ꝙ planus. Col. lib. iij. Curamq; adhibito vt a ſuperiore, & ſicciore & exiliore, in planidiorem, humidiorem, pinguiorem agrum trāſferas.

☿ Plagiger pe. cor. quaſi genitus ad plagas. Plau. ī pſeu. Plagigera genera hominum.

¶ Plano as, planũ facio. Cuius cōpoſita magis ſunt in vſu videlicet cōplano q; totũ planũ facio. Gel. li. ij. M. Cato in lib. quē de agricultura cōſcripſit. Semē cupreſſi ſerito crebro ita vt linũ ſeri ſolet, eo cribro terrā iſternito dimidiatũ digitũ, iā id bn̄ tabula, aut pedibus, aut manibꝰ cōplanato. Deplano & explano de quibꝰ alibi.

¶ Planula a cōplanādo dicta eſt, ꝓ inſtrumento fabrili quo aſſamenta leuigantur & poliũt̄. Nam dolabra idem videtur eſſe quod aſcia vt inquit Do. Dolare eſt aſcia cędere. Et planulę ſunt quas nos lamas vocamus Fores enim cum planulis ferreis parietibus cardinibus coniunguntur, & ſuper illos deuoluuntur.

¶ Planipes qui pedes planos habet. Vn̄ comediæ ſiue fabulę genꝰ dr̄ planipedia, vbi nullo ꝓcedebat̄ cultu, ꝙ actores pedibꝰ planis. i. nudis proſcęnia introirent. Diome. ſcribit planipedē gręce minũ ſignificare, ꝙ actores planis pedibꝰ. i. nudis intrarēt proſcęniũ, nō vt tragici



actores cum cothurnis, neq; vt comici cũ ſoccis. ſiue ꝙ olim non in ſuggeſtu ſcęnę ſed in plano orcheſtrę poſitis inſtrumētis mimicis actitarent.

¶ Plancę tabulę planę a planitie ita appellatę. Plin. li. viij. Nec pontes aſini tranſeant per raritatem plancarũ tranſlucentibus fluuijs.

¶ Planci qui ſupra modũ pedibus plani ſunt. i. q pedes imos graciles habēt planoſq; æqualiter, q̄ſi tabellas quę plancę vocāt. Quo nomine dictus eſt Romanus quidā cuiꝰ extāt epiſtolę luculēter ſcriptę. Qui teſte Euſebio cũ galliā comatā regeret Lugdunũ cōdidit, q̄ ciuitas Senecę temporibus deflagrauit incendio. Hi etiā ploti dicuntur. Vnde poeta dictus eſt primo plotꝰ, propter huiuſmodi pedes. Deinde Plautus.

¶ Planta cũ de pedibus dr̄, ſignificat totā partem inferiorem digitoſq; & vngues. Ver. in Moreto Cruribꝰ exilis ſpatioſa prodigioſa planta. Si vero de arboribus, ea ē quę transferendi gratia, vel de arboribus rapta, vel ex ſeminibꝰ eſt orta & de hęrbis quoq; dicitur, Ver. Hic plātas tenero abſcindēs de corpore matrũ Depoſuit ſulcis.

¶ Plantaria ipſę plantę in terra natę, q̄ cum radicibus tranſferuntur de vno loco in alium. Ver. Syluarũq; aliæ preſſos ꝓpaginis arcus Expectant, & viua ſua plantaria terra. Plantaria etiā dicũt̄ plantarum loca. Pli. lib. xvij. Quędā ī plātario inſita eodem die tranſferuntur.

¶ Plantarius a, um, ꝙ plantari debet, ſeu qđ eſt aptum vt plantetur. Colu. lib. vj. Ipſe aũt arbuſculæ hoc modo poſſunt tranſferri, anteq̄ plātarias arbuſculas effodias ſolo rubrica notato partē eius quę meridiem ſpectet.

¶ Plantaris & hoc plantare, qđ eſt plātę pedis. Sta. li. j. theb. Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

¶ Plantiger plantas gerens. Vnde plantigerę arbores, quæ ex ſeſe pullulādo plantas emittunt. Pli. Siliqua plātigera eſt in imis partibus.

¶ Planto plantas notæ ſignificationis, vt hō quidā plātauit vineā. Huius cōpoſita deplanto, ꝙ eſt contrarium ſuo ſimplici, Nā deplantare ſignificat quod plantatum erat euellere Pli. Sed vtraq; infirmiſſima, & q̄ cortice nitunt̄ tm̄ vel leui aura ocyſſime deplantantur. Colu. lib. ij. Ne aut cornu bos ad ſtipitē vehemētiꝰ offendat, aut extremo iugo trũcũ delibret ramũq; deplantet. Explanto ſignificat ſicut deplāto. Idē. Vt ſit q̄ tenere adhuc pāpini capulis ſuis illigent ne ventis explantentur. Et lib. vi. Antequam explantes arbuſculam. Supplanto ſubtꝰ planto de quo alibi.

¶ Plantago hærba, cuius duo ſunt genera ſcilicet maior & minor.

¶ Planetæ ab errore dicti ſunt ἀπὸ τοῦ πλάνης, idē ab errore πλανήτης id eſt erraticus & vagus. vel a verbo gręco πλανάομαι erro. Latini ab inceſſu vocant errantia & erraticas ſtellas, Nigidꝰ errones appellat. Nam vt ait Ser. Interdum in hauſtrum, interdum in ſeptentrionem, plęrunq; contra mundum, nonnunq̄ cum mũdo ferunt̄. Vn̄ Ver. de Mercurio. Quos ignes cœli Cyllenius erret in orbes, Sunt autem ſeptem planetæ Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol. Venus, Mercurius, Luna. Sed quinq; contra mundum feruntur, & cum mũdo qn̄ retrogradi ſunt. Sol vero, & luna ſemper contra mundm.

¶ Plango is, xi, ctũ, fleo, vn̄ planctus & plangor, aliquādo plāgere eſt ꝑcutere. Lucil. Plangunt littora fluctus. Oui. plangebant corpore terrā. Hinc planctus & plangor pro percuſſione. Luca. Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus. Sil. Liuentia planctu Brachia. Catul. procedunt leuiterq; ſonant plangore cachinni.

☿ Planctus a, um, participiũ eſt, vt apud Ezech. c. xxxij. planctus eſt & plangunt

☿ Plāctꝰ nomē fletꝰ vt ꝯuertiſti plāctũ meũ in gaudiũ.

¶ Plaſis gręce latine formatio dicitur, hinc plaſtes plaſma & plaſmo.

¶ Plaſtes fictor q figulinā artē exercet, qui & figulꝰ dr̄. Hiero. Mollis cęra & ad formandum facilis, etiamſi artificis & plaſtæ ceſſent manus, tamē virtute totũ eſt quicquid eſſe poteſt.

¶ Plaſtile fictoria vel figularia, ars figulina qua fingũt̄ imagines ex argylla ἀπὸ τοῦ πλάττειν ꝙ eſt fingere, vnde & ꝓplaſtice dr̄ ars faciēdi typos. i. formas quibus formādis figulinis operibus vtuntur. Dicitur etiam proplaſtice pro ipſa forma, quam ad formanda alia opera adhibent. Plin. Archeſilai proplaſticem pluris vęnire ſolitā conſtat ab artificibus ipſis quam aliorum opera.

¶ Plaſma atis, & plaſmatũ, figmentũ qđ & figulinũ opꝰ dr̄ ꝙ formatũ eſt. Item plaſma emplaſtrum a πλάττω fingo, cōponoq;. Perſ. Liquido cum plaſmate guttur mobile coluerit. Antiqui enim nonnulli emplaſtrum ex pluribus liquidioribus rebus commixtis vocem adiuuantibus faciebant Cato de plaſmatis bibendis.

¶ Plaſmo as, figmentum aliquod efficio.

¶ Platos gręce latine dicitur latitudo. Vnde plato, platea platanus, & multa alia.

¶ Platyophthalamus quaſi dilatans oculos πλατύς em̄ latus ὀφθαλμός oculus, quo nomine dictus lapis ſpumæ candidę nitentiſq; quod ſtimi appellant, alij ſtibiā, alij alabaſtrum, alij turbaſin. Nam dilatat oculos & eorũ fluxiones exulcerationeſq; inhibet.

✣ Platyphyllon lactucę genus. Cc.

¶ Platea via latior, fereque militaris prętoria conſularis que dicta Quandoque etiam capitur pro area in quā cōuenire populus ſolet, cuius pe. cor. apud Catul. Lampridius in heliogabalo. Plateas in palatio ſtrauit lacedęmonijs & porphyreticis ſaxis. Eſt & nomen auis quę ad eā volat quę in mari merguntur, & capita eorum morſu corripit, donec capturam extorqueat Dicta platea a latitudine corporis.

☿ Platęę nũero plurali ciuitas ī bœotia ſub citherōe mōte nō lōge a thebis, dicta a latitudine remorũ, vt inquit Stra. Nā gręci πλάτη remus πλάτος latitudo inde platea quia lata hic pauſanias & Ariſtides. Mardoniũ Xerxis ducem & conſobrinum ſuperauere.

¶ Platęa cum diph, vrbs bœotiæ. Pli. Platęę nũero plurali, hinc platęenſes populi dicti.

¶ Platanꝰ pe. cor. arbor late ſpargētibꝰ ſe ramis a πλατύς latum. Petronius arbiter. Nobilis ęſtiuas platanꝰ diffuderat vmbras. Eſt autem tam maſ. q̄ fœ. ge. & tā quartæ q̄ ſecundæ declina. Verg. in cul. Nam primam ꝓna ſurgebant valle patentes Aerie platanus. Idem in Geo. Et ſteriles platani malos geſſere valentes. Hinc platanetum & platanon pro loco platanis conſito.

✣ Platanopes Achaię promontorium.

¶ Plato phũs ab humerorũ latitudine dictꝰ. Hic antea ex aui paterni nomie Ariſtocles vocabat̄. Fuit egregio corporis habitu, & ī paleſtra ſe exercuit apđ Ariſtonem palæſtritā, a quo primũ cognominatꝰ eſt plato. Natꝰ eſt Athenis eo die, quo apud Delon Apollo, ſtuduit pictarę & tragœdias, poemataq; edidit. Adeo aũt in oī diſciplinarũ gn̄e, & p̄ſertim in philoſophia excelluit, vt diuinus plato & philoſophorũ Homerus vocatus ſit. Ci. li. tuſ. q. platonicę maieſtatis maximꝰ eſt buccinator, adeo vt ipſũ deũ appellet, quē Labeo inter ſemideos cōmemorandũ putauit. Cui defuncto Magi vt i deo immolauerunt. ☿ Fuit varius multplex & tātę eloquētię vt Iouē ſi gręce loq voluiſſet platonice locuturũ philoſophi dicerent, de quo Quint. Quis dubitet platonē eſſe p̄cipuũ ſiue acumine diſſerēdi, ſiue loquēdi facultate diuina q̄dā & homerica, vt mihi non hominis ingenio, ſed quodam delphico videatur oraculo Dei inſtitutus.

¶ Platycerotes belluę lata cornua habentes.

¶ Plauti a planis pedibꝰ q & ploti nominat̄, ſoleas quoque dimidiatas quibus vtebantur in venando quo planius pedem ponerent ſemiplotia appellabant.

¶ Plaudo is, ſi, ſũ. Eſt aũt plaudere quoties alicui pro re bn̄ geſta ꝯgratulamur, lętitiāq; oſtēdimꝰ Am. li. ij. de virgi, Quē pōpa illa ꝯgta āgelorũ lętitia plaudētiũq; habi

tare mereaꝛ in cœlo, q̄ cęleſtē vitam vixit in ſęculo? Se. Vnā rē adijciā & fauere ac plaudere te iuuabit. Fit etiā quādoque in deriſum, vt eſt apud Ezechielē, pro eo ꝙ plauſiſti manu & ꝑcuſſiſti pede & gauiſa ex toto affectu ſuper terrā iſrael. Huius cōpoſita ſunt applaudo qđ eſt alicui plaudo. Hiero. Quāq̄ labia torqueatis, trahatis capillum, applaudatis pede, fidem eccleſiæ apertiſſime cōfitebor. Supplaudo, de quo alibi. Eſt & plaudeo es. Hie. in eccle. Caput ſuum mouebit & plaudebit manu. ☿ qđ nunc in ſecunda rationi eſt rariſſimū.

¶ Plauſus us. Cice. in Cato. Quibus cum a cuncto conceſſu plauſus eſſet multiplex datus.

¶ Plauſibile fauorabile, iucūdū, populare, qđ plauſu populi excipi pōt. Ci. Qm̄ plauſibilia hęc nō ſunt vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant. Sic oratio plauſibilis dicta eſt quę placet & plauſum populi meretur.

¶ Plauſtrum currus, ꝙ ex omni parte ſit palam quod in eo vehitur, vt inquit Var.

♣ Plautus vide ploti.

¶ Plecto is, xi, ctū ſcđm priſ. vł xui. ſcđm aliquos xū, ſignificat punio ferio ἀπὸ τοῦ πλήττω ferio. Hi. in lib. iudi. Si ſeptē crines capitis mei licio plexueris, & clauū hunc circū ligatū terrę fixeris īfirmꝰ ero. Au. li. de ci. dei. Nā ſi omne nūc peccatū manifeſta plecteret pœna, nihil vltimo iudicio reſeruare putareꝛ. Huiꝰ paſſiuū eſt plector Teren. in phor. Tu iā lites audies, ego plectar pēdēs .i. feriar, vt inquit Dona. Hinc plectrū & plagę.

¶ Plector deponēs nō ē in vſu, ſed habet cōpoſita āplector, cōplector, circūplector, īplector, vñ īplexꝰ ꝙ ē implicatus. Gre. Sed cū ex lectiōe alia redēptoris nr̄i ſententia ad mentē reduciꝛ, ex huiꝰ nobis lectionis verbis quęſtio valde īplexa gñaꝛ, ꝑplector pfecte ligo. Hie. ad paulinū. Tenēt ſe mutuo, ſibiq; ꝑplexi ſunt, & quaſi rota in rotā voluitur. Teren. in Eu. Pergī ſceleſta mecū perplexe loq. Dona. Ideo ꝑplexe quia ſtatuerat vitium cælare virginis. Hinc perplexor quod eſt valde ligo ſeu in dubio pono Plau. in au. At ſcio quo vos ſoleatis pacto perplexarier Pactū non pactū eſt, nō pactū, pactū eſt ꝙ vobis lubet. Idem in Aſi. Neq; vllū verbū faciat perplexibile, id eſt ambiguum multum.

¶ Plectilis pe. cor. q̄ plexa eſt, Plaut. in bacch. pro gabea ſcaphum, pro inſigni ſit corolla plectilis.

¶ Plectrū inſtrumentū citharœdi quo fides plectuntur i. ꝑcutiuntur, a πλήττω ꝑcutio. Mar. Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. Exornēt docilē garrula plectra lyrā. A noſtris dr̄ qñq; pecten. Verg. Iam pectine pulſat eburno. plectrum etiam qñq; calcar æneum ꝙ oli gallis gallinaceis addebatur dum inter ſe pugnarent.

¶ Plębs bis. vel plębes bei, idē ꝙ vulgꝰ. Hoc eſt vilior ꝑs ꝑpłi. Gel. Plæbes in qua gētes ciuiū patritię non inſunt Plin. Tāta plębei cōſternatiōe vt primo pulſus ex ea regione, mox & interēptꝰ ſit. Huiꝰ dimi. ē plębecula

¶ Plębiſcitū plębis ſtatutū Sciſcere eñi ſtatuere ē. Scita vero plębis appellāꝛ ea q̄ plæbs ſuo ſuffragio ſine patribus iuſſit plębeio magiſtratu rogāte vtpote Tribuno. In populo eñi omnis pars ciuitatis & omnes ordines cōtinentur in plębe neq; equites ſunt neq; patritij.

¶ Plæbeius a, um, quod eſt plębis vt plębei ædiles.

✣ Et plębeiæ pudicitiæ ſacellum Romæ vt ſacra cæteræ colebatur.

¶ Plegma atis, ręte crinesītorti, hoc ē trice & oē textū.

¶ Plęmyrium fluuius ſiciliæ qui per agrum Syracuſanū labitur, a πλημμύρω quod eſt exundo.

¶ Plenus a, um, quod eſt vacuo contrarium, hoc eſt in quo nihil eſt vacui ſed integrum atq; perfectum eſt, hinc plenitudo perfectio.

¶ Plenilunium vide in dictione luna.

✣ Pleon ſiue pleion gręce ſignificat plus.

¶ Pleonaſmos latine cumulatio, ſiue adiectio. Figura quoties ſuperflua adduntur, vt ſic eſt ore locuta πλῆθος, enim plenus dicitur.

¶ Pleo es, q̄uis nō ſit ī vſu habet tñ cōpoſita, Cōpleo, expleo, īpleo, a quo adipleo, oppleo, repleo, & ſuppleo Lcta. li. vij. Et replebūꝛ mōtes cadaueribus oſſibuſque.

¶ Pleiades ſtellę q̄ taurū ꝑficiūt p̄ter caput, ꝙ ortu ſuo primę nauigationis tēpus oſtendit πληϊάδες latine Vergilię dicunꝛ a verni tēporis ſignificatiōe quo oriuntur. Nā vere orinꝛ & circa equinoctiū earū ortus matutinꝰ eſt. Hyginꝰ. Inter huius tauri finitionē & caudam arietis ſtellę ſunt, quas noſtri Vergilias, gręci pleiades dixere. Fuerunt Atlantis filię ſeptē ex pelione nympha cū quibus Iuppiter concubuit. Vñ & pleiades dictæ, & ex hoc relatę ſunt in numerū ſyderū. Vulgo pulcenaria dñr Vel a pluralitate πλείονες pleones eñ gręca lingua plures dñr, plures aūt ſimul aparere certū ē, pherecydes tradit ſeptē ſorores fuiſſe Lycurgi filias ex Naxo inſula, Et quia Liberū educauerūt ab Ioue inter ſydera fuiſſe relatas. Harū nomina putāꝛ. Electra, Alcinoe, Celeno, Merope, Aſterope, Taygete, Maia, quarū ſeptima vix cerni pōt. Oui. li. iiij. Faſ. pleiades incipiūt humeros releuare paternos, Quę ſeptē dici, ſex tñ eſſe ſolent. Seu qđ ī amplexꝰ ſex hinc venere deorū. Nā Steropē Marti concubuiſſe ferūt. Neptuno Alcinoen, & te formoſa Celeno, Maiā & Electrā Taygetēq; Ioui. Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit, Pœnitet, & facti ſola pudore latet. Siue ꝙ Electre Troię ſpectare ruinas Non tulit añ oculos oppoſuitq; manū. Fit aūt qñq; hęc dictio tetraſyllaba Proper. Nō hęc pleiades faciūt nec aquoſus Oriō. Aliqñ abijciꝛ e, & dicimus pliades. Statius lib. j. ſyluarū. Nec per ægæas hyades pliadumq; niuoſum Sydus, & olentis dignum petijſſe ſub aſtris.

✣ Plęriq; a plꝰ deduciꝛ, de quo ſupra ī dictiōe plęriſq;.

¶ Plethrō q̄dā ꝓ iugero accipiūt. Alij duo plethra ſingulis cōtineri iugeribꝰ exiſtimāt, vt Hero. mathematicꝰ ī plethro pedes cētū, ī iugero ducētos cōtineri ſcribēs.

¶ Pleuritis idis, dolor laterū, gręce πλευρῖτις πλευρᾶς latus dr̄. Hinc pleureticus qui hunc morbum patitur. Sūt etiam qui hunc morbum pleureſim vocent. Macer. Coſtarum quam pleureſin attica lingua.

☿ Pliſtonicꝰ nomē auctoris de quo Atheneꝰ. Fuit & Appion quidā, cognominatus pliſtonicꝰ nō multo tēpore. Plinio ſuperior, vt idē vltimo volumine teſtaꝛ. Qui & pliſtonices qñq; ſcribitur ſicut olympionices.

☿ Pleſtyriaſtas πλειστηριαστάς gręci vocant licitatores.

☿ Plethynticos, latine pluratiue dicitur.

✣ Plexa ligata, a quo perplexa, id eſt intricata atque abſtruſa. Cc.

✣ Plexaura nympha ſic dicta ꝙ plene fruaꝛ πλήθω imple& αὔρω fruor, quo nomīe vocata ē vna Athlātidū. Cc

¶ Plico as, aui. atū, & plicui plicitū, a quo quatuor ꝯpoſita. Applico, ꝯplico, explico, & īplico, ſimiliter duplex p̄teritū & duplex ſupinū habēt. Reliq̄ ſolū in aui, atum terminām, vt duplico, triplico, quadrūplico, multiplico, replico ſupplico Signi. aūt plicare nectere & veluti rugas facere Tractū a gręco πλέκω ꝙ eſt nectere. Applico de quo alibi. Cōplico ſimul plico, cumulo. Hiero. ī plo. Iob. Si fiſcellā iūco texerē, auꝛ palmarū folia cōplicarē, vt in ſudore vultus mei comederē panē meū. Lact. lib. v. Quid lęno niſi vt bonis exuat? quid fur niſi vt plura cōplicet? Implico īnecto īuoluo. Sal. li. iiij. hiſt. Implicitę rates myſteria ꝓhibebāt. Lact. lib. ij. Nā cū bello ciuili brutiano īplicitꝰ graui morbo abſtinere p̄lio ſtatuiſſet Aliqñ īplicare ornare. Plau. Implicat ad ſpeculū caput Circūplico. Gel. Surculo cōpari quē habebat capite ad funē ꝓinde vt debet fieri ſciebat circūplicabat. Replico diſſoluo. Plau. Replica tricā atq; extēde. Et replicare rurſus explicare dicere. Hie. ad Luchinū herethicū. Hęc & ipſe intelligis quo animo replicē. Plin. Quā ſæpius ille replicaſſet tandem perſuaſit. Duplico, a quo cōduplico, Multiplico, & Supplico, de quibus alibi.

¶ Plicatile quod plicatur, vt nauis plicatilis, quæ facta eſt ex Chorijs. Et plicatilis criſta vpupę.



¶ Plionem nympham ferunt ex qua & Athlante athlātides genitę dicuntur, vnde & nomen ſumpſerunt Pliades dictę ſunt. Cc.

✣ Pliſſima veteres pro plurima vſurparunt. Cc.

¶ Plodo. is, ſi, ſum, ſignificat quatiēdo ſiue collidēdo, & manibꝰ pedibꝰ ve ſonū aliquē facio. Cuiꝰ cōpoſita ſūt Applodo qđ eſt iuxta, ſeu ad aliquid plodo. Quint. Cōplodere manus ſcænicū eſt, pedes applodere interim licet. Feſt. Sūt qui appludā ſorbitiōis liqdiſſimū genꝰ putēt ꝙ flatu deijciaꝛ & quaſi applodaꝛ. Applodere ꝑ trāſlationē eſt fauere ac teſtari honorē illo motu. Cōplodo, explodo, diſplodo, & ſupplodo, de quibus in explodo,

¶ Ploro, as, Vide in dictione. Fleo. Eius cōpoſita ſunt cōploro ſimul ploro. Liui. lib. j. Tū demū palā facto, & comploratione regia orta. Seruiꝰ pręſidio firmo munitꝰ primus iniuſſu populi voluntate patrū regnauit. Deploro, exploro, & imploro, de quibus locis ſuis.

¶ Ploſtrum idem qđ plauſtrū. Nā au in o ſępe conuertitur. Huius diminutiuū eſt ploſtellū. Aug. lib. de ciuita. dei. Nam hoc turpe mēbrū liberi per dies feſtos cū honore magno ploſtellis impoſitū prius rure in cōpitis, & vſq; in vrbem poſtea vectabatur.

✣ Plotina Traiani Cęſaris coniunx ſanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrē ſexū cadūt virtutibꝰ celebrata, hæc tonſo capillo virū mentita, coniugē comitata in exiliū euntē imperterrita, & quędam quaſi virago tolerans ęrumnas acerbas.

¶ Plotæ inſulæ antea dicebantur quæ nunc Strophades dicuntur. Cc.

✣ Plotiam arundinem vocant ſubtiliorem quod nexibus apta ſit. Cc.

✣ Plotus poſtea plautus dictus eſt poeta comicus Vmber. Sarſinas. Cc.

✣ Ploximū dr̄ capſa vbi plurima reponuntur. Cc.

¶ Pluma mollior & exigua penna. Hinc plumeus, a, ū. vt lectus plumeus. Implumis & hoc implume, qđ eſt ſine pluma, vt auis implumis. Sunt qui dicāt plumā quoīūdā lingua ſignificare acū. Vnde plumarius, a, um, vt opus plumariū ✣ Itē plumeus & plumiger. Cc.

¶ Plumula diminu. parua pluma. Colu. lib. ix. Plumulæ ſub cauſa clunibus detrahendæ nec ſtercorę coinquinatę dureſcant, & naturalia pręcludant.

¶ Plumariꝰ, a, um, qđ ex pluma eſt. Vñ plumariā culcitrā dicimꝰ q̄ pluma plena eſt. Et plumariū dr̄ opꝰ acu factum, quod Græci alciorū multiplici varietate polymitarium appellant. Hierony. in Exo. Decem cortinas de byſſo retorta variatas opere plumario facies.

¶ Plumarius q acu depingit, Vñ ibidē legitur ꝙ Achiſamech fuerit optimus lignorū artifex & polymitariꝰ atq; plumarius. Cato de libe. educan. Etenim nulla q̄ nō didicit pingere poteſt bene iudicare ꝙ ſit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

¶ Plumatile pe. cor. qđ ex plumis factum eſt. Plautus Comatile aut plumatile plumis implere. Noniꝰ clauatū interpretatur, aut ex pluma factum.

¶ Plumo as, plumam facio. Vñ plumatū eſſe pennatum dicimꝰ. Gel. li. j. Auicula eſt parua nomē eſt caſſita habitat nidulaturq; in ſegetibus id ferme temporis, vt appetat meſſis pullis iāiā plumātibus. Et plumare eſt acu pīgere. Flauius Vopiſcus. Laneas tunicas purpura micantes & plumanti difficultate pernobiles.

¶ Plumeſco, is, a plumeo, es, fieri cōuenit, pēnatus fio. Aug. lib. iiij. Cō. Aut quid tū aberat paruulis tuis longe tardius ingenium cum a te longe non recederent vt in nido eccleſię tuę tuti plumeſcerent.

¶ Plūbū duplex eſt, albū. ſ. & nigrū, albū ſtānū dr̄. Nigri plumbi duplex origo eſt. Aut enim ſua ſponte naſcitur vena, nec quicq̄ aliud ex ſe parit, aut naſcitur cum argento, mixtiſq; venis cōflaꝛ. Primꝰ liquor q in fornacibus fluit, albū plūbū & ſtānū vocaꝛ. Scđs argētū qđ remanſit galena dicitur, & latine plumbago.

¶ Plumbeus, a. um, quod ex plumbo eſt, vt imago plūbea. Aliqñ dr̄ nigrū. Vnde Plaut. plūbeū hoīem appellat liuidū. per tranſlationē quoq; plūbeū ingeniū obtuſū dicitur, & quod penetrare cogitando non poteſt.

¶ Plumbago communis vena plumbi & argenti, Græce molibdena. Plinius Frequens & his plumbago, hoc eſt vt in ſole plumbei videantur.

¶ Plumbarius, a, um, quod ad plumbū ꝑtinet, vt plūbaria officina. Plinius, Pſimmythium quoq; hoc eſt ceruſam plumbarię dant officinę.

¶ Plumbarius, rij, qui ex plumbo facit opera.

¶ Plumbo, as, ferrumino. Plinius. Neq; argentū ex ſtāno plumbatur, quoniam prius liqueſcit argētū. Hinc replumbo, quod eſt reſoluo. Iuriſconſultus digeſtis de auro & argento legato. Emblemata vaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat.

¶ Plumbatura modo ferruminationem ſignificat, modo quancunq; coniuncturam plumbo factam.

¶ Plumbatę dicuntur pilæ plūbeæ, quas veteres peregrino vocabulo Manobarbulos vocabant. A quo & milites qui his vtebantur manobarbuli appellati ſunt.

¶ Plus pluris generis neutri. In obliquis vero & numero plurali trium generum eſt. Et ſecundum Priſ. comparatiuum eſt ſignificatione tantum, non voce, ab eo qđ eſt multum. At Gel. lib. v. non comparatiuum ſed abſolutum dicit. Vnde Ambroſius formauit cōparatiuū, cū dixit. Cuius parētes dum requiſiſſent cœpit offerre plurima & pluriora promittere vbi etiam comparatiuum ſuperpoſuit ſuperlatiuo, quod fieri conſueuit. Ouidius libro nono Metamorphoſeos. Sed quæ cum tibi ſit iunctiſſima iunctior eſſe. Expetit, Dicimus autem plus hac re, & plus hanc rem. Terent. in Eu. Non plus triduum, Vict. libro. vij. Aſſeres directi diſponantur inter nec plꝰ ſpatium habentes pedes binos. In plurali plura & pluria Dona. Antiqui hoc complures & hęc compluria, qđ noſtri complura dicunt. Cicero in protagora. Confirmāda genera compluria. Credo quia veteres hic & hec plures & hoc plure, non hoc plus dicebant. Gel. vero refert Capitonem docuiſſe pluria latinum eſſe, plura vero barbarum. Nunc autem de vſu & pluria & plura dicimus. Vnde & compluria & complura. Terentiꝰ. in Phor. Multa aduenienti vt fit noua hic compluria. Sed differunt abīuicem plura & cōplura, ꝙ plura poſſunt eſſe duo, cōplura duo eſſe nō poſſunt. Illud cōparatiuum hoc minime ideoq; non regit caſum. Complurimus non reperiꝛ, ſed tantum plurimus. Eſt etiam plus aduerbium. Et plꝰ ſatis dicimus ꝓ eo qđ eſt maxime, & pluſq̄ ſatis. Terent. in Eu. Accede ad ignē hunc iam caleſces plus ſatis. Cōponitur qñq; plus & dicimus perplus. Ab eo fiunt deriuatiua, pluralis & hoc plurale, & pluratiuus, a, ū, vt pluralis vel pluratiuus numerus.

¶ Plurifariā aduerbiū ſignificat pluribꝰ modis, ſiue pluribꝰ locis. Sue. de Tibe. Cubicula plurifariā diſpoſita tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarū picturarum adornauit,

¶ Pluſculꝰ, a, ū, di. a plꝰ q̄uis plꝰ a maſculino vel fœmi. nō veniat. & ſignificat paruū plꝰ, vel aliquanto plus, vn pocho piu. Terē. in Phor. Tū pluſcula ſupellectile opꝰ eſt. Idem in Hecy, Primum dies compluſculos.

¶ Plurimus ſuperlatiuū a multus, qđ etiā qñq; ꝓ lōgo ponitur. Verg. Iāq; aſcendebant collem qui plurimꝰ vrbi imminet. Vnde apud eundem nux plurima, id eſt lōga, qua ſignificatur amigdalum.

☿ Plutarchus cheronenſis philoſophus floruit ſub Traiano & Hadriano īperatoribꝰ, nā traiano libros Apophthegmatū dedicauit, vir eruditiſſimꝰ & multijuga eruditione mirabilis ac fœcūdꝰ, huius nepos fuit ſextus philoſophus, de quibus Euſe. in chronicis meminit.

¶ Plutheꝰ machīa ad expugnādos muros ad ſimilitudinē caſſidis. Cōtexiꝛ e vimine, & corijs ꝓtegiꝛ, terniſq; rotulis q̄rū vna in medio, duę ī capitibꝰ apponuntur, in

quãcunq; partẽ volueris admouetᷣ. Hos obſidẽtes muris
admouẽt, applicãtq;, & eorũ munitiões ſagittis, ſeu alijs
miſſilibus defenſores de ꝓpugnaculis exturbãt vt ſcalis
aſcẽdẽdi pſtetᷣ occaſio, vt inquit Vege. Cæſar. Semper-
q; hoſtibus ſpes victorię redintegretᷣ, eo magis qđ deu-
ſtos pluteos turriũ videbãt, nec facile adire apertos ad
auxiliãdũ animaduertebãt. Poſtea vero etiã tabulę qbꝰ
aliquid pręſepiretᷣ eodẽ nomine dictę ſunt. Liui. Crati-
bus pluteiſq; & linteis cõtectꝰ. Sue. in Cal. accipere vi-
detur pluteũ ꝓ fulcro tori diſcubitorij cũ inquit. Quoſ-
dã ſummis honoribꝰ functos cœnare modo ad pluteum
modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. Mar.
Nã pluteo vindice tutꝰ erat Librorũ quoq; & tabularũ
ſignorũq; repoſitoria plutei appellantur Iuue. Et iubet
archetypos pluteũ ſeruare Cleãthas. Hinc plutealis &
hoc pluteale. Vñ a Cicerõe ſigilla pluteália imagũculę
pluteis, i. tabulis incluſę Tabula inſuper q̃ vtũtᷣ ij q lite-
ris dãt operã & ſcribũt, pluteus literalis dr̃. Perſiꝰ. Nec
pluteũ cędit nec demorſos ſapit vngues, pluteũ etiã di-
cebant ſpatium id quod inferiores columnas a ſuperiori
bus per longitudinem in fronte diſcernebat.

¶ Pluto Saturni filius ex Ope cõiuge & frater Iouis atq;
Neptuni. Qui cũ ad regni diuiſionẽ veniſſent plutoni q
natu minor erat & Ageſilaus vocabatᷣ pars occidẽtis ob
tigit ſecus inferũ mare, Ioui plaga orientalis, Neptuno
inſulę. Hinc datus eſt locꝰ fabulæ, vt Ioui imperiũ cœ-
li Neptuno maris, plutoni inferorũ obtigerit. Pluto au-
tẽ Sumanus, dis, orcꝰ, vragꝰ, ab vrgendo, Vediꝰ Iuppi-
ter dictus fuit. Idẽ quietalis eſt appellatꝰ, quaſi mors q-
es ſit ęrumnarum. ☿ Huius vxorem fuiſſe Proſerpinã
Cereris filiam ex Claudiano poeta ſatis conſtat.

¶ Pluo, pluis, plui, plutũ, qñq; ſuppoſitũ habet, ſed nõ
appoſitũ. Hiero. in Gene. Nõ eñ pluerat dñs ſup terrã
Et iterũ. Ego pluam ſuper terrã. Aliqñ id qđ pluit po-
nitur in nominatiuo. Tibul. Multus & in terris deplue-
retq; lapis. Valerius maximus in piceno lapides pluiſſe
ait. Aug. lib. iij. de ciui. dei. Sed cũ pluit terra cum pluit
creta cum pluunt lapides, non vt grando appellari ſolet
hoc nomine ſed omnino vel terræ, vel cretæ. vel lapi-
dũ pluuia. Qñq; ablatiuũ appoſitũ habet. Liu. lib. vi. de
bel. mace. Tarracinę & Amiterni nũciatũ eſt aliquoties
lapidibus pluiſſe qñq; accuſatiuũ, vt deus pluit aquam
pluit manna. Qñq; id ſuper qđ pluit in noĩatiuo ponitᷣ
Hie. in Eze. Tu es terra immunda & non compluta in
die furoris. Quint. lib. vj. Cũ cœnaculũ eiꝰ perplueret.
Huius compoſita ſunt appluo. Plin. Niſi appluat exa-
minatur. Compluo. Var. Deorſum quo impluebat dictũ
impluuiũ. Surſum qua cõpluebat compluuium. Depluo.
deorſum pluo. Impluo intus ſiue ſupra pluo. Col. lib. ij.
Tremellius quidem aſſeuerat priuſq̃ impluerit ab auibꝰ
aut formicis ſata edi vbi æſtiuis ſerenitatibꝰ ager aret, ꝑ
pluo per mediũ pluo, qđ vernaculo ſermõe dicimꝰ ſtra
pioue re. Plautꝰ. in Tri. Bñfacta bñfactis alijs pertegito
ne perpluant. Quint. Cum cœnaculum eius perplueret

¶ Pluuia, æ, eſt iugis & lenta aqua dum pluit.

¶ Pluuius, a, um, vt aqua pluuia quę pluta eſt. Plinius.
Teriturq; in mortarijs admixta aqua pluuia. Hora. lib.
j. car. vẽtos pluuios vocat, hoc eſt pluuiã inducẽtes. Co
lu. ver pluuiũ nominat, in quo ſæpe fit pluuia.

¶ Pluuialis ſeu pluuiatilis adiectiua eiuſdẽ ſignificatio-
nis cũ pluuiꝰ. Feſtꝰ. Cõpluuiũ quo de diuerſis tectis aq̃
pluuialis cõfluit in eundẽ locũ. Col. li. x. Infoſſi lacus ſi-
gnino cõſtruũtur q receptã pluuialẽ aquã cõtineãt. Et
dies pluuiales ab eodẽ dicti ſunt in quibus pluit.

¶ Pluuioſus, a, um. vt annus pluuioſus in quo fuerunt
frequentes pluuiæ.

¶ Plinius Veronenſis naturalis hiſtorię ſcriptor ſic di-
ctus a verbo gręco (vt nonnulli putãt) πλύνω. i. lauo Cc.

## P ANTE N

PNeuma, atis, ſpiritꝰ flatꝰ, pneumaticꝰ ſpiritalis, vñ
pneumatica organa dicuntur ſpiritalia. Pliniꝰ lib. xix. E
puteo perticis pneumaticiſq; organis tollendo. Dicitᷣ in
muſica ratio pneumatica.

¶ Pneumon latine pulmo, qđ ab πνέω ſpiro deſcẽdit. vñ
pneumonia qđ & peripneumonia inflãmatio pulmonis
cũ ex alijs cauſis, tñ ex diſtillatione vehementi vel ſy-
nanchia vel ſuſpirio vel pleuritide ꝓueniẽs vt ſanguis
inde copioſus execreari ſoleat. Hĩc pneumonici q labo-
rãt ex pulmone, q̃ latine dici poſſunt pulmonarij, ſicut a
Col. ouis pulmonaria dicta eſt, cuius pulmo afficitur.

☿ Pneumatoſeis πνευματώσεις inflationes.

## P ANTE O

POculũ ꝓprie vas quo bibitᷣ a potiõe dictũ. Augſt. lib.
xix. de ciui. dei. Nõ eñ calix & potio quã cõtinet ca
lix ſimul dr̃ poculũ, ſed calix ſolꝰ. Sic tñ ꝙ potioni cõti
nendę ſit accõmodatus. Sumitur tamẽ qñq; pro eo qđ
bibimus Vir. pocula ſi quando ſęuę infecere nouercæ.

¶ Pocillum diminutiuũ paruũ poculũ. Pli. lib. iiij. L. pa
pyriꝰ imperator aduerſus Samnites dimicaturus votum
fecit ſi viciſſet Ioui pocillum vini. Plaut. in Aſi. Tecum
vna poſtea tecum aquę pocilla potitet.

¶ Pocillatores pincernę qui miniſtrant, pocula menſę
ingerentes. Vnde Ganymedes qui a dijs raptus fertur,
vt Ioui pocula miniſtraret, pocillator appellatus eſt.

☿ Hinc etiam ad cyathum ſtare dicitur.

☿ Pocœnium dicitur quod fit poſt cęnam.

¶ Podagra pen. cor. pedũ dolor πους pes & ἄγρα atroci-
tas. Mar. Litigat & podagra Diodorꝰ flacce laborat. O-
uid. li. ij. de põ. Soluere nodoſam neſcit medicina poda-
grã. podagra morbꝰ peregrinꝰ ẽ. Nã ſi Italię fuiſſet anti
quitas latinũ nomẽ inueniſſet Nõ eñ Roma cũ ſudãdo
& laborãdo viuebat hoc malũ cognouit. Eſt autem po-
dagra rubẽs, hoc eſt calida Eſt frigida, eſt multiplex, de
qua apud medicos, podagra etiam dicitur pedica, laqus
quo capiuntur animalia.

¶ Podager podagricus & podagroſus, qui podagra la-
borat. En. Nunq̃ poetor niſi podager. Plau. in mer. Sed
tandẽ ſi podagroſis pedibus eſſet Euthicus.

¶ Podalyriꝰ ꝓpriũ nomẽ Aeſculapij filij & fratris Ma
chaonis medicinę artis ꝑclari, q cũ Gręcis ad Troiã ob
medicinã ꝑfectꝰ eſt A pedũ magnitudine ſic appellatꝰ
Medicinã aũt diuinã ꝑfecto videri oportet, ſi illud qđ
in ꝓlogo ꝓgnoſticorũ ſcribit his verbis gręce Hippo-
crates fuerit adiũctũ, quacũq; via poſſet futuri habere ra
tionem ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νούσοισι, καὶ τούτου τὴν
πρόνοιαν ἐκμανθάνειν· οὕτω γὰρ θαυμάζοιτο τε δικαίως, καὶ ἰητρὸς
ἀγαθὸς ἂν εἴη. ✠ . Id eſt ſimul vero & ſi quid diuinũ eſt in
morbis huius prudentiam ediſcere, ſic enim admiratio-
ni haberetur tunc iuſte & medicus bonus eſſet.

¶ Poderis pe. cor. talaris tunica duplici ſyndone, vt iqt
Hiero. quã Ioſephꝰ byſſineã vocat. Hæc adhæret cor-
pori, & ita arcta eſt, & ſtrictis manicis, vt nulla oĩno ve
ſte ſit ruga, & vſq; ad crura deſcẽdit. Solẽt milites habe-
re lineas quas camiſias vocãt, ſic aptas mẽbris & aſtri-
ctas corporibꝰ vt expediti ſint vel ad curſũ vel ad ꝓlia,
dirigendo iacula, tenendo clypeum, enſem vibrando, &
quocunq; neceſſitas traxerit. Ergo & ſacerdotes parati
in miniſteriũ dei vtuntur hac tunica vti habentes pul-
chritudinem veſtimentorum, nudorũ celeritate diſcur-
rant. Dicta poderis a ποδῶν, id eſt a pedibus.

¶ Podex poſterior pars corporis pudenda, quod ex ea
pedes fluere videntur. Iuue. Et podice læui Cæduntur
tumidæ medico ridente mariſcæ,

¶ Podia funis in naui, quo tenditur velum.

¶ Podiũ locꝰ ad ſpectãdũ habilis, a pede nomen habẽs
ſiue quia pedis modo ꝓiectura illa q̃ podiũ facit ꝓcedat
ſiue qđ ad pedes ædificiorum ſtrui conſueuiſſet ſiue ꝙ
in eo pedibus hęreamus. Nunc vulgo dicitur Meniana
Solet eñ fieri extra domus parietem locus porrectꝰ in
ſtar pulpiti, mutilis e marmore ſuppoſitis. Iu. Oibꝰ ad



podiũ ſpectãtibꝰ Sue. de Nero. Cæterũ acubans primũ
paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto ſpecta
re cõſueuerat. Sed & aſſeres tornatos in conclauibus &
alijs locis ſupercilij, modo parietibꝰ ſuffigi ſolitos, ĩ qbꝰ
candelabra & poma & codicilli ſuſtinentᷣ, podia maternꝰ
ſermo appellat. Huius diminutiuum eſt podiolum.

¶ Pœcile fuit porticus Athenis nominata ex varieta-
te picturarũ. Gręci enim ποικίλον variũ dicũt ποικιλίαν
varietatẽ. Vnde & lapis ſimites vocatus eſt pyrropœci-
los a varietate rubentiũ macularũ. In hac autẽ porticu
zenõ philoſophꝰ diſcipulos docebat. Vnde & ſtoica ſe-
cta nomen accepit, & philoſophi ſtoici nuncupati, qui
antea zenonij ab ipſo doctore appellabantur στοὰ enim
græce porticus vocatur. Pli. lib. xxxv. Hic & Athenis
porticum quę pœcile vocatur gratuito.

☿ Fuit & in helide porticus pœcile, q̃ a Plinio heptapho
nos appellatur, qm̃ ſepties eadem vox in ea reddebatᷣ

¶ Pœnus carthaginenſis, a phœnix, ſed aſpiratio detra
hitur, & œ in u mutatᷣ in deriuatiuo punicus, a, um, non
pœnicus. Vide infra in dictione punicus.

¶ Pœnulus diminuti. eſt a pœnus. Vnde plautina fabu
la nomen ſumpſit.

✠ Pœnica pauimenta dicta ſunt. Numidico marmore
ſtrata. Cc.

✠ Pœninſula dicitur quæ quaſi inſula eſt, & vndiq; fere
aquis clauſa, breui tamen anguſtia quę iſthmos dicitur
continenti adnectitur, qualis eſt peloponneſſus quã nũc
Moream appellant. Cc.

¶ Pœna ſupplicium a pendendo, vt Var. inquit, quo qs
ob delictum afficitur. Alij a græco quod eſt ποινή.

✠ Pænio veteres pro punio dixerunt. Cc.

¶ Pœnarũ vero octo gña. Cicero cõmemorat. Dãnum,
vincula, verbera, talionẽ, ignominiã, exiliũ, ſeruitutem
mortem. Hinc punio, quaſi pœnio, pœna afficio.

¶ Pœnam pendere eſt mulctam ſoluere.

¶ Pœnalis & hoc pœnale quod ad pœnam pertinet.
Vnde & pœnalis actio.

¶ Pœnitet, bat, tuit, q̃ſi pœna tenet. Pœnitere dicimus
cũq̃ ipſe fecimꝰ ea nobis poſt ĩcipiũt diſplicere, & mole-
ſta eſſe. Cice. Nã qđ obiectũ eſt de impudicitia, quodq;
omniũ accuſatorũ non criminibus, ſed vocibus, maledi-
ctiſq; celebratũ eſt, id nũq̃ tã acerbe feret. M. Cælius vt
eũ pœniteat nõ deformẽ eſſe natũ. Qm̃ vero his etiamq̃
nobis, aut tędio, aut pudori ſunt pœna q̃dã eſſe videtur
fit vt pœnitet aliquãdo ꝓ tedet, pudet, ſeu dolet accipia
tur. Liui. lib. j. Nec me eorũ ſententia eſſe pœnitet. Ci.
in Cato. Num igitur ſi ad centeſimũ vixiſſet annũ ſene-
ctutis eum ſuę pœniteret. Accipitur interdũ ꝓ parũ vi-
detur. & a pœnuria deduci ſentit. Gel. Terẽt. Me quãtũ
hoc operis fiat pœnitet, id eſt parũ videtᷣ, qđ a ſeruis fit
Cic. lib. j. offic. Tã diu autẽ velle debebis quoad te quã-
tũ proficias non pœnitebit. Inuenitur etiã pœniteo pœ
nites, & pœniteor deponẽs. Nã ſicut pœnitet me dici-
mus, id eſt pœna tenet me. Ita pœniteor paſſiue, hoc eſt
pœna teneor. Hier. in eccleſiaſtico. Fili ſine cõſilio ni-
hil facias, & poſt factũ nõ pœnitebis. Et in actibus apo-
ſtolicis. pœnitemini igitᷣ & cõuertimini vt deleãtᷣ pecca
ta vr̃a. Hic fiũt ꝑticipia pœnitẽs, pœniturꝰ, & pœniten
dus. Actius. Neq; te neq; quẽ quã arbitror pœniturũ tuę
laudis. Colu. lib. ij. Itaq; hic ager ſiue exercetᷣ ſiue ceſſat
colono eſt pœnitẽdꝰ ac tanq̃ peſtilens refugiendus.

¶ pœnitentia & pœnitudo in vno ſignificato accipiun-
tur, & a pœnitet quo ad primum ſignificatum fiũt. Hie-
rony. in lib. Reg. Triumphator in Iſrael nõ parcet & pœ
nitudine non flectetur. Nec enim homo eſt vt agat pœ-
nitentiam.

¶ Poeta ἀπὸ τοῦ ποιέω qđ eſt facio effingo, quaſi fictor.
Eſt eñ q elegãtia carmia fingit. Apud Gręcos autẽ poe
tę per excellẽtiã quinq; ſunt, vt his verbis ſcribit inter-
pres Oppiani de piſcibꝰ ποιηταὶ μὲν κατ' ἐξοχὴν εἰσὶ πέντε
ὅμηρος, εὔπολις, ἡσίοδος, ἀντίμαχος, νίκανδρος, καὶ πανύασις

✠ Id eſt poetę quidẽ per excellẽtiã ſunt quĩq;. Homerꝰ
Eupolis, Heſiodus. Antimachꝰ, Nicãder, & panyaſis.

¶ Poema, atis, & poematũ & poeſis poetarum opꝰ, hoc
eſt figmẽtũ ſiue fictio. Plaut. in Aſi. Nã nec fictũ vnquã
nec pictũ in poematis. Sunt tamen qui diſtinguant in-
ter poema & poeſin, ꝙ illud ſit inuẽtio parua, q̃ paucis
verbis exprimitᷣ. Hęc vero textus ipſe ſcriptorũ & opꝰ
totum. Lucil. Item quęuis non magna pars poema eſt,
poeſis opus totum totaq; illa ſumma eſt vna.

¶ Poeticus, a, um, quod ad poetam pertinet. Hinc poe-
tice aduerbium quod eſt more poetarum.

¶ Poetice ars ipſa, ſicut grammatice & rhetorice.

¶ Poetria, æ, & poetris, idis, per modum paronymici
fœm. Perſ. Poetrids picas cantare credas pegaſeum me
los. Cornu. poema vel poetriam componentes.

¶ Poetor, aris, in poetica exerceo ſiue poetã ago. Aen-
nius. Nunq̃ poetor niſi podager.

¶ Pogonia dici poteſt barbata. cometæ πώγων enim bar
ba Pli. lib. ij. pogonias vocant cuius interiore ex parte
in ſpecie barbę longæ ponitur iuba.

✠ Poetificus, a, um, quo vſus eſt Aennius qui caballinũ
fontem poetificum nominauit. Cc.

✠ Pol iurantis aduerbium, & proprie iuramentum mu-
lierum. Cc.

✠ Polegrados inſula vna ex Sporadibus. Cc.

¶ Polis gręce latine ciuitas & vrbs dr̃. Vnde neapolis.
Hinc politicus, a, um. quod eſt ciuile. Ci. Sed quę poteſt
eſſe homini politico delectatio, cum aut homo imbecil-
lus a valentiſſima beſtia laniatur.

☿ Polichnion latine ciuitatulam dicimus πολίχνιον.

¶ Polyon πώλιον ſignificat pulli aſinini fimum, quẽ eq
initio partionis ante fœtum effundit (vt inquit Ariſto.)
Plin. vero poleã vocat.

¶ Polio, is, iui, vel polij politũ, ſignificat orno & quaſi
politico more compono. Hinc politũ dicimꝰ cultũ orna
tũ. Et politiones agrorũ cultꝰ diligẽtes, ſicut politiones
veſtimẽtorũ mũdiciæ & cultꝰ. Cice. Pub. Lentulo. Nũc
vt appelles Veneris caput & ſumma pectoris politiſſi-
ma arte perfecit. Huiꝰ cõpoſita ſunt depolio, expolio &
perpolio. quę ꝑfectionẽ actꝰ denotãt. Feſt. Depolitum
perfectũ, q̃a oẽs ꝑfectiões antiq politiões appellabant.
Cice. lib. ij. ad Heren. Difficillimũ eſt inuẽtũ expolite &
expedite pronunciare. Idẽ. L. Luceio. Tu interea non
ceſſabis & ea q̃ habes inſtituta perpolies. Repolio rurſꝰ
polio. Col. lib. ij. Protinꝰ vſui deſtinantur (ſcilicet frumẽ
ta) nihil attinet repoliri, ſatiſq; eſt vmbra refrigerari.

☿ Pola vẽditor ſed frequẽtius ĩ ꝯpoſitiõe vt Bibliopola.

¶ Politia a polis quę eſt ciuitas latine ciuilitas interpre
tatur. Hierony. Scotorũ natio vxores proprias nõ ha-
bet, & quaſi Platonis politiam legerit & Catonis ſectetᷣ
exemplum, nulla apud eos coniunx propria eſt, ſed vt
cuiq; libitum fuerit, pecudum more laſciuiunt. ☿ Ariſto.
lib. Rhet. Diffinit politiam hoc modo, politia eſt princi-
patus & conſuetudo rerum ſecundum quam viuere vnũ
quemq; & conuerſari decet tres autem ſunt politiæ, qa
aut vnus regnat, aut plures, aut omnes. ſi vnꝰ & ille bo
nus hic regnum conſtituet, ſi malus tyrannidẽ, at ſi plu-
res regnant & boni hi Ariſtocratiam. Si mali oligarchiã
facient, ſi omnes & hi boni democratiam.

♣ Politiões agrorũ cultꝰ diligẽtes dicuntur, ſicut poli-
tiones veſtimentorum, hoc eſt munditiæ & cultus. Cc.

¶ Polities mundities & ornatus dicitur.

¶ Polimenta teſticuli porcorum cum caſtrantur, ꝙ ad
ſimilitudinem veſtium poliantur.

¶ Polleo, es, ꝑ duplex ll, poſſũ, valeo. Cice. ĩ para. Nec
eſt vlla res q̃ plꝰ apud eũ polleat quã ipſius voluntas at
q; iudiciũ. Liui. lib. j. Multũ illi terra plurimum mari pol
lent. Et pollere ſplendere. Plinius libr. xxxvj. Ex oleo
& aqua cilicię cotes pollent. Huius compoſita ſunt præ
polleo, qđ eſt vltra alios polleo. Liuius libro primo Ar
deam rutuli habebant gens vt in ea regione atq; in ea

ętate diuitijs prępollēs. Repolleo, a quo repolleſco, quo vſus eſt. Col. lib. v. plurimarũ ſtirpiũ natura ſic commodat, vt circa cicatricem nouellis frondibus repolleſcat, id eſt repullulaſcat. Aequipolleo, ęquiualeo.

¶ Pollentia potentia. Plaut⁹ in ru. Nec ineptorum potior ſit pollentia. Et pollentia dea potentię, quę a Romanis colebatur. Item pollentia Plinio auctore oppidũ fuit in maiore Balearũ inſula. Fuit & altera pollētia iuxta alpes inclyta lanarũ nobilitate. De qua Syl. lib. viij. Fuſciq; ferax pollentia villi. Fuerunt & pollentini in piceno in quinta regione Italiæ non multum diſtantes a Tolentinatibus, vt indicat Plinius lib. iij.

¶ Pollex digit⁹ groſſus man⁹, ꝙ vi & poteſtate inter cęteros digitos polleat, nec in ſiniſtra ceſſat nec minus q̃ tota manus ſemper in officio eſt. Vñ & apud gręcos ἀντίχειρ antichir vocatur quaſi ꝓ manu, & quaſi altera manus videaẽ. Alio noĩe appellaẽ Hallux ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι ſalto qđ ꝓſtricta manu ꝓximum digitũ ſolus ſcandat.

¶ Pollicaris & hoc pollicare adiectiuum a pollex. Plin. Digitorũ hominis longitudo illis & interim falcata pollicari latitudine.

¶ Polliceor verbũ cõmune ſcđm Priſcia. Nã in ſignificatione paſſiua vſus eſt. Ouidius de arte. pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Eſt autem polliceri vltro ſeu ex pactione aliquid promittere. Compoſitũ ex pol particula affirmatiua, ſiue a porro, ſiue a poly, quę multum ſignificat per exceptionem, & liceor. Hinc fit pollicitor freq̃ntatiuum a quo pollicitatio.

¶ Polemon penult. cor. philoſophus Athenienſis philoſtrati filius. Qui cum in iuuentute petulans eſſet, & aliquando ebrius & coronatus Xenocratis ſcolam ingreſſus fuiſſet, eius oratione quę tũc de pudicitia erat, adeo mores immutauit, tantumq; in philoſophia profecit, vt Xenocrati in ſchola ſuccederet.

¶ Pollis, linis, & pollen, linis, a polleo deduci videtur, flos tritici. Plini⁹ lib. xviij. Ex aphrico iuſtum eſt e modijs redire ſemodios & pollinis ſextarios quinq;. Ita ei appellant in tritico, quod florem in ſiligine.

¶ Pollinarius, a, um, qđ ad pollinē pertinet, vt Cribrũ pollinariũ qđ de lino non de ſetis equorũ fit ad pollinē purgandam. Nam cribra quę ad excutiendam farinam fiunt, excuſſoria dicuntur. Plinius in eodē. Cribrorũ genera. Gallię ſetis equorum inuenere. Hiſpanię lino excuſſoria ac pollinaria.

¶ Pollintor curator piſtrini qui pollinario cribro pollinem excutit, a polline farina deductũ nomē. Cato. Operariũ mercenariũ pollitorē diutiꝰ eũdē ne habeat die.

¶ Pollincere eſt farinam in piſtrino lucri factam diuidere, & pollintio ipſa diuiſio.

¶ Polinctor cum c, curator funerũ & redemptor dicitur id eſt qui funera morientium curat q̃ſi pollutorũ vnctor, i. cadauerũ curator. Vnde pollinctũ funus dictũ a pollinctoribus vnctũ, pollincere eſt curare vngereq; cadauera. Apul. pollinctor eius funeri dum vnctionē parauit, hũc Feſtus pollutorem pronunciare videtur. Quas, iq̃t, pollucere merces liceat &c. Plautus in Aſi. Ecquis currit pollinctorē accerſere, pollincere ad pollinctum emere ſiue corpus mortuũ curare, pollinctus ipſa curatio. Plaut⁹. Cartaginenſes fratres duo fuere, eorũ alter viuit, alter eſt mortuus, propterea apud vos dico cõfidentius quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. Hinc pollinctura ipſa accuratio. Idē in Sti. Hodie pollictura eſt. Libitinarius dicebatur qui neceſſaria funeribus vendebat & q rõib⁹ ꝑerat. Libitinę deę, i cui⁹ tēplo q̃ ad ſepulturã ꝑtinebãt vēdebãtur, ſicut docet Plutarch⁹ in probl. Sene. lib. vj. de benefi. Vota libitinariorum eſſe, vt mortes plurimorum optent qđ illis quęſtuoſiſſimum eſt.

¶ Polluceo, es, xi. verbũ ſacrificale & reddētiũ ligamenta deis. Significat enĩ pollucere multũ dedicare vel deuouere, ex poly multũ & luceo, quod is q talia facit multum luceat, ob lumina ſacrificiorum. Vel pollucere eſt libamenta Herculi in arã porrigere, & ſacrificiũ polluctũ qđ Herculi decima data ſit. Plaut. in Sti. Vt decimã partē Herculi polluceã, i. ſplēdide dedicē. Hoc verbo vſi ſunt auctores quoties opiparas dapes veluti in ſacrificiũ dei & ĩ primis Herculis facturi erãt cui deo decimas oĩum rerũ Romani voto reddebãt. Vñ Macrobius Catilones eos proprie dicit q ad polluctum Herculis vltimi cũ venirent catilos liguribãt. ad polluctũ hoc eſt ad magnificũ epulũ quale Herculi ſolebat fieri, pollucibilis cœna dicta eſt opulenta. Hinc pollucibiliter ſplendide & laute. Pla. in Bac. paſcite paraſitos obſonate pollucibiliter.

¶ Polenta & pulenta vtroq; modo dr̃, q̃ ſic fit, per fuſã aqua hordeũ ſiccant nocte vna, poſteriori die frigũt, deinde molis frãgũt ſeruantq; in multos dies. Vnde in Ioſue ſcribiẽ. Et comederũt de frugibus terrę die altero & azimos panes & polentam eiuſdem anni. Inuenitur etiam hoc polenta. Ouid. lib. iiij. Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.

☿ Fœmi. vſus eſt. Apuleius cum ait. dum polentę caſeatæ modico ſecuri⁹ offuſam grandiorē in cõuiuas ęmulos cõtruncare geſtio. Vbi polentam caſeatam vocat, veluti caſeo indito ſubactam.

☿ Polentarius polentaria, um, qđ pertinet ad polentam ſeu qđ eſt ex polenta. Plaut⁹ in cur. Eijciam polentarium crepitum.

¶ Polluo, is, lui, lutũ, quaſi porro lauo, ſed ꝓ cõtrariũ ſepenumero ponitẽ ꝓ inquino, ſiue ꝑ antiphraſim, ſiue qđ ea quę inquinantur madefieri neceſſe eſt. Lactan. libro iiij. Omnia ſcelere ac libidine polluebam⁹. Hinc nocturnã geniturã ſomno ſparſam pollutionem appellant.

¶ Pollubrum vas truellũ, quo manus lauam⁹, vulgo bacile dicitur. Liui⁹. Argēteo pollubro & aureo gutto. Fabius pictor. Aquam manib⁹ dato, pollubrum ſiniſtra manu teneto, dextra vas cum aqua.

¶ Polus quaſi cœli cardo. Duo autē ſunt poli ſcilicet Arcticus, id eſt borealis, & Antarcticus hauſtralis. Et ab altero in alterũ ꝓtēdiẽ axis a quibus ſuſtineẽ. Borealis altiſſimus his qui ſunt in noſtro hemiſphęrio, hauſtralis imus & depreſſus, & q a nobis videri non poſſit. Dictus pol⁹ a πολῶ verbo gręco qđ verto ſignificat & circũago.

☿ Poly ſignificat multũ, cũ quo multa componuntur.

¶ Polyandros latine multos viros habēs. Poliandrium locus vbi ſunt multa ſepulchra publica.

☿ Polyantropon procelloſam ciuitatem dicunt.

¶ Polyarna multorum regnorum. Varro libro. ij. de re ruſti. Veteres poetę alios vocant polyarnas, alios polymelas, alios polybutas, id eſt multorum agnorum, multarum ouium, multorum boum.

¶ Polycarpus nomen viri proprium quaſi multi fructus ſiue fructuoſ⁹ κάρπος enim fructum dicunt.

✣ Polycaſte Neſtoris filia fuit. Cc.

¶ Polycrates pe. cor. nomē ꝓpriũ tyrãni q regnauit in Samo inſula. Hic & opibus & fœlicitate apud hiſtoricos inclytus eſt, qui quoad vixit nõ tã fortunę alũn⁹ dici ponitur, quã partus. Sed mors infamis & erumnoſa docuit neminē ante obitũ merito dici poſſe fœlicem. Fuit enĩ ab orete Satrapa perſarum captus ſuſpenſuſq;.

¶ Polyclet⁹ pe. pro. Statuari⁹ eximi⁹ diligentia & decore ſupra cæteros, vt inquit Quint. Nã ex ęre ſigna fecit nobilitata ſcriptorũ pręconio cum primis fecit aſtragalizontos hoc eſt talis ludentes, quo opere nullũ abſoluti⁹ iudicant. Fuit Sytonius & diſcipulus Ageladæ.

¶ Polychronius diuturn⁹ lõgęu⁹ & multi temporis. Sicut Oligochroni⁹ q parũ viuit. Vñ cornices dictæ ſunt polychronię qm̃ nouem ætates viuere dicantur.

¶ Polyceros penultima correpta latine cornutus, ſiue multa cornua habens.

☿ Polychnion græce πολίχνιον oppidum latine.

☿ Polydeuchia, Caſtoris & pollucis numina.



☿ Polybi⁹ grece πολύβιος, nomē auctoris gręci geographi. ¶ Polydamas pe. cor. nomē ꝓpriũ viri Troiani, & latine dicitur valde domãs. Perſ. Non mihi polydamas, nec Troiades Labeonē prætulerint.

¶ Polydor⁹ pen. prod. nomē filij Priami, & latine ſignificat multa donans, polydoria munificentia.

¶ Polydora inſula propontidis.

¶ Polyægas inſula a caprarum multitudine.

✣ Polygrammi gēma eſt multis lineis diſtincta. Cc.

¶ Polygalon hęrba palmi altitudine. in caule ſũmo folijs lenticulę, q̃ potata lactis vbertatē inducit. Vnde & a lactis abundantia nomen accepit.

¶ Polygolaton hęrba ſine folijs, aſparagi caule, in cacumine aculeum habens.

¶ Polygeneton quaſi multorum generum.

¶ Polygonius multorum angulorum.

¶ Polygonum pen. pro. hęrba a geniculorũ multitudĩe quã nos ſanguinariã vocam⁹ folijs rutę & gramini ſimilis. Succ⁹ ei⁹ infuſ⁹ narib⁹ ſupprimit ſanguinē Col. lib. vij. Sanguinalis hęrba quã græci polygona appellant. Hoc nomen veteres vſurparunt pro fœcundo.

¶ Polylog⁹. pe. cor. multiloquus, polylogia, multiloqũ.

¶ Polycnemõ quaſi multarũ tibiarũ hærba cunilę ſimilis ſemine pulegij ſurculoſa multis geniculis.

¶ Polymedia Troadis oppidum helleſponto adiacens.

¶ Polymnia ſeu polymneia, nã πολύμνιας, a grȩcis ſcribitur, ſed Latini polymnia dicunt pennult. correptam. Hora. li. j. Car. diuiſit diphthõgõ. Euterpe cohibet nec polymenia vbi etiã y, ſeq̃ntib⁹ m & n more Grȩco corripiẽ. Fuit vna ex muſis ſic dicta quia tm̃ ſuauitate poetas reddit gloria immortales, a πολύ multũ μνεῖα memoria. Vnde prȩeſſe rhetoribus dr̃ qb⁹ opus eſt multa memoria. Sunt qui a πολύ & hymnos deducunt qđ eſt laudatio, quia laudationibus præſit, & ſcribunt polyhymnia, vt apud Ouidium lib. Faſto. v. Diſſenſere deæ quarum polyhymnia cœpit.

¶ Polymitus, a, um, penult. correp. a poly & μίτος filum, quod nos licium dicimus. a liciorum multiplici varietate. Vnde veſtis polymita quȩ multis licijs contexta eſt, ſicut monomita dicuntur q̃ vno licio conſtãt. Dimita quȩ duobus. Trimita quȩ tribus. Plini⁹. plurimis vero licijs texere quæ polymita appellant. Alexandria inſtituit. Hinc polymitari⁹, a, ũ. vt opus polymitarium, quod & plumariũ dr̃ quandoquidē. Hieronym⁹ pulmarios & polymitarios artifices ꝓ eodē fere poſuit, polymitarij enim dicuntur qui artem polymitariam exercent.

¶ Polymixos lucerna quȩ multos habet angulos & in his funiculos illuſtrandis conuiuijs accommodata. Martia. Illuſtrem cũ tota meis conuiuia flammis. Totq; geram myxos vna lucerna vocor.

¶ Polymorphus multiformis, μορφή enim forma.

¶ Polypharmacus penultima corre. venenis vel medicinis abundans.

☿ Polyhyſtor, latine multiſcius dicitur polygraphotos qui multa ſcripſit.

¶ Polyphemus pen. prod. Cyclops Neptuni filius ex Thoa phorci filia ingenti corpore, q vnũ tm̃ oculum in fronte habuit. Quo nomine garrulus illuſtris ſignificaẽ.

¶ Polyphagus pen. cor. qui multum comedit, & latine dici poteſt manduco. Eſt enim multi cibi capaciſſim⁹, ſicut pamphagi populi cuncta comedentes.

¶ Polypodium hȩrba dicta ſiue ꝙ radix eius veluti cirros ad ſimilitudinē polypi piſcis habeat, ſiue ꝙ farina eius indita narib⁹ polypũ cõſumit. Hanc hȩrbã noſtri ſiliculã nominãt, ſimilis eſt enim filici, piloſa radix.

¶ Polypus pen. cor. genitiuũ facit polypi & polypodis, piſcis eſt ex molliũ genere, a multis pedibus appellatus ex poly & πούς pes, quaſi multipes. Vñ a nõnullis octopes dr̃. Hui⁹ piſcis ingeniũ ſicut ſcribit Amb. li. Hexa. fraudulentum eſt, qui vadoſo in littore petram nactus affigitur ei, atq; eius nebuloſo ingenio colorem ſubit, ꝙ ſimili ſpecie terga obductus plurimos piſcium ſine vlla ſuſpitione fraudis allapſos dum nota non præcauent & ſaxum opinantur, caſſibus furtiuæ artis includit, & ſinu quodam ſuȩ carnis intercipit. Et a polypo piſce dictus eſt polypus narium morbus cum caro interiora naſi occupat intumeſcens maxime ſlante Euro, a ſimilitudine marini polypi, ꝙ eius carni ſimilis ſit. Tunc enim caro radices agit plurimas quȩ tanquam pedes ſunt. Cato. de re Ruſt. Et ſi polypus in naſo introierit braſſicam erraticam aridam tritam in malum conijcito, & ad naſum admoueto. Hic polypoſus, qui eo morbo laborat. Mar. Naſutum volo non polypoſum. Magn⁹ vero Baſilius. ὥς περ φασὶ τὸν πολύποδα τὴν χρόαν τὴν ὑποκειμένην γῆν, οὕτως αὐτὸς τὴν διάνοιαν πρὸς τὰς τῶν συνόντων γνώμας μεταβάλλεται. ✣ Id eſt vt aiunt polypum colorem pro ſubiecta terra, ſic intelligentiam pro conſilijs mutari.

¶ Polyptoton penul. ꝓdu. qđ multiplicē habet caſum ex πολύ, quod eſt multiplex, & πτῶσις caſus. Figura qua diuerſis caſibus ſententia variatur, vt ex nihilo nihil in nihilum nil poſſe reuerti.

¶ Polypiro per ypſilon ſignificat multi frumenti.

¶ Polypluſios latine bene nummatus dicitur ſiue vbertim diues nam polys, multus & pluſios diues.

☿ Polycrematos idem ꝙ polypluſios.

¶ Polypœtes pirithoi & Hippodames filius.

¶ Polyſyndeton pe. cor. ab πολύς multus σύνδεσμος cõiunctum, quaſi multipliciter coniunctum. Figura cũ ſermo multis coniunctionibus concatenatur. Vergil. Tectumq; laremq;. Armaq; amyclæumq; canem Creſſamq; pharetram.

¶ Polyſynthethon penul. correp. figura cum ſententię multorum articulorum conuenienti copia continentur, vt ille hunc pœna conſtrictum trahebat. Hic autem vociferabatur, concurſus vero non mediocris erat, cũ tamē omnes opitulari vellent ſed nemo auderet, neq; ibi magiſtratus aderat, neq; circunſpicientes quo potiſſimũ confugeremus reperiebamus.

♣ Polyteba oppidum Meſopotamiæ. Eſt etiã nigri genus hellebori quod melampodium nominant. Cc.

¶ Polytrichon, hȩrba ꝙ multitudinem capillorũ faciat τρίχες enim capilli dicuntur. Vulgo capilli veneris vocãtur ꝙ multa habeant capillamenta. Appellatur & a quibuſdam polythrix, & Calythrix. Plin. polythrix in vino data morbo regio medetur.

¶ Polytropus pe. cor. multimodus prudens.

¶ Polytes. pe. prod. alter Priami filius ex Hecuba.

¶ Polyxena pe. cor. Priami filia. Ouid. Placet achilleos mactata polyxena manes. Græce dr̃ multorũ peregrina ſeu ꝙ amor peregrinari faciat mētes ab ingenio ſuo, ſeu ꝙ apud multos libido vt peregrinabunda vagetur.

¶ Polyzonos gēma nigra multis zonis cãdicãtib⁹. Cc.

¶ Pomœriũ quidã ſcribũt cũ œ diphthõgo & ꝓpoſitum volũt a poſt, quaſi poſt mœriũ. hoc eſt murũ. Nã mœnis murus dr̃. Verg. lib. x. Atq; ipſis prȩlia miſcēt Aggeribus murorũ. vt pomœriũ tã intra quam extra murũ dicatur. Quidã non a poſt ſed a pone prȩpoſitione, aut a ꝓ componi exiſtimant, vt ſit terrenum quod circa mœnia in orbem eorum cum ædificio intrinſecus & omni cultu extrinſecus vacuum ſinebatur. Vnde Liui⁹ lib. j. Aggere & foſſis & muro circundat vrbem pomœriũ profert. Idem pomœrium eſt circa murum locus quem in cõdendis vrbibus quondam Hetruſci qua murum ducturi erãt certis circa terminis inaugurato conſecrabant. Et hoc ſpatium quod neq; habitari, neq; ararari fas erat nõ magis ꝙ poſt murum eſſet quam ꝙ murus poſt id, pomœriũ Rõai appellarũt, & ĩ vrbis ĩcremēto q̃tũ mœnia proceſſura erãt, tm̃ termini hi cõſecrati ꝓferebãẽ. Feſt⁹ pomœrium quaſi promurium, id eſt proximum muro.

¶ Pomeridianus diana, dianũ a poſt & meridie, qđ poſt meridiē fit, Aug. lib. viij. con. Cum imperator pomeridiano Circenſiũ ſpectaculo teneretur exiſſe deãbulatũ

in hortos cõtiguos. Dr̃ & poſtmeridianꝰ. Quint. lib. iiij. poſtmeridianis ſcholis Ariſtoteles pręcipere artẽ oratoriã cœpit. Sic dr̃ añmeridianꝰ. Aug. li. ij. Acad. Qđ cũ factũ eſſet & ineo pene totũ antemeridianũ tẽpus conſumptum videremus, redire domum inſtituimus.

¶ Pomiliones & pomilij nani. i. hoĩes pųę ſtaturę paulũ ſupra terrã extãtes. Habẽt qñq; mẽbra enormia, qualẽ Mart. deſcribit ĩ illo diſticho cui nomẽ eſt pomiliꝰ. ſi tñ ſpectes hoĩs caput Hectora credas. Si ſtãtẽ videas Aſtyanacta putes. Scribiť etiã a nõnullis per u. pumiliones.

¶ Põpa oẽ ſpectaculũ & apparatꝰ ſolẽnis cũ oſtẽtatiõe & ſpecie q̃dã triũphi tã ĩ aduerſis q̃ ĩ ꝓſperis & lætis a gręco πέμπω mitto. Dr̃ eñi põpa nuptiarũ, põpa ſacrorũ, põpa funerũ. Cic. Sed iã e põpa in verã aciẽ deſcẽdamus. Significat etiã lõgũ incedẽtiũ ordinẽ ſupplicatiõe quam nos hodie proceſſionẽ appellamus.

✣ Põpei populi dicũť quos Sarnꝰ amnis alluit. Cc.

✣ Põpeianæ ficꝰ ad ſiccãdũ erant optimæ. Cc.

✣ Põpilus piſcis a nonnullis Nautilus dictus. Cc.

✣ Põponiana pira dicebanť ab inſitore, & cognomine mãmoſa appellabãtur, a ſimilitudine mammę. Cc.

¶ Pomũ gñale nomẽ eſt oĩm fructuũ q̃ ex arboribꝰ eſui apta ꝑueniũt ſiue molliũ, ſiue durorũ. Nuces vero ea dũtaxat poma vocaſ, q̃ duro operimẽto ſunt. Dictũ pomũ vt docet Var. quaſi potomũ ꝙ in eius inſitiõe potu, id eſt aquatiõe indiget. Nã illi per ſiccitatẽ aquã addi opꝰ. vt ſtabilia matureſcãt ſiue ꝙ vicẽ potꝰ in cibis prębeat.

¶ Pomariũ locꝰ arboribꝰ pomiferis cõſitꝰ qđ Latini et Viridariũ appellãt, gręci paradiſũ. Prop. Nec mea phęacas ęquãt pomaria ſyluas. Oui. lib. iiij. Meta. Id metuẽs ſolidis pomaria clauſerat Athlas Mœnibus. Aliqñ pomariũ dicitur locus vbi reponuntur poma. Vñ Pliniꝰ docet pomaria cõtabulari in loco ſicco & frigido in quibus ſint feneſtrę ſeptentrionales quę ſerenis diebus pateſcant. Hinc cõſtat falſum eſſe quod a ludi magiſtris docetur. Pometum pomos pomaria poma reſeruant.

✣ Pomiferum ferens poma. vt arbor pomifera. Cc.

¶ Pomona, pomorum dea, ſicut Mellona mellis dea.

☧ Pomona pomonuſq; obſcurę ſunt originis vt ait Varro. ſunt eñi latine originis ſi deriuanť a pomo & ſignificãt Ianũ & veſtã q primi rationẽ Georgicoꝝ tribuerũt. vnde a Georgicis poetis inuocantur. Vt vero ſunt Etruſcæ originis deriuantur a pomazo vltima ſyllaba acuta & ſignificant iuuo. ergo pomonus & pomona Iouem & Iunonem deos optimos maximos inter veiones.

¶ Põponius nomẽ Hiſtorici, qui de ſitu orbis ſcripſit. Fuit & aliũs vir Romanꝰ Atticus cognominatꝰ ad quẽ Cicero eplas ſcripſit. Põponia, nomen matris Scipiõis.

¶ Pondus dr̃ quod graue eſt, vt in euãgelio. Nos q portauimus pondus diei & ęſtus. Itẽ pondus qđ librãdo ad ſtaterã ponderaſ. Hie. in li. Reg. põderabat capillos ducentis ſiclis pondere publico. Interdum ponitur ꝓ numero, hoc eſt multitudine. Var. E gręcia cõportaſſe magnũ põdus omniũ artificũ. Interdũ pro auctoritate. Cic. Appi. Sed idem ſcribit meas literas maximum apud te põdus habituras. Hic põderoſus a, um. quod eſt graue.

¶ Pondero as. lib. Plau. Dũ nũmularîꝰ põderaret argẽtũ. Aliqñ ſignificat qđ vernacula lingua dicimus vẽdera peſo. vt li. ij. Reg. Semel in ãno tondebaſ, qa grauabat eũ Cęſaries, põderabat capillos capitis ſui ducẽtis ſiclis põdere publico ꝑ trãſlationẽ Ponderare eſt examinare cõſiderare. Lact. li. iij. Mors ex p̃teritis vitę actibꝰ põderata eſt. Hic cõponiť p̃põdero, qđ eſt priꝰ pondero, ſeu prius examino. Ci. li. iij. offi. Neq; ea volunt prępõderari honeſtate.

¶ Pondo indeclinabile & gñis omnis. & modo ꝓ libra poniť. Nã pondo & librã idẽ fuiſſe Feſtus innuit, cũ inqt, Duo aſſes ſinguli librã & põdo efficiebãt. Mõ ſignificat pondus. xij. tabularũ. Liui. Argenti pondo bina & ſex libras in militẽ p̃ſtaret. Modo ponitur pro hoc noĩe põdus. Hiero. in li. Nume. Fueũtq; in ea acetabulũ argẽteũ põdo centũ triginta ſiclorũ. Et apđ Liuiũ ſcribiť coronã aureã librę pondo Ioui dicatã fuiſſe. Nec caret ſingulari, vt qdã exiſtimãt, cũ Colu. dicat põdo librã & quadratã abijci oportere. pondo igiť, ita duodecĩ libras cõtinet, ſicut Aſſis duodecĩ vncias. Et dicimꝰ Duo pondo & Trepõdo vt Quĩt. li. j. teſtaſ. ab his dipondiũ Tripõdiũ, & aſſipõdiũ, ꝓ vnũ põdo ꝙ id erat librę põdus.

¶ Pono is. poſui & poſiui poſitũ. Plaut. ĩ Vitu. Nũc vt apđ ſequeſtrũ vitulum poſiuimus. Eſt autẽ ponere collocare conſtituere. Ver. li. j. Geor. Vrbe velit poſita tẽplis ſibi ferre dicatis. Cic. primũ eñi ſtante rep. facere ſolebamꝰ, vt in agẽdo plus q̃ in ſcribendo opere poneremꝰ. Aliqñ deſinere, qñ cũ ceſſamꝰ ab opere collocare quodãmõ ac reponere videmur id qđ agebamꝰ. Vergi. li. vij. Tũ venti poſuere oĩſq; repẽte Reſedit flatus. Aliqñ erigere ędificare. Idẽ poſuitq; immania tẽpla. Vñ in antiquis marmoribꝰ legimꝰ. Bene merenti poſuit. Aliqñ deponere. Idẽ ponũt q; ferocia pœni Corda volente deo. Aliqñ Apponere. Mar. Nolo mihi ponas rhõbũ nullũ ve bilibrẽ. Hic poetę & ſcripta ſua ponere dicebãtur ꝙ in ſcęna hęc ſpectatoribꝰ quaſi in conuiuio apponebant Iuue. pone tigillinũ. i. affer in ſcęnã aliqd de tigillino ſcriptũ. Aliqñ pingere. Hora. Solers nũc hominẽ ponere nũc deũ. Nã de ſculptore & pictore loquiť. Huiꝰ verbi cõpoſita ſunt. Appono qđ eſt aliqd antepono. Pli. nihil ei p̃ter ſecundariũ panẽ oleraq; appoſuit. Interdũ ſubiũgo. Vñ appoſitũ dr̃ caſus qui verbo ſubiũgiť. Itẽ apponere eſt iuxta vel ad aliquid ponere Cicer. lib. ij. artis ve. Gladiũ ꝓpe appoſitũ e vagina eduxit, & illũ alterũ occidit. Antepono. pręfero. Cõpono. Circũpono. vt in euangelio. Circũponẽſq; calamo. Depono. Diſpono, ordino, quaſi in diuerſis locis pono. Hiero. in lib. Reg. Audiuit famã ſeruus tuus ꝙ diſponat Saul venire in Cellã. Hinc diſpoſitio quę eſt rerũ in ordinẽ collocatio. Diſpoſitũ decretũ cõſtitutũ. Vñ ex diſpoſito dicimꝰ. i. de induſtria & queadmodũ a nobis cõſtitutũ eſt Macrob. An altius quiddã cui remotis arbitris opus ſit cogitaui ex diſpoſitio cõueniſtis. Expono, Impono, Interpono, Oppono, Prępono, Propono, Poſtpono quaſi retropono, Cic. Tironi. Oĩa poſtpoſui dũmõ pręceptis p̃ris parerẽ. Repono, Sepono, ſeorſum pono remoueo. Suppono ſummitto. Apul. Suppoſuitq; humeros oneri. Aliqñ ſignificat adulterinũ loco veri ſubijcio, a quo Suppoſitꝰ partus dr̃ qñ fœtus alteriꝰ matris non verę matri ſubijciť. Pli. Nã filius patris teſtamentũ ſuppoſuiſſe dicebať. Suppono, & ſuprapono. vt in euang. Et lapis ſuppoſitꝰ erat ei. trãſpono, vltrapono, Et oĩa habẽt pe. ꝑ.

✣ Ponon gręci laborem & dolorem dicunt. Cc.

¶ Poſitio eſt quam græci vocant θέσιν.

¶ Poſitus us. idem quod poſitio ſiue ſitus. Ouid. in faſ. Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor Trinacris a poſitu nomen adepta loci.

¶ Poſitiuus a, um. quod primo poſitũ eſt, nec aliũde deriuatum, a quo Grãmatici poſitiuũ a comparatiuo & ſuperlatiuo diſtingũt, ꝙ illud ſit quaſi fundamentũ iſtorũ.

¶ Poſitura, nota qua ſenſus in oratiõe diſtinguitur. Itẽ dicitur ſitus ſiue poſitio. Gel. Vt animaduerteretur quo habitu quaq; forma quaſi poſitura ſtellarum aliquis naſceretur. Sic ſyllabam dicimus eſſe longam poſitura.

¶ Pone qñ grauem accẽtũ habet p̃poſitio vel aduerbiũ eſt, & ſignifi. ꝓpe vel poſt. Vergi. Pone ſubit coniunx ferimur per opaca locorũ. Val. Max. li. j. Mox humani ingenij prona voluntate vetita ſcrutãdi pone reſpiciẽs animaduertit immenſę magnitudinis ſerpentem concitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentẽ

¶ Pons a pẽdeo ꝙ veluti in aere pendeat. Et ſignificat omne per quod ſuper aquas tranſimus. Vnde & pro ſcala nauiũ quandoq; ponitur. Ver. Interea Aeneas ſocios de puppibus altis pontibus exponit. Hinc Depõtanꝰ. Vñ ſenes depõtanos appellatos eſſe legimus a pontis deięctiõe, hoc eſt ferẽdi per pontes ſuffragij adeptiõe,



¶ Ponticulus dimi. paruus pons. Cic. lib. v. Tuſ. Et cum foſſam latam cubiculari lecto circũdediſſet, eiuſq; foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet.

✣ Pontorobos hęrba eſt q̃ nõnulli Pæoniam vocant, a quinq; granis quæ fere ſunt erui magnitudine. verũ põtorobum legendum puto. a πέντε & ὄροβος, vt ex Dioſcori de caſtigato colligere eſt. Cc.

¶ Pontones naues quibus in traijciendis amnibus loco pontium vtimur. Papi. Quia via confirmari ſolet, vel ciuitate tenus, vel vſque ad viam publicam vel vſq; ad flumen in quo pontonibus traijciatur. Apul. Et ſi vado nõ potuerunt pontonibus tranſibunt.

¶ Pontifex ſacer magiſtratꝰ vt inquit Scæuola a poſſe & facere dictus. vel vt inquit Varro a põte, quia ſublicius põs a põtificibꝰ factus eſt primũ & reſtitutus ſępe. Erãt aũt maiores & minores põtifices inter quos ſummꝰ qui pontifex maximus dictus eſt ꝙ maximarũ rerũ quæ ad ſacra & religionẽ pertinent iudex ſit vindex cõtumacię priuatorum magiſtratuũ, Numa eñi pontificẽ fecit, eiq; ſacra oĩa attribuit eiuſq; ſcitis ſacra omnia priuata & publica ſubiecit, inſtituitq; vt idem põtifex nõ celeſtes modo cerimonias, ſed iuxta quoq; funebria placãdoſq; manes edoceret auctor Liuius.

¶ Pontificatus us, pontificis dignitas, ſicut cõſulatus.

¶ Pontificius a, um. quod eſt pontificis, vt ius pontificium quod ius canonicum dicitur.

¶ Pontificalis & hoc põtificale ꝙ ad põtificẽ pertinet. Vñ põtificales libri in qbꝰ ſacrę cerimoniæ cõtinentur.

¶ Pontus gñis maſcu. Nerei filiꝰ, & Neptuni, vt Euſebius lib. j. p̃parati. ſcribit. Vñ pontus mare dici videtur. Alij pontũ dici exiſtimãt mare a ποντίζω ꝙ eſt mergo. Vel ab πόνος qui eſt labor quia ſit laboribus plenus. Ridicule ꝑ contrariũ dici arbitrantur ꝙ careat ponte. Proprie autem id mare pontus appellatur ꝙ a palude Męotidis vſq; in Tenedum ꝓtenditur. pontus fœminini generis inſula eſt, de qua Verg. Viroſaq; põtꝰ caſtorea. Eſt & ꝓuĩcia Aſię minoris a põte rege ſic cognominata, nobilis crudelitate Medeę. Hęc vt Strab. refęrt ab occidẽte haly flumine claudiť, ab oriẽte Colchide, a Meridie minori Armenia Ptolome. lib. v. Ait eñi ab occaſu ore põti & thracio boſphoro. A meridie regione q̃ ꝓprie Aſia dr̃ a ſeptentione pte Euxini maris terminatur. Eius ciuitates inſignes ſunt Chalcedõ. Nicomedia. Nicea. hic regnauit Mithridates, Eupator. & Pythodoris regina. Ex põto fuit Aquila veteris teſtamenti tranſlator & interpres. Et Martion Hęreſiarches, qui q̃uis Chriſtianꝰ videri vellet aliũ tñ creatorẽ oĩm rerum eſſe dicebat q̃ Chriſti patrem. illũq; maiorem aiebat. Hinc ponticus a, um. Hiero. contra Ioui. Compelle phrygem & ponticũ vt locuſtas comedat, nefas putabit.

☧ Portunalia ſunt dies portuno deo dicati.

¶ Pontina palꝰ. Volſcorũ palus iuxta forũ Appij, haud lõge a Tarracina, diſtatq; ab vrbe. xx. paſſuũ millibꝰ. de qua Luca. li. iij. Et qua põtinas via diuidit vda paludes.

¶ Pontia inſula nõ lõge a palmaria in ſinu Caietano in qua turtures ac coturnices cũ ad Italiã veniũt prima volatura reqeſcẽdi cauſa paucos dies moraſ. Auctor Var. Eſt etiã põtia vrbs ad quam pontonibus traijciebatur.

¶ Popa pĩguedo. Perſiꝰ. Aſt illi tremit omẽto popa vẽter. Hic popana pĩguia vnguẽta dixerũt veteres. Iuue. Ridendaq; multo pane tumet facies aut pinguia popana ſpirat, & hinc miſeri viſcantur labra mariti.

¶ Popanum pen. cor. placenta lata q̃ dijs veteres offerebant. Sed & pro quocunq; libo capitur. Iuue. Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.

¶ Popina pe. ꝓ. a popa locꝰ vbi pubice obſonia caroq; cocta ac delicate cõfecta venditaſ comediturq;, vel priuatim vbi guloſa familia extreordinarię ligurię & heluari cõſueuit, ſiue ipſe qualẽ dixi cibus. Hora. Fornix tibi & vncta popina incutiunt vrbis deſiderium.

¶ Popinones, vł ij quos nũc Tabernarios, vel luxurioſi qui ſe popinis dedunt.

¶ Popinatio nuncupaſ a Gellio q̃ alio nomine dicitur Helluatio quã gręci Aſotiã vocant. Fit aũt popinatio a popinari quod ſignificat helluari & indulgere popinis. Iulius Capitolinus. Dum Galenus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam.

¶ Popinalis & hoc popinale quod ad popinã ſpectat. Col. lib. ix. Tunc celebres erant delitiæ popinales cum ad mare deferebantur viuaria.

¶ Poples itis. pars oppoſita genui q̃ curuatur, dicta ꝙ poſt plicetur. Colu. li. vij. Si dolore neruorum claudicas oleo & ſale genuą poplitesq; & crura complicanda. Accipitur quandoque pro tota illa parte neruoſa. Liui. lib. xxij. Quoſdam iacentes viuos ſucciſſis femoribus poplitibuſq; inuenerunt.

¶ Poppyſmata proprie dicũtur ea vocis blandimẽta q̃ fiunt equis indomitis cum tractione manuũ. Vñ & quæ fit manibus palpatio interp̃tari põt, vt apud Iuue. præbebit vati crebrum poppyſma roganti. i. crebrã manuũ tractationẽ cum quadam vocis adulatione. Nam ſit ab ποππύζω, ꝙ eſt ſibilo vel adulor. Quare & ꝓ ſibilo qñq; ponitur qui in re obſcœna fieri conſueuit. Mart. Quis ridere poteſt fatui poppyſmata cunni? Cũ ſonat hic cui nõ mentula menſq; cadit. velut vitiũ notauit in Gallia poppyſmata, vt pote inſulſũ coeuntium crepitũ. Eſt & ποππύζειν vt quidam exponũt illiſis manibus inter ſe & palma cum palma collata plauſum edere, quod eſt applodere. Vnde & poppyſmus. Plin. lib. xxxvij Fulgetras poppyſmis adorare conſenſus gentium eſt.

¶ Populus pe. cor. ſingulari numero vniꝰ ciuitatis multitudinem ſignificat. Vergi. Hinc populum late regẽ Populi vero diuerſas ciuitates. Idem. Littoraq; & latos populos. Eſt aũt populus multitudo hominũ iuris conſenſu & concordi communione ſociata.

¶ Popellus diminutiuum paruus populus. Perſi. Ante dſẽm blando caudam iactare popello.

¶ Popularis & hoc populare ꝙ eſt populi. Hora. Et populares Vincẽtẽ ſtrepitus & natus rebus agendis. Interdum popularis dr̃ charus & gratus populo qui ſibi populi fauorẽ cõciliat. Cic. Nihil tã populare quam bonitas. Liui. Et quo nihil popularîꝰ eſt quibus artibus petierat magiſtratus iiſdem gerebat. Interdum dicitur plębeius vilis & ignobilis. Plau. Pręſtat diuitem eſſe ac popularẽ quam nobilem & mẽdicum. Et popularis dicitur qui eſt eiuſdam conditionis, generis, ſortis, & fortunę. Terẽ. in phor. Amicus meus ſummus & popularis Geta. Erat ei & ipſe ſeruus. Et popularis dicitur ciuis.

¶ Popularia ſacra (vt Labeo inqt) ſunt q̃ omnes ciues faciunt, nec certis familijs attributa ſũt, vt Fornacalia. Palilia. Laralia. Sic dicta ꝙ populo grata eſſent cũ in populũ miſſio fieret ab ijs q gratiã plębis q̃rebãt. Et hoc duplici modo. Aut de repu. bñ ſentiendo & ea q̃ ad populi ſalutẽ ſpectant recta cũ ratione augendo. Aut largiendo & adulando vel alijs corruptelis beniuolentiã captãdo. Item popularia dicebantur loca vbi plębs ſedebat. Vide in dictione Equeſtria.

¶ Popularitas, affabilitas, hũanitas, blanditię & gratia in pplo. Hiero. popularitatẽ tuã qua mihi inuidiam apud ſimplices niteris concitare perſpicua ratione cõpeſcui.

¶ Populariter affabiliter, hũaniter & gr̃a populi. Iuue. Et verſo pollice vulgi. Quẽlibet occidunt populariter.

¶ Popularia, nugatoria puerilia. Labe popularia agimꝰ per ludum.

¶ Populoſus loſa. loſum. quod eſt plenum populo, vt oppidum populoſum.

¶ Populatim modo ſignificat ꝑ populos. Apul populatim ab omni ꝓuincia reuocatꝰ. Modo cateruatĩ & in vniuerſum. Cęcil. Ego perdidi te qui omnes ſeruos ꝓdo populatim quęſo ne addas malum ad hoc malum.

¶ Populo as. amorẽ ppłi cõcilio. Pacu. Atq; vt ꝓmerui p̃r mihi patriã populauit meã. Aliqñ popularẽ eſt p̃dari

Quod & populor dr̄. Ver. Quiſq; ſuū populatꝰ iter. Idē populatq; ingentē farris aceruū. Hinc depopulor ꝓ depr æedor. paſſimq; & quaſi populatim diripio.

✠ Populabundus prędabundus a populando. Cc.

✠ Populatus a,um, pticipiū, ꝙ ſignifi. depredatus, vt Quiſq; ſuū populatus iter. Populatus vero nomen ſignificat populoſum, vt vrbs populata. i. populo plena.

¶ Populonia, vrbs eſt Hetruriæ, appellata a populorū multitudine q̄ in eius agro eſt, vel a populando ꝙ frequentibus piratarum populationibus pateret.

¶ Populus prima. ꝓ. genus arboris a frōdiū multitudīe ſic appellata. Verg. Hic cādida populus antro Imminet Plin. lib. xxiiij. Virgā populi in manu tenētibꝰ interrigo non metuatur. Colu. lib. vj. Cur rei maxime videtur idonea populus. Ea eſt arbor Cerro ſimilis.

¶ Populeus a.um. qđ eſt materiatum ex ea arbore. Ver. in Ge. Qualis populea mœrens philomela ſub vmbra.

¶ Populnus a,um. idē qđ populeꝰ. Plau. in Caſi. Num iſthęc aut populna ſors aut abiegna eſt tua? Dr̄ & populneus a,um. in eadē ſignificatione. Colu. lib. vij. Probaṯ maxime vlmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea frōs.

¶ Populetum locus populis conſitus.

¶ Porculena. Plau. in mil. Niſi huic verri affertur merces, nō hic ſuo femineo quāq; poculenā partiturus eſt.

¶ Porca animal q̄ alio nomine dr̄ Sus, in agro vero porca eſt terra elata inter duos ſulcos a porrigendo, vt inqt Var. ꝙ ea ſeges porrigat frumētū, vel a porcēdo ꝙ vltra ſe iaci ſemina ꝓhibeat, vel ꝙ aq̄s porceat, hoc eſt porro arceat. Nā crebriores ſulci limi ſolēt vocari. Colu. li. ij. Liras ruſtici vocant eaſdē porcas, cum ſic aratum eſt vt inter duos latiꝰ diſtātis ſulcos mediꝰ cumulus ſiccam ſedem frumētis p̄beat. Sed & xxx. pedū latitudinē. cxxv. longitudinem porcam vocabāt eodem authore. Campani hodie porcas vocant puluinos ſiue hortulos in quibꝰ veluti ſulcatim ſua cuiuſq; generis olera ſeruntur. Id genus & Areę dicuntur apud Colu.

¶ Porcꝰ domeſticꝰ, aper ferꝰ, ſus vtriq; cōmune ē. Mar Iſte tibi faciat bona ſaturnalia porcꝰ. Inter ſpumātes ilice paſtꝰ apros. Dictꝰ porco quia porrectius rictu paſcaṯ & terrā dū hęrbarū radices rimaṯ latius porrigat. Hinc fiūt dimi. porculus & porcellus. Amb. Sicut gluto amat porcellū. Suet. in Nero. Iterū ac ſępius recoctum porcello abiecit Scribit Var. porcum græcum nomen eſſe antiquum ſed obſcuratum ꝙ eum nunc vocant κοῖρ.

✠ Porcus dictus eſt gluuius cum ei pellis detrahiṯ. Cc.

✠ Porcus troianus dicebatur quaſi alijs animalibus incluſis grauidus, ab ęquo troiano armatis pleno ſumpta metaphora. Cc.

✠ Porcariū etiā dicimus ꝙ ex porco eſt. Vnde porcariā vuluam dicebant qua edito partu veſcebantur. Cc.

¶ Porcatius porcorum cuſtos.

¶ Porcinus a,um. quod ex porco eſt vt caro porcina.

¶ Porculationem antiqui porcorum nutricatū vocauerunt. Var in nutricatu quam porculationem appellabāt binis menſibus. porcos ſinunt cum matribus.

¶ Porcius cognomē fuit Catonis cēſorini. Tractū a porco Cognomina eñ (vt inquit Var.) habentur a maiori & a minori pecore. A maiore, vt Equitiꝰ Taurus. A minori vt porcus caprillus.

¶ Porcia nomē mulieris Romanę. Fuerūt aūt duę maior & minor. Porcia aūt minor quū laudareṯ apud eā quędā bñ morata quę ſcđm habebat virum. Reſpondit Fœlix & pudica matrona nunquam pręter ſemel nupſit.

¶ Porcetra porca q̄ ſemel tm̄ peperit. Scropha q̄ ſępius Si miſcet ſe porca domeſtica cū fero, fœtꝰ hibrida diceṯ

¶ Porceo es, ꝓhibeo. Lucil. lib. vj. Non te porro ꝓcedere porcent, Cōponiturq; ex porro & arceo quaſi ꝓcul arceo, ſyncopatum videtur, & abſolutum eſt.

¶ Poria gręce, latine facultas abundantia dicitur. A quo fit verbum Aporior aris.

¶ Porricio is. pen. cor. quaſi porro iacio. i. valde porrigo ꝙ verbū ſolēne ſacrificantibus erat. Nā exta porricidñr qñ porriguntur dijs. Vnde apud Macro. Hoſtia porrecta quaſi ſacrificata. Plaut. Nā ſi ſacrificē ſummo Ioui atq; in manibus exta teneam, vt porriciam, interea loci ſi turi quid detur potius rem diuinam deſeram.

¶ Porrigo is, xi, ctū. pen. cor. ex porro vel por pticula & rego ñ ago vtqdā volūt. Et eſt porrigere extēderē. Pli. Facilius quippe radices porrigunt ſolo ſubacto. Qñq; offerre. Vnde Auguſtus cū ei quidā libellum trepidus offerret & modo ꝓferret manū modo retraheret, putas te inquit ſtipē elephanto porrigere? Et hoc qñ offerendo aliquid ꝓtendimus manū. Rurſus quia quę interficiunṯ in terra extenduntur factum eſt porrigere ſit proſternere & interficere. Mart. Et volucrem longo porrexit vulnere pardū. Huiꝰ cōpoſitū eſt exporrigo ſeu exporgo p ſyncopā ꝙ eſt extra porrigo. Teren. in adel. Date hodie mihi. Ex porge frontem id eſt exhilara.

¶ Porrigo inis. ri ſyllaba ꝓ. genus morbi a porrigēdo, i. extendendo. Creſcendo eñ porrigiṯ. Naſcitur vt Celſꝰ lib. vj. ſcribit, in capillo barba & ſupcilio, vbi acute iter pilos q̄dā quaſi ſquāmulę ſurgunt. Lucil. lib. xxx. Triſtē & corruptū ſcabie & porrigine plenū. Hinc porriginoſꝰ qui porrigine infeſtatur. Eſt & porrigo minutus furfur. Hora. lib. ij. Serm. Vngere ſi caules oleo meliore caputque Cæperis impexa fœdum porrigine quare.

¶ Porrū in plurali porri. Gręci praſon dicūt genꝰ oleris. Mar. Mittit p̄cipuos nemoralis. Aricia porros, In medio virides ſtipite cerne comas. Porrorū alij ſūt Tarētini, qui & ſectiui dñr. Alij Aricini qui & capitatj. A porrū porraceꝰ a.um. Pli. Heliotropiū naſciṯ in Aethiopia aphrica cipro, porracei coloris ſāguineis venis diſtīcta.

¶ Pori, penu. p̄du. per ſimplex r. appellātur tophi. Pli. Minus ponderoſus eſt qui porus vocatur marmori pario ſimilis. Pori vero penul. cor. ſignificat meatus. Plin. lib. xx, de malua & Althęa. Sucus decoctę pori meatus ſuaues facit. Eſt etiam porus iter per quod genitura in vrinę vias defertur.

¶ Poracela, a poro topho nomen habet, quaſi ramicem tophaceum appelles. de quo in dictione Enterocela.

¶ Porro aduer. ſignifi. certe. Cic. ꝓ plācio. Nihil porro tā inhumanū, tā imane, tā ferū, q̄ committere, vt bñficio nō dicā indignꝰ, ſed victus eſſe videare. Qñq; ſignificat longe añ. Ver. Hinc maxīa porro Accepret Roma & patriū ſeruauit honorē. Sic dicimꝰ. Lycurgꝰ non porro ab Homeri tpibꝰ fuit. Qñq; ſignificat a longe, vt ſit aduerbium loci. Liui. lib. viij. Et haud eadē qua te inſinuaueris retro via repetenda, aut ſi ire porro pgas p aliū ſaltū arctiorē impeditiorēq; euadendū Qñq; ſignificat poſtea deinde in futurum. Cic. Marcello. Nō eſt porro tuū vno ſenſu oculorum moueri. Terent. Dehinc vt quieſcāt porro moneo. i. in futurum. Qñq; vltra. Liui. lib. j. Ex loco infeſto agere porro armentum occœpit. Quandoq; coniunctio eſt, & ꝓ aūt ponitur, locaturq; in principio orationis. Quint. Porro qui confeſſum defendit non abſolutionem ſceleris petit ſed licentiam. Quandoq; poniṯ ꝓ coniunctione expletiua. Teren. in And. Adeon me ignauum putas. adeon porro ingratum aut inhumanum aut ferum, vt neq; me conſuetudo, neq; amor, neque pudor &c. πόρρω tamen gręcum eſt.

¶ Porphyrius nomen viri ꝓprium. quo nomine dictꝰ eſt philoſophus Chriſtianis inimiciſſimus.

¶ Porphyria latine purpura. Vñ Porphyriacꝰ a,ū, pe. cor. ꝓ purpureo. Ouid. Et porphyriacis figere labra genis. Porphiris. idis. veſtis purpurea.

¶ Porphyris pe. cor. inſula in Laconico mari ſita qnq; millibus paſſuū a maleæ ꝓmōtorio diſtās. Eadē poſtea Cithera dicta eſt ob memorabile templū Veneri ſacrū

¶ Porphirites lapis in Aegypto rubēs cādidis interuenētibus punctis. ꝓpterea Leucoſticos appellatꝰ ꝙ leucos album dicimus ſtigꝫ pūgere. hinc Porphyreticus a ū quod eſt factū ex Porphyrete.



¶ Porphyrio auis quæ ſola morſu bibit, cuius crura pręlonga rubent & roſtrū. hęc a nōnullis Pellicanus dicitur Fuit & nomen Gygantis. Mar. Nomē habet magni volucris tam pua gygantis. Et nomē praſini porphyrionis habet. Hoc etiam nomine vocatꝰ fuit qui in Horatium commentatus eſt.

¶ Porſena pe. cor. ꝓpriū nomē regis. Mar. Hāc ſpectare manū Porſena nō potuit. Ver. vero ꝓduxit poſitione duplicis nn. Necnō Tarquiniū eiectū porſenna iubebat

¶ Porto as. non tantum corpore ſed etiā animo, & tam bona q̄ mala. Terē. in An. Dij boni quid boni porto. Et portare dicimur cū iumentis aliquid nobiſcū ducimus. Hinc Verrē legimꝰ amicā e ꝓuincia portaſſe, & pōpeiū deportaſſe triūphum. Huius compoſita ſunt Apporto. Aſporto q̄ cōtraria ſunt. Cōporto ſimul porto. Hier. lib. ij. Reg. Et cōportauerunt ſuper eū aceruum lapidū magnū nimis. Exporto extra ſeu ex loco porto auferove. Importo introporto. Reporto retro porto. Ver. Hęc triſtia dicta reportat. Deporto. Supporto. & tranſporto.

¶ Porta a portando dr̄ oīs exitus, & quo poteſt importari vel exportari aliquid, vel ab aratri portatione, vt inqt Dona. quia in deſignatione vrbiū ſubiunctis vacca & tauro, qui vrbem deſignabat aratrū manu ſuſpendebat, ne ſulcū quē priogenitū dicūt, faceret vbi aditus ciuitatis erāt reliquēdi. Hinc fiūt dimi. portula, Portella & porticula. Porta decumana & porta p̄toria de caſtris dr̄.

¶ Portus dicitur locus concluſus in quo importantur merces & inde exportantur, & vbi naues hyemant. Nā antiqui domos partim portus, partim inſulas vocabāt a portando. Vnde etiam porticus dictæ ſunt.

¶ Porticulus puꝰ portꝰ ſumitur quandoq; pro malleo.

¶ Portiſculus, hortator remigū qui eā virgulā q̄ portiſculus dicitur ī manu tenēs, hortaṯ remiges, vrget & cūcta pro libito moderaṯ. Plau. ī aſi. Tu te habes portiſculū. Aenniꝰ in annalibꝰ. Portiſculꝰ cū ſignū dare cœpiſſet

¶ Portoriū Naulū & merces q̄ datur portoribꝰ. Itē vectigal quod portitori ſoluitur. i. telonеario ſcripturario & ſcripture magiſtro ex portu vel fluuiū vel lacuum vel ſtagnorū. Lucil. Facit idē quod illi qui in ſcriptum e portu exportant clanculum ne portoriū dēt. Plau. in Aſi. Iam ego hunc portitorē priuabo portorio.

¶ Portitor pe. cor. qui vectigal portus ſiue portę. i portoriū cōduxit. Plau. ī Tru. vtrūq; cōplexꝰ ſolutū eſt portitori iā portoriū. Quos Greci Telonearios. Cicero magiſtros ſcripturę & portitores appellat. Nā ad atticū ſic ſcibit. Illa cā publicanorū ꝙ tā acerbitatē afferat ſociis, intelleximꝰ ex ciuibꝰ q nup ī portoriis Italie tolendis ñ tā de portitorio q̄ de nōnullis iniuriis portitorū q̄rebāṯ Et portitor dr̄ q aliquid portat. Sta. li. j. th. Lāguet Hyperboreę glacialis portitor vrſę. Amb. ſup Luc. Audito dei verbo ſteterunt acerbi illius funeris portitores. Pōt etiā dici q traducit hoīs acvehit ad nauīm de litore, vel ad littus de naui, vel ad vlteriorē fluminis ripā. quē greca voce porthmea dicimꝰ. abuſiue portitor q portaṯ ſic vector. ¶ Porthmeus pen. cor. latine dicitur tranſfretator qui nauigio vehit & qui exigit portoriū πορθμὸς enī fretū dicitur. Iuue. Iā ſedet in ripa tetrum nouitius horret. Porthmea id eſt portꝰ freti portitorē. Porthmis idis nauis ad traijciendum

¶ Portunus deus a portu dictus, qui portubus pręeſt, gręce Palemon dicitur a quo oportunꝰ ī portunꝰ hic etiā Melicerta eſt Inoos filius.

¶ Porticus que propter repentinos ībres & vmbram ac deābulationis gratia ędificantur. Oui. de porticu Pompeiana. Tu mō pōpeia lętus ſpaciare ſub vmbrā. Cum ſol Herculei terga leonis adit

¶ Portio quaſi portio ſigni. partē huius dimi. eſt portiūcula. Apul. Qui cū a me portiūculā poſceret. Hinc proportio q̄ eſt duarū rerum inuicem facta comparatio.

¶ Portendo is. porro hoc eſt ante tendo prędico ſigni, Verg. Hic illum fatis externa ab ſede profectū portēdi generū. Plau. in Aſi. Aecaſtor nobis periculum magnū & familię portēditur. Demeneti ſi expectemꝰ mortem

¶ Portentum a portēdo. i. pręſtando ꝙ portendat aliquod futurum, quāuis aliquando dicantur portenta inania quędam & irridenda. Ci. li. j. tuſ. Aut quid negocij ē hęc poetarum & pictorū portenta conuincere? Hiero. de his ait. Portēta magis quā numina. Portētum tamen ex augurijs & auſpicijs ātiqui ſignificationē accipebāt Vñ apes illę ex ore Ambroſij prodeūtes quaſi portētū fuerunt ꝙ de longe viri ſapiētiā portēderūt id eſt ſignificauerunt. Et Ver. lib. viij. pro bono omine poſuit, cū ait. Ne quęre ꝓfecto quē caſum portēta ferant. Vbi Ser. Modo bona omnia quę victoriā portēdunt & dicta prophetarū ſunt quaſi portēta, quia porro hoc eſt de longe tendebāt. i. futura diuinabāt. Vñ Sal. ex libris ſybillinis regnū romę tribꝰ Cornelijs portēdi. Portēta quoq; fieri dñr cū inſolita corpora raro ſe oſtēdūt, vt cometę, turbines, Barathra, ſereno cœlo facta tonitrua. Vñ Var. in cœlo inquit memorabile exiſtit portētū. Nā ſtellā veneris nobiliſſimā. Plau. veſperuginē. Homerꝰ heſperō appellat pulcherrimā dicēs. Caſtor ſcribit tantum portentū extitiſſe vt mutaret colorē. Hęc autē portēta dicūṯ eſſe cōtra naturā, ſed non ſunt, cum dei voluntate fiant. Quęquidē voluntas cuiuſque rei condite natura eſt inquit Aug. li. vxj. de ciui. dei. Portentum ergo fit nō contra naturam ſed contra quem eſt nota natura

¶ Portentoſus, ſa, ſum, quod portētum facit. Plin. Portentoſum eſt quod de ea traditur.

¶ Portulaca quā gręci pepliō dicūt herba eſt frigida & humida vt inquit Auicēna quę dentiū tollit ſtuporem.

¶ Poſca vinum in torculari aquatum quod apud pliniū Varronēq; & alios Lora dicitur. Quidam poſcam dicūṯ eſſe potionis genus quā gręci exicraton vocant quę ex aquę acetiq; mixtura conficitur. Pli. lib. xxx. Tormina ſanat palumbus ferus ex poſca decoctus

¶ Poſculentū non poculentum dici debere ſcripſi Hermolaus vir nunquam ſatis laudatus, quamquam a poſca etiam poſculentum dici poſſit.

¶ Poſco poſcis popoſci. ſigni. rem debitam & honeſtā peto. Varro. Poſcere eſt quoties aliquid pro męrito nr̄o depoſcimus Cui Dona. cōcordare videtur cū inquit. Poſcere eſt imperioſe rogare. Aliqñ ꝓuocare. Vergilius. Haud acrē dubites in pręlia poſcere Turnū. Cice. Poſcūt maioribꝰ poculis. Aliqñ petere ſeu vēdere. Plau. in merca. Tāti quāti poſcit. In ſignificatiōe etiā ſumiṯ vocare. Iuue. Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicā. Huiꝰ cōpoſita ſunt Apposco qđ eſt iuxta debitū & ius poſco, ſeu volo. Ter. in Heau. Minas qdē iā decē habet a me filia q̄s ꝓ alimētis eē nūc duco datas haſce ornamētis cōſequēṯ alteræ. Porro hęc talēta dotis appoſcēt duo, Depoſco Expoſco multū ſeu cū īſtātia aut publice poſco Liui. li. j Pacē p̄cibꝰ expoſcūt. Ver. li. iii. Sed votis p̄cibuſq; iubēt expoſcere pacē. Repoſco qđ mihi debeṯ, reddi peto. Am. Suſcepat in ſenectute filiū p repromiſſionē repoſcēti dño negādū ad ſacrificiū q̄uis vnicū nō putauit. Verg. Parthoſq; repoſcere ſigna. Et repoſcere eſt vehemēter poſcere. Plau. in Cur. q̄ tu virginē me repoſcis. ✠ Poſcinummius a, nm quod poſcit. nummos vnde baſia meretricia poſcinummia dici poſſunt. Quippe quę nihil aliud quam nummos poſcunt.

✠ Poſia oliuę genus. Cc.

¶ Poſtulo as. ſignificat quodā mō requiro, volo, vt res locꝰ pſōa tp̄s cā poſtulat. in q̄ ſignificatiōe qñq; ablatiuo iūgiṯ mediāte p̄poſitione. Cicer. in Lęl. Neq; quicq̄ vnq̄ niſi honeſtū & rectū alter ab altero poſtulabit. Aliqñ accuſatiuo ſolum. Idem pro Liga. Longiorem orationem cauſa forſitan poſtulat, tua certe datura breuiorem. Nonūq̄ duobꝰ accuſatiuis, ſed tunc ſumitur pro oro. Hiero. in Gene. Oraui & dedit mihi dominus petitionē q̄ poſtulaui dñm quod tamen raro reperiṯ. Nā cū proprie vti poſtulo voluit ablatiuo iunxit, vt in lib. Reg. Voca

nit nomen eius Samuel eo ꝙ a dño poſtulaſſet eũ. Quādoq; ſignificat rem debitam & iuſtam peto. Aliquādo ſignificat accuſo ſeu querelam dico de altero apud alterũ Sue. in Ceſa. Ceterum Cornelium Dolobellam conſularem & triumphalem virum repetundarum poſtulauit. Idem de Auguſt. Affuit & clientibꝰ ſicut ſcrutario cuidam euocato quondam qui poſtulabatur iniuriarum. Interdum poſtulare eſt cupere velle expectare. Teren. in adel. Per opreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet. i. velit aut ſperet. Item poſtulare ſicuti Vlpia. eſt deſiderium vel amici in iure apud eum qui iuriſdictoni preeſt exponere, vel alterius deſiderio contradicere. Solet diſtingui inter poſtulare, poſcere, petere, obſecrare, & flagitare, quia poſcimus imperioſe, petimus p̄cario, poſtulamus iure. Obſecramus id eſt ꝑ ſacra rogamꝰ. flagitamꝰ non ſine ſtrepitu verborũ addendo conuitium. Cicero Quāquam cauſa poſtulat, non tamen flagitat. Curtius Poſtulabat autem magis quam petebat. Expoſtulare eſt cum querimur iniuriam apud illum a quo accepimus, & habet in ſe reprehenſionem. Sed de expoſtulo alibi.

¶Poſſum potes potui. ex pos & ſum componitur, quaſi potens ſum. vnde etiā quādoq; cũ ablatiuo cõſtruitur Liui. li. x. pecunia deinde qua multũ poterāt freti ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur. ſunt etiam qui hoc verbũ ꝯponāt ex porro valde, & ſum, ꝙ valde eẽ videātur q potẽtes ſũt. Habet qñq; oppoſitũ, vt cum dicimꝰ. Deꝰ oīa põt. Vñ fit oīpotẽs. Qñq; eſt ſine oppoſitiõe. Plau. Non hic vt poſſit edit, ſed poſſe cupit vt edat.

¶Poſſibile dr̄ qđ fieri poteſt. Cuius cõtrariũ ẽ ĩpoſſibile

¶Poſſideo ex pos & ſedeo pos autẽ quod in vſu non ẽ idem eſt quod potens, vt ſit poſſideo quaſi potẽs ſedeo Hinc poſſeſſio & poſſeſſor & poſſeſſiuus, a, um paſſeſſio proprietas & vſus ſiue actus poſſidendi agri aut artificij, nõ ipſe fundus aut ager. Cicero. in para. Et enim ſi iſti callidi æſtimatores prata & areas magni eſtimarent ꝙ ei generi poſſeſſionum nemo noſcere poteſt. Alquādo tamen ſumirur pro ipſis bonis immobilibus.

¶Poſſeſſor qui poſſidet, cuius fœmi. eſt poſſeſtrix.

¶Poſſeſſiuus a, um, quod poſſidetur, vt euandrius enſis ędes regiæ quæ regis poſſeſſio eſt.

✥Poſſidonia Neptuno dicta eſt qui gręce poſſidon dicitur Aliter Ionia dicitur ab Ione Xuti filio. Cc.

¶Poſſidonius phũs Apamienſis ex Syria, vt Strab. lib. xiiij. auctor eſt, ſed Rhodius exiſtimatꝰ, qa Rhodi vixit ac philoſophatus eſt. Sicut & Apolloniꝰ Mõ dictus eſt Rhodius cum eſſet Alabandenſis. Vtrũq; andiuit. Cic. Hic cum aliquando morbo articulari laboraſſet grauiſſime, fertur ſępe dixiſſe, Erat enim Stoicꝰ, Nihil agis dolor, quamuis ſis moleſtus nũquā te eſſe cõfitebor malũ.

¶Poſt præpoſitio cõpoſita & ſeparata ĩuenit̃ Separata ſignifi. meta gręcā p̄poſitionẽ qñ ordinẽ demõſtrat ſiue loci ſiue tẽporis ſiue alicuiꝰ alteriꝰ rei, & deſeruit accuſatiuo. Ve. poſt mõtem oppoſitũ. Idẽ poſt aliquot mea regna vidẽs mirabor ariſtas. Horat. O ciues ciues q̄renda pecunia primũ. Virtus poſt nũmos. Cõpoſita vero reperitur cum multis dictionibus, vt poſthac poſtmodũ. Qñ q; tamẽ ponitur loco aduerbij poſtea & hoc qñ nulli caſui ſeruit, vt quando iungitur ablatiuo. Verg. Poſt mihi non ſimili pæna cõmiſſa luetis. Sal. Vbi periculum aduenit inuida atq; ſuperbia poſt fuere. Cũ ablatiuo. Ver. lib. vj. Ille admirās venerabile donũ Fatalis virgę lõgo poſt tempore viſum, quod ſi per ſe proferatur vel prępoſtere habet accentum acutum. In verſu vero grauem.

¶Poſtq̄ aduerbium tẽporis. Sal. poſtq̄ cõſulueris mature opus eſt facto. Interdũ ponitur pro qm̄. Terẽ. in adel. poſtq̄ poeta ſenſit ſcripturā ſuā ab iiquis obſeruari. Ver. poſtq̄ nos Amaryllis habet, Galathea reliquit. nec mirũ quia vt Dona. ait reciprocum eſt quoniam ꝓ poſtq̄. Plau. in Aul. Is quoniam moritur ita auido ingenio fuit.

¶Poſtea cõponit̃ ex poſt & ea. Vñ & ꝓducit a ſicut alia cõpoſita Interea preterea ꝓpterea. Sal. poſtea piſo ĩ citeriorem Hiſpaniam quæſtor propretor miſſus eſt. Similiter poſteaq̄ vna dictio eſt ſicut & poſtquā. quę cõnexiuę particulę ſunt. Cice. plāco. Et abfui ꝓficiſcẽs in Gręciā, & poſteaquā de meo curſu reipub. ſum voce reuocatus. nũq̄ per. M. Anto. quietus fui. Sic enĩ dictis ſequentia copulantur. Aliqñ inter poſtea & q̄ interponit̃ vero & ſigni. Sed poſtea. idẽ Appio. poſtea vero q̄ ita cœpi.

✥Poſtergo poſthabeo, teliquo, poſtpono, & quaſi poſt terga iacio a quo poſtergator & poſtergatio. Cc

¶Poſterus, a, ũm, qđ aliquid ſequitur, vt poſtera dies. i. ſequẽs Ver. li. iiij. Poſtera phœbęo luſtrabat lumine terras. Aliqñ poſterꝰ dicit̃ q poſt nos futurus eſt. Vñ poſteri & poſteritas. Huiꝰ cõpatiuũ ẽ poſterior, & ſuperlatiuũ poſtremꝰ. i. vltimꝰ. poſteri pedes q poſt primos ſũt. Hic cõponit̃ p̄poſterꝰ quaſi puerſꝰ & ĩuerſꝰ. Cic. Caſſio. Prępoſteros habet tabellarios, etſi me qdẽ ñ offendunt, ſed tñ cũ a me diſcedunt flagitant litteras, hoc eſt qui poſt alios venire debẽt, priores alijs q p̄miſſi fuerãt veniunt Qui. Prępoſtera res occidere, deĩde erubeſcere. Prępoſtera libido dicitur vitiũ Sodomiticũ. Et p̄poſteros hoĩnes libidinoſa cupiditate vocat. Iul. Firmicus, qui & pędicatores vocantur. ¶Poſterius tardius vel ſecundo. Qñq; ẽt minꝰ. Plau. ĩ Aſi. poſteriꝰ iſta dicis q̄ credo tibi

¶Poſteriora dicũt̃ quę a vultu auerſa ſunt. Vñ eſt illud poſteriora mea videbis.

¶Poſteritas ſignifi. poſterũ ſeculũ, ſiue hoĩes qui poſt naſcentur. Cic. in Lęl. Quo in genere ſperare videor, Scipionis & Lælij amicitiā notam poſteritati fore.

¶Poſtremo aduerbium ſigni. finaliter, vltimo loco tan Sal. Poſtremo omnibus modis pecuniā trahũt. Dicitur & ad poſtremũ. In poſterũ vero ſignificat in futurũ tempus Quin. li. j. Multa linguę vitia niſi primis eximantur annis inemendabili in poſterum prauitate durantur,

✥Poſtremitas pro extremitate capitur. Cc.

¶Poſtremiſſimus veteres pro poſtremo dixerunt. Cc.

¶Poſtfero pe. cor. poſtpono. Pli. li. ij. Gebẽna & vrbibus & agrorũ cultu, virorum morumq; dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarnm poſtferenda.

¶Poſthac dictio compoſita ſicut ante hac, & ſignificat deinceps in futurum, ſiue poſt hoc tempus. Terenti. in Andri. Poſthac quas faciet deintegro comœdias.

¶Poſthabeo poſtpono. Terẽ. in Pho. Nam omnes poſt habui mihi res ita vt par fuit.

¶Poſthumꝰ pe. cor. ex poſt & humꝰ cõponit̃, qui poſt mortẽ parẽtis natꝰ eſt, q̄ſi poſthumatũ & ſepulcũ. Plau. in Au. poſt mediā ætatẽ q mediā ducit vxorẽ domũ ſi eā ſenex aurũ p̄gnātẽ fortuito fecerit, qd dubitas q ſit paratũ nomẽ puero poſthumus Dr̃ & poſthu. a, um. ꝓ futuro & ſequẽti & poſtero. Vñ Apul. poſthumā ſpẽ dixit. Ver. li. vj. Tua poſthuma ꝓles. Fuit & poſthumꝰ nomẽ viri. Hor. lib. ij. car. Heu heu fugaces poſthume labũt̃ anni.

¶Poſticũ & poſticꝰ pe. ꝓ. a poſt ſtādo ꝓ oſtio in poſteriore parte ędiũ. Plau. in Tri. Aliud autẽ poſticũ ędiũ noſtrarum. Veteres tñ etiā viciniũ habitantẽ ad poſteriorẽ partem ędium ſic appellarũt. Hora. Atria ſeruantẽ poſtico falce clientẽ. Et oſtiũ ipſum poſtica fœmi. genere dicitur. Cuius diminu. eſt poſticula. Apul. Per quandā breuem poſticulā introuocat me. Ammianus, per poſticam ingreſſus refertam, inueni cõfluẽte ex finitimis virili & muliebri ſexu. Poſtica etiā Augurũ eſt, vt inqt Ser. Augures deſignant ſpatia lituo & eis dant noſa, vt prima pars dicat̃ Antica, poſterior poſtica Dexterā quoq; ſicuti ſcribit Feſtus anticam, ſiniſtram poſticam dicimus. Sic etiam ea cæli pars que ſole illuſtratur ad meridiẽ. Antica noīatur. q̄ ad ſeptẽtrionẽ poſtica. Rurſus quę diuidũt in duas partes oriẽtẽ atq; occidentem. Antica & poſtica dñr. Itẽ poſtica linea in agris diuidẽdis quę ab oriẽte in occidentem ſpectat. omnia deniq; quę poſt nos ſunt poſtica dñr. & quę ante nos Antica Inuenit̃ etiā poſticus a, um. Perſi. poſtice occurrite ſannę. hoc eſt irriſioni facte a parte poſteriore. Auſo. poſtico vulnere foſſor.



¶Poſtero as Palladiꝰ Oliua cum varia cœpit eſſe, colligitur, Nā cũ tota nigreſcet, qđ ſpecie merito poſterauit fundendi vbertate compenſat.

¶Poſticulum dimi. Plau. in Tri. Poſticulũ hoc recepit cum ędes vendidit. Poſticula diminutiuum a poſtica. de quo in dictione poſticum.

¶Poſtis gñis maſ. a poſt deducitur, & ſignificat valuam oſtij, ſiue latꝰ portę dictꝰ ꝙ poſt fores ſtet. Ver. Hęrẽt parietibus ſcalę, poſteſq; ſub ipſos Nituntur gradibus.

¶Poſtilena a poſt & ſtādo. ꝙ ſtet a p̄te poſteriori. Eſt ei incuruum lignum ſiue craſſius lorum quod ſub iumenti cauda ponitur. Plautus. Ita te a gerunda aqua curuũ faciam, vt poſtilena poſſit ex te fieri. Hinc per contrariũ Antilena quia pectus cingitur.

¶Poſtliminiũ ex poſt & limina cõponit̃. Quęcũq; enĩ a nobis alienata ad hoſtẽ pueniũt, cũ a noſtro limine exierint, ſi poſt ad idẽ limẽ reuertāt̃, poſtliminio tedeũt. Feſtꝰ. Poſtliminio receptꝰ eſt ſi q extra limina, hoc ẽ termi nos ꝓuincię captꝰ fuerat, rurſꝰ ad ꝓpria reuertit̃, Paul. Iuriſcõſ. poſtliminiũ ẽ iꝰ amiſſę rei recipiẽdę ab extraneo & in ſtatũ priſtinũ reſt ituẽdæ, ĩter nos & liberos pp̄los regeſq; moribꝰ ac legibꝰ ꝯſtitutũ. Nā qđ bello amiſimꝰ aut etiā circa bellũ, hoc ſi rurſus recipiamꝰ, dicimꝰ poſt liminio recipere id qđ naturali æquitate ĩtroductũ ẽ, vt q p iniuriā ab extraneis detinebat̃, is vbi ĩ fines ſuos rediiſſet priſtinũ iꝰ ſuũ reciperet. Sũt q ex aduerbio poſt vi noīs interp̄tāt̃ reliquā vocabuli p̄tẽ ſolũ additamentũ oſtẽdẽtes tanq̄ liminiũ nihil ſignificet ſicuti tulliũ ſupplementũ eſt in meditullio poſtliminio quietis apud Apul. ſignifi. poſt quietẽ. Nā reuerſio q̄dā poſtliminij vocabulo ſignificat̃ quia ſemp poſt id qđ retro relinquit̃. poſt liminio mortis. i. reuerſione a morte & poſt mortem.

¶Poſtmitto. Cic. pro Cęlio. Quod in alicuiꝰ agreſtis periculo non poſtmitteret id homo eruditus in inſidijs doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret.

¶Poſtmodum pe. cor. ex poſt & modũ ſignifi. poſtea ſiue poſtremo, quaſi poſtmodũ rei datũ. Liui. lib. j. Sæpe ex iniuria poſtmodum exortā gratiā. Dr̃ & poſtmodo. Idem lib. iiij. Si ardeates ſua tẽpora expectare velint arbitriũq; ſenatui leuandę iniurię ſuę permittant, fore vt poſtmodo gaudeant ſe ita moderatos.

¶Poſtomis idis. ĩſtrumẽtum ligneũ ſeu ferreũ ꝙ ad cohibendā equorũ tenaciā naribus vel morſui imponitur, Lucil. Poſtomides huic de naribus ingentes pendent,

✥Poſtuorta dea erat Romanorũ q̄ futura ꝓſpiceret. Cc.

¶Poſtridie & pridie cõpoſita ſũt & diuerſa. De pridie. Gel. lib. x. Die priſtini eodẽ mõ dicebat̃, qđ ſignificabat die priſtino. i. priore, ꝙ vulgo pridie dr̃ cõuerſo cõpoſitionis ordine q̄ſi priſtino die. Feſtꝰ vero cui magis accedendũ puto ꝯpoſitionẽ pridie āteq̄ eſſe inuit, cũ ait priuignꝰ dictꝰ eſt ꝙ anteq̄ mater ſecũdo nuberet eſt ꝓgenitꝰ. pri enĩ antiq ꝓ p̄ dixerũt. pridie igr̃ ex prę & die cõpoſitũ priori ſiue p̄cedenti die, ſiue die vno āte ſignificat, poſtridie vero poſtero die, ſyncopatũ enĩ ẽ. Lact. li. v. de vtroq; exẽplũ poſuit, & loquit̃ de Carneade. Is cũ legatus ab Atheniẽſibꝰ Romā miſſꝰ eſſet, diſputauit de iuſtitia copioſe audiẽte Galba & Catone Cẽſoribꝰ maximis tũc oratoribꝰ. Sed diſputationẽ ſuā poſtridie contraria diſputatione ſubuertit & iuſtitiā q̄ pridie laudauerat ſuſtulit. Plau. in Sti. Qui põt mulieres vitare vitet, vt quotidie pridie caueat ne faciat ꝙ pigeat poſtridie. pridie igr̃ priori die ſiue p̄cedẽti die ſigni. vt etiā apud Catonẽ li. de re ruſt. Si quẽ purgare voles p̄die ne cœnet. Poſtridie vero poſtero die. Nec poſt tres dies vllo modo ſignificat, vt Catonis exẽplũ aptiſſime demõſtrat, q eodẽ li. ſic ait. Oleũ viride ſic facito, oleā q̄ primũ ex terra tollito. ſi inquinata erit tollito a folijs, & ſtercore purgato, poſtridie aut poſt tertiũ diẽ quā lecta erit facito. Non enĩ adiecíſſet diẽ tertiũ ſi poſtridie poſt tres dies ſignificaret, niſi ꝙ poſtridie ſecũdus ſeu ſequens dies eſſet eiꝰ diei qui p̄ceſſit, ꝙ oſtenditur etiā ex hoc ꝙ eius diei appoſitũ, tā pridie q̄ poſtridie inuenit̃. Cic. Lentulo. Ad duodecimũ calẽdas Februarij dũ in ſenatu pulcherrime ſtaremus, ꝙ iā illā ſententiā Bibulli de tribꝰ legatis pridie eius diei fregeramus. i. p̄cedenti die eius diei, hoc ẽ duodecimi Cęſar lib. ij. Poſtridie eius diei Cæſar p̄ſidio vtriuſq; caſtris ꝙ ſatis eſſe viſum eſt reliquit. i. ſequente ſiue poſtero die eius diei q p̄ceſſit. Aliqñ eis genitiuꝰ iũgit̃. vt pridie ſiue poſtridie calen. nonaũ iduũ & poſſeſſiue iungitur. Nonnunq̄ accuſatiuus apponitur. Cic. Appio pridie nonas Iunias cũ eſſemus Brũduſij. Et reſoluitur die p̄cedenti nonas, ſiue die ante nonas. Liui. etiam poſtridie idus rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. Quo itẽ modo poſtridie calen. dr̃. i. die poſt calen. Etiā aliter accuſatiuo iungũtur. Ci. ad Atticũ. Pridie cõpitalia memẽto interdum pridie & poſtridie ſequit̃ q̄ vt pridie q̄ ĩtres patriam ſacrificium facito. Liui. ii. Nā cũ pridie q̄ legati ad Tarquinios ꝓficiſcerentur & cœnatum forte apđ Vitellios eſſet, coniuratiq; ibi remotis arbitris multa inter ſe de nouo vt fit conſilio egiſſent ſermonẽ eorum ex ſeruis vnus excœpit qui iam antea id ſenſerat agi, quod ſic exponitur die p̄cedenti anteq̄ legati ad Tarquinios ꝓficiſcerentur. Similiter illud Sueto. in Cęſa. Et pridie quā occideret̃ in ſermone nato ſup cœnā apud M. Lepidũ quiſnā eſſet finis vitę cõmodiſſimus repentinũ inopinatumq; pretulerit Quo etiam modo intelligitur illud ĩ Canone miſſæ, Qui pridie q̄ pateretur. i. qui precedẽti die anteq̄ pateretur, nõ aũt quo ſicut valla interpretatur, co ſententiæ repugnare videretur. Similiter poſtridie quā pater mortem obijt epulum id eſt poſtquam mortem obijt poſtridie epulum feci, vt dies mortis luctui ſeruiat poſtera vero epulis. Non autem poſtridie quo pater mortem obijt epulum feci, ꝙ neque orationi neq; ſenſui cõuenit. Nā poſtridie aliũ diẽ exigit p̄cedẽtẽ In iſto vero exẽplo nullus alius dies p̄ceſſit, Ergo quam ꝓ poſtquam exponendũ eſt, vt poſtridie ſequatur ipſũ quo pater mortem obijt. Similiter pridie quam vxorem duxero nauigandũ eſt mihi, Si qua ꝓ quo ſumatur non recte fiet interpretatio. Igitur neceſſario q̄ ꝓ poſtq̄ non ꝓ quo ſumendum ẽ niſi q̄ ꝓ hoc modo ſumamus, nõ tñ vt capiamus eo poſtridie epulũ factũ quo pater mortem obijt neq; eo poſtridie quo vxorem duxero nauigandũ eſt mihi. Sed ſic, poſtridie, i. poſtero die ab eo quo pater mortem obijt epulum feci. & poſtridie ab eo quo vxorem duxero nauigandũ eſt mihi. Et valla ita intellexit. Hoc modo ſumenda ſunt pleraq; Liuij exẽpla, vt lib. iii. anno trecẽteſio altero q̄ cõdita roma erat iterũ mutat̃ forma ciuitatis a ꝯſulibꝰ ad decẽ viros. Et li. iiij. dictator exercitu victore domũ reducto die octauo q̄ creatꝰ erat. Hic q̄ ꝓ quo exponit̃. i. octauo die ab eo quo creatꝰ erat. Et illud q̄ cõdita roma erat. i. ab eo quo cõdita Roma erat. Qđ etiam ꝓ poſtq̄ ſumi põt poſſũt tñ Vallę exẽpla breuiꝰ exponā vt q̄ ꝓ cũ ſumat̃ hoc mõ. q̄ ꝓ cũ pater mortẽ obijt epulũ feci poſtridie. Et q̄ ꝓ cũ vxorẽ duxero nauigādũ eſt mihi poſtridie. Illud autẽ Cicerõis ad Tironẽ Menādrius poſtridie ad me venit q̄ expectarẽ, pro cũ omnino ſumitur nõ pro poſtq̄, neq; ꝓ anteq̄, neq; ab eo quo. hoc mõ Menādriꝰ q̄. i. cũ die p̄cedẽti eũ expectarẽ, venit ad me poſtridie. Vñ recte ſequitur. Itaq; habui noctẽ plenā timoris. i. noctẽ quę ipſum diem p̄cedẽtem inſecuta eſt & interceſſit ĩter poſtridie hoc eſt ſequẽtẽ diẽ & ipſun diẽ p̄cedẽtẽ. A pridie fit pridianꝰ, a, ũ qđ eſt pridie alicuius diei. Sue. in cato, Marcẽte adhuc ſtomaco pridiani cibi. A poſtridie poſtridianꝰ q poſtridie alicuiꝰ diei, ſicut poſtriduanꝰ q poſt idus eſt, Sed abutimur pro poſtriduanꝰ Craſtinus, pro pridianus Heſternus.

✥Poteſtam pro poteſtate veteres vſurparũt. Plau. Neq; deſidiæ in ocio operam dediſſe, neq; poteſtam ſibi fuiſſe a deo arte cohibitum eſſe a patre. Cc.

¶Poteſtas multa ſignificat, vt Plau. iqt Nā in pſõa magiſtratuũ ĩperiũ Et a poſſum fit. In pſõa liberoꝝ patriā auctoritatẽ In perſona ſeruorũ dñium. Ad cũ agimus de

noxę deditione cũ eo q ſeruũ nõ defendit,p̃ſẽtis corporis copiã & facultatẽ. Poteſtates igr̃ principes potentes dñr quos græci Dynaſtas vocãt. & hi qui magiſtrat⁹ gerũt, & habẽt merũ ĩperiũ hoc ẽ gladij poteſtatẽ ad aĩaduertẽdũ in facinoroſos hoĩes, & iudicijs p̃ſunt. Vñ non ĩepte p̃tores vrbis vulgo nũc poteſtates dñr. Sue. ĩ Clau. Iuriſdictionẽ de fidei cõmiſſis quotãnis & tñ in vrbe delegari magiſtratib⁹ ſolitã, ĩ ꝑpetuũ atq; etiã ꝑ ꝓuincias poteſtatibus demandauit. Apul. Sed iuſſit poteſtas officialem ſuũ magna ſeueritudine coerceri. Pli. pĩgue Draconis in pelle Dorcadũ neruis ceruinis ad alligatũ in lacerto victoriã iudiciorũ cõferre exiſtimãt, primũ ſpõdylũ adit⁹ poteſtatũ mulcere. Et poteſtas ponit̃ ꝓ conſilio & ratione. Vñ exire aliquẽ de poteſtate dicimus mẽtis impotem fieri, vt apud Cic. lib. iiij Tuſcu. Iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate id eſt de mente.

✤ Poteſſum. i. poſſum. Tere. At pol ego amatores audieram mulierum eos eſſe maximos. Sed nihil poteſſe. Cõnel. Crediderim poteſſe vetuſto more legendum. Tamẽ quotquot legi codices poſſe habent.

¶ Potentatus us. poteſtas.

¶ Potẽs tã ꝑticipiũ q̃ nomẽ ĩuenit̃, a poſſum. Sed qñ participiũ eſt, tẽpus ſignificat & actõ iungit̃ noĩm, vel infinitiuo, nec cõparationẽ accipit, vt potens pugnare, vel potens bella facere. Qñ vero nomen caret tẽpore & genitiuo iungitur, vt potens maris, & comparationem accipit, vt potentior, hui⁹ cõtrariũ impotẽs qui nõ poteſt. A quibus potentia & impotentia, potenter & impotenter. Differũt aũt ſcd̃m Priſcia. potentia & poteſtas. ꝙ poteſtas magna ꝓ vi accipit̃ potẽtia ꝓ dñatione, Hic oĩpotẽs Armipotẽs Bellipotẽs q armis & bello potẽs eſt. Viri potens mulier q̃ coire cum viro per ætatem poteſt.

✤ Potidea vrbs Aemathiæ ſiue macedoniæ. Cc.

✤ Potinam dixere a potando. Cc.

¶ Potis & pote Vide in dictione Cõpos. Pote volo poſſum velle, potis ſum poſſum. ♁ Potis eſt poſſibile eſt & potis potẽs eſt, potis, & pote, adiectiuum, a quo pote aduerbium vt qui pote, vt pote.

¶ Potior & potius cõparatiua, ꝓ melior, & melius, quaſi potẽtior, & potẽti⁹, & potiſſimũ ſuperlatiuũ & potiſſime aduerbia q̃ ſignificant magis & maxime. Differũt autem potius & potiſſimũ ſeu potiſſime, ꝙ potius ad duo tñ potiſſimũ ad plura referr̃. vt quẽ potius inſtituã hęredem Fabiũ an Luciũ? Aut quam natarũ potiſſimũ erudiam ſi multę ſint. Inuenitur tñ qñq; potiſſimũ referri ad duo Cic. Quãq̃ prẹſtat honeſtas incolumitati, tñ vtri potiſſimum conſulendum ſit deliberetur.

¶ Potior iris. & poteris a potis deducitur, tã tertię quã quartę coniugationis eſt. In ĩfinitiuo tñ & ꝑticipio quartam ſequitur. Verg. Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis Oui. Tuq; tuis armis nos te poteremur Achille Eſt aũt potiri tenere & quaſi in poteſtate habere. & ſic fere ſemꝑ cum genitiuo conſtruitur. Sal. Cui fatũ foret vrbis potiri. Aliqñ eſt obtinere & in poteſtatem vendicare, & tunc abltõ iungitur, vt Cæſar tandem potitus eſt Gallia. Aliqñ frui. Sic etiam cũ abltõ & nonnunq̃ cũ accuſatiuo cõſtruitur. ſed raro. Cic. Quod ſi his voluptatibus bona ętas fruitur libentius primum paruulis fruitur rebus vt diximus, deinde ijs quibus ſenect⁹ etiam ſi nõ abunde potitur, non omnino caret. Teren. in Adel. Patria patitur commoda.

♁ Potnia candida græce ποτνία Aratus potnia Maia. i. candida.

¶ Poto as aui. & potus ſum potatũ & potũ ſignificat bibo. Hiero. Nõ ambigo multos fore qui de turbulẽto magis riuo q̃ de puriſſimo fonte potare malint. Terẽ. in Hecy. Quid ais? cũ virgine vna adoleſcẽs cubuerit plus potus? Eius cõpoſita ſunt Appoto, ꝙ multũ poto. Plau. in Cur. Poſtq̃ cœnati atq; appoti talos poſcit ſibi in manũ, prouocat me in aleam, vt ego ludã. Cõpoto ſimul poto. Vnde cõpotatio quam gręci ſympoſium dicunt, Epoto potãdo exhaurio. Perpoto valde poto. p̃poto antepoto Et habent pen. produ.

¶ Potus a, um. in vtraq; ſignificatione ſumit̃ ꝓ eo q potauit. Ouid. lib. iiij. Faſ. pompa ſenem potum pota trahebat anus. Idem in eodem. Clauiger & tãto eſt Albula pota deo. Iuue. E potaq; flumina medo Prandente. Ibi accipitur actiue Paſſiue autem ab Ouid. lib. xv. Meta. Nocte nocent potę ſine noxa luce bibuntur..

¶ Potus us, idem ꝙ potio, quãuis ſint qui diſtinguant dicentes potum eſſe vini aquę & huiuſmodi, potionem a medicis ægrotantibus dari. Sed Cicero potionem pro potu accipit libro Tuſc. cum ait. Quid ꝙ ne mente quidem recte vti poſſumus multo cibo & potione repletir̃ Et in Catone. Tantum cibi & potionis adhibendum vt reficiantur vires non opprimantur.

♁ Potamentum idem ꝙ potatio. Augu. lib. de Mira. ſa. ſcri. idem populus in deſerto, ſitiens potamenti refocillationem poſtulauit.

♁ Poterium a gręcis dicitur quod nos poculum dicim⁹.

✤ Potitidion pocillum. Cc.

¶ Potorium vas quod ad potum deputatum eſt. Plini. Mille conuiuas totidem aureis potorijs.

¶ Potorius a, um, quod ad potandum pertinet. Vñ dicimus vaſa potoria, ſicut vaſa eſcaria.

¶ Potito as, pe. cor. cõſuetudinẽ potãdi habeo. Eſt eñ frequentatiuũ. Plaut. in Amp. Nunc tibi hanc pateram q̃ dono mihi illic ob virtutẽ data eſt Pterela rex qui potitauit, quam ego mea occidi manu.

¶ Potiono as, potionẽ p̃beo cuius paſſiuũ eſt potionor, Sue. de Cali. Creditur potionatus a Ceſonia vxore amatorio quidẽ medicamẽto, ſed qd̃ in furorẽ verterit. Hie. ad Dama. Accipe calicẽ meri hui⁹ de manu mea, & potionabis omnes gentes ad quas ego mittam te.

¶ Potitius a potando cognominatus eſt qui Herculi ſacra faciebat. A quo potitia familia Erat & altera familia pinnariorum quę Herculi ſemper ſacrificaret.

♁ Potnia vrbs in bœtia nõ lõge a thebis vbi glauc⁹ ſiſyphi filius & meropes habuit equas quas cõſueuerat hũana carne alere quo cupidius in hoſtem irruerent ipſum autem cum alimenta defeciſſent deuorauerunt.

♁ Inde dict⁹ potnides nec non quadrigę quib⁹ vtimur.

## P ANTE R

PRę ꝑpoſitio q̃ tã ſeparata q̃ ꝯpoſita vbiq; diphthõgat̃. Separata quidẽ abltõ deſeruit, & qñq; ſignificat ꝓ ſiue ꝓpter. Apul. Pręluxuria cũcta ꝓfuderat. qñq; ſigni. añ, ſiue de loco dicat̃, ſiue de electiõe. Et mõ abſolute ponit̃. Teren. I pręſequar. Mõ cũ actõ. Liui. lib. j. Prope tyberĩ fluuiũ qua præ ſe armẽtũ agẽs nãdo traiecerat. Modo cũ abltõ. vt pręoculis. i. ante oculos. Aug. lib. ij. con. Ambitio qd niſi honores q̃rit & gloriã, cũ tu ſis pręcũctis honorãd⁹, vnus, & glorioſus ineternũ. pręcũctis. i. añ cũctos, vel q̃ cũcti. Interdũ ponit̃ ꝓ reſpectu ſiue ad cõparationẽ. Terẽ. in Eu. Hic ego illũ cõtẽpſi p̃me. i. ad cõparationẽ mei. Liui. ꝑuã Albã pręea vrbe q̃ cõderetur fore. Nonnunq̃ ꝓ ab. Teren. in And. p̃ ſtudio dũ efficias ꝙ cupis. i. ab ſtudio. Idẽ ĩ Eu. Vt fit, miſera p̃ amore. Itẽ ꝓ extra, ſiue excepto vel excepta. Gel lib. j. Pręq; ſe vno cęteros oẽs lĩguæ atticę prĩcipes, gentẽq; omnẽ togatã, quodcũq; nomẽ latinũ rudes eſſe atq; agreſtes p̃dicabat. Terẽ. Extra vnã ãcillã dixit. Itẽ ꝓ reſpeei⁹. Plau. in pſa. Immo res omnes relictas habeo p̃ ꝙ tu velis. Cõpoſita ſignificãt añ vel pri⁹, vt p̃pono p̃fero. Aliqñ ſuꝑ, vt p̃fect⁹ p̃ſideo. Aliqñ valde vel mirum in modũ, ſiue p̃ter modũ, vt p̃clarus p̃celſus, & magis auget q̃ per. Iungiturq; cũ aliquib⁹ dictionib⁹ cũ quib⁹ nõ iũgitur p, vt p̃potẽs, p̃celſus, p̃lat⁹ p̃clar⁹, pręfulgens p̃diues, pręduleis, pręduruṡ, præcultus, pręlargus, prælongus. Nã prælõg⁹ homo & pręlõga oratio ea dr̃ quę enormi longitudine eſt, Prępotens, præcelſus & ſimilia maiorẽ in modũ potẽs cælſuſq;, & quaſi præter modum moremq; aliorũ potẽs ac cælſus. Significat quãdoq; etiã ante tempus ſiue pręter morem aliorũ, vt pręcox vua, pręcox ingeniũ, Itẽ ſignificat non ſiue nõdũ, vt in pręmaturus. Aliqñ ſuperuacue ponitur, vt pręmorior p̃cingo quę ſignificãt ſicut eorum ſimplicici. A pręfit p̃ter quo modo a ſub ſubter, in inter, pro propter.



¶ Pręacuo prius acuo. Cato de re ruſtic. Vitẽ teneram preacuto obliquo iter ſe medullã cũ medulla cõponito.

¶ Pręaccipio ante accipio a quo p̃acceptio figura quę pręſumptio a noſtris, a gręcis vero ꝓlepſis dicitur, cum poeta aliquid præcipit ad eãq; ſub ſequitur qualitatem.

¶ Prębeo ex pręe & habeo abiectis a & h, ſigni. do, exhibeo, nam qui aliquid pręcbet id pręhabere ratione dicitur. Aliqñ ſigni. oſtendo. Teren. in Adel. Seruũ haud illiberalẽ pręcbes te. id eſt in te oſtendis factis probans.

¶ Pębia veteres remedia dixerũt, ꝙ ægrotãtib⁹ p̃beãt̃

✤ Præbirere. Plu. pro perire vſurpauit. Cc.

¶ Præcaluus, caluus in anteriore parte capitis. Sue. de Galba. Statura fuit iuſta, capite præcaluo.

¶ Præcarus nimis ſiue multum carus. Teren. in Phor. Quãtũ opus eſt tibi argẽti? eloquere. Sole trigita minę Triginta? haud præcara eſt Phedria. Iſthęc vero vilis ẽ

¶ Pręceps locus altus vnde quis poteſt præceps dari. Verg. Turrim in pręcipiti ſtantem ſummiſq; ſub aſtra. Eductam tectis. Et pręceps homo dicitur qui ſine conſideratiõe aut modo quid agit, & quaſi rem præoccupat Vnde pro nimis feſtino poni ſolet. Vergilius. Præcipites atra ſeu tempeſtate columbæ. Pręcipites palmites apud Colu. ſunt qui de honortinis virgis enati in duro alligantur, hi, vt in lib. vj. idem ſcribit plurimũ fruct⁹ ferũt ſed plurimũ matri nocẽt. Itaq; niſi extremis ramis, aut ſi vitis arboris cacumen ſuperauit præcipitari palmitem non oportet, ſunt qui pręceps a caput per compoſitionem deriuent quod quanuis non abnuam, tamẽ etiam a capio dici videtur ꝙ anceps cum am pręcpoſitione compoſitũ a capio Feſt⁹ dici velit. Sed tñ proprie pręceps a caput. Vnde & biceps triceps, Caput vero a capio fit

¶ Pręcipitiũ locus pręruptus, vñ pręcipitari facile põt

¶ Pręcipito in pręceps deijcio, ĩ cõſiderate ago, a cu⁹ participio fit præcipitãter qd̃ ſignificat inconſiderate.

¶ Pręcedo añ cedo, vt nox p̃ceſſit, dies appropiquauit.

¶ Pręcido pe. ꝓ. ex pręe & cędo, quod eſt ferio percutio incido ſignificat ante cędo.

¶ Pręcidaneus a. um, vt pręcidanea agna, q̃ ante alias cędebat̃, pręcidanea porca quã ĩmolare erant ſoliti antequã nouã frugem pręciderẽt, ſiue guſtarẽt, Aliqñ pręcidere eſt excidere ſeu ſimpliciter cedere. Hi in Exo. Pręcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorũ. Poſtea ſequit̃. Excidit ergo duas tabulas lapideas quales ãtea fuerãt Idẽ li. ij. reg. Et pręcidit veſtes eorũ medias vſq; ad nates. Et pręcidere dicit̃ de re obſcœna, hoc eſt marẽ intra podicẽ coeundo labefactare, quẽadmodum pædicare eſt puerũ inter femora fœdare. Mart. Pręcidi gaudes pręciſus Nęuole ploras.

♁ Pręcidi os dicitur cum bene pulſatur. Sene. li. natura. iiij. Qui me vſque ad mendacia hæc leuiora in quib⁹ os præcidi non oculi erui ſolent credulum præſto.

¶ Pręciſ⁹ dicitur pars carnis viſcerum hoc eſt circa qd̃ viſcera inuoluta ſunt, ꝙ oras circunciſas habeat. Lucil. Illi præciſo atque epulis capiuntur opimis, Nam omaſum dicitur inteſtinum pingue.

¶ Pręcipuus a, um, a præcipio pro ante capio, quod añ capitur quaſi ante oĩa, ſiue præuẽtis omnibus. Hinc aduerbiũ præcipue qd̃ eſt ante alia. Non autẽ ſpecialiter vt multi indocte interpræctãtur ſicut in pręſertim. Cic. Curioni. Non mihi tam mea ſalus chara fuit in qua præcipue ſum ab illo adiutus quam pietas erit in referenda gratia iucunda, id eſt ante alios.

¶ Præcello is, vide in dictione Cællo.

¶ Prœcino is, pen. cor. pręcinui præcentum, ante cano prædico pręduuino.

¶ Pręcentio modulatio illa vocum q̃ ante initium cantus fieri ſolet quaſi preludium. Gel. Tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant ea p̃centione trãquilla ad quãdam militaris muſicę diſciplinam vis & impetus militum ne ſparſi diſpalatiq; proruerẽt, cohibebatur qua ꝓpter & exordiũ ſiue initiũ, ſiue principiũ, ſiue ꝓloquiũ, ſiue antiloquiũ quidã pręludiũ alij precentionem vocauere, ad ſimilitudinẽ gręcorũ qui id ꝓœmium nominant, propterea ꝙ οἴμη cantus eſt.

¶ Pręcentor qui canendo pręcedit, ſicut preſultor qui ſaltantium choream ducit.

¶ Pręcipio præ & capio ſignificat añ capio p̃uenio pręoccupo. Verg. Cogite oues pueri ſi lac p̃ceperit ęſt⁹. Vt nuꝑ fruſtra p̃ſſabim⁹ vbera palmis. Cicero lib. ij. offi. p̃cipiã oratiõe benigna multitudinis aĩos ad beniuolentiã alliciant, milites blando ſermone deliniant. Item p̃cipere eſt ante videre. Vergi. Oĩa p̃cepi atq; animo mecum ante peregi. Itẽ pręcipere iubere. Et ꝑtinet ad eos q̃ curam aliorũ gerũt & qui alijs p̃ſunt. Hic pręcepta pro iuſſis. Sal. in Iug. Micypſa pater me⁹ mihi pręcepit. Itẽ p̃cipere monere. ĩſtruere. Vñ pręceptores, artiũ magiſtri quorum placita pręcepta & pręceptiones dicuntur.

¶ Pręcepto as, frequẽtatiuũ ſignificat ſępe pręcipio.

¶ Præceptũ & nomẽ, & participiũ eſſe poteſt. Nomen ponitur pro iuſſione. Vñ decẽ legis pręcepta, & aliquã do ꝓ diſciplina, ſiue documẽto & q̃ſi regula quadã bene viuendi, vt cũ præcipitur quid vir vxori, quid vxor viro debeat, aut pro documẽto tradito aliquã artem percipiendã, participiũ modo ſignificat ãte captũ. Liui. libro primo. Tempore illi pręcepto. Cic. li. iii. tuſ. Hęc cogitã tem fore beatum pręſertim ſi & ante pręceptis bonis cõtentus eſſet nec mortẽ, nec deos expaueſcere, id eſt pręguſtatis & ante captis, modo iuſſum, vt præceptum eſt tibi ne diſcedas.

✤ Præclamo anteclamo. Vnde pręclamito, ex quo pręclamitatores dicebantur qui flaminem Dialẽ hoc eſt ſacerdotem Iouis antecedebant, clamentes vt homines ab operibus abſtinerent, quia ei opus facientem videre irreligioſum videbatur. Cc.

¶ Pręcones a precinendo dicti ſunt q̃ſi pręcanes qd̃ ante canent & annunciant qd̃ eſt faciendum, vel vt inquit Priſ. a p̃. i. valde canendo. Sunt enim qui iuſſu magiſtratus publice aliquid ore denunciant, qui auctionem faciebant & qui audientiam in theatris indicebant, Vergi. li. v. Victorem Aeneas pręconis voce Cloanthum Declarat. Et pręcones laudum noſtrarum qui res a nobis geſtas laudando diuulgant, hos quoq; Curiones vocatos legimus.

¶ Præconiũ ipſa præconis vox. Sue. de Nerone. Et p̃conio vbique cõtẽdit. ſed qñ a præcone res geſtæ etiã pronũciari ſolent, ideo qñq; pro laude, fama & gloria ſumitur a genealogia virtutis corporis & fortune. Vñ Iſocrates de laudibus Buſiridis, περὶ μὲν ὅσην τῆς βουσίριδος εὐγενείας τίς οὐκ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως εἰπεῖν. i. de Bruſiridis nobilitate quis non poſſet facile dicere.

¶ Pręconius, a, um, a ntepe. produ. quod eſt præconis vt ſub voce pręconia.

¶ Pręcognitus ante cognitus. quamuis raro pręcognoſco reperiatur. Plãcus. Quod ſi latro pręcognito noſtro aduẽtu rurſus in Italiam ſe recipere cœperit.

¶ Pręcordia mẽbranę que exta ſeparant ab inferiore viſcerum parte dicta quia cordi prætenduntur, vt Pli. li. xi. ſcribit, & a gręcis phrenes dñr. Itẽ q̃ gręci Hypocõdria dicũt a poetis & medicis latinis p̃cordia appelãt̃ Celſ⁹, periculoſũ eſt etiã poſt aquatũ morbũ febrẽ oriri vtiq; ſi p̃cordia in dextera ꝑte dura manſerit. Et p̃cordia vno nomine exta in homine vocantur.

¶ Præcox, cis pe. cor. generis oĩs, qd̃ & p̃coquus, a, ũ, Mart. Vilia maternis fueramus p̃coqua ramis. Nunc in adoptiuis ꝑſica cara ſumus. Dicitur aũt p̃cox fruct⁹ qui p̃ter morẽ cęterorum coctus & matur⁹ fact⁹ eſt, vt pręe

coqua vua. Pręcox ficus pręcocia poma quę ante ſolitũ tempus matureſcunt. Plin. Perſica ęſtate pręcocia intra xxx. annos reperta & primo denarijs ſingula vęnũdata. Ita dicimꝰ ſerotinas vuas quæ poſt conſuetũ tempꝰ tarde matureſcunt. Per tranſlationem quoq; pręcox ingeniũ dicitur qđ nimis cito maturitatẽ cõſecutũ, nimiſque cito videtur adoleuiſſe. Quint. Illud ingeniorũ velut pręcox genus nõ temere vnquã peruenit ad frugẽ.
❧ Dicitur & pręcoquus. Cc.

¶ Præcoquo, is, pen. cor. ante coquo ſeu maturo. Colu. li. vj. Vuę commodius inſolatę pręcoquũtur, hoc eſt ante tempus aliorum fructuum maturantur.

¶ Præciæ vuæ, quaſi præcociæ dictæ ſunt quæ cito matureſcunt.

❦ Pręclauum pars veſtis erat, quę ante clauum texebat̃ Afra. Totum diem pręclauum vnum texere.

¶ Præda a pariendo (vt inquit Var.) quaſi parida quod manu parta ſit. Et eſt vt Gel. li. xiij. inquit proprie corpora ipſa rerũ quæ capta ſunt. Manubiæ vero pecunia ex vẽditione prædę redacta.

¶ Prędaceus, a, um, qđ ex pręda eſt. Gel. libro. iiij. Aegre paſſus ꝙ cui ſalus imperij ac reipu. accepta ferri deberet ratione pecuniæ prędaceę poſceretur.

¶ Prædatiuus, a, um, idẽ qđ prædaceus. Gel. Ex manubijs, id eſt ex pecunia prædatiua.

¶ Prędor, aris, a p̃da fieri Var. docet. Et habet vtrãq; ſignificationẽ. Hie. in Eſaya. Veh q p̃daris nõne ipſe p̃daberis? Grego. Dep̃dari deſiderant q theſaurũ publice in via portant. Legitur & prædo, as. Hier. in li. Iudith. Prędauit quoq; omnes filios tharſis. i. depopulatus eſt.

¶ Prædator populator, Ioui vero prædatori templum fuiſſe legimus, non quod prędę pręeſſet, ſed quod ei aliquid ex præda in partem prędæ debebatur. Nam mos Romanorum fuit vt bella geſturi de parte prædæ aliqđ numinibus pollicerentur.

¶ Prędo, donis, qui prędatur, cuius diminutiuum prædonulus a Catone vſurpatur, prędones ſunt qui populandam alienam inuadunt prouinciam.

¶ Prędiũ a præda, eo ꝙ capti ab hoſtibꝰ agri militibus diſtribuebãt̃. Vel dr̃ a pręſtãdo (vt inquit Varro) ſicut p̃des. Alij a prius ſeu valde dando. Eſt autẽ prædiũ ruſticum & vrbanum. Vnde anteurbana prædia vocabantur q̃ erãt ꝓpinqua. Ager locus in rure quem colimus. Arũũ ea pars agri q̃ ſemẽti dat̃. Fundꝰ etiã pars agri eſt. Singula enim prata ſingulę vineæ, ſinguli horti, ſingula olíueta, pomaria, paſcua, ſalicta, nemora, venatoria, piſcatoria loca ſiue villã atq; ędificiũ, ſiue piſcinã, ſiue viuaria habeãt ſiue nõ habeãt, ſinguli fundi ſunt. Et hoc in agro dũtaxat. Nã i vrbe, oppido, vico, caſtello, qcqd tale eſt, p̃diũ vocat̃. Eſt itaq; fũdꝰ ruſtica poſſeſſio, p̃diũ & vrbana & ruſtica, poſſeſſio gñale nomẽ eſt. Nã & tabernę & hoſpitia & horrea in vrbe poſſeſſiões dicũtur. Et ſimpliciter omnia bona immobilia. dr̃ poſſeſſio etiã nõ ipſa proprietas, ſed vſus & actio poſſidendi.

¶ Prędiolum paruum prędium. Ci. M. Cęlio. Sed mea prędiola tibi nota ſunt, ĩ his mihi neceſſe eſt eſſe ne amicis moleſtus ſim.

❦ Prædiatus, prædijs munitus. Apul. lib. Flo. ipſe bene veſtitus bene prędiatus.

¶ Prædiatorius, a, um, quod ad prædium pertinet, vt lex prędiatoria. Cic. pro Cor. balbo. Etenim ſi Quinti. ſcęuola ille augur cũ de iure prędiatorio conſuleret̃ homo iuris peritiſſimus conſultores ſuos nonnunq̃ ad Turium & Caſelium prędiatores reijciebat.

¶ Prędiatores dicũt̃ periti iuris ad prędia pertinentis.

¶ Prędeſtino, as, pen. cor. ex prę & deſtino. Vide in dictione Deſtino.

¶ Prędenſus valde denſus. Pli. lib. viij. Culter vocatur, prædenſam priuſquã proſcindatur terram ſecans.

¶ Prędiſco an̄ intelligo. Ver. lib. Geor. p̃diſcere vẽtos

¶ Prędico, as, pe. cor. aperte ſeu publice dico, celebro, diuulgo, laudo. Cicero Luceio. Ignoſces mihi de meipſo aliquid prædicanti. Sal. Ipſum Craſſum ego poſtea p̃dicantem audiui tantam illam contumeliam ſibi a Cicerone impoſitam. Inde prædicatio, dictio, celebritas, & apud Logicos decẽ p̃dicamẽta q̃ de omibꝰ prędicãtur. Et prędicatum quod grãmatici appoſitum vocant quod prædicatur. i. dicitur de ſubiecto. Et prędicator. i. laudator & cuiuſcunq; rei diuulgator.

¶ Prædico, is, pe. ꝓ. ante ſiue prius dico. Terẽ. in An. Sed dico tibi ne temere facias, neq; tu hoc dicas tibi nõ prędictũ. Inde prędictio qđ p̃dicit̃ ſiue p̃nũciat̃ vel præ diuinat̃. Cic. lib. j. de diui. Ex quo ſępe genere hariolorũ etiã & Vatũ furibundas prædictiões vt octauiano bello Cornelij Culeoli audiendas putauerunt.

¶ Prędítus, a, um. pen. cor. non dicitur ornatus ſed quaſi affectus, participium ſine verbo puto quaſi a prædo, is, ex præ & do. Et accipitur tam in malam q̃ in bonam partem, vt prędítus ſum honore, prędítus ſum damno. Cicero pro Rabi. ſenectute affectus, morbo prędítus. Et pro Murę. Idem ſqualore ſordibus confectꝰ morbo lachrimis ac mœrore prędítus.

¶ Pręduro, as, pen. pro. præter morem duro. Colu. lib. iiij. de re ruſti. Verum eſt in opere difficilior ꝙ neq; humẽtem fodere poſſis, ꝙ ſit glutinoſiſſima, nec nimiũ ſicca quia nimium pręduratur.

¶ Pręeo, is, ante eo. Amb. huic verbo datiuũ dũxit lib. de offic. Alterum (inquit) cũ in clero reperiſſem iubere me ne vnq̃ pręiret mihi quia velut quodã inſolentis inceſſus verbere oculos feriret meos.

¶ Pręfacio, is, ex pręę & facio ſumit̃ ſicut præfero, vt ſi dicã p̃ me facio, ſicut prę me fero. Quint. li. viij. Sit igit̃ cura elocutiõis quã maxima dũ ſciamꝰ, tamẽ nihil verborũ cauſa eſſe faciẽdũ cũ verba ipſa rerũ gratia ſint reperta, quorũ ea ſint maxime ꝓbabilia q̃ ſenſum animi noſtri optime promunt, atq; in animis iudicũ qđ volumꝰ efficiũt, ea debẽt præfacere ſine dubio & admirabilem non ſic quo modo prodigia miramur, & iucundã orationẽ nõ deformi volũtate, ſed cũ laude ad dignitatem coniuncta Qđ mirũ videt̃ vt ſub vna pręepoſitione duo verba diſſimili voce diſſimiliq; ſignificatione eſſent prolata.

¶ Pręfatio, onis, a pręfatus deducitur, & ſignificat id qđ pręloquimur antequã ad rẽ veniamꝰ. Hiero. in pręfatione pſalmo. Vñ cõſueta] pręfatione commoneo tã vos, qbꝰ labor iſte forte deſudat q̃ eos q iſta habere voluerũt, vt q̃ diligẽter emẽdaui, cũ cura & diligẽtia tranſcribatur Huiꝰ diminutiuũ eſt, pręfatiũcula. Hier. Ideo in græco & hębręo pręfatiuncula vtraq; pręmiſſa eſt.

¶ Pręfari ante fari. Col. Quas ordine ſuo tunc demum pſequar cũ pręfatꝰ fuero q̃ reor ad vniuerſam diſciplinã maxime pertinere poſſe. Hinc pręfatus, ta, tum.

♣ Pręfanda dicũt̃ turpia ꝙ. ſ. ea pręfari oporteat Solemus eñ in pręfando his verbis vti, ſi licet dicere, ſi cõmemorare fas eſt, quod dictu quoq; fœdũ eſt, honore dico, honor ſit auribus veſtris & alia huiuiuſmodi. Cc.

¶ Pręfero pe. cor. ante fero p̃pono. Pli. ꝙ hominẽ rudẽ atq; ignarũ ſibi pręferret. Itẽ pręnũcio ſeu oſtendo Liuius. Vultꝰ tuꝰ neſcio qđ ingẽs malum præfert.

¶ Pręfericulum a pręfero vas ęneũ ſine anſa patens veluti peluis quod pręferre in ſacrificijs ſolebant.

¶ Pręficio is, pe. cor. ex præ & facio ſignificat p̃pono, vñ p̃fecti dñr q alicui rei agẽdę p̃poſiti ſunt. Et p̃fecti vrbiũ quos Gręci Latiniq; lĩgua Perſica Satrapas vocãt magiſtratuſq; eorũ pręfectura dr̃. Plautꝰ in Amphi. Qui pręfectꝰ eſt Thebanis legionibꝰ, Idẽ in Caſ. Qui turies in pręfectura tua. Eſt eñ p̃fectura vrbis, p̃fectura militaris, & p̃fectura rei pficiẽdę. Aegyptꝰ diuidit̃ in p̃fecturas, oppidorũ quas Nomos vocant Thracia diuiſa ẽ in Stratageas quinquaginta, ita eñ vocãt pręfecturas. Militaris pręfectura qua quis legioni vel exercitui pręficitur. ſic etiam dicuntur pręfecti fabrorum.



¶ Præfectus p̃torij talis apud Cęſares erat, q̃lis oli apđ reges tribunus celerũ, & apud dictatores magiſter equitum Gerebat enim ſecundas partes poſt Cęſarem, præeratq; diſciplinę publicę emendãdę,

¶ Pręfica pen. cor. mulier in funere conducta ad lamentabilem cantum, quę dat cęteris modum plãgendi quaſi in hoc ipſum pręfecta. Næuius. Hæc quidem mehercle pręfica ſi mortuum laudat.

¶ Pręfeſtino añ tẽpꝰ feſtino. Col. lib. xij. Satis erit ꝑ dimidios menſes exequi quodq; negociũ, quia neq; p̃feſtinatũ opꝰ nimiũ immature videri poſſit ante. xv. dies factum. nec rurſus poſt totidem nimium tarde.

¶ Pręfigo is, pe. pro. pręcludo. Verg. lib. iij. Geor. Multi iam excretos prohibent a matribus hœdos. Pꝛimaq; ferratis pręfigunt ora capiſtris

¶ Pręfiguro as, pen. prod. p̃monſtro rep̃ſento. Lact. ii. vj. Inflãmauit libidinẽ q̃ aſpectu maxime incitatur ac ſe quiſq; in illis imaginibus p̃figurat. Et pręfigurare eſt in figura p̃nũciare ſiue p̃ſignare. Hiero. Duodecim ꝓphetę in vnius voluminis anguſtias coactari multo aliud q̃ ſonant in litera pręfigurant.

¶ Pręfinio is, pe. prod. prius ſtatuo ſiue ante determino aut determinate tracto & aſſigno. Cic. Mario. Sed co vidiſti multũ ꝙ p̃finiſti ne pluris emerem. Idem ꝓ Roſci. Quę dies in lege pręfinita eſt. Plau. Haud licebat loqui niſi pręfinito. i. niſi aſſignato tempore.

¶ Pręfloro as, ante flores facio. Gel. Et futuri gaudij fructum ſpes tibi iam pręflorauerit.

¶ Pręfluo ante fluo, a quo pręfluxus & pręfluuium pro fluore alicuius rei ante acto.

¶ Pręfoco as, pe. pro. ſignificat ſpiritum faucibus claudo, Ouid in ibin. præfocẽt animę gnoſſa mella viã. Hĩc p̃focatio vuluę fit cũ vulua reſiliendo afficit vitalia hoc eſt cor cerebrumq;.

¶ Pręfrigidus valde frigidus. Plin. lib. xvij. Septentrionaliq; & pręfrigido ſitu.

¶ Pręfringo prius frango. Colu. lib. ij. Et præfractas ſtirpes ſummaſq; radices quibus ager arbuſto conſitus implicatur omnis refodiat ac perſequatur.

❦ Pręfractum durum & inflexibile dicitur, vnde & ꝓ obſtinato ſumitur. Cic. lib. iij. Offi. Ego etiam cum Catone meo diſſenſu nimis pręfractæ videbatur ærarium vectigaliaque defendere.

¶ Pręfulgeo pręter modum fulgeo. Cic. li. iij. ad Hęren. Tum nec nimis illuſtres, nec vehemẽter obſcuros locos habere oportet, nec aut obcęcentur tenebris imagines, aut ſplendore pręfulgeant. Interdum antefulgeo. Hier. in prologo Iob Rogo vbicunq; pręcedentes virgulas videritis, ſciatiꝰ eą q̃ ſubiecta ſunt in Hebraicis voluminibus non haberi. Porro vbi ſtellæ imago præfulſerit, ex Hæbreo in noſtro ſermone addita.

¶ Pręfurnium os patens furni.

¶ Pręgelidus qui multum aut nimis frigidus eſt. Colu. lib. ij. Ea locis pręgelidis ac niuoſis vbi ęſtas humida & ſine vaporibus recte committitur.

¶ Prægeſtio valde geſtio. Cic. pro. M. Cælio. Pręgeſtit animus iam videre primum lautos iuuenes mulieris beatę ac nobilis familiares. i. valde cupit.

¶ Pręgrandis valde grandis. Ci. Erat vas vinarium ex vna gemma pręgrandi trulla excauata manubrio aureo.

¶ Pręgrauo as. pe. cor. ſupra modum grauo. Aug. li. viij cõ. Aegritudo animi eſt quia non totus aſſurgit veritate ſubleuatus conſuetudine pręgrauatus.

¶ Pręgnans quaſi ante gnatum, vel ante genitricẽ. Eſt eñ præ ante & proprie pręgnans dicitur quę iam occupata eſt in generando quod conceperit.

¶ Pręhendo & prændo is, di, ſum. Plaut. in Amp. Mi vir & manum pręhendi & oſculum detuli tibi. Luca. Manus q̃ prænderat hęſit. Huius compoſita ſunt appręhẽdo quod eſt valde ſeu perfecte pręhendo. Compręhẽdo Col, lib. vij. Cum deinde buculos compręhenderis perduc extra ſtabulum. Quod etiam ad mentem tranſfertur pro percipio ſiue intelligo. Lactan. lib. iij, Non immerito ſummum bonum non compręhenderunt. Depręhendo & Repręhendo. Vide locis ſuis.

¶ Pręhenſo as, frequenter pręhendo. Liui. lib. iiij. Miſſo ſenatu pręhenſantur a principibus tribuni ſuadendo monendo pollicendoq;.

¶ Pręiacio ante iacio. Col. lib. ix. Mox pręiaciuntur in gyrũ moles ita vt cõplectantur ſinu ſuo & tñ excedant ſtagni. Pręiudico ante iudico. Hiero. cõtra Ioui. Neque dei poſſumus ſcire iudicia & ex noſtro arbitrio illius ſententię pręiudicare. Aliqñ p̃iudicare eſt nocere. Idẽ contra Vigil. Paucorũ culpa nõ p̃iudicat religioni. Pręiudiciũ vt inquit Aſco. dr̃ res q̃ cum ſtatuta fuerit affert̃ iudicaturis exemplũ quod ſequantur. Iudiciũ aũt res q̃ cauſã litemq; determinat. Quin. Pręiudicia ſunt a rebus iudicatis q̃ pares fuerunt, aut ex iudicijs ad ipſam cauſam ptinentibus, aut ab eiuſdẽ cauſæ ꝓnunciatione, pręiudiciũ ergo ꝙ in eadem cauſa vel ſimili prius eſt latũ Vlpi. Interdũ euenit vt pręiudiciũ iudicio publice fiat Laurẽtius Valla. Pręiudiciũ quaſi ſententia quędam ante iudiciũ, ſicut ſi eſſent duo de officio aliquo contendentes, cũ lis in longũ ꝓcedit, magiſtratus iubet interea dum ſententiam ferat alterũ officio fungi quaſi iudicans iam nũc ſe pro ea parte ſentire penes quem eſſe vult rem de qua litigatur. Et hoc pręiudicium dicitur quod poſſidentem adiuuat & obeſt excluſo.

❧ Præiuro, ante alios iuro, a quo pręiurator pręiuratrix & præiuratio, quam ij facere dicuntur, qui ante alios cõceptis verbis iurant. Cc.

¶ Prælicenter nimis licenter. Gellius. Quam verba finxit prælicenter.

¶ Præloquor pen. cor. ante ſiue prius loquor. Lact. lib. iiij. Daniel. quoq; ſimilia prælocutus eſt.

¶ Pręlum a præ & luo componitur eo quod ex humore fluenti præluatur. i. madefiat. Sunt enim pręla propria trabes in torculari quibus vua calcata premitur. Torcular tota ſtructura lacus qui muſtum continet, quamuis ſępe ponatur pro ipſo torculari. Hie. in prolo, Salomonis Neq; ſic noua cudimus vt vetera deſtruamus. Et tamen qui diligentiſſime legerit, ſciat magis noſtra ſcripta ĩtelligi quæ non in tertium vas tranſfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimę commendata teſtę ſuum ſaporẽ ſeruauerint.

¶ Pręliũ a p̃lo quidã deducũt, quia ſicut in p̃lo humor vuarũ, ita in p̃lio ſanguis hoĩs fluat, Quidã a p̃mendo ꝙ dimicando ſe inuicẽ hoſtes premant. Et eſt cõflictꝰ quĩ fit in bello. Ver. autẽ honeſte p̃lium pro coitu poſuit cũ de equo ętate confecto loquitur. Si qñ ad p̃lia ventũ eſt. Nam & coitu dimicatio quędam eſſe videtur.

¶ Præliaris & hoc pręliare quod ad pręliũ pertinet. Vñ p̃liares dies quibus fas eſt hoſtẽ bello laceſſere, vel ablata repetere, ſed eligere ad pugnãdũ diẽ tunc Romanis licebat cum ipſi bellum inferrent. Alioqui cum exciperent nullus obſtabat dies quo minus vel ſalutem ſuã, vel publicam defenderent dignitatem.

¶ Pręlior aris, dimico. Cęſar li. v. Equeſtribꝰ p̃lijs ſæpe exequis deſiliũt. ac pedibꝰ p̃liant̃, equoſq; eodẽ remanere veſtigio aſſuefecerunt. Dicimꝰ etiã ego pręlior p̃lium Hiero, lib. j. ℞. Quia pręlia domini tu pręliaris.

¶ Pręliganeũ vinũ apud Catonem a pręligando dicit̃.

¶ Pręludo ante ludo. Ver. lib. iij. Geor. Et ſparſa ad pręędam præludit harena.

❧ Præludium dicitur illa modulatio vocum quę añ initium cantus fieri ſolet, quę & præcentio dicitur. Cc.

¶ Pręluo is, ante purgo ſiue ante fluo.

¶ Pręlumbo as, lumbos pręfringo. Nęuius. Cœpit vnũquemq; prælumbare fuſtibus.

¶ Pręmando as, añ ſiue prius mando. Vatiniꝰ Ci. Dicit̃ mihi tuus ſeruus Anagnoſtes fugitiuꝰ Naidacis eſſe de quo tu mihi nihil mandaſti, ego tñ terra marique vt cõ

quireretur præmandaui.

¶Pręmaturus a,um,ſimile ac diſſimile eſt huic nomini pręcox. Eſt enĩ pręmaturus antequam ſit maturus, collectus, vt poma pręmatura.i.nondum matura. Et ꝑ trãſlationem pręmatura ętas, præmatura legatio, præmatura elocutio, hoc eſt immatura, q̃quam maturũ ipſum in frugibus proprie dicatur.

¶Pręmeditor prius meditor. Cic.lib.ij.ad Hęrẽ. Si reꝰ nihil horum fecerit accuſator dicetur eum vſq; p̃meditatum fuiſſe quid ſibi eſſet vſui venturum.

¶Præmercor prius emo. Plau.in epi. Aedepol ne iſtã tempore gnato tuo ſumus præmercati.

¶Pręmetiũ, a p̃meto verbo ꝙ ſignificat ãte ſeu priꝰ meto ſeco vel præcido quod pręlibationis cauſa præmetit erat enim quod de ſpicis quas primo metendo collegiſſent Cereri ſacrificabant.

¶Pręmitto ante mitto. Plau.in Am. Me a porta p̃miſit domum, vt hęc annunciem vxori ſuę.

¶Pręmiũ eſt ꝙ in ludis proponitur dãdũ ei qui fortiter fecerit, vel qui in aliquo certamine victor euaſerit. Differtq; a pretio, ꝙ pręmium ſolũ ꝓ recte factis datur pretium vero etiam ꝓ male factis. Salu. Vicit tamen in ſenatu pars illa, qui vero pretiũ aut gratiã anteferebant. Liuius. Si malos imitabor, tum pretiũ ꝓ noxa dabis, ꝓprie tñ pretium eſt quod datur ꝓ re empta. Terenti. pretiũ ſperans illico ꝓduxit ac vęndidit. Sunt qui præmiũ dicant quaſi pręuiũ, quia primo ꝓponit q̃d dãdũ eſt victori deinde certatur. Aliqñ pręmium pro pecunia ponit. Nęuius. Sine pręmio ſum. Marſupium reliqui domum Hinc pręmioſus pro pecunioſo. Actius. Diuitẽ ac præmioſum auum. pręmiator pręda. Nęuius. In ſcęna vos nocturnos cœpit pręmiatores tollere.

¶Pręmodum, prima ſyllaba acuta ſignificat ſupra modum Gel. parentes inquit pręmodum.

¶Pręmoderor antemoderor. Gel. Cretẽſes quoq; pręlia ingredi ſolitos pręcinente ac pręmoderante cithara greſſibus.

¶Pręmonſtro antemonſtro. Hie. Nemo apprehendet illud niſi ego pręmonſtrauero.

¶Pręmoneo es, pen.cor.ante moneo, Col. lib.j. Ideo pręmoneo ne villicum ex eo genere ſeruorum qui corpore placuerunt inſtituamus.

☧Pręmanibus, in promptu, & ad manum. Gel. Quod præmanibus eſt ponemus. Apul. Et ęs, ſi forte pręmanu non fuerit nemo eum expirare patietur.

¶Pręmordeo es, Gel. Plautꝰ ĩ Tri. neq; pręmordiſſe dixit, ſed p̃morſiſſe. Ni fugiſſẽ ĩqt mediũ credo p̃morſiſſet

¶Pręmorior quaſi ante tẽpꝰ morior. Hiero. ad Marcellam. Et cũ quotidie ſcd̃m corpus loquor præmorior in cęteris, nõ nos perpetuos ęſtimemus vt poſſimus eſſe perpetui. Idem ad Euſto. ꝓ ſimplici poſuit. Infrigido corpore & ante hominem ſuum iam carne pręmortua ſola libidinum incendia bulliebant.

¶Præmunio is, penul.ꝓ. prius munio aut prius induo Cic.ꝓ Cælio. Quamobrem illa quę ex accuſatorum oratione p̃muniri iam & fingi intelligebant fractus veſtra prudentia non pertimeſco.

¶Pręnarro ante narro. Teren.in Eun. Recte ſane interrogaſti, oportuit rem pręnaraſſe me.

¶Pręneſte gñis neu. Et hęc Pręneſtis nomẽ vrbis ĩ Latio, ꝙ locus in quo ſita eſt mõtibꝰ p̃ſtet. Et ſic cũ diph. ſcribit. Serui. ἀπὸ ἀπρίνα hoc eſt ab illice q̃ ibi abundat deducit. Soli a Pręneſte Vlyſſis nepote & latini regis filio. Olim Polyſtephanos dicta.i.multarũ coronarũ. Lege Plutarchũ. Quidã a Cęculo Vulcani filio conditũ ferunt ſup aretino mõte. Verg. lib.vj. Nec pręneſtine fũdator defuit vrbis. Vulcano genitũ pecora ĩter agreſtia regẽ Inuentũq; focis omnis quẽ credidit ætas Cæculus Et illud. Cũ primam aciem p̃neſtę ſub ſtraui. In hac fuit fortunæ templum illuſtre vnde certa edebantur oracula Syri. Socriſq; dicatum Fortunæ pręneſte iugis.

¶Pręnomen. Vide in dictione Nomen.

¶Pręnoto as, penu.cor.ex pręe & noto, ante noto, ĩſcribo Noto vero frequẽtatiuũ eſt a noſco. Hiero.in ꝓlogo lib. Reg. hoc verbũ difficile ꝑ facile declarauit cum ait. Quintus eſt canticum canticorum quem titulo Siraſſirim p̃notant. Sextus eſt Daniel. Septimꝰ Debreiamin.i. verba dierum. quod ſignificantius Chronicon totius diuinę hiſtoriæ poſſumus appellare. Qui liber apud nos paralipomenon ſcribitur.

¶Pręnuncio ante nuncio. Terent.in Phormi. Abi ac p̃nuncia hanc venturam.

¶Pręoccupo as, pen.cor.ex pręe & ob & capio. Vide in dictione Occupo.

✣ præoccupatio vide Occupatio Cc.

✣ Prępeſinthus inſula vna ex Cycladibus. Cc.

¶Pręopto ante ſiue prius opto. Teren. Adeon peruicaci es animo vt puerum præoptares perire.

¶Preparo pe.cor.ante paro, q̃ mihi vtilia fore credo. Cice.lib.iij.offi. Facile totius vitę curſum videt, ad eamque degendam pręparat res neceſſarias.

¶Prępedio is, pe.cor.ex pręe & pedio, ſignificat prius pedibus deuincio, ꝑ tranſlationem vero quaſi pedibus vehemẽter obligo. Hiero.ad Helio. Neq; vero ſcio quare nunc dicas cõpede pediri. Plau.in caſ. Timor præpedit dicta linguæ.i.valde impedit.

¶Præpedimentum antepedimentum, Plau. Non fallacię præpedimentum obijciatur.

¶Præpeto xis, añ vel prius peto.i.vado habet pe cor. Feſtus p̃petere dicebant pro anteire, hinc pręperes.

¶Præpes etis, gñis omnis idẽ ꝙ velox. Verg. Et præpetis omnia pẽnę. Volunt plærique hoc nomẽ ſignificare velocitatẽ in altũ volantis. Dicebant & p̃petes ab auguribus aues quę opportune pręuolabant, aut idoneas ſedes capiebant, vt inquit Hygin. Alij volunt eſſe q̃ ingẽtibus & patulis & porrectis alis volitant.

¶Prępilatæ haſtæ ſunt quę ferreas habẽt cuſpides quaſi pręferratæ, præpilatum etiam dicitur vbi non eſt ferrum ſi modo in mucronem acutum ſit, vt cornua locuſtarum quibus natant.

¶Pręp inguis valde pinguis. Col.lib.iiij. Itaq; nõ ẽ vineis apta, vix etiã arbuſto niſi p̃pingui & viuida terra.

¶Pręp ono antepono ꝑ electionẽ. Lact.lib.vj. Quiſquis aũt p̃ſentia bona p̃poſuerit iuſtitiæ, hinc p̃poſiti qui rebus aliquibus p̃fecti ſunt. Interdum p̃ponere eſt priꝰ ponere tempore p̃cepto. Salu.in Iug. Vbicunq; res poſtulabat pręſidium eſt præpoſitum.

¶Prępoſterus a,um, pen.cor. Vide in dictione Poſterꝰ

¶Pręproperus a,um, valde ſeu nimis celer. Cicer. Treba. Sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam feſtinationem tuam.

¶Pręp ondero magis pondero, q translationẽ vero pręp õderare ſignifi. pluris eſſe ſiue pluris æſtimari debere. Gel. Nã cũ in rebꝰ aut paribꝰ aut nõ lõge ſecus vtilitas amici & honeſtas nr̃a cõſiſtit, honeſtas ꝓcul dubio p̃põderat. Amb.ad Simplici. Pręp õderãt futuris p̃ſentia, & violentia moderatis, & plura paucioribus, & iucunda ſerijs, & aſperis mollia, & triſtibus læta, & illecebroſa rigidioribus, & præpropera tardioribus.

¶Pręputium, pellis p̃ glandẽ hoc eſt ſummã colis ptẽ tegit, dictũ ꝙ mẽbris putentibus p̃ęmineat. Vel a præputando. Nã illã Iudæi p̃putant, q̃ quia retinebant gentiles præputiũ dicebãtur quaſi p̃putiati, hoc nomine improperabant eis Iudæi non eos ſimpliciter immundos ſed ipſam immundiciam vocantes.

¶Pręripio is. pe.cor. añ capio p̃occupo. Plau. ĩ caſ. Huc veniſti ſpõſam p̃reptũ meã? Hic pręe ad temporis & perſonę anteceſſionẽ referri poteſt. Aliqñ temporis Cic.li. offi. Facile cęlare, tacere, diſſimulare, inſidiari, p̃ripere, hoſtiũ cõſilia.i.pręoccupare ſiue pręnoſcere aut pręuenire. Pli. Iunior lib.de viris illuſtribus. Immatura morte p̃reptus non potuit præſtare qualem promiſerat regem



Aliqñ dignitatis nõ tẽporis anteceſſionẽ denotat. Cic. pro gallo. Demoſthenes tibi pręripuit ne eſſes primus orator.

¶Prærodo pe.pro. vehementer rodo. Colu.lib.iij. Nã ſi ſępius cacumina manu p̃fracta, aut a pecore p̃roſa fuerint in perpetuum corrumpuntur.

¶Pręrogo as, pe.cor.ante impendo. Hie.in quodã ſermone, Tu pręrogata cunctis virginum cateruis tu ſequeris agnum quocunq; perrexerit. Hinc prærogatiua.

¶Pręrogatiua æ, p̃ſtãtia & añ latio qua qs aut p̃fert aut p̃ferri alteri debet. Paul. Iuriſcõſul. Veteranorũ priuilegiũ inter cętera etiã in delictis habuit p̃rogatiuam vt ſuperentur a cæteris in pœnis, hoc eſt cęteris p̃ferãt. Nec ad beſtias itaq; veteranꝰ datur, nec fuſtibus cędit. Amb. in paſto. Nec p̃rogatiuã mihimet ſciẽtię ſi hæc meis cũ ſacerdotibus charitatis ĩtuitu pręrogẽ vendicabo. Dicit & p̃rogatiuũ. Ci.ꝓ Mure. Etenim ſi tanta illis comitijs religio eſt, vt adhuc ſup omne p̃ualeat p̃rogatiuũ, quid mirum in hoc fœlicitatis famam ſermonemq; valuiſſe.

¶Pręrumpo prius rumpo, prius excido. Augu. Hæc q facit pręrupto paſſionis muro violenter ad cœlorum regna conſcendit.

¶Pręruptus diſſectus auulſus. Vergi.lib.iij. Geor. Adde tot egregias vrbes operumq; laborem. Tot congeſta manu pręruptis oppida ſaxis. Col.lib.iiij. Præruptior vero collis vel in quatuor pedes vertendus.

¶Pręs dis, ſpõſor q ſe obligat, ĩterrogatuſq; a magiſtratu an pręs ſit, ille reſpõdet pręs, hoc eſt ſe p̃dẽ eſſe hoc eſt ꝓmittit ſe ſi quid incõmodi fiat penę ſatiſfacturũ a p̃ſtando dictus, quia tã debet p̃ſtare populo ꝙ promiſit q̃ is qui pro eo pręs factus eſt. Aſco. prædes dicuntur ſatiſdatores locupletes ꝓ re de qua lis eſt apud iudicẽ ne qui tenet diffidens cauſę poſſeſſionẽ deteriorẽ faciat. Differunt aũt p̃des a vadibus. Qm̃ vas appellatur qui alij vadimonium promittit, & ꝓprie datur in re capitali. Pręs vero in lite nũmaria. Auſoni. Quis ſubit in pœnã capitalis ſupplicio? Vas. Quis cum lis fuerit nummaria? quis dabitur pręs.

¶Pręſagia is. pe.pro.iui.itũ, ex præ & ſagio ſignificat ante ſentio. Proper. Vẽturã melius p̃ſagit nauita noctẽ. Cic.lib.ij.de diui. Neq; enim verbum cõſuetudo approbaſſet, ſi ea res nulla eſſet omnino, pręſagibat animꝰ fruſtra me ire cum exibam domo.

¶Sagire enĩ eſt acute ſentire, ex quo Sagiarij qui multa ſcire volunt, & Sagaces dicti canes. Is igitur qui ante ſagit q̃ oblata res eſt, dr̃ p̃ſagire.i.futura ãte ſentire. Ineſt igitur animis pręſagitio extrinſecus intecta atq; incluſa diuinitus. Inuenitur etiam pręſago as, a quo præſagatio & p̃ſagor eris pro p̃ſagio, ſeu ꝓ diuino. Plautus in Bac. plus præſagitur mali.

¶Pręſagus a, qui vel quę p̃ſagire nouit. Claudia. Heu mens p̃ſaga futuri. Sagę autem dictę ſunt anus quę multa ſciunt, pręſagium pręſenſio, diuinatio.

¶Pręſcio ante ſcio a quo p̃ſciẽtia ſciẽtia de futuris. Hic pręſciſco, pręſcius a,um, Aug.lib.v.de ciui.dei. Confiteri deum eſſe, & negare pręſcium futurorũ, apertiſſima inſania eſt. Theologi neoterici dicunt p̃ſcire eſt aliquẽ dãnandum ſcire, p̃deſtinari vero ſaluandum deputare, ſed Aug. in quodam ſermone in bonum accepit preſcirę, cũ inquit Chriſtus venire debuit videndus, occidendus, & lucrandus, eos, quos ante pręſciuit.

¶Pręſcribo añ ſiue priꝰ ſcribo. Cic. Seruio. Sic enĩ pręſcripſimꝰ ijs quibus ea negotia mãdauimꝰ. Interdũ pręſcribere ſignificat p̃notare intitulare inſcribere Hec enĩ quatuor tituli ſignificatione ſumuntur. Hiero.in ꝓlogo Salomonis. In canticis autem canticorũ ne filius Dauid nec Rex Hieruſalẽ pręſcribit. Ver. Nec phœbo gratior vlla eſt. Quã ſibi q̃ vari p̃ſcripſit pagina nomẽ. Inde pręſcriptio titulus. Idem Hiero.in prologo pſalmorũ. De ijs aũt qui ſine titulis ſunt, traditio vero talis eſt, vt cuiꝰ auctoris pręſcriptio pręceſſerit, cęteri q in titulo ſequũtur, ipſiitis eſſe credantur. Ci.li.j.offi. Ex quo fit vt ãger Arpinas Arpinatũ dicatur. Tuſculanꝰ Tuſculanorũ, ſimiliſq; priuatarũ poſſeſſionũ p̃ſcriptio, ex quo quia ſuũ cuiuſq; fit eorũ q̃ natura fuerant communia, quod cuiq; contigit id quiſq; teneat. Interdũ ſignificat p̃cipere determinare, legẽ ponere. Idẽ lib.iij.offic. Sed hoc natura pręſcribit vt homo homini quicunq; ſit ob eam ipſam cauſam ꝙ is homo ſit conſultum velit, neceſſe eſt ſecundum eam naturam omnium vtilitatem eſſe communem Lact.lib.vj. Id aũt ipſũ bñfacere quid ſit idẽ ipſo p̃ſcribit p̃ſtare auxiliũ depreſſis & laborantibus impertiri victũ nõ habentibus Var. Qm̃ pręſcriptum erat ne quis Angiportũ tranſgrederet. Secundũ hanc ſignificationẽ pręſcriptũ & p̃ſcriptio pari modo ꝓ p̃cepto vel ordine lege regula ſeu forma ſumunt. Tractum vt docet Porphyrio a magiſtris ludi qui ſcripta pueris dant pręcipiuntq; imitari. Sene.lib.iiij.epiſtolarum. Puerum ad pręſcriptum diſcunt. De pręſcriptione Cic.lib.iiij.Tuſcu. Omniũ autem perturbationum fontem eſſe dicunt intemperantiã quę eſt a tota mente, a recta ratione defectio, ſic auerſa a p̃ſcriptione rationis vt nullo modo appetitiones animi nec regi nec cõtineri queant. Interdũ pręſcribere eſt ponere. Teren.in And. Tute ipſe his rebus finem p̃ſcripſiſti, pater ꝓpe adeſt cũ alieno more viuendũ eſt mihi. Interdum pręponere. Cic.in Cato. At ſenatui quæ ſunt gerenda præſcribo, & quo modo Carthagini male iam diu cogitanti bellum inferatur, multo ante denuncio. Interdum prænunciare ſiue prædicere. Idem in Vati. At ibi idem pręſcribo ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorũ ſplendore permiſceas.

¶Pręſeco as, pe.cor. p̃ſecuti pręfectũ priꝰ ſeco. Col.li. iij. Radice in arũdinis acuta falce p̃ſectã impendẽti pluuia diſponito. Accõmodatur qñq; immolationi. Liui.li.v. Inſeritur huic loco fabula immolante rege veientium vocẽ haruſpicis dicẽtis qui eius hoſtię exta pręſecuiſſet ei victoriã dari exauditã. Sue.in Aug. Nunciata repẽte hoſtis incurſione ſemicruda exta rapta foco pręſecuit, atque ita pręlium ingreſſus victor rediit.i.partem reddidit. Mar. partem ad veſcendum reſeruauit.

¶Pręſegmina ptes corporis ĩciſæ, vel ãputationes rerũ ſupfluarũ. Vñ q̃ ex vnguibꝰ animiliũ ſcinduntur præſegmina vocantur. Plau. Cum ipſi pridem tõſor vngues dempſerat collegit, omnia abſtulit pręſegmina. Huius ſignificationis eſt Reſegmina Plin.lib.xxviij. Omnia ꝑ ſecuti ſumus vſq; ad reſegmina vnguium.

¶Præſideo des, pe.cor. differt a pręſum licet qñq; ĩdifferenter ponant ꝙ præeſſe gñaliter cuilibet etiã vili officio pręeſſe poteſt. Pręſidere maioris aut quaſi maioris auctoritatis ſemp eſt. Nec mirũ cũ a ſedeo cõponat, q̃d præſe fert quãdã dignitatẽ, vt præſes ſit quaſi index vt q̃ ſi princeps, ideo pręſidẽs & præſtãs oĩbus, vt iuſtitię ſubueniat & oppreſſis opem ferat. Cic. Quãobrem vos dij patrij penates qui huic vrbi atq; imperio pręſidetis. Sue. Pręſedit & Actiacis ludis.i.pręfuit.

¶Præſes a præſideo ſicut reſes a Reſideo, deſes a deſideo. Et is eſt q maiꝰ in ꝓuicia imperiũ habet oĩbꝰ poſt principem. Aliqñ dr̃ auxiliator & defenſor. Liuius. Dij deæq; qui capitolium incolitis, ſiccine veſtrum militem ac pręſidem ſinitis vexari ab inimicis?

¶Præſidiũ ꝓprie dr̃ præfectꝰ aliquis, cũ parte militum qui ad cuſtodiã & defenſionẽ arcis, vel perſonæ, vel oppidi pręſidet. Dictũ præſidiũ authore Varro, quia extra caſtra pręſidebant in loco aliquo quo tutior legio eſſet. Vñ ſępe legimꝰ p̃ſidiũ Hannibalis Capua Tarẽto, Rhegio pulſũ eſt. Cęſar. Eo opere facto præſidia diſponit caſtella cũmunit, quo facilius ſi ſe inuito trãſire conarent ꝓhibere poſſit. Iuriſcõſulti de re militari. Qui reliquit præſidiũ, peccatũ deſertionis incurrit. Deſertor aũt capite puniri ſolet, q̃uis nõ omnes deſertores ſimiliter puniendi ſint. Per trãſlationẽ vero omne auxiliũ, & ſalutis ꝓpugnaculũ, præſidium dicitur, quam vulgo munitio

nem dicere ſolemus. Auxiliū vero ab aduētu cū acceſſerit ei cui adiumēto ſunt alienigenæ. Subſidiū dictū a triarijs qui in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponebātur, ꝙ ſubſidebāt, ab eo ſubſidiū appellatū. Plaut. Agite, ſubſidite oēs quaſi ſolēt triarij. Inde ſubſidiū ē ad impetus hoſtiū ſuſtinendos cū ſua nō poſſint vi obſiſtere mitti dr̄. vulgo Succurſum dicimꝰ. Cęſar de geſtis in Italia. Ad eum mittit, niſi ſubſidiū ſibi ſummittat̄, ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe. Multæ tñ ſunt tranſlationes & migrationes in alienū locū, vt cū īquit Cęſar his difficultatibus duę res erant ſubſidio. ſcientia atq; vſus militū. Sed nunc de ꝓprietate loquimur. Suffragia em̄ in cōcionibus & declarandis magiſtratibus dicunt̄. Opem ferre eſt pene deſtitutos adiumēto aliquo ſubleuare, ſicut ſuppetias ire & occurrere ſuppetias, ē fere ſubſidio ire. Hircꝰ de geſtis Cęſaris ī Aphrica. Elephātiſq; turritis īter poſitis armatiſq; ſuppetias ire ꝯtēdit. Et paulopoſt. Labienꝰ cū vniuerſo equitatu fugiētibꝰ ſuppetias occurrit

¶ Pręſidiariꝰ a, um, qđ paratur vt p̄ſidio ſit. Col. li. v. Et pręſidiarij malleoli propagandi ſunt.

¶ Pręſertim aduer. ſignificat p̄cipue, hoc eſt ante alia.

¶ Pręſtes itis, idem eſt quod pręſes antiſtes. Nam antiqui ſic pręſtites dixerunt, vt nunc antiſtes.

¶ Pręſum ante alios ſum, vt hō cęteris animātibus pręeſt. i. ea ſuperat vel antecedit. Et p̄eſſe ſignificat p̄fectū eſſe, Sal. Et ꝓ cuiuſq; opibus Romę per totā vrbē vigilię hacerentur, hiſq; maiores magiſtratibus pręeſſent.

¶ Pręſens a p̄ſum fit ſicut a poſſum potēs, ab abſum abſens, & ꝓprie ſignificat qđ nūc fit, vel ſine mora. Aug. lib. xi. de ciui. dei. p̄ſentia nuncupant̄ ꝙ ita ea dicimꝰ eſſe p̄ſentibꝰ, ſicut prę oculis q̄ pręſto ſūt oculis. Ver, pręſentemq; viris intentant oīa mortē. Amb. ad Simplici. Moyſes ille quo nemo deum vidit p̄ſentior. Q ñq; p̄ſēs dr̄ non qđ nunc fit, ſed ꝙ nunc fiebat. i. tēpore illo tunc p̄ſenti. Ci. Ego incolumitati ciuiū primū & poſtea dignitati, ille p̄ſenti potius q̄ futurę dignitati conſulebat. De mortuo loquit̄. Ego nunc præſenti, ſed tunc. Sic capit̄ in p̄ſens, in pręſentia, & in pręſentiarum, q̄ ſignificant pręſenti tempore, hec eſt ꝙ vel pręſens eſt, vel fuit, vel erit. ꝓ tēpore illo p̄ſenti. Sal. Si cauſa peccandi in p̄ſens minus ſuppetebat. Hora. plęraq; differat & p̄ſens in tēpus omittat. i. in ſuū tēpus. Terent. in Phor. ꝓuiſum eſt ne in p̄ſentia hæc hic abeat Caiꝰ. Cęſar ſuos a p̄lio cōtinebat ac ſatis habebat ī p̄ſentia hoſtē rapinis prohibere Cic. lib. ij. ad Hęren. Impręſentiarū hoc interſerere nō alienū fuit vt huius inſtantiæ garrulā diſciplinam cōtēneremus. Hiero, in Leui. Septē diebus finitur cōſecratio ſicut imp̄ſentiarum factū eſt. Nā illud qđ Valla ait. li. iiij. inquit In rem pręſentem non tempus ſed locum ſignificare, vt apud Cic. lib. offi. Vt ſi conſtitueris cuipiā te in rē p̄ſentē eſſe venturū. i. ad locū de quo eſt cōtrouerſia, hoc non fit ex vocabulo præſentē, ſed ex re q̄ ꝓ loco capit̄. pręſentē vero ꝓprie q̄ pręſentatur ſiue ſita eſt in loco ipſo vt cū de finibus agrorū cōtrouerſia eſt. vt dicit̄ vulgo. Super factum ipſum iuimus. i. ſuper rem ipſā de qua eſt controuerſia. Veruntñ in rem præſentem, pro loco ita accipi debere nō puto, vt etiā de re alia q̄ de loco non poſſet intelligi, vt cum de aliqua re in iudicio contēditur, ſi quis in rem ipſam præſentem. i. cum pręſentat̄ & agitur corā iudice aduocatus alicui non venerit. Q ñq; præſens ſignificat quodāmodo præſtans & potēs quaſi p̄ſit. Et ideo p̄ſtans ſit, quia ſtatim operet̄. Præſentius p̄ſtantius, p̄ſentiſſimū p̄ſtātiſſimū. vt apud Ver. Quo nō p̄ſentius vllum. Vñ præſentiſſimum periculū, p̄ſentiſſima medicina, pręſentiſſimum remedium, pręſentiſſimū venenum. i. potens & in primis efficax. Quod etiā præſentaneū vocat̄. Plin. lib. xx. Idem podagris, cū articulorū morbis, decoctū aceto illinūt, p̄ſētaneo remedio ſuſpirioſis ꝓdeſt, p̄ſenſq; ꝙ ſtatī aut ſanat aut occidit. Q ñq; p̄ns ponit̄ ꝓ forti. Teren. in phor. Animo virili p̄ſentiq; vt ſis para. Q ñq; ꝓ ꝓpicio, qm̄ is q̄ p̄ſens eſt nobis ꝓpiciatur facile ſi inuocet. & citiꝰ q̄ is qui p̄ſens nō eſt. Ver. lib. j. Georg. Et vos agreſtū præſentia numina fauni. i. ꝓpicia quorū p̄ſentia fauor eſt inquit Ser. Teren ī phor. Nō tu hūc habeas pręſentē deū. Veteres præſente pro præſentibus dixerunt. Pompo. Qui apud forum p̄ſente teſtibus mihi vęndidit, ſicut abſente pro abſentibus.

¶ Præſentia tię. Sal. Tū M. T. cōſul ſiue p̄ſentiā eiꝰ timens ſiue ira commotus, orationē habuit luculētam atq; putilem reipub. quam poſtea ſcriptam edidit.

¶ Præſento tas, quaſi p̄ſens facio. Quint. li. xj. Fruſtra docemur, ſi quicquid audiuimus p̄terfluat, & exēplorū legē, reſpōſorū, dictorū, bñq; factorū q̄ velut quaſdā copias quibus abūdare quaſq; in prōptu ſemp habere debet orator, eadē illa vis non præſentat. Huius cōpoſitū eſt repræſento, qđ eſt ruſus præſento. & interdum ad mentem reuoco. Cic. Curioni. Dies promiſſorum adeſt quam etiam repræſentabo ſi adueneris.

¶ Præſentaneus a, um, qđ in pręſens ſubito ſit. Lactā. lib. de ira dei. Dixerā non eſſe iram dei temporalē ſicut hominis qui pręſentanea cōmotione ferueſcit. Sic præſentaneum remedium quod ſtatim ſanat, de quo ſupra.

¶ Præſepe is, pe. pro. & p̄ſepiū & pręſepes, fœ generis a pręſepio deducit̄. Plau. Præſepes mea eſt. Var. Cōtra illic laudabat̄ villa, ſi habebat culinā ruſticā bonam præſepes laxas. Pręſepe aūt ſtabulum dr̄ in quo equi, muli, & cętera animalia. continentur. Ver. Ignauum fucos pecus a pręſepibus arcent. Idem. Stabant tercentum nitidi in pręſepibus altis. Præſepe etiā qñq; lupanar dicitur. Ci. in piſo. Verum audis in præſepibus, audis in ſtupris audis in cibo & vino aut gulæ. Hora Scurra vagus non qui certum præſepe teneret. Præſepiū vero locꝰ in quo pabulum animalibus porrigitur. Apul. lib. vj. met. Præſepium meum hordeo paſſim repleri iubet, fœnūq; bactriano camelo ſufficiens apponi. Col. in ſtabulo ſint ampla p̄ſepia. Lignū vero ad quod equos capiſtris (ita em̄ ipſa lora dñr) religare ſolemus non aliter q̄ ad anſulā vl' vncinum, Vacerra nominat̄. Hiero. in ſermone de Virginis aſſumptione & p̄ſepe & præſepium. vſurpauit ꝓ loco in quo pabulum animalibus prębetur. Ad pręſepe inquit nato puero multitudinem angelorum cantantem audiſti. Et paulo poſt. Dum eiſdem magis deum pueruꝫ in pręſepio adoraſti, Pręſepia numero plurali, parua nubecula in cælo, ꝙ in ea aſelli ſtabulari videantur. Plin. Sunt in ſigno cancri duæ ſtellę puę aſelli appellatę, exiguum inter illas ſpacium obtinente nubecula quam præſepia appellant. Hęc cum cęlo ſereno apparere deſierit atrox hyems ſequitur.

¶ Pręſentio ante vel prius ſentio. A quo pręſētiſco quo frequentius vtuntur auctores Plau. in Am. Nunc ne legio pręſentiſcat clā illud redeundū eſt mihi. Terent. in heau. Et ea gratia ſecū adduxiſſe ne id tu pręſētiſceres.

¶ Pręſtino as, pe. cor. a prę & ſtino ſignificat p̄paro pręordino. Plau. in epi. Vt ei pręſtines argentum prius quā veniat filius. Vide ruſus paulopoſt

¶ Pręſētiſco is, Vide ī dictiōe pręſentio de quo modo.

✠ Pręſiderare dicimus cum maturius hyberna tempeſtas mouetur, quaſi ante ſyderis tempus. Cc.

¶ Pręſtituo priꝰ ſtatuo p̄ſcribo p̄deſtino. Oui. Dij ſummū p̄ſtituere diē. Lact. lib. vij. Aliter ad pręſtitutū tempus cum iam ſponſor eius diceretur p̄ſentiam ſui fecit.

¶ Pręſto as, p̄ſtiti p̄ſtitū & pręſtatū. Vñ & pręſtaturꝰ, ſignificat multa. Nā cū actō iungitur, ſignificat excello ſupero. Quint. lib. j. pręſtat tñ ingenio alius alium. Q ñq; non exprimitur accuſatiuꝰ, ſed ſubintelligitur quamuis datiuus etiā poſſet intelligi, vt apud Sal. Primum oīm qui vbi ꝓ probo, atq; petulantia maxime pręſtabāt. Colu. lib. ij. Quāuis candore p̄ſtet, pondere tñ vincitur. Si datiuus ſubintelligat̄ ſignificabit antecellere qđ datiuo cōſtruitur. Si accuſatiuus excellere. Cic. lib. j. offi. Quorū vero patres aut maiores aliqua gloria p̄ſtiterūt, ij ſtudent plęrūq; in eodē gñe laudis excellere, hic more ſuo verbum quaſi difficile perfacile aperuit, prius p̄ſtiterūt ponēs poſtea excellere. Dtō. Terē. in Eu. Hoī hō quid pręſtat? quid id eſt quantū p̄ſtat hoc eſt antecellit. Cicer. in Læl. Nanq; hoc pręſtat amicitia propinquitati, qđ ex propinquitate beniuolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt Sal. tñ vſum ablatiuo cenſeo. Oēs homines q ſeſe ſtudent p̄ſtare cęteris animantibus. Hic enim p̄ſtare interpretor, pręſtantiores reddere Et idē ablatiuo iūgitur qm̄ comparatiue ſtat. Illud autē ī primo offi. Difficile eſt autem cū p̄ſtare omnibus cupiueris ſeruare ęquitatē quę eſt iuſtitię maximę propria, pręeſſe ve preſidere ſignificat. Iō datiuo nō ablatiuo iungitur. Q ñq; præſtare eſt ſatis facere ſeu cautionē dare. Eſt & [illegible]bū iuriſcōſultorū qui ſcribūt p̄ſtandū eſſe dolum, pręſtandā noxam, & alia cōſimilia. Cice. lib. iij. offi. Quicquid eſſet in predio vitij id ſtatuerūt ſi vęnditor ſciret niſi nominatim dictū eſſet pręſtari oportere. Q ñq; concedere. Idem in eodē. Si aūt non omne dictum præſtandū eſt, quod dictū non eſt id pręſtādum putas? Q ñq; facere. Idē Emptorē in dēnem pręſtare oportet. Quandoq; beneficiū dare. Plin. Plura hic mihi preſtitit quam parentes. Quandoq; cauere, fugere timere. Torqua. Simus igitur ea mente quam ratio & veritas pręſcribit, vt nihil in vita nobis pręſtandum pręter culpam putemus, eaq; cū careamus, humana oīa placate ad moderate feramus. Q ñq; re ipſa perficere, ſiue perſoluere Idem. Et quoniam præſtitimus quod debuimꝰ moderate qđ euenit feramꝰ. Lact. lib. iiij. Homines malūt exēpla q̄ verba, quia loqui facile, pręſtare difficile. Q ñq; tribuere. Liuiꝰ lib. vj. Pacē quā nos pręſtitimus eam a vobis petimus Lactan. lib. j. Quid tales dij preſtare hoībus poſſunt. Q ñq; exhibere, reddere, repreſentare, & tunc habet accuſatiuum reciprocum. Cic. Lētulo. Sed p̄ſtate eum qui mihi a teneris (vt gręci dicunt) vnguiculis eſt cognitus. Aliquando etiam ſine accuſatiuo reciproco Idem. Teren. Neq; legis improbiſſime pœna deductꝰ eſt, quo munꝰ hoſpitij & amicitiæ eiꝰ officiū q; preſtaret. In tertia vero pſona ſingulari ſignificat melius eſt. Sal. Quouſq̄ patiemini tandem o fortiſſimi viri? Nonne emori per virtutem pręſtat, quam hanc vitā miſeram atq; inhoneſtam vbi alienę. ſuperbiæ ludibrio fuerimus per dedecus amittere.

¶ Pręſtātia excellētia a p̄ſtās fit. Gel. lib. j. Scite ſubtiliterq; ratiocinatū Pythagorā philoſophū dicit. in reperiēda modulandaq; ſtatus longitudinisq; eius præſtantia.

¶ Pręſtabilis excellēs. Gel, Chilo p̄ſtabillis hō ſapiētię Et p̄ſtabilis q facile pręſtat, hoc eſt donat & remittit vt eſt illud ꝓpheticū. Quia begninꝰ & miſericors eſt preſtabilis ſuper malitia. Itē pręſtabile quod pręſtari poteſt.

¶ Pręſto aduerbiū vt puta loci, qđ iūgit̄ verbo ſum vel fui & aliqñ Adſum, Habetq; eaſdē ſignificationes quas adſum vt ſignificet preſens ſum, pręſidio ſum, faueo iuuo. De primo. Cic. ꝓ lege Agraria. Publ. Seruiliꝰ Tulliꝰ tri. ple. decēuir dicit pōpeio ſalutem. Te valo curare vt mihi ſummopere pręſto ſis, auxiliūq; adducas dū eos agros quos tuo labore cœpiſti ego mea lege vēdā. De ſecūdo Idē pro Murę. Ius ciuile didicit multū vigilauit, laborauit multis pręſto fuit. Itē pręſto eſſe ſignificat aduenire ſiue cōparare. Idem ad Hęren. Hirundines ęſtiuo tempore præſto ſunt, hyeme pulſę recedunt.

¶ Pręſter genꝰ ſerpētis venenati qui alio nomine Dipſas dicitur, Vnde apud Pli. lib. xxij. Hæmorrhoidum & pręſterum Luc. Oroq; oſtēdēs auidus ſpumantia p̄ſtet & pręſter vantus & turbo dū ardētior & accenſus fuerit vniuerſa ambiens ac proterens.

✠ Præſtegea locus vbi ocij cauſa ſunt ſub tecto tantum patula reliqua parte tanquam ſub porticu.

¶ Pręſtolor pe. pro. ex prę & ſtolor. Stolor autē a ſto deducitur. Nā Feſtꝰ inqt Pręſtolari is dicit̄ qui añ ſtando ibi quo vēturū excipere vult moratur, præſtolari igitur ſigni. manere, expectare. Plau. Dū eū domi p̄ſtolor adoleſcēs aduenit. Ci. ī cat. ij. inuect. dtō iūxit. Qui tibi ad forū aurelium pręſtolarentur. Alias pręſtolari ſignificat̄ præſto eſſe vt inquit Dona. & parere obſequi.

¶ Pręſtringo āte ſtringo ſeu valde ſtringo. Lact. li. vij. tum quorū peccata vel pōdere vel numero pręualuerit pręſtringētur igni atq; cōburētur. Interdum pręſtringere eſt claudere & obtenebrare. Verbū a pręſtigiatoribus traſlatū qui aciem oculorū ſuis vaframentis pręſtringere conſueuerūt. vnde pręſtigiū, cuiꝰ inuētor fuit Mercuriꝰ Cic. Exiſtimat ſe gēmę nitore, & auri ſplendore aſpectꝰ omniū præſtringere. Interdum attingere. Idē de ſignis Ignoſcite rei magnitudo me breuiter pręſtringere atrocitatē criminis non ſinit. Interdum radere. Idē in Phil. Cuius quidem portam Capuę pene pręſtrinxiſti.

¶ Præſtigiator dicitur qui circunſtantibus, ita oculorū aciē pręſtringit, vt non aduertant dolum. Qui & pręſtrictor vocatur. Dicit̄ & pręſtigiatrix apud Plau. in Amp. Quidam præſtigiator dici putant a ſtige & tenebris, ꝙ ita aciem oculorū pręſtringat vt res aliter videri faciat q̄ ſint. Varro a ſcientia dici putat.

¶ Pręſtigiū ſeu pręſtigię incātationes deluſiones, quæ quoniā dexteritate alię appareāt quā re vera ſint, illi q eas faciunt dicuntur pręſtigiatores. Hiero. Nolite potentiam domini magorum pręſtigijs adęquare.

¶ Pręſtruo is, prius ordino ędifico ve. Col. li. j. Quippe ab imo pręſtructa valenter reſiſtēt cōtra ea quę poſtmodum ſuperpoſita incumbent.

¶ Pręſideratio eſt cū maturior tempeſtas hyberna pręproperо rigore improuiſo opprimitur.

¶ Pręſul a pręſilio is, fit, ꝙ eſt ante ſalio, & is appellat̄ apud antiquos qui primus erat inter ſalios Martis ſacerdotes a ſaliendo dictus in portandis ancilibꝰ. Hinc pręſulatus pro ipſa dignitate.

¶ Pręſultor qui ſaltantium choream ducit.

¶ Pręſulo as, ante ſalto. Liui. lib. vij. Si tu ꝑmittis, volo ego illi bellue oſtēdere qñ a deo ferox p̄ſultat hoſtiū ſignis me ex ea familia ortū q̄ gallorū agmē ex rupe tarpeia deiecit.

¶ Pręſumo is, priꝰ ſumo. Pli. lib. xxxvj. Teophraſtꝰ auctor eſt potores in certamine bibēdi pręſumere farinam eiꝰ. ſ. lapidis. Per trāſlationē p̄ſumere eſt temere audere Hiero. Hāc garrula anus, hāc delirꝰ ſenex, hāc ſophiſta verboſus, hāc vniuerſi p̄ſumūt lacerāt, docēt añq̄ diſcāt

✠ Præſumere animo eſt preſagire. Val. libro primo. Arniſcum collega ſuo Cinna diffidens pręſumpſit animo ea re ſignificari exitum ſuum.

¶ Preſumptio añ ſumptio. Vñ apud rhetores præſumptio dicit̄, cū in aduerſarij cauſa vel in iudicis opinione cōtrariū nobis eſſe aut fore arbitramur p̄occupamꝰ dicere & cū ratione diſſoluere. Quin. lib. ix. Mire vero in cauſis valet pręſumptio quę πρόληψιν dicit̄ cū id qđ obiici poteſt occupamus, quę pręcipue proęmio cōuenit. Pliniꝰ orator ad pauli. ſimpliciter dixit. Ego beatiſſimū exiſtimo eum qui bonę ac manſurę famę præſumptione ꝑfruitur, certuſq; poſteritatis cum futura gloria viuit.

¶ Pręſumptuoſus & p̄ſumptor in malā partē accipit̄. Hierony. in pręfa. libro. de natiuitate virginis Res quidē actu nō difficilis, ſed ꝑiculo veritatis ad modū p̄ſumptuoſa. Idem in prolo. Euā. Si autē veritas eſt quęrenda de pluribus cur nō ad gręcam originē reuertentes ea q̄ vel a vitioſis interpretibꝰ male edita, vel a pręſumptoribus imperitis emendata peruerſius, vel a librariis dormitantibus aut addita ſunt aut mutata corrigimus.

¶ Præſcurreſis penul. cor. a dormio dicitur.

¶ Pręſidiatus. Aug. lib. v. con. Suppetit amicorum maiorum copia vt nihil aliud feſtinemus vel præſidiatus dari poteſt & ducenda vxor.

¶ Præſtino as, pe. cor. emendo teneo. Plau. in Epi. Vt eum pręſtines argento priuſq̄ veniat filius.

¶ Pretego is, pe. cor. pręuelo ante tego Lactanti. lib. v. Tum vitia ſua capillis & pallio & quod maxime eſt velamentum diuitiis pretegebat.

¶Prętendo ante tẽdo. Leo papa nõ deſinit hoſtis antiquꝰ deceptionis laqueos vbi prætẽdere. Q̃nq; ꝓfero Ve.g.li.iiij. Georg. Fumoſq; manu p̄tẽde ſequaces. Q̃nq; p̄mõſtro exibeo. Lact.li.iij. Quid cõtemptus ille rex qui mogníficis verbis prętẽditur. Cice. Priuatorum munus eſt ęquo & pari cũ ciuibus iure viuere neq; ſummiſſum & abiectũ neq; ſe efferẽtem prætendẽre. Quãdoq; prætexo. Verg. lib. iii. Geor. Riuos deducere nulla religio vetuit, ſegeti prętendere ſepẽ. Lactan. per traſlationẽ lib. iij. dixit. Ne ſi fuiſſet alienigena iuſtã poſſent excuſationem de lege pretendere, id eſt alegare.

¶Prętẽto as priꝰ tento. Quin. li. iiij. Sed qđ i ingreſſu parcius & modeſtiꝰ prętẽtẽda eſt iudicis miſericordia.

¶Prętereprepoſitio quę cũ a prę deſcendat ſcribitur ꝑ æ diphthongon. Et mõ ſeparatur mõ cõponitur. Separata vim excipiẽdi habet, & ſemper accuſatiuo iũgiť vt nullũ timeo præter deũ. Aliq̃n ſignificat vltra. Quint. Multa erãt præter hęc q̃ obijci merito potuiſſent. Pli. li. x. Prętet hominẽ ſomniare equos, canes, boues, peccora, capras palã eſt, aliq̃n ſignificat ante Cice. in Ver. Præter oculos ſoliferebant aliq̃n ſine. Saluſti. Pręter rerum capitalium cõdemnatos. Aliquando cõtra. Teren. in An. præter ciuium morem atq; legẽ. Cõpoſita vero plærumque ſignificãt vltra. Et cõpnũtur cum dictione incipiente ab e vt pretereo f, vt perfluo, g, vt pretergladior, m, vt pretermitto, u, vt præteruolo.

¶Preter ſpẽ ſignificat ex inſperato. Sic pręter opinionem exinopinato, vel contra ſpem, ſeu opinionem.

¶Prętereaaduerbiũ deductum a pręter ſignificat vltra ea quę dicta ſunt. Et interdum habet pronomen tã ſingularis q̃ pluralis nmeri incluſum. De ſingulari. Vergi. Si duo prętereacales Idea tuliſſet terra viros. id eſt pręter eum ſcilicet Aeneam. De plurali. Cicero. Lentulo. Pręterea quidem de conſularibus nemini poſſum erga te eſſe teſtis, id eſt pręter eos. Et non ſolũ pręter eũ vel eos, ſed etiam te, vt te doctum exiſtimo pręterea neminẽ. i. præter te. Pręter me, vt mihi credis p̄terea nemini. Eodem modo præter nos, pręter vos. præter illos. Et præterea quandoq; ponitur pro poſtea. Vergi. Pręterea aut ſupplex aris imponet honores.

¶Pręterq̃ tota vna dictio ſemper requirit pręcedentẽ caſum quia idẽ verbũ ſubĩtelligiť, vt nemo id dixit p̄ter quã Cic. Nullius id intereſt prętereq̃ patris. Nulli id placuit pręterq̃ Cæſari. Neminẽ pręterq̃ prętorẽ timeo, O vos prętetq̃ Plato legite. A nemine præterquã a Socrate didici. Significat etiam aliterquã. Liu. li. j. Vocata ad concilium multitudineq; coaleſcere in populi vniꝰ corpus nulla re pręterquã legibus poterat iura dedit.

¶Prętetquã ꝙ id eſt niſi. Pli. Oĩa nobis ex voto ſucceſſerũt pręterquã ꝙ in itinere defunctam matrem audiuimus. Sunt qui putent eſſe vnam tantum dictionem.

¶Præterquam ſignificat inſuper, præterea. Pli. libro xxiii. Prętetquã ſerpentiũ ictus.

¶Prętetpropter tota vna dictio ſignificat prętetq̃ propter, hoc eſt propter aliã cauſam quã ꝓpter eã de qua loquimur, vt p̄terpropter vitã viuiť, hoc eſt ꝓpter aliam cauſam viuiť, quã vt viuať, vt puta ꝓpter laudẽ vel propter gloriã. Aennius. Ocio qui neſcit vti plꝰ negocij habet, quã cũ eſt negociũ in negocio. Nã qui quod agat inſtitutum eſt nullo negocio id agit, ſtudet ibi mẽtẽq; animũq; delectat ſuũ Ocioſo initio animꝰ neſcit quid velit Hoc idem eſt enim neq; domi, nunc nos nec militię ſumus, Imus, huc, hinc, illuc, cum illuc ventum eſt ire illinc libet, incerte errat animꝰ pręterpropter vitã viuiť

¶Prętereo, is, iui, & pręterij pręteritũ ſignificat vltra eo. Teren. in Eunu. Dũ hęc reputo, impiudẽs villã pręterij. Vnde tempus pręteritũ quod iã non eſt, ſed vltra iuit. Et pręteriti dicũť extincti. Proper. Fas eſt p̄teritos ſemper amare viros. Itẽ pręteriti dicunť qui in petitiõe magiſtratuũ repulſã habueſt, vt ſępe apud Cic. iuenies

¶Prętetbito. as, pe; cor. frequẽtatiuũ ſignificat frequẽter eo. Interponiť b, q̃ſi pręterito tas. Plautus in Epid. Caue præterbites vllas ædes quin roges ſenex hic, vbi habitat Periphanes platenius. Apud comicos receptiꝰ eſt hoc verbum quam apud oratores.

¶Pretermitto ĩtactũ relinquo. Lact. li. v. Mirũ ꝙ Apuleium pretermiſit cuiꝰ ſolẽt & multa & mira memorari

¶Pręteruehо vltra veho. Aug. Pręteruectꝰ oẽm villã.

¶Pręteruolo as. pen. cor. celeriter prætereo Lactant. lib. ij. quam callide periculum preteruolauit. proprie tamen præteruolare ſignificat vltra volare.

¶Pretexo xis, prius texo, prius facio, ſeu prius ordino vt Ciceronis exemplum a Priſciano ꝓlatum indicat. Sic omnia quæ fiunt quæq; aguntur leuioribꝰ principiis natura ipſa pretexuit. Aliquando ponitur pro contego abſcondo, quaſi aliud ſit quam oſtendo. Vnde.

¶Prętextũ dicitur illud velamentũ quo moueri aliquis videtur ad aliquid agendũ, cum tamẽ alia cauſa moueatur. Sueto. de Cęſ. Et prętextũ quidẽ illi ciuilium armorũ hoc fuit, cauſas autẽ alias fuiſſe opinatur. Verg. Non tñ Anna nouis p̄texere funera ſacris Germanã credit.

¶Prętexta toga genus veſtimẽti oblongũ ac talare, qđ ſupra tunicas honorati quique ſumũt. Dicta ꝙ ei purpura prętexebatur. Hæc eñ cũ bulla in vſum puerorũ nobiliũ vſurpabatur. Vñ prętexati dicebãť qui nõdũ xvij. annos pręterierant, a prętexta quam induebant. Et hac depoſita accipiebant togã virilẽ cũ ad annum. xvii. perueniſſent, tanq̃ non pueriliter, ſed viriliter vita eſſet peragenda. Nã pueri exiſtimabanť qui minores eſſẽt annis ſeptemdecim. Vñ Vlpianꝰ ait pueritiã duntaxat annis xvii. qui eos nõ i ntotũ compleuit prohibetur poſtulare Cicero ego autem a patre ita eram deductꝰ ad Scæuolã ſumpta virili toga. vt quoad poſſem & liceret a ſenis latere nũq̃ diſcederẽ. Seneca lib. i. epiſtolarũ. Tenes vtiq; memoria quãtũ ſenſeris gaudiũ cũ prætexta poſita, ſumpſiſti virilẽ togã. Ideo autem ingenuis pueris attributã exiſtimãt togã prętextã, vt ex purpuræ rubore ingenuitatis rubore regerentur. Lege Macrobium libr. i. Satur. Vnde olim Papyriꝰ cognominatꝰ eſt. prętextatꝰ ob tacendi loquẽdiq; in prętexta ætate prudentiã. Id poſtea cognomen in oẽm eius familiã tranſlatum fuit. Erat & prętexta geſtamen magiſtratuũ & regũ. Hac Tul. Hoſtilius primus vſus eſt vt inquit Pli. Qui debellatis Hetruſcis ſellam curulẽ lictores & togã pictã atq; prætextam que inſignia magiſtratuũ Hetruſcorũ erãt Romã traſtulit. Sed poſtea Tarquinius Demarati filius cum de ſabinis egiſſet triumphum quoniam in eo bello filius eiꝰ annos xiiij. natus hoſtem manu percuſſerat, & pro concione illum laudauit. & prętexta ac bulla aurea donauit, inſigniens puerum ſupra annos ſortem pręmijs virilitatis & honoris. prętextę igitur & bullę geſtandę mos a priſci Tarquinij filio deductus eſt. Sunt tamen qui tradunt eundem Priſcum cum ſtatum ciuitatis ordinaret, inſtituiſſe vt patriciorum filij bulla aurea vterentur, & togã quę purpura prętexitur ijs tantum quorum patres ciuilem magiſtratum geſſiſſent, cæteris prętextam tantum indulſiſſe, vſq; ad eos quorum parentes ſtipendia iuſta meruiſſẽt. Fuit & ĩ vſu prętexta bulla q̃ nulli alij licebat vti, niſi ei qui funus faciebat prętextę etiã actiones ſeu comœdię dictę ſunt a prętexta. Hor. Vel qui p̄textas vł qui docuere togatas. In his imperatorum negocia agebantur & publica. Regeſq; Romani, vel duces inducebãť ꝑſonarũ dignitate pene Tragœdijs ſimiles, & dictę prętextę, ꝙ in his fere regum aut magiſtratuũ acta compręhenduntur qui in principio prętexta toga vtebãtur

¶Prętextatum ſermonẽ veteres obſcęnũ appellaueſt ab eo ꝙ prętextatis nefas ſit obſcœno verbo vti, vł (vt q̃dã aiũt) ꝙ nubẽtibꝰ depoſitis prętextis a multitudine pueroꝝ obſcœna clamareť. Sue. in veſpa. Erat eſ dicacitatis plurimę & ſic ſcurrilis a ſordidę, vt ne p̄textatis q̃dẽ verbis abſtineret Sic Macrob. li. ij. Sať. Hęc nobis ſit lrata lętitia, & docta cauillatio vice planipedis & ſubulonis impudica & prætexata verba iacientis. Sic prętextati mores dicuntur a Satirico poeta.



¶Prætor omnis magiſtratus appellabatur cui peret exercitus. Vnde imperatores prętores q̃nq; vocanť. Cic. ad Herẽ. Epaminundas Thebanorũ imperator eiq ſibi ex lege ſucceſſerat pretor exercitũ nõ tradidit, vbi Victorinus. Notare debemus omnes magiſtratꝰ prętores appellatus. Sed patres quo tp̄e. L. Sextiꝰ primꝰ ex plebe cõſul creatus. Fuſſũ Camillũ primũ prętorẽ Vrbanũ qui ius in vrbe diceret creauerunt, mox vnico prętore nõ ſufficiẽte, ꝙ multi peregrini in ciuitatẽ venirẽt, aliꝰ creatus eſt peregrinꝰ eo ꝙ plęrũq; inter pergrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia alijſq; prouincijs totidem prętores quot prouincię in ditionẽ venerant creati ſunt, partim qui vrbanis rebus partim qui prouiucialibus pręeſſent. Dictus prętor vt Liuius innuit a pręeſſendo, vt varro a pręeũdo, quaſi pręitor ꝙ pręiret iure & exercitu. vt Liui. lib. v. ſcribit primũ prętorẽ ex patribus qui ius in vrbe diceret creatum fuiſſe penes quem magiſtratum omnis publici priuatiq; iuris poteſtas, vt & nouum ius condere & vetera obrogare facultas eſſet. Idq; ob magiſtratus honorem ius honorarium appellatum eſt cum tamen regia illi eſſent inſignia, vt apparatu conſulibus pene par videretur. Creatus cum Conſules auocarentur, bellis finitimis, nec eſſet qui in ciuitate ius dicere. Eius digitas npræturadicitur.

¶Prætorius vir qui præturam geſſit. Cice. pro Plãcio. Cedat conſulari generi prętorium, nec contenda cum p̄torio equeſter locus.

¶Prætorius, a, um, quod eſt prætoris ſeu quod ad prætorem pertinet, vt prętoriũ ius p̄toria cohors, quę a prętore ñ diſcedebat. Scipio eñ affricanꝰ primꝰ fortiſſimũ quẽq; delegit qui ab eo in bello nõ diſcederet, & certo munere militiæ vacaret, & ſeſquiplex ſtipẽdiũ accipet, prętoria vero porta diciť qua exercitus in ꝑliũ educiť, q̃ a ĩitio p̄tores erãt q nũc ꝯſules & hi bella admiſtrabãt

¶Prętoriũ domꝰ in qua p̄tor hobitat ſiue dux, quia vt dictũ ẽ, oĩs magiſtratꝰ cui pareret exercitꝰ p̄tor dictꝰ ẽ Liu. li. iij. Quercus ingẽs arbor p̄torio imminebat cuiꝰ vmbra opaca ſedes erat. Hoc alio noĩe a Quin. dicitur Auguſtale poniť etiã ꝓ magnifica & ãpla domo ĩ agro & ruri extructa, in quę edificia pecunias ingẽtes effũdebãt. Sue. de Cali. in extructionibus p̄toriorũ atq; villaꝝ omni poſt habita rõne nihil tã efficere cõcupiſcebat q̃ quod effici poſſe negaretur. Palla. li. j. Ipſius p̄torij ſitꝰ loco aliquatenꝰ erectiore & ſicciore ꝓpter ĩiuriã fundamẽtorũ, & vt alæto fruatur aſpectu. Itẽ prętoriũ dr̄ locꝰ in quo p̄tor iꝰ dicit, vt eſt in euãgelio. Poniť etiã p̄toriũ pro cõcilio ꝙ fit imperatoris tãtorio. i. ipſo p̄torio. Vnde dicimꝰ dimitti p̄toriũ ſicuti dimitti ſenatũ. Liuius. Fuluius ne idipſnm impedimẽto incepto foret dimitiẽs prętoriũ tribunis militũ ac p̄fectis ſocioꝝ imperauit &c. ponitur enĩ continens pro contento, vt cępe fieri ſolet

¶Prætorianus qui apud pretorẽ ſeu in prętorio verſať Cicero pro Cælio. Nemini vnq̃ p̄ſenti p̄toriani maiores honores habueſt q̃. M. Cælio. Et p̄toriani milites honoratiores erãt, q Romę habebãt caſtra, q̃ p̄toria dicebantur. Ex prætoriano exercitu Otho factus eſt imperator.

✤ Prætura prætoris magiſtratus. Cc.

¶Præualeo les. pe. cor. antecello, & quaſi in maiori pretioſum vel melior ſum. Plimꝰ. Vtræq; in pretio ſunt, ſed tamen præualẽt margaritæ. Et lib. x. Vulturũ præualẽt nigri. Aliq̃n pręualere ſignificat potentiorẽ ſeu robuſtiorem eſſe. Hier. lib. ii. Reg. Noluit autem Ammodo acquieſcere, ſed præualens viribus oppreſſit eam.

¶Præuaricor pen. cor. ex p̄ & varicor, q̃ſi & Diuarico dicať. Varicari ãt a varicibꝰ, q̃, teſtæ Nonio, ſũt venę in ſuris inflexę & obtortæ, p̄uaricari vero a recto diſcedere Pli. lib. viii. Arator niſi incuruus p̄uaricať. Hic præuaricator a varicando, hoc eſt tranſgrediendo dictꝰ eſt, q ab officii ſui præſcripto deflectit atq; aberral. Plin. Iunior. Alioqui p̄uaricatio eſt tranſire dicẽda pręuaricatio etiã curſim & breuiter attidgere quæ ſunt inculcãda, ĩſigẽda repetẽda Martianꝰ Iuriſcõſul. Pręuaricatorẽ fuiſſe ſcribit eũ qui colluderet cũ reo, & trãſlatio munere accuſandi defungeretur, eo ꝙ ꝓprias quidẽ ꝓbationes diſſimularet falſas vero excuſationes admitteret. Cice. ꝓ Cluẽtio. An vt præuaricareť iam id quoq; ad corrũpendum iudiciũ pertinet. Vlpia. ſcribit pręuaricatorẽ eẽ q aduerſam partẽ adiuuat prodita cauſa ſua. allegatq; labeonem qui hoc nomen a varia certatione tractum ſenſit.

☿ Calumniari falſa imponere preuaricari vera ſubticere.

¶Pręueho me priꝰ duco. Liuius li. ix. Sed eqtes Roma in p̄uecti p obliqua campi cũ ſe fugientibus obtuliſſent.

¶Pręuelo, as. pe. produ. prius operio. Claud. lib. ii. de Rap. Et ſparſos religant crines. & vultibus addunt Flamea ſolicitum præuelatura pudorem.

¶Præuello, is. per duplex ll. anteuello.

¶Præuenio anteuenio, anticipo. Amb. Iã ab alio amatore præuenta ſum.

¶Præuerto & p̄uertor depo. i. p̄terco, p̄cedo. Ver. Volucrẽq; fuga pręuertiť Hebrũ. Itẽ anteuerto vel añpono Plau. in Amph. Illuc redeũdum eſt mihi ne me vxorem preuertiſſe dicant præ repu. Item reuoco. Idẽ in eadẽ. Flebilis præuertitur metus, accurro vt ſciam quid velit.

¶Præuideo ante video. Plin. Id nos futurũ p̄uideramꝰ Hinc præuidẽtia, quę duplex eſt: Aut enim animo aut oculis præuidemus prouideo eſt quaſi caueo.

¶Pręuius q p̄eundo viã monſtrat. Leo papa. Sequunť tres viri ſuperni luminis ducatum & pręuij fulgoris indicium intenta contemplatione comitantes.

¶Pragma, atis. latine actio ſeu negociũ dr̄. Inde pragmaticus negociator vel forenſis iuris ĩterpres, oratoris miniſter q in foro ac iudicij verſãs lites dirimit. Iu. Inde cadũt partes in fœdera pragmaticorũ. hoc eſt a iudicio diſcedũt, & litẽ arbitrio forẽtiũ aduocatorũ ſeu ꝓcuratorũ dirimẽdã ꝑmittũt. Cic. li. j. de orat. Itaq; non vt apud Gręcos ĩfimi hoĩes mercedula adducti miniſtros ſe p̄bẽt in iudiciis oratoribꝰ ij qui apud illos. pragmatici vocãť.

¶Pragmatica ſanctio dicta eſt ꝙ per eam a ſupremo atque ordinario iudice diſcedatur, & omnia pragmaticorũ arbitrio terminentur.

¶Praxis græce latine terminatio dicitur, vel actio.

¶Prandiũ ab edendo diciť quaſi peredũ, cibꝰ qui ante meridiem ſumitur. Vel dr̄ quaſi parandium, quia debemus accipere, quod paratum eſt. Cuiꝰ diminutiuum eſt prandiolum ſiue prandiculum, quod ientaculũ appellať.

¶Prandeo, es, di. pranſus ſum. Plau. in Menę. prandi & potaui, ſcortum que accubui. pranſos veteres vocabãt non ſolum qui ediſſent, ſed etiam quibus nihil deeſſet Var. pranſum te ac paratum eſſe oportere.

¶Pranſito, as, penul. cor. frequentatiuum, quod Plautꝰ in Amph. cum accuſatiuo cõſtruxit. Nequam homines inquit, qui polentam pranſitant.

¶Praſinus. pe. cor. color viridis ad ſimilitudinẽ porri. Nã πράσον latine porrũ dr̄. Hic veſtes e viridi lana praſina dicũť. Mart. De nr̄a praſina ſyntheſis empta toga. Pla. praſina, coccina, tyria, focale, ſoccos, monilia amiſit

✤ Praſeides lapilli genus, & porraceꝰ interpretať. Cc.

¶Praſius gemma quædam e viridantium genere.

☿ Praſo is, topatij gemmæ ſpecies dicitur a Plinio.

¶Pratum eſt in quo ad fructum precipiendum falſe dũtaxat opus eſt, ex eo dictum ꝙ ſine ope paratum ſit ad fructum faciendum. Colu. libro. ij. prato veteres Romani primus in agricolatione tribuerũt partes. Nomẽ quoq; indiderunt ab eo ꝙ protinus eſſet paratũ nec magnũ laborem deſyderaret prata etiam dicuntur quę nunc viridavt plurimum buxo & lauro frequentata. Hinc pratenſis & hoc pratenſe, quod eſt ex prato. Colu. lib. vij. Eoſq; nemo dubitat quin optimi ſint vitia in falcem ligata & cicercula, itemq; pratenſe fœnum.

¶Prauꝰ, a, um, qđ nõ eſt rectum, vt erũt parua in direa

Quãdoq; pro præcipuo. Idem. Quãtos primus patiare cta, & aſpera in vias planas. Trãſfertur etiam ad animũ vt quum dicimus praui mores.

¶ Praxaſpes nobilis Perſa qui Smerdim Cambyſe fratrem iuſſu regis occidit, vt ait Hiero.

✣ Praxagoras medicus egregius qui multa in arte medica dictauit & ſcripſit.

¶ Praxiteles pe cor. nomẽ ſtatuarij, q̃ marmorum nobilis ſculptor fuit. Sculpſit inter cætera Venerẽ Gnidi, q̃ ĩ toto orbe p̃cipua habita ẽ. Multiq; vt eã viderẽt Gnidũ ſũt pfecti. De hoc Prop. praxitelẽ pariꝰ vĩdicat arte lapis.

¶ Precor, aris, cũ accuſatiuo ſignificat oro. Hiero. lib. iij. Regũ. Nũc vnã petitionẽ precor a te. Iunctum vero cũ datiuo idẽ eſt quod opto alicui bonam vel malã fortunam. Quintil. Et oram ſaluentibus bene precemur. Huius cõpoſita ſunt. Deprecor de quo ſupra. Imprecor, pe nulti. cor. quod in bonã & in malã partẽ accipit̃. Quinti. Nõ imprecamur debilitates, naufragia, morbos. Hieny. in Geñ. Dimiſerunt igit̃ eã & nutricẽ illiꝰ ſeruumq;. Habraam & comites eius imprecantes proſpera ſorori ſuę. Idẽ ad Pãma. Cui multos imprecamur annos vt hęreſeos re diuina plantaria per illius ſtudium arefacta moriantur. Idem contra Helui. pro oro oro tantum poſuit quum inquit Deus pater eſt imprecandus.

¶ Precariũ eſt quod precibꝰ petenti vtendũ conceditur tã diu q̃ diu is qui conceſſit patitur. In hanc ſentẽtiã dictũ eſt a Sene. hoĩem eſſe precarij ſpiritus. Et apud Curtiũ ait Alexander. Mori præſtat q̃ præcario ĩperator eſſe. Idẽ. Sed precariũ ſpernebatur ĩperiũ. Vbi precarium imperiũ dicit̃ id quod tam diu obtinetur, q̃ diu qui conceſſere permittũt. Precario nomẽ ipſa terminatione datiui pro aduerbio accipitur. Terẽ. in Eunu. Seu vi, ſed clam, ſeu precario. Paulus. Precario habere videtur qui poſſeſſionẽ corporis vel iuris adeptꝰ ex hac ſolũ mõ cauſa ꝙ adhibuit preces & impetrauit ꝙ ſibi poſſidere aut vti liceat veluti ſi me precario rogaueris per fundũ meũ ire vel agere tibi liceat, vel vt in tectum meum ſtillicidium vel tignum in parietem immiſſum habeas.

¶ Preciũ quod dat̃ ꝓ re empta. Hinc p̃cioſus, a, ũ. qđ eſt multi p̃cij. Cic. li. iij. offi. Querit ſi in mari iactura facienda ſit, equi ne p̃cioſi potiꝰ iacturã faciat an ſerui vilis.

¶ Precioſior maioris p̃cij. Plau. Et alij precioſiores, alij viliores habeant ædes. ✣ Scribitur & per t.

¶ Premo, is, ſſi, ſſum ꝓprie calco & innitor alicui rei cum pondere. Verg. Et ſpirãtia cogere p̃ſſis Mella fauis. Idẽ Aene. ij. Veluti qui ſentibus anguẽ preſſit humi nitens. Qñq; premere eſt ſtrĩgere. Hiero. in prolog. Iob. Vt ſi velis anguillã aut murenulã ſtrictis tenere manibꝰ, quãto fortius p̃ſſeris tãto citius elabitur. Qñq; ſiamare. Idẽ in Paulo Quo cognito gradũ preſſit Antonius. Qñq; vexare. Verg. Numina nulla p̃munt, mortali vrgemur ab hoſte. Qñq; inſequi, inſiſtere, vt Hac fugerent Graij p̃meret Troiana iuuentus. Quandoq; vrgere, vt ingentẽ clamore premes ad retia ceruum. Quãdoq; occultare. vt Spem vultu ſimulat Premit altum corde dolorem Qñq; expellere. varro Inuitãtq; preſſit ab ędibꝰ. Quãdoq; cohibere. Verg. Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat. Quandoq; claudere. Idem. Preſſique oculos ac vulnera laui. Quãdoq; vitiare. var. Qui toties villici tui vxorem abſente preſſiſti viro. Quandoq; remouere, excitare. Verg. Et ruris opaci Falce premes vmbrã. Quãdoq; vaſtare. vt Pelago premit arua ſonanti. Qñq; occidere. Idẽ Armigerãq; domi p̃mit Qñq; demergere, infodere. Idẽ. Quod ſupereſt quecũq; premes virgulta p agros Sparge fimo pingui. Huius compoſita ſunt Comprimo, Deprimo, Exprimo, Opprimo, Imprimo, Reprimo & Supprimo, quę habent penul. cor.

¶ Preſſo, as. frequen. Verg. Preſſabimus vbera palmis.

¶ Preſſus, a, ũ. qđ eſt ſubtile. Cicero ĩ hortẽ. Quis te autẽ eſt aut fuit vnq̃ in partiundis rebus, in diffiniendis & explicãdis ſentẽtijs preſſior? Aliquando dr̃ honuſtum, grauatum. Ver. li. j. Geor. Ceu preſſæ quũ iam portum tetigere carinę. Pręter hęc ea ſignificatq; Pręmo.

✣ Pręſſus ſus, ipſa pręſſio, Cic. li. iij. de ora. Valeriũ Soranũ lenitate faucis, atq; in ipſo vocis præſſu. & ſono facile vincat.

¶ Præſſura idẽ ꝙ præſſus. Aug. Stipãtur parietes pręſſuris ſe vrgent. Prope ſuffocant multitudine. Per trãſlationẽ capitur pro vexatione, vt in euangelio. Et in terris præſſura gentium.

✣ Prępeniſſꝰ vrbs ẽ Myſię maioris ĩ mediterraneis. Cc.

¶ Prępon πρέπον latine perſona vel decorũ dicit̃. Amb. Decorum autem in noſtris ſcripturis primo cõſtitui loco, quod græce præpon dicitur.

¶ Prębyter græce. latine ſenior dr̃. ✣ Auguſtinꝰ. Sane etiã grandiores ætatis, & ſicut ſcriptura loquitur plenũ dierũ poſſe dici ſeniorem. hoc eſt prębyterũ ꝓinde omnis ſenex etiã prębyter non oĩs prębyter etiã ſenex, quia plerumq; eſt hoc nomẽ ętatis quæ infra ſenectutẽ ſenectuti vicina eſt, & ex hoc etiã ipſa a ſenectute nomẽ accepit in latina lingua, qm̃ autẽ præſbyter, ſenior appellat̃ apũ gręcos aut maxĩe ſicut ſcriptura loquit̃ πρεσβύτερον & νεώτερον dicuntur etiã ſi ętates iuuenũ comparẽtur, quod dicimꝰ nos maiorem atq; minorem.

¶ Prætides pręti filię carminibus poetarum celebratę Hæ quũ furore agitarẽtur ſanatæ helleboro a Melãpode perhibentur. A cuius nomine vnũ hellebori genus appellatur melampodion.

¶ Priamus pe. cor. Laomedontis Troianorũ regis filiꝰ ἀπὸ τοῦ πρίασθαι quod eſt emere. Nã cũ Hercules Laomedontem occidiſſet, priamũ redemptum a vicinis hoſtibus in paterno regno locauit.

¶ Priapꝰ pe. ꝓ. deꝰ hortorũ creditꝰ eſt, & liberi pr̃is ac Nymphę ſeu Veneris filiꝰ, quia vinũ venerẽ cõmouet Hic & Lãpſacenꝰ dictus eſt a lãpſaco Heleſpõti opido.

✣ Priapus pręterea vrbs eſt quã mileſij priapi nomine conſtruxerunt. Similiter & portus. Cc.

¶ Priapeia carmen obſcenũ quod nõnulli Vergilio alij Ouidio ſcribũt. Cc.

¶ Priapiſmus morbus eſt quũ genitales partes in ſolã longitudinẽ protẽdunt̃, & in circulũ tumeſcũt ſine veneris appetitu. Aiunt quidã priapiſmũ eſſe vulue ſicut membri virilis tentiginem.

¶ Priene vrbs maritima, vt inquit Strabo., quę inuectu Meandri fluminis inter ipſam Miletumque labentis mediterranea facta eſt.

¶ Pridẽ aduerbiũ tẽporis quaſi priꝰ die ſignificat paruo tẽpore prius. Pli. li. xvij. ipſi vero pridẽ videmꝰ ea oĩa pręter pubertatẽ in filio cornelij Taciti equitis Romani. Aliqñ longo tempore prius. Apul. Quod pridẽ Plato affirmauerat. Eiuſdẽ ſignificationis ſunt iã pridẽ, dudum, iamdudũ, nuper iamdiu. Quę ſi cũ pridẽ, aut dudũ addamus nõ vel quã, vel ita ſignificãt ſemper multo tẽpore ante. Pli. li. v. Medica nõ pridẽ venit in Italiã. i. nõ multo tẽpore ante. Cic. pro Roſcio. Quã pridẽ Fauni nomen detuliſti. hoc eſt quã multo tempore ãte. Te. in Eunu. Huc euaſit q̃ pridẽ pater mihi & mater mortui eſſent, id eſt quantum temporis præiuit. Cice. in Bruto. Noſtra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata, id eſt non multo tempore ante.

¶ Pridie & pridianus. Vide in dictione poſtridie.

¶ Prior nomen cõparatiuũ quod nõ ſolũ ad duos, ſed etiã ad plures referri poteſt. Gell. li. xiiij. Quotieſcũque vſu veniſſet vt oẽs iſti magiſtratꝰ eodẽ tpe Romę eſſet qui eorum prior alijs eſſet ei potiſſimũ ſenatꝰ cõſulẽdi ius fuiſſe. Apul. li. ij. Flo. Vt Hippias e numero Sophiſtarum eſt artiũ multitudĩe prior oĩbꝰ eloquentia nulli ſecũdus

¶ Primus quandoque ad numerũ ſeu ordinẽ refertur vt primus, ſcđs, tertius. Qñque dicitur prĩceps ſicut & prĩceps ponitur pro primo. Verg. Prima quod ad Troiã ꝓ claris geſſerat Argis. Qñq; capitur pro optimo, ſicut & prior pro meliore. Idẽ primos iuuenum tot miſerit orco



labores. Qñq; pro eo ante quẽ nullus eſt. Idẽ. Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Fit autem primus a pridẽ, abiecta dem & acceptamꝰ, ſicut prior accepta or Hinc fiunt aduerbia. prĩo, prime, Apprime, primũ, primitus, primiter, & Imprimis & principio.

¶ Primum aduerbium. A quo fiunt cumpoſita. Quam primum & Vt primum.

¶ Primulus penulti. corre. diminutiuum eſt a primis.

¶ Primariꝰ, a, ũ, qđ aliũde nõ habet originẽ. primarius lapis q primꝰ in aliquo ędificij fũdamẽto ponit̃, primarij ciues qui primi ſunt in ciuitate, q etiã primates dicũtur.

¶ Primates dicti ſunt qui & Summatęs ſiue Optimates qui ſunt primi in ciuitate.

¶ Primores ſummę quæq; res. Lucil. Quum gallus gallinaceus digitoſ primoreſq; erigit vngues. Hinc primores ꝓ optimatibꝰ. Sueto. Scripta famoſa vulgo que edita, quibus primores viri ac fœmine notabãtur, aboleuit Et primores dentes qui primi patent.

¶ Primæuus a, um, quod eſt primę ætatis, ſicut Grãdeuus grandioris ætatis.

¶ Primitiuus, a, um, quod aliũde non habet originem ſiue quod per ſe inuentum eſt. Vnde & primitiua verba quę per ſe inuenta ſunt nec aliunde deriuantur.

¶ Primigeniꝰ, a, ũ. idẽ quod primitiuꝰ. Et ꝓprie primigenia dicũtur ſemina quę dedit natura, quæ Cic. prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσεως appellãt. In his nũerãt incolumitatẽ, cõſeruationẽque oĩm partiũ valitudinẽ cẽſus integros, doloris vacuitatẽ, vires, pulchritudinẽ cęteraq; huiuſmodi. Et verba vocantur primigenia, vt lego, ſcribo, quæ non ſunt ab alio verbo, ſed ſuas habent radices. Itẽ primogeniꝰ ſulcus dicit̃, qui in condẽda noua vrbe tauro & vacca deſignationis cauſa imprimitur.

¶ Primigeni fœtꝰ ipſi primogeniti. Vnde apud Lucre. Coortus & dies mundi primigenus.

¶ Primogenitꝰ (ĩquit Hie) cõtra Heluid. eſt qui appe rit vuluã, & añ quẽ nullꝰ eſt genitꝰ, nõ is quẽ frater poſtgenitꝰ ſubſequit̃. Et omnis vnigenitꝰ eſt primogenitus. Alioqui ſi non primogenitus eſſet niſi is tantum quẽ ſequũt̃ fratres, tãdiu ſacerdotibꝰ prĩogenita nõ deberẽtur q̃diu & alia fuerint porcreata, ne forte partu nõ ſequẽte vnigenitus ſit & nõ primogenitus. Eſt igitur primogenitus nõ poſt quem alij, ſed ante quem nullꝰ eſt genitꝰ.

✣ Primæ arũ, fit a primis cũ ordinẽ ſignificat & ĩtelligũt̃ partes. Cice. in Bruto. ex his Cotta & Sulpitius, cũ meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. Et iterum erat excellens iudicio vulgi, & facile primas tenebat.

¶ Primanꝰ Tribunꝰ erat q̃ prĩę legiõĩ tributũ ſcribebat ſicut Secundanus qui ſecundæ, Tertianus qui tertiæ.

¶ Primiparę pe. cor. dñr parentes q̃ primo peperunt.

¶ Primitiũ quod in aliqua re primũ & principale ẽ Oui. Ecce rapit medij flagrãtẽ Rhetꝰ ab aris primitiũ torrẽ.

¶ Primitiæ, arũ, primi fructus ex agro ſuſcepti, qui deo offeruntur. Pli. Romanorum abſtinentiam commendãs inquit, non deguſtaſſe eos vina aut nouas fruges priuſq̃ ſacerdotes primitias libaſſent.

¶ Primordia quæ primo ordimur, hoc eſt initia.

¶ Primipilus Centurio prime cohortis. vt Liui. lib. vij. ſcribit. Nam ordo, partes tris habebat, quarum vnamquamque primum pilum vocabant. Sueto. primos pilos centurionibus ademit. Primipilus vt ait. Veget. lib. ij. cccc. milites ducebat in prima acie, eratq; caput Legionis. Hinc primipilaris dici videtur non tam miles qui fuit ſub Centurione primipili quam ipſe Centurio qui olim præditus fuerit hac dignitatate. Et ea forma dicit̃ primipilaris qua Conſularis.

¶ Primiceriꝰ a cæreo fit vt auctor eſt Hie. ĩ chronicis & Caſſiodorꝰ in epiſtolis, qm̃ & græce πρωτοκήριος dicatur. Ammianus vero refert inter Tribus fuiſſe qui dicerent̃ primicerij. Vexati ſunt (inquit) multi & nocẽtes & innocẽtes, inter quos Valẽtinꝰ ex primicerio ꝓtectorũ Tribunus. De Secundicerijs quoq; mẽtio eſt apud veteres.

✣ Principes militũ genꝰ qui a principio gladijs pugnabãt poſtea cõmutata re militari facti ſunt pilumni. Cc.

✣ Primiter & primitꝰ aduerbia a primũ. Cc.

¶ Princeps generis comunis qui vel quę principatũ tenet quaſi primũ caput. Et princeps dr̃ dñs ꝙ qui dominatur. primus ſit. Itẽ dicitur primꝰ vel prima. Verg. Prĩceps ardentem coniecit lãpada Turnus.

¶ Principium initiũ & mõ ad numerũ, modo ad tempꝰ modo ad fundamẽtũ refertur quõ in edificãda domo initium fundamẽtum eſt. Principium quoq; & conuerſionis & deprauationis dici poſſe ſcripturarũ cognoſcimꝰ auctoritate. Eſt & principiũ artis ars ipſa ex qua artificum diuerſorũ deinceps cœpit operatio. Et principiũ eſt bonorum operum finis optimus, vt miſericordię prĩcipium eſt deo placere quod facias.

¶ Principia locus in caſtris a principibus militibus ſic appellatus, vt eſt apud Colu. lib. iij. poſt principia.

¶ Principale quod primum & præcipuum eſt.

¶ Principor, aris inchoo, auſpicor, principio vero dominor. A quo principatus.

¶ Pymneſius palꝰ ad quẽ funis nauticꝰ religatur. Quẽ alij Toſillam dicunt.

¶ Priſcus, a um, quod ſuperiori ætate fuit & ſuperioribꝰ ſęculis, vt Priſci latini, q fuere anteq̃ roma cõderet̃.

¶ Priſtinus, a, ũ, pe. cor. qđ ſuperioribus annis, mẽſibꝰ diebꝰ, & nr̃a memoria fuit. vt priſtina nr̃a beneuolẽtia, priſtinũ etiã dr̃ de rebus q̃ nõ ſeneſcũt, nõ autẽ priſcum vt pharos & tyrus nun q̃ in ſtatũ priſtinũ redibũt. Et dr̃ priſtinũ quaſi primiſtinũ, a primus vt inquit Priſci. Aliqñ priſtinꝰ dicit̃ prior. Cur. Dies priſtino procelloſior.

¶ Priuignus, filius mariti vxoriſ ve, cuius prior cõiunx deceſſit, vt vulgo filiaſtrus. Dictus priuignus ꝙ priuſq̃ mater ſcđo nuberet eſt genitus, pri enim antiqui pro p̃ dixerunt.

¶ Priuos & priuas antiqui ꝓ ſingulis dicebãt. Inde priuas verbenas, & priuos ſilices ꝓ ſingulis accipit Liuiꝰ Nonius. primum eſt proprium vniuſcuiuſque. Vnde & priuata dicuntur quæ vniuſcuiuſque propria ſunt.

¶ Priuilegiũ lex priuatis facta. Cic. ꝓ domo ſua. Leges priuatis in hominibus irrogare, id eſt em̃ priuilegiũ Interdũ priuilegia dicũtur leges. Vnde priuilegiũ de Pompeij traditu. Saluſt. legem appellauit.

¶ Priueres mulieres priuatæ.

✣ Priuernũ vrbs eſt Cãpanię & Camilię patria. Cc.

¶ Priuo, as, ſignificat adimo. Plau. in Aſina. Ego pol iſtum portitorẽ priuabo portorio. Hic priuatꝰ a, ũ quod nõ eſt cõmune cũ alijs. Cic. lib. j. offi. Priuatũ autẽ oportet ęquo & pari ciuibus iure viuere. Priuatę etiam vocabantur ferię ſacrorum proprium, velut dies natales. Fulgurum procurationes & huiuſmodi priuatæ quæ ſiebãt pro famulis ſingulis & hominibꝰ. Hinc priuatim aduerbiũ qđ nõ eſt publice factũ. Sal. Exiſtimãs publice priuatimq; alieno ære opp̃ſſos. ¶ Priuati proprie dñr qui nõ ſunt cõſtituti in aliqua dignitate. Aliqñ dñt exẽpti a iure comuni. vt in decre. diſt. iij. Priuilegia ſunt leges priuatorũ. Et priuatũ cui aliquid eſt ademptum.

¶ Priſtis genus piſcis marini lõgiſſimi atq; anguſti corporis. Pli. ſcribit priſtes in mari Indico ducẽtũ cubitorũ eſſe Balenas quaternum iugerũ. Hinc etiã Scylla maris mõſtrũ dr̃. De quo Ver. Prima hominis facies & pulchro pectore pubetenus, poſtrema immani corpore priſtis. Ab huius ſimilitudine nauis oblõga dicta ẽ priſtis ver. Velocẽ Mneſtheꝰ agit acri remige priſti. Dicta priſtis a ſectione vndarũ. Scindunt em̃ mirum in modũ fluctus propter tenuitatẽ. Gręci autẽ πρίσιν ſectionẽ πρίστην ſectorem dicunt. ✣ Vulgo piſtris ſcribitur.

¶ Pro prępoſitio eſt q̃ tã ſeparata q̃ cõpoſita localẽ vim habet. & ſigni. ante, vt ꝓ curia pro mœnibus. Salu. Qui ni maturaſſet pro curia ſocijs ſignum dare procurato, ante curo. proſtratus añ ſtratꝰ. Separata etiã ſignificat quandoq; ad, vt pro meis viribus, id eſt ad vires meas.

Vergi. ꝓ ſe quiſq; viri. Interdũ ponit loco in. vt pro roſtris. pro ſenſu. ꝓ tribunali. Interdũ ꝓ iuxta ſiue ſecũdũ. vt ꝓ platonis ſentẽtia. ꝓ hoĩm iudicio. Interdũ ꝓ cauſa perhibẽdi teſtimoniũ. Vt quũ dicimus. ꝓ mutuo animo, ꝓ recõciliata gratia, id eſt cauſa mutui animi, & cauſa reconciliatę gratię. Interdũ pro loco, vt pecuniam ei dedi pro prædio, & ſum pro pretore, id eſt loco prędij, loco prętoris. Itẽ ponit pro auctoritate. vt Tribuni plæbis ꝓ poteſtate interceſſerunt, hoc eſt auctoritate poteſtatis ſuę. Itẽ pro ꝓpter vt pro iniuria quã accepi, id eſt ꝓpter iniuriam. Itẽ ꝓ defenſione. Terẽ. Nã niſi hęc ita eſſent pro illo haud ſtares Vergi. lib. ix. Pro turribꝰ aſtant. i. ꝓ defenſione turriũ. Eſt & aduerbiũ admirantis. Teren. in Adel. Pro dij ĩmortales facinꝰ indignũ quod narras. Itẽ interiectio dolentis ſeu indignantis, vt ꝓ deũ atq; hoĩm fidem. Plaut. ꝓ ſancte Iuppiter quid video? Sed his duobus modis circunflectitur. Compoſita vero tpalẽ vim habent, vt ꝓuideo, proſpicio. Qñq; priuatiua eſt. vt profanus. i. non ſacer prohibeo, propudium. Negatur enĩ cũ his ſanctitas, poteſtas ac pudor. Quandoq; accipitur loco e, vel ſuper. vt prominet. i. eminet, vel ſupereminet. Nonnunquam ſignificat porro ſiue in longum, vt promiſſa barba. Nonnunquam diu vt protollo, propendo. Interdum procul vt prouincia. Aliquando procul de futuro tempore. vt propheta. Quandoque procul ſpacio loci. vt procella que procul veniens percellit. Sæpe etiam vltra ad locum, vel aliquem tendere. vt progredior proueho. Interdum palã & more ſolenni. vt pronuncio, promulgo. Quandoq; coram vt propono. Quandoq; valde, vt procuruus. Quandoq; procul vehemẽter. vt profugꝰ.

¶ Proagogia latine productio. Nam προαγογεῖν producere eſt hoc eſt proſtituere. Plau. Audientem (inquit) dicto mater produxiſti filiam.

¶ Proauus penulti. cor. aui. paterni vel materni pater. Cuius relatiuum eſt pronepos. A quo fœmi. proneptis. A proauo fœmininum proauia.

¶ Probatica latine ouilis dicitur, πρόβατον enim ouis dicitur. Piſcina vbi oues lauabantur quum ſacerdotes eas litare vellent. Et probaticus ouinus.

¶ Probi boni dñr, qſi prohibiſe a delinquẽdo prohibeant. His cõtrarij ſũt Improbi & Reprobi. Imꝓbi vt iqt Aſco. cõtra leges ſunt. ſicut Inofficioſus contra merita. Inhumanꝰ cõtra pietatẽ. A Reprobꝰ fit aliud cõpoſitũ cõtrariũ. ſ. Irreprobꝰ qui nõ eſt reprobꝰ. Amb. Cũq; manũ ſuã ad me cõtingendã aptaret, dedit ei angelus dñi irreprobã, quã cõſpicis mortẽ. A ꝓbus fit ꝓbitas bonitas. Ab Improbꝰ Improbitas. Diminuti. ꝓbulꝰ. Vnde & Improbulus. Iuue. Finge tamen te improbulum.

¶ Probo probas, laudo, quis maiorẽ vĩ habeat probo q̃ laudo. Nã apd̃ idoneos ſæpe legimꝰ & laudo & probo. Qñq; probare eſt argumẽtis demõſtrare. vt hõ ſacrilegꝰ probauit ſe pro ĩnocẽte. Qñq; experimẽtũ facere. Plau. ĩ Tri. Quippe ex eorũ ingenio ĩgeniũ hoꝝ probãt. Et in Euãge. Iuga boũ emi, & eo probare illa. Qñq; ꝑmittere Hora. li. j. Car. Vagꝰ & ſiniſtra Labitur ipſa Ioue nõ probante. Huiꝰ cõpoſita ſũt Approbo, Cõprobo eiuſdẽ fere ſignificationis. Et cõtraria horum Improbo & reprobo pro damno, quæ habent penultimam correptam.

¶ Probabile dicitur quod licet non ſit verum, videtur tamen rationibus probari poſſe.

¶ Problema atis, & problematum propoſitio eſt interrogationem annexam habens prętextꝰ propugnaculum.

¶ Proboſcis idis, eſt porrectio corporis inherẽs naribꝰ quę excepto hoĩe in alijs fere animãtibꝰ ĩuenit. Varro. Inueniſſe ſe ericium cum proboſcide. In elephanto manus dicitur, ꝙ ea tanq̃ manu vtatur. Plin. Reſoluunt elephanti manu draconum nodos. Dicta. proboſcis ꝙ ante depaſcat. Gręci enim προβοσκεῖν dicunt ante paſcere.

¶ Probrũ ſtuprũ, adulteriũ, flagitium. Sueto. in Cæſa. Qui digreſſã a marito poſt biduum ſtati duxerat, quis ſine probri ſuſpitione, peregrinatũ merciũ portoria inſtituit. Vnde lex fuit apud romanos vt probrũ virginis veſtalis capite puniret. Alias ſignificat maledictũ, cõtumeliã, ſiue infamiã. dedecus, quę ex ſcelere ſequi ſolent, vt datũ eſt probo id eſt ignominiæ aſcriptũ. Liui. li. ij. His fræti occurſant portis ingerũt probra, ægre abſtinẽt qui caſtra oppugnẽt. Similiter Cice. Epiſtolas plenas ꝓbrorum appellat, id eſt cõtumeliarum

¶ Probroſum ignominioſum. Gel. li. j. Manuſq; eius inter agendum forent argutę admodum, & geſtuoſę maledictis, cõpellationibus ꝓbroſis iactatus eſt.

¶ Probro as, ꝓbro afficio. Ex quo fiunt cõpoſita. Exꝓbro. Opꝓbro, de quibus ſupra. Improbro quo vſus eſt. Plau. in Tru. Rus tu improbras? vt nacta eſt hominem quem pudeat probri.

¶ Proci dicunt qui in eandẽ libidinẽ nimia apetentia cõſpirant, a procando dicti. Eſt enĩ procare nimiũ laſciue petere. Vnde procaces molliũ rerũ petitores & in petendo nimiũ petulci. Ver. Procos irriſa priores. Inde procacitas. Cice. lib. iiij. de Repu. A procando. i. procẽdo procacitas nominata ẽ. Et procax petax quod & de inanimantibus dici poteſt. Vergi. Penituſq; procacibus hauſtris. qđ eſt ſeuientibus procellis. Vel vt Do. exponit impudentibus. Nã qui multũ petit impudens eſt. Et qui adeo impudentes ſunt vt nimis petãt, procaces appellantur. Vnde procax meretrix petulans dicit. impudẽs, inuerecũda, mordax, Teren. Maligna multo & magis ꝓcax illico facta eſt. Vñ ꝓcaces legimus qui mordaciter & iniurioſe loquuntur. Cice. in Sal. Ne in idẽ incidã vitiũ procacitatis quod huic obijcio. Et iterũ. Nõ enim procacitate linguæ vitę ſordes eluunt. Sciendũ tria hęc ꝓcaces, petulantes, & ꝓteruos multũ ſimilitudinis habere. & libidinẽ quãdam atq; iniuriã declarare, tã in factis quã in dictis. vnde apud Cice. proteruã petulantẽq; eodẽ loco de inhoneſta fœmina legimꝰ. Si vidua libere proterua, petulanter diues, effuſe libidinoſa meretricio more viueret. Hinc ſi quis ambulãs per impotẽtiã mẽtis obuiũ cubito feriat, aut cum cõtumelia ſibi cedere cogat ꝓteruũ hũc dicimꝰ. Hic a Vergilio Hœdi petulci a petẽdo dñr, ꝙ in alia loca penetrãdo iniuriam faciant.

☧ Procax & procacitas. vide in dictiõe proci. procacies vſurpauit Amb. li. reſur. Nã ſi vere vidiſſent inquit deformẽ meretricis affectum inhorrentẽ, procaciẽ, indecẽtem impudicitiã, inardentes, libidines

¶ Proco, as, & procor aris, vt qdã putãt procio fiũt qđ peto ſigni. Eſt & procare laſciue petere, ſeu oculos ĩ aliquã fixius intẽdere, ꝙ vernacula linqua dicimꝰ vagheзare. Qñq; ẽt inhoneſtis verbis & abſq; reſpectu aliquẽ aggredi. Hic ꝯponit recipꝓco pro repeto. De quo alibi

¶ Procio, is, iui, itũ, pe. co. ſigni. peto. Liui. Martẽ ꝓcitũ plurimi venerũt. i. petitũ, vt Feſt. exponit, procitum vero p. ꝓ. ſigni. ruptũ atq; irritũ. Hic iuriſcõſ. irritũ teſtamẽtũ, ꝓcitũ dicũt, a procio, qđ ex ꝓ & cio cõponitur

¶ Procito as, ſępe dico, prouoco.

¶ Procapis pe. cor. progenies q̃ ab vno capite procedit

¶ Procedo is, pe. pro. vltra cedo, progredior. Sal. ĩ Iugu. Sed vbi plerũq; noctis ꝓceſſit. ꝙ ẽ q̃ſi ꝑterijt. Aliqñ procedere eſt proſpere cedere. Terẽ. in An. Niſi id putas qa proceſſit parũ nõ poſſe hoc iã ad ſalutẽ conuerti malũ. ¶ Proceſſus, us. proceſſum & ſucceſſũ ſignificat.

¶ Procido, is, pe. cor. procidi procaſũ ſigni. me proſterno, ſeu vehemẽter inclino pronꝰ cado. Gel. Nã cũ multis annis poſtea ſcæna q̃ prociderat refecta eſſet. Et illđ in euangelio. Et procidens adorauit eum.

¶ Proceleumaticus pes ex quatuor ſyllabis breuibꝰ cõſtans. Dictus quaſi primitus iuſſus, eo quod in ſacris Mineruæ prius eius pedis verſus pronunciari iubebantur πρὸ enim ante κελεύω iubeo.

¶ Procello is, percutio, euerto. Vnde procella.

¶ Procella ẽ vis vẽti cũ pluuia nec durãs & ĩ mari potiꝰ q̃ ĩ terra. Dicta ab eo ꝙ oĩa ꝓcellat. i. moueat vel percutiat. Aut a procul, quia a lõge videt. Ver. Crebreq; procellis Aphricꝰ. Hinc procelloſus a, um, procellis plenũ



¶ Proceres pen. cor. capita trabiũ. hoc eſt mutili quidã extãtes. Hic ꝓricipes ciuitatis proceres appellati ſũt ꝙ ij ita in ciuitate eminẽt, ſicut illi in edificijs. Huiꝰ nois ſingularẽ ꝓtulit. Iuuena. agnoſco ꝓcerẽ q ẽ a ꝓcer, eris.

¶ Procærꝰ, ra, rũ. penultima ꝓdu. ꝓtolixũ & in longitudinem productum. Quod nomen quidã a cæra deriuãt, quaſi ad ſimilitudinẽ cærę protenſum propter facilitatẽ. Alia a creſcẽdo hoc eſt excretũ. Horatiꝰ in ſermo. Quo ꝑtinet ergo proceros odiſſe lupos. Huius cõpoſitum eſt Improcęrus. Gel. lib. iiij. Aduertimuſq; hinc elici tarditatem, corporaq; eorũ improcęra fieri minuſq; adoleſcere. Dicitur etiam hic & hæc ꝓcæris & hoc ꝓcære.

¶ Proceſtrion putatur locus apertus ac patulꝰ, quo procediti cubiculũ cœnaculis & reliquis partibꝰ ſupioribꝰ. Pli. ad Gallũ. Poſt hãc cubiculũ cũ proceſtrio altitudine æſtiuũ munimẽto hibernũ Nã Proceſtria vt Feſt. exponit ædificia ſunt ante caſtra, vel quibus procedit in muro. Sunt tñ q velint cũ pro citono legi, loco añ cubiculũ ab excubãdo nomen ex græco ſibi vendicante. Fit aũt proceſtriũ æqualibus columnaꝝ ĩteruallis patulũ, ſupra quarũ epiſtylia arcus curuãtur. Quidam etiam proceſtria aditum & veluti portam caſtrorum appellauerunt.

☧ Prochemaſis eſt preueniens tempeſtatem ſignificatio quæ non paucis ſæpe diebus pręcedit que ſi poſt veniat epichema ſin græci dicũt a verbo græco χειμάζολαι, id eſt tempeſtatem fero & χεῖμα hiems.

¶ Prochyta, tę, pe. cor. & Prochyte, tes. ĩſula ĩ Puteolano ſinu. Dicta quaſi profuſa. Emerſit eĩ prouolutis ĩ mare mõtibꝰ quũ priꝰ nõ foret. Nã procheo ſignificat effũdo. Nã Inarimes mõs terremotũ paſſus hãc inſulã fudit At Dionyſius lib. j. ſcribit prochitã dictam eſſe nutrice Aeneę eiuſdem nominis. De hac. Verg. lib. ix. Tum ſonitu Prochita alta tremit. Prochite etiã vaſis genus eſt.

¶ Procinctus. us. dicit quicquid paratum eſt, & ipſa prouiſio facta anteq̃ aliquid fiat.

¶ Procincta claſſis dici mos fuit, quando exercitus ad pugnam paratus erat, ꝙ pugnaturi ritu prius cingerentur gabino. Et ꝙ claſſem vetuſtius fuerit hominum, dici quam nauium multitudinem ſcriptum eſt.

¶ Proconeſſus inſula in Propontide, quam ſolam inter alias habitari pleriq; dixerunt.

¶ Proclamo, as. palam & valde clamo, vociferor. Liui. li. j. Moti homines ſunt in eo iudicio maxime Pub. Horatij patre proclamante ſe filiam iure cæſam iudicare, ni ita eſſet patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe.

¶ Procliue pe. pro. qđ eſt porro inclinatũ. Et proprie ſecũdũ Cice. lib. iiij. Tuſcu. dicitur in malis, quũ Procliuitas dicatur in his qui ad aliquod vitiũ proni iclinati quo ſunt. Et facilitas in bonis qui proni ſunt ad humanitatẽ, liberalitatem, & ad ingenuas diſciplinas.

¶ Procyon latine anticanis ſtella quæ & Sirius dicitur. Vide in dictione Canis.

¶ Proconſul. vide in dictione Conſul.

✣ Procris Cephali venatoris vxor fuit. Cc.

¶ Procul aduerbium videtur cõponi ex porro lõge. quaſi longe ab oculis, vel præoculis. i. añ oculos Vñ poteſt & ſatis longe, & nõ longe ſignificare. Ter. in Hecy. Quẽ cum iſthoc ſermonem habueris procul hinc ſtans accepi Verg. lib. v. Eſt procul in pelago ſaxum. Quod ſatis longe fuiſſe intelligi non poteſt. ne voluptas pereat ſpectaculi. Deſeruit quandoque accuſatiuo quandoque ablatiuo. Curtius Procul vrbem dixit. Horat. in Sermonibus. Quę procul extructis inerant heſterna caniſtris.

¶ Proculꝰ. pe. cor. cognomẽ eiꝰ q natꝰ ſit pr̃e pegrinãte a pr̃ia ꝓcul. Alij proculos iõ dictos putãt ꝙ a patribꝰ ſenibꝰ, q̃ſi procul progreſſi & attenuati ſint. Plau. ĩ Menę. Iubeas Proculũ afferri tibi. ✣ Sũt q porculũ legant.

☧ Proclꝰ philoſophꝰ platonicꝰ fuit, qui inter cætera p̃clare dicta, ſcribit multos eſſe in vita lupos, multos, porcos, plurimos alia ſpe quadam bruti circunfuſos.

¶ Proculeius nomẽ viri, ſimiliter a procul deductum.

¶ Procudo is, pe. pro. ſigni. prolato, cudendo extenuo ſeu probe cudo, exacuo ve. Verg. li. j. Geor. Durum procudit arator Vomeris obtuſi dentem.

¶ Proculco as, ꝓgrediẽdo vel aliud agẽdo cõculco. Colu. li. ij Nã dũ a pecudibus legumina ꝓculcantur herbæ etiã atteruntur vngulis atq; glabreſcit.

¶ Procumbo is, ꝓſternor. Liu. li. j. Ipſum feſſum via ꝓcubuiſſe. Col. li. j. Lata bubilia eſſe oportebit pedes decẽ vel vt minimũ. ix Quæ mẽſura & ad ꝓcũbẽdũ pecori & iugario ad circũeundũ laxa miniſteria p̃beat. Procũbo iaceo. ☧ Pli. li. xvj. de arũdie foloia inquit, a medio internodio cũ plurimũ deſinunt veſtire ꝓcũbuntq;.

¶ Procubitor qui noctu cuſtodiæ cauſa excubat, cum caſtra hoſtium in ꝓximo ſunt.

¶ Procuruus valde curuus. Ver. li. ij. Geor. Contra nõ nulla eſt oleis cultura nec ille ꝓcuruam expectat falſem

☧ Procraſtino, as, pe. cor. ꝓlongo. Gel. li. xvj. Quæ reliquit pfecta expolitaq; omni poeticę vetuſtatis laude florẽt. Sed q̃ ꝓcraſtinata ſunt ab eo. vt poſt receẽſerẽtur neq̃q̃ poetę nomine, atq; iudicio digna ſunt.

¶ Procurro is, ꝓcucurri, ꝓcurſum. vltra ſiue longe curro. Hie. ad Da. Et ꝓcurrẽs occubuit ſup collũ ipſiꝰ. Colu. li. vij. Ex domitis bubus valentiſſimũ eũdẽq; placidiſſimum cum indomito iungimus, qui & ꝓcurrentem retrahat, & cunctantẽ ꝓducat.

¶ Procuro as, pe. ꝑ. ſign. ad miniſtrationẽ reꝝ alienaꝝ gero. Cic. Cornifici. Is ꝓcurat rõnes. Dioniſiꝰ. Hinc ꝓcurator negocioꝝ geſtor, quẽ vulgo Factorẽ dicũt, cui p̃cipue agri colendi cura omnis incũbit. Vlpia. de ꝓcuratoribus. ꝓcurator eſt qui aliena negocia mandato dñi adminiſtrat. Actores vero cauſaꝝ Cauſidici dicũtur. ꝓcuratio ipſa adminiſtratio. Ci. li. j. de natu. Deoꝝ. Sunt eñ philoſphi & fuerunt qui oĩno nullã habere ſenſerũt rerũ humanaꝝ procurationẽ deos. Aliqñ procurare eſt ſtudioſe curare ſeu inueſtigare. Hier. Ad Dama. Et Sathanas quũ aliquẽ ſua arte dcceperit & propriũ ei iugũ ĩpoſuerit, vltra & vitiorũ abũdãtiã nõ procurat, ſciẽs eũ eẽ iã mortuũ. Aliqñ ſignificat ſimpliciter curare. Apuleius. Hunc enĩ equulũ ſuũ curioſe nimis procurantem inueni. Aliquando ſuſtentare medicare, adiuuare. Cato de re ruſtica. Eodem modo ceteras arbores procurato. Plaut. in Cur. Tibi opus eſt hoc quo te procures

¶ Procuratoriꝰ, a, um, quod ad procuratorem pertinet vt procuratorię literæ procuratorium munus.

¶ Procas nomen regis Albanorũ, qui Amulium & Numitorem filios habuit.

✣ Procuſtes lotro inſignis in Attica regiõe, qui hoſpites ĩterimere ſolitꝰ Ab Hercule hoſpite ĩterfectꝰ ẽ. Cc.

¶ Prodeo is, diui, vel prodij. proditum ex pro & eo, d interpoſita ſigni. vltra eo ſiue foras exeo, q̃ſi porro eo. Ci. An ego tibi obuiam nõ prodirẽ, primũ Appio pulchro deinde imperatori. Idem. li. j. offi. Scenicorũ quidẽ mos tantam habet diſcipline veteris verecundiã, vt in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo, id eſt exeat.

¶ Prodico, is, pe. pro. vltra dico. Cice. pro Cælio. Quãobrẽ excutiemꝰ oẽs iſtorũ delitias, oẽs ineptias, ſi prędixerint. ☧ Prodicꝰ medicus, Selymbrię natus diſcipulis hippocratis. Iatralectices. i. medicinę vnguentariæ ĩuẽtor, quũ prius præceptor eius clinices. i. medicamẽtarię author fuerit. Idem Prodicus rectoribus medicorum ac medicis in eis vectigal inuenit

¶ Prodo is, prodidi porro. i. lõge proijcio, deſero, excludo ꝓpello. Ver. Naulbꝰ (infadũ) amiſſis vniꝰ ob irã ꝓdimur atq; italis lõge diſiũgimur oris. Et ꝓdere deferre, oñdere, patefacere. Idẽ ꝓdere voce ſua quẽq; aut opponere morti. Hiero. Sororis maritꝰ cœpit ꝓdere velle quẽ celare debuerat. Itẽ differre, ꝓtrahere. Terẽ. ĩ and. Credo ĩpetrabo vt aliquot ſaltẽ nuptijs prodat dies. Itẽ propagare. Ver. li. iiij. Italiã regeret genꝰ alto a ſanguĩe Teucri proderet. Itẽ tradere. Salu. Anteq̃ arcẽ proderet

hoſtibus. Hic ꝓditor, proditio, & prodimētū, qđ vulgo dicitur tradimētū, vel a prodēdo conſilia hoſtibus vel a tradendis vrbibus, arcibus, exercitu. Cice. In cū pœnā qui prodere hoſtibus patriā cagitaret. Itē mandare. Idē Appio. Quum tuum ſtudium cōſumes in virorū fortiū factis memoriæ prodendis. Itē ſcribere. Cice. li. iij. offi. vtili videbatur Vlyſſi vt quidā tragici poetę ꝓdiderūt. Itē in interiore in publicū locū procedere. Apul. Tum tremebundus prodit in forū. Alias pro loco & ſecūdū diuerſos actus. Pli. li. ij. Diuus Auguſt⁹ læuū ſibi prodidit calceū ꝑpoſtere indutum, quo die ſeditione militari prope afflictus eſt. i. proiecit ſiue induit. ✣ aut ſignificauit.

✣ Prodinunt veteres pro produnt dixere. Aenni⁹ prodignunt famuli cum candida lumina lucent. Cc.

✣ Prodius etiā dixerunt, pro interius. longius. Cc.

¶ Prodigium quaſi porro dictum, q̄ porro dicat. porro ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat.

¶ Prodigiator qui ex prodigio futura prę̄nunciat.

¶ Prodigioſus, a, um quod prodigium facit.

¶ Prodigialis & hoc prodigiale quod prodigiū ꝓcurat Plau. ī Am. Sed mulier poſtq̄ exporrecta es ꝓdigiali Ioui, aut mola ſalſa hodie, aut thure cōprę̄catam oportuit.

¶ Prodigiæ hoſtiæ dicuntur quæ conſumuntur. Inde homines luxrioſi prodigi dicti ſunt.

¶ Prodigo is, pe. cor. prodegi ſupinū nō legi, ex pro & ago, d euphonię cauſa interpoſita, ſignificat cōſumo vltra modū erogo. Plau. in Aul. Feſto die ſi quid prodegeris, pro feſto egere liceat niſi peperceris. Amb. Merito ergo prodegit patrimoniū qui ab eccleſia receſſit. Lact. li. vj. Quotieſcūq; leuiſſimorum patrimonia ī res ſuperuacuas prodiguntur. Aliquando ſignificat portendo & præmonſtro. Vnde prodigia & prodigiatores.

¶ Prodigus qui bona ſua cōſumit. Cice. li. ij. Offi. Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales, prodigi qui epulis & viſcerationibus & gladiatorum muneribus ludorum venationumq; apparatu pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut omnino nullam ſunt relicturi, liberales quiſuis facultatibus aut captos a prædonibus rediniunt, aut ęs alienum ſuſcipiunt cauſa amicorum, aut in filiarū collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in requę̄renda vel augenda, ponitur tamen interdū prodig⁹ pro liberali. Horat. lib. Carm. Animę quæ magne prodigū paulū ſuperātē pœno Gratus inſigni referam camena. Antiqui hoſtias prodigas dicibant quę conſumebāt Hinc fiunt aduerbia prodige & prodigaliter profuſe, abundanter. Col. li. iiij. Non illa videntur prodigaliter in noſtris Ceretanis accidiſſe, vt aliqua vitis apud te excederet vuarum numerum duorum millium.

¶ Podromus prę̄curſor. Vnde ꝓdromi dicuntur a Gręcis fici præcoces, quaſi præcurſoriæ. Et prodromi aquilones qui octo ferme diebus exortū caniculæ añcedūt.

¶ Produco, is in lōgū duco. quod & de tēpore & de corporeis rebus dicitur. Ver. Abnegat exciſa vitā ꝓducere, Troia Cice. in Cat. Cōuiuiū vicinorū quotidie ꝯpleo quod ad multā noctē q̄ maxime poſſum⁹ vario ſermōe producim⁹. i. protrahim⁹. Hier. in Numeris producat ea in laminas. Terē. in And. per tranſlationē dixit. Non ne tibi eſſe ſatis hoc ſolidū viſum eſt gaudiū, niſi me lactaſſes amātē & falſa ſpe produceres? Hic producta ſyllaba dicitur logua. Col. flagellū vocat productiſſimū, qđ lōgiſſimū eſt in vitibus. Et ꝓducere eſt ante ſeu vltra foraſue ducere. Terenti. produxi ac vēdidi. Galba Ciceroni. Rēpēte Antonius in aciē ſuas copias de vico produxit & ſine mora cōcurrit. Col. li. vij. Poſt eiuſmodi experimēta vacuo ploſtro, ſubiungendi, & paulatim longius cū onerib⁹ producēdi ſūt. Idē paulopoſt Ex domitis bub⁹ valētiſſimū eūdēq; placidiſſimū cū indomito iūgim⁹ qui procurrētē retrahat, & cūctātē producat. Hinc productores dicuntur qui virgines abducunt, eaſq; ad quæſtum exponūt. Terē. in Eun. Precium ſperās illico producit & vendit. Vbi Dona. proprie venales produci dicunt Plautus ꝓ proſtituere poſuit. Audientem dicto mater produxiſti filiam. Interdum gignere. Idem in Capti. Quid hoc eſt ſcelus quaſi inorbitātē filios produxerim. Interdum interponere. Teren. in And. Dicam aliquid iam me inuentum, vt huic malo aliquam producam moram. Interdum proſequi. Vergili⁹. Nec te tua funera mater produxi. Interdum conſummare. Terē. in Adel. Et cyathos ſorbilans paulatim hunc producam diem.

¶ Productile penul. corre. quod tonſionibus malleorū productum eſt. Hierony. in Exo. Duos quoq; Cherubin aureos & productiles facies.

✣ Prœt⁹ Abātis Regis Argiuorū fili⁹, eiq; ſucceſſit in regno. Vxorē habuit Antiā ex q̄ quatuor filias genuit quæ dñr prœtides. De quibus in dictione prætides. Cc.

¶ Profan⁹, a, um, penultima producta dicit̄ irreligioſum nō ſanctū, q̄ ſit porro a fano, ſed impium, ſceleſtum aduerſum omni religioni. Stati⁹. Fraternitas acies alternaq; bella profanis Decertata odijs. Plaut⁹ Sacrū an profanum habeas paruipendit̄. Is eñ profan⁹ eſt qui fani religioni non tenetur profanū etiā dicit̄ quod ex religioſo vel ſacro in hominū vſum conuerſum eſt. Vergili. Faune precor miſere (inquit) tuque optima ferrum Terra. tene colui veſtros ſi ſemper honores. Quos contra Aeneadę bello fecere profanos. Et profani dicebāt̄ ſacris nō initiati, qui fanū intrare non poterant. Idem ꝓcul o ꝓcul eſſe ꝓfani Conclamat vates. Et per allegoriam ꝓfanos dicimus imperitos, qui merito ſunt doctis exoſi. Horatius lib. Car. Odi ꝓfanū vulgus. Varro ꝓfanū interpretat̄, quod eſt ante fanum coniunctum fano. Scribitur etiam p ph. ꝓphanus. Vide ſupra in dictione Fanum.

¶ Profano, as. i. ex ſacro humanis vſibus ꝓmiſcuum facio. Vnde ꝓfanatum templum dicitur, quum in eo vel dimicatum eſt vel aliquid turpe commiſſum.

¶ Profari ante vel late fari, dicere pronunciare. Hinc fit nomen quartæ īflectionis Profat⁹, ꝓfatus, ꝓfatui. Gel. Neque dictu ꝓfatu ipſo tetrę aut inſuaues eſſe.

¶ Pofecto aduerbium confirmantis eſt. dictum quaſi ꝓ facto, & ſignificat nimirum. Terentius in And. profecto ſic eſt. plerumq; autem ad reſpōſionem adhibetur. Cice. Quis hęc renunciat? Is ꝓfecto qui interfuit. quod etiam per Certe facimus. Idē In quo meminimus? Certe in nullo. Sic fit per Nimirum & per Nempe.

¶ Profero penultima cor. palā facio, prodo, pronuncio. Teren. in Hecy. Ita medii bene ament, haud propterea te rogo, vt hoc proferam. Sene. Anteq̄ ſententiam proferam. Aliquando ſignificat protendo, prolato. Pli. Quū lineam protuliſſet longiſſimā atq; rectiſſimam. Iuſti. lib. j. Arbitria principum pro legibus erant, fines imperij tueri magis quam proferre mos erat. Terē. in And. Saltem aliquot dies profer dum proficiſcar aliquo ne videā

¶ Profeſtus. a. um. Vide in dictione Feſtus.

¶ Proficio, is. procedo & perficio ſignificat. A quo profectus Idem eſt enim proficere & profectū facere. Sene. Sic enim & audiendo & legendo indies magis ꝓficim⁹. Plini. Nec minorē ſub eo præceptore profectum fecit.

¶ Proficiſcor. eris. ꝓfect⁹ eūdi & veniēdi ſignificationē habet. Verg. Hūc læ tū Tirijſq; diem Troiaq; profectis.

¶ Profiteor late ſeu palam polliceor. Cic. ī Acade. Qui philoſophiam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturum. Liuius palam profeſſi nuſquam inde niſi in patriam veſtigium eſſe moturos id eſt voluntarie, ſiue libere. Vnde profeſſio confeſſio palam facta. Et profeſſor qui publice fatetur. Inde qui liberales artes docent profeſſores dicuntur, quia artes illas ſe ſcire & poſſe publice tradere fatentur. Nam profiteri vſurpamus pro publice legere. profiteri vero apud prætorem, vti de Archia eſt apud Cicero. eſt nomina ſiue cenſum profiteri. Vnde illud Euangelij q̄ profitebantur omnes in iudea ſub Auguſto, ex hoc fonte venit.

¶ Profligo as, pe. p. deijcio, ꝑdigo, depello, deꝑdo, & ad ꝑniciē deduco. Vñ ꝓfligatum exercitū dicimus. i. ꝓſtratum, deiectū, afflictū, ꝑditum, Et ꝓfligata res hoc eſt ꝑditas, & ad ꝑniciē redactas. Hinc ꝓfligatiſſimos homines vocamus ꝑditiſſimos, & in quibus nihil eſt ſalubre, nihil integrū. Sue. in Tibe. Ex iuuētute vtriuſq; ordinis profligatiſſimus quiſq;. Qñq; profligatū accipitur quaſi ꝓabſoluto & effecto. Cor. Tacitus, ꝓfligauerat bellū cū Iudęis Veſpaſianus. i. cōfecerat, & pene ad exitū deduxerat. Hinc profligata dicuntur quæ ꝓpe abſoluta ſunt. Sic dicimus ꝓfligata & in profligato eſſe ædificia, q̄ ꝓpe abſoluta ſunt. Cic. lib. v. Tuſ. Atq; ſi ita eſt ꝓfligata iam hæc & pene ad exitū deducta q̄ſtio eſt. Affectū quoq; dixerunt qui latine locuti ſunt id quod ꝓfligatū appellat̄ in hac ſignificatione. Cic. in oratione de ꝓuincijs cōſularibus. Bellum affectum videmus, & vere vt dicam pene confectum. Idem in Oeconomico. Quum vero iam affecta æſtate vuas a ſole miteſcere fas eſt.

¶ Profligo is, pe. pro. xi. ctum, late ſiue multum certo. Col. lib. j. Quia flagitioſum quos hoſtis profligendo deſolaſſet agros nouo more emere Romanum ſupra vires patrimonij poſſidendo.

¶ Proflubeo es, bui, ſiue proflubeſco, ſi tamen inueniat̄ ſignificat emano. Col. lib. vij. Si armos lę̄ſerit, aut ſāguinem dimiſerit. medio fere in vtroq; crure venę ſoluant̄, & thuris puluere cum dimiſerit cum eo qui ꝓflubuit ſanguine armi linantur.

¶ Profluo is. deorſum ſiue a longe fluo. Lact. li. ij. Fontes quidē ex quib⁹ aqua ꝓfluit. Hiero. per tranſlationē profluere quaſi fluendo peruenire dixit. Inde miſericordia omnibus profluxit, & gratia vt laudent.

¶ Profluens modo ꝑticipiū eſt. Liui. lib. j. Pueros in ꝓfluentem aquam mitti iubet. Nodo ſubſtantiuum & generis maſ. ponitur q; ꝓ flumine. Cic. lib. j. ad Herē. Qui parentem necaſſe iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio deuehatur in profluentem. i. fluminis procurſum.

¶ Profluus a, um, quod profluit. Amb. lib. Hexa. De aquarum proflua qualitate.

¶ Profluuium fluxio. Vnde profluuium ſanguinis dicimus Plin. lib. xxvj. Sanguinis profluuium ſiſtit hęrbæ Pęoniæ ſemen rubrum.

¶ Profugio procul fugio, ab quātum poſſum inde fugio Plau. in Caſ. Quid nunc agam neſcio, niſi vt improbos famulos imiter ac domo ꝓfugiā. Cic. in Lel. Hac itaque amentia ꝑterritus in Aſiam profugit. Hinc profugium.

¶ Profugium dr̄ quum longe aliquo fugitur vbi ſe quis tutū putat. Cic. lib. j. Tuſ. Portum nobis paratum, & profugium putemus quo velis paſſis prouehi liceat.

¶ Profugus qui longe aliquo fugit, procul a finibus ſuis vagans, quaſi porro fugatus. Sal. Troiani qui Aenea duce profugi ſedibus incertis vagabantur.

¶ Profundo is, large fundo, ſupra modum expono. Tractum ab aqua quę profunditur ex vaſis. Teren. Profundat, pereat, nihil ad me attinet. Et profundere extra fundere, vnde dicimus, prę̄ces & vota profundūt.

¶ Profuſus ſupra modum ſumptuoſus. Saluſt. Alieni appetens, ſui profuſus, quaſi profuſor. Ponitur aliquando pro abiecto & iacente. Plautus. Profuſus, ſquallens, ſordidus, ab omnibus derelictus.

¶ Profundum dictū eſt q̄ porro. i. longe habeat fundum Vnde ꝓprie ſignificat imum, vt profundum mare. Qñq; ſumitur pro alto. Verg. Ni faciant maria ac terras cælumq; profundum. Hinc profunditas.

¶ Progenies a progignēdo eſſe videtur, quaſi porro genita.

¶ Progenerum dixit auus neptis ſuæ virum. Huic correſpondet proſocer. qui & ſocer magnus dicitur.

¶ Progredior, eris, progreſſus. Vide ī dictiōe Gradior.

¶ Progymnaſmata ꝑexcitamēta latine dicuntur. Idem ſignificant proagonaſtica.

✣ Progne pandionis Atheniēſium Regis filia fuit, quæ Tereo Tracum Rgi matrimonio iuncta eſt, ex qua filiū Itym ſuſcepit. Cc.

¶ Prognoſis pen. prod. Nam πρόγνωσις gręce, præſcientia, prę̄uidentia dicitur.

✣ Prognariter audacter, ſtrenue. Plau. Age indica prognariter. Cc.

¶ Prognoſticon rei futuræ ſignum, & per g, ſcribitur.

✣ Et a gręco verbo deriuat̄, hoc ē ἀπό τοῦ προγινώσκω qđ facit in futuro προγνώσομαι & prę̄ſcio, ſiue ꝑcognoſco ſignificat. Vnde Hippocratis prognoſtica quib⁹ facile ægrotorum ſalus mors vel, a medicis prę̄dici ſolet.

¶ Prohibeo ex pro & habeo, ſignificat vero, ꝓcul teneo auerto. Verg. ꝓhibe infandos a nauibus ignes. Plau. placide egredere, & ſonitū ꝓhibe foriū, & crepitum cardinū, ne quid hic agitem⁹. Inhibeo vero retineo, cōprimo Hoc eñ differt a ꝓhibeo, q̄ prohibere generale ſit etiā ante rē incœptā. Inhibere re iā incœpta. Illud vetat ne quid facere īcipias, hoc ne ꝑgas, ſed poti⁹ deſiſtas. Ver. Quod genus hoc hominū q̄ ve hunc tam barbara morē ꝑmittit patria? hoſpitio prohibemur arenę. Idē, parcite iam Rutuli, & tela inhibete Latini. Hinc nautæ īhibere remis dicunt̄, quum nauē retro vertere volentes currentis impetum remorum impreſſione retardant. Iuſti. Ita ceſſum inhibere remis, & a bello diſcedite.

¶ Procemium latine initium vel exordium ſiue ꝑfatio dicitur. Dictum procemium q̄ οἴμη cantus dicitur. Nam ſicut Citharœdi pauca illa quę antequam legitimum carmen inchoent emerendi fauoris gratia canūt, procemiū cognominauere, ſic oratores ea quę prius quam cauſam exordiantur ad conciliandos iudicum animos prę̄loquūtur eadem appellatione ſignarunt. Sunt tamen qui prohœmium appellatum velint, q̄ Gręci οἶμος viam nominant, q̄ procemium ante rei ingreſſum ponatur. Ideoq; cum h, ſcribendum putant. A procemium fit procemior, aris, quod eſt exordior.

✣ Proiectus puer dicitur expoſitus, qui ſi nutriatur dicitur proiectitius. Cc.

¶ Proijcio is, pen. cor. quaſi porro iacio, extendo, porrigo. Verg. ꝓiectaq; ſaxa pachyni. Idē ꝓiecto dum pede lę̄uo Aptat ſe pugnę. Siſen. Vet⁹ atque ingēs erat arbor ilex q̄ circū ꝓiect⁹ ramis meiorem partem loci ſummi tegebat. Hinc proiectus us, ꝓ extentione. Lucret. Qualibet immani ꝓiectu corpis extet. Interdū ꝓijcere ē abijcere. Cice. Quid ſi eum ex vrbe proieceris. Interdum dimittere, derelinquere. Verg. Non ego vos poſthac viridi ꝓiect⁹ ī antro Dumoſa pēdere ꝓcul de rupe videbo.

✣ Proiecta ædificia ea dñr vt inquit Labeo, q̄ ita ꝓuehūtur, vt nunq̄ requieſcant. Quid interſit inter proiectum, & immiſſum vide in dictione immiſſum.

¶ Proinde cū accentu in pen. cōponit̄ ex pro & inde ſignificatq; ideo, ideoq;, itaq; propterea, propter hoc, quapropter. Semꝑ eñ dependet ex ſuperiore ſentētia. Hierony. in ꝓlogo Sap. Hūc Iudæi philonis eſſe affirmant, qui proinde Sapientię nominat̄, quia in eo Chriſti aduētus euidenter exprimitur. Liuius lib. j. Satis ſcire origini Romanę & deos affuiſſe & non defuturam virtutem ꝓinde ne grauarentur. ponitur qñq; pro aduerbio ſimilitudinis. Teren. in phor, proinde expiſcare quaſi nō noſſes. Saluſt. At hi cōtra ignauiſſimi homines ꝑ ſummum ſcelus oīa eis ſocijs adimere, q̄ fortiſſimi viri victores reliquerant, ꝓinde quaſi victoria iniuriā facere demum id eſſet imperio vti. Quandoq; pro deinde, vt apud Plautum. proin dicitur pro deinde. Terent in Eunu. Proindum tēpus etiā atq; etiam cogita.

¶ Prolatus procul latus. ablatus a ꝓtollo. i. procul aufero nā profero propono eſt idē qđ ꝓmo. Iuue. profer Galla caput. De protollo. Plaut. in Cap. Vbi res prolatę.

¶ Prolectibile titillatio incentiuum ve atq; illectamētū Sido. ad Vectionē. Nemo ita naturę firmæ eſt prolectibilibus careat occultis.

¶ Proles ꝓgenies. Col. li. viij. de caprino pecore. Parit aūt ſi ē gñroſa ꝓles frequēter duos nonnūq̄ trigeminos

Proletarij a prole dicti ſunt qui ĩ plebe Romana pauperrimi erãt, neq; ampliꝰ q̃ mille quingẽtũ æris in cẽſum deferebant. Qui vero nullo aut pauco ꝓ ære cenſebãt Capite cẽſi vocabãt. Au. li. iij. de ci. dei. Tũ vero tã multa bella vtiq; crebuerũt, vt inopia militũ proletarij illi q eo ꝙ proli gignendę vacabant ob egeſtatẽ militare non valentes hoc nomen acceperant, militię conſcriberentur.

¶ Prolepſis dici põt p̃ceptio, ex πρὸ añ, & λῆψις ſũptio ſiue acceptio. ✠ Siue ἀπὸ τοῦ προλάμβανειν, ✠ hoc eſt a p̃ſumendo fit aut cum id quod in aduerſarij aut iudicis opinione eſſe, aut fore arbitramur contrariũ nobis præoccupamus dicere & ratione diſſoluere.

¶ Prolixo as. Vide in dictione Lixo.

¶ Prolixum quaſi porro laxum, quod lõgum latũq; eſt. Teren. in Eunu. Accipit nemo melius neque prolixius, id eſt largius. Aliquandoq; dicitur ſuperfluum. Vñ prolixam orationem dicimus.

✣ Prolixitas lõgitudo, q̃ & prolixitudo a veteribꝰ dicta eſt. Pacu, Oro in me ne flectas fandi prolixitudinem. Cc.

¶ Prologium p̃ncipiũ, quaſi proloquium, a gręco λογ⊕. Plautus. Exanimauit me prologio ſuo.

¶ Proloquor pe. cor. prologo vtor, vel multũ ſiue vltra loquor in lõgũ. Plau. in epi. Nã quid ego apud te parem ꝓloqui? Ego illã hodie volo facere libertã meã. Qñque ꝓloqui eſt añ ſiue ſimpliciter loqui. Aug. lib. j. Con. Nõ ne tibi ꝓlocutꝰ ſum aduerſum me delicta mea. Qñq; eſt ſummã rei breuiter eloqui. Varro aũt ſic habet. proloqui eſt quũ in aĩo habemus loquẽdo efferrimus. Terẽ. Cẽſẽ me vllum potuiſſe verbum proloqui. i. ꝓferre. Aliqñ ꝓloqui eſt ſententiam ferre. A quo proloquium ſentẽtia in qua nihil deſideratur, quod etiã pro exordio ponitur.

✠ Proludo is, pe. pro. proludere ſignant quod græci debent, προοιμιάζειν. Quintili. cytharedi pauca illa quæ ante legitimum certamen incoant emerendi fauoris gratia canunt, proęmium vocauerunt. Plin. lib. xxxvij. Quando pompeiano proludit.

¶ Prolugeo ſolito diutius lugeo Feſtus prolugere dicuntur qui ſolito diutius lugent.

¶ Proluo is, ex ꝓ & lauo, qđ e p̃ria in tertiã trãſit coniugationẽ, ſicut Abluo, ſignificat multum ſiue multo tempore lauo. Perſi. Nec fonte labra prolui caballino. Non enĩ oĩno negat, ſed negat multũ labra lauiſſe, & hoc hũilitatis cauſa. Aug. lib. iiij. de ciui. dei. Abruptas etiã imbribꝰ ꝓlutas eſſe regiones. Aliqñ ꝓluere eſt ſupfluere. Colu. lib. ij. Qm̃ impetus aquarum proluit terram nudatiſq; radicibus germina non patitur coaleſcere.

¶ Proluuio onis. Vide in dictione Scaturigo.

¶ Proluuies immũdicia cuiuſcunque rei ſordidę. Verg. Fœdiſſima ventris proluuies.

¶ Proluuiũ idẽ qđ proluuies, p tranſlationẽ dicitur ꝓfuſio & ꝓdigalitas, quũ quis more aquę opes profũdit. Teren. in Adel. Quę res tam repente mores mutauit tuos? quod proluuium? quę iſta ſubita eſt largitas?

¶ Promereor bñ ago, bñficiũ p̃ſto. Ver. li. iiij. Nunquã regina negabo promeritam. Teren. Ita me velim ames promerentem pater. i. bene agentem. Iñ ſocij promerẽtur, quãdo beneficijs alliciuntur & beniuole artificio cõciliantur. Plaut. tamẽ in Amp. in malam ꝑtem ſumpſit. Quid mali ſum here tanta ex re promeritus?

¶ Promercalia mercimonia ſũt vẽditiõi expoſita. Col. li. xij. pecuniã dñi neq; in alijs rebꝰ promercalibꝰ occupet. Quidã aiũt ꝓmercalia ꝓprie dici merces quę primo minoris emunt vt poſtea pluris diſtrahant, quarũ rerũ negociatores gręco vocabulo ꝓpolę nũcupant. ✠ Suet. in Cęſa. aurũ promercale vocat id qđ Cæſar vẽdidit ſuperans ſibi reſeruata tanta auri copia q̃ta ſuo vſui ſatis eſſet. promercales veſtes q̃ ſuperuacant patrifamilias. Colu. lib. vij. pecuniam domini neq; in alijs rebus promercalibus occupet. Ibi videntur accipi promercalia, p mercimonijs ſuę ditioni expoſitis.

¶ Prometheus pe. ꝓ. nomẽ viri propriũ, ἀπὸ τοῦ προμηθείας. i. a ꝓuidẽntia. Fuit enĩ prudentiſſimus, hic primus aſtrologiam Aſſyrijs indicauit, quam reſidens in monte Caucaſo nimia cura dep̃henderat. Hic propter nimiã ingenij excellentiã homines finxiſſe exiſtimat, quia vt inquit Lact. Simulacrũ hominũ primus de molli luto formauit ab eoq; nata Plaſtice eſt. Hic fuit pater Deucaliõis & filius Iapeti, qui fuit vnus ex Titanibꝰ. A Prometheus fit patronymicum Promethides pen. prod.

¶ Promineo es, pe. cor. ex pro & maneo, quaſi ante vel extra in longum maneo. Vnde promontorium. Plin. Simię dentes vt homini, elephanto intus ad mandendum quatuor præter eos qui prominent.

¶ Promiſceo. Vide in Miſceo. Vñ promiſcuꝰ a, um. Vñ grãmatici promiſcuũ genꝰ Epicœnõ & quaſi ĩcertũ ſiue cõfuſũ vocãt. A quo promiſcue aduerbiũ mixte, cõfuſe, incerte pro quo veteres etiam promiſcam dixerunt. Cc.

¶ Promitto is, polliceor. Cic. Iã enĩ totũ qđ tibi promiſerã p̃ſtiti. Qñq; promittere eſt ꝓducere & quaſi in magnitudinẽ mittere, ſiue porro. i. longe mittere. Plaut. in Ru. Capillũ ꝓmittã optimũ ẽ, incipiãq; hariolari. Ver. ꝓmiſſaq; barba. Qñq; minari. Idẽ, promiſi vltorẽ & verbis odio aſpera moui. Huius cõpoſita ſunt Appromitto ꝙ eſt pro altero promitto. Cõpromitto qđ ſignificat litẽ ad boni viri arbitrium mitto. A quo Compromiſſum ipſa facultas arbitro data. Tractũ ab eo quod vterq; litigãs ſimul promittit ſe arbitri ſentẽtię pariturum. Repromitto firmiter ſeu etiam promitto. Hierony. ad Dama. Hos verſus eſſe aſſumptos, ꝙ ille qui repromittebatur de genere Dauid venerit ſaluaturus Iſrael.

¶ Promo is, pſi, ptũ, ꝓfero, eloquor, expono. Plau. ĩ Ci. Accipias claues ſi qd tibi opꝰ erit ĩ prõptu ꝓmitto. i. extra capito. Ver. Lętiq; cauo ſe robore ꝓmũt Terſandrus Stelenuſq; duces. i. educũt. Lact. li. v. Lõgũ ẽ vniuerſas virtutis ſpecies ꝓmere, vt de ſingulis doceã. Huiꝰ oppoſita ſũt Depromo, qđ ẽ extraho, extra do, declaro. Ver. lib. xj. Et vltricẽ pharetra deprome ſagittã. Plau. ĩ Am. Quid faciãnũc, ſi tres viri me in carcerẽ cõpegerint, inde cras e prõptaria cella depromar ad flagrũ? Lact. li. iij. Idẽ in ope valde ſerio in quo p̃cepta vitæ deprõpta ex philoſophia Ciceroni filio [illegible]bat. i. excerpta. Hier. Propter ſimpliciores quaſq; id me depromere cõpellitis. i. deſcribere. Expromo pfecte promo. Terẽ, in Heau. Nemo eſt meorũ amicorũ hodie apud quem expromere oĩa mea occulta audeam.

✣ Promnion gẽma (quę & Morion) nigro colores trãſlucens. Cc.

¶ Prõptꝰ dr̃, q iã ꝑatus eſt ad agẽdũ, & in quo nulla mora ẽ, q̃ſi productꝰ. Salu. Natura ferox, vehemẽs, manu prõptũ erat maximũ bonũ in celeritate putabat. Sic dicimus prõptus ĩgenio q ingeniũ ad oĩa paratũ habet. Per tranſlationẽ prõptus ponitur pro manifeſto & aperto cũ res a ſecretiore loco educit, vt parata nobis ad manus ſit, vñ dicimus, res eſt in promptu, quaſi manifeſta. Cic. lib. ij. offi. Quę q̃q̃ ita ſint in promptu vt res diſputatione non egeat. Sal. Aliud clauſum in pectore, aliud in lingua promptum habere.

✣ Promptitudo vt ait Speu. eſt patens expeditio propoſiti ad res agendas.

¶ Prõptulꝰ dimi. Hie. in prolo. Dan. Quidam e noſtris ſatis ad loquendum promptulus Ezechielem adduxit in medium.

¶ Promptarius a, um, ex quo aliquid depromitur. Plau. in Am. Inde cras e promptaria cella depromar ad flagrũ Nam ibi promptariam cellam pro carcere poſuit, quia e carcere ad ſuplicium promuntur noxij.

¶ Promptarium locus in quo res ad vſum neceſſarię ita repoſitę ſunt, vt ſtatim promi ac proferri poſſint. Amb. libro hexa.

¶ Quid eſt igit os hõi niſi quoddã ſermõis hauſtũ, fons diſputationis, aula verborum, promptarium voluntatis. ✠ Symmachꝰ in epiſtolis promptariũ vocat ingeniũ tanquam repoſitoriũ doctrinarũ. Ait enĩ, Vt mihi falſis laudibus blãdiaris cũ aliqd ex noſtro deſiderare prõptario.



¶ Promꝰ & condus apud veteres ꝓ cellario ſumebant, ꝙ inde ꝓmãt & ibi condant. Plaut. in Aſi. Ego ſum ꝓmus, condꝰ, ꝓcutator peni. ꝓmus q p̃eſt cibarijs ꝓmendis, qui victũ familię promit. Condus qui recõdit in cellam penuariam ipſa penora. Nã in potentiorũ domibus alius eſt promꝰ, aliꝰ cõdꝰ, aliꝰ alij miniſterio aſſignatus, Apul. in apo. Promum librorum appellat illum q libris promendis pręeſt.

¶ Promulſis idis. potio ex mulſo cõdita. Cic. Papy. Habuiſſes nõ hoſpitẽ ſed cõtubernalẽ. At quẽ virũ? non eũ quẽ tu es ſolitꝰ ꝓmulſide cõficere. Hinc ꝓmulſidaria vaſa dñr qbus mulſum cõtinet. Scribit Pompo. Iuriſcõ. legatis vaſis ſcutellas & promulſidaria contineri.

¶ Promontorium quaſi p̃eminens mons ſignifi. eĩ mõtem in mari prominentem. Plin. lib. xxxvj. promõtoria aperiuntur mari & rerum natura agitur in planum.

¶ Promulco nauis agi dicitur cum ſcapha ducitur func. a promulcendo Nam non neceſſitatis tantum cauſa fit, ſed vt nauis quietius agatur.

¶ Promulgo as, publico palam pronuncio, quaſi ꝓuulgo. Feſtus. Leges promulgari dicuntur cum primum in vulgus eduntur. Col. lib. j. C. Licinius damnatus eſt qui agri modum quem in magiſtratu rogatiõe tribunitia ꝓmulgauerat immodica poſſidẽdi libidine tranſcẽdiſſet.

✣ Vnde promulgator promulgatrix promulgatio. i. diuulgator diuulgatrix diuulgatio. Cc.

¶ Promurale dicitur cũ extra muros qui ambiunt ciuitatem alius ducitur murus, & eſt murus ante murum, qui & ante murale vocatur. Dicitur etiam locus promuralis q eſt ante murum. Hierony. Cum autem venerit ad ꝓmuralem locum id eſt ad futuri ſæculi ſtatum, ibi ad eam dicito oſtende mihi faciem tuam.

✣ Pronepos & ꝓneptis, nepotis & neptis filiꝰ & filia. cc.

¶ Pronomen ideo dr̃ quia vice nominis fungitur. Nam ſicut dicendo nomen explicamus perſonam. ſic ꝓnomẽ tacito nomiue vt cum dicimus hic legit, ille ſcribit.

¶ Pronube. penul. prod. dicuntur quę ſunt in obſequio nubentis inquit Dona. quæ nubẽtes domum mariti deducunt ac comitantur.

✣ Pronuba dicitur quę nuptijs pręeſt celebrandis, & ea ex parte vxoris, ſicut auſpex ex parte viri. Inde Iuno ꝓnuba dicebatur, quia nuptijs pręeſſet. Cc.

✣ Pronubo nuptijs pręſum. Vide Nubo.

¶ Pronurus pe. pro. nepotis vxor dicitur.

¶ Pronus ꝓprie dicit in anteriorẽ ꝑtẽ flexus. Ouid. li. j. met. pronaq; cum ſpectant animalia cętera terrã. os hoĩ ſublime dedit. Per tranſlationem vero quis dicitur ꝓnꝰ i. inclinatus ad virtutes vel ad vitia. Item ꝓnus dicitur qui eſt contrarius ſupino. Pli. lib. xxviij. Supini cubitus oculis conducunt. At proni tuſſibus. Item ponitur ꝓ vicino, ſicut altus ꝓ longe poſito. Ver. Vẽtiſq; vocatis ꝓna petit maria. i. littori vicina. Dicitur & ꝓnis in tertia declinatione, vt apud Terẽ. in phor. Alia trabs ꝓnis in humum accedens proxime frangit ramos cadẽtes.

¶ Propago inis, & ꝓpages gis. pe. ꝓ. vitis vetula & ſuppreſſa vt ex vna plures fiãt. dicta ꝙ porro pãgat. i. lõge figatur. Verg. Flexos ꝓpaginis arcus, vbi prima ꝓducitur. Aliqñ ſignificat genus, & ſic prima corripitur. Idem Si Romana potens Itala virtute propago.

¶ Propago as. pe. pro. vitẽ Vetulã ſupprimo & p trãſlationem ponitur pro extendo, dilato.

¶ Propalã pe. cor. i. clare apte, & in propatulo. Ci. li. de ora. Non explicata veſte, neq; propoſito argento, neq; tabulis & ſignis propalam collatis.

¶ Propallo as. pe. cor. manifeſto. ĩ lõgũ creſco. Aug. li. ix. cõ. Cũ ꝓpalata & effoſſa digno cũ honore transferent ad Ambroſianã baſilicã quos vexabãt immundi ſpiritꝰ ſanabantur. Co. lib. iij. Deinde ex eo ſulco quaſi ramos foſſarũ, facies, ꝓ quos vt quęq; virga poſtulauerit ꝓpaletur, atq; ita terra adoperies.

¶ Propatulum clare patens atq; apertum, quaſi porro patulum Salu. Vir os muliebria pati, mulieres pudititiam in propatulo habere. i. in publico.

✣ Propatruus dr̃ maximus patruus frater ꝓaui. Cc.

¶ Prope graui accẽtu ꝓnũciata pen. p̃poſitio eſt & ſignificat iuxta. Curt. Cũ prope id oppidũ copiæ conſtitiſſent. Interdũ ſignifi. ex ꝓpinquo. Mar. li. j. Hic vbi ſyderęꝰ ꝓpe. &c. Prope vero vltĩa acuta ponit ꝓ aduerbio fere ſeu quaſi. Pli. Et in fontibꝰ tẽpli ꝓpe colapſus expauet. Teren. in An. ꝓpe adeſt cũ alieno mote viuẽdũ ẽ mihi. Cõparatiuũ ꝓprior ꝓpinquior, ſuperlatiuum ꝓximus, ꝓpinquiſſimus ac nobis adhęrens. Veteres tñ non ſolũ ꝓpinquum & nobis hęrentem proximum dicebant, verũ etiam longe remotũ, ſi tñ inter duo diſcreta nil mediũ extitiſſet. Verg. Proximus huic longo ſed proximus interuallo. Aliqñ ponitur ꝓ maxime propitio. Ter. Gradiuum teſtor q deus eſt nobis oĩm ꝓximus. Mar. Nec ꝓpior q̃ phœbus amet. Interdũ nõ habet vim ſuperlatiui. & propinquũ ſignificat, quapropter cõparatiuũ facit ꝓximior qđ propinquiorẽ ſignificat, & ab eo fit ꝓximitas & proxime aduerbium. Vege. proximior & dextra ſit q̃ plagam poſſit inferre. Vlpi. li. xxx. ad edictum. Si quis proximior naſceret cognatus. Aliqñ proximus in ſacris literis intelligitur omnis homo. quia vt inquit Aug. Nemo eſt cũ quo ſit malũ. Et proximus eſt qui tecũ natꝰ eſt ex Adam & Eua Omnes proximi ſumus conditione terrenæ natiuitatis. Sciendũ ꝙ propius & proximus & proxime p̃ter cõparatiuorũ ſuperlatiuorumq; naturam conſtruuntur cum accuſatiuo. Cicer. proximus pompeiũ ſedebam. Propius vrbem mouent. Saluſti. ꝓxime Hiſpaniam mauri ſunt, compoſitum a prope eſt deprope, qđ ſignificat ex propinquo.

¶ Prope diem aduerbium tẽporis quaſi prope eſt dies quando hoc fieri id eſt cito. Teren. Et illum tibi ſaluum affuturum eſſe hic confido propediem.

¶ Propemodum. i. pene quaſi prope mẽſuram.

¶ Propilo as. pe. pro. Vide in dictioue pilus.

¶ Propiquus a prope deducitur. Et modo ſignificat eũ qui prope eſt, modo affinem. vnde proppinquitas affinitas. Propinquo as. propinquus fio. Verg. Euge nate propinquant, a quo fit Appropinquo.

¶ Propello is, propuli propulſũ. Vide in dict. ꝓnepello.

¶ Propẽdo is. ſignifi. ſurſũ pẽdere cũ qd in ſtatera ponderat ſicut dependere deorſum pendere. Plau. in Aſin. Vbi manꝰ manicæ cõplexę ſunt atq; adductæ ad trabẽ, nec depẽdis nec propẽdis Amb. tñ propẽdo ꝓ depẽdo poſuit cũ ꝓ trãſlationẽ dixit. Atrociorẽ ſcelerũ reatũ vitia reliqua ſequũt qm̃ quo flagitioſa propẽderit eo inclinãt cætera Itẽ propẽdere eſt diu ſiue multũ, aut lõge examinare. Quint. Dabam his otium refrigerato inuẽtionis amore diligentius repetitos tanquam propenderẽ.

¶ Propenſus vehemẽter inclinatꝰ. Cic. lib. j. offi. Quin etiã ſiquis eſt paulo ad voluptatẽ propẽſior. Et propenſus quaſi vltra tenſus. Perſ. Cum tibi calue. Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. Cornu. Cum tu o calue ſenator abundantia ciborum pinguis ſis & ventrem habeas vltra ſex pedes extenſum.

¶ Propetro as. pe. cor. Vide in dictione patro as.

¶ Propero as. pe. cor. a prope fit. & ſignifi. feſtino celeriter eo. Nã q ĩ aliquẽ properat, id agit vt illi propinquior ſit. Sal. Qua illi diſceſſꝰ erat ĩ Galliã ꝓperãt. i. celeriter eũt. Et ille dr̃ properare q feſtinãter aliquid agit vl' dicit Ver. Multa forẽt q̃ mox cœlo properanda ſereno. Lact. li. vj. Et cũ viuere ſe putãt ad mortẽ cõcitatiſſime ꝓperãt. Noniꝰ Feſtinare & properare veteres diuiſerũt. Cato Qui vnũ qd mutare trãſigit ꝓpat. Qui mlta ſiml' incipit nec pficit, feſtinat. Verũ vtraq; verborũ rõ ſub hac ſignifieãtia proxima eſt veritati, vt ſit ſæpe aĩ properare ſtudioſe ad res aliq̃s cõtẽdẽtis. Feſtinare corpis neceſſitati obſequẽtis. Ver. li. iiij Et medijs properas aquiloni-

bus ire per altũ. Et lib. ij. Feſtinate viri, nam quę tã ſera moratur ſegnities. Hui⁹ cõpoſita ſunt appropero qđ eſt iuxta ꝓpero. Cic. ꝓ milo. Cũ hic inſidiator qui iter illud ad cedẽ faciẽdã approperaſſet. Deproperovalde ſeu celeriter ꝓpero ꝓperanter facio. Hor. lib. ij. car. Quis Vdo deproperare, Apio coronas curatve myrto. Impropero, intro ꝓpero. Pli. lib. xxxvj. Intus labyrinthum inextricabilem, quo ſi quis improperet ſine glomere lini, exitũ inuenire nequeat. Aliqñ improperare eſt crimen vel aliquid aliud obijcere. Inde improperiũ. A propero fit properatio properantia & properitas.

¶Properus a, um, pe. cor. idem quod celer. Plau. Properam video ancillam venientem. Hinc fit properior properrimus, & compoſitum pręproperus.

¶Propere aduerbium Saluſtius. Tum ꝓpere cõſul ducit exercitum.

¶Properatim. Cęcil. properatim in tenebris iſtuc confectum eſt opus.

¶Properiter. Catul. Animula miſerrima ꝓperiter abijt.

¶Properanter fit a properans. Actius remiſq; nixi properanter nauim in fugam tradunt.

¶Propetro ſignifi. mando aliquid perfici. Acti. Age vero propetra quod cœpiſti fieri. Inde propetratio. Cc.

¶Prophaſis pe. cor. dici poteſt latiẽ ꝑtext⁹ excuſatio,

¶Propheta æ. & prophetes is. maſcu. gene. prophetis dis. vel idos. & prophetiſſa æ in fœminino a πρόφημι qđ eſt ꝑdico Hie. in li. Iudi. Erat autẽ Delbora prophetis vxor Laphideth q̃ iudicabat populum. Et in Euã, Erat anna prophetiſſa filia phanuel. Eſt autem propheta qui futura prenunciat ab eo primum intellecta. Alias vero non poſſet dici propheta.

☧Dicebatur etiã homo dei & vidẽs. Reg. j. ecce inuenta eſt quarta pars ſtateris argenti demus hoĩ dei vt indicet nobis viã noſtrã, olim eñ in Iſrael ſic loquebat̃ vnuſqſq; volens conſulere deum Venite & eamus ad videntẽ. Qui eñ ꝓpheta dicitur hodie dicebat̃ olim videns, vñ ꝓphetia viſio de quo infra. Veteres vt inquit Feſtus antiſtes phanorũ oraculorũq; interp̃tes ꝓphetas dicebãt.

☧Prophetia eſt inſpiratio vel reuelatio diuina rerũ euẽt⁹ imutabili veritate denũciãs. Vñ ꝓphetia viſio dr̃, fit aũt quatuor modis ꝑ facta, vt per arcam Noe q̃ figurabat eccleſiam, ꝑ dicta, vt per ea quæ angeli dixerunt Abrahę in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, per viſiões, ſicut factũ eſt, Hieremię, qui vidit ollam ſuccenſam a facie Aquilonis. Et ꝑ ſomnia vt ꝑ ſomniũ nabuchodonoſor qui vidit lapidẽ de mõte exciſum ſine manib⁹. Eſt & alius ꝓphetię modus cęteris dignior qñ ex ſola ſãcti ſpiritus inſpiratione remoto omni exteriori adminiculo facti vel dicti vel viſionis vel ſomnij ꝓphetizatur & hoc modo ꝓphetizauit Dauid. Vñ dxit. Audiã quid loquatur in me dñs deus. Fit etiã ꝓphetia de tp̃e preſenti vt Vnde hoc mihi vt veniat mater domini ad me, de pręterito, vt in principio creauit deus, & de futuro vt Ecce virgo concipiet.

¶Propheto, as, ꝑdico. Licet qñq; ꝓphetare ſit laudes deo canere, vt in lib. Numerorum. Cũq; requieuiſſet in eis ſpiritus prophetarunt, nec vltra ceſſauerunt.

✣Propilare acuere eſt & propilatum acuminatũ, & quaſi ad pilæ formam factum. Cc.

¶Propnigeõ loc⁹ in balneis, in quo ignis incluſus exęſtuat. pnigos latine ęſtus & ſuffocatio. pnigo ſuffoco.

¶Propitius a. um. quod eſt placidum fauenſque, a ꝓpe & ito aſ. vt quidam aiunt. Nam qui nobis fauent prope nos ire conſueuerunt vel dicitur propitius prorſus pius aut porro id eſt valde pius.

¶Propitio as. ſiue propitior aris. ꝓpitium reddo placo Hinc Repropitior, quod eſt rurſus propitiũ reddo. Hiero. lib. ij. Reg. Et repropitiat⁹ eſt deus terrę, propitiatio ſacrificium.

¶Propitiabile qđ eſt ad ꝓpitiãdũ aptũ. Vñ ꝓpitiabilis hoſtia. Dicitur & ꝓpitiale. Item ꝓpitiabile qđ facile flectitur, vt propitiabile numen.

¶Propitiatoriũ locus ĩ quo placari ſolet deus, licet & ꝑ tabula quadã poni videatur in exodo poſita ſuper arcã Vñ ſcribitur. Facies & ꝓpitiatoriũ de auro mũdiſſimo.

¶Propina pe. ꝓ. dici poteſt añ famẽ. ex pro añ πεῖνα fames Et vt nõnulli dicũt loc⁹ erat iuxta Thermas & balnea publica, vbi poſt lauacrũ a fame & ſiti reficiebãt̃ vñ & alij ex latina ꝑpoſitione ꝓ, & gręca dictione cõpoſitũ potius volunt ita vt indicet id quod datur pro eſurie.

¶Propino as. pe. ꝓ. ex πρὸ añ & πίνω bibo, vel a προπίνω qđ ſignificat poſt potũ tradere, ꝓprie ſignificat poculum vt quis bibat ꝑguſtare ac porrigere, Plau. in Curgu. propino magnũ poculũ, ille bibit. Quę cõſuẽtudo inde initium habuit q̃ gręci ſolẽni die quẽ philotheſiã vocant miſcere aureis atq; argẽteis poculis vina ſolebãt, q̃ e manu geſtantium ſumentes, ori parũꝑ admouebant, deiñ alteri cui vellẽt offerebãt. Hoc vero ꝓpinare, qđ eſt prębibere dicebat̃. Hinc factũ eſt propinare ſit cibum potũq; extra ordinarium voluptatis gratia cũ amicis aſſumere. Interdum eſt ſimpliciter porrigere. Terẽ. in Eu. Hũc vobis comedendũ & bibendum & deridendum ꝓpino. Spartianus. Vuluã inciderit. venenatã ꝑtem fratri edẽdã ꝓpinans & ſibi innoxiã reſeruans. Plin. lib. xx. Quidam ad vuluę dolorẽ radicem cum vino dulci ꝓpinant.

¶Propenticõ latine comitatiuum a προπέμπω comitor pręmitto. Vnde eſt titulus apud Sidonium, propenticũ ad libellum.

✣Proplaſtice dr̃ ars ipſa faciendi typos hoc eſt formas, quibus formandis figulinis operibus vtuntur. Cc.

¶Propolis pe. co. quaſi ſuburbanũ. Et id dr̃ quod apes ante alueum faciunt. Var. propolim vocant quod apes faciunt ad foramen introitus porrectum in alueum maxie æſtate fauorum ſtabilimẽtum, quo omnes frigoris aut iniurię aditus obſtruuntur.

¶Propolę pe. pro. negotiatores, q merces ꝑemunt minoris, vt poſtea pluris vendant πρὸ eñ añ πωλέω vendo. Lampri. in cõmodo. Imitatus ꝓpolas circũforaneos eaquos curules ſibi comparauit. Ci. contra piſo. piſtor domi nullus, nulla cella panis & vinum a propola.

¶Propyleum latine veſtibulũ vel porticus, q eſt añ domum. Cic. lib. ij. offi. Phalere⁹ Demetri⁹ q periclẽ principẽ gręcię vituperabat vt tantã pecuniã ĩ ꝑclara illa ꝓpilea ꝓfuderit. Plin. Protogenes cum athenis celeberrimo loco Mineruę delubro propyleum pingeret, adiecit paruulas naues lõgas ĩ his q̃ pictores parerga appellãt.

¶Propontis ontidis æquor patẽs atq; diffuſum. Hęc anguſtijs Boſphori Thracij cũ Euxino ponte cõiungitur. Nã geographi primas ãguſtias maris ſe coarctãtis Helleſpõtũ vocãt. Inde ex patiat̃ ęquor. Quæ laxitas ꝓpontis appellat̃. Vbi iterũ in arctũ coit & ſtringitur, illę anguſtię Boſphorus Thracius nuncupat̃. Vbi iterũ effunditur Põtus Euxinus, qui curuat⁹ in figuram Scytici arcus cõmittit̃ oſtio Męotidis paludis, idq; oſtiũ Cimeri⁹ Boſphorus vocat̃. A ꝓpõtis fit ꝓpontiacus a. um. Oui. lib. j. faſt. Hincq; propontiacis hęrentem cyzicon oris.

¶Propono, is, ſtatuo. delibero. Sene. id ĩ primis animo proponendum vt recte viuamus. Aliquando proponere ſignificat promittendo ponere, & oſtendere, vt propono ludum propono pręmium. Cice. Quis eſt qui propoſito tanto pręmio non excitetur? Aliquãdo eſt extraponere, ſiue palam oſtendere. Pli. li. xxxv. Idem perfecta opera ꝓponebat in pergula tranſeuntibus. Salu. poſtulauere plęrique vt proponeret, quę conditio belli foret, quę ꝑmia armis peterent. Aliquando anteponere, docere. Lact. lib. iiij. Pœnitentiam nobis in illa circunciſione ꝓpoſuit Aliquando ꝓcul ponere.

¶Propoſitũ dicitur quod mente ſtatutũ eſt, & intentio hoĩs. Pli. Hoc ei ꝓpoſitũ erat vel ſuperare vel cedere.

¶Propoſitio q̃ſtio habẽs aliquid qđ diſputatione ſoluẽdum ſit, & a gręcis ꝓblema dr̃ Dialectici diffiniunt ꝓpoſitionem q̃ ſit oratio verum vel falſum ſignificãs. Cic.



lib. ij. ad Heren. Propoſitio dicitur per quam oſtẽdim⁹ ſummatim quid ſit quod probare volumus.

¶Proportio. Vide in dictione portio.

¶Proꝑtor dicebat̃ q extraordinariã ꝑturam gerebat.

¶Propriũ a ꝓpe fit, & dr̃ qđ peculiare eſt vniuſcuiuſq;. Hoc eñ maxime ꝓpe eſt, qđ ꝓpriũ eſt. Ver. Hũc mihi da ꝓpriũ virgo ſata nocte laborẽ. Hic ꝓprietas & ꝓprie quod eſt peculiariter. Aliqñ dicitur diuturnũ. Siſen. At qui metu & ſuſpitione propriam habere quietem nõ poterat. Plaut. Atq; illum amatorem tibi proprium futurũ in vita, id eſt perpetuum. ✣ Inde proprietarius.

¶Propter ſignifi. alicuius cauſa. Et accipit̃ ꝓ loco cauſalis cõiũctionis, vt ꝓpter niues frigeſcũt hoĩes. Ver. Te ꝓpter Libye gentes Numidũq; tyranni Odere. i. tui cauſa. Aliqñ aduerbiũ eſt & ſignificat ꝓpe Ter. in Adel. Nimium iſtoc abiſti, ꝓpter hunc aſſiſte. Aliqñ ſignificat apud ſiue in. Ouid. ꝓpter humũ volitat ponitq; in ſępib⁹ oua. Et Lucre. Tum portam ꝓpter aliena ſigna manus dextras oſtendunt attenuari.

¶Propterea ſignificat ob eam cauſam, ſicut qua ꝓpter propter quam cauſam.

¶Propudium dicebãt cũ maledicto nudari turpitudinẽ nolebãt, quaſi porro pudendũ, vel a quo pudor & pudicitia ꝓcul ſint ꝓpudia virorum apud Pliniũ intelligitur immodica aut certe obſcœna venus & probroſa mollicies. Plau. meretriculam ꝓpudium vocat. Hinc dicuntur.

¶Propudioſa dicta q̃ puditia ſit ꝓcul a pudore. Sidon. Igitur hinc ꝓxime abrupto contubernio ancillæ ꝓpudioſiſſimæ cui ſe totum conſuetudine obſcœna addixerat, id eſt impudiciſſimæ.

¶Propugno as. vehementer & de lõge pugno. Vñ ꝓpugnator. Liui. li. iiij. Quid a vobis ſperet̃, an honores, qđ aduerſarijs vr̃is potiuſq̃ reip. ꝓpugnatoribus datis.

¶Propugnaculum eſt munitio vel quaſi locus munitus vnde vehementer certari poſſit & defendi procul. Ver. lib. iiij. Et propugnacula bello tuta parant.

¶Propulſo as. frequentatiuum a ꝓpello, ſignificat de lõge pulſo, ſeu procul fugo. Liuius lib. j. Tamen cum mœnibus bellum propulſare poſſet in aciem copias eduxit. Col. lib. vij. Euincendi ſunt autẽ quamuis peſtiferi morbi & exquiſitis remedijs propulſandi.

¶Proquęſtor qui quęſturam extraordinariam gerit.

¶Proreta penul. prod. dicitur qui cuſtos eſt & gubernator in nauis prora.

¶Prorito as. pe. prod. ſignificat prouoco. Col. Vt peluſiaci proritet pocula zynti.

pugnacitas calũnioſarũ q̃ſtionũ extorq̃re mihi potuit.

℄ Pugillus dimi. a pugno ſignificat paruum pugnum.

℄ Pugillaris maſcu. gñis & hoc pugillare ſiue pugillar
Auſo. Bipatẽs pugillar expedi. Et pugillarẽ in Euã. le
gimꝰ. In plurali pugillares & pugillaria. Apu. Dolebam
me hercle ꝙ pugillares & ſtylũ nõ habebã qui tã bellã
fabellã pernotarem. Catul. ad Egnatiũ. En negat mihi
vr̃a redditurã pugillaria ſi pati poteſtis. Sũt aũt pugilla
res tabellę cęreę, vel lignee ſiue alterıꝰ materię in qbꝰ
ſtylo ſcribimꝰ, dictæ ꝙ pugno cõpręhẽdãtur, vel a pũ
gẽdo, ꝙ ſtylo in his pũgẽdo ſcribat̃. Varijs aũt noibꝰ di
cebãt̃ pugillares apud veteres. Alij duplices alij tripli
res, alij quĩtuplices noiabãt̃. Erãt & citrei, eborei, mẽ
branei, dicti q ex citro, eboro mẽbranis erãt confecti.

℄ Pugil a pugna, vel a pugno. Eſt autem qui pugnare
conſueuit, a quo pugillatus, tus, pugilum vſus.

℄ Pugilice aduerbiũ ſignificat firmiter valẽter. Plau. in
epi. Quid herilis nr̃ filiꝰ? valet pugilice atq; athleticę.

℄ Pugio genus teli dictꝰ a pugno quo facile appręhẽdi
tur vel ꝙ eo p̃ſentiꝰ pugnet̃, vt iq̃t Feſtꝰ Frõti, libro. ij.
ſtratagematõ. Q. Sertoriꝰ cũ acie decertaret barbarũ, q
ei, nunciauerat. Hirtuleũ perijſſe, pugione traiecit.

℄ Pugiunculus paruus pugio, Cice. Hiſpanienſem pu
giunculum Gn. Piſonem appellat.

℄ Pulchera, um. qd̃ antiqui pulcrũ dixere qd̃ non eſt
deforme, a pollẽdo, ꝙ polleat forma. Ex quo itelligi da
tur nomẽ aſpirationẽ nõ habere licet vſꝰ vicerit cui vix
repugnari põt, vt pulcher i primo & quito caſu cũ aſpi
ratiõe ꝓnũciet̃. Natura autẽ nõ ineſſe aſpirationẽ doce
re hoc ſatis põt, ꝙ eiꝰ diminu. pulcellꝰ, la, lũ, aſpiret̃ mi
nime. Eſt aũt puchritudo, vt Cic. libr. iij. Tuſcu. inquit,
quædã apta figura mẽbrorũ cũ coloris quadã ſuauitate.
Interdum pulcher ſumitur ꝓ bono, ſicut bonum pro pul
chro. Terẽt. Forma bona fortaſſe, & ecõtrario malũ pro
deformi, Interdum pro forti. Vergil. Satus Hercule pul
chro Pulcher auẽtinus.

✣ A Pulchro fit comparatiuum pulchrior, & ſuperlati
uum pulcherrimꝰ pulchrius pulcherrime pulchre & pul
chriter. pulchralis pro pulchro. Ennius pulchralibꝰ lu
dis, & pulchritas pro pulchritudine Cęci. Dij boni quid
illud eſt pulchritatis. Cc.

℄ Pulchreſco. is, pulcher fio. Aug. Quicq̃d pulchreſcit
viſu, q̃cq̃d lenocinat̃ odoratu, q̃cquid molleſcit attactu.

℄ Pullꝰ qd̃ quidã ꝑ ſyncopã a puellis dici volũt ſigni
ficat nouellũ. i. puũ puerũ & puũ filiũ. Vñ paruos fætus
quorũcũq; aĩaliũ. quĩetiã arborũ atq; plãtarũ pullos di
cimus, vt pullus hirũdinis, pullus aſini, pulli ranarũ Ho
ra. in Ser. Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſet. Qui
etiã priſci pullos dicebãt ſuos cathamithos. Vñ Qui. fa
bius cui eburno cognomen fuit propter candorẽ, ꝙ eiꝰ
naris iacta eſſet fulmine. pullus Iouis appellatus eſt.

℄ Pulluli plantariorum ſunt. Pullulus enim a pullus de
ducitur per diminutionem.

℄ Pullulo, as, pe. co. quaſi fętiſco. Nã pullulare dicimꝰ
arbores, cũ a radice noue plãtę ſurgũt. Pli. Natura & plã
aria demõſtrauit multarũ radicibꝰ pullulãte ſobole dẽ
ſa & pariẽte matre quos enecet. Eiꝰ qppe vmbra turba
indigeſta premitur & in lauris platanis, cerasis, prunis,
paucorum in hoc genere rami parcunt ſoboli, vt vlmo
rum palmarumq;. Nullis vero tales pulluli ꝓueniũt ni
ſi quarũ radices more ſolis atq; imbris in ſumma tellure
ſpatiantur. Huiꝰ eſt cõpoſitũ. Expullulo qd̃ ſignificat
extra pullulo. vel extra fructũ produco. Col. lib. iiij. Nec
dubiũ quin gẽmę quæ cacumini ꝓximę ſunt infœcũdæ
in eo relinquantur ex quibus pãpinus expullulat.

℄ Pullulaſco, is, pullulans fio. Idem libro quinto. Ex
nouello palmite vitis pullulaſcit.

℄ Pulleſco, is, idẽ qd̃ pullulaſco. Col. lib. v. Quidq̃d eſt
ſupra vetuſta brachia amputet̃, & ita ex nouello palmi
te vitis pulleſcit. Hic fit cõpoſitũ Repulleſco. Idẽ ibi, cũ
fere plurimarum ſtirpium natura ſic ſe cõmodet. vt iux
ta cicatricem nouellis frondibus repulleſcant.

℄ Pullaſter & pullaſtra ſignificat gallũ ſiue galinã ado
leſcẽtes. ſicut etiã a nobis dicũt̃ lingua vernacula. Nõ eſt
diminutiua ſunt. Sic a. M. Varrone palluſtræ dñr iuuẽcę
gallinę. Ait em̃. Et ea q̃ ſubijcias potiꝰ vetulis q̃ pulla
ſtris & q̃ roſtra aut vngues non habeant acutos.

℄ Pollicenꝰ dimi. a pullus, & eſt q ex gallinarũ ouis na
ſcit̃. Helius ſpartianꝰ ſiue Lãpri. de Alexãdro ſeuero.
Et ne earũ paſtꝰ grauaret annonã, ſeruos habuit vecti
gales qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibꝰ alerent.

℄ Pullinus, a, um, quod eſt pulli. Vnde pullini dentes
quos primum equi iaciunt.

℄ Pullarius qui pullorũ curã habet. Liu. lib. x. Nã cum
pulli non paſcerentur pullarius auſpicium mentiri auſꝰ
tripudium ſoliſtimum nunciauit conſuli.

℄ Pullari dicũtur feles a Lucillio ꝙ pullos gallinaceos
iquirant. ℄ Pullatio apud Colum. accipitur pro fœtura
pullorum quę & pullicium dicitur.

℄ Pullicies ipſa pullatio. Col. lib. ix. de turture. Huius
auis ętas ad ſaginã nõ tã vetꝰ eſt idonea q̃ nouella. Ita
q; circa mẽſẽ cũ iã cõfirmata ẽ pullicies eligit̃. Idẽ de api
bꝰ. Cũ primo vere in eo vaſe nata eſt pullicies nouꝰ rex
eligit̃. ✠ Pullipremones dñr pedicones a p̃mẽdis pullis
id eſt pueris tenerę etatis priſci pullũ dicebãt puerũ ab
aliquo amatum, hos Lucillius ſuppillones & ſubulones
alij ſubactores. Auſo. Poſtico vulnere foſſores.

℄ Pullꝰ, a, ũ, qd̃ eſt natiui coloris. i. nõ plene obſcurum
atrũ Leucopo cõtrariũ. ꝙ pulli ouiũ fere eo colore naſcũ
tur. Ver. Ne maculis infulcẽt vellera pullis. Tibul. Cõci
dit ad magicos hoſtia pulla deos. vñ veſtis pulla dr̃ fuſca
atra quã qs i luctu iduit̃. Ci. i Vati. Atq; etiã & a te ſcire
cupio quo cõſilio, aut q̃ mẽte feceris vti i epulo. Q. Ar
thij familiaris mei cũ toga pulla accũberes? Sũt tñ q di
cãt hũc colorẽ hiſpanũ ſiue bethycũ dici a quo pullati ẽt
bęthycati dñr. Mar. Et bęthycatꝰ ſit̃ atq; Leucopatus.
Cuiꝰ eſſe rationẽ dicũt, ꝙ natiuꝰ color in hiſpania ſub
nigrior ẽ. Ideoq; minꝰ vilis. Hic ei color ad nigredinẽ
tẽdit alicubi plenior. alicubi dilutior. Huic ꝓximꝰ color
eſt niger q & fuſcꝰ dr̃ & ater. Similiter pullus color dicit̃
ipluuiatꝰ quaſi fumo ex ſtillicido iplutꝰ. Plau. Impluuia
tus facit veſtimẽtis noia. Item ſuaſus, vt apud eundem.
Sordida & ſuaſa amictus togula. Ponitur pullus ꝓ nigro
Colu. Atq; oleris pulli radix. hoc eſt oleris atri.

℄ Pullatꝰ pulla veſte indutꝰ. Hoc eſt lugubrẽ habitũ fe
rẽs ex parẽtũ morte, q̃ & atratꝰ dicit̃, q mos a Lydis cœ
ptꝰ fuit. Cice. in Vati. Quis vnquã cœnauit atratꝰ cum
ipſe epuli dominꝰ, Q. Arthiꝰ albatꝰ eſſet. Quãdoq; pul
latus accipit̃ ꝓ viliori perſona ſiue rudi & imperita. Sue.
de Aug. Militẽ ſecreuit a populo, multis ex plæbe pro
prios ordines aſſignauit, pretexatis cuneũ ſuũ & proxi
mũ pædagogis, ſanxitq; ne q̃s pullatorũ media cauea ſe
deret. Quinti. Ferire pectus, frontẽ cędere, mire ad pul
latum circulum facit. Hoc eſt ad cumulũ rudium, atque
imperitorum hominum.

℄ Pulligo idem quod pullꝰ color. Plin. Fuluas oues ta
rentum habet & alias ſuę pulliginis.



℄ Pullegiũ genꝰ hærbę ſeu fruticis medicinalis. Eſt ei
calida & ſicca in tertio gradu. Amb. ad Fœlicẽ. Nõ me
diocrẽ ſumpſi ad cõualeſcẽdũ grãm q̃ſi quodã tui allo
quij pullegio refotꝰ. Hiero. Pullegiũ apud Indos pipe
re pretioſiꝰ eſt. Col. li. ix. Pullegij ſurculis fumigentur.

℄ Puluis gñis maſ. & fœ. Proper. Sit mihi perpetue pul
uis Hetruſca dolor. Dr̃ aũt puluis vt q̃dã putãt a pellen
do ꝙ pellat̃ vi vẽti. Apd̃ antiquos ẽt puluer dicebatur.
Sed ab eo qd̃ eſt puluis gtũs erit puluis. A puluer vero
pulueris. Verũ i vſu tm̃ ẽ pl̃uis i recto, pulueris i obliq̃s

℄ Puluiſculꝰ & puluiſculũ diminutiua ſunt a puluis. Et
gñal̃r de oĩ puluere dici põt. Apul. Miſi vt petiſti mũdi
cias dẽtiũ, nitelas oris ex arabicis frugibꝰ, tenuẽ cãdifi
cũ, nobilẽ puluiſculũ, cõplanatorẽ tumidæ gingiuulæ.
Hiero. Neſcio quid puluiſculum. Proprie aũt ſignificat
puluerẽ illũ quo vtũtur puellæ qui & cinis dr̃. Ad cuius
differẽtiã alius cinis immundus appellatur. Verg. Et ci
nerem immundum latos iactare per agros. Hinc puluc
reus puluerea puluereum, & puluerulentus, ta, tum.

℄ Puluero, as, in puluerẽ redigo. Col. lib. xiij. priuſq̃ vi
neę puluerent̃. Hinc pulueratio q̃ eſt genꝰ culturæ vt i
quit Ser. quo imminutæ glebę vitibus applicantur.

✠ Pulueret Pla. Dixit ꝓ puluere plenum ſit. Ait em̃ exi
tu, Daue, age, ſparge, mundum eſſe hoc veſtibulum vo
lo. Venus ventura eſt noſtra. Nolo hoc pulueret.

℄ Puluereſco, in puluerem redigor, quod a puluereo fit
Vnde & Diſpuluero pro diſſoluor.

℄ Pulex animal notum dictum ꝙ ex puluere generet̃.
Quo nomine etiam dictus eſt vermiculus hęrbis & præ
cipue braſſicis infeſtus. A pulex fit puſcinus ſicut a muſ
ca muſcinus, a formica formicinus.

℄ Pulicoſus pulicibꝰ plenꝰ. Col. lib. viij. Pulicoſæ cani
remedia ſunt, ſume cyminũ tritũ pari põdere cũ veratro
aquaq; mixtũ, & illitũ, ſeu cucumeris anguinei ſuccus.
Vel ſi hęc nõ ſunt, vetus amurca per totũ corpus infuſa

℄ Pulmo, eſt vnũ ex viſceribꝰ de natura ſui ſpongioſꝰ
& ideo ſpiritꝰ capax q diuidit̃ in ſimilitudinẽ vngulæ
bouis, & duę illę partes fibrę vocãtur ſicut in oĩbꝰ viſce
ribus. Reſpiramꝰ aũt pulmone. Vñ Perſius. Qui pulmo
animæ prelargus anhelet. Attollit̃ em̃ ſpũs attrahẽdo
& emittẽdo deprimit̃. Ex pulmone naſcit̃ tabes, quam
greci ptiſim vocãt. Tũc em̃ pulmo tabeſcit. Oui. Cernis
vt emolli ſanguis pulmone remiſſus. Ad ſtygias certo li
mite ducat aq̃s. Apud veteres pl̃r tm̃ pulmones dicebã
tur ſicut & ceruices. Plau. i Curgu. Pulmones diſtrahũt̃,
cruciat̃ cor. Ci. li. ij. Tuſ. Quę lateri inhœrẽs morſu lace
ra viſcera, vrgenſq; grauiter pulmonum haurit ſpiritus.

✣ Pulmonea poma dicuntur quæ vulgo centumſolida
appellantur. Cc.

℄ Pulmonarius, a, um. qd̃ laborat pulmonis morbo, vt
ouis pulmonaria apud Col. quam lib. viij. ait curari ſimi
liter vt ſuem inſerta per auriculam quam Veterinarij cõ
ſiliginem vocant. Dicitur etiam pulmonarius de morbo
quem græco vocabulo pneumonicum & perïpneumati
cum appellant. Et hærba pulmonaria vocatur a medicis
quæ eſt folijs mollibus albo maculatis.

℄ Puluinar pe. ꝓ. q̃ſi pulminar, eſt qd̃ capiti dormituri
ſupponimꝰ ad puluinorũ ſimilitudinẽ. Iuue. Fœda lupa
naris tulit ad puluinar odorẽ. quo etiã noĩe dr̃ lectulꝰ q
in templis ſterni conſueuit numini dicatus. Vñ lectiſter
niũ nũcupat̃ ſicut docet. Augu. lib. iij. de ciui. dei. Liui.
Curatũ lectiſterniũ, & ꝑ triduũ habitũ decẽuiris ſacrorũ
curantibus, & puluinaria in conſpectu fuere Ioui & Iu
noni. Alterũ Neptuno, & Mineruę. Tertiũ Marti. & ve
neri. quartũ Apollini & dianę. Quĩtũ Vulcano ac Veſtæ
Sextũ Mercurio & Cæreri. Videt̃ aũt dici puluinar a plu
ma q̃ fulcit̃. Abuſiue tñ puluinaria ꝓ tẽplis dicũtur. In
de apud Liuium legitur, ad omnia puluinaria ſacrificatũ
fuiſſe. Videntur etiam accipi pro illis puluinis in quibꝰ
ſimulacra deorũ recũbẽtia collocãtur. Acrõ. Puluinaria
dicebãtur aut lecticę diuorũ, aut tabula in quibus ſtabãt
nu mina vt eminentiora viderentur

℄ Puluinus ſeu puluillus. a pluma quaſi pluminꝰ, ꝙ plu
mis pullorũ fiat. Ceruical ſeu plumatiꝰ. Hierony. In ter
ra ꝑ puluillo capiti ſupponebãt. Q̃ñdo accipitur ꝓ lecto
Ci. in Ver. actio. vij. Nã vt mos fuit Bithynię regibꝰ le
ctica aperta foro ferebat̃ in qua puluinꝰ erat perlucidus
melitẽſi roſa decoratꝰ. Apul. quatuor eunuchi cõfeſtim
puluinis cõpluribꝰ vẽto tumẽtibꝰ pluma dedicata terre
ſtrẽ nobis cubitũ perſtruũt. Itẽ puluini vocãt̃ qui ſcabel
lis ſuperimponuntur quo mollior ſit ſeſſio. Hoc eſt lectu
li quidã exigui lana. vel ramẽto vel pluma. vel alio gñe
pleni, vulgo Cuſſini. Cic. Afferri iuſſit puluinos, & oẽs
i ſuis ſedibꝰ ſederũt. Iu. De puluino ſurgat equeſter. Et
puluini areolę terra elata inter duos ſulcos in hortis, q̃
porca a porrigendo in agris appellat̃ Habet enim velu
ti puluinorũ in qbꝰ ſedemꝰ ſimilitudinẽ. ꝓpter quod &
Torus a quibuſdam dicitur. Pli. Areis diſtigui, eaſq; re
ſupinis puluinorũ toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis
qua datur acceſſus homini ſcatebriſq; decurſus. Colu. li
bro. xij. Vlpicum habet velut alium plures cohęrentes
ſpicas. Hęq; cum ſint diuiſæ liratim ſeri debebunt, vt
in puluinis poſitæ minus infeſtentur hyemis aquis. Idẽ
libro. iiij. Omnium autem generum ramos circa Calen
das Martias in hortis per puluinos arearum diſponere
conuenit. Item puluinus arena durior quę in modũ ſa
xi lapideſcit. Vict. lib. v. Puluinꝰ firmiſſime ſtruatur. Itẽ
Puluinus machina qua naues in pontum ſubducuntur.
Oui. Collaq; prelorum noſtra ferenda dedi.

℄ Puluinatus, a, um. quod eſt ad ſimilitudinem puluini
molle ac cõuexũ. Pli. Lanuginoſo ac puluinato calice.

℄ Puls victus antiquiſſimꝰ ex farina, aqua. melle ſeu ca
ſeo ouo, decocto factus, quo pane veteres vtebantur.
Dicta ꝙ ita ſonet cum aqua feruenter aſpergitur

℄ Pultarius a pulte accipit̃ pro vaſe pultis. Corne. Cæl
ſus Si cętera defecerunt caliculus aut pultarius oris com
preſſioris rei commode aptatur.

℄ Pulmentum ipſa puls vel aliud cibarium ad modum
pultis factum Apule. Ius porcorum, pullorum, piſcium,
& ius pulmentorum, largiſſimas epulas.

℄ Pulmentarium etiam dicitur quod inter cibos ſumi
tur in ſimilitudinẽ pultis factũ. Hoc eſt qd̃ pulmẽti vi
cẽ p̃bet. Iuue. Veniet q pulmẽtaria cõdidit. Pli. Primum
latio cibũ pultẽ fuiſſe, nõ panẽ ſcribit, argumẽtoq; ad id
eſſe, ꝙ pulmẽtaria ꝓ cibis ſua etiã ętate dicerentur. In
euãgelio quoq; legimus. Nũquid pulmẽtariũ habetis?
Poſſet etiam dici pulmẽtariũ pulmẽti repoſitorium

℄ Pulmẽtariũ teſtaciũ dr̃ torta q̃ coquitur ſub teſta.

℄ Pulticula dimi. a pulte. quo vſus eſt. Pli. lib. xxxvj.

℄ Pulpa q̃ñq; dr̃ neruus ille q ab aliquibꝰ dr̃ ἶνορ a the
ophraſto ἶνα. Inter pulpas, iq̃t Pli. & venas diſcrimẽ faci
le, venæ latiores cãdidioreſq; ſunt pulpæ fiſſilibꝰ iſunt

℄ Pulpamẽtũ a pulpa dictũ eſt, & accipitur ꝓ cibo lau
tiore. Teren. Lepus tute es, & pulpamentum quęris.

℄ Pulpitũ locꝰ añ ſcęnã editior in quo oĩs comœdia re
citabat̃. Grece λογίον. Ponitur etiã ꝓ ſuggeſtu. id eſt ꝓ
quocũq; loco edito vnde ſermo habeatur ad populum.

℄ Pulſo, as, frequẽtatiuũ a pello ſignificat ſæpe ꝑcutio,
verbero. Cic. de ſuppli. Lictores cõſiſtũt valẽtiſſimi ad
pulſandos verberãdoſq; hoĩes excercitatiſſimi. Terẽ. in
Adel. Sed quis hoc oſtiũ pulſauit? Trãſfert̃ & ad animũ
Amb. De hinc terroribus pulſat. Plau. in Epid. Id ego
experior cũ in vnũ multa confluũt quę meũ pectus pul
ſant. Interdũ pulſare eſt violare, lædere. Vergi. lib. xij.
Pulſatos referẽs infecto fœdere diuos. Interdũ ſonare,
vt pulſo lyrã. Pertinetq; pulſare ad hoĩes, ſonare ad in
ſtrumẽta, vt ſonat cãpana. Vñ dicimꝰ pulſatũ eſt ad ter
tiã, nõ autẽ ſonarũ. Cũ autẽ dicimꝰ pulſo cytharã, idem
eſt ꝙ cano vel ludo. Verg. Iam pectine pulſat eburno.
Huius compoſita ſunt Compulſo, expulſo, quod eſt val
de pulſo. Aug. Mortuus eſt qui quantumlibet expulſus
quantumlibet lanies, quantumlibet vellices nõ exper

giſcitur. Propulſo de quo ſupra.

¶ Pulto, as, idem ꝙ pulſo, fitq; a ſupino pultum quo antiqui vtebantur. Plaut. Pultãdo cõfregi fores. Terentiꝰ Ceſſo iam pultare oſtium.

¶ Pulſus eſt ille vbi cõiũgit̃ manꝰ lacerto. Pli. Arteriarũ pulſus, in cacumine mẽbrorũ euidẽs, maxime index morborũ, in modulos legeſq; metricas, per ętates ſtabilis aut citatiꝰ aut tardiꝰ. Idẽ alibi pulſum percuſſum appellat. Nã vitę gubernacula tenet & ictu crebro aut languido valitudinẽ indicat. Nã lib. vij. ſic ait. Venarũ inęquali aut formicãte percuſſu. Sed hoc ex arterijs eſt.

✠ Pulſatiles venæ ſunt quibus pulſus exploratur, quas antiqui arterias vocant ſunt autem arterię ſpiritus ſemitę, ſicut venæ, ſanguinis riui.

✠ Pultiphagonides, id eſt pultis deuorator.

¶ Pumex. lapis cauernoſus qui ad corpora læuiganda laudatiſſimus eſt. Verg. lib. xij. Vt cũ latebroſo pumice paſtor Catul. fœminino genere protulit. Pumices pręcipui ſunt in ęolijs inſulis probatio eorũ eſt in candore ac minimo pondere, & vt maxime ſpongioſi atq; aridi ſint ac teri faciles. Nec in fricando arenoſi.

¶ Pumicoſꝰ, a, ũ. qđ pumicis vel naturã vel ſimilitudinẽ habet, Et pumicoſꝰ dr̃ locꝰ pumicibus plenus.

¶ Pumico, as. pe. cor. pumice polio, lęuigo. Tibul. Pumicet & canas tõdeat ãn comas. Vñ pumicatũ pumice politũ. ¶ Pumilis pe. cor. paruꝰ nanꝰ. Col. lib. ix. Pumiles aues niſi quẽ humilitas earũ, delectat, nec ꝓpter fœcũditatẽ nec ꝓpter alium reditum nimium probo.

✠ Pumilus etiam & pumilio auctore Placiade mollis, & eneruis dicitur.

¶ Punctꝰ, qđ niſi deprauate barbareq; dr̃ in neutro, Sene. Punctũ & adhuc pũcto minꝰ qđ incolumis. Pli. li. ij. Nõ aliud eſt terra vniuerſa q̃ mundi punctꝰ. Tradunt Geometræ punctũ eſſe corpus indiuiduũ in quo neque lõgitudo, neq; latitudo, neq; altitudo dep̃hẽdit̃. & ob incõpręhẽſibilẽ breuitatẽ ſui in partes diuidi nõ poſſe. qđ protractũ lineã efficit. i. corpꝰ vniꝰ dimẽſiõis. Lõgũ eñ eſt ſine lato, & duobus punctis ex vtraq; parte ſolã lõgitudinẽ terminãtibꝰ cõtinet̃. Hãc lineã ſi geminamꝰ alterũ corpꝰ efficit̃ qđ duabꝰ dimẽſiõibꝰ extruit̃ lõgo latoq;, ſed alto caret. Pũctis autẽ quatuor cõtinet̃ per ſingulas. ſ. lineas binis. Et hoc Gręci ἐπίπεδον, nr̃i planũ ſiue ſupficiẽ vocãt. Qñq; tñ punctũ ſumit̃ ꝓ tẽporis vel horę momẽto. Cic. Itaq; ne pũctũ quidẽ tẽporis in ipſa fortuna fuiſſe Q ñq; ꝓ minima cuiuſq; rei particula. Idẽ pro plancio. Nam ꝙ queſtus es plures teſtes te habere q̃ quot in ea tribu puncta tuleris. Q ñq; pro ſuffragijs & & fauore qm̃ veteres ſuffragia non ſcribebãt, ſed pũcto notabant. Vnde expuncti dicebãtur viles, eiecti ſiue fauore priuati. Hora. Omne tulit punctũ qui miſcuit vtile dulci, hoc eſt ſolus ſuffragia iudicum tulit, qui & vtile & dulce ſcripſit, quoniam prodeſſet & delectaret.

¶ Punctum aduerbium ſignificat per punctiones infictioneſq; gladij ſiue pungendo.

¶ Pũctim cęſimq; ꝓuerbiũ a gladiatoribꝰ tractũ q in hoſtem irruentes nunc punctim nunc cęſim lancinant.

¶ Pũgo, is, pupugi vel pũxi, pũctũ, non ſolum de ferro ſed de quacũq; alia re dr̃. Var. Admota aſpis cũ pupugerit ſi nõ occidat ſciat ex pſillorũ eſſe ſtirpe. Hie. ad Marcellã. Nudiuſtertiꝰ de beatę memorię Lea aliq̃ dixeramus illico pupugit animũ. Huiꝰ cõpoſita ſunt, Cõpũgo qđ eſt totũ pũgo ferio ſeu ſigno. Ci. li. ij. Of. Ad eam ex epulis in cubiculũ veniẽs barbarũ & eũ qdẽ vt ſcriptum eſt cõpũctum notis thracijs diſtricto gladio iubebat anteire, id eſt ſignatũ vel percuſſum. Vñ ſequitur. O miſerũ qui & barbarũ & ſtigmaticũ fideliorẽ putaret q̃ coniugem. Expũgo foras mitto, Perſi. Q uem ꝓximꝰ hæres. Impello expungam. Cornutus. Proprie expungam, id eſt foras mittam. Tractum a militibus qui expuncti dñr dum e militia mittuntur. Repungo. de quo alibi.

¶ Punio, is, iui, itũ. Q uod & pœnio dr̃ quaſi pœna afficio. Hinc impunitus non punitus. Salu. Impunitos eos dimiſere. impunitas.

¶ Punicꝰ, a, ũ, pe. cor. q̃ſi pœnicꝰ a pœnus q̃ a phœnicia detracta aſpiratiõe. Ver. Punica regna vides. Et punicus color ſiue puniceꝰ, qui eſt coloris rubẽtis q gręce phœnicos dr̃. Hor. Puniceis inuecta roſis. Nam exuperantiã ruboriſq; ſplendorẽ teſte Gellio ſignificat. Punica mala granata, quę hoc cognomen ſibi circa Carthaginem vendicarunt vbi & multa & inſignia naſci perhibẽtur. Granata dicuntur a granis quibus ſunt referta.

¶ Pupus, puer paruulꝰ tenerior, pupa, puellula. Varro. Mammam lactantis ſugentem paſcere pupum. Auſo. Barbara quæ latias vincis alũna pupas. Mar. Pupam ſe dicit Gellia cum ſit anus. Et a ſimilitudine pupa quoq; paruula puellaris imago dicitur. Var. in origo. Itaq; breui tempore magna pars in deſyderiũ puparũ & cigulorũ veniebat. Moris autẽ fuit veterũ puellarũ paruula quædam puellaria ſimulachra ex linteo inſuere, deinde tormẽto infarcire, tũ veſtibꝰ amicire. Has virgines pueritia egreſſę. Veneri tanq̃ virginitatis ſuę inſignia cõdonabãt. vt fauſtũ futurũ matrimonium cederet. Vñ Perſ. Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum? Nempe hoc quod Veneri donatę a virgine pupæ.

¶ Pupulus & pupula diminutiua a pupus & pupa. Catullus. Depręhendi modo pupullum puellę.

¶ Pupillus ſimiliter a pupus deriuat̃ pro impube q̃ deſijt eſſe in patris poteſtate, vel morte vel emancipatiõe Hiero. Pupillus dr̃ qui non habet patrem. Orphanus q̃ nec patrem habet nec matrem.

✠ Pupillaris a pupillo deducitur inde pupillaris ætas pupillare negotium. Cc.

¶ Pupilla a pupa diminutiuũ ſicut & pupillus ꝓ mare. Et pupilla pars oculi parua in media cornea ſita in quauis ſpeculi redditur Et eſt diminutiuũ a pupula. Ouidiꝰ Suſpicor & fama eſt oculis quoq; pupula duplex. & Pli. lib. xj. ſcribit abſolutam vim ſpeculi in oculis vt tã parua illa pupula totam imaginem reddat hominis.

¶ Pupula. Vide in dictione Pupilla.

¶ Pupulum vrbs eſt a latere meridionalis Sardinię.

¶ Puppes & puppis, vtroq; modo dr̃ pro naui. Oui. de ponto. Dum mea puppis eat valida fundata carina.

¶ Purpuriſſum color factitius quo genas obliniunt mulieres porphyra a gręcis, a noſtris purpura. Hinc Porphyriacus purpureꝰ. Oui. Et porphyriacis figere labra genis. ¶ Purgo, as, mũdo q̃ſi purũ ago. Hoc eſt educo. Col. lib. iij. Itaq; cauatũ foramẽ cũ purgauerimꝰ vndiq; adraſos ſurculos inſerimꝰ. Terẽ. in Adel. Piſces cęteros purga Dromo, cõgrũ iſtũ in aqua ſinito ludere paulisp Per tranſlationẽ purgare ſignificat excuſare. Idem in Eunu. Sed heus tu, purgẽ ego me de iſta hac thaidi, ꝙ eã me amare ſuſpicata eſt? Purgari ratiões dñr qñ deciduñt ſuperflua, aut obſtantia collatione facta accepti & expenſi. Huius verbi cõpoſita ſunt Depurgo, Expurgo, perfecte mũdo, ſeu palã excuſo. Col. lib. ij. Cũ rurſus amplior meſſis ꝓuenit quicquid exteretur capiſterio ex purgandũ erit. Idẽ lib. v. Dolabella cõuenit expurgari quidquid emortuum eſt deinde falce radi viuo tenꝰ Teren. in Hecy, ꝙ me accuſat nũc vir, ſũ extra noxã, ſed nõ facile expurgat̃, ita aĩm ĩduxerũt ſocrꝰ oẽs eſſe iniq̃s Perpurgo, valde purgo. Cato de re ruſt. Aluũ mouebit, & poſtridie ꝓpurgabit ſñ periculo. Repurgo, rurſus purgo. Lact. lib. iiij. Polutos & aſpſos maculis repurgabit.

¶ Purgamen ſeu purgamentũ ſordes quę ex re aliqua immunda & lurida tergitur & repurgatur. Græce peripſima dr̃. Col. li. j. Sterquilinia quoq; duo ſint. Vnum qđ noua purgamenta recipiat, & in annum conſeruet, alterum vero ex quo vetera vehantur.

¶ Purus, a, ũ, mũdũ ſine ſorde. Hinc pura veſtimenta a veteribꝰ dicebãtur, q̃ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant



id eſt nõ obſita, nõ fucata, nõ maculã habentia. Et pure lautum ꝙ aqua pura lotum erat. Et purum aurum quod expurgatũ coctũq; eſſet. Vlpi. Purũ locum eſſe diffinit q̃ nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt. Huius cõtrariũ eſt Impurꝰ, ꝙ modo ſordidũ, cõtaminatumq; ſignificat, Cice. Q uã multis illum ingenuis, q̃ multis matribꝰ familias, ĩ illa terra atq; impura legatiõe vi attuliſſe exiſtimatis? modo improbũ. Terent. Mei loci atque ordinis hominem, Haud impurum.

¶ Puritas, & mũditiã, & inanẽ ſimplicitatẽ ſignifi. Cuiꝰ contrarium eſt impuritas, turpitudo, ſeu improbitas.

✠ Purifico mondo, a quo purificatio, & quo nõnulli vtũtur purificus. Cc.

✠ Purime dixerunt veteres pro puriſſime. Cc.

¶ Puro as. purum facio, quaſi purem extraho. a quo Depuro, penul. produ. Vnde depuratum dicimus mũdatũ. Suppuro. de quo loco ſuo.

✠ Purulentus a, um. quod eſt ſanię plenum.

✠ Purulẽtia æ. ipſa puris plenitudo. vel vulnus plenum pure. Hierony. in Eſa. Linteola quæ ad exſiccandam ſaniem & purulentias inijciuntur vulneribus.

¶ Purpura piſcis ex cõcharũ gn̄e, annis ſeptenis viuẽs. Cõgregat̃ verno tp̄e, mutuoq; attritu nitorẽ quendã veluti cære emittit. Sed nobilẽ illũ ſuccũ ad tingendas veſtes in medijs faucibus babet. Reliquo tp̄e fere ſterilis. Cũ vita ſuccũ emittit. Et iõ viuas capere oportet. Hic purpureꝰ color dr̃, qui nigrantis roſæ ſplendore ſublucet, cæterorũ oĩm colorũ gratiſſimꝰ & tingẽdis veſtibus maxime expetitꝰ. Hinc purpureę veſtes dictę ſunt. Tyriæ a loco vbi purpura fit. Purpureus tñ niger color eſt p̃cipue de mari qđ ex altitudine nigrũ accipimꝰ. Verg. lib. iiij. Georg. In mare purpureũ violẽtior influit ãnis. Inde purpuraſcit. i. purpureũ fit. Cice. lib. ij. Aca. Q uid mare nõne cæruleũ, aut eiꝰ vnda cũ eſt pulſa remis purpuraſcit? Amb. Q uid igit̃ deſcribã purpuraſcẽtes violas candida lilia, rutilantes roſas? Sciendũ aũt eſt vt Vict. inquit, ꝙ purpura ꝓ ſolis ꝓpiquitate colorẽ habet. Et puniceũ quidẽ ꝓcreat Aphrica. i. quaſi violaceũ colorem Tyros autem rubeũ. Purpuram violę colorem tendens violacea dicitur. Cor. nepos. me iuuene violacea purpura vigebat. Accipit̃ qñq; purpureꝰ ꝓ pulchro. Ver. Et ꝓ purpureo pœnas dat ſcylla capillo. Purpura a pelago pelagia appellatur.

¶ Purpureꝰ a, ũ. ꝙ eſt totũ ex purpura. Purpuratꝰ a, ũ, ꝙ eſt purpura ornatũ. Vñ purpurati legunt̃ ij qui apud principes dignitate ãteirẽt. Cic. lib. j. Tuſc. Iſtis q̃ſo ĩqt iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Hie. ad Saluinã. Deiñ purpuratorũ ꝓpinquꝰ ſociꝰ cõſobrinꝰ iiſdẽ cũ ãm bobꝰ ſtudijs eruditꝰ nõ ẽ ĩflatꝰ ĩ ſupbiã, nec cæteros homines adducta frõte ꝯtẽpſit. Inuenit̃ tñ qñq; purpureꝰ ꝓ purpurato. Hora. li. j. car. Et purpurei metuũt tyrãni.

¶ Purpurariꝰ a, rũ. ꝙ ad purpuram pertinet, vt officina purpuraria in qua purpura fit Plinius Alterum genꝰ eiꝰ eſt in purpurarijs officinis.

¶ Purpuriſſũ genꝰ coloris factitij, quo vtũt̃ pictores & cũ purpuris pariter tĩgit̃. Pli. li. xxxv. Et reliq̃s coloribꝰ quos a dñis dari diximꝰ ꝓpter magnitudinẽ p̃tij añ oẽs ẽ purpuriſſũ, e creta argẽtaria cũ purpuris pariter tĩgit̃.

✠ Hoc gręci vocant Andricelon.

¶ Purpuriſſa color q bõbyci mixtꝰ mulierũ genas tĩgit.

¶ Purpuriſſo as purpuriſſa inficio, Plau. in tru. Iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.

¶ Pus puris gñis maſ. ſanies eſt & quicũq; humor in putredinẽ verſus. Hinc purulẽtꝰ a. um. quod eſt ſanie plenũ Hiero. ad Oceanũ. Q uoties lauit purulentã vulnerũ ſaniem quam alius aſpicere non audebat.

¶ Puſio puus puer. Veteres eñ puſũ & puſam ꝓ puero & puella vſurpabãt. Cic. ꝓ Cælio. Et ꝓpter nocturnos quoſdã manes metu tecũ ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit. Capit̃ tñ fere ſemp pro maſculo ſcorto.

¶ Puſtula ẽ ſpecies occultę vomicę, ſiue tuberculũ in ſũmitate cutis naſcẽs. Mar. Fetuita ne trito tibi pollice puſtula ſurgat. Exornẽt docilem garrula plectra lyrã Græci puſtulas vocant phlyctenas, quarum tria ſunt genera. Exanthemata, quę Pli. eruptionis pituitæ, aliquãdo papulas vocat. Pſydracion, paulo durius eſt. ac ſubalbidũ & acutũ. Epynictis, puſtula ſubliuida modice tumeſcẽs, & plena ſanguinis, in tibijs & pedibus, fere noctu maxime infeſtans a quo nomen.

¶ Puſtulatum argentum a puſtulis dicitur, quę in argẽto cęlato in aſpredinem quandam exciſæ viſuntur, ſicut puſtulę in corpore oriuntur ſimiles illis puſtulis quæ ex veruca vel ſudore naſcuntur.

¶ Puſula eſt tumefactio illa leuis quę ĩ coquẽdo pane ſolet aſſurgere, q̃ Feſt. helã quoq; vocari ſcribit, ꝙ pro re nulliꝰ p̃tij ponit̃. puſula ẽt morbi genꝰ, qui alio noĩe dr̃ ſacer ignis. Col. lib. viij. Eſt ẽt ĩſanabilis ſacer ignis, quã puſulã vocãt paſtores. Hinc puſuloſꝰ, qui eo morbo laborat. Idẽ ibi, Viuã pecudẽ quæ fuerit puſuloſa reſupinã obruamus. ¶ Puſillus dimi. eſt a puſio. i. paruulus, a quo fit aliud diminutiuum puſillulus.

¶ Puſillanimis, qui eſt puſilli animi, quem gręci Micropſychęon dicũt, a quo puſillanimitas. ✠ Et puſillanimiter aduerbium. Cc.

¶ Puteal p̃toris tribunal vel ſubſelliũ dr̃ Hor. Forũ putealq; Libonis mãdabo ſiccis. Perſ. Si puteal multa cautus vibice flagellas. Et puteal quo cooperitur puteus.

¶ Puteus qui ꝑpetuas habet aq̃s, vt docet Aug. & de viuo fonte manantes. Dictꝰ ꝙ puteat dũ cauat̃. Ciſterna ẽ quę refrigerat aquas ſuas, externas & aduentitias poſſidet. Huius diminutiuum eſt puteolus.

¶ Puteolꝰ ciui. Cãpaniæ, ab aquæ calidæ putore dicta, vt ĩquit Feſtꝰ, licet alij putẽt a multitudine puteorũ earundẽ aquarũ gr̃a factorũ. Hæc etiã vocata eſt Dicæarchia a iuſtitia adminiſtratiõis & gubernatiõis a Samijs ꝯdita voluit. vt Euſe. eo tp̄e quo Tarquinij a Bruto ſunt expulſi. Hic fit puteolanꝰ a, ũ. Cice. Thermo Cluniꝰ puteolanꝰ valde me obſeruat. ✠ Legit̃ frequẽtiꝰ pluratiue

¶ Puteanꝰ a, um. ꝙ ex puteo eſt. Vñ aquã puteanã dicimus. Plin. lib. xiiij. Deiñ quãtũ expreſſere adijciunt vinaceis aquæ puteanæ. vt ſecundarium paſſum faciãt.

¶ Putealis & hoc puteale eiuſdẽ ſignifi. Ouid. Vt quo dux pœnus merſit putealibus vndis.

¶ Putearius qui puteos fodit. Pli. Depreſſis puteis ſulphurata vel aluminoſa occurrentia putearios necant.

¶ Putor fœtor.

¶ Puteo es. putui fæteo. & mali odoris ſum ꝓducit primam ſyllabam. Hora. Putet aper rhombuſq; recẽs. Perſius. Nec ĩuideas ꝙ multa fidelia putet In locuplete penu. Hinc Puteſco mali odoris fio.

¶ Putidꝰ a, um. pe. cor. & petulẽtꝰ a, ũ. qđ eſt mali odoris. Cice. Putidas ac pecunioſas aures. Nonius. Putidum nõ ſolũ, ab ore fœtido & graui, ꝙ naribꝰ ꝓbet̃, ſed etiã ꝙ auribus triſte, inſuaue, auſterũ, rancidũ, putidum dici poſſe auctoritas vetuſtatis admiſit. Hinc putidiuſculus diminu. Cic. Cęſari. Sumus eñ putidiuſculi q̃ per te vix licet, verũ vt video licebit. ✠ Alij pudentiuſculi legũt.

¶ Putidã orationẽ dicimꝰ per metaphorã quæ auribus auſtera inſuauis & (vt ita dicam) rancida eſt. Cc.

¶ Putris & hoc putre ꝙ eſt corruptũ ac reſolutũ. Verg. lib. xj. Q uadrupedũ putrẽ curſu quatit vngula campum. Idẽ lib. j. Georg. Et zephyro putris ſe gleba reſoluit, Super quo Ser. Putris gleba ſolubilis. Col. lib. ij. Idem pinguis ac putris. quia cũ plurimũ reddat, minimũ poſcit. Et qđ poſtulat exiguo labore atq; impenſa conficit. Hic Putridus a, um. & putredo inis, corruptio, reſolutio.

¶ Putreo es. marceo & in pus ſoluor. Pacu. Q uãquã annis & ætate hoc corpus putret.

✠ Putilatum aurum. i. purgatum, apud Iuriſconſultos. putum enim purum dicebant veteres.

¶ Putreſco is. putridꝰ fio. Col lib. ij. Vt herbarũ culmis cęteriſq; rebꝰ immixta putreſcãt, ꝙ vernacula lingua di

cimus maſrare. Idē in eodē. Totum ſterquilinium raſtris permiſceri oportet, quo faciliꝰ putreſcat, & ſit aruis idoneū Huiꝰ cōpoſita ſunt. Cōputreſco. Hie. in Exo. Et cōputreſcāt aq̄. Imputreſco intꝰ reſoluor. Colu. lib. vij. Nā aīal ipm oleo merſū necatur & cū imputruit conteritur.

¶ Putrefacio reſoluo. Colu. lib. iiij. Per apertā vitis medullam nimius humor trahiᵗ, idem truncum cauat, vnde formicis aliiſq; animalibus quæ putrefaciunt crura vitiū latebræ præbentur.

¶ Putiſco putidus vel mali odoris fio. Cic. lib. v. de fini. Non inſcite illud dictum videatur inſuauem animum illi pecudi datum pro ſale ne putiſceret.

¶ Puticuli ſunt appellati a puteis, ꝙ ibi cadauera in puteis obruerenᵗ, vel ab eo ꝙ in his corpora putreſcerēt. Romę vltra exquilias fuit locꝰ publicꝰ dictꝰ puticuli, qm̄ illic erat commune ſepulchrum miſeræ plæbi.

¶ Puto as. ꝓprie ſigni. falſa, ſupflua, & infructifera, ex quacunq; re a veris & fertilibꝰ reſeco, & purgo, & deputo. Hinc putari arbores dicūᵗ. Colu. lib. ij. Neq; arēt neq; vitem aut arborē putent. Vñ arborū purgatores, putatores dicunᵗ. Et putari rō dᵗ, in qua ſententia pura ſit Hinc factū eſt, vt putare ꝓ cogitare, & cōſyderare capiatur. Cogitando em̄, reſecamus mente, q̄ falſa aut inutila ſunt. Et ꝙ verū ad bonū eſt, huic cogitando hæremus. Vnde putare rē dᵗ ꝙ eſt diſputare de re, & declarare qđ res ipſa velit. Teren. Mitto maledicta omnia, rem ipſam putemus. Interdū ſumitur putare pro colligere cōferre. Plau. in Aulu. Putatur rō cū argentario. Interdū aptare Titi. Da penſam lanā, qui non reddet tempori putatā, ræte facite vt mulctetur malo. Interdū æſtimare, iudicare. Teren. in And. Recte putas. Amb. Subrepunt etiam fabulæ frequēter de ſęculo, ac voluptatibus, claudere aures nō potes, ꝓhibere putatur ſuperbiæ. i, attribuitur ſi caſus datiui eſt, vel æſtimatur ſi genitiui. Cōpoſita ſunt Amputo, a quo ꝑputo. Cōputo, Deputo, Diſputo, Exputo. Imputo qđ eſt quaſi intus annumero, cōpēſo. Hiero. in Leui. Si plures fuerint anni qui remanet vſq; ad iubileum ſecundo hos reddet & ꝓtiū, ſi pauci ponēt rationem cū eo iuxta annorū numerū & reddet emptori ꝙ reliquum eſt annorū quibus videlicet ſeruiunt mercedibus imputatis. Et imputare eſt aſcribere attribuere & culpā dare. Idem in ꝓlo. Thob. Arguunt em̄ nos hebręorū ſtudia & iputāte nobis cōtra ſuū canonē latinis auribꝰ iſta transferre. Augu. Qđ ꝑſtat ventri imputat pietati. Imputatus vero a, um, ꝓ non amputo ſumitur. Interputo. Colu. lib. iij. Roſam fructibus ac ſurculis diſponi ꝑ ſulculos pedales cōuenit ꝑ idē tēpus quo & viola, ſed oībus annis añ Calēd. martias & interputari oportet. Hoc mō annis multis perēnat. Opputo circūputo. Pli. lib. xviij. Opputaᵗ aūt quicquid ꝓximo tulit fructū. Perputo ꝑfecte puto, declaro, & vti dici debet profero. Plau. in Caſ. Nunc operā date vt ego argumentum hoc vobis plane ꝑputem. Reputo rurſus ſeu ſępe puto, retracto, quod dicimus cogito & recogito ſeu multū cōſydero ac mecum voluo. Lactan. Cogitāti mihi & animo meo ſæpe reputanti priorē illū gn̄is hūani ſtatū & mirū pariter & indignū videri ſolet. Sal. Cū ſentētias nonnullorū ipſe mecū reputo. Liui. lib. j. Qui ſis, non vnde natus ſis reputa. i. bene conſydera. Et reputare eſt cōputare. Vlpianꝰ. Itē ſumptus litis tutor reputabit, & viatica ſi ex officio neceſſarie habuit aliquo exire vel proficiſci. Supputo, calculo, numero. Hiero. in ꝓlo. lib. Reg. Quō igitur viginti duo elemēta ſunt ꝑ quę ſcribimus hebraice omne qđ loquimur & eorū iudiciis vox humana cōprehēditur ita viginti duo volumina ſupputanᵗ quibus literis exordiis in dei doctrina tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia. i. numerantur. Idem Salomonis quoq; in fine ꝓuerbia eiuſdem alphabetis vel inciſionibus ſupputāᵗ. i. conſcribuntur vel exprimuntur. Aliqñ ſupputare examinare. Idem ad Helio. Aedificaturus turrim futuri operis ſumptus ſupputa. Et omnia habent. pen. correp.

¶ Putamen terū purgamentum. Nam quicquid ex aliq̄ re ꝓiicitur putamen appellaᵗ. Plaut. in cap. Nucleū amiſi reliqui pignori putamina. Cypria. Imperitꝰ ē medicꝰ qui tumentes vulnerū ſinus manu ꝑcente cōtrectat, & in altis receſſibus viſcerū virus incluſum dū ſeruat exaggerat. Aperiēdū vulnꝰ eſt & ſecandū & putaminibꝰ amputatis medela fortiore curandum. Vociferetᵗ & clamet licet & conqueratur æger impatiens per dolorem, gratias agit poſtmodum cum ſenſerit ſanitatem.

¶ Putiꝰ a, um. idem quod purus. Vnde putum argentū i. purgatū. Iuue. Pauca licet portes argēti vaſcula puti.

¶ Putitius pro ſtulto a Plau. ponitur.

## PH ANTE Y

PYcneſtillon, ędificium in quo ſunt denſę colūnæ.

☿ Pyctatium aqud Lāpri. in Alex. Vita dᵗ album hoc eſt tabella dealbata in qua nomina iudicū ſelectorū deſcribebantur. Sic em̄ inquit. Deniq; cum inter militares aliquid ageretur multorū dicebat, & nomina. Depromouendis etiam ſibi annotabat, & perlegebat cuncta pictatia, & ſic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis, & qualis eſſet in ciuitate promotus.

¶ Pyctas, gręci vocant pugiles. Lāpri. in Heliog. Gladiatores ante conuiuium pugnantes ſibi & pyctas frequenter exhibuit. Hinc pyctale pro certamine. Ser. Pyctale certamen appellat pugnam ceſtuum. Hinc Col. li. ix. Gallinaceum in certaminibus gallorum pugnacē pyctem vocat. Non rixoſarum auium laniſtæ cuius plerūq; totum pātrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abſtulit.

¶ Pyga dictio gręca ſigni. extremā ꝑtem tā anteriorē q̄ poſteriorē, Hic eſt ꝙ & mēbrū & nates ſignificat. Trūci em̄ extremū vtrūq; eſt. A quo fit verbum πυλίζω. Vnde apud Mar. vetus legitur epigrammatis inſcriptio, philopygiſta, quę voces pluribus verbis aperiendæ nō ſunt ab eo qui ſe religioni dicauerit.

☿ Pygiſtæ dicuntur puerarii & emaſculatores, qñ libido poſtera virilem aiunt effœminat, a contrectandis natibus ſic appellari qui & pederaſtæ & puerarii a latinis vocantur & emaſculatores & pullipremones.

¶ Pygargus, caprea q̄dā ſylueſtris non diſſimilis damis Plin. lib. x. ꝓ quodā aquilarum genere accipit. Secundi generis inqt pygargus in oppidis & in campis albicante cauda, ex πυλα nates & ἀργὸς album. Sunt qui putēt eſſe herodiorū genꝰ, q̄ ales adeo coitui infeſta eſt, cum vir cum muliere coire velit acri dolore oculorum vtrinq; ſoluantur ac morientium pene ſimiles abeant.

¶ Pygmachia ceſtuū pugna. πυγμὴ enim ceſtus dicitur.

¶ Pygmachus pugil.

¶ Pygmei vt lib. vi. ſcribit Pli. Populi in extrema ꝑte montiū Indię habitātes. ſalubri cœlo ſempq; vernante q ternos dodrātes nō excedūt πυγμὴ em̄ cubitus diciᵗ. Augu. lib. xvj. de ciui. dei. Alios ſtatura cubitales, quos pygmęos a cubito græci vocāt, pugnāt cū gruibꝰ, ſed vicūᵗ Horū mulieres quīto āno pariūt & ſeneſcūt octauo. De pygmęis Iuue. loquiᵗ Saty. xiij. Ad ſubitas thracum volucres nubēq; ſonorā Pygmæꝰ puis currit bellator in armis. Mox īpar hoſti raptuſq; ꝑ aera curuis. Vnguibus a ſæua fertur grue, ſi videas hoc gētibꝰ in nr̄is riſu quaties ſed illic. Quamq̄ eadem aſſidue ſpectentur ꝓlia, ridet Nemo vbi tota cohors pede non eſt altior vno.

✤ Pylas πύλας græci portas vocant, vnde thermopylæ in anguſtiis Theſſaliæ dictę ſunt.

¶ Pylæmenes dux paphlagonum qui ad auxilium troianorum profectus eſt. Et pylumeneus a poetis dicitur.

¶ Pylartes vir troianus fuit. Cc.

¶ Pylene ętoliæ oppidum. Papi. Senſit ſcopuloſa pylene. Eletaq; cognatis auibus Melagrea Pleuron.

¶ Pylos oppidū iuxta Theſſaliā a Neleo cōditum. Vñ Neſtor dictꝰ eſt pyliꝰ. Ouid. Illius attactu pylius iuueneſcere poſſet. Sunt & aliæ duæ ciuitates hoc nomine.

✤ Pylæus nomen proprium. Cc.



¶ Pyr latine ignis. a quo multa per cōpoſitionem fiunt. Et pyr oliuæ nucleus quod facile ignem concipiat

¶ Pympla & pympleides vide muſa.

¶ Pyra lignorum congeries. Ver. Innumeras ſtruxere pyras In his cremare corpora antiqui conſueuerunt.

¶ Pyrrha Deucalionis vxor de qua Iuue. E maribꝰ nudas oſtendit Pyrrha puellas. Eſt & hoc nomine Carię ciuitas iuxta Myrtoum pelagus.

¶ Pyrrhus latine flauus, ſiue rufus. Quo nomine dicti fuere Achillis filius, & Epirotarum rex, qui bellum cum Romanis geſſit eo ꝙ rufi eſſent.

¶ Pyrus, arbor, pyrū fructus, dictū ꝙ ad ſimilitudinem pyramydis e lato tendat in acutū flāmæ ſimilitudinem reddens. Cuius diminutiuum pyrulum protulit Aug. li. j. cō. Nā hæc ipſa ſunt q̄ a pedagogis, & magiſtris a nucibus & pyrulis & paſſeribus ad pręfectos & reges aurū ꝑdia mācipia. pyros etiā latine frumentum dicitur.

¶ Pyratū genꝰ potionis qđ ex pyris factū crediᵗ & loco vini ſumebatur. Hie. contra Ioui. Timotheo dolenti ſtomachum vinum ſuadet bibere non pyratium.

¶ Pyrrhica, cæ, ſiue pyrrhice es. ſaltatio gręcanica quā pyrrhus in Creta primus inſtituit, vt lib. vij. ſcribit Strabo. lib. x. docet pyrrhicā reptā fuiſſe a pyrrhico ꝓ iuuenibus ad diſciplinā militarē exercendis. Plato lib. vij. de legibus. Motus pyrrhicos imitatur flexus corporū quibus tela plagęq; vitantur. Sueto. de Cęſa. Pyrrhicē ſaltauerunt Aſiæ bithynięq; principum ludis.

☿ Pyrrhicarii dicuntur ſaltatores pyrrhę.

¶ Pyrrhicius genus pedis qui conſtat ex duabus ſyllabis breuibus dictus a pyrrho qui primus victoria potitꝰ frequentibus pyrrhiciis laudatus ſit.

¶ Pyrauſta apud Ariſtotelē vermiculus eſt quem & cleron vocat aranei ſpecie nocentem fauis.

¶ Pyralis, pennata beſtiola magnitudīe muſcę, ex igne prouenięns. Vnde & nomen a quibuſdam pyrauſtra appellatur. Quandiu eſt in igne viuit, cum euaſit longiore paulum volatu tunc emoritur.

✤ Pyrama lachrymę genus ex metopio arbore ſtillans eſt enim pingue & reſinoſum. Cc.

¶ Pyramis, idis, moles maxima q̄drata ita cōſtructa vt e lato in acutū tēdat ī formā flāmę, q̄ latior ſurgēs in acutū deſinit, q̄les Romæ adhuc extāt duæ iā vetuſtate fatiſcētes dicta pyramis, ꝙ flamę ſimilitudinē habeat, vel a lapide pyropœcilo q & thebaicꝰ ex quo ędificabaᵗ ab ignea q̄dā varietate πῦρ eī ignis dᵗ ποικίλος, variꝰ pyramidē nr̄i meta vocāt ꝙ termini eorū q a metiēdo. i. mēſurādo metę dn̄r forma pyramidū ędificari ſolēt, atq; ea figura pyramidalis vocaᵗ. Erāt pyramides ī ęgypto ſtructurę ex q̄dratis lapidibꝰ admirādę faſtigiatę vltra oēm excelſitatē q̄ manu fieri poſſet, vt ſcribit Solin. & ſub eis ſepl'ti reges. excogitatę primū a regibꝰ ęgypti ne plebs eſſet ocioſa, vel ne pecuniā ſucceſſoribꝰ relinquerent.

¶ Pyramus pe. cor. proprium adoleſcētis Memphitici nomen qui Tiſbes amore ardēs ſeipſum interemit. Hoc nomine etiā dictꝰ eſt fluuius inſtar nili limū deferēs, qui magnā Cilicię partē adiecit. De quo extat illud oraculū. Tunc erit vndiſonus late cū pyramus olim Littora perfundens cyprum labetur in almam.

☿ Pyroboli pe. cor. ſunt tela ignita, & ardētia, q̄ cū flamma mittuntur. Vnde Pluta. in Dione ſcribit pyrobolorū incendio complures extinctos, hinc pyrobolarius.

☿ Pyrobolarii ſunt iaculatores pyrobolorum.

¶ Pyrrho nomē ꝓprium philoſophi, a quo philoſophi pyrrhonii dicti, quos græco cognomento σκεπτικοὺς, id cōſideratores appellāt. Nihil em̄ decernūt, ſed in quærendo ſemper cōſiderādoq; ſunt. Ac ne videre q dē plane q̄cq̄ neq; audire ſeſe putāt. Aiuntq; veritatē incomprehenſibilem videre. Idē ἀπορητικοὶ, id eſt ambigentes dicuntur, quoniā nihil affirmāt & de omnibus ambigūt Hic patria Elidenſis fuit primo pictor deinde Anaxarchi diſcipulus. Vixit annis ferme nonaginta.

✤ Pyropœcilus genus lapidis, de quo in dictione pyramis dictum eſt.

¶ Pyreꝰ Atheniēſiū portꝰ cui vrbs cōiūgebaᵗ muro ꝓtracto ex oppido ī modū duorū crurū, ab aduētātiū multitudinē ſemp feruēs, vel a pyreo ꝓmōtorio, ꝙ radiis ſolis exuriᵗ. Pireꝰ vero cū r latino nomē eſt viri ꝓpriū.

✤ Pyratę & pyratica vide pirata. Cc.

¶ Pyroꝰ nomē vniꝰ ex equis Solis, quaſi ardēs. Nā q̄tuor eſſe perhibentur. pyrous ſcilicet Aethon phlegon Eous Sunt qui declinent pyrois, entis. Simois entis.

¶ Pyragmō ἀπὸ τοῦ πυρὸς καὶ ἄκμονος. ✤. Id eſt ab igne & incude. Nam πῦρ ignis ἄκμων incus qui nunq̄ a calenti incude diſcedit.

¶ Pyrolabes ꝙ ea quę ignita ſunt capiat.

¶ Pyrodes Cilicis filius. qui primus e ſilice excuſſiſſe ignē dᵗ quēadmodū aſſeruaſſe prometheus.

✤ Pyrodes. pręterea eſt lapis qui & pyrites dicitur. Cc.

¶ Pyrobolla malleus ꝙ ignita percutiat.

✤ Pyrocrocorax auis lutheo roſtro, nigra, ꝑcipuo ſapore nomē hēt a calore roſtri igneo latīe ignitꝰ coruꝰ dᵗ. Cc

¶ Pyrene nomē puellę Bebricis filię in pyreneo monte ab Hercule cōpreſſę atq; a feris laniatæ & ibi ſepultæ. qui mōs quoq; a poetis pyrene nūcupaᵗ. Sili. pyrene cęlſa nymboſi verticis arce Diuiſos celtis late ꝓſpectat iberos Tibul. Nō ſine me eſt tibi ptꝰ honos tua bella pyrene Teſtis & oceani littora Sātonici. hic mōs Hiſpaniæ Galliā ab hiſpania diuidit ab exortu ęqnoctiali ſi occaſū brumalē porrectꝰ a crebris fulminū ignibꝰ, vel ἀπὸ τοῦ πυρὸς. i. igne. Nā, vt ſcribit Diod. li. vj. Syluę ī pyreneo frequētes, īiecto a paſtoribꝰ igne priſci tp̄is flagrauerunt. Hinc pyreneus. Silius a pyrene puella pyreneū ſaltū dici autumat. Diciᵗ aūt mōs ipſę pyrene & pyreneus mōs pyrene etiā fontis nomen fuit, vt inquit Plin. lib. iiij in Acrocorintho muſis dicatus. Cuius meminit Perſiꝰ. & Plaut. in Aul. Interbibere ſola ſi vino ſcateat corinthienſem fontē pyrenea poteſt. Statiꝰ lib. j. Syl. Nec cōſcia detur pyrene largos potius mihi gurges inhauſtus.

¶ Pyrenes pe. pro. ſunt ceraſorū oſſa ſeu baccę, vt apđ Ariſt. li. ij. Meteororū ī fine vbi ſic legiᵗ γίνεσθαι τὴν ἔκθλιψιν, δίον δὲ πυρῆνες δὲ ἐκ τῶν δακτύλων πηδῶντες. ✤ Id eſt fieri eliſionem & nuclei digitis exilientes.

¶ Pyria vrbs inſulæ Leſbi. Pyriaſis latine fomētū dᵗ.

¶ Pyrgꝰ latīe turris dᵗ ꝙ fulgureis ignibꝰ feriri turres cōſueuerūt. a cuiꝰ ſimilitudine pyrgꝰ ēt genus vaſis dᵗ cauitate ſeſſili quo cōiecti tali agitatiq; mittūᵗ anq̄ ſaltu olū emittāᵗ. Hor. Mitteret ī pyrgū talos. cuiꝰ effigies īſtar turriculę eſt, vñ nomē mutuaᵗ. Mar. Turricula latio vocabulo vſꝰ eſt. Perſi. orcā dicit. Scire erat ī voto dānoſa canicula q̄tū Raderet anguſtę collo ñ fallier orcę. hęc eſt illa turricula ſiue pyrgꝰ q̄ alio noīe fritillꝰ dᵗ a poetis. vñ Porphyrio dicit pyrgū ſignificare qđ nos fritillū dicimꝰ ī quo cōiectę teſſerę agitatęq; mittūᵗ. Iuue. Paruoq; eadē mouet arma fritillo, quibus verbis clarū fit de turricula dictū eſſe nō de tabula luſoria, q̄ lata & ſpatioſa eē cōſueuit, & q̄ alueꝰ ſiue alueolꝰ, ſiue latrūcularia tabula dᵗ. Pyrgꝰ ēt militaris ordo dᵗ & turma eq̄ſtris. Sūt qui pyrgū dicunt ἀπὸ τοῦ πυρὸς quia tendat in altum.

¶ Pyrga, teſticulorum burſa. Pyrgum Tuſciæ oppidum quod & pyrgi numero plurali dicitur. Verg. Et pyrgi veteres intempeſtęq; Grauiſcæ.

¶ Pyrgobaris, turris vel domꝰ ī modū turris ædificata.

¶ Pyrgotelei pe. cor. ꝓpriū nomē. grāmarū ſculptoris nobiliſſimi, adeo vt Alexāder Macedo edictū fecerit, ne imagines ſuę ab alio q̄ a pyrgotele ſculperentur.

✤ Pyrpile inſula ſic dicta ꝙ ignis ibi primo repertꝰ fuerit hanc Delon dicunt eſſe. Cc.

¶ Pyretra herba medicialis quā vulgo nūc draconē vocāt liguā adurēs & mordicās. eiꝰ folia ī acetariis ꝓbāᵗ radice vtūᵗ pygmētarii. Pyretrū Macer vſurpat. eſt pyretrū calidū ſiccūq; & q̄rtꝰ in illo eſt gradus, excutiat dentes ſi frigidꝰ hūor maſticet hęc patiēs, teneatq; ditiꝰ ore

¶ Pyretus febris ab incendio appellata, quemadmodũ apud nos febris a feruore.
¶ Pyriaſis fomentum contra pyretum febrim. Cc.
¶ Pyrites lapis, ꝙ plurimus illi ignis ſit. hũc nos ignariũ dicimꝰ, qdã etiã Viuũ vocãt, qa clauo vel altero percuſſus lapide ſcintillas edit. Aug. li. xxj. de ciui. dei. Pyritẽ lapidẽ perſicũ tenẽtis manũ vehemẽtiꝰ ꝓmat͛ adurere, ꝓpter qđ ab igne nomẽ accepit. Pręterea lapis molaris pyritis vocat͛, ꝙ in eo quoq; ignis cõſpiciat͛ Et eſt aliꝰ pyrites ęris ſimilitudine in Cypro reperiri ſolitꝰ, & circa Acarnaniã, cuius vſus in medicina non paruus eſt
☧ Pyromantia cum accentu in pen. genus diuinationis quæ fit per ignem, Vide in magia.
¶ Pyricauta latie ambuſta dñr, hoc ẽ aduſtiões & aduſta
¶ Pythagoras nomẽ philoſophi, de quo dictũ eſt. mente deos adijt, & quę natura negauit Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. Hic ĩ Italiã in ea ꝑte q̃ magna Gręcia dicta eſt maximã iuuenũ multitudinẽ philoſophiã docuit, vbi vice numinis cultus eſt. Ex qbꝰ Archita Tarẽtinus. Alcmeõ Crotoniata, Hippaſis Metapontinus. Philolaus Crotoniata maxime floruerũt qui dicti ſunt pythagorei & Italica philoſophia quæ a pythagora defluxit. Dictus Pythagoras ꝙ vera pythio non minus loqueretur. Venit autẽ in Italiã Tarquinio ſuperbo regnum obtinente. Ferunt pythagoram ab ęgyptijs ſacerdotibus, cerimonias, potentiaſq; numerorũ admirãdas vices, geometriæ ſolentiſſimas formulas, a chaldęis ſyderalẽ ſcientiã planetarũ, & ſtellarũ ſtatus ambitꝰ, effectus in genituris hominũ didiciſſe. Cui Bragnes Indorum philoſophi plæraq; philoſophiæ documenta contulerũt. Hic leges dedit Italis apud Crotoniatas & Metapontinos, cuius non minus ſexcentis diſcipuli erant qui noctu ad eum audiendum confluebant.
¶ Pythagorei dicti ſunt qui ſectam Pythagoræ tenent.
¶ Pythagoriſtæ qui vitam Pythagore ſequuntur.
¶ Pythõ ſerpẽs a πυθῶ qđ putredo qm̃ ex putredĩe terræ poſt diluiũ Deucaliõis natꝰ ſit. & eſt tã maſ. q̃ fœ. g. Claudi. Cęruleꝰ tali ꝓſtratꝰ Apolline Pythõ. Tibul. vbi delphica pythõ. Hĩc Apollo pythiꝰ. ☧ Eſt & Python vt Solinus inquit locus in Aſia in cãpis patẽtibus vbi primo aduentus ſui tempore aduolant cyconiæ.
☧ Pytheas & pythremus ꝓpria noĩa a pitho deriuant͛, & pythodorus qui Marmoris ſculptor eximiꝰ fuit. Cc.
¶ Pythiꝰ cognomẽ Apollinis a Pythione dracone quẽ ipſe in prima infantia ſagittis ĩterfecit. Iunonis nutu immiſſum ſcđm poetarũ fabulas. Alij ἀπὸ τοῦ πυνθάνομαι, qđ eſt interrogare & conſultare. Iñ vaticinãtes phœbades pythiæ cognominãt͛, vt ſcribit Strabo lib. ix. Alij ab πύθειν putreſcere, quod nunq̃ ſine vi caloris efficitur.
¶ Pythia, orũ. ludi Apollinares q in Apollinis honorẽ ſunt ĩſtituti. ☧ Oui. li. j. Met. Inſtituit ſacros celebri certamine ludos Pythia ꝑdomitæ ſerpẽtis nomine dictos.
¶ Pythiocãpę ſũt ęrucæ venenatę ĩ pino naſcẽtes. Vñ & nomẽ mutuãt͛, gręce eĩ πίτυς vocat͛ pinꝰ. Vñ & Piteuſę iſulę a gręcis dictę a frutice pineo, monumẽtis ſcriptorũ iclytę. Cãpe vero ſignifi. brucũ, ſiue ęrucã, a flexura q̃ dr̄ Cãpe. Pli. li. xxiij. Vſꝰ cõtra pinorũ ęrucas q̃s pythyocãpas vocãt. Col. li. xij. Beſtiolę q̃ a nobis appellãt͛ ęrucę cãpę noĩant͛. Male ſcribr̄. debet eĩ ĩ latĩo ĩ pĩolo co ſcribi & y tenui ſcđo, vt ex origine gręca cernere eſt.
☧ Pityliſma, atis, genꝰ exercitationis & maxime q̃ velox qdẽ ſit, ſed citra ĩtẽtionẽ, violẽtiã q̃ de hac exercitatiõe galenꝰ ſic ĩqt. eſt pitylizi ſeu pytiliſſare cũ qſpiã ſũmis pedibꝰ ĩgrediẽs manꝰ ꝓtẽdit ociſſimeq; mouet alterã retrorſũ, alterã ꝓrſũ, quo potiſſimũ gymnaſij gñe ad parietes exercẽt, vt ſicubi lapſẽt appheſo mox pariete facile reſurgãt atq; ita exercẽtiũ lapſꝰ fallũt & ipſa fit exercitatio ĩbecilior. Pytiſma, atis leuis ſputi irroratũ πυτίζω qđ ẽ ſputo leui & crebro irrorare. Sũt q ſcribãt pityſma cũ y ĩ ſcđa ab πτύζειν ſpuere. Iuuenalis. Qui lacedæmoniũ pytiſmate lubricat orbẽ, i. q lubricat ãnulũ ſputo

¶ Pyxis, idis, gręcũ nomẽ ẽ a buxo qđ græce pyxõ, latie buxolũ vaſculũ e buxo q̃q̃ & ex alia materia dici poſſit qm̃ ex ex eo ligno fieri cœpit. Nã vt docet Quĩ. lib. viij. Pyxides cuiuſcũq; materiæ ſunt q̃rũ vſꝰ varijs rebꝰ eſt accõmodatꝰ. Pli. li. xviij. Primori in eſt pyxis ferrea. Apul. de Aſi. li. iij. Arcula quadã recluſa pyxides pluſculas inde depromit. Huiꝰ diminutiuũ eſt pyxidicula in q̃ aromata continentur. Cornelius Cælſus li. vj. Liquidũ colliriũ pyxidicula ſeruatur. A pyxide etiã pyxidatꝰ dr̄ ſignificatq; ad effigiẽ Pyxidis in cõmiſſura formatũ. Plinius lib. xxxj. Commiſſurus, pyxidatis.
☧ Pyxachãta, medicamẽtũ, quoddã a buxo cui ſimilis eſt folio. Pyrachãta vero nomẽ ẽ herbę apđ Dioſcoridẽ

Q LITERA MVTA EST, SVPERVACUA dicitur, ſicut & K. quoniam c poteſt implere earũ vocabulum, & ꝓpter nihil aliud ſcribenda videtur niſi vt oſtẽdatur ſequẽs u ante alteram vocalem in eadem ſyllaba poſitum perdere vim literæ in metro. Et vt pinguior ꝑ eam ſonus habeatur, q̃ per c haberi poſſit. Qđ ſane terminatio ipſius ſi & neceſſaria conſequentia alterius u poſt illud & ante alteram vocalem indicare poteſt. Nunq̃ enim in eadem ſyllaba vocalem poſt q ponere poſſumus quin inter q & vocalem interponamus u, vt qualis, queror, ſeqr̄, loquor, quũ vt Victorino placet, q̃uis hoc nõnulli ꝑ vnũ u ſcribi velĩt. Trãſfert͛ aũt q ĩ c, vt loquor locutꝰ, ſequor ſecutꝰ. ĩ ſ, vt torq̃o, ſi. ĩ x, vt coquo coxi.

## Q ANTE A

QVa aduerbium modo ſignificat per quẽ locũ. Ver. Dic mihi qua ſit iter. Modo in quan tũ. Seneca Hominem quippe qua animalẽ moueri ſenſu oportet. Modo partim. Pli. Mediũ tẽpꝰ diſtentum impeditumq; qua officijs maximis, amicitia principum egiſſe.
¶ Quadãtenus pe. cor. vſq; ad quandam partem.
¶ Quadra, æ, mẽſariũ inſtrumẽtũ ex ſtãno, vel argẽto, ſuper quod dapes ſcinduntur, ſiue apponuntur ſciſſæ ꝙ quadrata forma fieri ſoleat. veluti rotũda repoſitoria orbes dicimus qui vulgo inciſoria dicũt͛. Fitq; aliquando etiam ex pane. Ver. lib. ij. Geor. Patulis nec parcere q̃dris. Iuue. Vt bona ſumma putes aliena viuere quadra. Sunt q dicãt quadrã panis fragmentũ, ſiue fruſtũm eſſe quia olim apud Romanos quadrati panes dicerẽt. Mar. Committis turdumq; mihi quadramq; placentæ.
¶ Quadrata ſtatura dr̄, q̃ nõ eſt nimis lõga, ſed quodam mediocritatis temperamento decora. Vnde. Sueto. Scribit Veſpaſianum fuiſſe ſtatura quadrata.
¶ Quadrus, dra, drum, quod eſt quadratum. quadratũ vero figura eſt rectas atq; æquales lineas quatuor, & q̃tuor rectos angulos habens.
¶ Quadratura, ipſa quadratio. Vnde Archimedes ſcripſit de quadratura circuli.
¶ Quadro, as, in quadrum redigo. Hora. in epiſto. Et q̃ pars quadret aceruũ ꝑ trãſlationẽ quadrare ponit͛ ꝓ cõſentire & ex omni parte cõuenire. Tractũ a lapidibꝰ q̃dris qui inter ſe optime conueniunt. Vergilius. Arboribus poſitis ſecta via limite quadret. Apul. Vt omnia ad calamitatem quadrarent.
¶ Quadrans genus nummi, ꝙ ſit quarta pars aſſis, hoc eſt vnciæ tres. Iuuenalis. Nam ſi pieria quadrans tibi nullus in arca Oſtendatur.
¶ Quadrantal. figura eſt q̃ oĩ ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ quibus in alueolo luditur. In quãcũq; enim partẽ incubuerint. immotam habent ſtabilitatem. Eſt & genus vaſis pedem quadratum habens, & cõtinet. xlviij. ſextarios. Plaut. Anus hæc ſitit, Quantillũ ſitit? Modica eſt. capit, quadrantal.
¶ Quadraginta quaſi quater. decem. Cc.
¶ Quadrageſima abſolute dr̄ ꝓ quarta parte. Sueto. de Calig. Pro litibus atq; iudicijs vbicũq; cõceptis quadrageſima ſummę de qua litigaretur exigebatur. Sic dicimꝰ decimã vigeſimam quinquageſimam centeſimam,



☧ & Quadragenarius & quadragies aduerbium.
☧ Quadrigonium dicimꝰ ꝙ quatuor cornua habet. Cc.
☧ Quadriennium ſpatium quatuor annorum. Cc.
¶ Quadrifidus quadrifida quadrifidum pe. cor. quod in quatuor partes findi poteſt. Verg. lib. ij. Geor. Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore vallos.
¶ Quadrifariã aduer. quadripertito. Var. Et ea quæ ad mortales pertineant quadrifariam diſpertiuerim.
¶ Quadriforme, quod habet quatuor formas.
¶ Quadrangulum quod haber quatuor angulos.
¶ Quadriga pen. pro. quaſi quadriaga a quatuor equis quibus iungebantur appellata eſt. Gelli. Quadrigas Cęſar eñ ſi currus vnus equorum quatuor iũctorum agmẽ vnum ſit, pluratiuo ſemper numero dicendas putat. Aliquando quadrigarum nomine intelliguntur equi qui quadrigas agunt. Colu. lib. iiij. Vnde ſacrorum certaminum ſtudio perniciſſimatum quadrigarũ ſem ina diligenti obſeruatione cuſtodiunt, & ſpem futuram victoriarum concipiunt, propagata ſobole generoſi armenti.
¶ Quadrigarius qui quadrigam agit. Eſt & nomen proprium auctoris.
¶ Quadriiugi ſiue quadriiuges pe. cor. equi quaterni ad vnum iugum alligati. ſic biiugi, triiugi, & ſeiugi, cũ duo, vel tres, vel ſex equi ad vnum currum adhibentur.
¶ Quadripertior, in quatuor partes diuido. Vnde quadripertitũ in quatuor partes diuiſum. Quadripertito aduerbium ſignificat in quatuor partes.
☧ Quadrantaria dicitur per contemptum, vt mulier quadrantaria, hoc eſt, quę ex quadrantibus nummis haberi poſſit, vel ex labore, vel ex concubitu.
¶ Quadrupes, quod quatuor pedes habet. Hĩc quadrupedꝰ a. um. Amb. li. hexa. Demerſa magis, quadrupedo corporis greſſu, & velut affixa terris videas eſſe q̃ libera.
¶ Quadrupedo as, pe. cor, q̃tuor pedibꝰ gradior. Vnde q̃drupedãtia animalia q̃drupedia dicunt͛. Ver. de equis. Perfractaq; quadrupedantũ Pectora pectoribus rũpunt. Pli. lib, viij. Theſſalorum gentis inuentum eſt equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare.
¶ Quadruplex & quadruplico & quadrupliceo a quater ſiue quatuor. Cc.
¶ Quadruplus a, um. quod eſt quatuor, a quo quadrupliciter, & quadruplico as.
¶ Quadruplatores a quadruplo as, vł quadruplor. Plau. in Perſa. quadruplatores appellat delatores, ꝙ dãnati quartã ꝑtẽ bonorũ indipiſcebãt͛. Aſco. quadruplatores. delatores erãt crminũ publicorũ, in qua re quartã partẽ de ꝓſcriptorum bonis quos detulerant conſequebant͛.
¶ Quadruplor aris, delator fio, & dãnati quartã partem accipio. Plau. in Perſa. Neq; quadruplari me volo.
¶ Quadrilaterum quod habet quatuor latera.
☧ Quadrilinguis qui quatuor linguas habet, vel modo vnum modo aliud loquitur. Cc.
¶ Quadrimembris quatuor partium. Cc.
☧ Quadringenti quater centum. Cc.
¶ Qadrimus a. um. quod habet quatuor annos, a quo fit diminutiuum quadrimulus a. um.
¶ Quadrinoctium quatuor noctes, ſicut binoctium duas noctes ſignificat.
¶ Quadriremis pe. produ. nauis quę quatuor remorum ordines habet.
¶ Quadriſyllabum quod ex quatuor ſyllabis conſtat.
¶ Quadriuium dicitur vbi quatuor viæ conueniunt.
¶ Quadi populi ſunt. Hie. Sarmatę. Quadi. Vandali, & innumerabiles alię gentes equorum & vulpium carnibꝰ delectantur.
¶ Quę nomẽ relatiuũ cũ æ. diph. ſcribit͛ vt differat a q̃ cõiunctione, cũ oĩbꝰ cõpoſitis vt quęnã, quęq; quædã q̃uis quęcunq;, quęlibet & cętera huiuſmodi.
¶ Quęcũq; vĩ relatiui in ſe cõtinet, vt feci q̃cũq; iuſſiſti Aliqñ ſimpliciter, & ſigni. oĩa. Cic. Quamobrẽ q̃cunq; a me ornamẽta vitę ꝓficiſcent͛. elaborabo vt oẽs ĩtelligãt a me habitam eſſe rationem tuę dignitatis.
¶ Quęro is. quęſiui itum & quęſtum ꝑ ſyncopem, ex q̃ & res componi videtur. Nã ꝓprie quęrere eſt q̃ ſit res aliqua inueſtigare. Et dicimus. quęro te hanc rem. q̃ro te de hac re, & quęro hanc rẽ abs te; quęro rẽ, inueſtigo veritatẽ. Teren. in Adel. Quęre rem immo extorque. Itẽ q̃rerę eſt lucrari. Vñ Augu. lib. xviij. de ciuita. dei In latina lingua hoc verbũ q̃rit, accipit ꝓpoſitionẽ & acquirit dr̄, q̃q̃ & ſine additamento prępoſitionis quęrere intelligatur acquirere, ex quo lucra vocantur & quæſtus Huius verbi cõpoſita mutãt ę in ĩ ꝓductã, q̃ ſunt acquiro, Inquiro, Circũquiro, Cõquiro, ꝙ eſt vndequaq; quęro. Lactan. lib. ij. Eiecit hominẽ de paradiſo, vt victum ſibi labore cõquireret. Diſquiro, q̃rẽdo diſcerno. Augu. li. ij. de ci, dei. Vñ poſtea nobis erit in dei veri dñi voluntate diſquirẽdi ac diſſerendi locꝰ. Exquiro. Inquiro ĩueſtigo quaſi bñ intus quęro. Lactan. lib. iij. Nã ſi qs mores eorũ diligenter ĩqrat, inueniet iracundos, cupidos, Perquiro veſtigo. Requiro de quo infra.
¶ Quęrito as. frequentatiuum ſignificat inſtanter quæro. Et proprie de ijs dicitur qui quotidie inquirendo vix victum inueniunt. vt inquit Dona, Terent. in Adel. Lana ac tela victum quęritans. Plau. qui inops, & ſordidꝰ q̃ritando alit familiam. i. oſtiatim quęrendo victum, qđ mendici faciunt, qui & rogatores dicuntur. Plau. Vt rogator oſtiatim petam panem.
☧ Queſſere ab antiquis ponitur pro quęrere.
¶ Quęſtio a q̃ſtũ ſupino fit & qñq; ſignificat dubitationem ſiue interrogationẽ, vt q̃ſtio eſt an mundus æternꝰ ſit. Eius diminu. eſt quęſtiuncula. Hiero. q̃ſtiunculã ꝓpoſuiſti quid ſit villicus iniquitatis. Gręce q̃ſtiones zetemata & problemata appellantur, qñq; ſignificat controuerſiam vt apud Rhetores. quandoque Torturã, & corporis dolorem, qui datur alicui facinoroſo ad eruendam veritatem ſicut in iudicijs.
¶ Quęſtionor quęſtionaris perquiro, examino, a quo q̃ſtionarius.
¶ Quęſtionarij ſunt inquiſitores, examinatoreſq;. Vnde de diuo Anaſtaſio legitur q; maximum pondus argẽti q̃ſtionarijs clanculum filij eiſdim obtulerunt,
¶ Quęſtor, ꝓpoſitꝰ pecunię publicę, q curã ęrarij habet Cic. lib. ij. artis ve. Rhodij quoſdã legarũt Athenas, legatis quęſtores ſumptũ quẽ oportebat dari non dederunt. Hic vrbanus dicebat͛, qui etiam vectigalia exigebat a ꝓuincijs. Vnde Lentulus quęſtor ſenatui ſcribit. Et q̃primum ad meũ officiũ reuertendum mihi exiſtimaui, & vt reliqua vectigalia exigerem. & quam poſui pecuniã colligerem, quicquid ex ea correptum eſſet, aut quorum id culpa accidiſſet cognoſcerem.
¶ Quęſtor quoq; qui imperatoris vice fungit͛ in exercitu. Cic. in Cato. Sed tñ hoc queo dicere non me quidem is eſſe viribus, quibus aut miles punico bello, aut q̃ſtor in eodẽ bello, aut conſul in Hiſpania fuerim. Et hic erat primꝰ honoris gradꝰ apđ Roma. Et ꝓtorẽ q̃ſtori ſuo parentis loco eſſe oportebat, Itẽ quęſtor q præeſt iudicijs exercendis, & maleficijs puniendis, quẽ maleficiorũ iudicem appellare ſolemus, qui & quæſitor vocatur. Ver. Quęſitor Minos vrnã mouet. Clau. q̃ſitor in altis Cõſpicuꝰ ſolio ꝓtẽtat crimina Minos. Dictꝰ q̃ſtor a quęrendo q cõquireret publicas pecunias, & maleficia, quæ triũuiri capitales nũc conquirunt. Ab his poſtea qui q̃ſtionẽ & iudicia exercent, quęſtores dicti.
¶ Quęſtor fit ꝓquęſtor, q ĩ aliqua ꝓuincia ppł'o romano ſubiecta, curã exponẽdarũ & ſubleuãdarũ rerũ habebat q̃admodũ a cõſul ꝓcõſul a prętor proprętor &c.
¶ Quęſtura, quęſtoris dignitas, ſicut a prętore prętura. Cice. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia inde a quæſtura mea ſicilienſi.
¶ Quæſtorius quęſtoria quæſtorium. ꝙ ad quęſtorẽ pertinet. Cice. Caninio. quod ego officio quæſtorio.
¶ Quæſtorꝰ quęſtorij, q quęſtor fuit, vt vir quęſtorius.

¶Queſtus, queſtus & queſti. Plau. in Aulu. Nā hic apd nos nihil ē queſti. Datiuū & ablatiuū plurales facit q̄ſtibus, ſignificatq; lucrū nūmariū. Eſt em̄ lucrū amicorum & gloriæ & ſciētiæ. Interdū ponitur ꝓ actione ipa & artificio lucrandę pecunię. Ci. Nā de artificijs & q̄ſtibus q liberales habendi ſunt qui ſordidi. Quint. Nam vt lingua primum eſſe cœpit in queſtu.

¶Queſtuoſus q̄ſtuoſa queſtuoſū, idē q̄d lucroſus, vt queſtuoſus hō, qui lucri cauſa auidior, vndiq; lucella q̄ritat. Colu. lib. vij. In ruſticatione vel antiquiſſima eſt rō paſcendi pecoris, eademq; queſtuoſiſſima.

¶Queſticulus dimi. ſigni. paruuum lucrū. Cic. lib. ij de ora. Aut quid fiſcū rhethoris cum lucello meo, aut meus quæſticulus cum cœlo, terra, rerumque natura.

¶Queſtuarius, qui q̄ſtus gratia artem aliquam exercet & queſtuarię artes quæ lucri gratia exercentur.

¶Queſo primam perſonā indicatiui tm̄ habet quāuis q̄ſere apud Sal. & Ciceronē legat. Modo q̄ſo ac q̄ſumus dicimus ꝓ rogo, ſunt tn̄ qui declinēt. Queſo queſis q̄ſiui queſum, vel ſecūdū Probū queſiui queſitū. Lucre. li. i. p̄ſenti vſus eſt. Ni diuum pacē votis adit & p̄ce queſit. Sal. lib. j hiſto. Curionem quæſiuit vti adoleſcentior, & a populi ſuffragijs integer ætati concederet Mamerti. Huius frequentatiuum eſt queſito as. Priſ. Quero quærito differentiæ cauſa facit, quia a quæſo queſito fit.

¶Querc⁹ dr̄ ꝙ id gen⁹ arboris graue ſit ac durū tū ēt ꝙ in ingentē euadat amplitudinē. Et tā ſecūdę q̄ quartæ declina. ē. Cice. Ibi quercorū rami ad terram iacent.

¶Quernus a. um. quod eſt ex quercu. Verg. lib j. Geor. Sed tamen & quernas glandes.

¶Querce⁹ a, um, idē q̄d quernus a. um, Ser. Querceam coronam accipiebant, qui in bello ciuem ſeruaſſent.

¶Querneus ea. eum. ſimiliter poſſeſſiuum. Col. lib. vij. Probatur maxime vlmea, poſt fraxinea, & ab hac populnea, vltima ſunt illignea, & quernea, & laurea.

¶Quercicus ca. cum. idem Suetoni. in Cali. Primo die phalerato equo inſigniq; quercica corona, & cætera, & gladio, anteaque chlamyde.

¶Querquetū, ſiue quærcetū, locus vbi conſitæ ſūt q̄rcus. Var. Si ad limitē q̄rcetū habet nō poſſis recte ſcd̄m eam ſyluam ſerere oleam. A querco autem dicūt. Querquetulanę nymphę querquetę præſidentes.

¶Quærcerus quercera quercerum pen. cor. cor. eſt frigidū cū tremore. Lucil. Iactans me vt febris quærcera. Gel. lib. vl. An tu forte morbū appellari hic putas ægrotationem cū febri rabida & quercera? Et Feſtus ait antiquos querceram dixiſſe grauem & magnam

¶Qualis relatiuum qualitatis eſt, vt qualis pr̄, talis filius. Ponit̄ & interrogatiue, vt quale ei reſponſū dediſti? Interdū infinite, vt noui qualis ſis. Rn̄det qn̄q; ſequenti ſubſtantiuo, & qn̄q; antecedenti. Hor. in Epo. Sed incitat me pectus & mammæ putres equina quales vbera.

¶Qualitas eſt ſecūdū quā quales dicimur, vt albedo, nigredo, aduocatio, ꝓuocatio, legatio, paternitas, filiatio.

¶Qualitates ſunt ꝙ ſecundū eas albos nigros aduocatos ꝓcuratores legatos patres filios eſſe dicimus.

¶Quallus genus vaſis viminei per quod vinū guttatī defluit cū calcatur vua, a colando, reliqua vero materia exire ꝓhibetur. Ver. Tu ſpiſſo vimine quallos Collaq; p̄lorum fumoſis diripe tectis. Ponitur ēt ꝓ ciſtula in qua mulieres ponebant penſa lanę. Hora. lib. iij. carmi. Tibi quallum cythereæ puer ales. ☧ Apud Apul. Accipitur pro caniſtro, quo panis ſeruatur.

¶Quaſillus & quaſillū dimi. a quall⁹. Feſtus. Calathos græci, nos dicimus quaſillos. Cicero in Phil. An non inter quaſilla pendet aurum? Et corripit primam ſyllabā, quamuis quallus illam producat. Tibul. Sit tibi cura tōgę potior preſſumque quaſillum. Romani veteres quaſillum tallaſionem apellarunt, vt auctor eſt Varro. Vnde Tallaſij nomen in nuptijs frequentabant ad lanificium nouas nuptias inuitantes.

¶Quā cōiūctio diſcretiua vel flectiua. vt diues opto eſſe q̄ paup, ſed videt̄ iſta ꝑticula q̄ ꝓprie ſignificare ꝙ, q̄uis videat̄ viquadā verborū ad aliā trahi, vt qn̄. ꝑ ſequētib⁹ ita ſignificabit, vt q̄ venies? q̄ ero illic? Aliqn̄ ponit̄ pro poſtq̄ ſiue ex quo. Liui. lib. vj. Iuppiter atq; dij oēs hęc dederunt, vt T. Quintius dictator oppida nouē caperet die vigeſimo q̄ creat⁹ erat. Aliqn̄ ꝓ anteq̄. Sue. in Ceſare. Et pridie q̄ occideretur in ſermone nato ſup cœnam, quiſnā eſſet finis vite commodiſſimus, repentinū īopinatūq; p̄tulerit. Aliqn̄ ꝙ cum. Cic. Tironi. Menandrius, poſtridie ad me venit, q̄ expectarē. De his etiā in poſtridie dictū eſt latius. Aliqn̄ ſumitur pro quantū, & tā poſitiuo, quā cōparatiuo, & ſuperlatiuo iungitur, vt quā bene marmorei directa eſt ſemita pontis. i. quantum bn̄. Cic. quā moroſi ſunt qui amāt, ex hoc potes intelligere. Quintilia. li. j. quā in his quoq; libris erūt oīa cōpoſitiora & q̄ nos poterim⁹ elaborata. i. q̄to. Var. lib. ij. de canib⁹ loquēs ait. q̄ pauciſſimos, tā optimi in alēdo fiēt. Cato. quā acerbiſſima olea erit, & oleū facies, tā oleū optimū erit. Vbi etiā ipſum q̄tū, frequentiſſime ponit̄. Cice. Niſi ꝙ tāta ē, inter eos, q̄ta maxīa pōt morū ſtudiorūq; diſtantia. Aliqn̄ ꝓ Valde. Sicq; tā poſitiuū quā ſuplatiuum requirit Cic. Cū quo ſēp quā familiariſſime vixerat. Curt. Collēq; traiecto q̄ celerrime flumine occupat. Cæſar lib. iiij. vt quā celerē atq; inſtabilē motum haberet. i. valde celerē. Cic. in Lęl. Quā multa em̄ q̄ noſtra cauſa nunq̄ facerem⁹, facim⁹ cauſa amicorū. Iungitur etiā cōparatio. Idē li. v. Tuſ. Abacoſq; q̄ plures ornauit argēto auroq; cęlato. Sene. epiſtola lxxiij. Cōuocauit q̄ plures amicos. Iungit̄ etiā ī hac ſignificatiōe his dictiōib⁹, ꝑq̄, Perq̄ ſcire veli. Teren. ꝑpol q̄ paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores q̄d ſic reſoluit̄. Pol ꝑq̄ paucos. Saneq̄ vtile eſt. Cic. Nō ꝙ Pompeio Caninius ait ſanequam refrixit. Admodum quam. Gel. Voce admodū quā ſuaui. Oppido quā. Idē. Oppido q̄ libēs audiui. ☧ Aliquando quam comparatiue ponitur licet nō ſit cōparatio, qn̄. ſ. res rei comparatur. Plau. in Ru. Tacita bona ſunt mulier ſemper quam loquens. Et in lib. Iob. Duplo accepit quam perdiderat.

¶Quandudū, interrogātis. Iādudū. reſpōdentis. Plaut. Quādudum e foro aduenisti domum? Non ita dudum.

¶Quādiu quāto tempore. Cuius relatiuuū eſt tandiu.

¶Quamlibet, quantūuis, quantūlibet idem, ſignificant Plin. Impudica mulier quālibet facinus audeat.

¶Quāobrē, cū ponit̄ cauſatiue tā plurali reſpōdet, quā ſingulari. Singulari ſic. Vnū eſt quamobrē te amādū putent. i. ꝓpter quod vnū. Plurali ſic. Quatuor ſunt quamobrē imperator maxime laudatur. i. ꝓpter quatuor. Cic. Appio. Multaque mihi veniebant in mentē, quamobrē iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore.

¶Quāpridem, ſignificat multo tēpore ante. Cic. Quāpridem nomen Fannij detuliſti.

¶Quāprimū tota vna dictio ſignifi. valde cito. Cū primū vero duæ ꝑtes ſunt, neceſſeq; eſt eis iungi duo verba Et ſigni. ſtatim. Verg. Cū primum paſti repetent p̄ſepia tauri, Siqua tui corydonis habet te cura venito.

¶Quamuis & quāquā cōiūctiones aduerſatiuæ. Verg. Quāquā animus meminiſſe horret. Interdū tn̄ quāuis ponitur pro quātūuis. i. valde. Plaut. in Menę. Quāuis ridiculus eſt, vbi vxor non adeſt. Teren. in Adel. Ne tā quidem quamuis maneo hic ocioſus.

¶Quam mox ſignificat quam cito? valde cito.

¶Qn̄, aduerbiū tēporis, ſigni. cū tēpore acuiturq; ī prima. Ponitur q; mō interrogatiue, vt qn̄ venies. Mō relatiue, vt qn̄ erā iuuenis literis operam dabam. Et correlatiuum eſt tunc. Sicut em̄ tot quot talis qualis, tantus quantus, ita tunc quando dicimus. Infinite vt quando veniam te alloquar. Ponitur interdū pro aliqn̄ p̄ſertim cum p̄cedit num vt. Num quando me audiuiſti. Quę interrogatio facit hoc ſignificare. Num aliquādo. In quem modū aliqui accipiūt illud Lucę. Nū quādo vos miſſi ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, q̄d vobis defuit? Interdū ꝓ ſiquidē vel qm̄. Et ſic eſt cōiunctio cauſalis habetq; accentū acutū in vltima. Verg. Hic tibi fabor em̄ qn̄ hęc tu cura remordet. Teren. in Adel. Poſtremo qn̄ conſcia ſum a me culpam hanc eſſe procul.

¶Qn̄q; ſignificat alio tempore, ſic aliqn̄ & ſiquando.

¶Qn̄quidē, cōiunctio cauſalis ꝓ ſiqdē, ſeu qm̄. Vergi. Qn̄quidē Auſonios nō fas cōtingere portus. Col. libro viij. Nā niſi procedat ſtare debet, qn̄quidē paſtoris officiū ſublimē cælſiſſimā oculorū veluti ſpeculā deſyderat.

¶Quantus refert̄ ad nūerū, ad pondus, & ad menſurā. Et modo interrogatiuū eſt, modo relatiuum, modo infinitiuū. Cuius cōpoſita ſunt Aliquātus, Quantiſper, quātuſcunq;, quantuſquantus, & quantuſlibet. Quantitatū vero alia continua, alia diſcreta. Continua eſt vt linea, ſuperficies, corpus. Diſcreta, vt oratio, numerus.

¶Quantulus & quātillus diminu. ſunt, ſicut a tāt⁹ tātulus, & tātillus. Et ſignificāt q̄ exigu⁹. Hinc fit q̄tuluſcūq;. Aug. li. xiij. de ci. dei. Nā ideo dr̄ īmortalis quia modo quodā quantulocunq; non deſinit viuere atq; ſētire.

¶Quantuſcunq;. i. quam magnus, vel etiam quot. Nam quantus interdum pro quot legimus.

¶Quantuſlibet, idem quod quantuſcūq;, vel ſignificat vnū quātū tibi capere licet, nō omne, vt quātūlibet ſpatiū non omnē quantitatē ſpatij ſed vnā quam tibi capere libet. Augu. lib. xij. de ci. dei. Quantuſlibet finit⁹ numerus fuiſſet animarum, infinitis retro ſęculis ſufficere non valeret id eſt quantuſcunq;.

¶Quantuſquantus, quantuſcunq;. Terent. in Adęl. Tu quantuſquantus nihil niſi ſapientia es.

¶Quapropter, aduerbium ſignificat propter quod.

¶Quantiſper, ſignificat quanto tempore ſicut tantiſꝑ, tanto tempore.

¶Quaquauerſus, ſiue q̄quauerſum, ſignificat in omnem partem. Auguſt. lib. viij. de ci. dei. quam longe lateq; potuit, peregrinatus eſt, quaquauerſum eum alicuius nobilitate ſcientię percipiendæ fama rapiebat.

☧ Quarta claſſis, continebat cenſus quinque & viginti millium totidem centuriæ factę, arma mutata, nihil pręter haſtam & verutum datum. Cc.

¶Quarto, quartum, aduerbia inter ſe differūt. Nā quarto conſul ſignificat locū cōſulum vel ordinē hoc modo. Marcus fuit quarto conſul. i. ꝙ tres conſules ab origine & inſtitututione, & ordine cōſulat⁹ ante fuerūt q̄ Marc⁹ fuiſſet conſul, qui tenet nunc quarto cōſulatū. Quartū autem conſul ſignificat perſonam ꝙ quater fuerit conſul.

¶Quartarius, mulio mercenarius, ꝙ quartam partem quæſtus capiat.

¶Quartanarius qui quartanam febrem patitur.

¶Quaten⁹ penul. cor. ꝓprie ſignifi. quantum, ſicut Eatenus tm̄. Cice. in Lęl. Vidēdum eſt quatenus amicitiæ tribuendā ſit. Idem lib. j. Tuſ. Magna culpa Pelopis q non erudierit nec docuerit quatenus eſſet quicq̄ curandum. Auguſt. lib. ij. ſolilo. Profecto cernis quanrę inquiſitiōis indigeat, quatenus iſta progredi debeant, ne in quaſdam inexcuſabiles turpitudines decidat̄. Aliqn̄ ſignificat quo fine, vt Verberaui filiū quatenus ſit bonus i. ad hoc, vel ad hunc finē vt eſſet bonus. Aliqn̄ ſignifi. qm̄. Plini. Et quatenus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. Docet etiam Acrō eſſe aduerbium loci. ☧ Interdum ponitur ꝓ quō. Lact. lib. iiij. quanto terrori ſit demonibus hoc ſignū ſciet q viderit, quatenus adiurati ꝑ Chriſtū de corporibus q̄ obſederint fugiant. Idē. Plęriq; vias ſibi deuias ꝑ pręcipitia condiderunt, ꝑ quæ plebem incautam ad mortē deducerent, quod quatenus accidat exponam.

¶Quatinus cum i, cor. cōiūctio eſt, & ſignificat quia. Iuuenalis. Quatinus hic non ſunt nec vęnales elephanti.

¶Quatuor. nomē numerale binariū numerū ī ſe bis cōtinēs, a quo quater aduerbiū, quartus, quatern⁹, quaternarius, quaternio, Quadruplus, quadruplum. quadriennium Quadrimus, quadratum, quadrum, quadrātal, quadrans, & multa huiuſmodi.

¶Quaternus, quatuor. Pli. Quaterni renes coruis ſunt in brileto.

¶Quaternio quatuor chartarum ſiue alterius cuiuſcūque rei compoſitio, vt in actibus apoſtolicis. Tradēſq; quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.

¶Quatriduum, ſpatium quatuor dierum, a quo Quatriduanus, a, um.

¶Quatrurbē Acti⁹ appellauit athenas, ꝙ eius coloni ex quatuor vrbibus in vnū illud oppidū ſe cōtulere. Cc.

¶Quaſi aduer. ſimilitudinis, ſigni. ita vt, Imaginē em̄ innuit, vt iraſceris quaſi canis, Quę oratio reſoluitur per verbū repetitū, hoc ē Iraſceris ſicut canis iraſcit̄. Et non ſolū imaginē, ſed ipſam plane veritatē ſigni. vt tu pr̄ nō amas me, q̄ſi filiū. Habet etiam quiddā, ꝓpriū quale eſt, Tu obijcis ꝙ vxorē repudiaueri, quaſi tu idē nō feceris.

¶Quatio is, quaſi, ſſum. ſignifi. moueo, cōcutio. Lactā. lib. ij. Mētes furorib⁹ quatiūt. Hie. ad dama. Qui a deo recedit, ſtatī fluctibus ſęculi quatit̄. Liuius. Catthaginis mœnia nunc quatit ariete. Aliqn̄ ponitur quatere, ꝓ moleſtare. Verg lib. ix. Aut raſtris terrā domat, aut quatit oppida bello. Aliqn̄ p̄ eijcere. Ter. in Eu. Nimirum hō quatiet̄ certe cū dono foras. Cōpoſita eius mutāt q in c. & abijcitur a, vt Abſcutio, q̄d eſt amoueo. Cōcutio, totū cōmoueo. Lact. lib. vij. Ac primū ꝯcutiet terrā, q̄ validiſſime, & a motu ei⁹ ſcidēt̄ mōtes ſyrię Decutio, Diſcutio Excutio, Incutio, Percutio, Recutio, iterū quatio. Succutio, ſubt⁹ quatio. Aug. lib. viij. con. tria horū verba complexus eſt. Quanto propius admouebat̄, tanto ampliorem īcutiebat horrorē, ſed nō recutiebat retro nec auertebat, ſed ſuſpendebat, retinebant nugę nugarum & vanitates vanitatum, & ſuccuti ebant veſtem meam.

¶Quaſſo, as, frequētatiuū. Plaut. in Tri. Quid quaſſas caput? Aliqn̄ quaſſare rūpere. Ver. Quaſſatā vētis liceat ſubducere claſſem. Hinc conquaſſo. Ci. lib. iiij. Tuſ. Ita illa duo morbus & ęgrotatio ex totius valitudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur.

¶Quaſſ⁹, a, ū. idē ē q̄d quaſſat⁹ fract⁹. Pli. li. xviij. Antelucanis ferramēta acuere, manubria aptare, q̄ſſa ſarcire.

¶Quoaxo, as, proprium ranarum eſt. Feſtus, Quoaxare rane dicuntur cum vocem emittunt.

¶Que abſq; diph. cōiūctio, mō copulatiua vt Arma virūq; cano. Modo cauſatiua, pro qm̄. Cic. Non ſolū nobis nati ſum⁹, ortuſq; noſtri partē patria vendicat, ꝑtē amici. Modo expletiua. Qn̄ ſcilicet ornat⁹ tm̄ cauſa ponit̄. Proper. Deiphobūq; helenūq; & Polydamātas, ī armis. Qn̄q; ponit̄ pro id eſt. Plau. Rudis eſt, neſcitq; quid expediat. Qn̄q; pro etiam. Apul. Id ei ſerioq; loquēti non crederē. i. etiā ſerio loquenti. In cōpoſitione aūt ſemꝑ poſtponit̄, ac coniūctionis vim amittit, ſed vī ſyllabicæ dictionis obtinet, vt nāq;, quoq;, atq;, itaq;, vndiq;, vterq; plęriq;. Cōponit̄ etiam cū quis, qui, quę, quod vel q̄d, vt quiſq;, quiq;, quęq;, quodq;, quidq;. Et adiecta cū, vt quicūq;, q̄cūq;, quodcunq;. & prępoſitione. Abs, vt abſq; cū aduerbio, vt neq; cū coniunctione, vt atq;. Differunt aūt inter ſe q; ac & atq;. Quia q; poſt poſitiua eſt & encletica. Ac ſemper prępoſitiua. Atq; tam prępoſitiua q̄ poſtpoſitiua. ☧ Sciendum quoq; eſt ꝙ q; aliqn̄ ꝓducit̄. Verg. lib. iij. Liminaq; lauruſq; dei, ꝙ hac ratione defēdi poteſt quia omnia monoſyllaba ad artē non ꝑtinent, & his licēter vti poſſum⁹, aut certe omne μόριον. i. particula quę ſui ſubſtantiam non habet membrū ſuperioris putat̄ dictionis, vel oratiōis. Liminaq; quaſi vna orationis ſit ꝑs, & pōt q̄ finalitatis rōne produci, vel corripi.

¶Queadmodū dictio cōpoſita ex quem & ad & modū ponit̄ ꝓ aduerbio ſimilitudinis, vt Fiat miſericordia tua ſuper nos, quemadmodū ſperauimus in te. Ponit̄ nōnūquam interrogatiue, pro quō, ſiue ad quem modm. Ambro. li. j. offi. Nā licet interdū honeſta ioca, ac ſuauia ſunt tn̄ ab eccleſiaſtica abhorrent regula. Qm̄ quę in ſcriptu

ris non reperimus ea queadmodum vſurpare poſſumus? Et lib. de paradiſo. Si igit̃ viro culpę auctor eſt mulier, quemadmodum pro bono videtur adiecta?

¶ Queo, is, quiui, vel qui quitũ. ſigni. poſſum. Sal. Sed neq; ꝓtio, neq; gr̃a impelli quiuit. Dictũ queo, vt qdã putant, quaſi qui eo. Vñ antiqui nequeunt, qñq; ꝑ nõ eũt dicebãt cũ tñ nequeo ſignificet nõ poſſũ. Terẽ aũt qt⁹, a, um, a queor dixit ĩ hęc. Nã cũ cõpſſa eſt gnata, forma ĩ tenebris noſci nõ qta ẽ. Sed antiq;, vt ait Dona. dixit.

¶ Queror, ris, q̃ſt⁹ lamẽtor. Sal. Sępe de luxuria atq; auaritia noſtrũ ciuiũ queſtus ſum, habetq; pen. cor. vt differat a quęror paſſiuo verbi quęro. Dicimus aũt queror illud. Et queror de te cum illo vel illi. Cic. Quorũ plæriq; aut q̃runtur ſemp aliquid aut etiam exprobant. Idẽ Lẽtulo. Multa de mea ſententia q̃ſtus eſt Cęſari. Aliqñ abſolute, vt apud eundem. Quid multa? Cõqueſtus eſt grauiter. Huius compoſitum eſt Conqueror penul. cor.

¶ Queſtus, quarti ordinis ſed tantum modo plurali numero pro lamentatione. Cuius datiuus & ablatiuus eſt queſtubus per u ſicut portubus.

¶ Querela, q̃rimonia, & q̃ſtio eiuſdẽ ſignificatiõis ſunt. Col. Quoſdã etiã ꝑdictas q̃rimonias velut ratione certa mitigãtes. Cic. Sępe iterfui querelis meorũ æqualiũ.

¶ Querulus, a, um, quod cõquerit̃, ſiue quod q̃relis plenum eſt licet qñq; a poetis ꝑ canoro ponat̃. Verg lib. ii. Georg. Et cãtu q̃rulę rũpent arbuſta cicadę. Ser. Querulę cicadę canorę. Hora. Sub cãtu querulę deſpice tibię.

¶ Querimoniarius, qui querimoniam exponit.

¶ Queribũd⁹, lamẽtabilis. Cic. Hũili ac q̃ribunda voce.

¶ Querquedula auis ſemper in aquis natãs ſicut Anas an qualiam dicimus a voce.

¶ Quis, q q̃, qd vel quid, qñq; ĩterrogatiue ponũt̃. Mar. Nã tãtos rogo quis ferat labores. Apule. Quinã hic nouus eſt hoſpes? Gel. Quęnã malũ ẽ iſta ĩtẽperies? Plau. Qd facin⁹ auſi tñ? Idẽ Quid ad illas artes optes ſioptio adueniat tibi? Aliqñ infinte. Plin. Tũ mihi neſcio quis ĩ aurẽ inſuſurrauit. Idẽ. Morbus neſcio qui ante eã ætatẽ incognitus noſtris. Cic. Cũ ꝓcepta neſcio quę diſcipulis ſuis palam tradidiſſet. Plaut. Nec mihi qd facin⁹ conſcirem inueni. Sene. Paulũ neſcio quid viſus eſt balbutire. Qui q̃ qd, relatiue ſępe ponũt̃. Referũt em̃ antecedens. Quis vero & quid nunq̃. Vnde notandũ ꝙ quĩ q̃ quod. relatiuę poſita qñq; diſſentiunt a ſuo antecedente. Cic. Omnes tenues atq; humiles, q̃ maxima in populo multitudo eſt ſibi ꝑſidium paratũ putant. Sal. Eſt loc⁹ in carcere qd tullianũ appellat̃. Nõnunq̃ quis ponitur ꝑ aliquis Plau. Si quẽ ſeruorũ domi habes. Nã qui ꝑ aliquis in ntõ caſu raro ꝓterq̃ apud vetuſtiſſimos inuenit̃ Cic. Si q̃ ſunt in hac re difficultates. Et enĩ nõ q̃ ſed qua ꝑ aliqua dicimus. Mar. Si qua fides veri ꝓfari maxime Cęſar. Plau. Si qd poſt hac verbũ fecero. Verg. Spero equidem medijs ſi quid pia numina poſſũt Supplicia hauſurũ ſcopulis Ponit̃ itẽ quis admirãtis ꝑ qualis, vt quis globus o ciues. Et tã fœminino q̃ maſculiuo gñę ꝓferri poteſt. Plaut. in Aul. Dic mihi ſi audes quis ea eſt quã vis ducere vxorẽ? Verg. Qui cũ ꝑtiri curas. Deſocia Camillæ loquitur. i. cũ qua. quia vt Auguſtin. inquit Antiqui hic & hęc qs. ablatiuo ab hoc & ab hac q ſicut facilis. facili. Inuenit̃ ẽt qs ĩ dtõ & abltõ pluralib⁹, ſed ꝑducit̃, cũ in nominatiuo ſingulari corripiat̃. Lu. lib. ij. Pro fata qs ille, Quis fuit ille dies Hora. in Ser. Quis humana ſibi doluit natura negatis. Qd aũt adiectiuum eſt, ideo ſemper ſubſtantiuo iungitur. Quid vero ſubſtantiuum, Pręterea qui q̃ quod, frequenter accipiunt̃ pro tantus, a, um. Et hoc tribus modis. Nã & cuius hũanitatis es dicere poſſumus. Et qua humanitate es. Et q̃ tua eſt humanitas. Pro tantę humanitatis es. Tanta humanitate es. Tanta tua eſt humanitas. Quint. Hoc ſi ſciſſes pater affirmo, ꝓmitto cuius pietatis es nemo te ã tęceſſiſſet. Idem. Quæ tua pietas eſt. In eundem ſenſum accipiuntur Is ea id, vt eius pietatis es. Ea pietate es. & Ea tua eſt pietas. Cõpoſita a quis ſunt Si quis aliquis Neqs Quiſquis Quiſq; a quo vnuſquiq; quiſnã, quiſputas, quiſpiam quiſquam.

✠ Seruius. Quis, & quibus, ſecundum artem dicimus, ab eo enim ꝙ eſt qui in bus mittit ab eo quod eſt a quo ĩs. ſed a tertia declinatione in vſu ſunt datiuus & ablatiuus plurales. Licet antiqui omnibus vſi ſint caſibus. Deniq; Cato in originib⁹ ait. Ques ſunt ppl'i. & declinauit ques quiũ ſicut puppes puppiũ. hęc ille ĩ primũ Aenei.

¶ Quiſquis, quicunq;, quiſq; idem ſignificant. ſ. omnes. Quiſquam vero & quiſpiam idem quod aliquis. Quiſnam. interrogatiuum eſt. i. nam quis? Quiſputas? id eſt quis credis.

¶ Qui, cum ſit relatiuum ſubſtantiue ponitur tamen aliquando aduerbialiter pro quomodo. Cic. Qui fieri poterat vt eius dolore non angerer, qui mecum ſemper familiariſſime vixiſſet. Aliquando pro quemadmodum, quã uis in diem fere recidat. Teren. in An. Nunc ſi quid potes, aut tu, aut hic Birria facite, fingite, inuenite, efficite, qui detur tibi. Aliquando ſumitur pro vt. Idem in eadẽ. Non qui argumentum narret, ſed qui veteris poetę maledictis reſpondeat. Aliquando pro vtinam. Idẽ ĩ phor. Qui illũ dij omnes perdant. Aliqñ pro vnde, Idẽ in Hecy. Nec qui hoc mihi eueniat ſcio. Et ĩ An. Nã q iſthęc tibi incidit ſuſpitio? Aliqñ ꝑ cur, q̃obrẽ. Cicero libro. v. Tuſc. Qui em̃ beatior Epicurus, ꝙ in patria viuebat, q Metrodorus, ꝙ athenis. Tere. in An. Non poteſt qui? Dona. qui, id eſt quamobrem. Compoſita a qui ſũt Quidam, quicunq;, quis, quilibet a quo vnuſquilibet.

¶ Quia coniunctio cauſalis, q̃ interdum bis repetitur ſequente ſubiunctiuo vel indicatiuo. Quin. non quia prodeſſe nunq̃ ſatis ſit, ſed quia hoc ꝓſpicere debet, ne qd peius quam fecerit faciat.

¶ Quianã aduerbiũ interrogandi ſignificat quare. Vergi. lib. v. Heu quianam tanti cinxerunt ęthera nimbi.

¶ Quiane vna particula eſt, & ſignifi. certe reuera. Vergi. lib. iiij. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

¶ Quibus in extremis elegãter dr̃ ꝑ quorũ ĩ extremo. Cic. Literę dant̃ mihi a te quibus in extremis ſcriptũ ẽ.

¶ Quid nomẽ ſubſtãtiuũ, vt quid negocij tibi ẽ? Interdũ ponitur ꝑ aliquid, vt ſi quid habes noui, mihi ſcribe. Aliqñ eſt aduerbiũ interrogandi pro cur, vel quare. Tere. in An. Sed quidnã pãphilum exanimatum video. vt ſit quidnã hoc? Ouid. Quid facis Oenone, quid mandas ſemina arenę? Aliqñ ponit̃ pro In quo. Cic. in Lęli. Quid em̃ indigens Aphricanus mei? Quintili. Quid tibi tñ malum feci, quid offendi? Similiter apud Lucã. Et ſi qd aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ. Cõpoſita ſunt quicquid, quiq̃, quidq;, quidpiã, nequidq̃, quidnã, nũqd, qdne, qdni, qdlibet, qdcũq;, vnũqdq;, vnũqdlibet. Aſcẽ. Vſ⁹ habet vt d ſequẽte q mutet̃ in c. vt quicquid quicq; quicq̃, & ſequẽte p in p, vt quippiã. Quicũq; aũt & vnũ quicquid aut vnumquidq; aut vnumquidlibet nequaquã dixero, ſed quodcũq;. vnumquodq;, quodlibet vnũ &c.

¶ Quid agimus? conſilium quęrentis eſt.

¶ Quid iſtic? aduerbiũ affirmandi. ſicut quidni, cur non ꝑfecto. Et ſic eſt tãq̃ ſi diceres, quid? & abũdat iſtic. Vel potiꝰ quid iſtic ſignifi. hoiem de loco & de ſẽtẽtia decedere. Tere. in An. Quid iſtic ſi ita iſtuc animũ induxiſti eſſe vtile nolo tibi vllum commodum in me claudier.

¶ Quid ita? ſigni. cur. Quidni? ſigni. certe vel certũ eſt. Videlicet cur nõ? Et duę ꝑtes ſunt ſecundũ Priſcianum ſicut cur nõ. Terẽ. in Eu. Habeſne hoiem amabo, Quidni habeam? Veteres em̃ ni pro ne ponebant & ne ꝑ nõ. Plaut. Ni ſtulta ſis, & ne vult pro non vult.

¶ Quid tũ deniq;, quid ergo. & quid tũ poſtea. & qd itaq; & quid interea. & quid demum. quę omnia ſignificãt quo pertinet iſtud, de quo loqueris? ſiue quid attinet hęc dicere ſiue quid ſibi vult hic ſermo. Cc.

¶ Quidnã, & nãquid, & quidne, interrogatiua vl' nomina vel aduerbia. quid tũ deniq; quid ergo? quid itaq;? qd poſtea? quid interea? ſignifi. quo ꝑtinet iſtud de quo loquæris? ſiue qd attinet hęc dicerę, aut quid ſibi vult hic ſermo.



¶ Quid hominis habes? cũ contemptu dr̃. Ter. ĩ Hecy. Sed quid mulieris vxorem habes.

¶ Quid quęrtis ſigni. quid plura vel quid op⁹ ẽ verbis? Modus dicendi cum paucis volum⁹ oñdere aliquid Hora. quid quęris? viuo & regno ſimul iſta reliqui.

Quidquid vt quidã aiunt mutat d in c ne bis interrogare videamur. Sic quicq̃, ne ſi d ſcriberetur, mõ conſimili quid ſit q̃ ĩterrogare videmur. Sed nõ eſt rõ ſatis põderoſa, vt putẽ nõ reprehendendũ qui ſcripſerit quidquid & quidq̃. Eſt aũt quidquid ſubſtãtiuũ, ſicut & quid. Ideo genitiuũ ſubſtãtiui, vel adiectiuũ exigit, vt quidquid pecuniarum, quidquid molle, quodcunq; adiectiuũ. Ideo ſubſtantiuum in eodem caſu patit̃, ſicut & quod vt quodcunq; cælum. adiectiuum vero reſpuit.

¶ Quidam. Vide in dictione Aliquis.

¶ Quidem, aduerbiũ affirmandi. quo ſignificatur certe. Et tribus modis in oratiõe accipi ſolet. Vno ad ſtinguẽdas res, vt ego quidẽ ſcribo, tu vero legis, ille autẽ dormit. In quo modo duobus tãtũ comitibus vti poteſt ſcilicet vero & autẽ Altero quaſi per exceptionẽ ei⁹ quod affirmes. Quint. Torquebis quidẽ filiũ ſed fatebitur mater. Cicero lib. iij. officio. Ab optimis illis quidem viris, ſed nõ ſatis eruditis. Plureſq; in hoc mõ comites habere hoc aduerbiũ poteſt, vt verũ verũtamẽ, ſed tamẽ, at, attamẽ, cæterũ. Tertio cũ nulla ſequit̃ ex ꝑdictis cõiunctionib⁹, vt apud eundẽ. Aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut ſi quiſq̃ eſt ille ſapiẽs fuit. Eius cõpoſita ſunt Equidem, & Siquidem de quibus alibi.

¶ Quilibet vnus quem tibi capere libet. Recentiores tñ philoſophi ꝑ vniuerſali termino accipiunt. Ponitur ẽt aliqñ ꝑ vili, & obſcuro. Pli. lib. vij. Bis ab Annibale captus, neq; cũ quol bet hoſte res fuit. Huic ſimile, eſt Horatianum illud, Nõ cuiuſuis eſſe hominis Corinthũ ire. quipote pen. cor. ſignificat quomodo poſſibile eſt. componitur autem ex qui & pote.

¶ Quippe ſignifi. quia certe. Verg. Sed lęta & fortia ſurgunt Quippe ſolo natura ſubeſt. Interdum ſignificat quidem hoc eſt certum eſt. Idem. Atq; hominum quæritur curare triumphos, Quippe vbi fas verſum atq; nefas tot bella per orbem Tam multæ ſcelerum facies.

¶ Quies ſubſtãtiuũ fœmi. gñis. q̃uis etiã adiectiuũ triũ generũ inueniatur Saluſt. lib. ij. Hiſto. Et in quiete nomine hiſtrionis vix ſane burbuleiũ appellabat. A quo ſimiliter. Inquies gñis omnis ſcđm Priſ. Poteſt facere genitiuũ quietis & quici quitę declinatiõis. Vñ & Requies requiẽ & requietẽ actm̃ facit. Cic in Cato. Vt meæ ſenectutis requietem delectamentaq; noſcatis. Differunt (vt quidã aiũt) quies & trãquillitas, ꝙ quies corporis ſit, trãqllitas animi. Cic. in ꝓlo. li. de ora. Nã qui loc⁹ quietis & trãquillitatis pleniſſim⁹ fore videbat̃ in eo maxĩe moles moleſtiarũ & turbulẽtiſſimę tẽpeſtates extiterũt Eſt aũt ꝓprie quies ſomnus dicta. quaſi qui tibi es & nullo alio negocio diſtineris. Tũc em̃ cęteris negocijs vacam⁹ cũ dormim⁹. Sal. Nãq; anim⁹ impurus dijs hoibuſq; infeſt⁹ neq; vigilijs, neq; quietib⁹ ſedari potuit, ita conſciẽtia mẽtẽ excitã vexabat. Propter ꝙ etiã quies ꝑ trãquillitate accipit̃. Cui⁹ cõtrariũ eſt inquies. hoc eſt cura & ſollicitudo, & moleſtia. Hinc quietus tranquillus. Inquietus, turbatus, ſollicitus, quietudo & inquietudo.

¶ Quieſco is. quieui quietũ modo dormio ſignifi. modo ſto, nõ moueor. vt cũ dicim⁹ Quieſco. Modo curis ſiue labore vaco. Modo quieſcere facio ꝓferti ſi actõ iungatur. Vñ Ser. in buc. Requierũt flumina curſus. i. quietos eſſe fecerunt. Sic Sal. Paululum requietis militibus. Quieſco em̃ ego, aliter dicim⁹ & aliter quieſco ſeruũ. i. quieſcere facio. Plau. Quieſce tumultũ hũc q ẽ aũ oſtiũ. hinc cõponũtur Acquieſco, aliq̃tũ quieſco. Ci. Ser. Sul. His vero tẽporib⁹ habem⁹ aliud nihil in quo acquiſcam⁹. Qñdoq; ſigni. cõſentio, cõdeſcendo. Hiero. in prolo. Iudith. Sed quia hunc librũ ſynod⁹ Nicena in nũero ſanctarũ ſcripturarũ legitur cõputaſſe, acquieui poſtulationi veſtrę. Cõquieſco. Cic. Lentulo. Tu niſi perſpecta re de me nõ cõquieſti. Requieſco ſicut quieſco. Ver. Hic tñ hac mecũ poteris requieſcere nocte Fronde ſuper viridi. i. dormire. Idẽ. Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. i. quietos eſſe fecerunt. Hie. in Gñ. Et requieuit die die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat.

¶ Quuiatis antiqui ꝑ cuias dixere. Actius. Qui neque quuiatis eſſet nunq̃ potuimus multa rogãtes ſcire. Cc.

¶ Quin varijs modis dr̃. Nã aliqñ ponitur pro cur nõ, Cũ ſcilicet increpãtes, vel interrogãtes, vel exhortãtes dicimus. Quin venis? quin fugis? Verg. Quin tu aliquid ſaltem potius quorum indiget vſus, Viminibus molliq; paras detexere iunco? Cic. ꝑ Rabi. Quin cõpeſcitis iſtã vocẽ indicẽ ſtultitię? Aliqñ pro ꝙ, ſeu vt Idem. Nõ dubito quĩ eo ſis animo, quo ego eſſem, ſi quid tu me rogares. Teren. Nõ dubiũ eſt quin vxorẽ nolit filius. Aliqñ quinetiam. i. inſuper ꝓter id, ſiue atq; etiã. Tunc em̃ ꝑ hanc ꝑticulã magis confirmamus. Ver. Quin aſpera iuno. Quę mare nunc terraſq; metu, cęlũq; fatigat. Cõſilia in melius refert. Quod & quinimmo qñq; dicitur. Aliqñ ita ponit̃ quaſi videatur eſſe contrariũ priori ſignificato, ꝙ nõ, vel vt nõ. Cic. Non idcirco cauſas Iſocrates nõ defendit quin id vtile eſſe & honeſtũ exiſtimaret. Similiter cum diximus. Non poſſum me cõtinere quin geſtiã. i. vt nõ, vel quomin⁹ geſtiã. Ver. Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tãti. Quin vatem inſanam aſpicias. i. vt non. Aliquando ponitur pro qui non. Cic. Nemo eſt noſtrorũ quin vota victorię ſuę fecerit.

¶ Quinimo, quin potius. vt quinimo beati qui audiunt verbum dei & cuſtodiunt illud.

¶ Quintilis, Iuli⁹ mẽſis dict⁹, ꝙ ſit quĩt⁹ a Martio qui apud antiquos primus anni menſis erat Marti⁹ qui Imber dicebat̃. Hiero. In Canticis hiems tranſit. Imber abijt. hinc ſeptẽber october. i. ſeptim⁹ octauus ab imbre.

✠ Quintilis mẽſis ideo dict⁹ ꝙ quintus in ordine eſſet, ſed poſtea ĩ honorẽ Iulij cęſaris dictatoris M. Antonio. M. filio conſule legem ferente Iulius appellatus eſt. Cc.

¶ Quinq; nomẽ numerale, & inuariabile. a quo Quint⁹ a, um. Quin⁹, a, um, quinarius, a, um. quinquies, quĩcũs quinquemeſtris. Quincupertitus. Quincuplex. quindecim. quinquaginta. quĩgẽti. quĩquageſim⁹ & huiuſmodi.

¶ Quĩquertiũ & quĩquertiões. Vide ĩ dictiõe Pẽtathli.

✠ Quint⁹ & Quinti⁹ ſunt cognomina. Vnde Quintia porta trãs tyberi a Quintio cicinnato. Et Quitana porta in caſtris, poſt ꝓtorium, vbi vęnaliũ rerũ forũ ſolebat eſſe Et Quintipor ſeruile nomen apud veteres. Cc.

✠ Quinta claſſis eſt aucta, fundas lapideſq; miſſiles huius ordinis homines ſecum gerebant. In his accẽſi cornicines tibicineſq; in tres centurias diſtributi. vndecim milibus, hęc claſſis cenſebatur. Cc.

✠ Quinqueuiratus dicitur officium ſiue magiſtratus in quo ſunt quinq; viri. & hi quinqueuiri vnica dictione vocitantur ſicut triumuiri. Cc.

¶ Quinquatria orum, ab eo quod quinquatre in ſingulari. ſicut bacchanale & vulcanale. Feſta erãt q̃ quinq; diebus Palladi fiebant, vt Ouid. lib. iij. Faſ. inuit, ita appellata quoniam quinq; diebus poſt idus celebrabãtur. Nã dies poſt idus ater erat. Inde quinquatria quaſi quĩq; ab atro die. Primo die fiebant ſacrificia, tribus ſequentibus gladiatores in theatro certabant, quinto die erat luſtratio. Vnde ait. Vna dies media eſt poſt fiunt ſacra Minervę. Nomina q̃ a iunctis quinq; diebus habent Sanguĩe prima vacat nec fas cõcurrere ferro. Cauſa ꝙ eſt illo nata Minerua die. Altera treſq; ſup ſtrata celebrantur arena. Enſibus exertis, bellica lęta dea eſt. Sunt qui dicant hanc diẽ Munuſculorũ quoq; eſſe, quo tẽpore matronæ inter ſe inuicẽ munera miſſitabãt & cœnas ſeruis apponebãt, vt viri Saturnalib⁹. Dr̃ & quinquatrus ſicut triatrus ſexatr⁹ ſeptimatr⁹ decimatrus. Iungiturq; hęc ꝑti

culaatrus q̃ nihil ſignificat ſupplemẽti cauſa. Var.li.ij.
de lingua la.qnq̃trũ diẽ vnũ feſtũ eſſe dicit ſic appellatũ
ꝙ erat poſt diẽ quĩtũ idus Martij, ſicut Sexatrꝰ ab Tuſ-
culanis vocaẽ dies poſt diẽ ſextũ & ſeptimatrꝰ poſt diẽ
ſeptimũ. Declinaẽ aũt ſubſtãtiue in plurali tã tertię q̃ ſe
cũdę declina. ſicut cętera feſtorũ nomina. Iuue. Incipit
optare & totis quinquatribus optat. Cice. Ita tumultuo-
ſę contentiones ita moleſtæ quinq̃tris afferebanẽ. Dio-
medes vero quinq̃triæ in prima declinatione protulit.

¶Quincunces vnciæ quinq;, hic quincũcialis ordinum
ratio de qua apud Var. Pli. & Col. fit mentio. Quincun-
cialis vero herba dẽ vt triẽtalis a menſura, i, q̃ folio quin
cuncẽ aut trientẽ ęquet amplitudine. Quincunces etiã
vſurę ſunt quoties ex centum nummis (vt exempli grã
ſit) quinque nummos vſurę nomine percipimus. Sic ſe-
miſſes vſurę, trientes, beſſes & huiuſmodi.

¶Quirites pe. p. Romani dicti ſunt, a quirino, i. a Ro-
mulo vrbis Romę conditore. qui a quiri haſta quirinus
appellatꝰ eſt ꝙ haſta aſſidue vtereẽ q̃ ſabinorũ lĩgua qui
ris dẽ, vnde quidam ſecurim dictam putant, quaſi ſemi-
quirim, q̃q̃ a ſecãdo etiã dici poteſt. *Siue ꝙ cures vice-
rit*. Siue ꝙ gręci regem κύριον dicunt. Cõſtat aũt Roma-
nos eo tpe gręcos fuiſſe. Oui. in faſ. Siue ꝙ haſta quiris
priſcis eſt dicta latinis Bellicꝰ a telo venit in aſtra deus.
Siue ſuo regi nomẽ poſuere quirites. Seu quia Romanus
vicerat ille Cures. Alij quirinũ dici exiſtimãt ob gñis no
bilitatẽ a patre ſuo quirino hoc eſt Marte, Romani eñ
Martẽ dũ ſęuiret gradiuũ, dũ trãquillus eſſet quirinũ no
minabant Et q̃q̃ hoc nomen quirites quidã tñ plr̃ decli
nari velint, apud poetas tñ reperimus quiritem a quiris
quiritis. vel quirites itis. vel hic & hęc quirites. In geni-
tiuo plurali quiritium & quiritum per ſyncopam. Perſiꝰ.
Heu ſteriles veri quibus vna quiritẽ Vertigo facit. Oui.
An ſi pulſaſſem minimum de plebe quiritem.

¶Quirinus pe. pro. Vide in dictione quirites.

¶Quirinalis collis dictus eſt ꝙ in eo quirini templum
erat, ſiue quod in eum commigrauere Sabini a Curibus
veniẽtes. Et quirinalis porta Rome dicta ꝙ ea in collẽ
quirinalẽ itur, vel ꝙ proxime eã eſſet quirini ſacellum.

¶Quirinalia vocabant diem quo ſacra quirino fiebant.

¶Quirito as, penul. p. ꝙ & qritor dẽ. ſignificat clamo,
Romanos commoueo & quiritum auxlium inuoco Var
ro. Quiritare quirites ciere. Nonius quiritare eſt clama-
re. Luc. lib. vij. ſaty. Concurſans veluti ancarius clareq;
quiritans. Ab Apul. ponitur pro ſuppetias petere.

¶Quiſquilię, purgamenta terrarũ. & quicquid ex arbo
ribus minutis ſurculorũ foliorũq; & florum decidit, vn-
de nomen venit quicquid cadit, velut quis quærat illas?
Ob id Cęcil. quiſquilias volantes dixit. Et Neuius. De-
turbate ſaxo homo non quiſquilia eſt.

¶Quiſquilium vocant exiguum fruticem ilicis produ-
centem coccum quod granũ eſt ad tingendas veſtes gra
tiſſimum. Hinc natum eſſe putatur vt veſtis coccina lite
ris per imperitiam interceptis ſquallata vulgo hodie di
catur pro quiſquilata.

¶Quo accipiẽ p quanto, vt cũ dicimus. Eo magis quo
magis. Aliqñ ẽ aduerbiũ loci. Ver. Quo ve tenetis iter?
id eſt ad quẽ locũ tẽditis. Aliqñ eſt cõiũctio & ſignificat
vt Plin. Neq; eñ id feci quo tibi moleſtꝰ eſſem. Aliqñ
poniẽ p quare vt inquit Donatꝰ. Teren. in an. Quo æq
orſum pãphilo. Et quo p ad quid, vel in quẽ vſum. Ho
ra. Quo mihi fortuna ſi nõ cõceditur vti? id eſt ad quid
vultis mihi eſſe bona fortune. Sic venuſte interdũ deſũt
verba in oratione. Et apud Eſaiã. Quo mihi multitudi-
nem victimarũ veſtrarũ? Hinc fiunt compoſita. Vſque-
quo quoad quocirca quouſq; quomõ quoquomodo quo-
quo verſus quoq̃ quiſque aliquoties.

¶Quoad componi videtur ex quo & ad. ſed p̃poſtere ſi
cut hactenꝰ, quatenꝰ. Et ſigni. donec ſiue q̃diu vel quo-
uſq;, vt quo ad viuã ero tibi amicꝰ. Cic. lib. j. off. Tamdiu
aũt velle debebis quoad te quantũ pficias non penite-
bit. Nihil aũt differt ita loqui. Quoad viuã & quoad mo
riar hęc eñ quãuis cõtraria eſſe videaẽ, idem tñ ſignifi-
cant qm̃ duo tẽpora cũ inter ſe oppoſita ſunt atq; ita co
hærentia, vt alterꝰ finis cũ alterꝰ initio miſceaẽ, nõ re
fert vtrũ p extremitatẽ prioris, an p initiũ ſequẽtis locꝰ
ipſę confinis demõſtretur. Poteſt autẽ eſſe interrogati-
uum. Teren. in phor. Quid ſenem quoad expectatis ve
ſtrum? Relatiuũ. vt Quoad iuſſiſti parui. Infinitũ, vt quo
ad libet ſtudio. Cic. Treba. Itaq; ego quoad opinatꝰ ſum
me prouinciam exiturũ quę tibi vltro obtulerim memi-
niſſe te credo. Aliqñ rei & ingenij facultatẽ ſiue tempo-
ris cõmoditatẽ ſignificat. vt apud eundẽ in Læ. Vt quo
ad poſſem & liceret ab eius latere nũq̃ diſcederẽ. i. quan
tum. Aliqñ quantitatem rerum tm̃ denotat. Idem p le-
ge Agraria. Audite vos qui ampliſſimi populi ſenatuſq;
iudicio exercitus habuiſtis & bella geſſiſtis quoad quẽ-
que peruenit aut peruenerit ex pręda, ex manubijs, ex
auro coronario. Et ſic ſemper exponitur pro quantum.

¶Quoad eius tota vna dictio ſignificat vſq; vel inquã-
tum vel quãtum ad eius vires, vel quantũ ab eo. Cic. lib.
j. de oratore, Officiũ eſt de ijs rebꝰ poſſe dicere q̃ ad vſũ
ciuilẽ moribꝰ & legibꝰ cõſtitutę ſunt cũ aſſẽſione audito
rum quoad eius fieri poterit, Idem Elaboro quoad eius
facere poſſum vt conſilia hoſtium intelligam.

¶Quoaduſq; eiuſdẽ ſignificatiõis eſt ſcilicet quãtũ vel
quouſq; Actius. Nihil te ĩpedio quoaduſq; rẽ peragas.
Quocirca ſignificat quamobrem.

¶Quouſq;, q̃diu, vel vſq; ad qd̃ tẽpus. Et poniẽ interro
gatiue. Cic. Quouſq; tandẽ abutere Catilina patiẽtia no
ſtra? Relatiue, vt quouſq; volui comedi. i. tandiu comedi
q̃ diu volui. Infinite, vt quouſq; eſſes didici. Aliqñ ſigni.
vſq; ad quẽ locũ. vt Quouſq; agri tui fines ptraxiſti.

¶Quomodo tota vna dictio. ſignifi. quẽadmodũ. Cice.
Quomodo potuiſſem te cõueniſſem. Tale ẽ ac ſi diceret
Si quatuor pedibus ad te venire neceſſe fuiſſet. Quomo
do, id eſt qualicunq; ratione, vtcunq;, qualitercunq;.

¶Quoquo verſus, vel quoquo verſum ſignificat verſus
omnes partes. qd̃ vernacula lingua dicimꝰ In qualmane
ve voglia. vt quoquo verſum ſe verterit anima hominis
ad dolores figitur alibi pręterquam in te.

¶Quoq̃ ſigni. aliquo. i. ad aliquam partem locum ve.

¶Quoq; poniẽ p ẽt. Se. Tu quoq; ſimili mõ exercere
te debes. Aliqñ p ſiliter. Ver. Vocabere tu quoq; votis.

¶Quominus ſignificat vt non. Auguſti. ſuper Ioannẽ.
Si quominus dixiſſem vobis. Interdum ſtatim. Verg. Et
quominus arua inſequitur. Qñq; ſunt duæ partes. Am-
bro. ſuper Lucã. Fide tutus pudet ſibi quo minus ea re-
quirat magis poſſe ſuppetere.

¶Quo iure, quaq; iniuria. prouerbiale eſt quaſi per fas
nefas velis nolis. Teren. in An, Quo iure quaq; iniuria
me pręcipitẽ in piſtrinum dabit.

¶Quoniam coniunctio cauſalis. vt qm̃ pdeſt lege. Po-
teſt etiam eſſe ſubcontinuatiua, vt quoniam ambulat mo
uetur Interdum auctore Feſto ſignificat poſtquam.

¶Quod nomen relatiuum eſt, & coniunctio cauſalis cũ
ponitur pro quia. vt ꝙ ſcribas lętor. Et nõ caſtigo te ꝙ
odio habeam, ſed quo meliorem efficiam. vbi enim põt
eſſe ꝙ ibi etiam quia Et vbi poteſt eſſe vt ibi poteſt eſſe
quo & ecõtrario. Vt non te caſtigo quia odio habeam,
ſed vt meliorem efficiã. Qñq; ponitur pro ſed, & in pri-
cipio clauſulę locari ſolet. Cic. Quod ſi quis a me huius
cõſilij mei cauſã q̃rat, ita reſpondeo. A qd̃ fit quoddam
quodpiam quodq; quodcunq; quodlibet vnum quodq;.

¶Quondã aduer. tpis, & modo p̃teritũ tẽpus denotat,
p olim vel aliqñ. Cic. Fuit iſta quondã in hac repu. vir-
tus. Modo futurũ, vt quondã tua dicere facta tẽpus erit.
Modo pſens. Verg. Quõdam etiam victis redit in præ
cordia virtus. Ponitur qñq; pro ſemper. Idem vt quon-
dam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis.

¶Quorſũ, verſus quẽ locũ quaſi quo verſũ, vt quorſum
vadis? quorſum ſeruus tuus iuerat tu iuiſti, quorſum ſit
res euaſura dubito.



¶Quot nomen numerale, vt quot nũmi tibi ſunt. Scio
quot nummos habes. habeo tot quot tu.
Quotquot, id eſt omnes qui.

¶Quotidie. Vide in dictione Cotidie.

¶Quotẽnis ſignficat quot annorũ. habet eñ ãcceden-
tia noĩa nũeralia vl' cõpoſita ex nũeralibꝰ & anno. vt an
niculus biẽnis triẽnis. vt tu es biẽnis, quotennis ille. q
dã etiam vſurpant quotennium ſicut ſeptennium.

¶Quotenꝰ, relatiuũ diuiſiuũ ſignificat vſq; ad quẽ nũe
rũ. Cic. ad Atticũ. In ripa neſcio quotenorum iugerum.

¶Quotus relatiuũ ordinale quo ſignificatur cuius nũe-
ri ſiue in quo nũero aut ordine, vt ſum primꝰ in ciuitate
quotus es in tua. qñq; ponitur p quo. Mar. Dic quotꝰ es
quanti cupias cœnare, nec vllum Addideris verbũ, mẽ
ſa parata tibi eſt. i. quot eſtis, & quot tecũ habes quãdo
q; ſignificat cõtinuã quantitatem, & ponitur p quãtus.
Iuuenalis. Quota portio fæcis achęæ.

¶Quotuſquiſq; in ſingulari, idẽ ſignificat qd̃ nomẽ nu
merale quot, vt quotuſquiſq; eſt q aliter ſentiat? Aug. li.
xix. de ciui. dei, Quotuſqſq; hoĩm eſt cui pfunditas vti
litatis huiꝰ appareat. Et eſt vetꝰ elegãſq; locutio p ĩter-
rogationẽ, & ad paucitatẽ referẽ. vt quotuſqſq; ſtudet. i.
quot ſtudẽt, hoc eſt q̃ pauci ſunt q ſtudeãt. Cic. p Plan-
cio. Quotuſqſq; iuris peritꝰ eſt, quotuſquiſq; diſertꝰ eſt

¶Quotuplꝰ, ad mẽſurã vel ad põdꝰ refertur, vt meus
ager reddit decuplum, quotuplum non reddit tuus.

¶Quotuplex quot generum.

R LITERA SEMIVOCALIS
eſt & liquida, quę poſt mutam in
eadẽ ſyllaba poſita p̃cedẽtẽ ſylla-
bam modo longam, modo breuẽ
facit, vt Ouidi. in dictione patrẽ
exemplum poſuit. Iam patrem fa
muloſq; patris, lucemq; timebam
vbi pa. ſyllaba & produciẽ & cor-
ripitur. Et apud Gręcos in initio
dictionum r litera recipit aſpira-
tionem, vt Rhadamantus Rhea, & huiuſmodi. Cõuer-
titurq; nõnunq̃ in l, vt intelligo p interlego, pelluceo.
pro perluceo. In ſimplicibus vt niger nigellus, vmbra
vmbella. In ſ, vt arbos pro arbor, odos pro odor. Trãſit
in duo ſſ, vt vro vſſi, gero geſſi. In u, conſonantem, vt ſe
ro ſeui, tero triui. In n, vt ęneus pro æreus.

## R ANTE A

RAbbath, metropolis eſt filiorum Ammon q̃ hodie
a rege Egypti Ptolomeo cognomẽto Philadelpho
qui Arabiã tenuit cũ iudæa philadelphia nominatur.

¶Rabies, iei. & rabia, ę. a rapio, morbꝰ canum cum ve
luti furore quodam acti huc atq; illuc rapiuntur nec vllũ
quietis locum inueniunt. Alij rabiem quaſi rauciẽ dici
putant a raucitate vocis quã rabioſi habent ſimilem ca-
nis latratui, hinc.

¶Rabioſus qui rabiem habet. Pli. li. xxix. Datur mor-
ſis a rabioſo ne rabidi fiant. Ponitur quandoq; Rabioſus
pro iracundia pleno qui veluti rabie agitatus videatur.

¶Rabioſulus diminutiuum. Cicer. Treba. Primas illas
rabioſulas ſat fatuas dediſti.

¶Rabidus qui rabiem habet.

¶Rabio is, nimia ira quaſi rabie agitor. Var. Quid eſt
qd' latras? qd rabis? quid vis? Cęcil. Rabia rabere ſe ait.

¶Rabula a rabie vt quidam volunt & a raui. i. raucitate
vt is ſit. Rabula qui in negocijs agendis acer eſt & rabio
ſus. Vnde & pro aduocato & cauſarũ patrono accipi ſo-
let. Vel dẽ a radẽdis auribꝰ. Nã vt a fando fabula, a nan-
do nabula a ſtando ſtabula, a paſcendo pabula, ita a radẽ
do rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto q̃
q; radant. i. offendãt aures, & vt ait Quinti. Nimia ver-
boſitate feriãt. quaſi ab inſtrumẽto illo nuncupati quod
rabula cõmodiꝰ q̃ radula vocari poſſit. hodie quoq; vul
gus ipſos garrulos & linguaces ab alio inſtrumento Tu-
diculas & piſtilla cognominat. Quĩt. ſup oĩa petit illa q̃
Cic. in ora. Nõ. n. declamatorẽ aliquẽ de ludo, aut rabu-
lã de foro, ſed doctiſſimũ aut pfectiſſimũ q̃rimꝰ. Idẽ qua
ſi rabulæ q ſibi deſerti nõ videẽ niſi oĩa tumultu & voci
feratiõe cõcuſſerint.

¶Racemꝰ pe. p. ps botryõis ſiue
potiꝰ ipſe botriõ q & botrys more gręco & botryꝰ hoc
eſt integer vuę racemus. Eſt. n. illa teſta vuarũ plurima
grana cõtinẽs. ☧ Et nõ ſolũ de vite, ſed etiã de alijs plã-
tis dicitur. Pli. de hedera. Alijs denſus acinus & gran-
dior racemus in orbem circunactis.

¶Racemoſus, ſa, ſum. qd' eſt racemis plenũ. Pli. hede-
rę modo racemoſa eſt, racematus, a, um. qd' racemos ha
bet. Idẽ. li. xviij. de panico. Paruis racemato paniculis.

¶Racemariꝰ malleolꝰ ex quo pãpini pullulãt vel ſteri
les vel certe minus feraces, vt inquit Colu. lib. iiij.

☧ Racematio, racemorum vindemia, vt quando a vin-
demiatoribus racemi rari pretereuntur, ſicut in meſſibꝰ
peractis quod ſuper eſt ſpicilegium dicitur.

¶Racha nomẽ hebræum eſt inquit Hie. qd' idẽ eſt qd̃
κενός. i. inanis aut vacuus quẽ nos poſſumꝰ vulgata in-
iuria abſq; cerebro nũcupare. Quidã ethymologiã huiꝰ
noĩs de gręco trahere voluerũt putãtes dici pannoſum
Gręce eñ pãnus ῥάκος dẽ. Sed nos huiꝰ verbi pprie-
tatẽ ſubtiliꝰ pſpiciẽtes nihil intelligimꝰ aliud eſſe racha
niſi vocẽ incognitã irati animi cõmotionẽ ſignificãtis
quales ſunt interiectiones apud Grãmaticos, ſicut a do
lẽte heu. Ab iraſcẽte hem, & huiuſmodi. Aug. ſup Mat
thęũ, Racha vox indignãtis animi motũ ſignificans.

¶Rado, is, ſi. ſum, cõplano, incido extirpo mũdo. Col.
li. ix. Sic tñ ne qd radaẽ. Hie. in leui. Die ſeptĩa radet ca
pillos capitis barbãq; & ſupcilia ac totiꝰ corporis pilos
Iuue. Nã ſergidiꝰ iã radere guttur cœperat, p trãſlatio-
nẽ poniẽ p lędo laceroq;. Quĩt. li. iij. Ne ieiuna atq; ari
da traditio auerteret aĩos, & aures preſertim delicatas
raderet hoc eſt offenderet fatigaretq;. Huiꝰ compoſita
ſunt Abrado Adrado iuxta rado. Col. li. iij. Reliquã ptẽ
q̃ cõtinẽs matri eſt adradito ne ſupuacua ſarmẽta pcre-
et. Circũrado. Idẽ li. iiij. q̃ recẽtiſſimũ eligaẽ ſarmẽtũ &
leuiter circũraſum vt cortex tm̃ detrahaẽ. Corrado, De-
rado, de aliquo rado. Pli. Qd' deraſum eſt teriẽ & cribra
tur. Erado extra rado. Col. li. iij. Poſtea ſurculos quos ĩ-
ſerere voles eradito tã alte q̃ cuneũ dimiſiſti, ſed ita ne
medullã neue alteriꝰ ptis corticẽ lędas. Interrado ĩ me-
dio rado. Idẽ in eodẽ. Nã ſi ſpiſſe poſueris neq; in terra
quid ferre poteris, nec ipſę fructuoſę erũt niſi interraſe-
ris. Obrado circunrado. Et oĩa habẽt penultimã pdu.

¶Raſito as, pe. cor. ſignificat ſæpe rado. Gel. li. ij. Cõ-
perimus autẽ cęteros quoq; in his tẽporibus nobiles vi
ros barbam in eiuſmodi ætate raſitauiſſe.

¶Raſores qui radunt. Et per trãſlationem fidicines q
videntur chordas ictu radere.

¶Raſura ipſe radẽdi actꝰ. Col. lib. v. Eaq; raſura ita de-
ducitur.

¶Raſamentum. Idem. Terebra gallica non
ſcrobẽ ſed raſamenta facit.

¶Raſilis & hoc raſile pe. cor. quaſi raſum nihil extan-
tis ac redundantis plenitudinis. Ver. tñ. Et torno raſile
buxum quaſi raſibile dixit.

¶Raſorius, a, um. quod ad radẽdum pertine. Vnde di-
cimus cultros raſorios.

¶Radix dicta eſt ꝙ ſępe effoſſa parſiper terra radiẽ, vt
arbor meliꝰ fruticeſcat. Pli. Cum pali deffixi radices cœ-
piſſet. Huius diminutiuum eſt radicula.

¶Radicula pua radix. Col. li. iiij. Idẽ pœnꝰ auctor pbat
vinacea pmixta ſtercori depoſitis ſeminibꝰ ĩ ſcrobẽ mo
uere, ꝙ illa puocẽt & alliciãt nouas radiculas. et radicula
vocaẽ herba ſuccũ habẽs lauandis lanis cõmodiſſimum
hanc gręci Struthion, & lanaria ob id a noſtris vocatur.

¶Radico. as. pe. pd. radicẽ facio, & radicę capio dẽ. Pli.
lib. xviij. Frumẽta multis radicãẽ fibris. Hinc cõponiẽ.
Eradico qd̃ eſt vſq; ad radices euello. Hie. in pfa. ps. Co
gitis ergo vt veluti qd' dã nouale ſciſſũ iã aruũ exerceaẽ

&obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem.

¶Radifico,as ſimiliter ſignificat radices facio.

¶Radicitus pe.cor.aduerbiū ſignifi.a radice. Vnde & pro omnino quandoque ponitur.

¶Radius ſplendor a ſole micās. Var. O ſūme ſol q totā hāc mūdi cōpagē tuis radijs illuſtras. Tráſfert & ad fulgorē oculorū, Pli. Cuius ex oculis radij nocte micantes cernuntur. Gel. Stoici cauſas eſſe videndi dicūt radiorū ex oculis in ea q̄ videri queūt emiſſionē. Itē radius dicitur virga q̄ Geometrę lineas iudicant. Verg. Deſcripſit radio totū q gētibꝰ orbē. Inuēta autē eſt hęc ars tpe quo nilus plꝰ æquo creſcēs cōfudit terminos poſſeſſionū, ad quos innouādos adhibiti ſunt philoſophi q lineis diuiſerūt agros. Inde Geometria dr̄ cū nō tm̄ terræ, ſed etiā maris & cœli & aeris ſpatia metiri cōſueuerint. Itē textoris inſtrumētū qđ vulgo druclē nominăt quo telę annectūr radiꝰ dr̄. Idē Excuſſi manibus radij reuolutaq; penſa. radij quoq; rotarū dr̄r, vt apud eundem. Hinc radios triuere rotis. Inſtrumētū etiā quo radūr mēſurę radius vocatur, quod alio noīe hoſtoriū nominant. Plaut. Dij deęq; oēs tātā nobis lętitiā tot gaudia ſine radio cumuletis. Et radij dicūtur oliuę oblōgę, Verg. Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ. Orchades & radij & amara pauſia bacca.

¶Radio radios emitto, fulgeo. Hiero. in plo. pſal. Vbicūq; aſteriſcos. i. ſtellas radiare in hoc volumine videritis, ibi ſciatis de Hebręo additum quod in latinis codicibꝰ nō habet. Ouid. li. ij. Met. Argēti bifores radiabāt limina vuluæ. Hinc cōponit Irradio quod eſt illuſtro & quaſi intus radio. Plaut. Faciunt quod conſueuerūt ſalibus irradiant menſam, omnis ad riſum prouocant.

¶Radula pe.cor. Inſtrumentū ferreū a radēdo dictum. Vnde pix radulana eſt dicta quę radula eraditur, Pli. li. xiiij. Radulana pice ac reſina condire muſta.

¶Radages & radagia fiſſuræ ſunt & rimę inter ſedis vitia annumeratę quorū crebra mentio eſt apud Plin. Auicenna non ſolum in ano ſed in mentula naſci radagas ꝓdidit. De quo & in dictione Condylomata.

☧Raia genus piſcis plani & Carthilaginei, raias Gręci βατας dicunt a rubi nomine propter aculeos.

¶Ralla genus veſtis a raritate. Nam rarum facit dimi. rallum. Pau. Toga ralla, tunica ſpiſſa.

¶Rallum a radendo ferrum illud quo vomeres identidem purgantur in arando.

¶Ramex genꝰ Hernię, Vide i dictiōe hernia. hīc ramicoſꝰ q patit illū morbū Col. lib. x. aliter accipit ramices cū iqt de viuario cōſtituēdo. Deīn ꝑ trāſuerſa laterū caua trāſmittūt ramices qui exitus ferarum obſerent.

¶Ramētū, tenuis cuiuſq; rei ꝑticula, a radēdo quaſi raſura. Vn̄ ramēta auri, ramēta argēti, lignorū & cæterarū rerū dicimꝰ, cū forat aliquid extritu ſiue excurſu, aut ex arena fluuiorū. Vn̄ Pli. lib. xxxiij. Apud nos tribus modis fluminū ramētis. ſ. aurū inuenitur, nec vllum abſolutius aurum eſt curſu ipſo tritūq; perpolitum.

¶Ramus, arboris pars eſt, cuius diminutiuū eſt ramuſculus. Dicitur & ramulus Col. Et cum primum germina tumebunt de ramulis anniculis eos ligato.

¶Ramale, idē qđ ramꝰ. Ouid. li. viij. Met. Multifidaſq; faces ramaliaq; arrida tecto. Perſiꝰ. Vt ramale vetus.

¶Rameꝰ, a, ū, qđ ex ramo eſt. Ver. li. iiij. Georg. & ramea coſtis. Subijciūt fragmēta, thymū, caſtaſq; recētes.

¶Ramꝰ genꝰ ſentiū aſperrimū aculeis & flore gratiſſimū, ait Hie. ſup illđ pſ. Priuſq̄ intelligerēt ſpinę vręramū. At rhānꝰ cū h genitiuū facit rhānūtis ſicut Amathꝰ untis. Trapezꝰ untis. Et eſt Atticę regiōis pagꝰ ex quo format rhānuſiꝰ, a, ū, qđ eſt ex rhāno. Ter. in An. Hoc certe ſcio rhānuſiū ſe aiebat. Inde, rhānuſia indignationis dea quā gręci νέμεσιν vocāt. Nā cū Narciſſꝰ formæ bonitate abuteret ſupbꝰ, recte fingit eiuſmodi dea, aduerſus eū q bonis pręſentibꝰ ſit indignꝰ. Nemeſis iquā indignationē ſignificat, cuiꝰ ſimulachrū pulcherrimum eo in loco colebat. Qđ quidē marmoreū tradunt a Phidia vlnarū in altitudine decē factū. De hac Ouid. lib. v. de triſt. Exiget ad dignas vltrix rhamnuſia pœnas.

¶Rana, genꝰ aīalis paluſtris. ranarū aliæ ſūt terreſtres licet i aqs dulcibꝰ degāt, alię marinæ. Ex terreſtribꝰ q̄dā i vepribꝰ tm̄ viuūt & Rubetę appellāt. Alię iter arūdines fruticeſq; verſant. Eſt & rana arborē ſcādēs & ex ea vociferās, ob idq calamis calamita. rana etiā morbus eſt q bobꝰ accidere ſolet. Col. li. vij. Solēt etiā faſtidioſa cibo afferre vitioſa icremēta ligue q̄s ranas vocāt veterinarij. ¶Ranūculꝰ, diminu. eſt a rana. Amb. li. Hexa. Culices & ranunculi circa genitales ſtrepunt paludes.

¶Ranceo ces. cui. rancorem habeo ſiue puteo.

¶Rancor, putor quidam a ranceo nomen verbale, ſicut acor ab aceo, albor ab albeo. Palladius in rebus ruſticis. Receptacula olei ſemper ſint munda ne nouos ſapores veteri rancore infecta corrumpant.

¶Rancidus, a, um. qđ eſt rācore putidū. Horat. rācidū aprū antiq laudabāt nō q a naſꝰ Illis nullꝰ erat, ſed credo hac mēte ꝙ hoſpes tardiꝰ adueniēs, vitiatū cōmodiꝰ q̄ itegrū edax dn̄s cōſumeret. Huiꝰ eſt diminu. rādiculꝰ Iuue. Nō tamen his illa vnq̄ obſonia fiunt rancidula.

¶Rantū dixerūt veteres quadrantem, ꝙ in eo & triente ratis fuerit effigies, quemadmodum nauis in aſſe.

¶Rapio, pis, pui, ptum. ſignificat per vim aut cū feſtinantia ſiue cū furore capio, traho, euello, aufero. Terēt. in An. Sublime hunc intro rape quantū potes. Lactan. lib. v. Alios etiā in conſortio mali ſui rapiūt, quaſi habituri ſolatiū de perditione multorū. i. trahūt. Verg. Quid faceret quo ſe rapta bis cōiuge ferret. i. ablata. Et lib. j. Georg. Atq; illū in pręceps prono rapit alueꝰ amni. i. ſubito rapit. Aliqn̄ rapere eſt vim afferre, vitiare. Et proprie de virginibꝰ atq; ipuberibꝰ pueris etiā ſi loco non dimoueantur. Verg. Et rapti ganimedis honores. Sen. rapta, raptoris aut mortē, aut indotatas nuptias optet. Compoſita Abripio, Arripio. Corripio, Deripio, Diripio, Eripio, Irripio, pręripio, Proripio, & Surripio.

¶Rapto, as, frequēter rapio, traho. Ver. Ter circū iliacos raptauerat hectora muros. Et lib. iij. Georg. Sed me parnaſi deſerta per auia dulcis Raptat amor.

✤Raptito, as. pe. cor. aliud frequētatiuū a rapto, ptas.

¶Rapax, auidꝰ & rapinis ſemp intētus. Sueto. Inopia rapax, metu ſæuꝰ. Hinc rapacitas. Colu. lib. j. Niſi maxima vel negligentia ſerui vel rapacitas interuenit.

☧Raptor q rapit. Amb. raptores nō niſi aliena diripiūt

¶Rapo, onis, idem quod raptor. Pompon. Ne vos cōtubent auri argentiq; rapones.

¶Rapidꝰ, velox ab eorum q rapiunt celeritate dictus. Vnde amnis rapidꝰ qui cū celeritate & furore labitur.

¶Raptio, rapina, & raptꝰ, diſtinguūtur ab inuicē, & raptio ad ꝑſonā. rapina ad rē, raptꝰ ad ſtuprū referat. Terē. i Adel. Diſperij, Teſiphōtē audiui filiū vna i raptiōe fuiſſe cū Aeſchino. Ci. Quas res luxuries i flagitijs, crudelitas i ſupplicijs, auaritia i rapinis, ſupbia i cōtumelijs efficere potuiſſet. Idē. Matronarū cędes, virginū raptus. Columel. etiam rapinas vocat culturas raporum.

¶Rapinator, a rapina raptor dicitur. Lucil. Homo impudicus impune eſt rapinator.

¶Raptim aduerbium ſignificat cum feſtinatione.

¶Rapa, æ, dr̄ ꝙ paſſim rapiat. Palladiꝰ. rapa mutatur in napos in alio ſolo per biennium ſata. Alio vero napꝰ tranſit in rapam. Dicitur & rapum neutro genere. Mar. Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa. Var. Ex ſemine braſſicæ vetere ſato naſci aiunt rapa & contra ex raporum braſſicam. Col. lib. ij. Ab his leguminibus ratio eſt habenda naporum raporumq;, magis vtilia rapa ſunt Hiero. vero ad Euſto. Vix raris fabis & rapis cum rudi hordeaceo pane ſaturantur.

¶Rapulum diminutiuum a rapum. Hora. in ſer. Captꝰ vt aiebat cœnę acria circum rapula. Et iterū. Cum rapula plenus atq; acidas mauult inulas.

¶Rapunculus, a rapo radicis exiguę qui comeditur in acetarijs, rapuntium vernaculi noſtri dictitant.



¶Rapacia, or. raporū frondes q̄s hoīes decoctas in cibū ſumūt, Pli. Et homini nō minor rapacioꝶ grā q̄ cimaꝶ.

☧Raphael hebręū eſt latine ſanās deo vel medicina dei vt interpretatur Hierony. eſt etiam nomen archangeli.

¶Raphanꝰ pe. cor. genus radicis notę comeſtibiliſque Pli Fertur in tēplo Apollinis delphici adeo cęteris herbis ꝑlatus raphanus, vt ex auro diceretur, beta ex argento rapum ex plumbo. refert Alexander Aphrodiſcus. eſſe calidum, humores exſiccare. & attenuare. Mouere ex humoribus ſpiritus, ac eos exhaurire & exinanire dum per os eructat. Eſt & aliud raphani genꝰ. Armoraia a noſtris dicitur. Quidam hoc nomen aſpirant in prima.

¶Rarꝰ a. um. ꝓprie dr̄ qđ nō eſt dēſum. Interdū ponit ꝓ pſtāti, qm̄ oīa ꝑclara rara ſūt. Verg. Hic rarum tamen i dumis holꝰ. Hier. rara eſt virtus nec a pluribꝰ appetit.

¶Rarenter, aduerbium idem quod raro. Gel. lib. j. A rarus non dicitur rare, ſed alij raro dicunt, alij rarenter.

¶Raro as. rarū facio. Cuius cōpoſita ſunt Diſraro & interraro. quod eſt i medio rarum facio. Colu. li. v. vtitur.

¶Rarefacio. Idem lib. vj. Hoc autem facile contigit ſi prius rarefeceris etiam eas partes ſupra quas ramum ſecaturus es fœno aut ſtramentis texeris.

✤Rareſio paſſim rarefacio. Cc.

¶Raripilus a, um. penul. cor. quod habet raros pilos. Col. in pręfa. Et idipſum aliter curatur mutilum & raripilum, aliter cornutum & ſetoſum.

¶Rareſcere, ſigni, rarū fieri ſiue deficere. Col. li. iiij. Negligētia cultorū magna ps deperit, & iteriꝰ ſeminū cęteraq; virētia rareſcūt. Lact. li. vij. Ita eīn iuſtitia rareſcet, & impietas, & auaritia, & cupiditas, & libido crebreſcet.

¶Raſtrū & raſter maſ. ge. Terē. At iſtos raſtros interea deponę. Ver. Raſtraq; incuruos ęuum tribuere ligones. Dicūt aūt raſtra ſeu raſtri q & rutabri vocāt ꝓprie quibꝰ ꝑ fœniſecia feſtucas abradimꝰ, a quo abraſu raſtelli ſunt nominati, vt inquit. Var. li. j. de re ruſ. Tū de pratis iqt ſtipulā raſtellis eradi atq; addere fœniſecio cumulū quo facto ſicilīēda prata. i. falcibus cōſectanda. Verū & ſtabulariorū vſibus deputātur. Hiſdem quoq; terram effodiūt Suet. in Nero. Tubaq; ſigno dato primus raſtello humū effodit & corbulę congeſtam humeris extulit.

¶Raſtelli. Vide in dictione raſtrum.

¶Ratus a, um. ꝑticipiū a reor. reriſq; ſigni. puto. imaginor. Priſcia. reor quoq; ratus facit participium, vt puto differentiæ cauſa, quia ritus aliud ſignificat, & retus ꝓ reatus dicebant, quō ſaucius ꝓ ſauciatus, laſſus ꝓ laſſatus. Plau. in Amp. Victis hoſtibus quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt Aliquādo ratus dicitur firmus certus. Teren. in Hecy. Ne quod egiſſem eſſet ratum.

¶Ratifico as. approbo & ꝙ actū eſt confirmo. Veteres ratare ꝓ ratificare dicebant. Vnde eſt irritare cōtrariū.

¶Ratio, ratū ſupino fit. Et eſt vis illa animi q̄ a cęteris aīalibꝰ hō diſtīguit. Quæ ſic diffinitur ab Aug. li. ij. de ordine. ꝙ ſit mētis motio ad ea q̄ diſcutiunt diſtinguendi & cōnectādi potens. Vn̄ ab Horatio ponit ꝓ ratiocinatione & diſcurſu animi ad inueſtigādū verū. Cic. li. i. ad Heren. ratio eſt cauſa q̄ demōſtrat verū eſſe id qđ intendimus breui ſubiectiōe. Sene. Quid eſt ratio niſi naturę imitatio. Sequitur ratio naturā, & bonū ſine rōne nullū eſt, & virtꝰ nū aliud q̄ recta ratio. Aliqn̄ tn̄ ratio ponit ꝓ reſpectu & cura. Cic. Plācio. Peto a te vt mei rōnē habere velis & ſalutis & dignitatis meę. Sic dicimꝰ habenda ē rō honoris, rō rei familiaris. Idē li. ij. offi. Habēda rō ē rei familiaris, q̄ quidē delabi ſinere flagitioſum eſt. Si vero iungat cū ꝑpoſitione cū, ſigni. negociū. Idē i Cato Rōnē habet cū terra, q̄ nūq̄ recuſat iperiū. Et ad Atticū. Cū oībus muſis rōnē habere cogito. Aliqn̄ ponitur ꝓ cauſa, vt apud eundē. M. Cato. Cū aūt ad Cibiſtra ꝓpter rōnē belli quinq; dies eſſem moratus. Aliqn̄ ꝓ modo, via, & forma. Salu. At ego vobis inquit ſi modo vultis eſſe viri rōnē oſtēdā, q̄ tanta iſta fugiatis. Et rō qn̄q; dr̄ ſupputatio. vel calculus ſiue expenſa. Plaut. in Aul. Supputatur rō cū argentario. Idē in Am. Et vt res rationeſq; veſtrorū oīm bn̄ expedire vultis. Vnde rōnarius codex in quo accepti & expenſi rōnes deſcribūt. Sue. in Cæſa. Seruitia recētiora immēſo ꝑtio & cuius etiā ipm puderet ſic vt vetaret rōnibus inferri. i. nolebat in rōnario ꝓſcribi, eā ſummā quā impēderat in emptiōe ſeruorū. Rō etiā ꝓportio dr̄, vt ſi qn̄ numerus ad numerū habet ꝓportionē quē nos rectū dicimꝰ rōnem. vel duplam vel triplā vt quatuor ad duo, & ſex ad duo Rōnem purgare. Vide in dictiōe purgo. rōnē cōſtare. eſt ęquā legitimā q; rōnē oſtēdi, aut apparere oſtendi poſſe. Pli. Iunior. Mirum eſt q̄ ſingulis diebus in vrbe rō aut conſtet aut conſtare videatur pluribus cunctiſque non conſtet.

¶Ratiuncula dimi. Teren. in Phor. Erat ei de ratiūcula iāpridem apud me reliquum pauxillulum nummorum.

¶Rōnale, philoſophi dixerunt eſſe ꝙ rōne vteret vel vti poſſet. Vnde dicimꝰ hominē eſſe aīal rōnale & mortale. Hic gn̄e poſito, qđ aīal eſt dictū videmus additas duas differentias quibꝰ admonēdꝰ erat hō & quo ſibi redeundū eſſet, & vn̄ fugiēdū. Nā vt ꝓgreſſus aīæ vſq; ad mortalia lapſus eſt, ita regreſſus eſſe in rōnē debet. Vno verbo a beſtijs ꝙ rōnale, alio a diuinis ſeparat ꝙ mortale dr̄. Illud niſi tenuerit, beſtia erit. Hic niſi ſe auertit diuina nō erit. rōnale ſubſtantiuū genus veſtis ſacerdotalis eſt. Hiero. ad Fabiolā. rōnale etiā dr̄ genus veſtis apud Hebręos oſuin, gręce logiō, nos rōnale poſſumꝰ appellare, pannus eſt breuis ex auro habens magnitudinem palmi per quadrum & duplex ne facile rumpatur.

¶Rōnabile dr̄ ꝙ cum rōne factū dictūve eſt. Cuius cōtrarium eſt Irrationabile. Itaq; domū aliquā rōnabilem poſſumus dicere nr̄mq; ſermonē. Rōnales aūt vel illum qui hanc fecit, vel nos qui loquimur. Ergo ꝓcedit rō ab aīa rōali in ea q̄ vel fiūt rōnabilia vel dicunt. Duo ergo ſunt in quibus potētia vel vis rōnis poſſit etiā ipſis ſenſibus admoueri, opa hoīm q̄ videt & verba q̄ audiūtur. In vtroq; aūt vtit mēs gemino nūcio ꝓ corporis neceſſitate. Vno qui oculorū eſt. altero qui auriū. Ita cū aliquid videmꝰ cōgruētibꝰ ſibi ptibꝰ figuratū non abſurde dicimus rōnabiliter apparere. Itē cū aliquid bn̄ cōcinne vel audiuimus, non dubitamus dicere q; rōnabiliter ſonat. Irratiōabile vero qđ his caret. Quin. lib. ij. Sed quia carent ſermone q̄ id faciūt muta atq; irratiōabilia vocant.

¶Rōnariꝰ, liber in quo rōnes rerū geſtarū cōtinentur. Sue in Aug. Rurſus tędio diuturnę valetudinis cū etiam magiſtratibꝰ ac ſenatu domū accitis rōnariū iperij tradidit. Et rōnariꝰ liber accepti & expēſi, vt ſupra i dictiōe rō. Itē Rōnariꝰ q rōnariū ꝯficit vel q rōnibꝰ ꝑeſt. Marcellinꝰ. Quidā ex mercatore opulēto rōnariꝰ apparitor.

¶Ratiocinor, pe. cor. ſigni. ꝑ rōnē quādā dephendo, colligo cōputo. Gel. lib. j. Pluth. in lib. quē ꝯſcripſit ſcite ſubtiliterq; rōnatū Pythagorā dicit i reperiēda modulādaq; ſtatꝰ lōgitudiniſq; eius ꝑſtātia. Cic. lib. j. Tuſ. At nos metiēdi rōcinādiq; vtilitate inſpecta huiꝰ, artis terminauimꝰ modū. Hinc rōcinatores dicti ſunt qui calculatore vulgo nominăt dictiōe latina. Mar. Nec calculator nec notariꝰ velox maiore quiſq̄ circulo coronet. Rōcinatio inquit Aug. lib. de imortalitate animę, eſt a certis ad incertorum indignationem nitens cogitatio.

¶Ratumena, auriga fuit qui cū in ludis Circēſibꝰ excuſſus fuiſſet, equi ſui cū corona & palma in capitoliū puenerunt ſedemq; ter luſtrauūt, ex quo factum eſt, vt porta per quam intrauerat ratumena diceretur.

✤Ratarię naues a ratiū ſimilitudine appellatæ ſūt. Cc.

¶Ratis, & rates, ſecundum Probum efferri poteſt. Et ꝓprietates dicuntur connexæ & recte compactę inuicē trabes q̄ ꝑ aquam trahuntur. Abuſiue a poetis vſurpāt ꝓ nauibus. Verg. Diſiecitque rates.

¶Raudum dicebatur ęs. Vide in dictione rudus.

✤Rauduſcula porta Romę appellata eſt a raudo, id eſt ære ꝙ erata erat. Cc.

¶Rauēna, vrbs i octaua regiōe Italię. Sabinoꝶ oppidū

in ora littoris. Adriatici olī tota ligneis ꝯpacta ędificijs,
aqs diffuſa pōtibuſq; ac lēbis pagrata, a Theſſalis condi
ta ꝑhibeť. Et cū a mari fiūt inundationes non mediocrē
accipit ptē cœni paluſtris. De hac Sylliꝰ li. viij. Lēta pa
ludoſo ꝑſcindūt ſtagna rauēnę. Hinc ortus eſt Caſſiodo
rus ſenator qui multa eruditiſſime ſctipſit. ☧ Hanc vrbē
vetuſtā eſſe res ab Aſtrogottis geſtæ cōmemorant, q eā
regiā poſuere. Liui. Auctor eſt ab Auguſtō ꝙ muris cinctā
fuiſſe quos valētianꝰ iperator poſtea āpliauit eiuſq; Ar-
chiepiſcopo. xij ciuitatū epōs ſubiecit Arimini, cęſene,
forliuij foricornelij, fauentię, brucij, Bononię, Mutinę
Rhegij, Parmę, & Placentiæ, q̄ ciuitates deinceps ſub
Exarchatu fuere. Et Alaricus ſubide eā magnificauit.
Sic & Theodoricus qui in ea octo. &. xxx. ānis regni ſe
dem habuit. Nunc ā ſenatu veneto ſic inſtaurata, vt re-
nouata dici poſſit hæc fuit patria beati Apollinaris, pri
mi eius epiſcopi & vitalis, & Geruaſij, & Prothaſij, hic
ortus eſt Petrus ille rauēnas illuſtris, foricornelii epūs
qui multa in Theologia ſapienter ſcripſit.

¶ Rauis, raucedo vocať, q̄ fit aut nimia ſiccitate ꝓpter
clamorē, aut nimio humore ad vocis loca fluēte, ex qbus
vox homini plęrūq; negatur. Plau. in Aulu. Huccine de
duxiſti ma ad ſenē parciſſimū, vbi ſiquid poſcamꝰ ad ra
uim poſcamus, priuſq̄ quicq̄ detur. ☧ Apul. lib. iij. flor.
claritudo arterijs obſoleſcit identidem boando purgāt
rauim. Hinc rauio is, & rauus a, um.

¶ Rauū veteres dixerūt obtuſū. Vñ raua vox obtuſa &
parū liquida. rauus color obtuſus. i. mixtus niger cū ful-
uo, color inter flauum & cęſtū. Cice. lib. iiij. Aca. Quia
nobiſmetipſis tū ceruleū, tum rauū videtur quodq; nūc
ſole collucet. ☧ Sic ab Hor. raua Lupa dicitur.

✠ Rauillię dicuntur qui rauos oculos habent quemad-
modum qui cęſij Ceſilię. Cc.

¶ Rauiſcellus diminutiuum a rauo. Plaut. quis inqt hęc
mulier & ille rauiſcellus qui venit.

¶ Raucꝰ q nimio clamore vł alia cā vocē obtuſā habet.
Aliqñ tñ referť ab optīa voce. Ver. Dāt ſonitū rauci ꝑ ſa
xa liquētia cygni. Hic raucitas & raucedo ꝓ vocis obtuſi
tate. ¶ Rauce, vermes terreni, radices arborū lędētes.
Pli. Olea vbi quercꝰ effoſſa ſit, male poniť qñ vermes q
rauces vocanť in radice quęrcus naſcuntur & tranſeūt.

¶ Raucio is. rauſi, rauſum. raucus ſum. a a quo Irraucio.
Eſt & rauceo es a quo raueſco & irrauceo.

## R ANTE E

RE ꝑpoſitio ꝑ apocopē a retro facta videť. Vñ reſpi
cio, retroaſpicio, reuertor, retrouertor, repoſco, rē
datā retro poſco. Et nō niſi ꝯpoſita repiť, q̄ etiā alias
ſignifi. habet. Nā qñq; ꝑfectionē denotat, vt recognoſ-
co. Qñq; reciprocationē, vt redamo. qñq; ꝯtra ſiue ad-
uerſꝰ vt reluctor, repugno, reſiſto, qñq; iterū atq; iterum
ſeu ſępe, vt reputo, qñq; de nouo, vt renouo qđ ē rurſus
nouū facio, qñq; inde, vt remoueo, qñq; valde, vt redū-
do. qñq; lōge. Ver. li. iij. Italiā petere & terras tētare re
poſtas. Ser. i. lōge poſitas, qñq; denotat cōtrarietatē ſuo
rū ſīpliciū, vt rētego ꝙ tectū denudo, reſigno ꝙ ſigna-
tū erat apio, recludo, clauſū patefacio. qñq; habet diuer
ſā ꝫ nō cōtrariā a ſuis ſīplicibꝰ ſignificati rōnē, vt reſciſ
co. Nā cū ſcire ſcit cognoſcere, reſcire tñ ſiue reſciſcere,
nō ē rurſꝰ cognoſcere, ſed factū aliqđ occultiꝰ & inopina
tū iſperatūque cognoſcere, ſcire, aduertere. De hoc loco
ſuo. Sic rñdeo, ꝙ nō ſolū redico, aut repromitto, ſed re
atq; affectu ſatiſfacio. Habet aliqñ re eandē ſignificatio
nē q̄ habet ſimplex, vt reꝑſēto. Cōponiť aūt cū dictiōe
ab a icipiēte, vt redamo, redarguo, b. vt rebello, c, vt re-
curro, d, vť reddo, e, vt redeo, f, vt refero, g, vt regredi-
or, h, vt redhibeo, i, vt reijcio, l, vt relego, m, vt remigro
n, vt renitor, p, vt repugno, q, vt requiro, ſ, vt reſarcio, t,
vt retineo, u, vt reuertor. Sed cum, a. e, &, h, interponi-
tur, d, cauſa euphonię.

¶ Reapſe ſignificat re ipſa. Pacu. Si non eſt ingratum
reapſe quod feci.

¶ Realis actio dř quę in bona tantum extenditur. Cc.

¶ Reate ciui. ī vmbria, ex q̄ Veſpaſianꝰ originē duxit.

¶ Reatus us. culpa crimen.

¶ Rebello as, ex re & bello ꝓprie ſig. repugno. Vñ re-
belles dñr q ī ſīde nō ꝑmanēt. & iuſſis poteſtatū repu-
gnāt. Et rebellio, repugnātia. Rebellare vulnera ſeu a-
lia vitia dicuntur quando ſemel curata repullulant. Pli.
Strumea hęrba eſt qua rurſus ſata rebellare credunt hęr
barij quæ curauerunt vitia.

¶ Rebla, regio Babylo. vel vrbs q̄ nunc Antiochia dř.

¶ Reboo as. ex re & boo mugio. Gręcū ē, vt inqt Ser. i
cō. Gel. Nā apđ latinos nullū verbū ē ꝙ ante o finalem
habęat o, excepto ichoo, ꝙ tñ maiores aliter ſcribebāt
adſpirationē iterponētes duabꝰ vocalibꝰ & dicebāt inco
ho ꝑ tranſlationē tñ reboare ſignifi. reſonare. Verg. lib.
iij. Geor. Reboant ſyluęq; & magnus Olympus.

¶ Recaleſco, rurſus caleſco. Cice. lib. iij. de natura deo-
rum. Quod noſtris quoque corporibus contingit cū mo-
tu atque agitatione recaleſcunt.

¶ Recaluaſter, dimi. eſt, ſigni. eū q frōte calua eſt, nō to-
to capite q̄ſi recaluatulus. Legi quēdā alioqui eruditum
exponētē recaluaſtrū eſſe retro caluū, ꝙ falſum eſſe con-
ſtat ex auctoritate. Hiero. in Leui. ſcribētis. Si a frōte ce
ciderint pili recaluaſter & mūdus. Dř & recaluus. Plau.
in Ru. Ecquem recaluum ac ſilonē ſenē. Hier. cōtra Io-
ui recalua fronte. de Socrate. Hinc recaluo as.

¶ Recanetū ciui. in Italia q̄ a priſcis recinata dicebať.

✠ Recedo is. abeo diſcedo. Vñ receſſus ꝓ diſceſſu Ali
qñ ꝓ trahor extēdor, a quo receſſꝰ, ꝓ ſpatio. Curt. In eo
nemore longo receſſu domus erat. Et recedere, eſt retro
cedere, a quo fit aduerbium receſſim, ꝙ eſt retro ceden-
do. Plau. Receſſim cedam ad parietem.

¶ Recello cellis. reduco, reclino, ſicut excello ī altū ex-
tollo. Apul. li. x. de Ati. Illa eñ quoies ei parcēs nates
recellebā accedēs toties niſi rabido & ſpinā ꝑhēdens ad
eā appliciore nexu inhęrebat. ☧ Liui. li. xxiiij. ferrea ma
nus cū iniecta ꝓ re eſſet, grauiq; libramento plumbi re-
celleret ad ſolū ſuſpenſa prora nauim ī puppi ſtatuebat.

¶ Recelliclunię. dictę ſūt meritorię meretrices q̄ deſul
tura quadā & aſſultura mouēt clunes, vti venꝰ cōcinior
inſcenſori ꝑſteť. Plaut. An vis inter iſtas verſarier proſe
das, piſtorum amicas, recellicluniaſ, alicarias.

¶ Recēs nomē ſignifi. nouū, hoc eſt ꝙ nup accidit. Vñ
recētior, recentiſſimus, aduerbiū recenter. Cic. Hoꝝ re-
centioꝝ nūq̄ dictū ab vllo ꝙ ſciā. Idē Augu. Cecinnæ.
Cōmemorarē nō ſolū veterū, ſed horū etiā recentiū. vel
ducū, vel comitū tuorū, grauiſſimos caſus. Inueniť etiā
recens aduerbium. Plaut. Qui recens ex agro venerat.
Verg. Sole recens orto. i. recenti tempore.

¶ Recētari, renouari, & denuo recēs fieri. Actiꝰ Iamiā
albicaſcit Phœbꝰ, & recēť, cōe lumē hoibꝰ & voluptas.

¶ Recenſeo. recognoſco & ſummam totius populi ꝑ nu
meros colligo. Vñ recenſus pro recenſione & recogni-
tione dř Et recenſiti, qui per recenſum numerati ſunt.
Sue. in Cæſ. recenſum populi vicatim per dominos in-
ſularum egit. Et in lib. numeri ſcriptum eſt ꝙ recenſiti
ſint a viginti annis oēs qui poterāt ad bella procedere.

¶ Recido is. pe. cor. recidi recaſū ſignifi. retro ſiue iterū
cado, & ſemp ꝓdu. re. Proper. recidit inq; ſuos mēſa ſu-
pina pedes. Amb. de obitu Satyri. ꝓ ſimplici poſuit. Sē
per optaui, vt q̄ ꝑturbationes vel eccleſiā vel me mane-
rent, in me potius ac meam reciderent domum.

¶ Recidiuꝰ ua, um. pe. ꝓ. ſignifi. ꝙ recidit. Ver. li. iiii.
Et recidiua manu poſuiſſē ꝑgama victis. i. q̄ reciderunt,
quaſi Didoni ſe purgans dicat Aeneas. Si mihi licuiſſet
ruinas Troię ꝑtinꝰ inſtauraſſe, nō tot tantiſq; laboribꝰ
ac periculis cōdere nouā vrbē quæſiſſē. Similiter capiť
illud ex lib. vij. Quin idē Veneri ꝑtus ſuꝰ, & Paris alter
Funeſtęq; iterū recidiua in ꝑgama tęde. Licet ſeruiꝰ in-
terꝑtetur recidiua poſt caſū reſtituta. Quod minime ve-
rum eſt, cū nūq̄ reſtituta fuerint. Nā & ſi febres a Pl. reci-
diue dicāť, hoc nō ꝓprie neq; ex vocabuli ſignificatiōe
fit, ſed ex appellatione tantū, quaſi recidiuorum febres

ꝓpter eos q in eas incidūt & poſt earum depulſionē re-
cidunt in eas. Quę cū poſt caſum ſuū ſiue depulſionē re
ſtituunť rediuiuę ꝓprie nō recidiuę dicunť, quia tūc nō
recidūt ſiue nō depellūť ſed reuiuiſcūt & itegrāť. recidi
uus igř q recidit. i. q retro vel rurſꝰ cadit, & nō poſſit ꝑ-
manere. Vñ ēt eiꝰ ſīplex cadiuꝰ q cadit. Pli. li. xv. Col.
ligi mala poſt ęquinoctiū autūnale atq; añ ſextādecimā
lunā, neq; añ primā horā, cadiua ſeparari, ſtramētis, ſto
reis, paleiſve ſubſterni, rara ꝯponi vt limites ꝑuij ſpiritū
æqualē accipiāt. Similē ſignificationē habēt reliqua no
mina in ius terminata. vt natiuus, votiuus, rediuiuus.

¶ Recido is. cidi. ſum pe. ꝓ. ex re & cędo, ꝙ icido ſigni
fi. q̄ſi retro ſeco. Vñ reciſos ramos dicimꝰ. i. reſecatos.

✠ Reciſamentū, a recido ꝑuū fruſtū & quaſi ramentum
ex aliquo reciſum. Pli. Ocyſſime vero æruginem con-
trahit æs, coronariū, reciſamentum in acetum additis.

¶ Recipio is. pe. cor. ex re & capio. Proprie recipere di
cimꝰ qñ quis aliquid ꝙ tradidit recipit. quaſi retro vel
rurſus capit. Liui. lib. ix. recipiāt arma. q̄ ꝑ pactionē tra
diderūt. Qñq; poniť ꝓ admittere, accipere. Cic. li. ij off.
Cyrillū quēdā ſuadētē vt ī vrbe manerēt. Xerxēq; recipe
rent lapidibꝰ obruerūt. Qñq; ꝓ reuocare. Ver. Sic ore eť
fata recipit ad ſeſe. Qñq; in tutū reducere, liberare. Idē
Medioq; ex hoſte recepi. Hinc receptus. ꝓ reductione.
Et recipere ſeruū. Vlp. dicit refugiū abſcōdēdi cauſa ſer
uo ꝑſtare. vel ī ſuo agro, vel in alieno loco ędificio ve. qđ
receptū dare vulgo dř. Qñq; ſimpliciter reducere. Plau.
in Cap. Inde me cōtinuo recipiā rurſū domū. Qñq; re-
cuperare. Cic. in Cato. Tarentū vero q̄ vigilātia quo cō
ſilio recepit. tū quidē me audiēte ſalinatori, qui amiſſo
oppido fugerat ī arcē gloriā atq; dicēti. Mea opa Quin
te Fabi Tarētū recepiſti. Et certe inquit rides niſi tu a-
miſiſſes, nunq̄ recepiſſem. Qñdoq; excipere ad vſū ſuū
& reſeruare ꝙ fit cū quis vēditis cæteris ſibi quippiam
reſeruat Plau. vbi nunc adoleſcens habet poſticulū hoc
recepit cū ędes venderet. Hinc receptitiꝰ ſeruꝰ appella
tus ē nuptę mulieris ꝓpriꝰ, quē. ſ. cū dotē marito daret,
ſibi reſeruauit quoties eñ mulier in dāda viro dote aliq̄
ex ſuis bonis retinet, nec ea ad virum tranſmittit recipe
re ea dř. Qñq; ꝓſternere. Ver. lib. viij. Totū cui cominꝰ
enſem ꝯdidit aſſurgens & multa morte recepit, ꝙ & ꝓ
accepit exponi pōt. Sicut cū dicimꝰ. Accepit eū crude-
liter vel malis modis. Significat etiā faciēda ſuſcipere &
cum obligatione ꝓmittere. Cic. Craſſo. Quę tibi ꝓmit-
to ac recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturū. Qñq; ſimpli-
citer ꝓmittere. Cecina ad Cic. Sed tñ ego filio dixeram
librū legeret, & ea cōditione daret, ſi reciperes te corre
ctură. Cic. Bruto ꝓ polliceor poſuit cū īquit. In ipſa cau
ſa exponēda ſatis etiā de ꝓbitate dixi, ſed tñ ſeparatim
ex me recipio fore eū tibi, & voluptati & vſui. Nā & mo
deſtū hoīem cognoſces & prudētē & a cupiditate omni
remotiſſimū, ꝑterea magni laboris, ſummęq; induſtriæ
neq; hac polliceri debeo q̄ tibi ipſi ſi bene cognoris iu-
dicanda ſunt. Seruat Cic. morem ſuum vt difficile verbū
recipio per facile polliceor poſtea doceat.

¶ Recepti, in ciuitatē dicūť qui cum ſuffragio ciues ſūt
effecti, vt apud Liuium ſępe legitur. Et receptus mos ē
quem ſponte ciuitas alienum aſciuit.

¶ Receptus us. reductio. i. quo ſe tuꝰ recipit exercitꝰ.
Vñ receptui canere dicimꝰ cū tuba exercitus e ꝑlio re-
uocať. Ver. lib. xj. Planicies īculta iacet, tutiq; receptꝰ.

¶ Receptitius a, um. ꝙ reſeruatur. Vnde receptitiꝰ ſer
uus appellatus eſt nupte mulieris ꝓprius quem reſerua
uit cum dotem marito daret. Qui & ſuperdotalis dicitur
dominę futurus iugis comes.

¶ Recepto as. frequentatiuum a recipio. Teren. Meū
receptas filium.

¶ Receptaculum, locus in quem ſe tuto recipiunt. Cic.
Omnium bonarum artium receptaculum.

¶ Reciperatia veteribꝰ dicebať, cū iter ciuitates ꝑegri-
nas lex ꝯuenit, vt res priuatę reddāť ſigulis reciperēť q-

¶ Recidipna, veſtes quas vocant cœnatorias Iuue. Ru-
ſticus ille tuꝰ ſumit recidipna. Quirine. Cōpoſitū nomē
ex latino & gręco. ſ. ex recinio δεῖπνον vero cœnam ſi
gnificat. Eadem etiam Triclinaria dicuntur.

¶ Reciniū veſtis antiquiſſima quadrata vt inquit Varro.
Cuius mediā ꝑtem retrorſum iacebant. Vnde reciniati
mimi. Ser id cō. lib. j. Aenei. Recinꝰ dř ab eo ꝙ poſt ter
gū reijciť. ☧ Reciniū etiā omne veſtimētū quadratū. Hi
qui. xij. tabulas interꝑtati ſūt eſſe dixere. Qua toga mu
lieres vtebanť, ꝑtextū clauo purpureo. Ricę aūt & riculę
vocāť ꝑua recinia. vt palliola ad vſū capitis facta. Qui-
dam aiunt muliebre cīgulū capitis, quo ꝓ vitta flaminica
redimiť. At recte appellāť veſtimēta virilia, q̄ patres li-
beris ſuis cōficiēda curāt honoris cauſa ita vſurpata, ꝙ
a ſtātibꝰ & in altū texātur, riciniūq;, vt Pli. & Dioſ. Sūt
auctores fruticis fœtꝰ qui Crotō a gręcis dř, & illi Beſtio
lę ſimilis q̄ affixa iumentis tandiu, perſtat quoad dirum
patur. Quidam tamen per i ſcribunt Ricinium.

¶ Reciprocus a, um. pe. cor. ꝙ eſt repetitū, Vnde ꝓno
men reciprocū dř quia in ſeipſum reflectitur. Var. a re-
cipiendo deriuat reciprocum. & id eſſe aſſerit ꝙ aliquū-
de profectum redit eo vnde profectum eſt.

¶ Reciproco as. repeto, reflecto, remitto, retrogradior.
Liui. li. ij. de bel. puni. Cū iā ſpm̄ icludere vētus nec reci
procare aīam ſineret, auerſi a vento parumper conſede
re. Gel. In eam phyſtulam per quam ſpiritus reciproca
tur, Cicero de diuina. Siquidem iſta ſic reciprocantur.
vt ſi diuinatio ſit, dij ſint, & ſi dij ſint, diuinatio ſit.

¶ Recito as. ex re & cito ſigni. ſcripturā clara voce vt a-
lij audiāt itelligātq; lego. vñ poetæ & alij ſcriptores re-
citabant publice opera ſua & nonnulli aliena. Aliqñ nō
legēdo ſed memoriter referēdo fit recitatio. Quinti. At
iſta legem recitat. loquens de muliere quę cæca erat.

¶ Reclamo as. pe. ꝓ. clamore aduerſor, nō acqeſco. Ci.
q; Pōpeio. Propterea ꝙ iſtis reclamātibꝰ vos Vnū illū
elegiſtis quē bello ꝑdonū ꝑponeretis Idem. Lētulo. Eiꝰ
orationi vehementer reclamatū eſt. Hiero. ad Dama. Sa
cerdotalē ordinē nō tam pie q̄ audacter inuaſit, & recla-
mantibus leuitis, nonne tu es Ozias rex & nō ſacerdos?

¶ Recludo is. pe ꝓ. modo ſigni. ꝓbe claudo. Hie. Oſtiū
ꝙ patebat recludens ſera offirmauit. Modo habet ſigni-
ficationē contrariam ſuo ſimplici. Plaut. in Caſ. Cellas re
fregit omnes intus, recluſitq; armarium.

¶ Recluuium, morbus cum circa vngues cutis ſe ſoluit.
Cluere enim ſoluere eſt.

✠ Recoctā vulgo dicūt q & ſecūdariꝰ caſeꝰ dicitur. Cc.

¶ Recognoſco, rurſꝰ cognoſco. Amb. Fraudis ſuę vaſ-
culū diabolꝰ recognouit. Interdū ꝑfecte cognoſco. La.
lib. ij. Quę facta cū pater recognouiſſet abdicauit, atque
expulit filiū. Interdū ē vt ſe aliqđ habet reuideo. Col. li.
j. Panis potioniſq; bonitatē guſtu ſuo exploret, veſtē ma
nicas pedūq; tegmina recognoſcat. Inde etiā cū opꝰ cō
poſitū emēdandi cauſa reuidemus recognoſcere dicimꝰ.

¶ Recolo is. pe. cor. ſigni. reputo, repeto, meditor & mē
te tracto. Diome. Supeſt vt ſigula recolēdo memoria te-
nꝰ mādēť, ne fruſtra cum tpe euaneſcāt. Cic. ꝓ Archia.
Quātū alij tribuūt tēpeſtiuis ꝯuiuijs q̄tū denīq; aleę, q̄-
tū pilę tm̄ ego mihimet ad hęc ſtudia recolēda ſūpſero.
Interdū recolere ē rurſꝰ colere, celebrare, reuenire, ſeu
reqrere Hie. in ꝓlo. ꝑaľ. Si qs ī hac iterꝑtatiōe voluerit
aliquid reprehendere, interrogaret hebręos, ſuam con-
ſcientiā recolat, videat ordinē textū q; ſermonis, & tunc
noſtro labori, ſi poterit detrahat. Idē ꝓ recitare poſuit
ſcribēs ad Prīcipiā. Sępe & multū flagitas virgo Chriſti
Prīcipia, vt memoriam ſanctę fœminę Marcellę lr̄is re
colā & bonū quo diu fruiti ſumꝰ etiā cæteris noſcendū
imitādūq; deſcribā. Interdū ſigni, ad mērē ſeu memoriā
trahere. Aug. li. ix. Ad hęc ei qđ rñderī, nō ſatis recolo.

✠ Reconciliare eſt in gratiam reſtituere, quoties. ſ. ami-
ci qui interpoſita aliqua offenſa aliquandiu fuerit inimi-
ci in priſtinam redeunt beniuolentiam ac familiaritatē a
quo reconciliatio. Cc.

¶ Recundo is, repono & cōtego.

¶Recordor, ruſus in cor reuoco, vel iterũ rẽ cordi do. Et dicimus recordor huius rei & hanc rem. Cic in Cato. Vt pedeſtres nauales ve pugnas, vt bella a ſe geſta triũ phoſq; recordẽt. Inuenitur & cõmune. Hier. in Ezech. Omnes iuſtitię quas fecerat non recordabuntur.
✣Recreo vide creo. Vnde recreatio verbale. Cc.
¶Recreſco rurſus creſco. Plinius. Cartilago rupta non ſolideſcit. nec pręciſa oſſa recreſcunt.
¶Recrudeſco renouo, tractum a vulneribus, q̃ agitatio: ne nimia interdum recrudeſcunt. i. cruda & noua fiunt.
¶Recupero as pe. cor. redimo, & rẽ amiſſam rurſus acq ro. Liui. lib. v. Ferro nõ auro recuperare patriam iubet.
¶Rectus a, um, a rego fit, & id eſt q̃ regitur, ſicut rector qui regit. Aliq̃n rectus dicitur qui ſtat & erectus eſt. Vn de dicimus. Ille vadit rectus, hoc eſt non flexus. Aliq̃n dicitur qui nullã in p̃tẽ flectitur, cuius contrariũ eſt obli quus. Vnde per tranſlationem recti homines vocantur iuſti, & rectum iuſtum. Item rectum dicitur perfectũ of: ficium quod gręci catorthoma vocant.
¶Rect⁹, apud grãmaticos dr̃ primus caſus. qui tñ im: proprie dr̃ caſus, cũ ntũs a nullo flectatur, & cęteri caſus ab eo flectantur & cadant, ideoq; dicuntur caſus.
¶Recta, abſolute a veterib⁹ dicebaẽ cœna q̃ clientibus & cõuictoribus & recto ordine diſcũbentibus laute pri: cipes dabant. Suet. de Aug. Cõuiuabaẽ aſſidue, nec vnq̃ niſi recta, nõ ſine magno ordinũ hoĩmq; delectu. Mart. Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. Sportula vero ſpecimen erat puſilli pciq; hoĩs. Suet. in Nero. Adhibi: t⁹ ſũptib⁹ mod⁹, publicę cœnæ ad ſportulas redactę. re cta tunica dicebatur q̃ ita contexta erat, vt veluti riges ſtaret. Vel q̃ aſtantibus ab imo in altum texebaẽ. Hac Ti rones & nouæ nuptæ induebanẽ. Inuenitur etiã recta aduerbium. Pli. Cum domũ recta proficiſceretur. & au: thor obſcœni carminis. Non aſſis faciunt euntq; recta.
¶Rectũ dr̃ iteſtinũ, quia ĩ imo vñ excernitur dirigitur.
¶Recte, aduerbiũ ſigni. bñ, iuſte. Et differt recte dice: re & vera dicere, q̃ recte dicere ad verba, vere ad ſẽtẽtiã referaẽ. Nã poſſum⁹ recte & falſum dicere, dũmodo nul lo vitio verborũ dicaẽ. Et Terẽ. Et recte & vere dicis.
¶Rectangulus, eſt cum lineæ ita coniunguntur, vt nul la pars magis declinet.
¶Recubo as, pen. cor. & recũbo is. quieſco, iaceo. Ver. Tityre tu patulę recubãs ſub tegmie fagi. Et iterũ. In te omnis domus inclinata recumbit.
¶Recula æ. penul. corre. diminutiuum eſt a res.
¶Recuſo as. pe. produ. ex re & cuſo, quod a cudo is fit. Et ſignificat refuto. Amb. Quæ a beata Agnete veluti quædam ſtercora recuſata.
¶Recutitus, pe. p curtatus, & cui a glãde reſecta ẽ cutis Quo noĩe dicti ſũt iudei. Sido. Fert recutitorũ primor: dia iudeorũ. Cauſa cur hoc fiat referẽ a Lactãtio. Do⁹ cu piẽs (vt Socrati pariter placebat) corpora hũana eſſe fe: neſtrata nil tecti & obnoluti in finib⁹ cordis, iuſſit nudã dã glãdẽ, hoc ẽ cor diſcoperiẽdũ, q̃ figurata ſimilitudie glãdi ꝯuenit, vt ſignificaret cor ipm̃ retegendũ, & pura nuditate nudãdũ. recutiti ergo a reciſa verẽdorũ cutevo cati ſunt Iudei. Mar. Nec recucitorũ fugis iguina Iudeo rũ. Etiã quia ſanior ẽ glãs a ſanie. ✣ Aliq̃n recutitus ru: pt⁹ & exulcerat⁹ dr̃ idẽ. Nec ruptę recutita colla mulę.
¶Reda vide rheda.
¶Redamo as. pe. cor. ſigni. contra vel ſimiliter ſiue me amantẽ amo. Aug li. iiij. con. His atq; huiuſmodi ſignis a corde amãtiũ, & redamãtiũ, pcedẽtib⁹, p os, p linguã, p oculos, & mille motus gratiſſimos quaſi fomitibus cõ flare aĩos & ex pluribus vnũ facere, hoc eſt q̃ diligitur in amicis & ſic diligiẽ, vt rea ſibi ſit humana cõſciẽtia ſi nõ amauerit redamãtẽ, aut ſi iã amantẽ non redamauerit ni hil quærens ex eius corpore preter indicia beniuolẽtię.
¶Redandruo as. de priſcis dictionibus eſt ex re & an: druo ſignificat redeo.
¶Redeo is. redini & rediĩ itũ, retro eo ſiue reuertor. Ter. redeo inde iratus atq; ægre ferens. Interdum reuocor.

Verg. redit agricolis labor actus in orbem.
¶Redito as. pe. cor. frequẽtatiuũ ſignifi. ſtatim ſiue cõ, tinue redeo. Plau. i cap. Nũc ita ꝯuenit iter me atq; hũc Tidarevt te ẽſtimatũ ĩ aulidẽ mittã adp̃rem ſi nõ reditas
¶Redit⁹ us. pe. cor. duo ſigni. ſ. reuerſionẽ. Oui. Vela q̃ ror reditu verba carere fide. Et ꝓuẽtũ. eo q̃ ſingulis an nis redit⁹ redeat. Idẽ li. ii. de ponto. At redit⁹ iã quiſq; ſuos amat, & ſibi qd ſit. Vtile ſollicitus ſupputat articuẽ.
¶Reddo is reddidi itum, per duplex dd. differentię cau ſa vel Euphonię, quaſi retro do. Nam proprie reddere eſt acceptum vel ablatum reſtituere. Ter. in phor. Siquis quid reddit, magna eſt habeada gr̃a. Ponitur etiam p da re. Celſus iuriſcõſul. reddendi verbũ q̃ſ ſignificationem habet retro dandi, accipit tñ & per ſe dandi ſignificatio nem, vt reddo tibi literas quas mihi Cicero ad te dedit. Itẽ p facere, vt reddo te certiorem & tu me reddiſti pro bum virum. Verg. Tu das epulis accumbere diuũ. Item & reponere. Plaut. Tempeſtas venit cõſtringit tegulas imbriceſq;, ibi dominus indiligens reddere alias neuult. Item pro producere. Idem in tri. Id frumenti quando ai ſibi meſſis maxima eſt tribus tantis illis minus redditq̃ obſerueris. Item pro exponere. Idem in Aul. Tibi ego rationem reddam ſtimulorum ſeges.
¶Redibeo pe. cor. ex re & habeo, d, iterpoſita cauſa me lioris ſoni & abiecta aſpiratiõe. Et ẽ redibere. vt Vlp. in: qt facere vt rurſus habeat vẽditor q̃ habuerat. Feſt⁹ Re diberi id dr̃ q̃ redditũ eſt improbatũq;. Et qui dedit rur ſus coactus eſt habere id quod ante habuit. Hinc redibi tio actus ipſe reſtitutionis. ✣ Verius h. referuatur.
✣Redhibitũ dr̃ q̃ redditum eſt improbatumque & qui reddidit rurſus coact⁹ eſt habere id quod habuit. Cc.
✣Rediculi fanum romę erat extra portam capenam id circo dictum quia accedens ad vrbem Hãnibal ex eo lo co redierit viſis quibuſdam perterritus. Cc.
¶Redigo is. pe. cor. ex re & ago, a in i cõuerſa & d iter: poſita ſigni. quadã vt aut induſtria reduco, & ſẽp actũ cũ ꝓpoſitiõe poſtulat, multiſq; acõmodaẽ actibus. Plautus in Am. Deniq; Alcmenã redigẽt antiquã ĩ ꝯcordiã cõ iugis. Idẽ in Aſi. redigãq; te vñ orta es ad egeſtatis ter minos. Cic. lib. iij Phil. Potentiſſimos reges bellicoſiſſi mas gẽtes in deditionẽ hui⁹ iperij redegerũt. Et lib. v. Quib⁹ reb⁹ tãta pecunia vna in domo coaceruata ẽ, vt ſi hoc gen⁹ ĩ vnũ redigaẽ nõ ſit pecunia reip. deſutura. Lact. lib. iij. Quid ille qui patrimonium in nummos re dactum effudit in mare. Et iterum. Sed ſi id feciſſet ipſe ſe in populũ redegiſſet Ter. in Adel. Tu homo rediges me ad inſaniã Et in Phor. Ego ne negotu qui ais redi ge in memoriam Et iterum in redactus ſum locivt quid agam ex illo neſciam prorſus.
¶Redimo is. pe. cor. ex re & emo d iterpoſita Eupho: nię cauſa. ſigni. emo. Cic. Qui merces redimũt vectati vẽ dãt & i iure ciuili. Redẽptores vectigaliũ ẽptores appel laẽ. Cic. i ver. act. ij. Vt primũ ex ꝓuicia rediit redẽptio hui⁹ iudicij ẽ facta grãdi pecunia. Et redimere ẽ recupa re q̃ vernacula ligua dicim⁹ Reſcodere. Cic. Reuiliſſima & pua maximã redemit. Vñ q ab hoſtib⁹ capti ſũt vel q̃ alicui pœnę ſũt obnoxij ſoluto ꝓtio redimũẽ. Itẽ q ſiuſte vexaẽ ſi p ſolutionẽ pecunię liberati fuerit redemiſſe ve xationẽ dñr. Plaut. in Aſi. Redime iſthoc bñficio te ab hoc, & tibi eme hũc iſto argẽto. Cur. Sed medici quoq; grauiores morbos aſperis remedijs curãt, & gubernator vbi naufragiũ timet, iactura qcq̃d ſeruari põt redimit. Te rẽ. i Eu. Quid agas niſi vt te redimas captũ q̃ qas mini: mo, ſi neqas paululo at q̃ti queas. Hiero. in Exo. Omni primogenitũ hoĩs de filijs tuis ꝓtio redemes. Rurſus redi mere emẽdare, q̃ tñ fere idẽ recidit. Cic. Nonem ꝓteri tã culpã videri nolo redemiſſe. Ille em̃ ꝓteritã culpã re: dimere dicitur qui aliquo egregio facto eam compẽſat.
¶Redempto as. frequentatiuum eſt a quo redẽpto as. Plaut. Redemptitauere ad vnum captos.
¶Redimio is. redimiui itũ. pe. p ex re & emo d. iterpo ſita, & e in i mutata, ſigni. orno, corono, acu pigo, Clau:

dia lib. ij. de raptu. Nec ſic innumeros arcu mutãte colo res. Incipiẽs redimitur hyems cũ tramite flexo. Semita diſcretis interuiret humida nimbis. Et li. iij. Medijs in: uenim⁹ aruis, Exanimẽ Cyane ceruis redimita iacebat. Nam eius ſimplex Emio orno ſeu decoro ſignifi. Ouid. lib. j. Hero. Quod tibi donaui perfide littus emi.
¶Redimicula, ornamenta capitis mulierũ, & vittarũ te: nię pendentes a poſteriori p̃te mitrę. Iuuena. Accipien te te Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt. Fron tibus & toto poſuere monilia collo.
✣Redimunt pro redeunt ſcripſerunt antiqui.
¶Rediuiua, q̃ poſt iteritũ redeũt, vel q̃ mortuũ ad vitã redire põt. Cypri. Ad hãc lucẽ rediduũ corp⁹ aĩaẽ. Vel rediuiua ſũt q ex vetuſto renouaẽ. Qđ & Seneca ſẽtire videẽ li. iij. decla. rediuiuũ me ſenẽ meretrix vocat. Iu. Prodiga nõ ſẽtit p̃cũtẽ fœmina cẽſũ. Ac velut exhauſta rediuiu⁹ pullulet arca. Nũm⁹ & e pleno ſẽp tollaẽ aceruo
¶Rediui⁹, vermicul⁹ ſeu beſtiola quędam q̃ infixo ſẽp ſanguini capite viuit, cui vni ex omnib⁹ anima libus ci bi exitus non eſt ſed vſq; adeo intumeſcit ſatietate vt ipo aliměro moriaẽ. hoc gręci κρότωνα vocant, latini rediuiũ a rediuiẽdo. i. ſoluẽdo q̃ carnẽ aĩaliũ ſuctu reſoluat, Ver naceli nr̃i tegas appellãt. Culu. lib. vij. Vetri quoque & ſub fœmina manũ ſubijcere cõuenit ne ad huiuſmodi ta ctum poſtmodũ paueſcat, & vt rediuij q̃ plerũq; fœmini bus inhęrent eximanẽ. Naſcuntur autem ſub gramine.
¶Rediuia morbus eſt cũ cutis extra vngues ſe ſoluit re diuire eſt ſoluere. Græce παρωνυχία dr̃. Pli. lib. xxix. La na ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida. Placidus grã: maticus accipit rediuias p ſerpentium genere exuuijs.
¶Redoleo es. pen. cor. Vide in dictione Oleo.
✣Redorior rurſus incipio. Cc.
¶Reduco is. pen. p. retroduco, retraho. Iuſti. li. ij. Reli: gas copias rex ipſe reducere i regnũ parat. Suet. de Cali. Equitẽ Romanorũ obiectũ feris cũ ſe inocẽtẽ pclamaſ: ſet reduxit, Abſciſſaq; lingua rurſus induxit. Itẽ reduce re eſt liberare & ſine piculo recipe. Apul. Meq; oppido in arcẽ reduco, Hic reduces. Itẽ replicare, a quo reductũ replicabilẽ dicimus. Verg. Inq; ſin⁹ ſcindit ſeſe vnda re ductos. Itẽ recõciliare, vt illud eiuſdẽ Numẽq; reducat. Huius verbi q̃nq; prima pducit, q̃nq; corripitur. Hora. lib. Ser. Dij tibi dẽt capta claſſem reducere Troia. Ver. lib. iiij. Eiectam claſſem ſocios a morte reduxi.
✣Reducẽ, & reduces, pe. cor. illos dicim⁹ qui a pericu lis in tutũ ab exilio ſiue captiuitate reducuntur in patriã Cic. p Milo. Quid me reducẽ eſſe voluiſtis, an vt ſpectã te me expellerẽẽ ij p quos eſſem reſtitutus? Verg. Nãq; tibi reduces ſocios claſſemq; relatam Nuncio.
¶Redundo as. ex re & vndo, d. inter poſita ſignifi. ſup: abundo. Hiero. in plo. puer. Vt pleni⁹ cognoſcatis qd ĩ libris nr̃is min⁹ ſit, quidve redũdet. Et redũdare reflue: re ſeu recidere. Plau. Hoc facin⁹ ĩ tuũ redũdabit caput.
✣Redulceor, ab vlcere fit vt cutis redulceratur putridis humoribus, id eſt in vlcus prouenit.
¶Refello is, ex re & falſo ſignifi. q̃ dictum eſt arguẽdo falſum oſtendo. Cice. lib. ij. Tuſcu. Et refellere ſine perti nacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus. Et differt a purgo, q̃ refellere dicatur de eo qui factum negat. Pur: gare de eo qui fatetur quidem factum, ſed defendit.
¶Refero pe cor. reporto q̃ſi retro fero. Quinti. Ad pa: trẽ arma nõ retulit. Aliq̃n ĩ cõſultationẽ pono. Et ſic cõ ſtruiẽ cũ actõ mediãte ad. Sal. refert iquit ad ſenatũ. i. fer in cõſultationẽ. vbi ſoleẽ iũgi. de oĩbus retulit ad ſenatũ. Hinc relationes fieri dicunẽ in ſenatu. Sene. Ex relatio nibus manãt ſenatuſconſulta. Qđ etiã in facto ſolet, vt Cice. Si ad vnũ oĩa referẽda ſũt digniſſimũ eſſe Põpeiũ. Hoc eſt ſi oĩa adſcribẽda ſunt. Aliquãdo reuoco redeo. Verg. Ille pedẽ referens. Cice. referebã me ad illud icre dibile. Aliq̃n recenſeo. Verg. Cogere donec oues ſtabu lis numerũq; referre iuſſit. Aliq̃n adſcribo. Suet. Ea ĩ do tũ numerũ retulit. Aliq̃n ꝯuerto. Ver. li. xj. Multa dies

variuſq; labor mutabilis æui retulit ĩ meli⁹. Aliq̃n reno: uo & q̃ſi rurſ⁹ fero. Idẽ li. v. Hũc morẽ hos curſ⁹, atque hęc certamina prim⁹ Aſcanius lõgã muris cũ cingeret Albã Retulit. Aliq̃n pduco. Pſi. lib. xxj. Diximus & ter rã referre multũ. Aliq̃n narro indico. Verg. referes ergo hęc & nũci⁹ ibis Pelide genitori. Aliq̃n oſtendo. Lucil. lib. j. Quis poſſet ordiri, quis neq̃at referat vnde. Aliq̃n dico, vt retulit mihi. Aliq̃n exprimo, imitor. Iuuena. Et multũ referẽs de Mecœnate ſupino. Aliq̃n reddo. Ver. lib. ix. O mihi p̃teritos referat ſi Iuppiter annos. Qua: lis erã. Etiam cũ de bñficio reddendo loquimur gratia in ſingulari p bñficio ſumi debet, vt referã gratiã. Quin & ad maleficiũ reddendũ eo auctores vtuntur. Plaut. in Cur. Ni argentũ referas. Sed quõ differat ab ago & ha: beo. Vide in dictionẽ Ago. Aliq̃n porto. Cor. Tacitus. Cũ ex agris ſegetes domũ referrent. In tertia vero pſo: na ponit p ẽſtimãdũ eſt, ſiue valet aut intereſt ſiue vti: le aut cõmodũ eſt, & ꝯtra naturã re ſyllaba pducit. Cic. Pu. Seruilio. Sperare tñ videor Cęſari collegæ nos fore curę & eſſe, vt habeamus aliquã rẽp. cuius cõſilij magni gni referebat te intereſſe. i. ẽſtimãdũ erat. Pli. Infinitũ refert lunaris rõ. i. valet in infinito. Idẽ. Quippe victi: mas cædi p̃catione nõ videẽ referre, nec deos rite ꝯſuli i. intereſſe. Q̃nq; ponit p obeſt. Ter. in Phor. Quid tua malũ id refert? Magni Demipho. Col. lib. viij. de canib⁹ loquẽs. Nõ multũ refert an villatici corporib⁹ graues & parũ veloces ſint. i. p̃iudicat, ſiue incõmodũ eſt, ſiue ẽſti mãdũ eſt. Plau. in rud. Quõ habeas id refert iure an iiu: ria. Pli. lib. xvj. Nec terræ tm̃ natura circa has refert. i. vtile eſt. Liui. vero. li. ij. aliter. Adeo ne eſt fundata leui ter fides, vt vbi ſim, q̃ q ſim magis referat. i. ſi ẽſtimeẽ ſi ue exiſtimeẽ cureẽ ve. Aliq̃n ſumiẽ p neceſſe eſt. Saluſt. Quare vanũ quidẽ hoc cõſiliũ eſt ſi periculũ ex illis ti: muit, ſi in tãto oĩm metu ſol⁹ nõ timet, eo magis refert me mihi atq; nobis timere. Ver. li. ij. Ge. Neq; eĩ nũero ꝯphẽdere refert. Habet hoc verbũ p̃teritũ retuli & ſupi nũ relatũ, quorũ vnũ p duplex tt. alterũ p duplex ll, q̃ñ q; apđ poetas ſcribiẽ. Hora. Rettulit acceptos regale nu miſma philippos. Luc. Id rurſum cœli relatũ in tẽpla re ceptãt. Catul. aliter. Si reditũ retuliſſet is aut ĩ tp̃e lõgo. Ouid. lib. xv. Met. Eſſe fidẽ digitis ad fõtẽ ſępe relatis.
¶Refero acceptũ, fateor me accepiſſe ab aliquo. Ci. Vi tã acceptã refert clemẽtiæ tuæ. In malũ. Idẽ. Oĩa deniq; quę poſtea vidimus, quid autem mali non vidimus? ſi re cte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio.
¶Refero ipẽſum, eſt rõnẽ expẽſis vel facio vel reddo.
¶Salus, incolumitas. Aliquando etiã remedium. Ver. Vna ſalus victis nullã ſperare ſalutem. Et ſalus, dea ſalutis credita. Vnde ſalutaris porta Romę appellata ab huius deæ quæ ei proxima fuit.
¶Saluber, pe. pro. maſc. ge. ſalubris fęmi. ſalubre neutri Et hic & hec ſalubris & hoc ſalubre, qđ prębet ſanitatẽ Vñ aer, cibus, locus, ſalubres dicunt̃. Colu. lib. j. Salubri cęlo. Idem. Fundũ ſicuti ne fæcũdiſſimi quidẽ ſoli cũ ſit in ſalubris, ita nec effęti ſit parandũ. Aliqñ ſalubris accipitur, pro ſano. Sal. Genus hoĩm ſalubri corpore. Liuiꝰ Grauiore tẽpore anni circunacta defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cępere. Hinc ſalubritas ſanitas.
¶Salutaris, idẽ qđ ſalubre, hoc eſt ſanitatẽ prębens vel ad ſanitatem prębendã idoneũ. Cato ad Octa. Nulla remedia tam faciunt dolorẽ q̃ quę ſunt ſalutaria. Salutaris digitus qui pollici eſt ꝓximus qui & index dicitur. Sue. de Augu. Dextręq; manus digitũ ſalutarẽ, iam imbecillum, interdũ ſentiebat, vt torpentẽ contractũq; frigore vię cornei circuli ſupplemento ſcripturę admoueret. Mar. de nup. Verũ quidã redimitus puer ad os cõpreſſo digito ſalutari ſilentium cõmonebar. Dicitur autẽ ſalutaris, vel quia non ſalutamꝰ niſi viſa & indicata. Ver. Italiã læto ſocij clamore ſalutant, vel quia eo cõprimimus os ad ſilentium, quod ſalutare eſt pręceptum.
¶Salutariter, aduerbium ſignificat quod vulgo dicitur ad ſaluamentũ. Plancus Cice. Quadraginta milliũ paſſuum ſpatio relicto conſedi eo conſilio vt vel celeriter accedere, vel ſalutariter recipere me poſſem.
¶Saluto as. ſalutẽ dico. viſito, colloquor, quod non accedentibus tñ, ſed abeuntibus quoq; attribuitur vt Sta. lib. iiij. Theb. Stant tñ & nota puppim de rupe ſalutãt. Teren. in Adel. Opperiar hominẽ hic, vt ſalutẽ & colloquar. i. viſitẽ. Et ſalutare eſt venerari. Terẽ. Hinc deos domũ ſalutatũ pergã. Vñ mortuos & res inanimaras venerãtes ſalutare ſolemus, nõ ſalutẽ imprecantes q̃ nulla in his eſſe põt, ſed venerationẽ indicẽtęs. Huius cõpoſita ſunt Cõſaluto ſimul ſaluto. Liui. li. j. Vtrũq; regẽ ſua multitudo ꝯſalutauerat. Obſaluto ſalutandi gr̃am offero reſaluto me ſalutantẽ ſaluto. Inſalutatus non ſalutatus.
¶Saluus a. um. quod eſt ſanum. A quo Saluo as. qđ eſt ſaluum facio. Vnde ſaluator qui ſaluat gręce dicitur Sother. Saluifico idem quod ſaluo.
¶Salue, verbum ſalutantis, hoc eſt ſaluus ſis. Et habet tantum ſalueto ſaluete, & ſaluere vt iube Scipionem ſaluere. i. ſaluta Scipionem. Vide in dictione Valeo.
¶Salutiger, quo noĩe vtitur. Apul. videtur eſſe nõ qui dat ſalutẽ, ſed qui nunciat tanq̃ interpres & adminiſter ſuperiorum. Plau. in Aul. Salutigerulos pueros.
¶Saluia, hęrba dicta ꝙ diuerſos ſanet morbos. Græce Eleliphacon dr̃. Prodeſt Paralyticis. & cõtra ſerpentiũ morſus remediũ exhibet. ☧ a qua fortaſſis ſaluiatũ genꝰ liq̃minis ſiue potiõis, cuiꝰ mẽinit. Col. Quidã tñ legũt ſaliuatũ, a ſaliua. i. ſucco. Fuit & ſaluia mater Apuleij.
☧Saluiatũ potiõis genꝰ eſt quo. veterinarij & mulo me-

dici vtuntur in ęgrotantiū animaliū gręci ποτὸμ vocata ſaliua quam veteres pro ſucco accipere conſueuerūt.

¶Salpyga, pe. pro, genus formicarum venenatarū. Luca. li. x. Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras. Cic. appellat eas ſolifugas.

¶Salgama pe. cor. appellabant a Priſcis q̄cunq; ↄditanea ad victū nr̄m in vaſis ſeruabant, vt puta mala, pira, ſici, vuę, rapę. Colu. Tēpore non alio vili quoq; ſalgama merce. Inde ſalgamarij qui ſalgama vęndunt alibi.

✠Sem veteres pro eam dixerunt. Et ſas pro eas. Cc.

¶Samaria, ciuitas regalis in Iſrael, quę nūc Sebaſte dr̄ ab Auguſt. noīe, ſed & oīs regio q̄ fuit circa eā a ciuitate nomen accepit. Ea eſt Paleſtina inter Iudeā & Galileā ſita. Hinc ſamaritani & ſamaritę dicti ſūt q ſamariā habitant Hiero. ad algā. Hoſtili inter ſe ſamaritani atq; Iudęi diſcordāt odio. Idē ibi. Non receperūt eā ſamaritę.

¶Samara promontorium in oceano orientali vbi deficit caucaſus.

¶Samarobrinę fuerūt ppl̄i in Gallia, inter Belgas, vbi Cęſar Gallorū cōſiliū indixit. Hanc Cameracēſem eſſe vrbē nonnulli autumant, quā ſabis fluuius interfluit.

¶Sābuca, dictio barbara quo ſignificat quoddā inſtrumēti muſici gen⁹ vt eſt ap̄d Danielē. Cū audieritis ſonū ſambucę. Hiero. ad Darda. oſtēdit quō ſābuca ↄficeret. ☧Sābuca inquit Porphy. in Ptolomei armonica Triangulū inſtrumentū eſt, qd̄ ex inęqualib⁹ lōgitudine ſicut & craſſitudie neruis efficit. At Ephor⁹ & dio. Prima inquiūt vſa ē ſybilla inuentā aūt a ſambuco primū & inde nomē obtinuiſſe. Eſt & gen⁹ machinę militaris qua vrbes expugnari cōſueuerūt, i qua ſic funes intēdebant, ſicut i organo muſico chorde. ☧ Itē ſambuca vt Polibi⁹ ait dr̄ illa q̄ & ſambuciſtra appellat. Ad hanc priſci iambos canebant. ¶Sambuſiſtria quę ſambuca canit.

☧Sābucina pe. co. q̄ ſābuca canit ſicut fidicina q̄ fidib⁹.

¶Plau. in Sti. Fidicinas Tibicinas ſambucinas.

¶Samos altitudo & ſummitas interpretatur. Et eſt nomen duarū inſularū. Vna eſt in mari Icario modica & Iunoni dicatiſſima ꝙ in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. Scribit Varro Samon pri⁹ Parthenion noīatam, vbi antiquiſſimū fuit tēplum & ſimulachrū in habitu nubentis figurarū, & ſacra eius anniuerſaria nuptiarū ritu celebrant. a qua & Iuno Samia dicta eſt. In ea Pythagoras quoq; philoſophus ortū habuit, necnō & vna ex Sibyllis quę exinde Samia dicta eſt quā ferunt de Chriſto prędixiſſe. Tu enī ſtulta Iudęa deū tuū non cognouiſti ludentē mortaliū mentibus ſed & ſpinis coronaſti, horridumq; fel miſcuiſti. Fiebant etiā in ea vaſa fictilia egregie ex Creta fabricata, quę ſamia vocabant. Ferunt hāc inſulā Thracię adiacere q̄ poſtea ex cōmixtis Thraciæ populis, ſamothracia appellabat. Ver. Traiciāq; Samū quę nūc ſamothracia fert. Altera vero eſt Samos inſula, a Pli. collocata prope Ithacā, apud Pulichiū, de qua videtur Suetonius, intelligere, cū nō multū diſtet ab Epiro, vbi de Auguſto ait. A boctio quū in ſamū inſulam in hyberna ſe recepiſſet. Same vero vt inquit Serui. ciuitas Thracię eſt in Cephalea. Apud Strabonē tn̄ legim⁹ Samū & ſamen, ſamū vrbem eſſe, ſamen vero inſulam Sunt qui ſcribant Samothraciam inſulam eſſe quæ prius Dardania vocabatur a Dardano, qui palladium minerue ſecū ferens eo confugiſſe traditur, poſt ſamijs inſula bello eiectis cū eo ſe in Thraciā ex Aſia reciperent inditū nomen vt ꝑ Dardania Samothracia vocaretur.

¶Samius a. um. qd̄ e ſamo eſt. vt homo ſami⁹. Veteres tamen quādoq; ſamiū pro acuto ponebāt, & ſamiare ꝓ acuere, & quaſi ſamię teſtę acumen inducere.

¶Samia ſubſtantiuū vaſa a ſamo inſula dicta, ſicut Maiorica ab Hiſpania. Ci. li. iiij. ad Heren. Nos ſamijs delectabimur.

¶Samnites pe. pro. populi in ſamnio, qd̄ nūc Apruciū vocam⁹ regio Italię inter Picenū, Cāpaniā, & Apuliā. Vrbes in ea ſunt Adria, Aquila, Amiternū, Sulmo, Ortona, Arpinū, Aquinū, Athina, Beneuentū, Corfiniū. Vel Samnites dicti ſunt a Sānio colle, in quo e Sabinis veniētes cōſederunt, & eiuſdē noīs oppidū ędificarūt. Quidā etiā ſannites ꝑ duplex nn. ſcribunt. Hi quondā apud Caudinas Furculas Romanū exercitū profligauerunt, quos poſtea L Papyrius ſub iugum miſit.

¶Sāniones a ſannijs dicunt, q ſunt in dictis fatui & in morib⁹ obſcęni. Ci. li. de Orato. Quid porro tā ridiculū q̄ ſannio eſt, q ore, vultu imitādis moribus, voce deniq; corpe videt ipſo. Quidā tn̄ ſanniones a ſanna deductū nomen arbitrantur, quę ſit os diſtortum cum vultu.

¶Sampſucus hęrba quam nunc maioranam appellant, alioq; nomine Amaracus dicitur.

¶Sancio is. iui. itū. vel ſanxi ſanctum ſignificat aliquid ſanctū, vel conſecratū facio ſub ſonguine hoſtię. Vnde ſanctū authore. Ser. dr̄ quaſi ſanguine cōſecratū. Et ſanctio vocat lex cū terrore pęnę. Aliqn̄ ſancire eſt firmare, munire, roborare. Tērē. in Hecy. Aliud ſi ſcirē q firmare meā apud vos poſſem fidē ſancti⁹ q̄ iuſiurandū id polliceret tibi. Inde ſanctio & ſancta res dr̄. i. decreta & inuiolabilis. Martian⁹ ait ſanctū ꝓprie dici qd̄ ab iniuria hominū defenſum atq; munitū eſt. Tractū a Sagminibus hęrbis, quę Legati populi Romani ferre ſolebant ne quis eos violaret. Iuue. Vt ſanctam filius omni aſpiciat ſine labe domū vitioq; carentē. Vlp. de verbo. ſigni. ſcribit ſanctum eſſe qd̄ nec ſacrū nec prophanū eſt, ſed ſanctione aliqua firmatū, vt ſanctę leges hoc eſt ſanctione quadā ſubnixę. Alij dicunt ſanctum, eſſe religioſum & ſacrum incorruptum. Verg. ſancta ad vos anima atq; iſtius inſcia culpę. Deſcendam. i. incorrupta. Idē. Tuq; o ſanctiſſima cōiunx. Fœlix morte tua. i. caſtiſſima. Vnde ſanctus vir dicitur, integer moribus. Dona. Sanctum dicitur quod omni obſeruatione inuiolatū eſt. Et ſecundum ſcripturarum ſacrarū idiomata ſanctū dicitur mundū, purificatū, atq; expiatū. Vnde ſancti dicunt fideliū filij, ꝙ quaſi candidati ſint, & nullis idolatriæ ſordibus polluantur. Vaſa Suoq; ſancta in tabernaculo legimus, & cętera quę ad ritū cerimoniarū pertinēt, cū vtiq; ſancta eſſe non poſſint niſi ea quæ ſentiunt & venerantur deum, ſic & Berſabee ſanctificata ſcribitur ab immundicia ſua & ipſum templum ſanctuarium nominatur.

¶Sanctus a, um. participiū a ſancio. De quo mox. Cui⁹ diminutiuū formauit. Hie. cōtra Ruff. quū inquit. Tibi quaſi religioſus & ſanctulus perſonā humilitatis imponis. Ab aduerbio ſancte fit perſancte, quod eſt valde firmiter. Plau. Idq; perſancte iurauit ſe facturum.

¶Sanctitas, ſanctitudo, & ſanctimonia idē ſignificant.

¶Sunctuariū, ſacer loc⁹, tēplum ſacrarium. Sanctuariū quoq; ſiue ſanctaria. Plin. Mithridatis appellauit, quæ alio loco arcana. & Plutarchus ἀπόῤῥητα vocauit.

✠Sanctifico a ſanctus. quaſi ſanctū facio. A quo ſanctificator ſanctificatrix ſanctificatio. Cc.

¶Sanctimoniales dicūtur monachę. Augu. ſuper Pſal. Iubilate. Inuenies ſanctimoniales indiſciplinatas, numquid ideo ſanctimonium reprehendendum eſt.

¶Sanctimonium, vocatur ſanctimonialium profeſſio.

¶Sandalium, calceorū genus ſiue caligarū. Græci σανδάλιον ſoleam dicunt. Teren. in Heau. vtinā tibi cōmitigari videam ſandalio caput. Hinc ſondalarius Appollo dictus eſt a vico cuius meminit Gel. lib. xvij. In ſandalario forte apud librarios fuimus.

¶Sandaliotis ſardinia inſula denominata eſt ab effigie ſandalij, hoc eſt ſoleę, quā nonnulli Ichnuſam vocant a ſimilitudine veſtigij quod gręce ἴχνος, dicitur.

✠Sandaſtros gēma eſt quam aliqui Garamātida vocāt Habet velut in tranſlucido ſtellantes intus aureas guttas, & fere Hyadum numero. Sandaſitē alij nominant. Nicander ſandaphorion, Alij ſandareſon. Cc.

¶Sandaracha, gen⁹ coloris qui inuenit i aurarijs & argētarijs metallis, adulterat ex ceruſa in fornace cocta hęc ſi torreat ęqua pte rubrica admixta ſādicē facit, q̄q̄



hāc hęrbā eſſe Ver. ſcribit. Hoc nomīe aiūt qdā ſignificari vernicē, cuius fumus prę cęteris dolorē dētiū leuare dr̄, vt eſt apud Auicennā, Gręci σανδαραχα dicunt.

✠Sādaracin⁹ color a ſandaracha Neui. Sādaracino ore.

¶Sādyx icis, pe. pro. ſi Vergilio, & ei⁹ iterpreti Seruio necnō & quibuſdā credit, maſc. ge. hęrba eſt delicatę olfacturę breui caule, & i alijs Feniculo ſimilis. Verg. Spōte ſua Sādix paſcētes veſtiet agnos. Proper. Illaq; plębeio vel ſi ſādycis amictu. Hui⁹ hęrbę peculiaris laus iqt Pli. li. xxij. ꝙ fatigato venere corpori ſuccurrit. Naſcit i iſula maris rubri. Eſt & ſādix gen⁹ coloris ex ſādaracha & ceruſa factus. A Sādix fit ſandicin⁹. a. um, vt color ſādicin⁹ qui eſt flammeus ex rubrica & ſādaracha factus.

¶Sānates populi qui ſupra infraq; romā habitauerunt. Quod nomē ideo eſt inditū. quia quū defeciſſēt a romanis breui poſt in amicitiam quaſi ſanata mēte redierūt.

¶San⁹, ꝓprie dr̄ integer & icorrupt⁹. A quo ſanitas incolumitas. Transfert quoq; ad animū. Vn̄ dicim⁹ hominē ſana mēte ſanoq; cōſilio. Ex quo inſanus demens qui mentē nō habet integrā. Et inſania ſtultitia. q̄ & inſanitas dr̄. Cic. Incipientia quaſi inſanitas eadēq; demētia, Et ſanio ꝓ decipio. Interdū tn̄ ſanum dicitur quod ſanitatem prębet. Siquidem dicimus ſanum aerem & ſanum cibum, quaſi ſalubrem & ſanitatem prębentem.

¶Sano nas. ſanū facio, reditegro, & icolumitati reſtituo Hinc fiunt cōpoſita Cōſano qd̄ eſt ſimul vel omnes ſano. Col. lib. v. Et ſic vitis laniata ſcabiataq; putreſcat humorib⁹ nec plagę cōſanētur. Reſano rurſus ſano. Lact. lib. v. Quib⁹ poſtea eiectis omnes qui reſanati fuerint adhęrent religioni. Et habent penultimam productam.

¶Saneſco, ſan⁹ fio. Col. li. vij. ſed vulnera facta iterdū ſaneſcūt. Huius cōpoſita ſunt, conſaneſco & reſaneſco, Idem lib. v. Tum etiam vitē minus cicatricoſam reddit, qm̄ id ex quo viride & tenerum decerptū eſt celeriter cōſaneſcit. Lact. lib. v. Non modo vt ſuſceptis deorum cultibus reſaneſcāt, ſed etiam vt pertinaci obſtinatione depoſita corporis cruciamenta deuitent.

¶Sane, aduerbiū qn̄q; affirmatiue ponit ꝓ eo qd̄ eſt certe, ita vt ſane. Saīe vero qn̄q; permiſſiue qn̄ aliquid aduerſario tribuim⁹, vt ſit ſane vt vis, ꝓ eſto vt vis. Cic. qd enī habet commodi? quid nō potius laboris ſed habeat ſane. hoc eſt in bona hora, aut in dei noīe. Quint. Tulerit ſane filius noſter, merito pœnas dederit ſpm̄ ſupplicio, nihil de pręteritis loqmur. p. q. Eſto ita, ſit vt tu vis Qn̄q; ponit ꝓ valde, qm̄ ſi ſan⁹ eſt valid⁹ eſt. Suet. Bellum ſane difficile geſſit. Iūgit nōnūq̄ cū & affirmatiuaq; eſt. Quint. Et ſane qs cōcipiat vel declamātis habitū, vel orantis vocē, inceſſum, pronūciationē, illū denique animi & corporis motū. Itē cū q̄. Gel. ſane q̄ vtile eſt.

Sanies, ſanguis corrupt⁹, qd̄ qdā a Tabo ſic diſtingūt, vt illud de mortuo, hoc de viuo dicatur. Verg. Et ſanie taboque fluentis.

✠Sangenos gēma eſt, quam & Pęderoten vocam⁹. Cc.

¶Sanguis, quod & ſanguen neutro genere ab antiquis dicebatur. Lucre. Viſceribus viſcus gigni, ſanguenque creari. Dicit aūt ſanguis q ē intra venas cruor, fuſus ſiue ſanies. Ponitur interdum pro genere. Verg. Troiano a ſanguīe duci Audierat. Quo ad primum ſignificatum fit compoſitum Exanguis Quo ad ſecundum fit. Conſanguineus, licet ſanguineus aliud ſignificet.

✠Sanguen, modo ſanguis dicitur modo arbor cuius cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet. A quo ſanguine⁹ a. um. virga ſanguinea.

¶Sāguine⁹ a. ū. modo ad corp⁹ refert, & ſignificat plenū ſanguine, Mō ad animū, & ſignificat crudelē cruētūq; Apul. Immani ac ſanguinea voce perterruit. Mō arborem, & ſignificat quod eſt ex arbore que ſanguen appellat. Pli. Si quis duas virgas ſanguineas manu tulerit.

¶Sanguinolentus, idem quod ſanguineus. Varro itaq; propter amorem imperij magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis vrbem perturbauere.

¶Sanguinarius, ſæuus & crudelis. Cic. Itaq; grauē illā ac ſanguinariam vocem audiuimus, ſic ſanguinarius hō dicitur a Sene. qui gaudet humano ſanguine, & crudelis.

¶Sāguinaria hęrba dicta eſt, quia ſuccus ei⁹ infuſus narib⁹ ſupprimit ſanguinē. Col. li. viij. Eſt etiā grauis pnicies hærbæ ſanguinariæ, quā ſi paſta eſt ouis, toto ventre diſtenditur contrahiturq;, & ſpumā quādam tenuem tetri odoris expuit. Græci eam Polygonon appellant.

¶Sanguinare eſt ſanguine manare. Quint. in Declama. Tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes. Lacerti. Et iterum. Mulier quæ ſanguinātes ad ad iudicem porrigit lacertos.

¶Sanguiſuga, penult. produ. vermis qui & Hirudo dicitur & ſanguiſugia

¶Sanguiculus, ſanguis hædi ſiue ſuis in cibis format⁹. Pli. Vtuntur ad vtrumq; vicium & coagulo hædium vino myrteo magnitudine fabæ poto & ſanguine eiuſdem in cibum formato, quem ſanguiculum vocant.

¶Sanga. Cantabrorum fluuius.

✠Sanga præterea eſt ſerui nomē apud Terē. in Eu. Cc.

¶Sāgaris, fluuius Gollogręciæ qui per Phrygiam defluens tandem in Propontidem influit.

¶Sanna, per duplex nn. irriſio, quę vt inquit Hier. ab occipitio diſtorto ore & labris cōtractis fit āterioꝝ dentiū oſtētatione, quo vocabulo vſus eſt Iuue. I nūc & dubita qua ſorbeat aera ſanna Tullia. Hic ſanniones & Sannij vt inqt Probus, q̄uis & ſanniones dicāt q ſic irridēt. Deſanno as. quod eſt ꝑ faſtidium derideo, Subſanno as. de quo alibi. Similiter ſannatores q eo modo irrident.

¶Santones & ſantoni penult. cor. & ſantonici populi quidā Galliæ non lōge a Toloſatiū finibus, quæ ciuitas eſt in prouincia vt Cæſar commenta. i. ſcribit Luc. lib. j. Gaudetq; amoto Santonis hoſte. Iuue. Tempora ſantonico velas ad operta cucullo.

¶Sanna⁹, lac⁹ de quo Pli. lib. ij. Lacus, inqt, Sanna⁹ in Aſia circumnaſcēte abſynthio inficitur, A ptolemæo ſannis appellat. Apud Græcos ꝑ ſimplex. n. ſcribitur.

¶Santernam noſtri vocant quod græci Chryſocollam, hoc eſt auri ferruminationem. Cc.

¶Sanſę, oſſicula oliuarum. Col. li. xiij. Et cum eſt oliua in ſanſam reducta, tunc ſal coct⁹ tritusq; manu permiſcetur cum cæteris aridis condimentis.

¶Sapa a ſapiditate dicit, & eſt muſtū vſq; ad tertiā partē, vel vt qdā volūt ad dimidiā partē decoctū. Vnde in dictiōe Defrutū. Græce Hepſema ab ἕψειν qd̄ eſt decoq̄re dicit. De hoc Marti. Et Laletanæ nigra lagæna ſapæ

¶Sapio is. ſapiui & ſapij ſapitū penu. prod. vel ſapui ſapitū pe. cor. proprie pertinet ad ſenſum corporis, vt ſit ſapere quod vulgo dicit ſaportiū eſſe. Iuue. Qui meminit calidæ ſapiat quid vulua popinæ. Hinc ſapor & ſapidus. Aliqn̄ ſapere ſaporē habere, qd̄ vernaculo ſermone dicim⁹ ſapere de la coſa vt hoc ſapit hæreſim. Hiero. ad ad Pamma. Simplices epiſtolæ tuæ olent ꝓphetas, apoſtolos ſapiūt. Trāſfert & ad animū ꝓ ſapientē eſſe, ſeu rectam ſentētiam vel opinionē habere. Teren. Si ſapis neq; præter quas ipſe amor moleſtias habet addas, & illas quas habet recte feras. Aug. lib. j. de ciuitate dei. Tribulationis tempore probauerūt q̄ recte ſapuerint. Mat. Nubere vis Priſco? non minor Paula ſapiſti. Qn̄q; datiuo iungitur. Plaut. in Tri. Habent tu amicum aut familiarem cui pectus ſapiat? Huius compoſita ſunt Deſipio & reſipio. Vide in dictione Deſipio.

☧Sapiēs trib⁹ modis dicit, prīo qui ſciētiā aliquā optime tenet vt Ariſto. in Philoſophia. Accili⁹ in iure ciuili ſecundo qui per lōgam ætatem & reꝝ multaꝝ cognitionē adeptus eſt vt Cato. Tertio qui circa præcepta bene viuendi & cognitionem verſatur, vt fuit in Lelio.

¶Sapientia eſt rerum diuinarū humanarū ſcientia Grece Sophia dicitur. Et qui eā profitetur Sophus hoc eſt ſapiēs appellat. Quod nomē inditū fuit illis ſeptē clariſſimis viris. ſ. thaleti, milleſio, ſoloni, ſalaminio ſeu athe

nienſi, Chiloni Lacedęmonio, Pithaco Mitylęneo, Biãti Pryeneo, Cleobolo Lydio, Periãdro Corinthio, Sed poſtea Pythagoras primꝰ nõ ſophũ ſe, ſed philoſophũ appellauit, hoc ẽ nõ ſapiẽtẽ ſed ſapiẽtię amatorẽ. Et ſapientiã ipſam nõ ſophiã, ſed philoſophiã noncupandã exiſtimauit, ꝙ nullꝰ hominũ ſed ſolus deus ſapiẽs eſſet. ♉Et ſapiẽtia q̃ nunc philoſophia dr̃ ſicut ſapiẽtes olim q poſtea philoſophi Ariſtoteles fõtẽ eſſe putat, atq; prĩcipiũ rerũ metaphyſicarũ, poetę tñ ꝓ aſtutia & ſagacitate ponere ſolẽt qđ etiã Diuus Hiero. ĩ veteri teſtamẽto Vſurpauit, cũ dixit. Erat ibi ſerpẽs ſapiẽtior oĩbꝰ beſtijs

¶Sapor, qui ſapit, Saporũ vero decẽ ſunt gña vt docet Pli. ſ. dulcis. ſuauis. pinguis. amarus. auſterꝰ. acer. acutꝰ acerbus. acidꝰ. & ſalſus, Idẽ. Pli. exiſtimat oĩbꝰ aĩalibus ſenſum guſtus eſſe. Tria vero naturæ rerum elementa, ignem, aerem, aquam ſine ſapore ſine odore, ſine ſucco.

¶Sapidꝰ da, dũ. ꝙ gratũ ſaporẽ habet. Cuiꝰ cõtrarium eſt inſipidꝰ ſine ſapore. vt caſeus ſapidꝰ, vinũ inſipidũ.

¶Saperda dici poteſt ſapiens, elegans. Var. Omnes vi demur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, quũ ſimꝰ canopi Et ſaperda genus eſt conchę mali ſaporis. Et nonnunq̃ pro ſterquilinio ponitur. Perſius. Et quid agam? rogitas? en ſaperdam aduehe pontho.

¶Sapros Gręce. i. σαπρὸς latine caſeꝰ putris dicitur, qui ad multa, vt Pli. probat vtilis eſt.

✠Sapinos genus gemmę eſt, quę & paranites. Cc.

¶Sappho p p. añ ph. nomẽ mulieris vatis. Ferũt nõnulli fuiſſe duas hoc noĩe, quarũ vna Erexia, quę & antiqor Lyrica qua tẽpeſtate. Alceus claruit, Terſichorꝰ, & Pitacꝰ tpe Tarqnij Priſci. Ea plectrũ prima inuenit. Scripſit Lyricos modulos, epigrammata, elegidia, iãbos, & monades Altera Mithylenęa lõge iunior, cuiꝰ pulcherrimũ opꝰ ad amicũ Phaonẽ extat. Scripſit & alia multa apud Gręcos. vt merito nona inter Lyricos poetas ãnumeref. Antipr̃ aũt Sidoneꝰ in epigrãmatis. μνημοσύναν ἔλε θάμβος ὅτ᾽ ἔκλευτας μελίφωνον σαπφοῦς μηδε χάταν μοῦσαν ἔχουσι βροτοί. i. Mnemoſynẽ matrem Muſarum cępit qñ audiuit dulciſonam vocem Sapphus, nunquid decimam muſam habent mortales.

¶Saphirus, per p. añ ph. & pe. ꝓ lapis p̃cioſus coloris aerij. Vñ fit Sapphirinus a. um. Hierony. ĩ Exodo. Sub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini.

¶Sapphiratus ſapphiris maculatus & varie eleganter intextus. Sidonius. Ac ſi ſub verſicolotibus figuris vernans hærbida ciuſta ſapphiratos.

✠Saprum Gręci vocant putre & marcidum. Cc.

✠Sapſa, a veteribus dictum eſt pro ipſa. Aennius. Quę res ſapſam loco ſeſe oſtendat. Cc.

♉Sanqualis auis, quam quidam oſſifragam appellant de qua Plinius Sãqualem auem, Augures Romani magnæ queſtioni habent.

¶Sarra, nomẽ vxoris Habraę, & nomen ciuitatis quæ poſtea Tyrus dicta eſt. A qua ſarranus, ſed id quod nomẽ a piſce quodã accepit qui illic abũdat. Et Sar. illa lingua vocaf. Ex cuiꝰ ſanguine ſericũ in purpurã tingebaf. Eſt & ſarra inſula Epiros, a qua ſarrana etiam dicuntur.

¶Sarranus a, um, quod ex ſarra Tyro eſt. Vnde ſarranæ veſtes Tyriæ dictę ſunt, q̃ & oſtrinę & purpureę. Ver. Et ſarrano dormiat oſtro. Iuuena. Aut pictę ſarrana ferẽtem ex humeris aulęa togę.

¶Sarnꝰ, fluuiꝰ Cãpanię oriẽs a ſarano mõte inter Pompeianum agrum & ſalernum iuxta oppidum Sarni in radicibus mõis poſitũ. A quo ſaraſtes ppl̃i ſunt cognominati. Ver. ſaraſtes populos, & quę rigat ęquora ſarnus.

¶Sarraca, nomen eſt duarũ vrbium, quarum vna eſt in media, alia in fœlici Arabia.

¶Sarraceni populi poſt Nabatheos, a ſarraca vt Stephanus inquit, quę eſt pars Arabiæ.

¶Sarracũ, vehiculi genus, quo ligna & lapides vehi cõſueuerunt. Iuue. Longa coruſcat ſarraco veniente abies Idem Frigida circunagunt pigri ſarraca bootę.

¶Sarraballa chaldaicũ nomẽ neu. ge. & numeri pluralis ſont brachę. vt apud Danielẽ ꝓphetã. Quidã dicũt eſſe fluxas veſtes & ſinuoſas, q̃ a Germanis Rhenones dicũtur veſtes pelliceę, quibus in caſtris vtuntur.

¶Sarcaſmos, latie dr̃ iocꝰ cũ amaritudine. vt apđ Ver. Referes ergo hęc & nũciꝰ ibis Pelidę genitori, illi mea triſtia facta degenerẽq; Neoptolemũ narrare memẽto.

¶Sarcuriꝰ. fluuiꝰ eſt. quẽ in Phrygia eſſe aiunt quidam.

¶Sarcina pe. cor. ꝓprie vtenſiliũ eſt. & eorũ q̃ ad cultũ & ad cęterũ vſum pertinent. veluti faſcis quẽ quis in itinere faciendo cõportare poſſit. Hinc milites quũ caſtra mouere volũt, ſarcinas colligere dñr. Et q in aliã domũ immigrãt, ſarcinas ſuas cõponere ſolẽt. Res ẽt nr̃as domi ciſtis capſiſq; cõpoſitas etiã ſarcinas vocamꝰ. Quin. Iacent relictę ſine hęrede ſarcinę. Per trãſlationẽ qñq; ſarcina ponif ꝓ inutili onere. Aug. Et hanc corporis ſarcinam aliqñ deponerẽ Huiꝰ diminutiuum eſt ſarcinula.

¶Sarcino as. ſarcinas ſumo. Interdũ ſarcinare capitur ꝓ ſuere. Lucil. Sarcinatorẽ eſſe ſummum, ſuere centonem optime. Huius compoſitum eſt Conſarcino quod eſt ſarcinas colligo quod vernacula lingua dicimus a fardelare o a ſamare. Gel. li. j. Verſus hi ſunt Cęcilij trũca quædã ex Menandro dicentis & conſarcinantis verba tragici tumoris.

¶Sarcinatrix mulier quę veſtes ſuit.

¶Sarcio is. iui. itum. & ſarci ſartũ. ſignificat ĩtegrũ facio Vñ ſartores dicti q veſtes faciũt. & ſarta tecta opera publica q̃ locantur vt integra p̃ſtẽtur. Et ſarte integre. Itẽ ſarcire cõponere. Tractũ a veſtibus q̃ diſſutę ſarciuntur id eſt componũtur. Per tranſlationem ponitur ꝓ dãnum ſoluere. Pacu. Tu dãni noſtri cauſa fuiſti, tu nobis ſarcito vt debes. Hinc componitur reſarcio pro inſtauro & quaſi nouam formam induco.

✠Sarcion eſt gemmę ſpecies colorem carneum prę ſe ferens aliter ſmaragdites vocata. Cc.

¶Saria tecta. Vide in dictione Sarcio. de quo modo.

♉Sarcimẽ figura. apul. Tũc tenui ſarcimine ſummas orat eiꝰ adęquauimꝰ & iũcturę rimã fetę denſitate ſeptimus

¶Sargacę populi Pomponio authore iuxta Meotidẽ quorum opida Murmetion. Panticapheum, Theodoſia hermiſſum.

¶Sarrio is. iui. itum, ſignificat ſarculis fodio, purgo, qđ fit cum ſegetes leuiter ſcalpendo, raſtris a noxis hęrbis purgamus. Plautus. Semper occant priuſq̃ ſarrunt ruſtici. Pli. li. xviij. Qui ſarriet caueat ne frumenti radices effodiat. Hinc cõponitur Reſarrio, ꝙ eſt rurſus ſarrio Idẽ Cũ hieme pręgelida captę ſegetes eſſent reſeuerunt reſarrientes cãpos. ¶Sarculũ genꝰ raſtri, hoc ẽ crates illa dẽtata, quę ſubtrahif ſatis a ſarriẽdo vl̃ ſerẽdo vt iqt varro. Alij putant eſſe ligonẽ, ſeu quã vulgus Vannã vocat Hora. lib. carmi. Gaudentem patrio findere ſarculo.

¶Sarculo as. ſarculo fodio Colu. libro. vj. Primo plantę ſarculari debent ita vt ſimplex ſtylus altitudinem maxie ſcrobis excedat.

¶Sartor purgator. Plautus. Sator ſatorq; ſcelerũ & meſſor optime.

¶Sartura ipſa purgandi actio. Pli. lib. xviij. Sartura nocere & vineę & ſegeti exiſtimatur.

¶Sarritor pe. ꝓ. qui ſarrit. Colu. li. ij. Tritici modij quatuor vel quinq; bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam, ſarritoris duas. Sarritura purgatura.

¶Sarcophagꝰ pe. cor. latine carnẽ comedẽs dr̃. Pli. Sarcophagus lapis eſt fiſſili vena corpora defunctorũ cõdita in eo abſumi intra qudrageſimũ diẽ conſtat exceptis dẽtibꝰ. Ideo nomẽ habet carne edenda σὰρξ σαρκὸς enim caro eſt, φάγω comedo. Vñ cõueniẽter pro ſepulchro poni cõſueuit. Aug. lib. xviij. de ciui. dei. Quia em̃ arca in q̃ mortuꝰ ponif quod oẽs iam ſarcophagum vocãt σορὸς gręce dicitur, a noſtris ſepulchro vſurpatur.

♣Sarga gemma vulgaris primum Sardibus reperta. vocatur & ſardachates. Cc.



¶Sardanapalus, pe. pro: vltimꝰ aſſyriorũ rex. de quo Iuſtinꝰ. li. j. Fuit hic oĩs gñis luxurie deditus, nec erubuit inter ſcortorũ greges nere & muliebri habitu fœminas oĩs laſciuia ãteire. Quãobrẽ indignati Aſſirii tali fœmině parere, duce Arbacte deſciſcẽtes, bellũ Sardanapalo intulerũt. Qui victꝰ in regiã ſe recepit, & extructa pyra ſe atq; diuitias in incendiũ miſit. Hic fuit a Nino trigeſimꝰ rex vt inquit Diodo. li. iij. Biblio. Et moriẽs cõdidit hoc epitaphiũ. Ede, bibe, lude. Et quum te mortalẽ noris p̃ſentibꝰ exple Delitijs aĩm, poſt mortẽ nulla voluptas. de hoc Iu. Et venere & cœnis & plumis ſardanapali. ¶Sardanis vir Lydius, qui Crœſo ſuadere conatus eſt, vt Perſis bellum inferret.

¶Sardis, tm̃ p̃l̃iter vrbs Lydię magna poſterior Troianis rebus, & Crœſi regia Horatius. Quid concinna Samos quid crœſi regia ſardis? Terminat autẽ nominatiuũ & actm̃ i is ꝓductã, quomõ Tralis & Syrris. Ex Sardis fuere duo Diodori oratores, quorũ iunior Strabonis amicꝰ fuit & hiſtorias ſcripſit & poemata. In ſardis eccleſia fuit vna ex ſeptem Aſię quarum Ioannes meminit.

¶Sardinia inſula in Tyrrheno ſeu Liguſtico mari a Sardo Herculis filio, ſicut Strabo & Solinꝰ ſcribũt, qui e Libia veniẽs cũ multitudine colonorũ inſulam occupauit, cũ antea Sãdaliotis appellaretur ab effigie ſoleæ, quam Gręce ſandalion vocant, & Ichnuſa a ſimilitudine veſtigij, qđ græce dicif Ichnos. Huius latitudo eſt milliũ paſſuũ. lxxxviij. Longitudo. ccxx. q̃q̃ alij ſtadia multa adijciant. Miũ in ea inſula neq; lupũ gigni, neq; ſerpẽtem reperiri. Habet ciuitates multas, ſed omniũ pręclariſſima Calaris eſt, vbi coralliorũ piſcatio eſt. In qua diui Auguſtini patris mei oſſa tandiu cõquieuere quoad ab Helitprando rege Papiã tranſlata ſunt. Hęc ciuitas Iolea priſcis appellabatur ab Iole illa quã hercules perdiſſime amauit Inſulã pœni occupauere ſed a romanis expulſi tandem primo bello punico amiſere. A Sardinia ſardus, ſardous, ſardinenſis, adiectiua fiunt.

¶Sardinenſes qui ſardiniã incolunt vt ibi negociẽtur.

¶Sardi. indigenę qui in ſardinia nati ſunt.

¶Sardous a, um. poſſeſſiuum. Oui. lib. iiij. faſtorũ. Sardoaq; regna ſiniſtris reſpicit a remis.

¶Sardoa, hęrba apiaſtro ſimilie quę naſcitur in ſardinia & in fontiũ de fluuijs largius prouenit. ea ſi quis veſcatur neruos contrahit & rictu deducit ora, vt qui moriuntur, veluti ridentium facie intereant.

¶Sardonix ſardonichis pen. cor. ſicut onyx onychis. a quo cõponif tam. maſ. q̃ fœmi. gñis. Cõponif em̃ ex Sardo qui lapis fuit in ſardinia primũ cõpertꝰ coloris rubei & onix gẽma cui eſt cãdor ſubcãdidus vnguis hũani ſimilitudine, quaſi vtriuſq; colorẽ obtineat. Iuue. In manibus denſi radiãt teſtitudine tota ſardonyches. Perſiꝰ fœ. gñe dixit. Et natalitia tandẽ cũ ſardonyche albus. Dr̃ & ſardonychꝰ & ſarda. Iuue. Arguit ipſorũ quos litera linguaq; prĩceps Sardonychꝰ. Pli. E diuerſo ad hęc ſarda vtiliſſima quę nomẽ cũ ſardonyche cõmunicauit, ipſa gẽma vulgaris & primũ a ſardibꝰ repta. Ptolo. Sardonychen a ſardonyche Indię monte deriuari ſcribit.

¶Sardonychatus, ſardonyche ornatus. Mar. Cuius & hinc lucet ſardonychata manus.

¶Sardo as. antiqui pro intelligo vſurpabant. Næuius. Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

¶Sarepta, vrbs ſydoniorũ, vbi diuinꝰ vates Helias eſurientẽ viduã miraculo pauiſſe creditur. Hinc Sareptanꝰ a. um. Sidonius. Vina mihi non ſunt gazetica, chya, falerna. Quęq; Sareptano palmite miſſa bibas.

¶Sari neu. generis genus herbę quæ prouenit in aqua radice dura intortaq; ferrarijs officinis vtilis. Theoph. li. iiij. Tria in ægypto celebrãtur papyrus, ſari, mnari.

✠Sarhus piſcis genus. Cc.

¶Sarmẽta virgulę vitiũ ſuperuacuę abſciſſę. Iñ ſarmẽtitius. a, um. quod eſt ex materia ſarmentorũ. Col. li. vij. Verum vulnera eius ſarmentitio cinere linenda ſunt.

¶Sarmentus, nomen viri ꝓpriũ qui ſcurillitate claruit.

¶Sarmatę, populi ſcythię iuxta Danubiũ, Męoticã paludẽ vergẽtes, qui a gręcis Sauromatę dicũtur, & regio eorũ ſarmaria dr̃. Pli. li. iiij. Sauromatas gẽtes ſcytharũ gręci vocãt, quas ſarmatas Romani dicũt. Dicti ſauromatæ ad oculis lacertarum. σαῦρος em̃ lacerta eſt, ὄμμα oculus vtuntur plauſtris pro domibus, paſcunturque lacte equino. Vñ quidã eos ἱππημολγούς, hoc eſt equorũ mulſores. alij γαλακτοφάγους, id eſt lactiphagos vocant a ſarmatia fit ſarmatis. idis. Ouid. Terreat haud manes ſarmatis vmbra meos. Sunt autẽ duę ſarmatiæ ſecundũ Ptolomæum. quarum vna eſt in Europa, quę vt lib. iij. ſcribit a ſeptentrione oceano terminatur, ab occaſu parte germaniæ, a meridię Lazigibus metanaſtis. In ea eſt Oliba. quã nunc Ruſſiã & Tartariam eſſe crediderant. Alteria ſarmatia eſt in Aſia, vt idẽ. lib. v. refert, quę a ſeptẽtrione terra incognita terminaf, ab occaſu Sarmatia europę & Tana fluuio. In ea ſunt Caucaſi montes.

¶Sariſſa, haſta p̃longa. Liui. li. xxvij. Prelongas haſtas macedones ſariſſas vocant, Suidas. σάρισα ἰδίως ἀκόντιον ἐπιμήκη δόρυ μακρὸν παρὰ μακεδόσι. ✠ Id eſt ſariſſa ſpecies iaculi gręci haſta p̃longa apđ macedones. Helianus docet ſariſſam eſſe lanceã qua vtif phalãx macedonica longitudĩe. xiiij. cubitorũ, quorũ duo manꝰ cõtinent, reliqua. xij. ꝓminẽt, inde ſatiſſophori q ſariſſas geſtant.

¶Saronicus, ſinus eſt contra corinthiacũ, ſuum habẽs nomen a ſaron quod quęrcum ſignificat apud grecos, quia olim redimitum erat quęrcubus.

¶Serpa, vinea putata. Nam ſarpere antiqui pro purgare vſurpabant.

¶Sarpedon. pen. pro. rex Lycię, qui troianis aduerſus gręcos tulit auxilium.

¶Sartę, populi ſunt europę, ſcythię contermini, qui vt Põponius ait, ob ſęua hyemis admodũ, aſſiduę demerſis in humum ſebibus, ſpecus, aut ſuffoſſa habitãt, totũ brachati corpus niſi qua vident etiam ora veſtiti.

¶Sartago, patella in qua caro frigif, a σὰρξ quę caro eſt nomẽ aſſumpſit, latine frixoriũ dr̃, ab ipſo fricatiõis ſono qa cerpitũ ꝯfuſum in frictu emittit. Hie. ĩ li. March. Iuſſit ignẽ admoueri & adhuc ſpirantẽ torreri in ſartagine apud antiquos etiam ad alios vſus adhibebatur.

¶Sarſina, vetus ciuitas in Aemylia, ex qua Plautꝰ poeta comicus ortus eſt.

✠Sas veteres ꝓ ſuas dixere & Sam ꝓ eã. Aenniꝰ. Virgines nã ſibi qniſq; domi Rõanꝰ habet ſas. Idẽ. Nec qſq̃ philoſophiã ĩ ſõnis vidit priuſq̃ ſam diſcere cœpit. Cc.

♉Salo inſula, quę a Brunduſio quinq; millia paſſuum diſtat inde in epirum totidem diſtat, vt ait Strabo.

¶Saſon onis. penul. pro. fluuius de quo Syrius. Adriaci fugite infauſtas ſaſõnis arenas. Et alibi. Expauit ſonitꝰ tremefacto littore ſaſon.

¶Sathanas, interpretatur aduerſarius. Quo nomine appellatus eſt diabolus, ꝙ Chriſti aduerſariꝰ ſit. Quicquid em̃ animę ad deum tendenti reſiſtit & aduerſaf, & quicquid paci contrarium eſt, hoc ſathanas eſſe nominatur. Sicut legitur in regum libris quia ſuſcitauit deus ſalomoni ſathanam aduerſus eum qui erat pacificus.

¶Satarchæ, populi in ſcythia, qui vt Solinus refert dãnato auri & argenti vſu ſe a publica auaritia abdicarũt.

¶Satis, aduerbium, & ꝑ apocopẽ ſat. ſignificat abũde, quantũ opus eſt. Cice. li. artis veteris. Lõgum eſt quod pluribus ſentẽtijs vltra q̃ ſatis eſt producitur. Aliqñ ponitur loco noĩs vt ſatis eloquẽtię habeo. Sic etiã nomina pro aduerbijs ponuntur. vt ſpõte ſua, mane nouum. Et cũ ſatis ſignificet quantitatem, ſatius tamen cõparatiuũ, q̃litatẽ denotat, qa deriuatiuũ non ſemꝑ ſeruat ſenſum primitiui. Ver. Nonne fuit ſatius triſtis Amaryllidis iras Atq; ſuperba pati faſtidia? id eſt melius.

¶Satin, pro ſatiſne? Teren. Satin ſana es?

¶Satiſaccipio. dictũ eſt eodẽ mõ quo & ſatiſfacio. Vñ & ſatiſaccipio, quę eſt vt Pompo. inquit ſtipulatio quę ita

obligat promiſſorem, vt & promiſſores quoqne ab eo accipiantur .i. qui idem promittant.

¶Satago is. pen. cor. ex ſat & ago cõpoſitũ videt̃. vñ ſategi prętereritũ, ſatactũ ſupinũ facit. Et eſt ſatagere anxiũ eſſe, & qđ vulgo dr̃ ſatis habeo quod agã, Teren. in Heau. Nã hic Clinia etſi is quoq; rerũ ſuarũ ſatagit, attamen habet bene & pudice eductã ignarã artis meretricę. Aliqñ ſignificat diligẽtẽ eſſe feſtiare. Plau. in Aſi. Nũc ſatagit, adducit domũ ei vltro & ſcribit nũmos. Aliqñ inniti, vt in hymno. Magne pater Auguſtine preces noſtras ſuſcipe, & per eas conditori nos placare ſatage.

¶Satagytę ppl'i in Aſia ſcythica, vt lib. iij. teſta. Hero.

¶Satiſdo as. ſignificat fideiubeo, ꝓmitto pervadẽ, ſiue fidẽ meã pignori do et re ipſa certifico. Cice. Sulpitio. Primũ vt ſiquid ſatiſdandũ erit amplius eo noĩe peti cures, vt ſatiſdetur fidei meę. Caius ſatiſdatio eodẽmodo appellata eſt quo ſatiſfactio. Nam vt ſatiſfacere dicimus ei cui9 deſyderiũ ĩplem9, ita ſatiſdare dicimur aduerſario nr̃o, aliquẽ dare q ꝓ eo quod a nobis petitur, ita caueat, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus.

¶Satiſfacio, tm̃ facio q̃tũ ſatis ſit irato ad vindictã inq̄t Aſco. Et cõſtrnit̃ cũ dtõ, ſed cũ ꝓ punio ponit̃ actm̃ poſtulat. Cice. ad Herẽ. Nõ cõuenit cẽſores iſtũ ſatiſfacere ex eo ꝙ ait ſe non potuiſſe ita adeſſe vt iuratus fuerat.

✣Sarnois, fluuius eſt phrygiæ. Cc.

¶Satiſprẹſto as. idem eſt quod ſatiſdo.

¶Satio as. a ſat deduci videt̃, & ſaturo ſeu expleo ſignificat, pertinetq; ad oẽs ſenſus, & frequẽter ad aĩam. Cice. ĩ Cato. Satiari delectatiõe nõ poſſũ, vt meę ſenectutis requiẽ oblectamẽtũq; noſcat. Ad corp9 vſus eſt. Col. li. ix. Satiatq; ſemodi9 cibi ĩ dieb9 ſingulis vicenos & cẽtenos turtures. Hinc cõponit̃ Exatio. Satiabilis q ſatiari poteſt facile, cui9 cõtrariũ eſt inſatiabilis. Salu. Auaritia inſatiabilis eſt, neq; copia neq; inopia minuitur.

¶Satietas plerũq; ꝓ faſtidio ſumit̃. Cicero in Cato. Oĩno vt mihi quidẽ videtur ſtudiorũ oĩm ſatietas facit vitę ſatietatẽ. Dicit̃ & ſatias pro ſatietas. Teren. in Eu. Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi, neq; agri, neq; vrbis odiũ me vnq̃ ꝑcipit, vbi ſatias cœpit fieri, cõmuto locũ. Salu. Hi ſaltibus occupatis externorũ agros inuaſere, frumentiq; ex inopia graui ſatias facta.

¶Satur, a, um. qđ eſt cibo plẹnũ. Terẽ. in Hecy. Sed tu cũ ſatura atq; ebria eris, puer vt ſit ſat̃ facito. Sumit̃ interdũ ꝓ fœcũdo & abũdãte. Perſi9. Nec rus ſaturũ laudare. Ver. li. ij. Geor. Salt9 & ſalturi petito lõgiqua. Tarẽti. Vbi Ser. ſaturi aut fœcũdi aut qđ iuxta oppidũ. Saturũ. Tarentũ ei & Saturũ vicia ſunt. Calabrię ciuitates.

¶Saturo as. pe. co. ſicut ſatio capit̃, & ſimiliter ad oẽs ſẽſus ptinet. Cic. Iracũdiã meã ſatura tuo ſanguĩe. Noni9. Expleri & ſaturari hãc hñt differentiã. Expleri eſt tm̃mõ plenũ eſſe ſaturari ſupra modũ. Cice. lib. vj. de rep. Graues eñ dñę cogitationũ libidines infinita quædam cogũt, atq; imperãt, quęq; expleri atq; ſaturari nl'lo mõ poſſunt. Cui9 cõpoſita ſunt, Exaturo qđ eſt pfectę ſaturo. Apu. Sed ille libidĩe exaturat9 iacebat in grabatulo. Obſaturo. de quo alibi. Hĩc ſaturitas, ꝓ ſatietate. Plau. in cap. Proin tu deũ hũc ſaturitate trãquillũ facias tibi. Qñq; ꝓ fœcunditate. Cic. in Cato. Neq; ſolũ officio qđ gñi vniuerſorũ cultura agrorũ eſt ſalutaris, ſed etiã delectatione quã dixi & ſaturitate copiaq; rerũ oĩm, quæ ad victũ hominum & ad cultum etiam deorum pertinent.

¶Satullo as. idẽ qđ ſaturo. Varro. Neq; in puluere myſthico coquã carnes qbus ſatullẽ corpora & famẽ vẽtris.

¶Saturn9 a poetis fingit̃ de9. ꝙ ãnis ſaturet̃, vl' qa ſe ĩ deuorãdis filijs ſaturauit. Ex ſe eñ natos cõmodiſſe fingit̃, qa cõſumit ętas tẽporũ ſpatia, anniſq; p̃teritis inſaturabiliter explet̃. Oui. Tp̃s edax rerũ tuq; inuidioſa vetuſtas. Oĩa deſtruitis vitiataq; dẽtib9 ęui. Paulatĩ nigra conſumitis oĩa morte. Vñ a gręcis Cronos dr̃, qđ tẽpus deſignat. Alij philoſophi interp̃tantur Saturnũ cronon velut a ſatietate ĩtellect9, eo qđ gręce ſatietas, κόρος, intellect9 vero ſiue mẽs νοῦς dr̃ vt ſit nomẽ cõpoſitũ ſaturnus ex prima pte latina & poſteriore gręca, ipſa ſatietas mẽtis. Sũt qui ſaturnũ a ſatu deducant, qm̃ peritiã ruris & ſatorũ oĩm primus edocuiſſe fert̃. Quidã a verbo qđ gręci dicũt, σάτηρ, quo virilia ſignificãtur. ꝙ patris pudẽda abſcidiſſe atq; in more ꝓieciſſe dicitur, vñ venerẽ ꝓcreatã ferũt, quę a ſpuma vnde coaluit aphrodites nomen accepit. Hinc Saturnius, a, um. vt Iuno ſaturnia q̃ fuit filia ſaturni. Verſ9 quoq; quos olim Fauni vateſq; canebant Saturnios antiqui nominabant vt ait Varro.

¶Saturnia, ſubſtãtiuũ nomen regionis & nomẽ oppidi Verg. Ianiculũ hinc illi fuerat ſaturnia nomẽ. Editiora etiã loca, vt Diodo. ſcribit, ſaturnia dici ꝯſueuerũt. Pſeudippus aũt poeta in epigrãmatis ſcribit. Lyſippũ ita fециſſe ĩter alia q̃ ſcribit habitũ Saturni. τίπτ' ἐ δὲ ἐπ' ὀνύχων βέβηκας, δαίμονα χάφ, τί δὲ ταρσοῖς, ποσὶν ἔχεις διφυεῖς, ὅπταμ' ὑπηνέμιος χείρα δὲ δεξιτερὴ τί φέρεις ξυρόν, & ſubdit. ἡ δὲ κόμη τί κατ' ὄψιν, ὅκαντιως αὐτὶ λαβεῖν ναὶ Διατ' ἐξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει.

ℨCur pinne inſiſtis? rotor aſſidue. Cur vero talaria bina geſtas in pedib9? volo in aere, dextra vero cur geris nouaculã? Signũ hoc hominibus, ꝙ q̄uis ſum acutior acie. In facie vero quid capilliciũ? vt capiant me quibus efferor, at quid per Iouem cur cauet occipitium.

¶Saturnalia. orũ. feſta ſeptẽ ſeu quinq; dierũ mẽſe decẽbri ſaturno dicata, erãtq; pleni lętitiæ, in qb9 Romani ſyntheſin veſtẽ ſumebãt. Dies quoq; quib9 munera vltro citroq; mitti remittiq; ſolebãt. Soturnalia ſeu ſaturnalitia dicebãt̃. Suet. ĩ Augu. Saturnalib9 & ſi qñ alias libuiſſet mõ munera diuidebat, mõ nũmos omnis notæ.

¶Saturnalitius a. um. quod ad ſaturnalia ptinet. Tart. Saturnalitię ligulam miſiſſe ſelibræ.

✣Saturnin9 mõs quõdã dicebat̃ q poſtea Tarpei9. Cc.

ℨSaturniani, heretici a ſaturnino quodã noĩati, q mũdũ ſolos ãgelos ſeptẽ p̃ter cõſciẽtiã dei pr̃is feciſſe dicebat

¶Saturea, hẹrba fragrãtis odoris q̃ & Cunila dr̃ & Origanũ heracleoticũ, a ſaturo dicta ꝙ nullũ fere cõdimentũ ſine ea fiebat ꝓpter quod ſaturitatẽ inducere videbatur. Col. & ſaturea tymni referẽs tymbræq; ſaporẽ. Alij tymbrã vocãt. Venerẽ emortuã ſuſcitat ĩ cibis ſumpta. Vnde ex gręco vt quidã volunt nomen ſibi vendicauit quaſi ſatyrea, vt ſatyri in venerem proni & ſalaces.

¶Saturũ, vrbs calabrię fuit nõ lõge a Tarẽto. Vñ ſatureian9, a, ũ. poſſeſſiuũ. Hora. Me ſatureiano vectari rure caballo. Quidã etiã Satyrũ ſcribũt. Vñ & nonnulli agrũ in ſiuo Tarẽtũ cõditũ eſt Satyram vocari affirmant.

¶Sateles, milles mercede conductus, vt ab imperatoris latere non diſcedat. Et ſatelles qui ſontibus capiendis prẹeſt, qui & apparitor dicitur.

¶Satellitium, ipſa ſatellitiũ actio. Aug. lib. v. con. Procurari aliã nõ vtiq; coniugẽ quo tanq̃ ſuſtentaretur & ꝓduceretur vel integer vel auctior morbus animę meę ſatellitio ꝑdurantis conſuetudinis in regnum vxorium.

¶Satrapa pe. cor. dictio pſica, & apđ nos ſigni. p̃fectũ. Sui. σατραπεία, ἐπαρχία, σατράπης διοικητὴς ἤ ἀρχὸς ἀξίωμα τῶν. ✣ .i. Satrapia ẽ ꝓuĩcia, & ſatrapes pę. gen9 dignitatis. ¶Satiri dicti ſũt ꝙ in libidinẽ ſemp ꝓni ſint a virili mẽbro qđ veteres gręci σάτυρ appellabãt. Hi ſũt vt Pli. li. v. ait aĩalia quadrupedia. ĩ ſubſolanis Indorũ mõtib9 pniciſſima, hũana effigie, recte currẽtia. Veteres huiuſmodi mõſtra ꝓ ſylueſtrib9 dijs coluerũt. Vñ Hiero. Vidit homũculũ (ĩqt) aduncis narib9, & frõte cornib9 aſpa cui extrema corpis ĩ caprarũ pedes deſinebãt. Et p̃miſſo ſigno crucis cũ qſnã ẽet ĩterrogaſſet Antoni9, rñdiſſe fert̃. Mortalis ego ſũ vn9 ex accolis eremi quos vano errore deluſa gẽtilitas faunos ſatyroſq; & ĩcubos appellat. Sũt ẽt ſatyri ex ſimiarũ gñe. ſoli ſunt & quas vocãt ſatyros facie admodũ grata geſticulatis in quiete motibus.

¶Satyriaſis, pulſus teſtiũ & velut ſingult9 quidã ĩguinis, ſequẽs inflãmatã quandã paſſionẽ ſeminalis receptaculi, cum intentione & tentigine, Qđ ſi non ceſſauerit pulſus ille, ſolent ſeminis receptacula itendi, vel ſpaſmus naſci qui morbus etiam Priapiſmos dicitur.



ℨSaterona aĩal ãbiguũ ĩ humore pariter & ĩ ſicco viuẽs.

¶Satyriõ, hẹrba folijs lilij rubri aliquãto minorib9, trib9 nõ ãpli9 a terra exeũtibus, caule leui, cubitali nodo, radice gemina, hãc arabice chaſtalce vocãt orchis gręce q̃ vox teſticulũ denotat, latĩe vulpis teſticul9 vl' leporis

✣Satyriacũ ſignũ, ſimulacrũ Priapi quod in hortis apđ antiquos ponebatur. Plin. lib. xix. Eſt & religio quædã hortoſq; & fores tantum contra inuidẽtium effaſcinationem dicari videmus. In remedium ſatyriaca ſigna.

¶Satyria, auis coruus, L. Florus Cum ſingulari certamine Manlius aureus torqueum barbaro inter ſpolia detraxit inde Torquati. Iterum Põtino agro cum in ſimili pugna latius inſidente galeæ ſatyria alite adiutus. ſatyria etiam apud latinos cibarium confuſaneum dicitur. veluticinnus ex varijs rebus compoſitis.

¶Satyra, pe. cor. q̃ſi ſatura dici videt̃ ob carminis varietatẽ. ſeu ꝓpter copiã rerũ q̃ ibi tractãt̃. Eſt eñ ſatyra carmẽ maledicũ & ad carpẽda vitia cõpoſitũ, quale ſcripſerũt. Lucil. Horati9. Iuuena. Perſius accepit eñ id carminis hũc titulũ ꝙ perſonis factiſq; ſatiatũ abũdare videatur. Quidã a ſatyra lance, que referta multiſ varijſq; primitijs ĩ ſacrificijs dijs offerebat̃. Alij a lege ſatyra dictã exiſtimãt quę vno rogatu multa ſimul ꝯprobat. De qua lege Saluſt. ĩ Iug. deĩde quaſi ꝑ ſatyrã ſentẽtijs exquiſitis ĩ deditionẽ accipit̃. Var. a quodã farciminis genere quod multis rebus refarciebatur dictã ſatyrã eſſe ſcribit. Vñ ĩ ſecũdo lib. Plautinorũ quęſtionũ habet̃. Satyra eſt vua paſſa & polenta & nuclei pinei ex muſto conſperſi. ſunt qui a ſatyris deriuẽt, ꝙ in hoc genere carminis res rudiculæ pudendęq; ſcribunt, quemadmodum proferri a ſatyris ſolent. Dona. in Teren. Deinde aliud genus fabulæ, i. ſatyra. ſumpſit exordium, quę a ſatyris quos illotos ſemper ac petulantes eſſe legimus vocitata eſt. Poteſt etiam dici ſatyram ideo vocatam. ꝙ in antiqua ſatyra introducebatur ſatyrorũ perſonę. aut ſi quę erant ridiculę ſimiles ſatyris. Duo quippe ſatyrarũ genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius quod ſola carminum varietate conſtabat. Alterũ recent9 apertã hoĩm rep̄henſionẽ continens. Hinc ſatyrus & ſatyricus pro eo qui ſatyram ſcripſit. Satyrice aduerbiũ ſignificat acriter cũ conuitio.

¶Satus a. um. a ſero is. fit pro ſemino. Vñ etiã a Verg. ponitur pro genitu.

¶Satus, us. & ſatio onis. ip̃m ſerẽdi actũ denotant. Pli. lib. xvij. Quapropter de talearũ ſatu nũc dicendũ id eſt, plañatione. Quandoq; etiam ſatus ſemen dicitur.

¶Satyrorum inſulæ ſunt tres contra Indiam extra Gãgem ſitæ, ſicut a Ptolo. lib. vij. ſcribitur. Quas qui habitant, caudas habere dicuntur, quales ſatyris pinguntur.

¶Satũ, ager in quo ſemẽ eſt vt Hiero. in lib. Iudith. Et ſatũ eodẽ auctore genus menſuræ quod iuxta morẽ prouinciæ, Paleſtinæ vnũ & dimidiũ modiũ capiẽs. In Geneſi. tñ non tantum capit ſummam, vbi ſcriptum eſt. Accelera, tria ſata ſimile ꝯmiſce, & fac ſubcineritios panes

¶Satiuus, a, um, quod ſeminatur, vel quod idoneum eſt vt ſeminetur. Gel. Sed hi pleraſq; naues loris ſuebant, græci magis cannabe & ſtupa cæteriſq; ſatiuis rebus.

¶Sauci9 a, ũ. nomẽ qđ naſcit̃ a participio ſauciatus quomõ laſſus a laſſatus. & lacerus vel lacer a lacerat9. Et eſt ſaucius vulneratus. Verg. Qualis mugit9 fugit cũ ſauci9 aram. Taurus. ℨEt nõ ſolũ de vulnere, ſed etiã de labore dicit̃ quaſi feſſus. Quod Apu. lib. ij. de Aſi. Cum genio iũxit, cum ait. Mihi vero fatigationis heſternę etiã nunc ſaucio da veniã ſauci9 inguinũ pro inguinibus, ſicut preſtãs animi, quaſi habẽs inguina tumẽtia, ſicut eñ membra in homine ſaucio intumeſcunt ſic ſaucius inguinum, cuius turgent genitalia ex libidinis deſyderio.

¶Saucio as. vulnero. a quo fit ꝯpoſitũ Cõſaucio. Amb. lib. j. offi. Verberamur vocis nr̃ę verbere, cum loquimur ea quorũ ſono cęditur anim9 noſter & mẽs conſauciatur.

✣Saurites gemme ſpecies quæ in ventrem viridis lacertę traditur inueniri. Cc.

¶Sauromatę populi. vide in dictione ſarmatę.

ℨSaura lacerta quę ĩ macerijs, & in ſępib9 diu deliteſcit

¶Sauior, aris. Vide in dictione diſſauior.

¶Saxum, maius aſperius, duriuſq; q̃ lapis, licet quãdoq; ſaxũ pro lapide ponat̃. Hic ſaxeus, a, ũ, quod e ſaxo eſt ſaxoſus a. um, ſaxorũ copiã ſignificat, vt ſaxoſa via Saxulum diminutiuũ. Cicero li. de ora. Illã in aſperrimis ſaxulis tãq̃ nidulũ affixam.

¶Saxum ferratum, oppidũ in piceni atq; vmbrię finib9 ſitũ, ita appellatũ a ferro, ꝓpter fodinas ferrarias q̃s eo in loco multas fuiſſe earũ reliquię oſtendũt ſentinum a veteribus dicebatur a ſẽtino amne iuxta mœnia labẽte quẽ nunc quoq; incolę ſentinũ vocãt. Hoc oppidũ nobile factũ eſt duorũ virorũ ortu Baldi. ſcilicet & Alexãdri quorũ prior Cæſarearũ legũ interpretatione clariſſimus Alter in ſacris literis eminentiſſimus, qui cũ in omni doctrinæ genere, viteq; ſanctimonia ſumm9 haberetur noſtræ Auguſtinianæ religioni magno omnium cõſenſu p̃fectus eſt, nec multo poſt ob res p̃clare geſtas cardineis inſignibus a pio pontifice maximo decoratus fuit.

¶Saxatilis & hoc ſoxatile, pe. cor. quod ſaxa incolit, vt piſcis ſaxatilis. Et ſaxatile dr̃ vernacula lingua da ſaſſi. Plau. in rud. Piſcatũ hamatilẽ ſaxatilẽq; aggredimur.

¶Saxones illuſtres Alemaniæ populi qui Angelę reginę auſpicio Angliã deuicerunt, a qua etiã nomẽ ſortita eſt Anglia dicta cũ prius Albion diceretur. Hos Ptolo. ꝓ nõ longe a Cimbris in oceani ſeptentrionalis littoribus & paludibus inuijs cõſtituit

## S ANTE C

SCaber a, um quod rubiginoſum eſt. Verg. lib. j. geor. Exeſa inuenit ſcabra rubigine pila. Hinc vngues & dentes dicuntur ſcabri, qui ſordidi ſunt, etiam ſi non aſperi tactu.

¶Scabredo, aſperitas ſi quãdo caro cõtrahitur, & fit rugoſa. Quo vocabulo vſus eſt. Hier. ĩ diui Hilarioĩs vita

¶Scabrica & ſcabricies. rubiginoſitas. Vnde Plin. vngulam ſtabriciam dixit.

¶Scabo is, ſcabi ſcabitũ ſignificat ſcalpo, cõforo, & quaſi vnguibus fodio. Plin. lib. viij. Si vero ſcamę obtorpuere ſpinis iuniperi ſe ſcabit.

¶Scabies, a ſcabo ſiue a corporis aſperitate dicta eſt q̃ vt Cęllus ſcribit, & durior cutis rubicunda, ex qua puſtulę oriũtur q̃dã humidiores, q̃dã ſicciores. Exit ex qbuſdã ſcabies, fitq; ex his cõtinuitate exulceratio percutiẽs Hęc etiã Pſora a gręcis dr̃. A ſcabie fit ſcabioſus, a, um.

¶Scabro, vermis q naſcitur de carnib9 equorũ putridis.

¶Scabellũ diminutiuũ ſignificat paruũ ſcamnũ nonnũq̃ ponit̃ ꝓ ſuppedaneo. Aug. ſuper. p̃s. Suppedaneũ dicit̃ ſcabellũ qđ dicũt gręci ὑποπόδιον dixerũt latini ſcabellũ & alij dixerunt ſuppedaneũ. vide in dictione Scamnũ.

✣Scęa, porta troiana dicebatur a cadauere Laomedõtis hoc eſt a Scęnomate. id eſt tabernaculũ ſiue ſacculum ſignificat quod in eius ſublimine erat. Cc.

¶Scęi ſunt thraces populi. Sceæ troianæ portę. Scęus amnis & ſcęus murus.

¶Scęnos, latine habitatio vmbra tabernaculũ vl' funis.

¶Scęnofactorius, a, um vt ars ſcęnofactoria qua fiũt vmbracula, vel tabernacula. vel funes.

¶Scęnophegia orũ, neutri generis feſta tabernaculorũ in quibus Iudei faciebant tabernacula ad ſimilitudinem tabernaculorũ in quib9 habitauer̃t cũ ex Aegypto peregrinarẽt̃ in Eremo, ab σκῆνος & πήγνυμι, latini vero aſpirationẽ addiderunt. πήγνυμι concreſco, glacies fio, congelaſco. hinc πηγάς ἀδ ſ... glacies.

¶Scęna cũ ę. dipthõgo magis ex antiquorũ conſuetudie q̃ ex vera ortographia vt ĩqt Priſci. quia cũ gręca ſit dictio q̃ apđ illos ſine dipthõgo σκηνή ſcribitur apđ nos etiã abſq; dipthongo debuit trãſferri alij in ſignũ productioĩs ꝑ æ dipthõgõ notandũ putãt, vt Apu. Eſt aũt

ſcęna inumbratio ἀπὸ τῆς σκιᾶς quæ quidē vt docet Ser-
uius a ruſticis primū inumbrationis cā cōperta fuit vbi
prius carmina incōdita decātabāt. Quare & a nōnullis
tabernaculum ac papilio traductus fuit. Poſtea tabulata
cœperūt cōponere in modū parietis. Vnde hodie con-
ſuetudo permāſit vt cōponātur pegmata a ludorū thea
traliū editoribus. Vnde ſcænophegia, tabernaculorū fe-
ſta, ſed cū in vrbes deducta fuit ſcena, redactū eſt nomē
ad eā partē theatri quæ ab vno eius cornu ad aliud duce
batur. Cōſtat autē ſcænā teatri frontē binis pluribuſve
contignationibus cōſtratā, in quibus hiſtriones recita-
bāt, mimiq; mirmilloēs & cęteri ludij varios ludos ac ge
ſticulationes edebāt. In ſcęna aūt cū hemicycli formam
haberet, gradus ſediliaq; fuere de qb9 primarij magiſtra
tus honorationeſq; ſpectarēt, eorūq; ſedilia pars intima
orcheſtra eſt dicta. Placid9 grāmaticus ſcribit ſcęnā eſſe
camerā hincinde compoſitā, q̄ in vmbrę locum in thea-
tro erat in quo ludi actitabāẽ. Itē ſcęnā dici arborū in ſe
cubātiū quaſi cōcameratā denſationē, vt ſubter poſitos
tegere poſſit. Itē ſcænā vocari cōpoſitionē alicuius cri
minis q̄ digna ſit agi i theatro exclamationib9 tragicis,
ſcæna ſic diffinitur a Labeone, quę ſit ludorū faciēdorū
cauſa quolibet loco vbi quis cōſiſtat moueaturq; ſpecta
culūſui prębitur9, poſita ſit i publico priuatoq; vel invi
co, quo tādē loco paſſim i homines ſpectaculi cauſa ad-
mittāẽ, hęc aūt verſatilis erat aut ductilis. Verſatilis quę
ſubito tota machinis quibuſdā vertebatur, & aliā pictu-
rę faciem oſtendebat. Ductilis quæ contractis tabularis
hac atq; illac interiorem picturæ ſpeciem denudabat.

¶Scænic9, a, ū. quod ad ſcænam pertinet, vt ſcęnici lu
di. Aug. lib. iij. con. ſed qualis tādem miſericordia in re-
bus fictis & ſcænicis, ſcænicus vero abſoluto vocabulo
hiſtrio diciẽ. Sueto. de nero. Ac ſpectaculis theatri clā
illatus cuidam ſcænico placenti nuncium miſit.

¶Sepono penul. pro. diuido & miſſum facio. qđ dicimꝰ mettere da canto. Quin. li. xij. In cōſilijs vero quę ratio ſuadēdi eſt abhoneſti queſtione ſepoſita. i. diuiſa. Liui. lib. primo. Pecuniā in ędificationē eiꝰ templi ſepoſuit. Lactā. lib. ij. Seponatur interim nobis hic locus de ira dei differendi. Hier. Sepoſitis occupationibus quibus arctabar huic vnam lucubrationem dedi.

✠Septangulꝰ dicitur quod ſeptem angulos habet. Cc.

✠Septennis. i. ſeptem annorum. Cc.

✠Septēber, mēſis dictꝰ eſt ꝙ ſit ſeptimꝰ in ordine. Cc.

¶Septētriones ſunt ſeptē ſtellę ex quibꝰ quaſi iūcti triones figurant̄. Scribit Var. Triones ruſticorū vocabulo boues vocari q̄ſi teriones, hoc eſt arādę terrę ac colēdæ idonei. Vel iō magis hæ ſeptē ſtellæ triones appellatæ ſunt, qm̄ ita ſitæ ſunt, vt ternæ q̄q; ſtellæ proximæ inter ſe trigona id eſt triquetram figuram conſtituant, quam recētiores vocant triāgulū. Ex ſeptē ſiquidē ſtellis duę pariles vno ī loco videtur q̄ pro bobus accipiuntur, reliquæ quinq; plauſtri figurā deſignant. Itaq; & proximū huius ſidꝰ bubulcꝰ, i. bootes appellat̄, qui more bubulci currū ſequitur. Hoc ſidꝰ a figura, quia ſimile plauſtri videtur antiqui grecorum ἅμαξαν id eſt plauſtrum dixerūt noſtri a bobus iunctis ſeptentriones appellarūt. Ab his etiam ventus ſpirat qui hauſtro obiectus eſt, & latine ſeptentrio, & ſeptentrionalis ventus & ſeptentrionarius. Gręce vero ꝙ ab Arcto. flet Aparctias appellatur.

✠Septē nūerale nomē eſt. qđ ſignificet notū a gręco tñ (vt pleraq; alia) deductū Illi enī ἑπτὰ dicūt. Spiritu aſpirato in ſ. mutato & vocali vltima in em nos ſeptē dicimꝰ ex quo multa deductiua habent originē. Cc.

¶Septicollis dicta eſt vrbs Roma, ꝙ ſeptem colles habeat, Palatinum Quirinalem Auentinum Cęlium Viminalem Exquilinum & Ianicularem.

¶Septunx, nomen deductum a ſeptem & vncia.

☿Septendecim, apud Apul. ſeptendecim denarium.

☿Sepedes pe. cor. dicuntur formicę a numero pedū formicis enim ſeni pedes ſunt.

☿Septicus a. um. vt vis ſeptica. i. coroſiua. Nam græci oīa medicamēta quę habēt vim erodēdi ſeptas vocāt.

✠Septiana mala dicuntur a ſeptio libertino eorum primo inſitore inſigni rotunditate. Cc.

¶Sequana. pe. cor. fluuiꝰ Belgarū in Gallia, iuxta quē habitātes ſequanici dicti ſunt, & ſequani. Hodie burgūdię ducatū incolentes heluetijs, heduis ac lingonibꝰ finitimi. Luc. li. j. Optima gens flexis in gyrū ſequana frę nis. Mart. Hāc tibi ſequanicę pinguē textricis alumnā.

¶Sequeſter ſtris. ſtre. Et hic & hęc ſequeſtris & hoc ſequeſtre. Et ſequeſter a. ū. Et pace ſequeſtra inquit Ver. Plautus. Haud fugio ſequeſtrū. Eſt autē ſequeſter apud quem plures eandem rem de qua controuerſia eſt depoſuerunt. Dictus vt docet Gel. ꝙ eius qui electꝰ ſit vtraq; pars fidem ſequatur. Eſt enī medius inter duos altercantes apud quem aliquid ſeponitur. Quapropter Ver. pacem ſequeſtrā inducias appellauit, ꝙ media ſit inter bellū pręteritū & futurū. Vñ Aſco. Sequeſtres ſunt apđ quos pecunia deponitur. Cic. i Ver. Aut ſequeſtros aut interpretes corrumpendi iudicij.

¶Sequeſtro as. apud Sequeſtrū depono. Vnde ſequeſtrata res dicitur. Interdū ſequeſtrare eſt ſeparare. Hieronimus. Quia petitis vt vobis diuerſos pſalmos per ordinem ſequeſtrem.

¶Sequeſtro aduerbium. Cato. Per deum immortalem nolite vos ſequeſtro ponere.

¶Sequor eris. ſecutꝰ, a ſeco fit, & eſt verbū cōmune ſecundū Priſc. Vñ & in Euā. legimꝰ in ſignificatione paſſiua. Et ꝑſequimini de ciuitate in ciuitatē. Huiꝰ cōpoſita ſunt. Aſſequor, Conſequor, Exequor, Inſequor, Obſequor, Perſequor, Proſequor, Subſequor. Pediſequus a, Odoriſequus que omnia habent penul. cor.

¶Sequela penul. pro. ipſe ſequendi actus.

¶Sequax qđ aliquid ſequit̄. Sen. Cæteriq; Ariſtippi ſequaces. Leo papa. Sed tu iudaicę cęcitatis ſequacior nō imiteris fidē gentiū. Aliqñ ſignificat id qđ ſpargēdo dilatat. Perſi. Quorū imagines lambunt hæderę ſequaces. Sequacem vero materiam appellat. Pli. inhęrentem.

¶Sera ꝑ ſimplex r inſtrumētū eſt quo claudunt̄ oſtia ab Aſſerere qđ ſignificat admouere qđ foribꝰ admotę ſerę opponunt̄ defixe poſtibꝰ, primā cor. Iuue. Pone ſerā, cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos. Hanc etiā patibulū vocāt, ꝙ ea remota valuę pateſcūt. Varro a ſerire deriuat qđ eſt aperire. Eſt & Sera nomē vrbis in Aſia ſcythica.

¶Sero as. claudo. Col. li. vij. de mulę fœminibꝰ loquēs Fœminę inquit ſerari & interdū inuri ſolent. Huius cōpoſita ſunt. Obſero pro occludo. Teren. in Eunu. Tu abi atq; obſera oſtium intus Reſero aperio.

¶Serra per duplex rr inſtrumētū dentatū quo ligna & lapides ſecantur. Col. li. vj. Vno ictu arborem pręcidi ſi minus ſerra deſecari. Mart. Et pingues tunicis ſerra ſecare poteſt. Item Serra inſtrumentū ligneū dentatū quo trahentibus bobus homines torquebantur. Item eſt genus piſcis marini, vt apud Amb. lib. Hexa. Serra pręliari dicitur cum aſſidue acceditur recediturq; nec vllo tēpore conſiſtitur, vt ſerra facit dum aliquid ſecatur.

¶Serrula dimi. parua ſerra. Col. lib. iij. Et ſi fieri poteſt iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato.

¶Serro as. ſerra per medium ſeco. Hiero. li. ij. Reg. populum eius adducēs ſerrauit. Syriꝰ lib. vj. Auro ſerrauit ramos Iunonius anguis.

¶Serratus a, ū. quod eſt ſera ſectū. Et quod admodū ſerrę factū eſt. Vñ ſerrati dentes, qui inter ſe diſtincti ſunt ad ſiſitudinē dētiū ſerrę pectinati ſeſe ſtipātes. Pli. Dētiū tria gña Serrati, aut ꝯtinui, aut exerti. Serrati pectinatī coeūtes ne cōtrario occurſu atterāt̄ vt ſerpētibꝰ piſcibꝰ canibꝰ ꝯtinui. vt homini equo. Exerti, vt a ꝓ, elephāto

¶Sero is. ſeui ſatū, ſignificat ſemio. Hie. i leui. Si triginta modijs hordei ſerit̄ terra, quīquaginta ſiclis vēdetur

argēti. Aliqñ ſignificat planto. Lactā. li. ij. Terrā ſtudio ſe coluit ac vineā ſua manu ſeuit. Vñ arguuntur qui auctorē vini liberū putāt. Per trāſlationē Serere qñq; capitur ꝓ gñare. Vñ ſatꝰ. i. gñatꝰ. Huiꝰ cōpoſita ſūt. Aſſero Circūſero. Pli. li. xxj. Et geniſtas circūſeri aluearijs gratiſſimū, Cōſero, Deſero, Diſſero, Exero, īſero, īterſero, obſecro, reſero, & ſubſero q̄ hn̄t pe. co. de qbꝰ locis ſuis

¶Sero is, rui, diuiſas ſyllabas ſertū ſignificat. admoneo Vñ aſſerere manū veteres dicebāt cōprehendere, cum eam prehendebant libertatem. Itē texere & ordinare, quoniam ea quę ordinantur annectuntur inuicem atq; cohęrent, Inde Serta coronę dicuntur & ſeries.

¶Seranꝰ, cognomē ſumptū a Sero ꝓ ſemino ſeu plāto cornutꝰ. Q. Cincinnatꝰ cū ſuū agrū & araret & ſereret. Dictatura ei a pplo Rōano delata ē. Qui cōtra Sānites ꝓfectꝰ victor extitit, qui a ſerēdo ſeranꝰ appellatus eſt.

¶Series, ordo & q̄ſi q̄dā rerū cōtinuata ꝓgreſſio, a ſerēdo. i. ordinādo dicta, vt in ſerie orōnis. i. in cōtextu. Vale. Maxi. Quis ꝯpos mētis domeſticę peregrinęq; hiſtorię ſeriē fœlici ſuperiorū ſtylo conditā, vel attētiore cura vel pręſtantiore facundia traditurum ſe ſperauerit.

¶Seres ppli aſię ſcyticę, a Sera vrbe ſic dicta, apd̄ quos arbores ſūt q̄ nō ſolū folia, ſed lanā quoq; ꝓferūt tenuiſſimā. Nā ex earū frōdibꝰ caniciē depectūt a qua ꝓfuſam ex quo vellere veſtimēta cōficiunt q̄ ſerica nūcupātur. Ver. Velleraq; vt folijs depectant tenuia Seres. Huius noīs ntūs ſingularis eſt Ser. Sidoniꝰ Aſſiriꝰ gēmas Ser. Vellera thura Sabeus. Auſo. Iā pelago volitat mercator veſtiſluꝰ. Ser. Nā & vermiculus ipſe, vt auctor eſt Pauſanias Ser. appellatur. ✣Sergia, oliuę genus. Cc.

¶Sericus a. ū. pe. cor. quod eſt confectū ex ea lana. Vnde veſtem ſericā dicimus. Hinc fit holoſericus vt veſtis holoſerica, ex ſerico contexta ſine alia materia. Subſericus a. um. quod non eſt plene ex ſerico.

¶Sericū ſubſtantiuū, veſtis ſerica. Hiero. ad Pau. Habeant ſibi cęteri ſi velint ſuas opes, vaſe gēmato bibāt, ſerico niteant, plauſu populi delectentur, & per varias voluptates ſuas, diuitias vincere nequeant.

¶Sericatus, q eſt indutus ſerico. Sue. de Cę. Armillatꝰ in publicū proceſſit aliquando ſericatus & cycladatus.

¶Sericarius, textor ſericorū. Tul. Firmicus li. viij. Matheſeos refert ſericariū textorē naſci qui habuerit horoſco pum in. xxviij. partes arietis.

¶Serius, fluuiꝰ Ciſalpinę Galliæ per Bergomatē agrū in Aduam fluens a quo vallis ſerania in eodem agro populoſa artificioſaq; nominata eſt.

¶Serius a. um. ſignificat graue. Teren. in Eu. Ait rem diuinā feciſſe & rem ſeriem velle agere mecum.

¶Serio, aduerbiū ſignificat vere & cū grauitate. Plaut. in Am. Nunc quidem pręter nos nemo eſt, dic mihi verum ſerio ſine riſu. Teren. in Eunu. Miſit porro orare, vt venirem ſerio id eſt cum affectu.

¶Seria, ſunt quę iocis opponuntur. Nā ſunt vera & grauia. Actius. Vos nugas affertis, no ſeria loquimur. Marti. Parce precor ſocero, ſeria forſan amat.

¶Serus a. ū. modo tardū ſignificat. Plau. Quid tā ſero aduenis. Hinc Col. li. j. ꝯparatiuū formauit, ſationes eiꝰ duas ſeruamus, alterā maturā per mediā ſementem ſeriorem, alterā menſe Februario. Actiꝰ. Ne ſi forte paulo quā tu veniam ſerius, modo ſignificat grauē magnū. Sulu. Serū bellū in anguſtijs. Ver. Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates. ✣Serila nauigia dicimus. Cc.

¶Sero, aduerbiū ſignificat tarde. Sē. ī tra. Sero nos illa referat ſenectꝰ. Nemo ad id ſero venit. Aliqñ ſignificat veſpere qd̄ ē poſt occaſū. Aliqñ poſt tp̄s. Qd̄ ei poſt ſolis lucē ē, id vere poſt tp̄s dici pōt. Cic. cū accuſator Milonis idētidē īterrogatꝰ pſtaret, quo tpe Clodiꝰ eēt occiſꝰ vrbane rñdit, ſero, q̄ſi poſt id tp̄s quo debuiſſet occidi

¶Serū, ſubſtantiuū ſignificat extremā partē diei. Liui. Erat iā diei ſerū. Seu. ī Aug. Nec multo poſt nauali prę lio apd̄ Actiū vicit in ſerum dimicatione protacta, vt in naui victor ꝑnoctauerit. i. in horā veſpertinā. Et ſerum dicitur aqua lactis ad multos morbos vtilis. Ver. Acrēq; moloſſum paſce fere pingui.

¶Serotinus a. ū. pe. cor. a ſero ꝓ veſpere fit vt hora ſerotina, & tp̄s ſerotinū. Et ſerotinꝰ a ſero ꝓ tarde, vt poma ſerotina q̄ poſt legitimū tp̄s, vel tardiꝰ cęteris matureſcūt. Col. li. iij. Locis frigidis & autūni tēporibꝰ aquoſis pręcoques ſerito, locis hybernis ſerotinas ſerito.

¶Seria ę. vas fictile oblongū. Li. li. iiij. de ſecū. bel. pu. Et ī vico hiſtris fōtē ſub terra tāta vi aquā fluxiſſe vt ſerias doliaq; q̄ ī eo loco erāt ꝓuoluta, velut īpetꝰ torrētis tullerit. Eſt & Seria nomē vrbis Tuditanorū ī hyſpania

¶Seriola, dimi. a ſeria. Perſi. Seriolæ veterē metuens deradere limum. Et ſeria eſt orcarum ordo directus.

¶Serapis is. & idis. Et ſeraphis cū ph. ab aliquibus ſcribiē cuius pe. indifferens eſt Mar. Vincebant nec q̄ turba ſeraphin amant. Idem. Iſęum. Seraphin Nilus veneratur Oſirin. Fuit cognomen Oſiridis. De quo in dictione Apis dictū eſt. Serapiū. vero dicitur ædes ſerapidis ſicut tēplum Iſidis Iſium. Lampridius in Alexandro. Iſium & ſerapium indecenter ornauit additis ſignis.

¶Seraphim, cū m. tam neu. q̄ maſcu. gn̄is eſt. Hiero. ad Furiā Hęc ſunt duo, ſeraphim, ter glorificantia trinitatem. Seraphin cū n. pluralis numeri neu. gn̄is eſt ꝓ choro angelorum. Vnde quotidie, in miſſa dicimus, Beata ſeraphin ſocia exultatione concelebrant.

ʓ Dictiones hebraicę non recipiunt neutrum genꝰ nec deſinunt in, n. In plurali ſcilicet tantum in m. vel in ot. Hęc fœmi. gene. Illa vero maſcu. generis.

¶Serta, coronę dicunē a ſertis, hoc eſt a digeſtis inuicē floribꝰ frōdibuſq;, ex qbꝰ ab initio fieri coronę ſolebāt. Et ſubſtātiuū eſt. Ver. Sertiſq; recentibus halāt. Et Serta ꝓcul tantū capiti delapſa Iacebant. Cum tamen dicamus Sertus a. um. vt ſertos flores ſertas coronas. Luca. Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

✣Sertula regia hęrba eſt a certis quæ ex ea fiunt ſic dicta quæ & Mellealotos a græcis dicitur. Cc.

¶Sermo, loq̄lla, a cōpoſitis & ſimul ꝯtextis verbis. Eſt aūt Sermo, vt Cic. li. iij. ad hęrē. ſcribit, oratio remiſſa, & finitima quotidianę locutiōi. Ser. Sermo eſt ꝯſortio orationis & cōfabulotio duorū vel plurium. Huius diminu. eſt ſermūculus. Hiero. ad Mar. Duas epiſtolas quas ad vxorem tuam Paulam huic ſermunculo annexui.

¶Sermocinor, pe. cor. ſermonem facio. Plin. lib. x. Sup omnia humanas voces reddunt Pſytaci & quidā ſermocinantes. Hiero. Inter has ſermocinantes ſuſcipiunt alitem coruum in ramo arboris conſediſſe.

¶Serenꝰ a, ū. pe. pro. ſignifi. trāquillū ſine nubibꝰ ſine imbre, qꝰ id maxīe tp̄s ſationi aptū ſit. Quandoq; ponitur pro ſicco. Verg. Vnde ſerenas. Ventus agat nubes.

¶Sereno as. clarifico, tranquillo. Vergi. Vultu quo cœlum tempeſtateſq; ſerenat.

¶Sereſco is. ſiccꝰ fio, q̄ſi ſereneſco, & ſerenꝰ fio qm̄ ſerenitas ſicca ē Lucil. Deniq; fluctiuago ſuſpēſę littorre veſtes Vueſcūt, tādē cādēt ſole ſereſcūt Aliqñ Sereſcere ē ī ſuccū abire. Pli. li. xj. Oē āt lac igne ſpiſſaē, frigore ſereſcit. ¶Scriphꝰ, īſula ī ęgęo mari vna ex cycladibus vt Stra. li. x. ſcribit. a qua fit adiectiuū Seriphiꝰ a, ū, vt ē illud Themiſtoclis. Neq; vel tu ſi athenieſis eſſes clarus extitiſſes, aut ego ſi ſeriphius, eſſem ignobilis. Cc.

¶Serpo is, pſi, tū, ſignifi. repo & qñq; q̄ſi ī modū ſerpētis circuo, paulati decurro. Hie. Cū leni iuxta murmure ſerperet riuꝰ. Hic ꝯponūē īſerpo, īterſerpo Clau. li. j. Et raucū bibulis īſerpe murmur arenis. Proſerpo porro ſerpo. Pli. Hęc hęrba niſi ſata ſit mire ꝓſerpit Hic ꝓſerpia

¶Serpēs mō participiū, mō nomē, tam maſ. q̄ fœ. ge. & generale eſt ad omnia que ſerpunt citra vſum pedum, a ſerpēdo dictū. Hinc ſerpentinus, a, ū, vt vox ſerpētina.

¶Serpula a veteribꝰ dicebaē quā nos ſerpētē dicimus.

¶Serpilꝰ, hęrba ꝑuoꝝ folioꝝ capillis ꝑ terrā ſerpētibꝰ a quibus nomē accepit. Et in gręco aſpirationem habet ἕρπυλλον λέγουσι ὅτι ἕρπωτὸ ἕπλζω. ✣ Id eſt Serpillū dicūt qꝛ ἕρπω eſt ſerpto. In multis em̄ nominibꝰ quę in gręco



aſpirationem habēt pro aſpiratione. ſ. ponitur, vt ἕξ ſex hepta ſeptem, herpillum, ſerpillum.

Serperaſtra vocāt inſtrumenta quæ geniculis puerorum alligatur, vt cum his deprauata corrigant crura a ſerpendo dicta. ſerpūt enim magis pueri q̄ gradiantur.

¶Seruo as. libero. Ver. Seruatū ex vndis ſtrophadū me littora primū Accipiūt. Item cuſtodio tueor, vt Dij patrij ſeruate domū, ſeruate nepotē. Itē ſollicite ac diligēter obſeruo. Pla. in Aſi. Tuꝰ ſeruꝰ ſeruet Veneri ne eas detan viro. Itē inhabito poſſideo. Verg. li. iiij. Geor. Cētū q̄ ſyluas, cētū q̄ flumina ſeruāt. Itē Teneo Idē lib. vij. Curuā ſeruās ſub imagine falcē. Hic cōpoſita ſunt aſſeruo. Plau. in Cap. Aſſeruate iſtū ſultis ſerui, ego ibo vt cōueniā ſenē Cōſeruo. Cic. lib. ij. offi. Res familiaris quęri debet his rebꝰ a quibꝰ abeſt turpitudo. Cōſeruari autem diligētia & parſimonia. Obſeruo. Præſeruo, & reſeruo.

¶Seruꝰ. dictꝰ a ſeruo as. Au. lib. xix. de ciui. dei. Origo vocabuli ſeruoꝝ inde credīē ducta & ij qui iure belli poſſent occidi a victoribꝰ cōſeruabāē & ſerui fiebāt, a ſeruādo appellati. Et eſt ſeruſu qui dño alieno contra naturā iuris inſtitutionis ſubijciē. Huiꝰ diminutiuū eſt ſeruulus Compoſitum conſeruus, qui in ſeruitute pariter eſt, hoc eſt, qui eiuſdem domini ſeruus eſt.

¶Seruio is. iui. itū. ꝓprie ad ſeruos ptinet. Eſt eī ſeruire in ſeruitute eē. Interdū parcere, ſeruare. Ter. Rus habitatū abij cōcedēs vobis, & rei ſeruiēs. Huiꝰ ꝯpoſita ſūt Aſſeruio. Cic. li. ij. Tuſ. Toto corpe cōtētioni vocis aſſeruiūt. Deſeruio, Inſeruio qd̄ eſt obſequor & q̄ſi officiū ſeruiētis alicui p̄ſto, ſiue in rebꝰ & negotijs alicuiꝰ ſtudioſus ſum. Cic. li. i. offi. A quo plurimū ſperāt etiā ſi ille his nō neget, tñ ei potiſſimū īſeruiūt. Subſeruio parꝝ vł leuiter ſeruio. Interdū q̄dro, ꝯuenio, eſpōdeo. Ter. Venire me aſſimulabo, tu vt ſubſeruias orationi vbicunq; opus ſit verbis.

¶Seruitus, pen. cor. ipſa ſeruiendi cōditio. Aliquando dominatus dicitur. Teren. in An. Vt ſemper tibi apud me iuxta & clemens fuerit ſeruitus.

Seruitiū, idē qd̄ ſeruitꝰ. Terē. Ego Pāphile hoc tibi ꝓ ſeruitio debeo conari manibꝰ, pedibꝰ, nocteſ & dies capitis periculū abite dū ꝓſim. In plurali vero ſeruitia qñq; ipſi ſerui dicūē. Sal. Interea ſeruitia repudiabat quorum in initio magnæ copiæ ad eum concurrebant.

✣Seruius & ſeruilius cognomina ſunt virorum & prętera Seruillus locus Romæ a conditore ſic vocatus. Cc.

¶Seruile, quod ſeruorum eſt, vel quod ad ſeruos pertinet vt ſeruilis conditio & ſeruile officium.

¶Serapta, ciuitas phœnicię apud quam naſcebatur vinum laudatiſſimum. Vnde Seraptanū vinum. Sidoniꝰ. Quęq; ſeraptano palmite miſſa bibas.

¶Serotum. vide in dictione ſcrotum.

¶Serbonis, palus iuxta mōtē Caſiū. auctor Herodotꝰ.

✣Seſelis hærba eſt quam nonnulli vocant ſile.

¶Seſſio mō ipſum ſedēdi actum ſignifi. modo ipſum ſedile. Cice. Tot locis ſeſſiones gymnaſiorū. i. tot ſedilia.

¶Seſſiles, pe. cor. lactucæ dicuntur quaſi ſedentes.

¶Seſquialtera ꝓportio, eſt q̄ tm̄dē & dimidium habet.

¶Seſquiplū idē quod ſequialterū. quod gręci Hemioliō appellant. verbū aūt Seſqui vt Aug. īterpretatur pro eo qd̄ eſt, ſe abſq; dictū videri pōt. Erat & vſuræ genus ſeſcuplum in iure pontificio dānatū. Quod fit cum daē ſumma aliqua & recipitur ſumma illa cū ſua plica, id eſt medietate, vt diſtin. xlvij. Non licet fœnerari miniſtris altaris vel lucra quæ ſeſcupla dicūtur accipere. Ad Sexcuplū per x dicitur quælibet res, ſexies multiplicata.

¶Seſquipes vnū pedē & ſemis ꝯtinet. Sic ſeſquimēſis vnꝰ mēſis cū dimidia parte alteriꝰ. Var. li. j. de re. ru. Annꝰ eſt diuiſus in q̄tuor ptes totꝰ. Et idē ſubtiliꝰ ī ſeſqmēſe ſocto, ſeqlibra libra vna cum dimidio alteriꝰ. ſeſqhora vna hora cū dimidia. Seſqculeare vas qd̄ ꝯtinet culeū & dimidiū alteriꝰ. Seſqmodiꝰ q ꝯtinet vnū modiū cū dimidia pte alteriꝰ. var. li. j. de re. ru. Vt nuces ītegras q̄s vno modio cōphēdere poſſis qꝰ putamīa ſuo q̄q; hn̄t loco natura cōpoſita, cū eaſdē ſi fregeris vix ſeſqmodio cōcipere poſſis. Seſquiopera. Col. li. ij. Fabæ occāē ſeſqopera.

¶Seſtertius & ſeſtertiū, ꝑ ſ, aū t, quaſi ſemis tertiꝰ eo qꝰ cōtineat in ſe aſſes duos & dimidiatū tertiū. Veteris cōſuctudinis fuit, vt ſemis anteponerēt. vt ſemiſquartus, ſemiſqntꝰ, ſemiſtertiꝰ, quo Seſtertius. Et eſt cōpoſitio Attico more facta. Illa em̄ ἑπτὰ ἥμισυ τάλαντα hoc eſt ſemitalenta dixerūt ſeruantes illud, vt expræſſius numerus ꝓ dimidio caperetur. Apud Romanos ex ęre ſignato cōtinet libras duas ac ſemis vel diſpondiū ac ſemiſſē & per duo ll. & ſ. notabatur, vt apd̄ Cic. in Ver. Valebat q; mille nūnos. vt ex Pli. intelligi licet, q ſcribit Aſiniū Celerē ſeſtertijs octo nullū emiſſe. Qd̄ p̄ciū fuiſſe octo miliū nūmū Macrobius tradit. Et nemo in ordine eq̄ſtri ſedebat ſpectaturꝰ niſi ſeſtertia. xl. milia poſſideret apd̄ eruditos qñq; ſeruaē vt ſeſtertiꝰ maſ. gn̄e vſurpēt ſignificātes minutilā ſūmā, ſeſtertia vero ꝓ maioribꝰ ſūmis vt. cccc. ſeſtertia ꝓ q̄drigentis millibꝰ q̄ ſmma ē ſenſus eq̄ſtris. Eſt ēt ſeſtertiū genꝰ veli triplici lycio texi, vt tertiū filū duobꝰ impar ſit. Sue. in Aug. Ita vt in extremis ſpatijs ſubſultim diſcurreret ſeſtertio vel lodicula īuolutꝰ. huiꝰ dimi. ē ſeſtertiolꝰ vł ſeſtertiolū cū accētu ī añpe.

ʓSeſelis, hęrbę genꝰ qua paſci dicuntur cerue parituręCi. li. de. na. deoꝝ. Paulo añ partū cerue purpurgant ſe quadā hęrbula q̄ ſeſelis dē, hoc eſt Ariſtoleles cōfirmat

ʓ Setta genus arboris naſcentis in heremo ſpinæ albę habēs ſimilitudinē, vnde oīa ligna archæ & tabernaculi facta ſunt, & appelaē ſertim quod lignū imputribile, & leuiſſimū oīm lignoꝝ tam in fortitudine quam in nitore ſoliditatem ſuperat & pulchritudinem.

✣Seſtor erat in oſtij Ponti. Cc.

✣Setania, ſpecies meſpilli arboris q̄ fert fructū grandiorem & candidiorem acinoſque ligno molliori. Cc.

¶Setę, dn̄r pili craſſiores rigidiq; atq; erecti q̄les ſues habent. Vñ ſeorſum ſiue ſetigerū aīal vocaē. Et a ſue dictæ ſunt ſetę quaſi ſuetę, a quo & ſuo is, deducitur.

✣Setuoſum a veteribꝰ dicebatur obſcurū. Liu. Setuoſe abs te datur qꝰ cōſecuta ſapiens ęgre contulit.

ʓSetanū, frumēti genꝰ quod & trimeſtre diciē qꝰ inopię ſubſidio inuentū. Plin. & Col. prædicant, ſed & meſpili quoddā faſtigium vocant ſetanum.

ʓSetoſus, ſa, um, quod eſt ſetis plenum, vt ſetoſum, ſeu ſetigerum animal.

✣Setia vrbs campanię, a qua ſetinum vinū. Mart. Pendula pontinos quæ ſpectat ſetina campos. Exigua vetulos miſit ab vrbe cados.

✣Seuerꝰ, a, ū, pe. ꝓ. quaſi ſecꝰ. i. iuxta verū vł dē a ſęuꝰ detracta a & prima ſyllaba correpta. Et mō poniē ꝓ graui & cēſorio. ver. Romulidis Tatioq; ſeni curibuſq; ſeueris. Mō ꝓ crudeli & aſpero. Idē. Qui tetricę horrētis rupes mōtēq; ſeuerū. Modo pro triſti vitabili. Idē inuidia infœlix furias amnēq; ſeuerū. Hic Aſſeuero & pſeuero.

¶Seueritas, grauitas, q̄ eſt pars iuſtitiæ qua iudex nihil oīno de ſupplicio remittit, neq; a vero diſcedit, adeo vt videaē miſericordiæ cōtraria. Vñ & ꝓ crudelitate & quadā naturæ toruitate ponitur. q̄ & Seueritudo diciē. Plau. Quid illud eſt qꝰ illi caperatur frons ſeueritudine?

✣Seueriana ſpecies ſūt pyrorum ab inſitore Seuero (vt opinor) dicta. Cc.

✣Seuū, pīguedo ex q̄ fiūt candelę. Pli. li. iiij. Seuum ex omēto pecudis Serenꝰ. parua ſabucꝰ ineſt hircino collita ſeuo. Et ē cornigeroꝝ dūtaxat, q̄ ī vna pte dētata ſūt & q̄ ī pedibꝰ talos hn̄t. Biſſulca vero & q̄ pedes ſciſſos ī digitos hn̄t, & carēt cornibꝰ, nō ſeuū, ſed adipē hn̄t, q ꝯcretꝰ ē, & cū refrixit facile frāgiē, ſemꝑq; ē ī fine carnis in ſenſu, quia nec arterias habet nec venas. Cōtra pīgue īter carnē cutēq; ē ſucco liquidū, qd̄ etiā ī aliquibꝰ ſine ſenſu eē manifeſtū ē. Vñ ſues viuētes a muribꝰ tradūt roſas. Inde pingue in ſue laridū diciē. Hic ſeuoſus a, um. quod inſtar ſeui vngit. Legiē tñ & Sepū, a quo ſeuo as,

ſeu ſepo as.qđ ē ſeuū īpono, ſeu cādelas ſeuo facio. Col. lib. ij. Ferijs aūt ritꝰ maioꝝ etiā illā ꝑmittit, far pinſere, faces incidere candelas ſeuare. ſeu vt quidam legunt ſebare, aut ſepare,

¶Seuoco as. pe. cor. ſeorſū ſeu in alterā partē voco duco ve. Cic. lib. ij. phil. Et ob eiꝰ conſilij ſocietatē cum interficeretur Cæſar tum te a Trebonio vidimꝰ ſeuocari.

✠Sex, numerale nomē a gręcis dictū aſpiratiōe in ſ. verſa. Illi eī ἕξ dicūt, ex quo ſextꝰ ta, tū. Aduerbium ſexies, & ſexaginta, & ſexenti tę, ta. & ſexagenus a, um. Cc.

¶Sextans, ſexta pars aſſis, hoc eſt duę vnciæ.

¶Sextarius dicitur ꝙ ſit ſexta pars congij, quæ menſura apud antiquos tam liquidis quā aridis ſeruiebat. Cic. lib. ij. offi. Si emere ſextarium aquæ mina cogeretur.

¶Sextula ſexta pars vnciæ.

℥Sextus philoſophus cheronenſis Plutarchi nepos qui doctor fuit Mar. Antonini imperatoris, de quo Iul. cap. Audiuit & ſextum philoſophum, cheronenſem.

℥Sexꝰ maſ. gn̄is, & hoc ſexus ſexi, ſcd̄m Priſ. Plau. ī ru. Virile ſexꝰ nū̄q habui vllū. var. li. j. de anal. Sexꝰ vtrūq; virile an muliebre, an neutrū ſit, dici pōt habitꝰ vl' natura, ab ἕξω futu. īdicati. qđ habebo, aſpiratiōe ī ſ. mutata.

## S ANTE I

SIlō, inſulā indiæ eſſe docet Auguſt. lib. xxii. de ciui. dei. Quæ ex eo cęteris terris refertur ꝙ omnis arbor que in ea gignitur nunꝙ̄ foliis nudatur.

¶Si, ꝯiūctio qn̄q; adiūctiua, vt ſi venias faciā. qn̄q; cauſalis vt eris doctꝰ ſi legas. Qn̄q; ap ꝓbatiua, vt ſi cōceſſa peto. Et ſi q̄ ē celo pietas. Ser. ibi ſi exponit ꝓ ſiquidē. Et tūc iūgit indicatiuo. Nā ſubiūctiuo ꝯiūcta abnegatiua eſt, vt facerē ſi poſſē. ponit interdū pro vtinā. Ver. li. vi. Si nūc ſe nobis ille aureꝰ arbore ramꝰ. Oſtēdat. Interdū ꝓ Poſtꝙ̄. Ter. ī phor. Herꝰ ſi redierit molēdū vſq; in priſtino. Qn̄q; ꝓ nō. Hie. ī li. nu. Quibꝰ iratꝰ dn̄s iurauit dicēs, Si videbūt hoīes iſti q aſcenderūt ex egypto terrā &c. Nōnūꝙ̄ ꝓ quia ſeu ſiqdē. Eſt eī ꝯfimātis. Plau. in Am. Si ſimilē rē ipſe in legē iuſſit eſſe Iuppiter. Ver. li. j. Geor. Veſtro ſi munere tellꝰ Chaoniā pīgui glādē mutauit ariſta. Eiꝰ ꝯpoſita Siqd, ſiue. oſi, etſi, & ſiquis.

✠Siambis, inſula eſt in oceano Britamnico. Cc.

¶Si eſt vt admiſerit, i. ſi admiſit. apud Teren.

¶Sibaris oppidū antiqſſimū ab vrbe. xij. millibus paſ. diſtās. Aliđ eſt oppidū Calabriæ qđ trecēta miliū millia cōtra Crotoniatas armauit. Cuiꝰ ppl'i Sibaritæ dicti ſūt diuitijs & luxuria ītēperātes, quia crotoniatis turpiter victi fuere. Vn̄ apđ idoneos auctores ſibaris ꝓ mollicie capit, ꝙ. ſi oīm moliſſimi & delicatiſſimi fuerūt ſibaritę. Ex quo vice ꝓuerbij ſibaritice & ſibarice deliciæ dn̄r, & ſibaritici ludi cū modū excedūt, ſibaritici libelli laſciui i ꝓbi petulātes. A ſibaris ēt fit ſibaritanꝰ a. ū Scribit a nō nullis ꝑ y. ꝑ ſilō. Fuit & hoc noīe fluuiꝰ ī Calabria & iuuenis apđ Hora. Lydia dic ꝑ oēs te deos oro. Sibari cur ꝓperes amādo ꝑdere. ¶Sibillꝰ pe. cor. in ſingulari gn̄is maſc. In plurali maſ. & neu. Hie. ī li. Iudi. Quare habitas īter duos termīos vt audias ſibilos gregū. Idē ꝯtra Ioui. Hec ſibila ſerpētis ātiq. Luca. li. ix. Cerberꝰ orphęo leniuit ſibila cātu. Eſt āt ſibilꝰ q fit ore, vt eq, bouis & huiuſmōi ſi ad bibēdū ducāt. Co. li. j. Sibiloq; allectari quo libētiꝰ bibāt. Qđ tn̄ & de vēto & hmōi dr̄. Ver. in Buc. Nā neq; me tm̄ veniētis ſibilꝰ hauſtri. Nec pcuſſa iuuāt fluctu tā littora, nec q̄ Saxoſas īter decurrūt flumīa valles

¶Sibilo, ſibilū facio. Hier. ꝑ trāſlationē ad Cteſi. Qđ ꝑ os eoꝝ ītolerabilē diabolꝰ ſibilet blaſphemiā. Huiꝰ cōpoſita ſūt Aſſibilo, qđ ē iuxta ſeu retro ſibilo. Claud. li. ij. Gorgoneiſq; ꝑmēs aſſibilat hidri. Exibilo extra vl' valde ſibilo aut tumultuari ſibilatiōe eijcio Cic. ī parado. Hiſtrio ſi paululū ſe moueat extra nūeꝝ aut ſi verſꝰ ꝓnūciatꝰ vna ſyllaba breuior aut lōgior, exibilat & exploditur.

¶Sibylla, cū y añ geminū ll, puella dr̄ cuiꝰ pectꝰ nō decipit & q̄ vaticinat. Lact. & Var. teſtāt. Et a conſiliis deorum nūciādis veteres hoc nomen impoſuerūt, Aeoles eñ σιοὺσ deos dicūt βουλὰ ſentētia ſeu cōſiliū dr̄. Ergo ſibyllas quaſi ſibullas. i. quę dei eſntentias dixerūt. Hie. contra Ioui. Quod ſi Aeolici ſermonis gn̄e ſibylla θεοβουλὴ appelatur recte cōciliū dei ſola ſcribit noſſe virginitas. Sibyllas decē fuiſſe ſcripſit Varro. Prima fuit Perſica. Scđa Lybica, Tertia Delphica. Quarta cumea in Italia. Quinta Erythrea. Sexta Samia. Septima Cumana Amalthea nomine. Octaua Heleſpōtia. Nona Phrygia. Decima Tyburtina nomine Albunea. Suidas autē plura ſcribit de ipſis & alio modo, ſed quoniā Suidę nr̄i mēſio facta eſt codices īpreſſi ſunt emendandi vbi eſt maximus error. nā dr̄ σίβυλλα ῥόμαϊκη λέξις ἐσὶν ἑρμηνευομένη προφήτις ἤγουν μάντις. ✠. i. Sibylla Romua dictio eſt interpretata propheta & vates, immo debet dicere σίβυλλα ῥόμαϊκης λέξισ οὐκ ἐσί. ✠. i. Sibylla Romana dictio nō eſt. σιὸς enī Aeolice dr̄ deꝰ βουλη cōſiliū, quoniā ſcit deorū ſecreta. Sibur veteres vocabant callidum & cautum.

¶Sic aduerbiū affirmantis, vt feciſti ne hoc? Sic qn̄q; ſimilitudinis. Verg. Nō ſic aggeribus ruptis cū ſpumeꝰ amnis fixit. Qn̄q; optādi, idē. Sic pater ille deū faciat, ſic magnꝰ Apollo. Eſt & cōiuctio illatiua. Cic. Sic tot ſimul virtutes cōtinētię grauitatis iuſtitię fidei defecerunt. i. igr̄. Nōnūꝙ̄ capit ꝓ valde. Apul. Nec ego rebar ſic multorū id opꝰ dieꝝ eſſe. Frequētiꝰ tn̄ in hoc ſenſu cōpoſitū ſicq; reperit. Duplicat etiā maioris expręſſionis cauſa. Verg. Sic ſic iuuat ire per vmbras. Fit aūt ſic a ſi.

¶Siccine, aduerbiū interrogātis eſt. Plau. Siccine tu illam? ſiccine nos habes ludibrio omnes?

¶Sicut & ſicuti aduerbia ſimilitudīs ſunt. Interdū tn̄ nō res ſimiles, ſed diuerſas & plane ꝯtrarias denotant. qui. Sed eloquēdi ꝑcepta ſicuti cognitiōi ſūt neceſſaria ita n̄ ſatis ad vī dicēdi valēt niſi illis qđā facilitas q̄ apđ gręcos lexis noīatur acceſſerit. Habet ēt venuſtatē atq; vtilitatē magnā quoties antecedētē ſētētiā annectit cū ſeqnēti. Pl. Ferūt Craſſū auū Craſſi ī ptis interēpti nūꝙ̄ riſiſſe, ob id Agelaſtū vocatum ſicut nec fleuiſſe multos

¶Sicubi, pe. cor. ſi alicubi. Hiero. in prologo Ioſue. Et ſicubi in antiquorū voluminibus lectione dubitauerint hoc illis conferentes inueniant quod requirant.

¶Sicunde aduerbium, ſignificat ex aliquo loco.

¶Sica, genus gladij breuioris quaſi ſeca a ſecando.

¶Sicarius, quaſi ſica. i. glodio hominē interficit. Per abuſionē dicitnr qui cædē telo quocunque commiſerit.

¶Siccus, ca, cum, per duplex, cc, quod eſt aridū & ſine humore. Verg. Summa petit ſcopuli ſiccaq; ī rupe recedit. Per trāſlationē ponitur ꝓ exercito, quaſi nimio labore exhauſto. Plaut. Sic ſiccū frugi cōtinentē amātem vxoris maīe. ℥Itē pro cōtinēte ſobrio, cuius cōtrariū eſt madidum quod ſignificat ebrium.

¶Siccitas & ſiccitudo. Col. li. ij. Si vero torpor celi ſiccitaſq; regionis ſuadebit februario ſtatim ꝓſcindēdi ſnnt.

¶Sicco as, tā in paſſiua q̄ in actiua ſignificatiōe reperit Lactili. vij. Flumīa & ſtagna ſiccauerit. i. ſicca facta fuerint. Cal. lib. ij. Si humidus erit abundātia vliginis ante ſiccetur foſſis. Huiꝰ cōpoſita ſunt aſſico quod eſt valde ſicco. Idē in eodē. Ba cū ſpicas ederit priuſꝙ̄ ſemīa hyētęſtibus manu carpunt & ſuſpēſa in ſole cū aſſicanerint recōdunt atq; ita repoſita perennāt æuo diutiꝰ q̄ cętera. Abſicco. Idē. lib. j. Plnrimū refert nō abſiccato ſucco fimnm vires continere, & aſſiduo macerari liquore. Deſicco valde ſicco. Exſicco extra ſicco euacuo.

¶Siccеſco is, a ſicceo, es. Pli. li. xviij. Aquilonē ꝑnunciat terra ſicceſcēs, ſed roreſcēs repente hauſtū īmiſcet in rore occulto. Col. li. vlti. Fœnū græcum vetere vino macerato, deinde in ſole exponito, aut in furno, vt ſiceſcat. Hinc Aſſicceſco. Idem ibi. In muria luere oportet & expreſſos in cratibus pandere dum aſſicceſcant.

¶Siccaneus a, um, quod eſt naturaliter ſiccū. Col. li. ij. Eius prati animaduertimꝰ duo gn̄a quorum alterum eſt ſiccaneum alterum riguum.

¶Sicera p. co. nūcupat oīs portio apđ hebrę. q̄ iebriare poteſt, vt ſcribit Hier. ad nepo. ſiue illa q̄ frumēto conficitur. ſiue pomorū ſucco aut faui decoquūtur in dulcē & barbarā potionē, aut palmarū fructus exprimunt in liquorem toſtis pro frugibus aqua pinguior coloratur.

¶Sicambri populi germanie Menapijs finitimi ad vrā q; rheni ripam habitātes. Hi crines natura flauos hn̄t quos creſcere ſinūt & artificio quodā ītorquēt. Mar. li. j. Crinibꝰ in nodū tortis venere ſicābri. qdā cū y ſcribūt.

¶Sicani populi Hiſpani a fluuio Sicare dicti. De quo Luc. Heſperios inter ſicaris non vltimꝰ annis. hi duce ſiculo excluſis ab originibus Italiā tenuerunt ipſiq; poſtea ab ipſis pulſi quos ante pepulerāt inſulā vicinā Italię occupauerūt & eā ſicaniā a ſuo nomine nūcupauerūt Huiꝰ dictionis ſyllaba ca, indiferēter ponit. Ver. li. iij. Sicano ꝑtenta ſinu iacet inſula cōtra. Siliꝰ lib. xiij. Sidera eliſeis aderat gens ſicana votis. ℥Sicania dicta eſt inſulę ſicilię quædā pars in finibus agrigentinis. Et amnis in ea ſicanus olim fuit, ſed & inſula quandoq; tota, ſicania dicta eſt a Briarei cyclopis filio ſicano, vel a ſicanis populis, qui primi eam inſulā incoluiſſe feruntur, qui tamen non ſunt indigenæ, ſed Hiſpani, ſicilia vero a ducis nomine vt inquit Seruius.

¶Sicaris pe. cor. nomen eſt fluuij in Hiſpania, a quo ſicani populi dicti ſunt.

¶Sicyonia inſula eſt in mari ęgęo ex oppoſito ad Epidaurū. Alta quidē & imminēs vt refert. Pli. Eſt & Sicyonia ſeu ſicyon vrbs in Achaia nō ꝓcul a Coritho, in qua primꝰ regnaſſe fertur Aegeſilaus, q̄ nūc Clarētia dr̄. ſicone fuiſſe officinarū omniū metalorum patriā. Plin. ſcribit. In ea etiā. Cicerone teſte, molles & muliebres calcei cōfici ſolebāt. Vn̄ ſicyonia calciamēta dicta ſant. Lucil. Et pedibus læua ſicyonia demit honeſta.

¶Sichem, filius Chanaan qui ciuitatem ſui nominis ædificauit in phœnice quæ ſidon a græcis appellata eſt.

¶Sicilia, Italiæ inſula a ſiculo Neptuni filio dicta. Vel ſicilia quaſi ſicelita, hoc ē execta, Na olī agro Brutio annexa mox īterfuſo mari ſiculo auulſa Ob hoc græci rhegio nomē dedere quaſi auulſo. Vn̄ Ver. li. iij. hęc loca vi quōdā & vaſta cōuulſa ruina (Tātū æui lōginqua valet mutare vetuſtas) Diſſiluiſſe ferunt cū protinus vtraq; tellus vna foret. Eā Gręci ſiciliā dixerūt. Olim Trinacria appellata eſt ꝙ tria acra hoc ē tria cacumīa habeat. Nā tribꝰ ꝓmōtorijs in diuerſa ꝓcurrit. Vl' triquetra ꝙ triāguli figurā habeat huiuſmodi. v. Triquetram eñ figurā triāgularē dixerūt. Quoꝝ vnꝰ triāgulꝰ q ī meridiē vergit Pachynus dr̄. Alter pelorꝰ q ad ſeptentrionalē ſpectat & ab Italia millę quingētis paſſibꝰ diſtat. Tertiꝰ Lilybœꝰ q Carthaginē maxīe ſpectare videt, & ab Affricę littoribꝰ, cxx. millibꝰ paſſuū diſtarē ꝓdidert. Hęc ab oriēte & occidēte ſeptētrioneq; tyrrheno mari, a meridie aphrico aluit. Patet in lōgitudīe a peloro vſq; Pachynū millia pa. clxxxvij. in latitudine. cxxxix. Sicania ꝑterea dicta eſt a ſicanis Hiſpaniæ ppl'is q̄ duce ſicano primū ī Italiā veniſſe ferūt. Hęc a pricipio, vt Iuſ. ſcribit. Cyclopū patria fuit quibꝰ extinctis Aeolꝰ regnū inſule occupauit. Vn̄ Verg. lib. iij. Ignariq; vię Cyclopū allabimur oris. Et illud Exulat, ętneos vidit cyclopas Vlyſſes. De hac Diod. ſic ſcribit. Sicilia optima inſularū oīm antiqtate rerū cęteras āncellit. In ea ſunt Pāthormꝰ. Cathana Syracuſæ. xj. Olympiade cōditę. Pręterea Meſſana. Eryx. Et Leōtinū Gorgię philoſophi patria. Ibi Arethuſa fons. Eryx & ætna mōtes. ē & ſicilia hęrba a ſiciliēdo dicta quā alio noīe Fœno gręcū vocāt. ꝙ nulliꝰ fere cultꝰ ſit ſed totū ſicilit, hoc ē ſecat. In ea primū ſeminatū ē & comędia primū inuēta eſt. Hic Archimedes natꝰ q ſiderū diſciplinā machinatus eſt. In ea ſpecus Læſtrigonū vbi habitabāt, & Achates lapis inuenitur.

¶Sicilienſes dicuntur qui alibi orti in ſicilia verſantur.

¶Siculi qui e Sicilia ſunt, vel incolę vl' indigenę. Siculū mare anguſtum atq; anceps alterno curſu mō in Tuſcū mō ī Ioniū pelagus influit verticoſū & ſcyllę ac charibdis ſęuitia inclytum.

¶Sicelis idis. forma græca a ſicilia fit. Vergi. Sicelides muſæ paulo maiora canamus.

¶Siciliſſo as. ſicula lingua locor Plautus. Non atticiſſat ſed ſiciliſſat.

¶Sicileo es. ſicilui. vel ſicilio is. iui. itū. Sicilire eſt q̄ male ſecta ſunt ſecare, vt fit cū fœniſeces ꝑterēūt in pratis Pli. li. xviii. prata quoties ſecta ſunt ſicilire oportet. hoc eſt quod fœniſeces ꝑterierūt ſecare. Var. li. i. de re ruſt. Quo pacto ſicilienda prata. i. falcibꝰ cōſectanda quę fœniſecę preterierunt, ac quaſi hęrba tuberoſum reliquerīt campum, a qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum.

¶Sicilicꝰ, ſcrupulos ſex ꝯtinet. dictū ꝙ ſemiuncia ſecet.

¶Sicilices, haſtarum ſpicula lata.

¶Siclus, apud Hebręos dicitur vncia. Apud gręcos latinoſq; quarta Pars vncię eſt, & ſtateris medietas drachmas duas appendens.

¶Sicimina, quidā ita ediſſerūt inquit Hiero. vt ea genꝰ arborū appellare velint. q̄ paleſtine naſcūt in campeſtribus, quæ ſi non vellicentur amariſſimas caryculas faciūt & a culicibus corrumpūtur. nobis autem quia ſolitudo in qua morabatur Amos nullā huiuſmodi gignit arborem magis videtur rubos dicere quia afferant moras & paſtorum famen ac pœnuriam conſolantur.

¶Siciminū, genus veteris ſaltationis quaſi ſiticinium, hoc eſt cantum apud ſitos. Vnde ſiticen qui apud ſitos canere ſolitus eſt hoc eſt vita functos & ſepultos.

℥Sicinius dētatꝰ, ſtrenuꝰ bellator, qui ob ingētē fortitudinē Achilles Romanꝰ appellatꝰ eſt. Is pugnaſſe dicit centū & viginti prælijs. Cicatricē auerſam nullā, aduerſas quinq;, & xl. tuliſſe, Coronis aureis octo donatus Triumphauit cū imperatoribus ſuis triumphos nouem.

¶Sico σῦκον latine ficus dicitur. Significat enim morbū & alio nomine dicitur ſicoſis & mariſca.

℥Sicomorꝰ pe. pro. σῦκον ficus μῶρος fatua arbor peculiaris ęgypti in nilo initis aggeribꝰ ꝑcipue naſcēs, fatua āt dr̄, q̄ſi īfructifera. Gignit enim pilulas albicātes q̄ inſtar olynthoꝝ, hoc eſt groſſorū fici apparēte maturitate decidūt. Dioſco. ſcribit Sicomorū eē arborē & magnā ſimilē arbori ficuū habētē lactis multitudinē. cuiꝰ fructꝰ eſt dulcis ſimilis fructui ficꝰ agreſtis. Grana eiꝰ ſūt minutiora q̄ grana ficꝰ, & nō maturāt niſi rudantur inſtrumento ferreo & naſcitur multū apud rhodū, & in locis vbi abūdat frumentum. Stra. lib. xvij. Ait morum naſci in libya quæ fructum fert qui ſicomorum dicitur.

¶Sidō vrbs phœnicis īſignis cananeoꝝ ad aquilonem reſpiciēs, & poſtea regiōis Iudeę. hāc phœnices vt quidā aiūt cōdidere q terręmotu relicto pr̄io ſolo aſſyriū ſtagnū primo mox mari ꝓximum littꝰ īcolluere, cōdita ibi vrbe quā apiſcū vbertate ſidonia vocauere, eo ꝙ tali nomine piſcē vocēt. Sed deīde poſt multos ānos expugnati ciues ſunt qui nauibꝰ apulſi Tyrō vrbē āno Troianę cladis cōdiderūt Hāc Euſtha. a Sida Beli filia dictā putat, Ioſephꝰ a Sichē filio chanaan q̄ apud hebreos etiā ſichē vocat. Hinc Sidoniꝰ a, um. vt veſtis ſidonia id eſt purpurea, quoniā Sidon in tyro eſt. Et licet do, ſyllabā correptā habeat. Verg. Sidoneaſq; oſtētat opes. Et Idē. Sidonio eſt inuectus equo. Inueniūt tamē qn̄q; ꝓducta, vt apud eūdem Obſtupuit primo aſpectu ſidonia Dido. Sicut in primitiuo. Teucrum memini. ſidona venit.

¶Sidonij, populi ſidonis vrbis. ſidones vero ppl'i thracum prope hebrum quos Plini. Sidones appellat. Sunt & alij Sidones in ſcythia.

¶Sido dis ſedi ſeſſum. Mutat eī ꝑteritū a ſedeo. Eſt aūt ſidere deorſū deſcēdere, ſeu ad ſedēdū firmādū manēdūve ponere. Ver. Sedibꝰ optatis gemīa ſup arbore ſidūt. Huiꝰ cōpoſita ſūt Aſſido. Cōſido. Circūſido Deſido Inſido. Obſido. Perſido qđ ē valde ſeu perfectę ſido ꝑſido. Ver. li. iij. Geor. Turpis oues tētat ſcabies vbi frigidꝰ imber. Altiꝰ ī viuū ꝑſedit & horrida cano Bruma gelu. Subſido, ſubtꝰ cado, deſcēdo. decurro. Ver. li. v. ſubſidūt vna

de timidiſq; ſub axe tonāti ſternit̃ ęquor aquis.i. ſubbla būt̃,Oui.li.ſ.Me.Iā mare littus habet, plenos capit al= ueus amnes,Flumia ſubſidūt colles exire uidētur,Iuſſit & extendi campos ſubſidere valles.i.deſcendere.

¶Sideritis,lapis quē alio nomine Heracleon, alio ma= gnetē vocamus ἀπὸ τοῦ σιδήρου hoc eſt a ferro. Nam a ma gnete trahitur ferrum.

¶Sidus licet qdam gręci eſſe velit ἀπὸ τοῦ σιῶ, quod eſt ſimul & ἰδεῖν videre q; plures ſtellę ſimul ɔſpiciāt. Alij ab συνδεῖν,qđ eſt cōmeo & cōuenio,vt ſit plurium ſtel= larū conuentus,latinū tamē eſſe putatur,& a ſido dedu= ci qđ eſt fixus maneo,q; ſidera iſidant.i.fixa ſtēt.Eſt ei ſidus qđ ad aliquod ſignum cōpluriū ſtellarū cōpoſitū eſt,vt Aries,Taurus,Andromeda,Perſeus,Corona,& quęcunq; variarū genera formarū cōpoſita feruntur in cœlū recepta.Stella vero ſingularis eſt quę nō admixta alijs ſola fertur.Sicapud grecos Aſer & Aſtron diuerſa ſunt.Etaſter ſtella vna. Aſtrō ſignū ſtellis coactū, quod nos ſid⁹ vocam⁹.Q ſiq; tū ſid⁹ ꝑ ſtella ponit̃.Cic.Itaq; neſciunt ſiderū errores.Qui. Qui hęc fulgētū ſiderū ve neranda facies,quæ quadā velut infixa ac cohærentia perpetua ſemel capta ſede collucēt.Alia toto ſparſa cœ lo vagos curſus certis emitiuntur erroribus.

¶Sidereus,a,um,quod ex ſidere eſt , vt ſpendor ſide= reus.Aliqñ ponit̃ pro albo.Mart.Hic vbi ſidereus pro pius videt aſtra coloſſus.Aliqñ pro fulgenti.Verg.Et ſplendidus æthera ſiderea polus.

¶Siderari ē ſidere efflari.Hic ſideratio morbi gen⁹ ꝑtē aliquā corporis,ſæpe pene corp⁹ pcutiētis ſubito atq; exicātis & plerūq; hoīnē enecātis,q; cū repētino quo= dā eueniat ipetu,& e cœlo vi quadā ſideris ꝑuenire pu tatur.Vñ Pli.Sideratio tota e cœlo eſt,Idcirco a ſidere nomē aſſumpſit.Sideratio,etiā dr̃ q; corp⁹ ſtupore quo dā attanitū ſubito cōficiat.nec in humanis tātū corpo ribus ſed in arboribus ac plantis ſideratio eſt qñ vaporū ſiccitate arbores moriunt̃ vt inquit Plin.li.x.Hūc mor bum greci ἀστροβολίαν nonināt a ſideris perſecutione maxime ſaturni & matris coitū ſede virginis,aut gemi= noꝝ lunę ſoliſq; defectu,Sic ſiderati dicūtur,qui ſedere vexāt̃ & ledūt̃.i.q vim & malignitatē alicu⁹ ſideris ſta tutis tēporibus ſentiūt.Pli.Fluuiatiliū ſilurus caniculæ exortu ſiderat̃ & alias fulgore ſopitur.Plau.Sideratus eſt moueri non poteſt.Hinc preſiderari dicitur,cū matu turius hyberna tēpeſtas mouet̃,quaſi ante ſideris tp̃s.

✠Siderion,heracleū,herba ab Hercule.inuenta caule tenui digitorū quatuor altitudine,flore puniceo, folijs= cariādri iuxta amnes & lac⁹ naſcens,& omnia vulnera ferro illata ſanās.Cc. ✠Sideris fluui⁹ eſt Hircanię.Cc.

✠Syderion herba eſt minutiorib⁹ quam fœniculi folijs veſtita ab imo.Cc.

✠Siderepecios gēma ē nigra multis variātib⁹ guttis.cc

¶Siderites,pe.ꝑ,herba q & Aſteriſcū,folio ſimilis ocy mo nigrior tm̃ naſcens in tegulis parietibuſq;.

¶Siſilatores a veteribus decebantur ſibilatores,& Siſi= lare quod nos ſibilare dicimus.

ʒSigalaigenus frumēti q; alio noīe ſiligo dicit̃, Hiero. in Ezechi. Quā nos vitiam interpretati ſumus alij aue nam,alij ſigalam putant.

ʒSigalion ſimulachrum quod harpocrates alio nomine dicit̃ a ſilentio σιγάω grece,& σιγὴ ſilentium.

¶Signū,ꝑprie eſt pua qdā ſignificatio indicās toti⁹ rei qualitatē vt inqt Do.Terē.Nū ei⁹ color pudoris ſignū vſq; indicat/Hic lrāꝝ notę ſigna dñr.Itē notę genitiuę & q pecudib⁹ inurūt̃.Hic.xij.ſigna celēſtia ſigna dñr q in zodiaco ſūt qa notę quorūdā aīaliū ſūt,q ad naturā ſo lis iure referūt̃.ſ.aries,taur⁹,gemini,cācer,leo,virgo,li bra,Scorpi⁹,Sagitari⁹,Capricorn⁹,aquari⁹,Piſces,Itē ſignū,vexilū dr̃ ab effigie aīaliū q i vexillis fieri ɔſueue rūt.Luc.Signa pares aqlas ac pila mināti̇a pilis.Hic añ= ſignan⁹ ſignoꝝ ꝑpugnator qaſi ſignū ɔſtituit̃ i acie.Si gna quoq; dñr ſculp tilia ſiue fuſilia ad effigiē aīaliū fabri

cata,queādmodū tabulæ opa pictoꝝ.Vñ ſigna & tabu= las dicim⁹ ꝑ cęlatis opib⁹atq; depictis ſiqdē i tabulis an tiq pigebāt nō i parietib⁹.Tobulæ igit̃ picturæ ſunt,ſi= gna vero ſtatuę.Vñ apđ Sal.Signa & tabulas pictas,va ſa cælata mirari,ea priuati & publice rapere,delubra ſpo liare.Hic ſit iſignis.In figuris āt,vt Aug.li.de ętitate aīæ ſcribit ſignū dr̃ ſi pricipiū lineæ ē,aut ēt finis,vl̃ cū oīno aliqd notat q; ſine ptib⁹ itelligēdū ſit,nec tū obti neat figuræ mediū.Pūctū cum mediū tenet figuræ.Eſt igit̃ ſignū nota ſine partib⁹,pūctū nota mediū figurę te nēs.Ita fit vt oē pūctū ēt ſignū ſit nō āt oē ſignū pūctū videat̃.ʒSignū etiam miraculū,iſolitū,ꝓdigiū dr̃,quod cū præſentatur mirū eſt & in futuro aliquid præmōſtrat

¶Sigillum diminutiuum,id eſt paruum ſignum,prout ſignum ſtatuam ſignificat.

¶Sigillatim aduerbium ſignificat per ſingulos.

¶Sigillo as.ſignum imprimo . Hinc ſigillatę dicuntur literæ id eſt clauſæ & anulo impreſſæ,Propter quod ve teres ſigillare pro claudere vſurpabant.Var.Contra lex nimis impia eſt ne filij patribus luci ſigillent oculos.

¶Sigillaria opera.ſunt paruæ imagines fictilib⁹ deſcri= ptæ dictæ a ſigillis.i.paruis ſignis.

¶Sigillaria,vic⁹ erat vbi ſigilla vēdebāt.Ge.li.v.Apđ ſigillaria forte i libraria ego & L.paul⁹ poeta ɔſederam⁹

ʒSignifex,qui facit ſigna,hoc eſt ſtatuas , Apule.lib.ij. Egregius ille ſignifex.

¶Signifer.qui ſigna fert,hoc eſt vexillifer . Et ſignifer dicitur circulus in quo,xij.ſigna ſunt ,qui græce zodia= cus appelatur ab effigiæ animalium quę in eo ſunt.

¶Signo as.ſignum ſprimo.Ver.Et ſomno veſtigia pul uere ſignēt,Vñ ſignare epiſtolā dicim⁹,anulo ſignū ipri mere.Cui⁹ cōtrariū eſt Reſigno qđ eſt deleto ſigno ape rio.Sic ſignatā pecuniam dicim⁹,Hiero . Habitacula in quib⁹ ſcabræ etiā icudes & mallei quib⁹ pecunia ſignat̃ viſebantur.Sic ſignata pecora.q ſignis notata ſunt,& q notā inuſtā habēt.Iterdū ſignare ſignificat oſtēdere,indi care a ſigno.Plau.in Ciſ. Cui hæc excidit ciſtella ſ recte eccū locus ſignat,vbi ea excidit.Idē. Hic meretricēdę perit,ſigna tū ſe eā nō amare.Interdū ſcribere.Col.li.j. Huc pertinet pclara nr̃i poetæ ſentētia Laudato ingen tia rura,exiguum colito.Qđ vir erudiſſimus(vt mea fert opinio)traditum verus ꝑceptū nūeris ſignauit.Vñ & ſubſignare ſubſcribere dicimus . Et ſignare deſignare. Verg.li.ij.Geor. Quietiā cœli regionē i cortice ſignāt Hu⁹ cōpoſita ſūt Aſſigno qđ eſt attribuo,do . Cic.li.j. ad Hæren.Sed ſi quo tardius hæc quā ſtudes abſoluet̃, tū rerū magnitudini:tū occupationib⁹ aſſignare debetis Lact.lib.iij. Exiſtimauit oportere etiā mulieres milita re,& ɔſilijs publicis intereſſe,& magiſtrat⁹ gerere & im peria ſucipere,ita his arma & equos aſſignauit.i.dedit. Cōſigno,ſigillo.Plau.in Cur. Eamus intro nūc vt tabel las conſignem⁹.Lactā.lib. De ira dei,ꝑ mandare vſur= pauit. Cū hæc etiā ſcriptis ad ęternā memoriā cōſigna= ret.Circūſigno,Col.li.iij.In his deīne obſeruato gēmā, q bene apparebit certāq; ſpeciē gēmis habebit,eam vn deci digitis quadratis circūſignato. Deſīno exigno,per fecte ſigno noto ve.Liui.lib.j.Eiq; ſacra omnia excripta exignataq; attribuit quibus oſtijs,quibus diebus,ad quę templa ſacra fierent.Obſigno,Reſigno,& Subſigno.

¶Significo as.ſignū facio ſiue ꝑ ſigna notū facio,demō ſtro.Ci.Heu q ſignificatio doloris.Hic ɔſignifico Apu. Ea furoris ɔſignificatiōe pterriti oēs.Et verbalia Signi ficator ſignificatrix & ſignificatio & ſignificatiua. Itē ad= uerbia ſignificāter & ſignificāti⁹.i.expſſe & expſſ⁹.Cc.

¶Signatores,dicebātur,qui aut teſtamētis aut cauſis ſe ſe ſubſignabant.Sal. Multis modis mala facinora doce= bat,ex illis teſtes ſignatoreſque falſos commodare,fidē, fortunas,pericula vilia habere.

¶Signatori⁹ a,ū,qđ ſignat,ſeu quo ad ſignandum vti= mur.vt ſignatori⁹ annul⁹.Val.Ma.Vt ānulo quo ſigna torio vtebāt̃,Paul⁹ Iuriſconſultus, Annulus ſignatori⁹



ornamenti appellatione nō cōtinetur.

¶Signaculū,proprie eſt ſignum alicui rei impreſſum vt lateat quouſque reſeret̃.

✠Signatus,a,um,pro inſigni aliqñ captum a veterib⁹ legitur.Vnde ſignatā virginē dicebant, quaſi iſignem virginitate.Plaut.Negat ſe puelam ſignatam domum reuerſuram.Cc.

¶Signio is, iui,itū,ſigno aliquo noto,a quo fit compo ſitum inſignio.Vnde inſignitus.

¶Signinum opus,quod fractis teſtis addita calce confi= ciebatur.Colu.li.j.Cuius ſolū terrenum priuſq; cōſterna tur pfoſſum & amurea recēti madefactum velut ſigninū opus pilis condenſatur.

¶Signia vrbs campanię in Lepino monte poſita.Col. Quo marrucini,quę ſigna monte Lepino.

¶Sigeū,Troię promontoriū appellatū eſt propter her culis taciturnitatē.Hic eīm quia prohibit⁹ hoſpitio fue= rat,ſimulauit abceſſum,moxq; ꝑ ſilentiū aduerſ⁹ Troiā veniēs eā cœpit σιγῇ eīn ſilētiū facere greci dicūt.tū ɔ= tra Suidas aliter iquit dicit eīm σίγειον πόλις τῆς τρῳάδος ἀπὸ ταύτης σιγῆς καὶ σίγειον ἀκρωτήριον. ✠. Sigeum,vrbs Troadis.ab hac ſigæus & ſigeum promontorium.

¶Sigma,atis,inſula exculta quæ ſex caperet ɔuiuas in ſimilitudinē elementi grǽcanici.Vñ forte & nomē acce pit queādmodū zeta ſiue zetula az literæ figura.Lāpri= di⁹ dehelioga,primus inuenit ſigma in terras ſternere. idem.Vt de croco ſigma ſtatuerit cum ſummos viros vocaret ad prandium.

¶Sileo,es lui,ſignificat taceo,quis iterſe differat q; ſi= lere dicatur qui nodū cœpit loqui.Tacere qui iā cœpit. Si hęc differētia vera eſt q ponit Ser.falſi ſūt q dicūt ſi= lere factitiū verbum eē,ab ſ.litera q ſilentij nota eſt qñ in ludis literarijs publiciſq; cōuetib⁹ dū volūt ſilētiū in dicere,literā qſi ſibilādo pronūciāt.Hic fit ɔpoſitum cōſileo. ¶Sileſco tacit⁹ ſio.Terē.i adel.Quid ego nunc agā niſi dū hę ſileſcūt turbæ,iterea i āgulū aliquo abeā.

¶Silētiū,taciturnitas Vnde ſilētiū noctis pro intempe ſta nocte ponitur,quā alij cōcubiū,alij cōticiniū vocāt

¶Silentia,dicuntur loca in quibus ſiletur.

ʒSilentiarij,dicti ſunt,qui honeſtati ſūt ab imperatore, Accu.dicit ſilētiarios quos vulgo ſecretarios appellam⁹

¶Silenus Bacchi nutricius fuit.

¶Silanius mons Hybernię inſulę altiſſimus, a Silanio rege in vertice eius ſepulto dictus.

¶Siler gñis ne.arbor quā vulgo ſalicē vocāt. Ver.li.ij. Geor.Nāq; alię nullis hoīnū cogētib⁹ ipſę ſpōte ſua ve niūt cāpoſq; & flumina late.Curua tenent, vt molle ſiler lēteq; geneſte,ſiler gñis maſcu.fluuius pincētinorū iux= ta ſalernū decurrens,q & ſelirus dr̃.Lu.lib.ij.Radenſq; ſalerni tecta ſiler.Hic lucaniā diuidit a pincētinis cam= panorū cuius aqua virgulta induteſcunt, vt inqt Sylius.

¶Silerus pe.cor.fluuius de quo modo.Sylius lib. viij. Nunc ſilerus quo neutrit aquis.

¶Sile,herba quā alio nomine Seſelim vocāt , cui⁹ vel radice vel ſemie vinū condiebāt,qđ aſi meridiē ſumere mos erat ꝑpterea ſilatum antiqui dixere quod nunc iē= taculum dicimus. ¶Sil,ſilis,idē quod cęruleū,vt eſt a= pud Plin.li.xxxv. Auſon.Sit ne peregrini vox nois an latij ſil. ¶Silus, naſus ſurſum verſum adunc⁹. Vñ Ga leę quoq; a ſimilitudine ſilę appellatę ſunt queādmodū ſimus vocatur qui preſſis eſt naribus.

¶Silis,amnis venetiæ primus in ſtagnū cadēs vbi nūc habēt ſuburbanę venetiaꝝ iſulę Maurianū Torcelliūq;.

¶Silli per duplex ll,Nā apđ grecos σίλλοι ſcribitur pro dicacitatibus & ſalib⁹.Vñ Gel.refert timonē quendam ſcripſiſſe librum maledicentiſſimū qui ſillo inſcribitur.

¶Silo.onis qui preeminentia habet ſupercilia a ſileno quem Hirſutis ſuperſilijs fuiſſe tradunt.

¶Silicia,ſiue ſilucula,hærba quæ alio nomine dicitur fœnū græcum & Telis a Dioſcoride vocatur.

¶Silex ma.gñis lapis dur⁹ exquo ignis excuti ſolet di=

ct⁹ q; de eo ignis ſaliat,vel q ſilētē intra ſe ignē habeat q atritu aut pcuſſu excitet̃.Ver li.Aene.vj.fœ.gñe vſ⁹ ē Stabat acuta ſilex ꝑ ciſis vndiq; ſaxis.Ouid.lib.vij.Me. Aut vbi terrena ſilices fornaces ſoluti.Hunc lapidem ni taturi ꝑ Ioue tenebāt dicentes.Si ſciens fallo qui me de= ſpicit ſalua vrbe arceq; is me eijciat vti hūc ego lapidē.

¶Siliceus a,um,quod ex ſilice.

✠Silenicium,corymbi genus eſt cuius minor eſt acinus & ſparcior racemus.Cc.

¶Silicatus a,um,quod eſt ex ſilice factum , vnde ſtratę viæ dicuntur ſilicatæ.

¶Spiceus a um quod ex ſpicis eſt. Tibul. Flaua Ceres tibi ſit noſtro de iure corona. Spicea.

¶Spicilegiũ collectio ſpinarũ. Var. Ad corbẽ meſſe facta ſpicilegiũ venire oportet, aut domi legere ſtipulam.

¶Spico as, ſpicas emitto. Plin. li. xviij. Grana in ſtipula crinito textu ſpirantur. Vñ inſpico as, pen. pro quod eſt ad ſpicarũ ſimilitudinẽ incido vel fodio. Hic ſpicatꝰ ta, tũ qđ habet ſpicas. Idẽ li. xxj. Aliud rurſus ſpicatarũ genus hȩrbarũ.

☿Spicifera, a poetis dicitur dea Ceres.

¶Spiculũ. lãcea breuis, ſeu vt Vege. ait telũ miſſile cuiꝰ ferrũ eſt triangulũ vnciarũ nouẽ. Haſtile, pedũ quinq; & ſemis. Antiqui pilũ neutro genere vocauerũt. Accipitur & pro ſagitta. Verg. Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu. Aliqñ dicitur ſagittæ ferrum, ſeu cuſpis ipſa & aculeus, vt ſunt ſpicula ſagittarũ & aculei apum. Curtiꝰ. Alexander ſagitta ictus eſt, quȩ in medio crure reliquerat ſpiculũ. Ver. de apibus. Et ſpicula cȩca reliquũt. Affixæ venis Dictum ſpiculum, a ſpicarũ ſpecie.

¶Spiculo as, cuſpidẽ acuo. Plin. li. xj. Telum vero perfodiendo tergori, quo ſpiculauit ingenio?

¶Spiculatores, dicti ſunt ſatellites principium, a ſpiculis quæ geſtant. Cor. Taci. Dilapſis ſpiculatoribus cætera cohors non aſpernata concionantem. Quidam etiam accipiunt Spiculatorem carnifice.

¶Spinꝰ, pyrorum ſeu prunorũ arbor, ꝙ ſpinis referta ſit. Ver. li. iiij. Geor. Eduramq; pyrorum & ſpios iã pruna ferẽtis.

✣Spincoli, ex ſpinis fructus ſunt qui dicuntur & Pruneoli ignoti prorſus veteribus. Cc.

¶Spina, ſentis qua pũgimur. Hic Spineꝰ a. um, vt corona ſpinea. q̃ e ſpinis facta eſt. Spinoſus. a. um. ſpinis abũdãs. Spina etiã dicit a collo vſq; ad natium flexũ depreſſa quaſi vallis eſt inter colles quos vocant dorſa. Pli. li. xj. Spinã lumbus oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina a cerebro medulla deſcẽdẽte, eſſe ei naturã quã cerebro colligunt, qm̃ prætenui eiꝰ membrana modo inciſa ſtatim expiretur. In ſpinȩ igitur parte ſuperiore ſcapulæ, a lateribꝰ dorſa, quæ omnia dicuntur terga.

¶Spinter, fibula in humeris, aut armilla. vt iqt Priſcia. Plaut. in Menȩ. Iubeas ſpinter nouũ recõcinnarier. Hoc armillȩ gñe mulieres vtebantur, brachio ſũmo ſiniſtro, ſoliſq; fœminis decorem fuiſſe, veſtem longe lateq; diffuſam, ad vlnas cruraq; ab oculis defendenda.

✣Spiturnix, inauſpicata auis, q̃ incẽdiaria dicitur. Cc.

¶Spintriȩ, dicti ſunt repertores monſtroſæ libidinis nouiq; concubitus. Sueto. ĩ Tibe. Monſtroſiq; concubitus reperto res, quos ſpintrias appellabat.

¶Spitrillum barba caprȩ.

✣Spio, nympha a ſpeluncis maris, in quibus habitare nymphæ dicuntur. σπέος enim ſpelunca eſt. Cc.

¶Spirȩ, ſunt reuolutiones ſiue circuli q in ſeipſos nõ recurrũt. Hic in ornamẽtis capitis matronarũ & in ſerpentibus eſt ſpira, quũ ſe in gyrũ voluũt, Vñ & in ſerpẽtibꝰ qñq; ponitur. Plin. lib. ix. Lolliã Paulinã (quæ fuit Caij principis matrona) vidi ſmaragdis margaritiſq; opertã alterno textu fulgentibus toto capite. crinibꝰ ſpiris, auribus collo, monilibꝰ, digitiſq;. Ver. lib. ij. Geor. Nec rapit ĩmenſos orbes per humũ neq; tanto ſquãmeus in ſpirã tractu ſe colligit anguis. id eſt in circulũ. Et lib. ij. Aeneid. Spiriſq; ligant ingẽtibꝰ & iam Bis mediũ amplexi, Ser. ſpiris. i. nodis. Vñ & baſes colũnarũ. ſpirulas dicũt. Nã proprie ſpira, eſt volubilitas funiũ puta quum funis nauticus in orbẽ cõuolutꝰ eſt. Itẽ. Spira dicit funis quia pileo ad fauces diſtendit, & ſub mẽto alligatur. Iuuena. De facibus aurea quum ſe porrigat a longo iactetur ſpira galero. Item dicitur baſis colũne vnius tori aut duorum. Plin. in Epheſiæ Dianȩ æde, primũ colũnis ſpiræ ſubditæ & capitella addita. Item ſpira, genꝰ operis piſtorij Aenniꝰ etiam ſpirã hominũ multitudinem vocauit.

☿Spilimenẽ. grȩci dicũt ĩquitanã & ſordidã mulierẽ. pſilimenẽ vero glabrã & depilẽ. vñ nomẽ etiã pſilotrigro.

¶Spiro ras. e halo. Plini. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant, quȩ ad pulmonem pertinent. Aliquando ſpirare emittere & ſic conſtruitur cum accuſatiuo. Verg. Ambroſiæq; comæ diuinum a vertice odorem Spirauere. Col. lib. j. Reliquiſq; immundicijs tetrũ odorem ſpirantibus. Si autem de morte fit ſermo abſolutum eſt. Huius verbi compoſita ſunt. Aſpiro, Conſpiro, Expiro, Inſpiro, Interſpiro, Proſpiro, Reſpiro, & ſuſpiro.

¶Spiritus, halitus. Idem enim ſunt Spiritus. Halitus, & anima. Pli. Animæ leonis virus graue, vrſi peſtilens hominis tantum anima infici voluit pluribus modis. Aliquando etiam Spiritus dicitur ventus.

¶Spirituale, & per ſycopẽ ſpiritale idem quod ſpiritus.

¶Spirabile, vitale quo ſpiramꝰ Verg. lib. iij. Aene. Per ſydera teſtor. Per ſuperos atq; hoc cœli ſpirabile lumẽ. Cic. tamen ſpirabile dixit in lib. de Natura deorum.

¶Spiramentum, eſt ꝑ quod exit ſpiritus. Verg. lib. iiij. Geor. In tectis certatim tenuia cæra Spiramenta linũt.

¶Spiraculum, idem quod ſpiramẽtũ. Verg. Sæui ſpiracula ditis. Hiero. in Gene. poſuit pro ipſo ſpiritu. Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.



¶Spiracus quaſi primipilaris, aut cohortis prȩfectus.

¶Spiſſus, a, um, ꝓprie denſum ſigni, a ſepium dẽſitate Verg. Scrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager. Qñq; ſignificat tardũ. Plaut. Spiſſum hoc eſt, amanti dicere veniet. Idem. Quia quod bene ꝓmittunt haruſpices perſpiſſe euenit, id quod male promittunt præſentaneum eſt. Hinc ſpiſſitas & ſpiſſitudo.

¶Spiſſo as, eſt ſpiſſum facio. Cuius compoſita ſunt. Inſpiſſo & Conſpiſſo quod eſt totum ſimul denſo. Colu. li. viij. Atque vbi duratus eſt vehemẽtius premitur, vt cõſpiſſetur caſeus.

✣Spiſſigradus, qui frequenti paſſuum motu inambulãdo vtitur. A quo Spiſſigradior & ſpiſſigradiſſimꝰ. Plau. Homines ſpiſſigradiſſimos tardiores q̃ corbitæ ſunt in in tranquillo mari. Cc.

¶Splen, dicitur qui & Lyen. Cælſus lib. iiij. Splen in ſiniſtra parte eſt inteſtino innexus, natura mollis & rarus, longitudinis & craſſitudinis modicæ.

¶Spleneticus eſt qui ex ſplene laborat.

¶Spleniũ, vt Iul. Pol. inquit, eſt caput ſplenis pinguis. Hinc ſplenia velut ꝑ ſimilitudinẽ dicunt facta ex panno laneo vel lineo, q̃ ad curã corporis ſuperimponi ſolent. Pli. Super imponi oportet ſplenium e melle decoctum.

¶Splendeo es, dui, luceo. Vnde ſplendeſco is, ſplendidus ſio Apu. Quum iam aurora ſplendeſceret. Huiꝰ cõpoſitum eſt. Reſplendeo.

¶Splendor lux. Per trãſlationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. Vnde ſplendor nominis, ſplendor familiæ, ſplendor virtutum, hoc eſt claritas.

¶Splẽdidus da, dum, clarus, fulgens. Et ſplendidi dicũtur, qui operas ſuas ad liberalitatem conuertunt. E conuerſo ſordidi auari. Hora. Quatinus id facis vt quidam memoratur Athenis Sordidꝰ ac diues. Et alibi. Obijcet nemo ſordes. i. auaritiam.

✣Splendophorus, proprium nomen ex grȩco & latino compoſitum quaſi ſplendorem ferens. Cc.

✣Spodiũ, fit e plũbo ſicut ex ære quod detaditur ex parietibꝰ fornacũ mixtis ſcintillis, aliqñ ẽt carbonibꝰ. Cc.

¶Spolio as, priuo. Tractũ a militibꝰ. Spolia eñ dicunt quȩcũq; hoſti detrahunt. Ter. in Hecy. Qui ſpolies, mutiles, laceres. Huiꝰ cõpoſita ſunt. Deſpolio. Diſpolio varie ſpolio. Amb. Hi aũt diſpoliãt q̃ accepimꝰ indumẽta gratiȩ ſpũalis. Expolio ꝑfecte ſpolio, vt apud apoſtolũ. Expoliantes vos veterem hominem induite nouum.

¶Spoletium, cum i anteum, ciuitas in Vmbria, q̃ nũc ducatus Spoletinus dr̃, non Spoletanus, ſicut ab Areti co Aretinꝰ. Mart. De ſpoletinis q̃ ſunt carioſa lagœnis Malueris quam ſi vina falerna bibas. Sic. Cice. lib. de claris. Orat. P. Conutiũ Spoletinum dixit.

¶Sponda, latus lecti. Nam ſpondȩ ſunt tabulȩ q̃ vtrinque lectum ſuſtinent. Mart. Nec nudi ſponda grabati.

✣Spongia apud antiquos in vſu erat tergendarũ mẽſarũ adhibebanturq; ad obſcœna emũdãda. Mart, Hæc tibi ſorte dat tergẽdis ſpõgia mẽſis. Sene. lib. v. Epiſtolarũ. Vnꝰ e Germanis lignũ id quod ad emundanda obſcœna adhærente ſpõgia totũ in gulã farſit, & in ꝑcluſis faucibus ſpiritum emiſit. Accipitur & Spongia ꝓ aſparagi ſatiui radice, vt apud Plin. & Colu.

✣Spongites gemma eſt a ſpongiȩ ſimilitudine. Hȩc tamen interdum rufa inuenitur. Cc.

¶Spõdeo es, ſpopondi, ſponſum. Vide in dictiõe Deſpõdeo. Eius cõpoſita ſunt Cõſpõdeo. Vñ veteres Conſponſos dicebant fide mutua obligatos. Et Cõſpõſores ſibi inuicem ꝓmittentes. Cice. Leptæ. De negocio tuo ꝙ ſponſor es pro Põpeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit, Deſpondeo & Reſpondeo. De quibus alibi.

¶Sponſo as, frequentatiuum. A quo Deſpõſo as. & Deſponſor aris.

¶Sponſio, nõ ſolũ ꝓmiſſio dr̃, ſed etiã actionis genus eſt. Caper. religione ſancitur fœdꝰ, at ſpõſio pœna. Paulus Iuriſconſul. Sponſionẽ dici affirmat nõ ſolũ quȩ per ſponſi interrogationẽ fit, ſed etiam oẽm ſtipulationem ꝓmiſſionẽq;. Sponſor ꝓ fide iuſſore quandoq; ponitur.

¶Sponſus us, ſponſio. Ser. Sul. ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, qui ſtipulabatur ex ſponſu agebat, iudices cognoſcebant.

¶Sponſus a, um, participium. Teren. in Eunu. ſcis ſpõſam mihi? Et deeſt eſſe.

¶Sponſalis & hoc ſponſale, ꝙ ad ſponſionem ꝑtinet. Vnde ſponſalis dies dicitur, quod puella promittitur.

¶Sponſalia, orum, promiſſio ſiue cõtractus ſtipulationum futurarum nuptiarum. Sponſalia hoc modo fiebãt. Qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat ſtipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat itidem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationum ſponſionũq; dicebatur ſponſalia.

¶Spondȩus pes duabus ſyllabis longis conſtans. Legitimus pes qui in heroico verſu omnem ſibi vendicat locum licet raro quinto loco reperiat. Dictus ꝙ in ſacrificijs, ꝓ libamentis eo maxime vtebantur. Nam σπονδὴ libamentum fœduſq; ac ſponſionem ſignificat.

¶Spondylus, eſt qui in ima ꝑte fuſi apponit, vt fœminæ melius nere poſſint. A cuius ſimilitudine callus ſiue caro interior oĩm oſtreorum ſpõdylus dr̃. Mar. Pro animaliũ oſſiculis in ſantra. lib. vij. Roſos tepenti ſpõdylos ſinu cõdit. Eſt & ſalſamenti genus ſpõdyle apud Athenȩum. & nomen piſcis apud Plin. Inſectũ apud Ariſtote. Plin. lib, xxvij. Nullum animal radices a nobis dictas attingit, excepta ſpõdyle q̃ omnes ꝑſequitur. Genꝰ id ſerpentis eſt. Athenæus id ꝙ in capite mugilum echinata ſpecie cõſpicimꝰ ſpõdylũ tradit appellari, ſed & calculus ȩneus quo ſuffragia ſua Iudices Athenis dabãt, ſpõdylus vocabatur, vt eſt apud Iulium Pollucem.

¶Spõte, aduerbiũ ſignifi. naturaliter, vt multȩ arbores ſponte naſcuntur. i. naturaliter, & nõ ab hominibꝰ ſatȩ. Aliqñ ſigni. ſine requiſitione, vt ſponte ad te venio Capitur nonnunq̃ nominaliter & in ablatiuo tñ, vt ſponte mea ſponte tua. Verg. Spõte ſua ſandix paſcẽtes veſtiet agnos. Hinc ſpontaneus, a, um, ꝙ eſt voluntarium, aut naturale. Amb. Terra autem ſpontaneos fructus germinat, aut creditos vberiore cumulo refundit.

☿Spontalis & hoc ſpontale. Idẽ ꝙ ſpontaneum, vltroneum. Apul. lib. iiij. Cũq; nulli nr̃m ſpontale patricidiũ ſuadens ꝑſuadere poſſet gladium per medium pectus, ictu fortiſſimo tranſadigit.

¶Sporos grȩce. latine ſemen dicitur.

¶Sporades, inſulȩ q̃dã circa Cretã in mari Carpathio, ſicut Strab. lib. x. ſcribit. Dictȩ ꝙ in mari ſparſȩ ſint. ſũt aũt harum nomina Hellene, Phocula, Hecaria, Schimuſa, Polegrados, Thera, Anephe. Aſtypalea. Laguſa. Iõ, vbi ſepultus fertur Homerus.

¶Sporta q̃ & ſportula, aut a ſparto hȩrba quȩ frequens apud Hiſpanos naſcitur, aut ab aſportando, vaſis gñs quaſi fiſcella. Salu. lib. ij Hiſtoria. E muris canes ſportis dimittebant. Et qm̃ in ſportis pecunia qñq; etiam cibus in quotidianum vſum deferri ſolebat, modo pro diſtributione ad populum, modo pro ipſis cibis ſumitur. Suetonius in Clau. Exhibuit anniuerſarium in caſtris prætorianis ſine veneratione apparatuq; iuſtum atque legitimum in ſeptis ibidem extraordinarium & breue dieręque paucorum. Quodq; appellare cœpit ſportulam quia primũ daturũ ſe dixerat velut ad ſubitã dictãq; cœnulã inuitare ſe populũ. Idẽ dicit Neronem cœnas ad ſportulas reuocaſſe. i. ad ꝑua cõuiuia. Iuue. Nonne vides quãdo celebret ſportula fumo? Erat & ſportula locus ĩ atrio domus vbi proponebantur eo die, q̃ dono danda erant. Diminu. a ſporta eſt ſportula. A quo fit ſportella.

¶Spuma, ſordes earum rerum a quibus eijcitur. Verg. Spumas ſalis ȩre ruebãt. Hinc Spumeꝰ & Spumoſus.

¶Spumo as, ſpumã facio. A quo deſpumo. De quo ali.

¶Spuo is. ſpui. ſpuitũ, ſaliuã emitto. Ver. lib. iiij. Geor. Nãq; aliȩ turpes horrẽt. ſeu puluere ab alto Cum venit

& terrā ſiccoſpuit ore viator Aridꝰ. Huius cōpoſita ſūt Conſpuo ſimul ſpuo, vel ſputo aliquē fœdo. Lact. li. iiij. Poſt hęc cōſpuerūt in faciē eius. Plaut. Ab omnibus deriſus atq; cōſputus. Deſpuo, Expuo, Inſpuo, in aliquem ſpuo. Plin. lib. xxij. Traduntq; cōmanducata ea ſi īſpuatur mori ſerpentē. Reſpuo repudio & quaſi conſputo ꝓ cōtēptum eijcio. Lact. lib. j. Hanc totam opinionē quaſi a poetis confictam Saluſtius reſpuit.

¶Sputo as, frequentatiuum. Plaut. Nam illic iſti ꝗ ſputatur interdum orbus venit.

¶Sputum, ſaliua, quod a Pus deſcendit. Dicitur & Sputus us. Lactan. lib. iiij. Dabunt autē Deo alapas manibꝰ inceſtis, & impurato ore expuent venenatos ſputus.

¶Sputamē. idē q; ſputum. Hiero. ī lib. Iud. Quomodo ſi rūpat quis filū idem quod ſupra cōtortum ſputamine.

¶Spudactē. quidā interp̄tanť amatorē. Hie. in li. de viris illuſt. vbi de diuo. Luca ait. Sed & Tertullianꝰ vicinꝰ eoꝝ tēpoꝝ refert p̄ſbyterū quēdā in Aſia σπουδακτην. i. amatorē Pauli cōuictū apud Ioannēq; auctor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, loco excidiſſe.

¶Spurcus ca, cum, ꝙ eſt impurū, obſcœnū, lutulentū, a ſpuendo dictū. ꝙ tale ſit vt de eo ſpuatur. Plau. Tot noctes reddat ſpurcas, quot puras habuit. Aliqn̄ ponitur ꝓ fœtido. Apul. Tā multæ res ſpurcę & graues nares infeſtant. Aliqn̄ ꝓ vehemēti, aſpero. Cic. Iactati tempeſtate ſpurciſſima Colul. Atque in his ipſis haberet cognitum quid recuſaret collis, qđ cāpeſtris poſitio, quid humidꝰ & graminoſus, quid ſiccus, & ſpurcus ager Aliqn̄ ꝓ ſæuo & ſanguinario. Varro. Spurcus gladiator & carnifex.

¶Spurcitia & ſpurcities, immunditia. Lucre. lib. vj. At contra nobis cœnam teterrima cum fit. Spurcities eadē porcis hęc munda videtur.

¶Spurco, cas, fœdo vitio. Cęlſus iuriſcō. Cū eo agi poſſe Aquilia qui vinū ſpurcauit, vl' effudit, vel acetū fecit, vel alio modo vitiauit. Plau. Spurcať naſum odore illutibili. Antiqui ſpurcū vinū dicebāt cū aqua mixtū, tāq̄ nō amplius purū foret, aut igne calefactū, aut muſtū anteq̄ deferueſcat. Hinc fit cōpoſitū Cōſpurco. Col. lib. ix. Nā ſuperciliens auis ꝓluuie vētris cibos & aquā cōſpurcat.

✥Spurius incerto p̄re natus, aē σπείρειν ſeminare, quia nihil habet a p̄re niſi ſemē. Vn̄ ſpurios verſus dicimꝰ alterīꝰ aut īcerti auctoris. Auſoniꝰ. Quique notas ſpurijs verſibꝰ adpoſuit. Seruiꝰ. Spuriꝰ dr̄ q ex muliere & nō noto ortꝰ ē. Sabini nāq; pudēda mulieris Sporios dicunt.

## S ANTE Q

SQuallor, inquinatio, ſordes Gel. In corporibus incultis ſquammoſis alta congerie ſordidum ſquallor appellabatur.

¶Squallidus, ſordidus, incultus. Vnde ager non aratus ſquallidus dicitur. Aliquando ponitur ꝓ fulgenti. Ver. Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens.

✥Squaldam veſtem ꝓ Squallida veteres dixere. Aennius Fleuere lachrymis veſtem ſqualdam & ſordidā. Cc.

¶Squalleo, les, lui, a ſquammarū crebritate & aſperitate dictū Vn̄ & ſquallēs ꝓ fulgēti, pleno, diuite, onerato, abūdātiq; poniť. Quicquid em̄ nimis inculcatū obſitūq; aliq̄ re erat, ita vt īcuteret viſentibꝰ horrorē, ſquallere veteres dicebāt. Verg. lib. xij. Per tunicā ſquallētē auro latus haurit apertū. Hinc poſtea tractū ē vt corpa īculta & veluti ſquāmoſa alta cōgerie ſordiū ſquallere dicāť. Idē lib. ij. Squallentem barbā & cōcretos ſanguine crines. Et lib. j. Georg. Squallent abductis arua colonis.

¶Squāmę, quibꝰ coriū piſcis aut ſerpētis tegiť. Hic deſquāmo, mas, & Exquāmo, as, ꝙ eſt ſquāmas detraho. Plau. in Aulu. Dromo deſquāma piſces. Ab harū ſimilitudīe loricarū quoq; catenulę ſquāmę dn̄r. Verg. Quem pellis ahenis In pluinā ſquammis auro cōſerta tegebat.

✥Squammificus ſquammis ſcatens. Cc.

¶Squatoſus, a ſquammarum ſimilitudine dicitur, cuius cutis exurgit ob aſſiduam illuuiem. Lucil. Varonum ac rapicum ſquatoſa incondita roſtro.

¶Squatina, ex planorū piſciū gn̄e. quo ꝓpter ſquallorē hoc eſt aſperitatē cutis, ligna & ebur eo poliantur.

¶Squillæ genus arboris. Var. lib. j de re ruſt. Alia ī mari vt palmas ſquillas.

## S ANTE T

STalaginiū genꝰ inauriū fuiſſe oſtēdit Noniꝰ allegans Ceciliū qui ait Ex auro eius ſtallagniū domi habeo.

¶Stadiū, latine curriculū ſiue locꝰ in quo equi homineſve currūt & certant athletę. Nam & Domitianus inter cętera Stadiū extruxit. Dictum ſtadiū ἀπὸ τῆς στάσεως hoc eſt a ſtatione, ꝙ Hercules eo ſpatio vno ſpū ꝯfecto cōſtitiſſet Nā clatiſſimū fuit curriculū ſtadij Olympij ꝙ Hercules ſuis pedibus metatus fertur. Coutinetq; octauam mille paſſuū p̄tē, ꝙ centum. xxv. noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes. ccccccxxv. vt ſcribit Plin. Quę mēſura octies efficit mille paſſus.

¶Stadiodromi, dicti ſunt qui in ſtadio curſu certant. Firmicus. Si mares reſpexerit leporem cœleſtem ī horoſcopo, faciet ſtadiodromos. ſtadiodromos etiam locus ī quo ludi & curſus exercentur. Plin. lib. xxxiiij Eundem vicit & Leontius qui fecit ſtadiodromō aſtylon, & qui Olympiæ oſtenditur.

¶Sto ſtas, ſteti, ſtatū, ꝓprie ſigni. in ſe & ſua mole cōſiſtere. Et nō tm̄ de animatis, ſed de inanimatis quoq; dr̄ vt Nauis ſtat, flumē ſtat, currꝰ ſtat, ſol ſtat. Vn̄ Solſtitiū. Itē auis in aere ſtat. Arbor ſtat. Ver. Stabat acuta ſilex. Item ſtare ſigni. erectum eſſe. Sene. Alios ſtantes, alios genibus flexos vidiſſes, ſedentē aut cubantē neminem. Itē ꝑmanere durare. Cic. Facere ꝓmiſſa, ſtare conuētis, reddere depoſitū. Verg. Et bn̄ apud memores veteris ſtat gr̄a facti. Itē horrere. Cęcil. ſtat ager ſentibꝰ. Itē plenū eſſe. Verg. Iā puluere cęlum ſtare vident. Itē ꝓminere. Lucil. Hic corpꝰ ſolidū īuenies, hic ſtare papillas Pictor marmoreo. Itē p̄ſtitutū eſſe & immobilē. Vergi. ſtat ſua cuiq; dies. Ouid. ſic ſtat ſentētia. i. immobilis & fixa eſt. Itē in aīo eſſe, vt ſtat cōferre manū Aeneæ. Itē poſitū eſſe. Verg. Oīs in Aſcanio chari ſtat cura parētis. Itē quieſcere. Apul. Dū forte ſtarent in taberna ludētes. Itē in priſtino ſtatu manere. Ver. Troiaq; nūc ſtares, Priamiq; arx alta maneres. Item conſtare, in p̄tio eſſe. Liui. li. xxiij. Multoq; ſanguine ac vulneribꝰ ea Pœnis victoria ſtetit. Gel. Magno ei ſtet ea nocte abſentē fuiſſe. Quint. Neq; ipſe hoc periculū ignoro exꝑtus nō leui documento q̄ti ſteterit mihi ꝙ ſemel īperata nō feci. ſtare firmū ē nō moueri, ſed cōſtātē eſſe. Liui. Reſiſtis aūt aduerſꝰ famā, rumoreſq; hoīm ſi ſatis firmꝰ ſteteris, ſtare ꝑ me, ꝑ te, ꝑ illū dr̄, cū nos aut aliquid aliud cauſa ſumꝰ ne qđ fiat. Pli. li. xviij. Non ſtat ꝑ me quo minus cœlū ītelligas & cœleſtia ſcias. Quint. Nō ꝑ me ſtetit, ſed ꝑ illa. Cōpoſita huius verbi ſunt. Abſto. Adſto vel aſto. Cōſto, Circūſto, Anteſto, Cōtraſto ꝓ aduerſor. Nequiꝰ ꝯtraſtat ſemp, nec me ſinit loquier. Exſto, a quo Supexſto, Inſto, Interſto, Diſto, Obſto, Perſto, Pręſto, Proſto, Reſto. Subſto. Supſto. Et ſcđm aliquos Manifeſto, ꝙ eſt quaſi ad manꝰ foris ſto. Pręterea Solſtitiū & Iuſtitiū a ſto deducuntur.

¶Stabilis, qui eſt aptus ad ſtandum.

¶Stabilio, lis, ſtobilē facio, firmo. Plau. in Am. Regiq; Thebano Creonti regnū ſtabiliuit ſuū. Hinc Conſtabilio quod eſt totum ſtabilio. Idem in ca. Ego rem meam conſtabiliui cum illum emi de pręda ab quęſtoribus.

¶Stabulū, a ſtando locus dr̄ in quē lōgo itinere feſſi ſuccedere ſolent, ꝙ & diuerſoriū & hoſpitiū dici ſolet. Vnde & ꝓſtibulę meretrices dictę ꝙ quęſtus copioſioris gratia cōcurrētibus illuc aduenis māſiōes aū ſtabula habuere. Petro in Satyr. Sed nec viā diligēter tenebā, quia nec quo ſtabulū eſſet ſciebā. Hic Stabula dn̄r loca generaliter in quibus armenta gregeſq; conſiſtunt in agris & ſub dio veluti q̄dā ſtationes animaliū. Nā vbi equi tenēntur ſpecialiter Equile, vbi oues Ouile, vbi ſues Harā dixere. Bouile quoq; a bobus. Caprile a capris nomē traxerunt. Ver. Quatuor a gabulis p̄ſtāti corpe tauros. Auertit. Idē. Interea cū iā ſtabulis ſaturata moueret Amphitryoniades armēta abitūq; pararet. Pōt ēt p̄ſepe ī hoſpitijs ſtabulū dici. Apul. Duriſſio caſui meo ſeruiēs ad equū illū vectorē meū ꝓbiſſimū ī ſtabulū ꝯcedo. Vbi aliū etiā Milonis quodā hoſpitis mei aſinū ſtabulātē inueni idē quaſi hoſpitantem. Stabulū etiā ſumiť pro quacunque ſtatione ſeu habitatione & loco vbi quis ſtare cōſueuit. Verg. Ardua tecta petit ſtabuli & de culmīe ſummo Paſtorale canit ſignum. A Stabulum fit Proſtibulum.

¶Stābulo as, neut. & Stabulor deponens ſign̄at ſto. diuerto, & q̄ſi ſtationē habeo, ſiue ēt ī ſtabulo guberno. varro li. j. de re ruſti. Si prata ſint ī fūdo neq; pecꝰ dn̄s habet dāda opa, vt pabulo vēdito alienū pecꝰ in ſuo fundo paſcat & ſtabulet. Col. li. vij. Si idoneis tēporibꝰ ad p̄ſepia ad aquam exercitationem pecus duxerimus curæq; fuerit vt ſtabulēť ſicco ī loco ne humore madeſcāt vngulę, qđ facile vitabimꝰ ſi ſtabula roboreis aſſeribus conſtrata aut diligēter ſubinde emundata fuerint humus & palea ſupiecta. Sta. li. j. The. Geticeq; pecus ſtabulare ſub hęmo. Ouid. li. xiij. Meta. Hoc pecꝰ oē meū, multę ſtabulātur ī ātris. Gel. Tubero ī hiſtorijs ſcriptū reliquit Attiliū cōſulē ī aphrica apđ Bragadā flumē grāde feciſſe aduerſus ſerpētē ī illis locis ſtabulātē prælīū. Hinc ſtabulatio māſio in ſtabulo. Col. lib. vij. Calore boues ſub dio, frigoribus intra tectū manere oporter. Itaq; hyberna ſtabulatio eoꝝ pręparāda eſt. i. locꝰ ſtabuli, vel vbi ſtabulētur.

¶Stabulariꝰ, hoſpes viatores p̄cio recipiēs. Apu. Sumo ſarcinulā & p̄cio māſiōis Stabulario ꝑſoluto capeſſimus viā. Vlpia. Caupones & ſtabularios eos ęque acipiemꝰ qui cauponā & ſtabulū exrercēt. Et ſtabulariꝰ dr̄ qui ſtabuli, hoc eſt loci vbi aīalia ſtāt curā gerit. Col. li. vij. Hic em̄ recognoſci grex poterit, numeruſq; coſtare, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularij caſtra manſerint.

¶Statio, locꝰ ī quo naues aut milites tuto ad tēpus ſtāt, vel in quo frequēter cōſiſtiť. Curt. Cognitū id per exploratores q ſtationes hoſtiū fuerāt ingreſſi. Itē Statio diciť locꝰ ad cuſtodiā aſſignatꝰ, quādo milites ſtātes vigilāt. Verg. Sternūtq; vices ſtatione relicta. Ipſe comes Nyſo graditur. Hinc Stationarij milites Itē officina, īquā multi ꝯueniūt vt de aliqua re decernať, & ius dicatur, ſtatio appellať. Gel. Quæſitū eſſe memini plæriq; vrbis ſtationibus ius publice docētiū. Iuue. Stationes oē theatrū Similiter errātiū ſtellarū matutinę quas primas vocant, & veſpertinæ quas ſecūdas, cū ſtare reſpectātibꝰ videātur in oriēte & occidente, ſtationes vocāť. Et ſtatio ip̄e ſtādi actꝰ, vn̄ & nomē accepit ſtatio. Hiero. Ieſꝰ filiꝰ Naue ſtationem impetrauit ſoli & lunæ. i. vt ſtarent.

¶Statiūcula, dimi. i. parua ſtatio, ſicut a rōne ratiūcula.

¶Stationarij milites dn̄r, qbus cuſtodiæ aut p̄ſidij gratia ſtatio aſſignata eſt. Itē qui in vrbibus aut ꝓuincijs teneť populorū quietem tuendam ſtationarij vocantur. Stationalis, firmiter ſtās. Plin. de ſyderibꝰ. Eadē ſtationalis ſenis mēſibꝰ cōmoratur in ſignis alioqui bimeſtris cū cætere vtraq; ſtatione quaternos mēſes nō impleāt.

¶Statiua & ſtatiuæ, quaſi ſtationes dicuntur ſiue munitiones, in quibus vt propius pugnent milites conſidēt. Liui. lib. j. Tentare res ſi primo impetu capi Ardea poſſet. Vbi id parū proceſſit obſidione & munitionibus cœpti premi hoſtes. In his ſtatiuis, vt fit, longo magis quā acri bello ſatis liberi comeatus erant. Et lib. ix. Satiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

¶Stata, ſacrificia, quę certis ac ſtatutis diebus fiebant, quę non mutabātur, ſed firma & ſtabilita erant. Cato Sacra ſtata ſolennia ſancta ſeruaſti. Aennius modicam & modeſtam formam mulieris ſtatam vocauit.

¶Statariꝰ, a, ū, a participio ſtatꝰ, quaſi ſtabilis ſiue idoneus ad ſtādū. Terē. in Heau. Adeſte ęquo animo, date mihi poteſtatē ſtatariā agere vt mihi liceat per ſilētium Liui. lib. ix. Statarius vterq; miles ordines ſeruans.

¶Stator, q apđ magſ̄atū aſſidue ē a crebra ſtatiōe, quales ſunt nūcij, vel tabellarij, vel apparitores q reos ī ius vel in carcerem ducūt, qm̄ apđ magiſtrū dicati ſunt, vt ſtent parati ire, quo ab illo miſſi fuerint. Vn̄ plācꝰ de ſtatore Lētuli cōſulis ad Cic. ſcribit. Pręſto mihi fuit ſtator eius cū literis quibus ne venirē denunciabat. Et ſtator dictꝰ eſt iuppiter, qm̄ ſtare fecerit Romanos ī fugā a Sānitibꝰ verſos. De quo ī ſiſto dictū eſt. Nō em̄ a Siſto, ſed a ſto deſcēdit, qđ patet in eiꝰ cōpoſito Antiſtitor, qđ cōpoſitionē & ſignificationē habet a Sto, ſicut & Antiſtes Et dr̄ Stator Iuppiter, qui ſtare animo facit.

¶Satus, us, conditio habitꝰ, qđ līgua vernacala dicimꝰ Loeſſere. Hiero. Nā corporis nr̄i certus eſt ſtatus, vt omniū animātiū. Sed qm̄ apud deū nō de ſtatu corporis nr̄i ſed dei vitę meritis iudicamur, apparet omnem hominē mente ſua ſibiipſi ſtatum nomenq; formare, Col. li. viij. Quare ſtatus eius longior productiorq; ad hos caſus magis habilis eſt. Cec. Qui ſtatus rerum (quę conditio temporū) Dona. Status ad habitū referť. Statura corpori adſcribiť. Statꝰ eſt ſcęnici, ſtatura lōgitudo corporis. Quādoq; apud rhetores ſtatꝰ dr̄, in quo cauſa maxime vertiť Cicero Sratꝰ eſt in quo primo inſiſtis quaſi ad repugnādum congreſſa deffenſio. Quint. Status eſt qđ ex prima cōflictione naſcitur. Exempli cauſa, intentio eſt. Feciſti homicidium. Depulſio eſt. Non feci. Quęſtio an fecerit. Hic conſtitutio cōiecturalis quæ & ſtatus dicitur. Tres aūt eſſe ſtatus qdā dixerunt. Coniecturalem, Iuridicialem, & finitiuum ſiue legalem. De qbus ī rhetoricis.

¶Status a, um, idem quod firmus. Plin. li. xviij. Iā primū hanc iniuriā oībus annis accidere non poſſe ꝓpter ſtatos ſyderum curſus. Stati dies dicebantur qui iudicij cauſa cum peregrino inſtituūtur. Plau in Cur. Status cōdictus cum hoſte ītercedit dies.

¶Staturus ra, rum, participium eſt a ſto ſtas.

¶Statim aduerbium ſignificat conſtanter, perſeuerāter cōtinue quaſi īſiſtēdo & vno ſtatu, a ſtādo. Plau. ī Amp. Nec recedit loco quin ſtatim rē gerat. Idem in eo. Neq; veſperugo, neq; vergilię occidūt, ita ſtatim ſtāt. Terē. ī Phor. Bina talenta capiebant ſtatim. Aliqn̄ mox, illico, ꝙ ea quę mox fiunt continenter fieri videantur. Cic. in Verren. Statim meſſana literas dedit.

¶Stagnum a ſtando, dr̄ aqua ſtans. Vergi. ſtagnum pro parte maris profundiſſima poſuit ꝙ ea minime moueať ſemperque ſtet. i. quieſcat. Emiſſamq; hyemē ſenſit Neptunꝰ & imis. Stagna refuſa vadis. Stagnum etiam metallum eſt a quo ſtagneus a, ū. Plin. li. xxx. Pyxide ſtagnea dixit. Hoc & ſtannum dicitur.

¶Stagno as, ſtagnum facio. aquam cōtineo. Verg. li. iij. Georg. Nā quos pellei gens fortunata canopi. Accolit effuſo ſtagnātem flumine Nilum. Et dicimus ſtagnare aquam cum non effluit neq; ſorbetur. Plin. Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent. Et ſtagnare terram quæ non abſorbet, ſed continet aquam. Idē. Agris humidis atque ſtagnantibus. Huius compoſitum eſt Reſtagno, quod eſt exundo, vt apud eundē lib. ix. Idem. tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus in his locis vbi nullę reſtagnent aquæ

¶Stannū plumbū a ſtando dici videť, ꝙ ī fornacibꝰ primū fluat ac per ſe ſtet, quod & ſtagnum & gręce Caſſiterum, ſiue Catiteron, ſiue Caſſiriton īmutatis ab Homero literis. Nam plumbi ſunt duo genera, nigrū. ſ. & albū Hic Stagneus a, um. Vnde vaſa ſtagnea.

¶Stamen a ſtando, ꝙ eo ſtat ī tella oē velamentū eo ꝙ firme ſtat dum texitur, non id quod hic inde trahiť. Subtegmē quod ſubit ſtamini. Dr̄ etiā Stamen quicquid ī colo ad nendū ponitur. Hierony. ad Fabio. Ex quibꝰ facta fila retorquent cum ſub tegmine trium colorum hyacinthi cocci purpure Et cū ſtamine byſſino.

✥Saphilę vitis alba eſt, quam alij Ampeloleucem vocant, alij Melothron. Cc.

✥Staphis, vitis ē cauliculis nigris rectis folijs labruſcę fert folliculos verius q̄ acinos virides ſimiles ciceri. Cc.

✥Staphilꝰ ſicheni filꝰ primꝰ aquā vino miſcere docuit

¶Statilinus, & ſtatanus, dij p̄ſides, q̄ſi nobis adſtantes

¶Stater eris, pe. cor. ge. ma. teſte Hiero. in Matth. dicitur qui duo habet didrachmata. Idem libro. Re. Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti. Et Hier. Et appēdit ei argentũ ſeptē ſtateres & decē argenteos, Fit aũt a græco ἵστημι, qđ eſt pōdero η in α cōuerſo ſicut & ab ἵστημι, qđ eſt ſto, fit στάσις ſtatio, pari modo η ī α mutato. A cuius accuſatiuo græco στατῆρα formauerunt Quidā hoc nomē aſpirant, atq; ab σταθμίζω, quod eſt trutino vel pōdero deducunt. Suidas tñ στατὴρ τὸ ἐκ χρυσοῦ νόμισμα, τῶν βαλαντίων ἀσυνωρὶς τὸ μὲν εἶχεν ὀβόλους ἐκ χαλκοῦ τὸ δὲ στατῆρας χρυσίου τῶν εὐμήλου ἵππων πολὺ μᾶλλον ἀλλήλοις ἐοικότας. ✤ Id eſt Stater aureꝰ numerus ciumenarum. Synoris quidē habuit obolos ex ęre ſtateras auri equorum eumeli multo magis ad inuicem ſimiles.

Statera rę, penul. prod. a ſtando dicta eſt, quia ſtante libra pēſatur aurũ vel argentũ. Eſt enim inſtrumentũ quo res ponderantur ſine bilancibus.

¶Statuo is, tui utum, delibero, ordino dedico, firmiter pono. Lact. li. ij. Abſtinere ꝓlio ſtatuiſſe. Et li. vj. Sed ijs oībꝰ certos limites ſtatuit, i. ordinauit. Verg. Craterasq; duos ſtatuā tibi pinguis oliui. i. dedicabo. Ter. ꝓ cōcutere poſuit cū ait. Sublimē illũ arriperē & caput primũ ī terrā ſtatuerē, vt cerebro diſpgat viā. huiꝰ cōpoſita ſunt, ꝯſtituo, deſtituo, īſtituo, ꝓſtituo, ꝑſtituo, reſtituo, & ſubſtituo. ¶Statua, a ſtatuo deduci vr̄, & eſt imago alicuiꝰ q̄uis inter ſe differāt, ꝙ ſtatuę ſint æneę, eboreæ, lapideę. Imagines aũt cereę & pictæ. Suet in Tibe. Etiā ſtatuas atq; imagines, niſi permittente ſe poni prohibuit.

¶Statiuncula, diminutiuum parua ſtatua.

¶Staticulũ dimi. a ſtatua. Hiero. in tranſlatione homilię Origenis Sed vxor eius immemor pręcepti retrorſũ reſpicit, īpoſitā legē rupit, fit ſtaticulũ ſalis. Staticulum etiā dicit̄ ī vehiculis ſicut Eſſedũ in equo, & Petoritũ in mula. Plin. li. vlti. Reddunt ſpecies fluminũ nemorũ & iumētorũ & eſſeda & ſtaticula & equorũ ornamēta. Apđ Plau. in Perſa. ſtaticulum genus ſaltationis eſt.

✢Staticuli, ſunt motꝰ ex arte ſaltatoria & geſticuli, ī quibꝰ ad numeros moduloſq; muſicos cōſiſtũt. Cato. ſpatiatorē & feſceniũ vocat Cœciliũ ſenatorē ꝙ elegantius ſaltaret & ſtaticulos daret, q̄ deceret virum probum.

¶Statuarius, qui ſtatuas fingit, ſeu qui imagines fundit In qua nimirũ arte excelluere Lyſippus Appelles Praxiteles Myron Polycletus.

¶Statuarius a, ũ, quod ad ſtatuā ꝑtinet, vt opꝰ ſtatuariũ

¶Statuaria, ę, ars iſpa faciēdi ſtatuas.

✤Statura, proprie corporis quātitatem ſignificat. Suet. ſtatura fuit eminenti, corpore pallido. Cc.

¶Staturoſus, qui ſtatura. i. magno corpore eſt. Aug. Forte habēs ſeruũ formoſum ſtaturoſum bene compoſitum habens aliũ forte ſtatura paruum.

¶Statumē pe. pro. dicit̄ id quo fulcitur vitis, vt pali & pedamenta, & quicquid ꝓ munimento accidit ſtatumē dici poteſt, quaſi armētũ quo res ſtare poſſit, Ipſa quoq; pedamenta vitiũ ob hoc atmenta q̄nq; nominantur. Apud Victr. Statumē dicitur quicq̄d proſtrato adijcit̄. Et Statumina a ſtatu arborum dicũtur prout creſcendo ſtatum accipiunt rami. Quo ad primum ſignificatũ. Col. li. v. Poſita vinea. i. tertio autumno vehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedienda eſt.

¶Statumino as, ſtatuminibus firmo, Pli. li. xviij. In ſolutiore terra ſepibus firmari, ora vtrinq; lapidibus ſtatuminari, & alio ſuper integi.

¶Stapedes, pe. cor. machinulę ferreę in quibus pedes habere ſolemus dum equitamus.

¶Stachys latine ſpica. Vñ. Nardi ſtachys. i. nardi ſpica ex qua vnguentum generoſum concinnatur. Nā vt ſcribit Plin. Vnguentarij non ſolum folia, ſed etiam ſpicas nardi in vnguento celebrant. A folio vero nardi foliata nuncupantur vnguenta nardina.

¶Stactis, myrrhę flos appellat̄, Hie. Narrant & hi qui aromatum nouere virtutes ſtactem florem eſſe myrrhę, Hęc & Gutta alio noīe dicitur, ſiue ſtilla & Aloe. Vñ in Euange. legimꝰ ꝙ Nicodemus centum libras myrrhæ & aloes ad ſepeliendum dominum pręparauerit.

¶Staphylinus, paſtinaca agreſtis. Col. lib. x. Tum agreſtis paſtinaca & eiuſdem nominis edomita quam græci σταφυλῖνον vocant, hæc etiam ſtaphys dicitur Palladius ſtaphys agria perimit pediculos gallinarum.

¶Staphys. Vide in dictione ſtaphylius de quo modo.

¶Statius nomē poete comici fuit q Cæcilius dictus eſt. Statius autem appellatus fuit quoniam ſeruus fuit. Statius enim nomen ſeruile eſt. Fuit & alius poeta hoc noīe qui heroico carmine multa conſcripſit.

✢Statyelli, ꝑpl̄i Alexādrini & ſtatiellæ aq̄. Stra. Via ea q̄ ab oppido Genua ducit Placentiā aquæ ſtatyellę habentur. Hinc ſtatyellenſis Georgiꝰ Merula dictꝰ eſt, qđ ibi natus ſit, vbi nunc Alexandria apud ligures eſt.

✢Statina, pen. cor. inſula de qua Papi. in ſil. Enariæq; lacus medicos ſtatinaſq; renatas.

✤Steatites gemma ſimilitudinem ſeui oſtentans quod greci στέαρ vocant. Cc.

¶Stechades, pen. cor. ſunt tres inſulæ ī Rhodani oſtio vicinæ Maſſilienſibus, ſic dictæ ꝓpter ordinē quo ſitę ſunt Græci enim ſtichum dicunt ordinem & verſum. Luca. ſingulariter protulit. Venerat in fluctus Rhodani cũ gurgite claſſis ſtechados ora tenens.

¶Stella a, ſtando, ꝙ ſtare ſtellæ videāt̄, ſunt autē ſingulares ſtelle nō admixtę alijs, ſydera vero ſiue aſtra ſunt q̄ ad aliqđ ſignũ cōpluriũ ſtellarũ cōpoſita ſunt, vt aries taurꝰ. Eſt & ſtella nomē poetę patauini lepidiſſimi.

✤De quo meminerũt. Mart. & Statiꝰ, & amauit Violētiam virginē Neapolitanā. ✢Et nomē piſcis vel conchæ potiꝰ adeo natura calida eſt, vt oīa cōtacta protinus concoquat, forma eius ſimilis eſt ſtellis quæ pinguntur.

¶Stello as luceo & quaſi ſtellas facio. Mar. Et nũeroſa linũt ſtellātē ſplenia frōtē. Pli. lib. xxxvij. Q m̄ ſtellarum hyadum & numero & diſpoſitione ſtellāt̄. Hinc ſtellatũ ſtella plenũ, qđ eſt cœli epithetũ cũ ſerenũ eſt. Interdum ſtellare eſt admodũ ſtellarũ factũ eſſe, qđ dicimꝰ facto de ſtelle. Clau. li. ij. Ducit̄ in thalamũ virgo ſtat ꝓnuba iuxta ſtellātes nox picta ſinꝰ. Idē lib. iij. Vt patuit ſtellata domꝰ ꝯſidere. iuſſi. Interdũ īuidere, a Stellione animali cuius natura eſt inuidiam habere, de quo Plin. lib. xxx.

¶Stelæ, per ſimplex. l, colũnæ quas latini pilas vocāt. ✢Plin. lib. vj. Stelæ lapideæ literis incognitus.

¶Stellio, animal ſimile Lacertę tergo depictũ lucētibꝰ guttis ad modũ ſtellarũ, vulgo Tarantula dicitur, a græcis Aſcalabores, ꝙ apud eos ἄσκαλος circulus eſt. Stellio autē circulis quibuſdā depictꝰ eſt, & veluti lucētibus guttis ī modũ ſtellarum. Morſus eiꝰ perraro īterimit hominē, tñ ſemiſtupidũ facit, & varie afficit. Eſt & aliꝰ Stellio ex araneoꝝ gñe lētiginoſꝰ ī cauerniculis dehiſcētis ꝑ æſtũ terrę habitās. In apulia frequēs viſitur, & ſimiliter Tarātula dr̄, ſcorpionibꝰ ita cōtrariꝰ vt viſus ab eis pauorē ipſis afferat, & torporē. Aug. li. x. cō. Quid cum me domi ſedētē ſtellio muſcas captās, vel Aranea retibꝰ ſuis irruētes īplicās ſæpe ītētũ facit. Hinc ſtellare ꝓ īuidere. Sed & maledicta hinc, & ſtellionatꝰ crimē, & Stellaturam accipere apud Spartianũ qui ait. Tribunos qui ſtellaturas militibus tuliſſent capitali pœna affecit.

¶Sellionatus, crimen apud iuriſcon. a Stellione nomen ſumpſit. Quod fit cum aliquid dolo factum eſt, vt ſi quis rem alij obligatam diſſimulata obligatione per calliditatem alij diſtraxerit. aut ſi quis merces corruperit aut impoſturam fecerit, cuius nulla ordinaria pœna eſt, ſed extra ordinarię plectitur. Et ad p̄ſidem ſpectat.

✤Stelis viſci genus eſt quod in Eubœa creſcit. Cc.

¶Stēma atis coronamētũ qđ ex mltis floribꝰ ꝯpoſitũ, ē dictũ a greco q̄ſi στέφανωμα, στέφω corono, καὶ στέφανος corōa Firmi. lib. iij. Magnos viro faciet Mercurius qui ſacris & glorioſis ſtemmatibus coronēt̄. Qñq; ſignifi. claram



familiā ī qua īſignes viri vt ī certis flores eluceſcũt, & q̄ plerũq; ex victorijs & coronis maioꝝ ꝯtrahit̄. Iu. Stēmata qđ faciũt? qđ ꝓdeſt Pōtice lōgo Sāguine cēſeri? Suet. ꝙ ī vetere gētiliũ ſtēmate C. Caſſi ꝑcuſſoris Cęſaris imagines retinuiſſe. Q m̄ vero mos erat apđ ātiquos vt viri obres bñ geſtas, coronis donarēt̄, & eędē ſtatuaꝝ capitibꝰ īponerēt̄, īualuit ꝯſuetudo, vt ſtēma aliqñ ꝓ facinore accipiat̄. Aliqñ ꝓ īp̄is imaginibꝰ maioꝝ q̄ poni ſolebāt ī atrijs. Mar. Atria ipſonũ ſtabāt cũ ſtēmate toto. Seu ꝓ gradibꝰ gñis & ordinibus deſcēdētiũ, qui ramis quibuſdā & velut ītercurrētibꝰ lineis diſtīguebāt̄ Pli. li. xxxv. Stēmata vero lineis diſcurrebāt ad imagīes pictas. Aug. Lucas euāgeliſta ſanctꝰ cōmemorat gñationes eiꝰ quo ordīe, qua ſerie, quo ſtēmate ad illā gñationē ventũ fuerit qua natus eſt Chriſtus. Quin & pro inſcriptionibꝰ ſaxorum. Mart. Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

✢Stega, locꝰ ī naui ꝯtectus. Nā & ſtega tugurũ ē. Plau. in Epi. Aſcēdi ī ſtega. hīc ꝓſtega & triſtegæ dr̄. Vñ ī Gene. ca. vj. legr̄. oſtiũ aũt arcę pones ī latere deorſũ. Cęnacula & triſtega facies in ea Stega a ſtegazo qđ eſt tego.

✢Stephanus, latine corona a quo ſtephanium & ſtephaniſcum diminutiua, hinc aliud diminu. ſtephaniſcidium.

✢Stephanoma pe. pro. στεφάνωμα latine Coronamentum, genus oleris quodcunq; foliaceum.

✤Stenio, fuit vna ex filiabus Phorci & Cetꝰ belluæ marinæ. Meduſæ ſoror. Cc.

✤Stenobœa, proprium nomen mulieris Prœti regis Ephyræ vxor quæ bellerophontem amauit. Cc.

¶Stentor, ab Homero inducitur vocaliſſimus cuius tātus erat vocis ſonus quantus aliorum quinquaginta.

✤Stephanoplocꝰ dicit̄ coronarius. i. qui coronas conficit στέφανος enim coronam ſignificat, & πλέκω texo. Cc.

¶Stercus ab extergendo deduci videtur, ꝙ vndique ab ſtergi ſoleat.

¶Stercoro as, fimum agris fœcũditatis gratia adhibeo. Pli, li, xviij. Ager ſi nō ſtercorat̄, alget, ſi nimiũ ſtercoratus eſt, adurit̄. Colu. Lupinũ vbi ī florē verterit, nihil agrũ ſtercoraueris. Et ſtercorare eſt pīguefacere. Idē lib. xij. Vicia & faba ſtercorare agrũ dñr. Stercoratũ, ſtercore infectũ etiā dicitur. Idem lib. j. Pomaria quoq; & hortos oportet ſepto circũdari, & eſſe in ꝓpinquo atq; in ea parte qua poſſit omnis ſtercorata colluuies cohortis balneariorumq; & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere.

¶Stercutius, dictus eſt Saturnus, ꝙ primus ſtercorādi agri rationem inuenerit.

¶Stercorarius a, um, quod ad ſtercora ꝑtinet. Var. li. j. de re ruſt. Sic e ligno & ferro vi paluſtra maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

✤Stereſis græce, orbitas a latinis dicitur. Cc.

✤Sterinon grece latine ſterile dicimus, de quibus in dictione ſterilis. Cc.

¶Sterquiliniũ, locꝰ ſtercoribꝰ plenꝰ ſeu ſtercoris receptaculũ. Col. l. j. Sterquilinia duo ſint. vnũ qđ noua purgamēta recipiat & ī ānũ ꝯſeruet. Alterũ ex quo vetera vehāt̄

¶Sterno is, ſtraui tũ, de ſtatu deijcio, & q̄ſi ī terram extendo. Ver. lib. x. Sternit̄ infœlix alieno vulnere. Hinc Cęſum exercitũ, ſtratũ dicimus. Inde ſtrages. Per trāſlationē ſternere ꝓ extēdere q̄nq; ponitur. Vñ ſternere humi tapetas frondes & hmōi dicimus. Et q m̄ ſternendo fit vt id ſupra qđ ſternimus, hoc eſt extēdimus aliqđ, tegamꝰ, ſternere etiam ꝓ tegere atq; implere ſumitur. Vñ ſternere equos dicimus, hoc eſt inſtratis tegere. Hiero. in Gñ. Habraham de nocte conſurgēs ſtrauit aſinũ. Sic ſternere equos cooperire, ſternere humum floribus implere. Ver. Sternitur oē ſolũ iaculis. Itē q m̄ ſternēdo. i. extendendo & id quod extendimus complanamus atq; componimus, fit vt ſternere quoq; ꝓ cōponere ac cōplanare vſurpemus. Et ſtratum dicamus cōplanatũ atq; cōpoſitũ. Vñ Stratũ mare dicimus, quando nullo vrgente influctus vento equatum manet. Verg. Et omne tibi ſtratum ſilet æquor. Et ſtratas vias, ſiue ꝙ complanatæ ſint, ſiue ꝙ lapidibus tectę. Idē. Mirat̄ portas ſtrepitũq; & ſtrata viarũ. Itē quia iacēdo quodāmodo extendimur, fit vt eos etiā ſe ſternere dicamus qui ſe ad iacēdũ collocant vt quieſcant. Idē. li. iiij. Ge. ſternũt ſe ſomno diuerſo in littore Phocę. huius verbi compoſita ſunt, conſterno, Externo, a quo Superexterno, Deſterno. Inſterno Proſterno, & ſubſterno, a quo ſubſtratus.

¶Sternax, equus dr̄ qui ſeſſorem excutit ac in terram deijcit, hoc eſt ferox. Verg. Et ſternacis equi.

¶Sternuo. is, nui, utum, a quo fit frequētatiuũ Sternuto as, penul. prod. Inde ſternutatio inflotio, quę a pectore exurgens totum caput concutit. Prop. Num tibi naſcenti primis mea vita diebus Aridus argentũ ſternuit omē amor? Col, li. viij. At ſi moleſta pituita eſt cunilę bubulę vel ſurculi Nepetę ſylueſtris lana inuoluti naribus inſeruntur verſanturq; donec ſternuat ouis.

¶Sterto is, tui, dormio. Terē, in Eu. Fatus inſultus tardus ſtertit noctes dieſq;. Hinc fit cōpoſitũ. Diſterto. Perſius. Cor iubet hoc Aenni poſtq̄ diſtertuit eſſe. Meonides quintus pauone ex Pithagoreo.

¶Sterilis, infœcundus, & fructũ nō ferēs, ſine ꝓle, στερέω enim priuo dr̄ ſeu careo, Et στερητικὸς ſterile græci στέρησιν orbitantē dicunt. Hic ſterileſco is, ſterileſcere ſignificat ſterilē fieri. Paladius de gallinis loquēs. Vinacię cibo ſterileſcunt. Hordeo ſemicocto & parere ſępe cogunt̄ & reddunt oua maiora. Plin. li. viij. Caprę pinguedine ſterileſcunt.

¶Sterogonia, genus turis quod latini maſculũ dicunt a ſoliditate στερεὸν enī Greci ſolidum dicunt. Cc.

✤Sterpſiceros, aīal eſt qđ Afri Adacē vocāt, huic græcia contortis cornibus nomen indiderunt. Cc.

¶Seſichorus, pe. cor. nomē poetę ex Himera ſicilię vrbe ex qua Himereus ē dictꝰ. alij ex Methauria vrbe natũ dicũt Alij ex Palatio Arcadię oppido ferũt inde ꝓfugũ Catanā veniſſe, eoq; in loco defunctũ & extra portā vrbis ſepultũ fuiſſe, portāq; ab eo ſteſichoriā nũcupatā. Floruit. xxxvij. olīpiade. ſextaq; & quīquageſima obijt. Fert̄ Luſciniā aliqñ in ore ſteſichori infantis cecīniſſe, mirabili auſpicio, ſummum eum poetam futurũ & cātus ſuauitatate oēs qui ante eum fuerunt ſuperaturũ. Hora. Steſichoriq; graues camenę. Fuit enim excellentiſſimꝰ lyricꝰ, a quo ſteſichoriũ carmen dictũ. Ideo autē dictus eſt ſteſicorus ꝙ primus ſaltare ad cytharā inſtituit, hoc eſt choreā ducere, antea Tiſias vocabat̄.

✤Steſichorites, italis numerꝰ ē octonarius, a ſtaſichori poetæ ſupulchro ꝙ octo talorũ figura cōfectũ fuit. Cc.

✢Sterope, a fulgetra nomen ſortitus eſt quę grece στεροπὴ dicitur, fuit vnus ex famulis vulcani.

¶Stibadiũ, accipit̄ ꝓ ſella & abaco quo fulti diſcunbũt cōuiuę, qđ primo herbidũ fuit. poſtea inualeſcēte luxuria marmoreũ. Hic Torꝰ rectiꝰ appellat̄ qñ a tortis herbis inflectat̄. Nā apud græcos ſtibabes herbę ſunt aptę ad diſcũbendũ. Hic ſtipadion, cubile ex ſtibade herba cōſtructũ. pli. li. v. Epiſt. Et ſtibadio aqua velut exꝓſſa cubātiũ pōdere ſiphũculis effluit. Sũt qui dicāt ſtibadia eē paruas cœnationes in quibꝰ ſcriptũ eſſe ſolebat quot cōuiuas cœnatio caperet. Ser. in pri cō. Aenei. Stibadia antiqui nō habebāt, ſed ſtratis tribꝰ lectis epulabāt̄. vñ & Tricliniũ ſterni dr̄. Mar. Stibadiũ, Accipe lunata ſcriptũ teſtudīē ſigma Octo capit veniat quiſquis amicꝰ erit

¶Stibiũ, dr̄ quo ad venuſtādos oculos peculiariter vtebāt̄. In argēti enī metallis īuenit̄ lapis ſpumę cādidę atq; nitētis, quē alij ſtibiũ alij alabaſtrũ alij turbaſim appellāt, cuiꝰ vis prīcipalis eſt circa oculos quos dilatat, quorũq; fluitiones exulcerationeſq; inhibet. Ideo id grēci platyophthalmon dixere ab oculorum dilatatione. Vñ in Hiero. prophe. Cũ pīxeris ſtibio oculos tuos fruſtra cōponeris. hie. ad furiā. nō habuit criſpātes mitras nec ſtridētes calceolos nec orbes ſtibio fuliginatos. & de paula Turbāda ē facies quā cōtra dei p̄ceptũ purpuriſſo ceruſa & ſtibio ſępe depixit. Hic ſtibinꝰ a, um, pe. ꝓ. quod ſti

bii colorem habet, vt apud libr. j. Paralipome. Hieron. Onichinos ſtibinos dixit.

¶Stichos, latine verſus ſiue ordo dicitur. Vñ Diſtich⁹

¶Stigma tis, nota ſiue ſigna q̃ inurũtur, áb ςίζω pungo Mart. Frõs hæc ſtigmate nõ meo notãda eſt. Per trãſlationem qñq; ponitur pro ſuggilatione & infamia. Sue. Val. Batullum a quo ſibi verſiculus de Mamurra perpetua ſtigmata ĩpoſita non diſſimulauerat ſatis facientem eadem die adhibuit cœnę hoſpitioq; patris eius. ſtigmata vt inquit. Plin delentur columbino fimo.

¶Stigmatici, dñr famoſi & nocẽtes q nota aliqua aduſti ſunt, vt ſemper appareant. ſtigmaticos dici voluerunt notis & ſtigmate punctos. ☩Cice. ſcribit Alexãdrũ phereum cum ad vxorem in cubiculum veniret ſolitum premittere ſeruum ſtigmaticum compũctum notis thracijs diſtricto gladio ob metum.

¶Stigo as, ſtimulo irrito a quo Inſtigo, Caſtigo, Fuſtigo, quamuis quidam ab ago compoſita eſſe velint.

¶Stilbo, philoſophus fuit q capta patria amiſſis liberis & vxore, cũ ĩcẽdio ſolus & tñ beatus exiret, interrogãti Demetrio cui cognomen ab exitio vrbium Polyorcetes fuit nunquid perdidiſſet? Omnia inquit mea bona mecũ ſunt. Quo dicto dubitare Demetriũ coegit an viciſſet. Nihil inquit perdidi, oĩa mea mecum ſunt, videlicet virtutes quas nulla vis hoſtilis eripere potuit, quibus ſapiens ſeptus nullum poteſt ſubire diſpendium.

☩Stilbon ontis. Mercurij ſtella dicit̃, i. radians. Et a verbo Græco ςίβλω reſplendeo ꝙ eius orbis ſplendeat.

¶Stilpones dñr ab aliquib⁹ hoĩes pũi q nani vocitãt̃.

¶Stimul⁹ ἀπὸ τοῦ ςίζω ꝓprie dr̃ fuſtis acutę cuſpidisquo ruſtici boues ſuppungunt. Plau. in Aſi. Vtinã nũc ſtimulus in manu mihi ſit. Per trãſlationẽ dicitur omne illud a quo vexamur. Hic ſtimulũ carnis & vitiorum dicim⁹

☩Stimulam deam veteres dixerunt, quæ ad agendum aliquid ſtimularet. Cc.

¶Stimulo as, pungo. Teren. in Heau. Magis nunc me amice dicta ſtimulant. Hinc Extimulo, quod eſt valde ſtimulo Col. lib. vij. Libidinis extimulatur furijs.

¶Stingo & ſtinguo is, xi, ctum, eiuſdem ſignificationis eſt cum extinguo. Cic. in Progno. Vt quam luna means Hyperionis officit orbi Stinguntur radij cæca caligine tecti. Huius compoſita ſunt. Diſtingo, Extingo, Interſtinguo, Inſtinguo & Reſtinguo.

¶Stiria, ꝓprie eſt aqua frigore cõcreta pendens guttatimque diſtillans. Vergi. Stiriaque impexis ĩduruit horrida barbis. Plin. Diſtillantes hiberno gelu ſtirias. Inde ſtiricidium quod eſt quaſi ſtiriæ cadium.

¶Stilla dimi. a Stiria vt iq̃t Feſt⁹, & accipit̃ ꝓ gutta vt ſtilla olei, ſtilla aquę. Apul. Et ſanguinis eruptionẽ vtriculo admoto excipit diligẽter vt nulla ſtilla ꝯpareat vſq̃ Victru. lib. ij. Faſtigia faciẽtes luto ĩducto ꝓclinatis tectis ſtillicidia deducebant, ꝓ id ſtillę decidũt in impluuiũ Mart. Atq; olei ſtillam donaret oppelliculus vnctor.

¶Stillicidiũ q̃ſi ſtillarũ cadiũ, ꝙ ſtillatim cadat vbi e tectis guttæ fluũt. Hiero. in Pſal. Sicut ſtillicidia ſtillãtia.

¶Stillo as, guttatĩ fluo ſiue emitto. Plin. Frutex eſt reſina ſtillans. Huius cõpoſita ſunt Diſtillo deorſum ſtillo. Vergil. lib. iij. Geor. Lentũ diſtillat ab ĩguine virus. Et diſtillare eſt paulatim fluere. Vñ fluxus humoris a capite dicitur ſtillatio Item ſigni. guttatim humorem extrahere. Vnde diſtillare hærbas eſt humorem ex his paulatim extrahere. Hinc diſtillatio liquamen quo vtimur cum pulmentarijs. Et diſtillarius dictus eſt concinator diſtillationum & venditor. Sene. Iam libarij varias exclamationes & botularium, & diſtillarium, & omnes popinarum inſtitores mercẽ ſuam quadam inſignita modulatione vendentes. Extillo perfecte ſeu totũ ſtillo. Ter. in Phor. Hiſce ego illam dictis ita tibi incẽſam dabo, vt ne reſtinguas lachrymas ſi extillaueris, Inſtillo intro ſtillo. Pli. lib. x. Et aurĩũ grauitati ſuccõ raphani inſtillãt.

☩Stillitia, reſina dicitur quę ruſo dolore lenteſcit dicta ꝙ guttatim ſtillaret

¶Stylus ſiue ſtylũ cũ y, dici poteſt colũna, Vnde Epiſtyliũ caditellũ quod ſuper colũnã locat̃. Stylus etiã dicitur modus dicendi. Tere. i prolo. An diſſimili oratione ſũt factę, ac ſtylo. Do. oratio in ſenſu, ſtylus in verbis, oratio ad res, ſtylus ad verbum.

☩Stylis, columnela latine quo noĩe dictus eſt loc⁹ quidã qui turriculę mõ erectus, ex aduerſo turrẽ in Peloro ſitã reſpicit, hodieq; a multis appelatur ſtylarion dr̃ & ſtelę per ſimplex l, id eſt columnæ quas latini pilas vocant. Stylobatę ςύλος τὸ κάμαξ λέγεται καὶ βαίνω βαδίζω συνδεῖ τε τὰ ἰσω σχοινοβάτης. ☩ id eſt ſtylus ꝑtica dr̃ βαίνω vado cõponit̃, vt σχοινοβάτης, i. funãbul⁹ σχοῖνος funis & βαίνω cõſcẽdo. ſic ςύλος pal⁹, lignũ trabs ꝑ quã vadat aqua, quaſi canalis ligne⁹, & inſtrumentũ lineũ, quo aqua traiiciatur, vt ſub tegulis fieri ſolet. Var. li. j. de re ru. Cohortes in fundo magno duę aptiores, vna vt interdiu compluuium habeat locũ vbi aqua ſaliat qui intra ſtylobotas cum venit fit piſcina. Boues enĩ ex aratro ęſtate reducti hic bibũt hic ꝑfundũt̃, & li. iij. Subt⁹ colũnarũ ſtylobaten.

☩Stipes, fuſtis terrę defixus, qui qñ pululare aliqñ conſueuit putãt aliqui ſtirpẽ ab eo dictã. Itẽ ſtipes dr̃ torris lignum & quodlibet aliud quod facile incenditur.

¶Stips is, & ſtipis is, merces quæ Stipatoribus & militibus dabat̃. Et cũ ſpondet̃ pecunia, ſtipulari dr̃, id eſt obligare. Pecunia quoq; quã vel in ęrariũ reponebãt vł dijs offerebant, vel mendacijs porrigebant ad ſuſtentationẽ vitę ſtips dicebat̃ a ſtipando propterea ꝙ in cella ſtipabant, id eſt componebant.

¶Stipendiũ, ęs militare ſeu pręmiũ quod militibus datur cõpoſitũ nomẽ ex ſtipe & pẽdo quaſi ſtips põderata ſit. Stips autẽ dicebat̃ ab antiquis ęs, eo ꝙ anteq̃ ſignatũ eſſet nõ numerabatur, ſed pẽſabatur. Quod quiſupra ęs. vt Var. ĩquit, acceperãt ſua neceſſitate maiorẽ nũerũ nõ ĩ arca ponebãt, aut in loculis ſed ĩ theſauris ſtipabãt id eſt in anguſtũ ponebãt, quomin⁹ loci occuparet. Vlp. Stipẽdiũ a ſtipe appellatũ, ꝙ per ſtipes, i. modica ęra colligatur. Sed qñ ſtipendiũ quod militi dabat̃ perpetuum erat, quouſq; exauthoraret̃, diminueret̃ ve, ſolideq; dabatur tractũ videm⁹ vt dici cœperit eũ militẽ ad ſolidũ conduci cui ꝓmitteret̃ ſtipendiũ licet annuũ. Caſſiodorus Vegetius, & Frontinus ſolidatum ĩ militia fuiſſe ſcribunt eũ, cui ſtipendia ab imperatore promiſſa erant. ſtipendiũ etiã dicitur quod quis tenetur ſoluere principi, aut reipub. Liui. lib. ij. Vt diuites conferent qui oneri ferẽdo eſſẽt, paupes ſatis ſtipẽdij pẽdere ſi liberos educẽt.

☩Stipẽdiale, qd̃ ꝑtinet ad ſtipẽdiũ. Sidonius. Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

¶Stipendiarius, tributarius, qui ſoluẽdo ſtipendio obnoxius eſt, qui alio noĩe vectigalis dr̃. Vnde multi populi ſtipendiarij erãt reipub. Romanę, hoc eſt qui ſoluebãt ſtipendiũ. Cęſar cõ. j. Reliquaſq; ciuitates ſtipendiarias haberent. i. tributarias. Vulgus perperã appellat ſtipendia nos milites, qui ſtipendia faciunt, cũ tales mercenarij ſiue ęrarij milites ſint nuncupandi, quos Vegeti⁹ ſtipendioſos vocat quamuis & ſtipendioſi dicantur ſtipendij pleni, hoc eſt qui ſtipendia plurima facerunt.

¶Stipendioſus, de quo modo in dictione Stipendiarius

¶Stipendiariũ, certũ vectigal. Cic. in Ver. acti. v. Inter Sciciliã cęteraſq; prouincias in agrorũ vectigaliũ ratiõe hoc intereſt, ꝙ cæteris aut impoſitũ vectigal certum qd̃ ſtipendiarium dicitur.

¶Stipẽdiari⁹, a ſtipẽdiarior aris q ſtipẽdiũ recipit & alio noĩe mercenarius dr̃, vt ſunt ij qui ad militiã ſcribuntur Pli. li. vj. Regi eorũ peditũ ſexcenta millia, equitũ. xxx. millia, elephantorũ nouẽ, per omnes dies ſtipendiantur

¶Stipo, as, rimas obturo, cõdẽſo, quia in hoc ſtupa vti ſolem⁹. Eſt enim deterius linũ qd̃ rimis maxime nauiũ claudendis adhibet̃. Vñ ſtipatores dicti ſunt q ĩ nauib⁹ ſtipã hoc eſt ſtupam componunt. Hinc ſtipare pro claudẽdo coarctare, dẽſareq; accipit̃ ſicut in nauib⁹ fieri videmus. Ver. Stipatq; carinis ingens argentũ. Et ſtipare ſignificat circũdare aliquẽ defendendi cauſa. Liui. lib. j. Stipatus agmine armatorũ in forũ irrũpit. Hĩc Cõſtipo



¶Stipatores qui in nauib⁹ onera cõponunt, & qui regũ vel aliorũ corpa cuſtodiũt, a ſtipe quã accipiebãt vel ꝙ reges ſtipent, & vndiq; circũdent, ac claudant pene conſtringentes inſtar apũ circa ipſarũ regẽ, aut ꝙ ipſi ferro ſtipati ſunt, Col. lib. ij. Offi. Pręmittebatq; de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis telum occultaretur exquirerẽt. Hos antiqui a latere Laterones vocabant.

¶Stiparius a. um. qd̃ ad ſtipandũ pertinet. Pli. lib. xix. Mox ſiccatę in ſaxo tunduntur ſtipario malleo.

¶Stipulor, pe. cor, a ſtipãdo ſignificat ꝓmitto, ſeu pecuniã ſpõdeo, ſtipẽ obligo, obligationẽ, vel ꝑ obligationẽ habeo. Nã ꝓprie de pecunia dr̃, quãuis ad oẽs rogationes quę ſolẽniter fiunt tranſlatũ ſit. Hinc ſtipulatores dñr, qui per interrogationẽ obligant promiſſionẽ. Hęc eñi duo ſtipulator & ꝓmiſſor opponunt̃. Qd̃ docet Iuriſcon. ti. de verborũ obligationibus. Eſt autẽ ſtipulatio, vt inquit Põpo. verborũ cõceptio quib⁹ his qui interrogatur daturũ facturũ ve ſe id quod interrogatus reſpondet. Eſt aũt ſtipulor, ſcd̃m Priſcia. verbũ cõmune, quod tã in actiua quã in paſſiua ſignificatione ablatiuo iũgit̃. Dicimus eñi ſtipulor abs te, rogo te peto abs te, & ſtipulor abs te, pro rogor abs te. Iuuen. Quantũ vis ſtipulare & ꝓtin⁹ accipe qd̃ do. Vt toties illũ pater audiat ſubauditur a me ſtipulare. Eſt eñi actiue ſignificãtię. Suet. vero paſſiue ꝓtulit. Prętorũ lectoria, q̃ vetat minorẽ ãnis xxv. ſtipulari, ĩterrogari. Plau. quoq; paſſiue dixit. Niſi dolo malo inſtipulat⁹ ſis. Stipulator q rogat & q rogat̃. Hui⁹ verbi cõpoſita ſunt. Adſtipulor, qd̃ eſt conſentio. Cic. li. Acad. Falſum eſſe ſtoici dicunt & eorũ aſtipulator Anthioch⁹. Inſtipulor. Plau. ĩ Pſeu. Mẽſurę viginti, ſaluę & ſanę ſunt tibi hodie, quas abs te eſt inſtipulat⁹ etiã pſeudol⁹. Reſtipulor qd̃ ẽ ꝯtraſpõſione pecuniã obligo

¶Stipulatus us. idem quod ſtipulatio. Pli. Iouis deorũ ſummi ſtipulatu.

¶Stipula, a ſtipa hoc eſt ſtupa deducit̃, ſiue ꝙ ſtipæ inſtar vrat̃, ſiue ꝙ ea quoq; ſtipari tectorũ rimæ cõſueuerunt. Eſt aũt ſtipula, calam⁹ frumẽti, puta tritici, hordei & ſimiliũ qd̃ ſcilicet cõtinet ſpicã cui⁹ internodia geniculа dñr, aliqñ genua a ſimilitudine genuum aĩalis. Pli. Frumẽta quędã in genu tertio ſpicã incipiũt cõcipere. Idẽ. Genicula ſunt tritico quaterna, farri ſena, hordeo octona. Stipula etiã dr̃, q̃ remanet in cãpo demeſſo frumẽto. Itẽ ea pars q̃ e frumento demeſſo cõtuſa ſpica ſuperſtat, ſimiliter ſtipula generali vocabulo appellatur.

☩Stiphoſ⁹, vn⁹ ex Cẽtauris Ixionis & Nubis fili⁹. Cc.

¶Stirps cũ de hominibus dicit̃ generis fœminini eſt & ſignifi. originẽ. Verg. Heu ſtirpẽ inuiſam. Cum vero de arboribus pro trunco generis maſcu. Idẽ. lib. xij. Cum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Inuenit̃ etiã fœmi. Hora. Stirpeſq; raptas & pecus & domos.

¶Stirpo as, radices aufero, a qua Extirpo. Per tranſlationem. Extirpari vitia dicimus quaſi funditus tolli.

¶Stirpitus, pe. cor. aduerbiũ ſignifi. radicitus. Cic. lib. iiij. Tuſ. Hunc errorẽ quaſi radicem omniũ malorũ ſtirpitus philoſophia ſe extracturam pollicetur.

¶Stirpites, qui ſtirpes euellunt. Quę tñ omnia a ſtipes incipiendo a quibuſdam cum ypſilon ſcribuntur.

¶Stiua, aratri manica q̃ tenet manib⁹ cũ arat̃. Ver. Stiuaq; q̃ currus a tergo torqueat imos. Dicta ſtiua a ſtãdo quia ſup eam regula ſtãt; & eſt quaſi temo inter boues.

¶Stlata, gen⁹ nauigij latũ magis, q̃ altum, a latitudine ſic appellatũ ſed cõſuetudine qua Stlotũ pro lotũ. Stlitẽ pro litem dicebant antiqui, qui dictiodibus ab l, incipiẽtibus ſi literas ꝑponere ſolebãt. A ſtlata ſtlatarius dicit̃ ſicut a ſcapha ſchapharius. Stlatarium quandoq; dicitur quod mari portatum eſt quaſi ſtlata aduectum.

¶Stlembus, grauis & tardus. Lucilius. Atq; equum pedibus ſtlembum.

☩Stlitibus iudicandis, dicebant veteres pro litibus iudicandis. Cc.

¶Stlopus, ſonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Per. Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Poſtea Sclopus & ſclopetus.

¶Stoici philoſophi appellati ſunt ab ςοά qd̃ ſignificat porticũ quo cõuenire ac diſſerere ſolebãt. Erat eñi porticus Athenis dicta Pœcile ex varietate picture græci eñi ποικίλον variũ dicũt. Suid. noſter. ςοὰ ἡ ἐν ἀθήναις διὰ τρίβη τοῦ ο μικροῦ, ςωικοὶ δὲ διὰ τῆς, αὐτῆς διὰ τοῦ ω μεγάλου ἡ τις ὠνομάζετο πεισιανάκτιος ὕστερον δὲ ἐκ γραφῆς τῆς ποικίλης ἐκλήθη. τὴν ςοὰν τὴν ἐκ τῶν ἐφέσου ἀποτεινομένην εἰς τοὶ ερον. In hac porticu zeno philoſophus diſcipulos docebat. Vñ & ſecta ſtoica, & philoſophi ſtoici nũcupati ſunt qui antea zenonij dicebantur a zenone doctore. Hæc eſt illa porticus ſtoicorũ memoratiſſima quã Chryſippus dict⁹ eſt fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuito.

☩Stœchades tres inſulę, quarũ hæc ſunt noĩa. Themiſta Põponiana. Tertia Hypęa, Auctor Martianus.

¶Stola, apd̃ veteres dicebat̃ qcquid tegebat & apd̃ gręcos ςολή indumentũ ſignificat, vñ ſtola deducit̃. Poſtea ad honeſtę tm̃ matronę veſtẽ hoc nomen tranſlatũ eſt q̃ vſq; ad imos pedes dimiſſa erat. Tibul. Impediat crines nec ſtola longa pedes. Hinc Stola ꝓ matrona honeſta muliere ponit̃. Papi. Oĩs plębeio terit̃ ꝑtexta tumultu. Hinc eques, hic iuuenũ cœtu ſtola mixta laborat. Et ſtolatũ matronale atq; honeſtũ dicim⁹. Mart. Quis ſtolaria veſtit & ſtolatũ, Permittit meretricib⁹ pudorẽ. Va. Maxi. li. ij. Sed quo matronale dec⁹ verecũdię munimẽto tuti⁹ eſſet in ius vocãti matronã corp⁹ ei⁹ attingere nõ ꝑmiſerũt, vt inuiolata man⁹ alienę tactu ſtolæ relinq̃ret̃. ☩Stola ẽt accipit̃ ꝓ veſte ſacerdotali, qd̃ & orariũ vocãt. Apul. li. vlt. Meta. Proceſſi. xij. ſacrat⁹ ſtolis. De orario ſcribit̃. xxiij. Diſ. eccleſiaſtica ĩſtitutiõe ꝑfixũ nouim⁹ vt oĩs ſacerdos cũ ordinat̃ orario vtroq; hũero ãbiatur. ☩Stolat⁹, a ũ, qd̃ eſt ſtola indutũ & ꝓ honeſto capit̃.

¶Stolid⁹, ponit̃ pro excordi tetro moleſto atq; illepido

¶Stolones, inutilis & quaſi ſtolida fruticatio ex arborũ radicibus. Pli. Fuerunt ab arborib⁹ cognoĩa antiquis, vt Frõditio militi illi qui ꝑclara facinora Vulturnũ tranſnatãs frõde capiti ĩpoſita aduerſus Hannibalẽ edidit ſtolonũ Liciniæ gẽti. Ita enĩ appellatur. in his, arboribus fruticatio inutilis. Var. li. j. de re ru. Nã ſtolonis illa lex quę vetat pl⁹ quingẽta iugera habere ciuẽ Romanũ, Et qui propter diligẽtiã culturę ſtolonũ cõfirmauit congnomẽ ꝙ null⁹ ĩ ei⁹ fũdo repiri poterat ꝙ effodiebat circũ arbores radices q̃ naſcerẽt̃ e ſolo quos ſtolones appellabant.

¶Stomachus fiſtula per quã cibus deſcẽdit ſed ponit̃ ꝓ ventriculo. i. receptaculo ciborum. Eſt enim principiũ inteſtinorum a ſeptimę ſpinę vertebra incipiens circa pręcordia cum ventriculo connexus ab ςόμα τοῦ ςόματος ore & ἔχω habeo ἔχειν qa os ſic habens vt effundat alio. Iu. ſi ſtomachus domini feruet vinoq; ciboq;. Interdum ſtomachus ponitur pro indignatione, & ira & odio & faſtidio. Cice. li. iiij. Tuſcu. Tractata diffinitione fortitudinis intelliges eã ſtomacho nõ egere. ſic dicimus nõ poſſum ſine ſtomacho dicere, hoc eſt quin cũ faſtidio & indignatione. Interdũ in bonã partẽ capit̃ ꝓ facilitate. Pli. in prolo. Argumẽtũ huius ſtomachi meis habebis id eſt huius meę facilitatis & manſuetudinis & benignitatis.

¶Stomachor, indignor ac turbor. Cic. Caſ. Si enim ſtomachabere & moleſte feres, plura dicemus. Hinc ſtomachor paulum faſtidio. Augu. li. iij. Con. Ille iam ſubſtomachans tædio. Vade inquit a me, ita viuas fieri nõ poteſt vt filius iſtarum lachrymarum pereat.

¶Stomachic⁹, qui ex ſtomacho laborat. Pli. li. xxv. ſcribit Helleborum mederi ſtomachicis.

¶Stomachoſus, q facile ĩdignat̃ ac cũcta faſtidit Cicer. Appio pul. accipit pro eo q ĩiuriã cõtumeliãq; facit. Stomachoſiores, inq̃t, meas literas quas dicas nõ intelligo

¶Storax,gen⁹ aromatis,& arbor vnde fluit. Dicitur & Styrax,Pli.xiij.Arabes ex Syria reuehunt ſtyracem.Ex hac fiebat omne vnguentum.

¶Storea,quā extendim⁹ ſup terrā. Pli.lib.xv. Colligi mala poſt equinoctiū autūnale, neq; ante ſectā decimā lunā ꝙā primā horā,cadiua ſeparari ſtramētis,ſtoreis paleiſve ſubſterni.Dicta ſtorea ἀπὸ τοῦ ϛορέννυμι, qđ ſignificat ſternere. Hęc alio noīe & Teges & Matta vocaṫ.

✣Stratius fuit vnus ex filijs Neſtoris.Cc.

¶Stratū participiū ſiue ſupinū verbi ſterno, & ſignificat id qđ ſterni ſolet. Ver.Strata iacēt paſſim ſua quæq; ſub arbore poma.Stratū vero nomen poniṫ ꝓ lecto, vt in ꝑs.Stratū lachrymis meis rigabo. Strata etiā dicūtur oīa veſtimēta q̄ ſternunṫ vt veſtes ſtragulę & periſtromata.Ouid.Strataq; quę mēbris intepuere tuis.Rurſus ſtrata ſeu inſtrata gn̄aliter dr̄ oīa quę ęquis muliſve inſternunṫ & dicimus equos ſtratos inſtratoſq; eis ornatos.Liui.li.vij.Strata detrahi iubet. Et lib.de ſcđo bel. pu. Armatos deinde ſtratiſq; equis ſignū expectare.Sene.ad Luci.Stultus eſt qui equū empturus nō ipſum inſpicit ſed ſtratū eius & frenos.Strataq; ſine appoſitione vię dr̄ via lapidib⁹ tecta vt ſunt vię Romanę in oēs Italię vrbes ſilicibus ſtratæ. Ideoq; plus ſceleris latro ꝑdo ꝑcuſſorq; cōmittit ſi in via ſtrata in viatorem graſſatur.

¶Stratus us,lectus. Hieron.lib.ij.Reg. Accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo.

¶Stratorium quod ſterni ſolet.Idem in eodem Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia.

¶Stramen qđ ſolo quieſccendi gr̄a ſterniṫ. Diciṫ & ſtramentū,& ꝓprie eſt ſtipula. Var. Tertio modo metiṫ vt ſtramentū mediū ſubſecēt qđ manu ſiniſtra ſummū pręhendunt a quo medio meſſem dictā puto. Infra manum ſtramentū qđ terrę hęret poſtea ſubſequaṫ.Dictum ſtramentū a ſtando vel a ſtratu ꝙ id ſubſternatur pecori.

¶Stramineus a.um.quod eſt ex ſtrāmine.Propter ſtraminea poſſet dux habitare caſa. Doxius ędificij lutei inuentor fuit exemplo hirundinum.

¶Stramentitius a.um.quod ex ſtramento fit.

¶Strages ſignat cladē depulſionē ꝓfligationē iacturā. Nā antiq ſterno & ſligo in eadē ſignificatiōe accipiebāt

¶Stragulū gen⁹ veſtis inquit Aſco. Vlp. Stragulū veſtem acipit ꝑ veſtimēto qđ inijciṫ quale eſt grecorū pallīū.Sed Hiero.ꝑ veſte muliebri poſuit cū inquit.Stragulatam veſtē fecit cibi byſſus & purpura indumentū ei⁹. Alij accipiunt ꝑ lectorū opertorio,vbi & dormiebāt antiqui & diſcūbebant vario delinimēto figurarū aut acupicto. Var.Quicquid inſternebāt, a ſternendo ſtragulū appellabāt,quicquid cultricę ſternitur.Tibul. Nā neq; tunc plumę nec ſtragula picta ſoporem.Et ſtragulas veſtes aulęa & tapetas intelligimus.

¶Strāguria difficultas vrinę qn̄ guttatim micturiūt, ab ϛραγαλέω cōſtringo & τὸ ὖρον vrina vel ϛράγγὸ qđ apud nos guttā ſignificat.ὀρέω mingo.latine ſubſtilliū diciṫ.

¶Strāgulo as.ſtringēdo gulā neco.Pli.lib.vij. Fabius ſenator pictor in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus eſt.

¶Stratagemata,aſtutię rei militaris,geſta militaria,exempla ſiue conſilia militaria,quib⁹ hoīes ad ſimilia faciēda ducunṫ ϛρατὸς eīm exercit⁹ ἄγω duco. Stratia militia exercitus. ¶Strato,nomen ꝓpriū Sidonis reguli, qui vt Hiero.ſcribit manu ꝓpria ſe volens cōfodere ne imminētibus Perſis ludibrio foret,quorū fœdus Aegyptij regis ſocietate neglexerat trahebatur formidine,& gladiū quē arripuerat circunſpectans hoſtiū pauidus expectabat aduentū. Quē iamiāq; capiendū vxor intelligens extorſit acinacē de manu & latus eius trāſuerberauit.Cōpoſitoq; ex more cadaueri ſemoriens ſuperiecit ne poſt virginalia fœdera alterius coitum ſuſtineret.

♁Straton,vt ſcribit Suidas. Lāpſacen⁹ philoſoph⁹ fuit Theophraſti familiaris & ſucceſſor,qui vocatus eſt phyſicus propter lationem phyſicæ, præceptor fuit Ptolomęi Philadelphi,ſcripſit multos libros.

✣Stratumino,a ſterno ſiue ſtratum deriuatur quod eſt ſtratum firmo.Pli.Maiores potētioreſq; ſi ſit occaſio ſilice vel glarea ſterni,ora vtriq; lapidibus ſtratuminari & alio ſuperintegi.Cc.

✣Stratomata Tubercula.Cc.

¶Strategus,pe.pro.dux exercitus.Plaut.in Cur. Nec ſtrategus nec tyrannus quiſq̄ nec agoranomus.

♁Stratiotes miles ſtratioticus militaris.

♁Stratius,ſiue ſtratiuus,dicitur militaris. Vnde Iuppiter ſtratiuus a veteribus coli dicebatur.

♁Stratiphocles, ſtratos exercitus. Stratos exercitus, phos vir,cleos,virtus.

¶Strena,munus qđ datur die feſto ominis boni gratia qualia quę paſſim danṫ die dominicę natiuitatis & principio anni noui a numero quo ſignificaṫ alterū tertiūq; venturū ſimilis cōmodi veluti trena q̄ ꝑpoſita,ſ, litera dr̄ ſtrena,vt in lite ſolebant antiquiqui dicētes ſlitem. Quidā a ſtrenuitatate ſtrenā dici putāt.Pōpo. Acidē ſi qua ventura eſt alia ſtrena ſtrenę.Sue.de Cali.Et ne ſordidus fœtiduſq; imperator eam cōſuetudinis priſcorum libertatis gloriā cōſeruaret, ineunte anno dixit ſe per Kalendas Ianuarij ſtrenas recepturū ſtetitq; in veſtibulo ędiū Kalendariū die ad captandas ſtipes quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis turba ferebat, tamen gręce vulgo ita dicitur etiam verſus Subaudiam.

¶Strenuus,fortis celer vigilans,& ad res gerēdas prōptus.Sal.Nā vt quiſq; ſtrenuus ceciderat in bello. Col. lib.viij.Magiſter pecoris acer durus ſtrenuus, laboris patiētiſſimus alacer atq; audax eſſe debet.Hinc ſtrenuitas.Ouid.Priſcaq; ſtrenuitas manſit.

¶Strepo,pis,pui.pitū.Vn̄ ſtrepitus us,qui ꝓprie pedū ambulantiū manuūq; aliquid pertractantium ſonus eſt, Appellaṫ & faſtus,& pōpa diuitiarū,quaſi a ſtrepitu comitantiū, vt apud Quinti. Hic cū me euocaſſet ſubito trepidū,totoq; fortunę ſuæ ſtrepitu circūſtetiſſet.Hinc cōponūtur.Conſtrepo.Gel.lib.ij.atq; omniū bonorum & teſtimonijs & exēplis cōſtrepebat.Circūſtrepo.Aug. li.iij.cō.veni carthaginē & circūſtrepebat me vndiq; ſartago flagitioſorū amorū.Inſtrepo cōtra vel valde ſtrepo aut cū ſtrepitu nomino.Verg.li.iij.Georg. Poſt validonitēs ſub pōdere fagin⁹ axis.Inſtrepit.Aug.li.viij.Cō. Oēs ſibimet inuicē quiſq; vt eū nouerat inſtrepuerūt nomen in ſtrepitu cōgratulatiōis.Inſtrepo.Ver.digna ſed argutos īterſtrepere anſer olores.Obſtrepo cōtra aliquē ſtrepitū facio.Sal.Ad hæc maledicta alia cū adderet obſtrepere oēs hoſtē atq; parricidā vacare. Perſtrepo valde ſtrepo.Terē ī Eu.Foras ſimul ꝓruūt,ſe abeūt lauatū ꝑſtrepūt,ita vt fit dn̄i vbi abſūt. Et oīa habēt pe.corre.

¶Strepito as,pe.cor.ſępe ſtepitum facio. Vergil.lib.j. Georg.Neſcio q̄ pręter ſolitum dulcedine lęti Inter ſe folijs ſtrepitant.

✣Srepitus,pitus,Vide paulo ante in dictione ſtrepo.

¶Strideo es,dui,& ſtrido is,di. Verg. ſtridunt caminis ſtricturę chalybū,Et proprie ſtridere dr̄ cū funes ſonū faciūt.Idē ſtridorq; rudētū,quāuis etiā ad alia tranſferatur.Hora.in Ser.ſtridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros. Et in Euā.legitur ſtridor dētium.

¶Stridō oppidū ī agro Iuſtinopolitano,a quo diu⁹ hie. ortū habuit,Quod a Gothis euerſum Dalmatię quondā Pannonięq; confinium fuit.

¶Stringo is,xi,ctū arcto.Pli. Apprēſamq; manu ſtrigit per trāſlationē ſringere,qn̄q; pro ꝑcutere poniṫ.Ver.li. x.atq; animū patrie ſtrinxit pietatatis imago.Qn̄q; pro rarefacere excidere.Idē in Buco. Hic vbi denſas Agricole frōdes.Qn̄q; ꝑ decerpere,colligere.Idē li.ij.geor. Sed tamen & quęrnas glādes tunc ſtringere tempus & lauri bacchas. Hinc ſtrictiuę oliuę quę manu leguntur ad differentiam caducarū. Quandoque pro radere. Idē libro viij.Ego ſum pleno quem flumine cernis Stringentem ripas.Quandoque pro vulnerare.Idem in eodem. Hūc primū leuis haſta Themillę ſtrixerat.Qn̄q; pro attenuare,componere quod ſtringēdo fieri ſolet,vt ſtringite remos,ſtringere enſem eſt nudare.Idē.lib.xj. Strictum rotat acer Lutagus enſem. Huius compoſita ſunt Aſtringo,qđ eſt iuxta ſtringo. Conſtringo ſimul totum Colu.li.vj.Si eodē ſcrobe duas aut tres arbuſculas voles cōſtituere curato ne pariter ſe cōſtringāt.Diſtringo valde ſiue diuerſis modis ſtringo.Deſtringo deorſū aut valde ſtringo excido.Col.li.v.Iā vero muſc⁹ qui more cōpedis crura vitiū & vineta ꝯprimit ſituq; & veterno macerat ferro deſtringēdus & eradēdus eſt,atq; hoc in ima ꝑte vitis.Extringo extra ſtringo.Hiero.ad Cteſi. Tn̄ ī ꝑſenti epiſtola hoc breuiter extrinxiſſe ſufficiat ꝙ iuſti appellāṫ nō quo omni vitio careāt,ſed ex maiore parte virtutū.Obſtringo,Perſtringo, Pręſtringo, Reſtringo, & Subſtringo.Colu.lib.ij.Boues cū ab opere diſiunxerit ſubſtrictos cōfricet,manibuſq; cōprimat dorſum.



✣Strigillo,verbū a ſtringo quod idem ſignificat. a quo obſtrigillo,quod ſignificat obſto.Cc.

¶Strictim,aduerbium ſignificat ſingula ſtringēdo. Vn̄ ſtrictim referri dicimus ea quę cum ſparſa ac fuſa eſſent breuiter & quaſi ſummatim colliguntur.

¶Stricte ſignificat arcte,a quo formātur Srictius & ſtrictiſſime.

¶Strictiuę oliuę quę manu colliguntur ad differētiam caducarum.

¶Stricturę ꝓprie dicunṫ ſcintillę quę de ferro candēti micant euntq; cū maſſa malleis tūdiṫ,aut ſtricte emittūtur.i. celeriter aut ꝙ oculos ſuo fulgore perſtringunt. Ver.li.viij.Stricturę chalibum & fornacib⁹ ignis anhelat.Ser.vero ait. Strictura eſt terra ferri in maſſam coacta,ibiq; ponitur ſtrictura pro ferri maſſis.

¶Strigones,denſarum virium homines ꝙ in ſe cōſtricti atq; reſecati ſint.

¶Strigę ordines rerū inter ſe cōtinuate collocatarū ꝙ vna ſint cōſtrictę.Col.li.ij.Vtrūq; ſiccatū coarctabim⁹ in ſtrigā atq; ita manipulos vinciemus. Item longitudo maior latitudine dicitur ſtriga,a quo ſtrigatus ager vocatur qui per ſtrigas creſcit a ſeptemtrione in meridiem

¶Strigoſus a.um.qđ eſt exhauſtū,& macilentum quaſi ſtringoſum.Vn̄ iumenta ,ſtrigoſa dicta ſunt,ꝙ corpora eorū reſtricta ſint fame aut alia vitij cauſa. Colu.lib.vij. Quanquā poſſit huic aliquaten⁹ cōparari,qđ ꝓgenerat onager,niſi & indomitū & ſeruire cōtumax ſylueſtri more ſtrigoſum patris pręferret habitū. Et li.viij. Placide ac lente pabuletur,vt & largi ſit vberis & non ſtrigoſiſſimi corporis.Hinc etiam male habitus dicitur. Gelli. Equū ſtrigoſum & male habitum,ſed equitē eius vberrimum & habitiſſimum viderunt.

¶Strigmēta,ſordes q̄ ex corporib⁹ radunṫ.Vn̄ ſtrigmēta dicim⁹ cęromata.i.ſordes olei q̄ ex vnctorū athletarū corporibus raduntur.Pli.Notum eſt magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertijs olei vendidiſſe.

¶Strigil,inſtrumentū ꝓprie ferro dentatū a ſtringēdo .i.radendo,quo equos & id gen⁹ iumēta expolire ſolēt equiſones,e corpe ſordes abradēdo.Eo vtebāṫ veteres ad radendas ſordes corpis,ſudorēq; tergendū pręcipue in balneis,anteq̄ comederēt ex auro argēto ferro, interdū etiā lapidibus quibuſdā vt nunc lintheis.Per.I puer & ſtrigiles criſpini ad balnea defer.Quidā ſtrigiles accipiunt ꝑ pectinib⁹ fricatorijs,quos Indi ex Hebeno faciebāt.Legim⁹ apđ Stra.li.xv.de morib⁹ Indorū.Illos exercitū ꝑcipue frictionē ꝓbare, & maxime ſtrigilibus hebeni lęuib⁹ corpa expolire,reges quoq; corpa ſtrigilum ꝑfrictiōe curare.Strigiles etiā ſunt velaria vn̄ athletę poſt laborē ſtringunṫ.Pli.de ſpōgia. Cinis ei⁹ plurimū ꝓficit contra ſcabricies genarū & quicquid opus diſtringere,pręſtat & ſtrigilū vicem lintheorumq; affectis corporib⁹. Alij ſtrigilem accipiunt ꝑ quodā vaſis gn̄e. Stra.Inde ſtrigilū & ampullarū artifices mature euaſerunt.Plaut.in Perſa.Ampullā, ſtrigilē,ſcaphiū.ſoccos pallium,marſupiū,habeat.Cic.lib.iiij.de fi. Si ad illam vitā quę cū virtute degaṫ ampulla aut ſtrigilis accedat. Et in Hiſpania ſtrigiles etiā vocabāt auri paruulas maſſas.Itē ſtrigil,aluminis genus punicoſum & foraminoſū fiſtulis ſpōgię ſimile,rotundūq; natura.Cor.Cęlſus medicamētū in aurē ꝑ ſtrigilē inſtillari iubet. Strigiles etiā num ſermone vernaculo piſciculi quidam dicuntur quorum frequens fit captura per hyemes. Hanc dictionem Priſcia.a ſtringo,vel a gręca ϛλεγγίς deduci exiſtimat.

¶Strigilecula,diminutiuū a ſtrigil.ꝑ vaſe.Apul.Strigilis & gutti ſpeciē graphice deſcribēs ſic inquit. Qui magno īceptu ꝑdicauit fabricatū ſemet ſibi ampullā quoq; oleariā quā geſtabat lenticulari forma,tereti āmbitu preſſula rotunditate iuxta honeſtā ſtrigileculam recta faſtigatione clauſulæ flexa tribulatione ligulæ, vt & ipſa in manu capulo moraretur,& ſudor ex ea riuulo laberetur.

¶Strigium,veſtis Hiſpanica.Plaut.Nudus eſt iurat ſe tribulo ſtrigium oppigneraſſe.

✣Stritomellus,auis eſt,paſſer marinus.Cc.

¶Strix gis,auis quędā nocturna & īportuna a ſtridēdo dicta.Luca. vj. ꝙ trepid⁹ bubo ꝙ ſtrix nocturna quęrunṫ.Aggrediṫ pueros nutricib⁹ egētes,& ex illorū corpuſculis vitalē ſanguinē abſorbet. A cui⁹ auis nocumēto ſtriges appellam⁹ mulieres,puellulos faſcinātes ſuo cōtactu & lactis munerūq; oblatione. Sere. Præterea ſi forte pręmit ſtrix atra puellos Viroſa īmulgens exertis vbera labris.Striges etiā ſunt olera vilia,vt apud Plau. in Pſeu.Hei homines cœnas ſibi coquunt,cū condiunt non condimentis condiunt ſed ſtrigibus. Iuuenalis. Et ſonat vnctus ſtrigibus. ✣Legitur ſtrigilibus.

¶Strię,& ſtriaturę,ſunt quaſi caniculę & ſulci quib⁹ quādam columnarū gen⁹ excauaṫ. Victru.li.iij.Columnarū ſtrię faciendę ſunt.xxiiij.ita excauatę vt norma in cauo ſtrię cū fuerit cōiecta circūacta ancōib⁹ ſtriarū dextera ac ſiniſtra tangat acumen. Hinc ſtriatas colūnas dicim⁹ q̄ ſtrijs diſtinctę ſunt.Pli.li.xxvj.Candor ei⁹ eximi⁹ folijs foris ſtriatis. Apul.Frontē ſtriatā vocat contractam capetatamq; & quaſi ſulcos facientem præ triſtitudine. Striare etiā videntur boues cum peracto aut non peracto priore verſu ali⁹ initur.Hoc autem fieri dum boues adhuc in priore verſu anhelant,non conuenit.

¶Strimon,fluuius Thracię. Vnde fit Strimonius a.um. Ver.lib.j.Geor.Strimonięq; grues,& amaris intyba fibris. De primitiuo. Idem. Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndam.

¶Strobilus,nucleus pineus.ſimiliter & arbores nuçleos pineos ferentes ſtrobili dicuntur,apud Dioſco,& Galenum. ♁Dictus ſtrobilus quaſi ſapidus.

✣Stroniben,ladani genus vocant in nabatheis,eſt aūt Ladanum pingue inſidens ladę hęrbę.

¶Strophas adis,latine conuerſio vertigo.

♁Strophus a gręcis dr̄ ſaculi funiculus, a ſtrepho verto ꝙ circūquaq; vertaṫ.Itē ſtrophus qđ ſacerdotes habent in capite ꝑ inſigni.Quidā coronā eſſe dicūt, aut qđ ꝑ corona inſigne in caput imponitur, quale ſit ſtrophiū.

¶Stropha acumen ſubtilitas,ab ϛροφη cōuerſio.Hiero. contra Ruf.Vis ſcire rotas argutiarum tuarum ſtrophas vel ſpecularum inſidias.

¶Strophos dolor inteſtinorum, quos tormines latini vocant.

¶Strophius,proprium nomen Phocenſis regis.

¶Strophiū,faſcia pectoralis q̄ virginalē tumorē cohibet papillarū.Turpi.Me miſerā ꝙ iter vias epiſtola excidit,mihi infœlix inter tuniculā ac ſtrophiū collocarā. Strophia etiā corona ab inſigni qđ imponebaṫ capitib⁹ ſacerdotū qđ ſit ἀπὸ τοῦ ϛρόφειν,hoc eſt a vertendo.Pli.li. xxj.Tenuioribus vtebantur antiqui coronis, ſtrophia appellantes.Huius diminutiuum eſt ſtrophiolum.

¶Strophades,ſunt duę inſulę in mari Ionio q̄ ātea Plotę vocabāṫ.Ver.Accipiūt ſtrophades graio ſūt noīe dictę Inſulę Ionio in magno Dictę ſtrophades,ab ϛροφή cōuerſio.Sui.aūt ϛρόφιον τὸ ϛρογγύλον ζώνα νιον. ✣.i. ſtrophiū

zõula rotunda& ſubdit, ὡς στρόφιον διαδηματίου καὶ δι ἱερεῖς φοροῦσι. ✤.i.ſtrophium in diademate ſacerdotes gerũt.

¶Strõgylos,& ſtrõgyle es.pe.cor. Inſula in mari ęgęo. vna ex ęolijs ſic dicta quia ſit rotũda & globoſa qđ ſtrõgylon gręce deſignat. Hęc vt Pli.li.iij.ſcribit vinearum fertilis eſt, cuius ambitus patet.lxxv.millibus paſſuum. Ea nunc Naxos, ſed antea Dia vocata.Syr.li.xiiij.Mille agathina dedi perflataq; ſtrongylos hauſtris.

¶Stroma atis.omne qđ ſternitur, a quo fit periſtroma.

ꝸStromata, etiã dicunt̃ cõmentaria, ſcientię varietates Vnde origenes ſtromatum libros cõpoſuit.Stromateũ, varietas tanq̃ opus varietate contextum.

¶Struo is.xi.ctũ.ordino ſeu ordinate apto. Liui.lib.j. Poſtquã ſtructi vtrinq; ſtabãt cũ paucis procerũ in medium duces prodeunt. Cõpoſita huius verbi ſunt Adſtruo, Cõſtruo, Deſtruo, Extruo, Inſtruo, Obſtruo, Præſtruo, Subſtruo, & Superſtruo, quę ſecundũ vim prępoſitionũ ſignificant. Hiero.ad Terentiã. Hinc valles ſubſtructionibus opplendo.Cypri Ad certamen anim⁹ ante pręſtruitur quando ſe aduerſarius confitetur.

✤Struſetani, dicebantur qui farra ad ſacra ferebant.Cc.

✤Strumum Vide Strygnon.

✤Struthop⁹ dicitur modicę magnitudinis & quaſi paſſerculi pes.Cc.

¶Structilis & hoc ſtructile.pe.cor. vt ſtructiles columnę quę non ſunt ex vno lapide, ſed ex multis.

¶Structor, qui aliquid ordinat. Ponitur & pro cellario qui iſtruendę menſę & ciborũ curã habet. a ſtruendo.i. ordinando & cõponẽdo, qui cultello ſcindit in fruſtula. Marti. & q̃ non egeant ferro ſtructoris ofellæ. Qui vero conuiuij princeps eſt Architriclinus vocatur.

¶Structura, ædficium ſiue compoſitio & ordinatio. Colu.lib.j.Igitur ad ſtructuram cum primum ſtatim fundamenta iaciuntur euitandum eſt.

¶Strues, a ſtruo ꝓprie lignorũ congeries eſt. Et ſtrues dicitur genus libi quod addebatur in ſacris. Ouid. lib.j. faſt. Hęc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

¶Struma, tumor, vel morb⁹, qui a ſcrophis q̃ id morbi patiunt̃ Scrophula dr̃. In quo ſubtus cõcretę quędam & putę ſanguineę quaſi glandulę oriunt̃. Inde ſtrumoſi dicuntur qui id vitiũ patiunt̃. At Cor.Cæl.ſcribit. Struma extãtia quędã ĩ tergo. Gibb⁹ vero in pectore. Alij ſtrumã vitiũ gutturis eſſe putant. Catul. in opprobriũ dixit Sella in curculi ſtruma Noni⁹ ſedet. Iñ ſtrumoſus. Iuue. Nec pretextatũ rapuit Nero loripedem vel ſtrumoſum atq; vtero pariter gibboq; tumentẽ. Pli.li.xj. Guttur homini tm̃ & ſuibus intumeſcit aquarũ quę potant̃ plęrũq; vitio, propter quod quędã tubera ſpongioſa per corpus aliquando ſuperfuſa ſcrophulę dicũtur, quę etiã ſubſtrumę appellatione continentur, vt rectius ſtrumulę quaſi paruę ſtrumę quam ſcrophulę nominentur.

¶Struthius, & pro fœmi.ſtruthio auis eſt corpore grãdis grauiſq;. Hiero.in Iob. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennę herodij & accipitris. ꝸAlias ſtruthius, gen⁹ herbæ, quam nos radiculam dicimus a paſſeris vocabulo. Theophra.lib.ix.folium habet quale ſtruthos quo linthea candorem capiunt.

ꝸStrutheus, membrum virile a priſcis dicitur a ſalacitate paſſeris qui gręce στρουθος dicitur.

ꝸStruthea Plinius lib.xv.de ciconijs. Minora ex eodẽ genere ſtrutea.

¶Struthiocamelus, maxima auiũ eſt, ſi tñ auis eſt dicẽda cũ pẽnas duntaxat habeat vt adiuuẽt ad currendũ cętero volucris nõ ſit nec a terra tollatur. Vngulas habet ceruinis ſimiles, biſulcas ꝯpręhendẽdis lapidib⁹ vtiles quos ĩ fuga cõtra inſequẽtes pedib⁹ ingerit. Cõquoquit quęcũq; deuorat ſine aliquo delectu. Mira ĩ eo ſtoliditas Etenĩ in tãta corpis altitudine ſi colla frutice occultauerit latere ſe putat. Oua ei⁹ in ꝓcio ſunt ꝓpter ãplitudinẽ & pennę, quia galeas varijs coloribus infectę adornant.

ꝸStruices, oĩm rerũ extructiões. Plau. in Mene. Tãtas ſtruices cõcinnat patinarias.

¶Strychinis hęrba eſt quam furialem alij dixerunt. Similiter & ſtrychnium.

✤Strygnon, hęrba eſt quã alij conuerſam vocant, alij coagulũ, alij ſtrumum potius ſpongia aquarũ dulciũ quã muſcus.Cc.

✤Studiũ, eſt vehemns applicadtio aĩmi ad aliqđ peragendũ. accipitur qñq; ꝓ exercitatione, vt cũ dicimus ſtudia literarum. Col. Et ne ſingula perſequar ei ſtudio qđ quiſq; agere velit cõſultiſſimũ rectorẽ adhibeat id eſt exercitatio operi vel arti. Qñq; ꝓ diligentia. Quandoque ꝓ fauore ſeu amore. Sal. D. Syllanũ certe ſcio quę dixerit ſtudio reſpu. dixiſſe. Quãdoq; ꝓ voluntate, vt ſcidit̃ incertum ſtudia ĩcontraria vulgus.

¶Studioſus, modo aſſiduũ ac ꝑſeruantẽ ſignificat. Cic. ad Heren. Ideo q; bodis viris & ſtudioſis amicus erat. Mõ cupidũ & alicui rei deditũ atq; addictũ & ſtudioſus laudis.i.cupidus & ſtudioſus Cęſaris.i.amãtor vel beniuolus Cic. Cecinę Viri ſunt optimi & tui ſtudioſi & mei neceſſarij. Hic fit Perſtudioſus. Idę ĩ Cato. Attribuito leteris gręcis quarũ cõſtat eũ ꝑſtudioſũ fuiſſe ĩ ſenectute

¶Studeo es, ui, ſtuditũ, ſtudiũ adhibeo. Do eperã alicui rei. Cęſar cõmẽ.i. Cupiditate regni adductus nouis rebus ſtudebat.i.vacabat, Cõſtruit̃ etiã cũ ablatino mediãte in, vel etiã accuſatiuo, ꝑſerti ſi aliquid ſtudioſius legimus. Titi.ĩ pſal. Ferenti natis populus gręca ſtudet. Et ſtudere ẽ amare, ſiue fauere. Sal. Neq; ſtudere neq; odiſſe ſed minime iraſci decet. Ouid. lib.ix.meta. Cui ſtudeat deus omnis habet. Itẽ Enit. Cice. li.j.Off. Quorũ vero patres aut maiores aliqua gloria ꝑſtiterũt. ij ſtudent plęrũq; in eodẽ genere laudis excellere. Lact.li.iij. duo ſignificata ei⁹ cõphendit. Qui ſapietię ſtudet vtiq; nondũ ſapit ſed vt ſapere poſſit ſtudet.

¶Stupalinũ, vile quod lini cortici, proximũ eſt vt ĩquit Pli. ab græco στυππίον quod ſtupã ſignificat, vel a ſtipãdo ꝙ ea ſtipentur naues. Hic ſtupeus a, um, Ver. Suiiciũt lapſus & ſtupea vincula collo.

ꝸStupari⁹, a, um, quod ad ſtupam pertinet vt ſtuparius malleus quo lina tunduntur.

¶Stuprũ, eſt coitus lege vetitus, qui duplex eſt. Vn⁹ cũ nupta qđ adulteriũ dr̃ aut cũ puero, aut cũ ſanguine coniunctis, ſiue ſacris virginibus, alter cũ vis affertur cuilibet ꝑſone etiã ſi ancilla ſit. Aliqñ ſtuprum ponitur pro turpitudine. Neuius. Perire malunt ibidem quam cum ſtupro redire ad populares. Aen. Fœde ſtupreq; caſtigor quotidie turpiter.

¶Stupro as, vitio ſtupro. Plau. in Aulu. Is adoleſcentis illius eſt auunculus qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigilijs. Cic. li.iiij. ad Heren. Qui violaſſet ingenuam, matrem conſtupraſſet.

¶Stupeo es, pui. ſignat quodã modo ſenſum rerum nõ habere. Perſi⁹. Sed ſtupet hic vitio.i.iſanus eſt fact⁹ vitijs. Iũgit̃ & cum accuſatiuo. Cice. de fi.bo. Hæc cum loqueris Varrones ſtupem⁹. Hui⁹ cõpoſita ſũt Obſtupeo & Subſtupeo, a quib⁹ Stupeſco Obſtupeſco, Stupefacio, Obſtupefacio, Stupefio & obſtupefio.

¶Stupor, eſt alienatio quędã ſenſum ꝙ ſcilicet ſenſus conſtipentur. ꝸEt eſt admirationis ſpecies ex magnitudine miraculi proueniens ita vt etiam impediat inueſtigationem cauſæ miraculi apparentis.

¶Stupidus quandoq; pro ſtupefacto, quandoq; pro inſenſato accipitur. Vnde ſtupentia ſiue ſtupida dicuntur quando vel paruum vel nullum habent ſenſum.

¶Stult⁹, ĩprudẽs, ĩprouid⁹. Nã & multi nõ ĩſipiẽtes aliquando ſtulte aliquid vel agũt vel loquũt̃. Fatuus plane inſipiẽs. Afra. Ego ſtultũ me exiſtimo, fatuũ eſſe nõ opinor. Inſan⁹ q abiecta ratione cum furore & ĩpetu omnia facit. Rudis q nũq̃ didicit. Stultitia quatuor modis dignoſcitur. Aut cũ nõ venerit in mentẽ quod oportet Aut ſi venerit nõ tenere, aut bonum conſilium nõ admittere, aut malum admittere. Hinc Heſiodus econuerſo. Optimus ille quidẽ qui per ſeſe omnia noſcẽs pręceptor ſuus ipſe ſibi meliora peregit. Rurſus & ille bonus monit⁹ q recta ſequet̃. Qui nõ ipſe ſapit nec credit recta monenti. Hic nullam in partem vtilis eſt.

ꝸSturdi aues quę hyeme abeunt quibus proprium eſt caternatim volare, quodã pilę orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus.

ꝸStypticus, idem quod ſtrictus, ab obturo ſtringo.

✤Stura, ĩſula ẽ ĩ mari vltra tyberina oſtia ĩ antiano.Cc.

¶Stymna eſt ſpiſſamentum & domitura vnguenti, Vt inquit Dioſcorides.

¶Stymphalus, lac⁹ in Arcadia in cuius ripis erat ſtymphalo oppidũ. Oui.li.ij.Faſto. Teſtis erit pholoe teſtes ſtymphalides vndę. A ſtymphalo lacu ſtymphalides aues appellatę ſũt, tãtę magnitudinis, vt ſolis radios obũbrare dicerẽt̃ oẽm Arcadiã deuaſtãtes. Hiero. Cerberũ & ſtymphalidas narrãt fabulę poetarũ. A ſtymphalo oppido fit Stymphali⁹, a, ũ, & Stymphalis, idis. Hie.ꝯtra Iouin. Ariſtoclides Orcomeni tyrãn⁹ adamauit virginẽ Stymphalidẽ, q̃ cũ pr̃e occiſo ad tẽplũ Dianę cõceſſiſſet & ſimulachrũ teneret, nec vi poſſet auelli, in eodẽ loco confoſſa eſt. Ob cuius necẽ tãto oĩs Archadia dolore cõmota eſt, vt bellũ publice ſumere & necẽ virginis vlciſceret̃.

¶Styx, gis, ge.fœ. ꝓprie mœſtitiã deſignat στυγνός ei triſtis dr̃. στυγνάζω mœreo vel dr̃ ab στυγῶ, timeo odi ꝙ terrori oĩb⁹ ſit. Ver. Stygiãq; paludẽ Dij cui⁹ iurare timẽt & fallere numẽ. Fingit̃ a poetis ꝙ ſit infernalis palus cũ ſit fons in Arcadia, exitioſus animalib⁹, cuius aq̃ illico necat ex nimio frigore, vt pote cũ perfluẽs ipſa ſtatim lapideſcat. Tradũt hac aq̃ ęs ferrũq; erodi & oĩa vaſa in ea miſſa frãgi pręter cornea. Eſt & alia palus ĩ ægypto iuxta mẽphim quã veteres ſtyga vocauere, Hic ſtygius, a, ũ. Seneca. Hic ſæuũ vmbras territat ſtygi⁹ canis Ariſtophanes autẽ in ea comœdia, q̃ βάτραχοι ἐγγράφεται ἐν ταῦθεν αὐλῶν τίς οἱ περιέπνευσε πνοή ὄψει τε φῶς κάλλιστον ὥσπερ ἐνθάδε καὶ μυρρινῶνας καὶ θιάσους εὐδαίμονας ἀνδρῶν γυναικῶν καὶ κρότον χειρῶν πολύν. ✤. Id eſt Rana inſcribitur hinc atriorũ quis tibi adeſt ſpiritus, viſuiq; lumẽ optimũ quẽadmodũ hic & tripudia fœlicia virorũ mulierum & plauſum nauium multum. Nam ſtyx ꝓxima eſt elyſio.

## S ANTE V

SVauis, dulcis, a quo ſuauitas, & ſuauitudo, pro dulcedine. Plaut. Suauitudo mea, quorum contraria ſunt inſuauis, auſter⁹, aſper. Inſuauitas, Inſuauitudo. Aduerbia ſuauiter, inſuauiter, ſuaue inſuaue, Vergilius. Et ſuaue rubens hyacinthus.

¶Suadeo es, ſi, ſum, ſcđm naturã byſillabum eſt licet multi triſyllabũ putẽt. Qđ etſi inueniat̃ ſolutio dicẽda eſt a ſuaue & do, pro dico, compoſitum eſſe quidam arbitrantur, hoc eſt ſuaue dico. Eſt enim ſuadere accommodatis & ſuauibus verbis aliquem in opinionem noſtrã inducere conari, hoc eſt hortari aliquẽ ad id qđ intẽdimus. Cuius contrarium eſt diſſuadere. De perſuadeo ſupra habitum eſt.

¶Suadela pe.pro.ſuaſio dicitur. ✤ Eſt dimi.a ſuada.

¶Suaſorius, a, um, qđ ad ſuadẽdum pertinet vt ſuaſorium munus, id eſt officium ſuadendi. Et pars deliberatiua a rhetoricis ſuaſoria dicitur.

¶Suaſum, color ex ſtillicidio fumoſo in veſtimẽto albo. Sunt & qui omnem colorem ſuaſum velint appellari ꝙ quaſi perſuadetur in alium colorem tranſire.

¶Suauium, quod & ſauium dicitur per diminutionem voluptas dicitur. Tereñ. O thais meum ſuauium.

✤Suadibile quod ſuaderi facile poteſt. Inde ſuadibiliter aduerbium.Cc.

✤Sualternicum, electri ſpecies fulua.Cc.

✤Suarius, ſuum cuſtos.Cc

✤Suatim ad ſimilitudinem ſuis.

¶Suauior, aris, & Sauior ſignificat cum voluptate aut ꝓ gaudio oſculor. Catul. ad Veraniũ Lucidum os oculoſq; ſuauiabor. De hoc etiam diſſauior.

¶Suapte, ſua ipſi⁹ natura & ſuopte ſuo ĩpĩ⁹, ſicut Meopte meo ĩpĩ⁹. Ci.li.j.Tuſ. Terrena & hũida ſuopte nutu, & ſuo põdere ad pares angulos ĩ terrã & ĩ mare ferant̃.

¶Sub, prępoſitio & ſeparat̃, & cõponit̃. Separata aliqñ denotat tp̃s, & accuſatiuo iũgit̃, ſignificatq; circa vel ꝑ Verg. Sub lucẽ exportãt calathis, i.ꝑ lucẽ, ſeu adueniente luce. Aliqñ ponitur pro in vt ſub idem tẽpus, ſub eãdẽ horã.i.in eodẽ tẽpore in eadẽ hora. q̃q̃ & ꝑ idẽ tempus & per eandem horam vel circa idem tempus & circa eandem horam exponi poſſit. Liuius. Vtrinq; legati fere ſub idem tempus ad res repetendas miſit. Suet. de Aug. Sub horam pugnę tã arcto repente ſomno deuict⁹ vt ad dandũ ſignũ ab amicis excitaretur. Aliqñ ꝓ ſtatim poſt, vt ſub hęc verba. Cicero. Planco Sub eas autẽ redditę ſunt. Aliqñ ſignificat ad locum & ꝓ ante ſumitur Verg. Poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus. Aliqñ in loco & ꝓ ſubter capitur, conſtruiturq; cum ablatiuo. Idem lib.viij. Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quærcu. Itẽ cum ablatiuo accipitur ꝓ in, vt apud eundem. Nãq; ſub ingenti luſtrat dũ ſingula tẽplo. Itẽ ꝓpe, vt, Quo deinde ſub ipſo ecce volat. Itẽ ſignifi. cũ vt ſub ſarcinis, i. cũ ſarcinis. Compoſita plęrũq; localem ſignificationem retinet quę illi ꝓpria eſt, vt ſubeo ſuppono, id eſt ſubter. Interdum ſignificat infra. vt, Caudãq; remulſcẽs Subiecit pauitantem vtero ſyluaſq; petiuit. Interdum diminutionem vt ſubdubito, ſubiraſcor, id eſt aliquantulum. eſt enim vt Dona. inquit tẽperamẽtũ plenę ꝓnũciationis. Interdum ſignificat ſupra vt Corpora ſaltu ſubijciũt in equos, id eſt ſupra iaciunt. Interdũ ꝓſpere, vt Succedit. Interdũ poſt, vel quã primum, vt ſubſequor. Interdũ cõtra vel ꝓpe, vt ſubſiſto. Cæſar. Audaci⁹ ſubſiſtere, non nunquam & nouiſſimo agmine pręlio noſtros laceſſere. Interdum prudenter ſeu diligenter, vt ſubſeruio. Interdum in promptu, vt Quo modo ratio nõ abeſt. Interdũ latenter, vt ſuppilo. Interdum ſenſim. vt Surrepo. Interdum adhuc. Liui. Tanquam ſpes ſubeſſet. Componitur autem fere cum omnibus literis. A, vt ſubaro. B. vt ſubbibo, C, vt ſuccido. D, vt ſubdo. E, vt ſubeo. F, vt ſuffero, G, vt ſuggero. H, vt ſubhaſto, I, vt ſubiungo, L, vt, ſubleuo. M, vt ſubmoueo. N. vt ſubnecto. O, vt ſuboríor. P, vt ſuppono. R, vt ſurripio. S, vt ſubſãno, T, vt ſubtraho. V, vt ſubuenio. Sed quoties ſubiũgit̃ vocalib⁹ vl̃ b d h l n ſ t, remanet b integra, ĩ alijs mutat̃ b ĩ literã ſequentẽ niſi in ſubrideo, ſubrogo, ſubruo. Suſtineo vero ſuſpicor, ſuſpicio, ſuſtuli, ſuſtolo: & huiuſmodi ſine b ſcribenda ſunt, quia non a ſub ſed a ſurſum compoſita ſunt.

ꝸSubęratũ aurũ a ſubęs, ęris, aurũ qđ habet æs ſubtus. Perſi. Ne qua ſubęrato mendoſum tinniat auro.

ꝸSubalpini populi qui ſunt ſub alpibus.

¶Sub corona vęnundari captiui dicebantur, quia coronati vendebantur.

¶Subiugum dicebantur hoſtes miſſi eſſe, quia duab⁹ haſtis in terra defixis tertiaq; ſuperligata inermes ſub ea tranſire cogebantur.

✤Subcutaneus morbus dicitur, ꝙ intra cutem ſiue ſub cute eſt ſiue ſubter. Cc.

¶Sub manu, vulgaris locutio, & ſigni. ſtatĩ. tp̃iſq; momẽtũ, q̃ſi de manu in manũ. Seneca lib.x. epiſtolarũ ad Luci. Cõſiliũ naſci ſub die debet & hoc quoq; tardũ eſt nimis. ſub manu quoq; aiũt cõſiliũ naſcatur Sue. de Augu. Et quo celerius ac ſub manu annunciari cognoſcique poſſet qđ in ꝓuincia q̃q; gereretur, iuuenes primo modicis ĩteruallis ꝑmilitares vias dehĩc vehicula diſpoſuit

¶Sub vitẽ haſtas iacere dicebat̃ miles, cũ ſub manũ rurſum haſtã mittebat. Sub vitẽ pręliari milites dicebant̃ cum ſub vinea militari pugnabant. Sub uineam iacere cũ aſtantibus cẽturionibus ſudes iacere cogebantur.

¶Subactus, a, um. Vide in dictione Subigo.

✤ Subagito, as, ſignificat ineo. Plaut Dum ille meretricem agitat, ego quieſco.

¶Subaquaneus, a, ũ, qđ aqua manat, vt ſcopulus ſuba=

quaneus.

¶Subalaris & hoc ſubalare, quod ſub alis eſt. Vnde ſcribit Lamp. Heliogabalum ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares.

¶Subcerniculũ, farinariũ cribrũ, qđ fit e ſetis equorum quẽadmodũ excuſſoriũ & pollinoriũ fit e lino. Excuſſoria, cribra ſunt quibus furfur ſecernitur. Pollinaria quibus pollen hoc eſt groſſior puluiſculus farinę diuiditur.

¶Subcineritius, a, um, quod ſub cinere coquitur, Vnde ſubcineritium panem legimus.

¶Subdo, is, ſuppono, ſubijcior Cato. de re Ruſt. Ignem ſubdito vbi bullabit vinũ, ignẽ ſubducito. & ſubdere ſubiungere. Quint. Hic dictis & alta ſubdidit.

¶Subditus, qui alicuiꝰ ĩperio ſubiectꝰ eſt, ſubditũ etiã partũ dicimꝰ ſuppoſitũ. hoc eſt ſublatũ ab ea muliere q̃ peperit, & alteri poſitũ, Itẽ apud iuriſcõſultos ſubditum teſtamentũ dr̃ cũ vero teſtamento occulato aliud clam fuit appoſitum. Subditus iudex qui loco mortui datur.

¶ Subditiuus, qui ſubditus eſt. Plautus in Amph. Subditiuus eccum exit foras.

¶Subdititiꝰ ſuppoſititiꝰ. Vñ a Plauto Iuppiter dictus eſt ſubdititiꝰ Amphytrio. Suetoniꝰ. Nõ modo verſꝰ cẽſoria q̃dã virgula notare & libros q falſo viderẽt inſcripti tã q̃ ſubdititios ſummouere familiã permiſerint ſibi

¶ Subdolus penulti. cor. occulte decipiens.

¶Sub dio aliqd eſſe dicimꝰ, qđ nõ eſt ſub tecto ſed ĩnudo & ſub cœlo. Aliter dr̃ ſub Ioue, ab eo ꝙ gręci Iouem τὸν Δία dicũt. Hora. lib. Carmi. Vitãq; ſub dio & trepidꝰ agat. Hinc ſubdialia pauimenta, & ſubdiales deambulationes quas Victru. gręco vocabulo vocat hypetras.

¶Subdiale qđ ſub dio ꝑmanet. i. ſub aere. Pli. illa ſuper terrã & ſubdialibꝰ petris cædit̃. Hęc ex obrutis, ſubdialia a gręcis primo habita qbꝰ cõtegerẽt domꝰ ex tõſa teſta & pedali craſſitudĩe feſtucata. terraciũ nũc appellat̃.

¶Subduco, is, pe. ꝓ. ſubter duco. Interdũ ſubtraho Cato. Ignẽ ſubdito, vbi bullabit vinũ, ignẽ ſubducito. Sunt eñ contraria ſubdo & ſubduco. Iuuenalis. Et nos ergo manũ ferulę ſubduximꝰ. Interdũ ſurripio. Verg. Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis. Interdũ ſurſum duco leuo extollo. Idẽ Qua ſe ſubducere collęs incipiunt. hic ſubducere naues, dicimꝰ in terrã trahere, ꝙ terra mari altior ſit ſicut econtrario deducere in mare e terra ducere. Idẽ Quaſſatã ventis liceat ſubducere claſſem. Plaut. in Caſſide, Ibo intro, vbi ſubducã nauim rurſum in puluinarium. Interdum ſubducere cum hoc nomine ratio ſignificat computare calculare. Cic. Lentulo. Rationibꝰ q; ſubductis ſummã feci cogitationũ mearũ. Plau. ĩ Cap. Subducã ratiũculã quantillum argentum mihi apud trapezitam ſiet. Et ſubducere eſt furtim ſubtrahere. Idẽ in Cur. Propino magnũ poculum, ille bibit, caput ponit, cum dormiſcit ego ei ſubduco anulum. Saluſt. Præterea ex gregarijs militibus quemque armatum in prima acie ſubducit, id eſt extrahit & alibi locat.

✣ Subęro ęre commiſceo. Perſius. Ne qua ſubærato mendoſum tinniat auro. Cc.

¶Subeo, is, iui, vl' ſubij, itũ. ingredio. Cęſar cõment. i. Qui intra annos quatuordecim tectũ nõ ſubijſſent. Lactã. Siue virtutes inſeras, vitia ſua ſpõte decedent, ſiue vitia eximas virtutes vltro ſubibũt. Paſſiuũ ꝓtulit. Iuuenalis, ꝙ ſi ſubeũt̃ ꝓſpera caſtra. Et ſubire eſt ſuſcipere aut pati. vt ſubeo periculũ, ſubeo crucẽ, mortẽ, Ci. li. iij. offi. Qui retinendi officij cauſa cruciatus ſubierit vltro. Itẽ ſuccreſcere. Verg. Ne ſubeãt herbę, neu puluere victa fatiſcat. Itẽ in memoriã venire. Et modo cũ datiuo mõ cũ accuſatiuo cõſtruit̃, vt ſubijt mihi. Curtius. Sera pœnitẽtia ſubijt regẽ. i. in mẽtẽ vel in memoriam venit Itẽ ſubdere ſupponere. Ver. li. x. Aeneas ſubijt mucronẽ ipſumq; morãdo, Suſtinuit. Itẽ extolli. Pli. ſed hi rationẽ afferunt ꝙ leuiſſima ſit imbriũ ciſternarũ aqua vt q̃ ſubire potuerit & pendere in aere. Idem. Nec leuitatis in pluuia aqua argumẽtum eſt ſubijſſe ea in cœlũ etiam in lapides ſubijſſe appareat. Itẽ ſuccedere Varro. In quarum locum ſubierunt inquilinæ impietas perfidia impudicitia. Idẽ rñdere ſeu reſiſtere. Cic. ĩ verrẽ. Diuinatiõe poteris ne orõnẽ eiꝰ ſubire? Itẽ aggredi. Hie. Nũc depẽcor Deſideri chariſſime, q a me tñ opꝰ ſubire feciſti. Itẽ ſcãdere. Pli. lib. iiij. Hemi. excelſitas ſex. vr̃. paſ. ſubit̃.

¶ Subfibulum, Vide in dictione fibula.

¶ Subhaſtare, eſt ſub haſta mittere, hoc eſt ꝑ auctionẽ vẽdere. Haſta enim erat virga quæ dabatur cũ poteſtas alicui daretur de aliqua merce.

¶Subigo, is, pe. cor. ſignifi. cogo. Sal. Ambitio multos mortales falſos fieri ſubegit. qñq; ſubigere eſt ſubijcere, domare, Idẽ Poſtea vero quã ĩ aſia Cyrꝰ, in gręcia Lacędemonij & Athenięſes cœpere vrbes atq; natiões ſubigere. qñq; ſummittere, vt ſubige ſub arbore pecꝰ. qñq; acuere Verg. lib. vij. Pars lęues clypeos & ſpicula lucida tergũt Aruina pingui ſubigũtq; in cote ſecures. qñq; atrectare agitare. Cato. Farinã in mortariũ indito aquã paulatim addito ſubigitoq; pulchre. Qñq; bñ arare, bñ colere. Verg. Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. Col. lib. ij. ſeq̃t vt tp̃a quoq; ſubigẽdi arui pręcipiamus Ci. ꝑ trãſlationẽ li. ij. de ora. ꝓ exercere poſuit. Subacto mihi ingenio opus eſt, vt agro nõ ſemel arato, ſed nouato & iterato. Qñq; ſuffodere. Ver. lib. ij. Geor. Tñ hęc quoq; ſi quis Inſerat aut ſcrobibus mãdet mutata ſubactis. Qñq; ſubagitare. Cice. Gallam ſubigo. Quandoque ſurſum agere. Et tunc a ſus quod ſignificat ſurſum componitur. Verg. lib. j. Georgi. Nõ aliter quam qui aduerſo vix flumine lembum Remigijs ſubigit. A ſubigo fit aliud compoſitum Proſubigo de quo ſupra.

¶Subijcio is, pe. cor. ſuppono. Vergil. Et ramea coſtis ſubijciunt fragmenta. Et illud. Subijciẽtibus prunas inſultat leuita Chriſti. Aliquãdo ſubiugo. Cic. Tot ſibi populis repente ſubiectis. Aliquando ſurſus iacio. Vergi. Et corpora ſaltu ſubijſciunt in equos.

¶Subices, pe. cor. dicũt̃ ſubiecti. Aenniꝰ. Ergo deũ ſublimis ſubices hũidꝰ vñ orit̃ iber ſonitu ſæuo & ſtrepitu

¶Subiecto, as, ſæpe ſubijcio. Verg. Nigramq; alte ſubiectat arenan.

¶ Subiacto, as, ſæpe in altũ iacto, qđ fit cũ in areis frumẽta a paleis ſecernunt̃. Var. His tritis oportet e terra ſubiactari vallis aut vẽtilabris cũ vẽtꝰ ſpirat lenis. Ita fit vt qđ leuiſſimũ eſt ĩ ea atq; appellat̃ acꝰ euannet̃ foras ac frumẽtũ qđ eſt põderoſum purum veniat.

¶Subitus, a, um. a Subeo, is, idẽ qđ repentinus. Verg. cũ ſubito aſſurgens fluctu nymboſus orion. Hinc ſubito aduerbium. Mar. Nam ſubito collapſa ruit.

¶Subitarius, a, um, repentinꝰ licet quandoq; pro extẽporali ſumatur. Cel. Quid ſibi vellet ſubitaria dictio.

¶Subitaneus, a, um, eo modo dicitur quo ſubitarius, vt Subitanea mors.

¶Subitatus, a, um, qđ eſt ſubito mutatũ Cyprianus ad Corneliũ. Steterũt fortes & ipſo dolore pœnitẽtię facti ad pręlium fortiores vt appareat nuper ſubitatos eſſe & nouæ atq; inſuetę rei pauore trepidaſſe.

¶Subinde, cũ accẽtu in añpe. ſignifi. deiñ vel ſtati poſt Hora. Si recte dicet primũ gaudere ſubiñ. Pręceptũ auriculis hoc inſtillare memẽto. Liu. Vno alteroq; ſubinde ictu, vẽtrẽ atq; iuguina hauſit. Interdũ ſignifi. frequenter ſiue vt ꝓprie dicã identidẽ hoc eſt crebro cũ quodã interuallo. Suet. in Tibe. Læua natura ne in puero quidẽ latuit, quã Theodorus Gadareus & proſpexiſſe primus ſagaciter & aſſimulaſſe aptiſſime viſus eſt, ſubinde obiurgãdo appellans eũ lutũ a ſanguine maceratum.

✣ Dicitur & Subin ſicut proin & dein. Cc.

¶Subiugo, as, pe. cor. debello & imperio meo ſubijcio, quaſi ſub iugo pono. Lact. lib. iij. Totum hominem alienę ditioni ſubiugauerunt.

¶Subiugalis, ſub iugo aſſuetus, & domitus. Vnde pullꝰ ſubiugalis in Euangelio legitur.

¶Subiũgo, is, addo. Vnde ſubiũctiuus modꝰ dictus eſt



q a ſubiungit̃ alteri verbo. Nã eget a aliqua re vt impleat ſentẽtiã, vt ſi dico Cũ clamen quare me tacere dicis? Ideo ergo ſubiunctiuus modus eſt, quia ei coniungitur aliquid, vt ſententia locutionis plena ſit.

ȝSubire aleã, eſt periclitari, & obiectare ſeſe fortunę dubię tractũ ab aleatoribꝰ qui in foro a leatorio varie agitãtur & repente victores, repente victi dubio euentu exanimant̃. Liui. In dubiã ſeruitij imperijq; aleam imus.

✣Sub iugum mitti dicebãtur hoſtes qui duabus haſtis in terra defixis, tertiaq; ſuperligata, inermes ſub ea cogebantur tranſire. Cc.

¶Sublabor, penul. pro. ſignificat prætereo ſiue latẽter decurro aut fugio.

¶Sublabro, as. pe. cor. intra labra mitto. Nęuiꝰ. Iã ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſynciput.

¶Sublego is. pe. cor. furto aliquid ſurripio. Vergi. Vel quę ſublegi tacitus tibi carmina nuper.

¶Sublego as, pe. pro. ſubſtituo. Iuſti. lib. iij. Senatui cuſtodiam legum populo ſublegandi ſenatum vel creandi quos vellet magiſtratus poteſtatem permiſit.

¶Subleſta, infirma, leuia, friuola, debilia. Plaut. in ꝑſa. Grauior pauper fides ſubleſtior. Idem dixit vinũ ſubleſtiſſimum, quia infirmos facit vel corpore vel animo.

¶Subleuo as. pe. cor. alleuio auxiliũ p̃ſto, defendo. Cic. zophirus qui ſe naturã cuiuſq; ex forma ꝓſpicere ꝓfitebatur deriſus a cæteris eſt, qui illa in Socrate vitia nõ agnoſcebãt, q̃ ipſe ex illius aſpectu multa colligerat. Ab ipſo aũt Socrate ſubleuatꝰ, cũ illa ſibi ingenita ſed ratione a ſe deuicta diceret, Et ſubleuare ſurſum leuare, ſuſtẽtare. Suẽt. de Veſ. Aluo repente vſq; ad defectionẽ ſoluta imperatorẽ ait ſtantẽ mori oportere, dumq; ſurgit ac nititur inter manus ſubleuantium extinctus eſt.

ȝSublicę, ꝑticę, & pali lignei. Vñ pons Romę ſublicius q a ex ſublicis ita ſtructꝰ fuit vt trabes ſine fulturis eximerent̃. Cęſar in deſcriptiõe rhemani põtis inq̃t, nõ ſublicę modo directę ad perpendiculum, ſed prone, ac faſtigiatę vt ſecundum naturam fluminis procumberent.

¶Subligo as. pe. cor. ſubtus ligo. Vnde & ſubligaculũ.

¶Subligar, pe. cor. ſiue ſubligaculum dr̃ quo pudendę partes obtegunt̃. Martia. Tecta tñ non hac qua debes parte lauaris. Si pudor eſt, transfer ſubligar in faciẽ. Cic. lib. de officio. Scęnicorũ mos tantam habet vetere diſciplina verecundiam vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. Dicitur & ſuccintoriũ Femorale, Fœminale Campeſtrę, Bracha, Perizoma, & Lumbare.

¶Sublimis, pe. pro. in altũ eleuatus a limine ſuperiorę dictus quod ſupra nos eſt. Verg. Ipſa Paphon ſublimis abit. Col. li. ij. Igit̃ in opę boues arcte iunctos habere cõuenit quo ſpecioſiꝰ ĩgrediãt̃ ſublimes & elatis capitibꝰ Hic ſublimitas exl'tatio. ✣ Et aduerbiũ Sublimiter. Cc.

¶Sublimo as. exalto in altum mitto vado ve. Aennius. Sol qui candentẽ in cęlo ſublimat facẽ. Aug. lib. vij. cõ. Augebatur diuitijs, ſublimabatur honoribus.

¶Sublino is. pen. cor. aliquantulũ tingo ſeu noto. Cor. Cęlſus. Idem quoq; vmbilico ſublitũ facit. Inde ſublitio quę eſt quaſi primũ tectoriũ & fundamẽtum coloris eiꝰ quem reddi volumus inductione manus vltima. Aliquãdo illudo & pro ridiculo habao. Tractum a genere ludi quo dormiẽtibus ora pinguntur, vt apud Plau. in Aul. Ah ſubleuit mihi os peſſime.

ȝSubluuies, dr̃ ſicut illuuies. & pluuies, ꝓ ſordibꝰ & immundicicijs. Apud Colu. Genꝰ morbi in diſcrimine vngulę ouiũ naſcẽs, ait eñ lib. viij. Claui quoq; dupliciter infeſtãt ouẽ, ſiue cũ ſubluuies atq; interrigo in ipſo diſcrimine vngulę naſcitur ſubluuies pice liquida eruitur.

ȝSubluſtria, verba dicuntur, non ex toto luminoſa, ſed aliquid luminis habẽtia ſubluſtris nox, & ſubluſtris vmbra quę habet aliquid luminis.

¶Subluco as. pe. pro. a luco ſigñat ramos arborũ ſupputo & veluti ſubtus lucẽ mitto. Conlucare aũt eſt ſucciſis arbaribus luxum implere.

¶Subluo is, expurgo.

¶Sublicius põs Romæ, hoc eſt ligneus, qm̃ ſine ferreo clouo conſtructus fuerat, vt meminit Plin. lib. xxxvi.

¶Subnecto is, ſubligo appẽdo ſubſcribo ve ſignificat.

¶Subneruo as, Vide in dictione Neruus.

¶Subnitor, pe. pro, ſuffulſio. Vide in dictione nitor.

¶Subo, as ſubare, dñr ſues cũ libidinẽ exercẽt aut appetũt q̃uis & ad alia aĩalia, etiã ad hoĩes trãſferatur. Hora. Iãq; ſubando cubilia tectaq; rũpit. ariſt. li. de aĩalibꝰ. vi. Ita ſubare dr̃ in ſuibus. quẽadmodũ eq̃ libidĩe ſtimulatę dñr equire. Tert. ĩ apologetico ſcribit Iouẽ fęde ſubantẽ in ſororẽ fuiſſe. i. libidinantẽ & rei venereę inhiantem.

✣Suborior ſubnaſcor & exurgo, vt ſubortꝰ ẽ rumor. Cc.

¶Suborno as, aliquãtulũ orno, hoc eſt honoro ſiue laudo. Plancus. Cic. Tu Cicero. qđ adhuc feciſti idẽ p̃ſta vt vigilãter, neruoſeq; nos qui ſtamus in acie ſubornes. Et ſubornare ẽ latẽter ſeducere. gel. ĩ caput meũ ſubornauit

ȝSub patẽtibꝰ cãpis, id eſt ſub mõte exporrectis. apul. immitto me campis ſub patentibus.

¶Subrideo latẽter, vel aliquãtulũ rideo, vel riſus ſigna oſtendo. Verg. Olli ſubridens hominũ ſator atq; deorũ.

¶Subrogo, pe. cor. ſubſtituo. Auguſt. lib. iii de ciui. dei. Lucretius quoq; qui in locum Bruti fuerat ſubrogotus, morbo aſſumptus eſt.

✣Subripio, furor, clã aufero, qñq; ẽt in altũ tollo, vñ fit ſubreptio, qđ mõ furtũ ſigñat, mõ ĩperationẽ q̃ fit a prĩcipe ſiue magiſtratu per falſã rei narrationę. Subreptitię lr̃ę dñr, q̃ ad falſã alicuius ſuggerationẽ cõceſſę ſũt. Cc.

¶Subruo is, cũ impetu ſubingredior. Aliqñ paũ vl' aliquãtulũ vl' latẽter ruo. Et hoc ex vi p̃poſitionis ſub. Aliqñ effodio. Sene. Subruunt terrã, theſauros quęritant.

¶Subrumi dicti ſunt agni, qui adhuc ſunt ſub mamma quæ rumus a veteribus dicebatur. Inde ſubrumari quod eſt ſub ruma, id eſt mamma ſummittere. Col. li. viii. Diligenti cura ſaruandum eſt, vt in ſuis quotidie matribus & alienos non amantibus agni ſubrumentur.

¶Subſãno, as, nõ a ſano, ſed a ſanna fit q̃ eſt irriſio. Eſt aũt ſubſãnare irridere, & ꝯſtruit̃ cũ actõ. Hie. cõtra. Vig. Rideas forſitã & mulierculariũ deliramẽta ſubſãnes Et ad Marcel. Quadrante idignã eloquẽtiã nare ſubſanno quid ad te qui diſertus es? Hinc ſubſãnatio quę proprie rugata fronte & contracto naſo exprimitur.

¶Subſcudes p. p. tabulę qbꝰ tabellę iter ſe cõſigũt̃ qa quo initũt̃ ſucidit̃. Pacu. Nec vlla ſubſcꝰ cohibere ꝯpagẽ. ¶Subſcribo, ſubnoto ſubſigno, ſicut ſolẽt pricipes q ſubſcribũt ea q̃ rata hñt. Lãp. Alex. romanꝰ ĩꝑator ſubſcriptioni, lectiõi epiſtolarũ operã dabat poſt noras meridianas alias ſcribere ſigñat fauere. Col. Qđ ſi fortuna ſubſcripſerit, verbũ eſt iudicij & foro acꝯmodatũ. Vnde ſubſcriptores fautores apꝓbatoreſq; dicti ſũt. Cic Venit paratꝰ cũ ſubſcriptoribꝰ exercitatis & diſertis. vbi Aſco. Scriptores dicũtur qui adiuare accuſatorem dici ſolent.

¶Subſequor pe. cor. ſtatim ſequor.

¶Subſellia, ſedes, & pulpita, vel vt ita dicã ſcãna, ĩ qbꝰ audiẽtes poetas recitãtes ſedere cõſueuerant, vel ĩ quibꝰ ab equitibꝰ ſpectabãt̃ ludi. a ſubſedẽdo quaſi ſubſedia per mutationẽ d. in l. vt ſella pro ſeda. Nã ſenatores in ſellis altioribꝰ cõſidebant Perſiꝰ. Troſſulꝰ exultat tibi ꝑ ſubſellia lęuis Scribit Aſco. Subſellia eſſe tribunorũ triũ virorũ q̃ſtorũ, & hmõi minora iudicia exercentiũ qui nõ in ſellis curulibus nec tribunalibus, ſed in ſubſellis conſidebant. Vnde a Varrone ſubſellium dictum eſt quod non ſit plane ſella. ȝ Vnde ſciendum ꝙ ſubſellium quãdoq; accipiturr ꝓ ſede in foro vbi iudices electi in publico iudicio ſedebant, vt Quint. lib. xij. Nonnunq̃ etiã iter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriãt̃. Quãdoq; ſubſellia erãt in curia vbi ſenatores ſedebãt vt oſtendit. Cic. ĩ Ora. cõtra Catil. Qñq; erãt ſedes in theatro. Sue. in Aug. Facto igitur decreto patrum, vt quoties quid ſpectẽdi vſq̃ publice ederetur primus ſubſelliorũ ordo vacaret ſenatoribus. Et ſubſellia vbi ſedebant rei & accuſatores teſtes.

¶Subſideo es.pe.cor.ſubtꝰ ſedeo.Col.Villica debet curã adhibere,vt ſi q̃ feces aut amurcę ĩ fundis vaſorũ ſubſederint ſemel ſtatim emundentur. Inde ſubſellia. Eſt & ſubſidere inſidiari. Inde ſubceſſores & ſubeſſę.

¶Subeſſę,dñr a Vegetio inſidię,qbꝰ ĩ itinere exercitꝰ ĩparatus ac nihil tale ſuſpicãs opprimi ſolet. Subſidere eñ̃ ſignificat deliteſcere. Vñ ſubſeſſores dicti q delitefcentes inſidiant̃ & inſidijs circũuentos interimũt. Cõtra ſubſeſſos vocamꝰ hoſtiũ circũuentos. A Valerio ſubſeſſor alieni matrimonij dictus eſt qui pudicitiæ alienæ coniugis inſidiatur. ¶Subſeſſores & ſubſeſſi. Vide in dictione Subeſſe,de quo modo.

¶Subſidium quęre in dictione pręſidium.

¶Subſiſto is.cõtra ſiſto.Cęſar.Audaciꝰ ſubſiſtere nonnunq̃ & nouiſſimo agmine pręlio nr̃os laceſſere. Q nq; ſignificat gradũ,ſiſto.Hiero.in lib.Reg. Tu aũt ſubſiſte pauliſper]vt indicẽ tibi verbũ dñi. Proprie tñ̃ ſubſiſtere eſt per ſe exiſtere,vt eſt ſubſtantia quę per ſe exiſtit,qđ de accidentibus intelligi non poteſt vt inquit Aug.lib. vij.de tri.Hoc eſt deo eſſe quod ſubſiſtere.

✣Subſolanus, ventus,qui ſub ſole flat, a Græcis Apeliotes ἀπὸ τοῦ ἡλίου. i.a ſole dictus.Cc.

¶Subſto as.ſuſtineo & conſtãs ſum.Terẽ. Perij metuo ne ſubſtet hoſpes.Et ſubſtare eſt rem aliquã conſtanter ſuſtinere. Nam ſubſtare dicitur aliquid vt alijs ſubeſt.

¶Subſtantia,eſt q̃ per ſe ſubſtat & fundamentũ eſt,ſubſtat eñ̃ accidẽtibus. Differt aũt ſubſtãtia,ab accidẽte in tribꝰ. Prio,quia ei ſubijcit̃ & ipm ſuſtẽtat,nõ aũt ecõtrario. Scđo,quia p ſe nõ indiget ſubſtãtia accidẽte,ſed accidens ſubſtãtia. Tertio,qa ſubſtãtia ꝓprie eſt. Accidens vero ideo nõ eſt quia proprie ineſt. Gręci mõ ὑπόστασιν; mõ οὐσίαν vocant, latini vtrunq; interp̃tant ſubſtãtiam q̃uis ſint qui ὑπόστασιν ſubſtantiã οὐσίαν eſſentiã dicant. Scindũ eſt ꝙ vna & eadẽ natura põt dici ſubſtãtia eſſentia & ſubſiſtẽtia,vt natura ſortis inq̃tũ dat ſorti ꝙ ſit,dr̃ eſſentia inq̃tũ dat ei ꝙ p ſe ſit dr̃ ſubſiſtẽtia. put aũt ſortes habet ꝙ p illã naturã accidẽtibꝰ ſubſit dr̃ ſubſtãtia. Q nq; etiã ſubſtãtia ponit̃ ꝓ materia & quaſi eſſentia & ſoliditate ac neruis cuiuſq; rei. Pli. Subſtãtia oĩs orõnis fuit cohortatio eiꝰ ad pacẽ. Quint. Prima apud rhetorẽ elemẽta & q̃ de ipſa rhetoricę ſubſtãtia quęrunt̃,tractabimus. Q nq; ſubſtãtia ponit̃ ꝓ facultatibꝰ. Idẽ. Vt plus ſubſtãtię filio relinquerem. Et in Euphonio. Qui conſumpſit omnem ſubſtantiam viuendo luxurioſe.

¶Subſtantiuus a.um:qđ p ſe ſtare poteſt, cuiꝰ cõtrariũ eſt inſubſtãtiuus. Rufinꝰ in expoſitiõe ſymbo. Sed fortaſſe dicas,iſta quã memoras, inſubſtantiua eſt gñatio. Neq; eñ̃ lux,ſubſtantiuũ facit ſplendorẽ,aut cor ſubſtãtiuũ generat verbũ. Amb.lib. Hexa. Qui ſic minuta & inſubſtantiua principia cęlo ac terris darent.

¶Subſtituo is.ſubordino,vt cũ quis defuncto vel abrogato ſubſtituit̃ in eiꝰ locũ. Amb.pro ſuppono poſuit cũ inquit. Et bene ſanctus Lucas virũ a ſpiritu nequitię liberatum,ante pręmiſit,& ſubſtituit fœminę ſanitatem.

¶Subſũ,ĩfra ſũ. Pli. Suberãt tecto abiegnę trabes. Aliqñ ſubeſſe ſignãt latẽter ineſſe. Ver.li.ij.Geo. Quippe ſolo natura ſubeſt,qa naturaliter rerũ oĩm mr̃ eſt terra & vniuerſa intra ſe cõtinet ſemina,licet nõ appareãt. vñ Epicurei dicũt nigil eſt qđ non habeat originem ſui.

¶Subſtillũ tẽpus dr̃,quod ante pluuiã vel poſt pluuiã eſt nomẽ ſiccũ ſed humidũ,ꝙ aut iam ſtillet aut nondũ ſtillare deſiſtat. Apud Catonem lib.de re ruſt.ponit̃ pro ægritudine quando ſtillatim vrina emittitur.

¶Subſtruo ſubtus ſtruo.Col.li.j. Cũ ex depreſſiore loco fuerint orſa fundamenta non ſolum ſuperficiem ſuſtinebunt facile,ſed & pro fultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea quę mox ſi forte villam pro latare libuerit ad ſuperiorem partem applicabuntur.

¶Subſolanꝰ,ventus dr̃ qui ſole oriẽte ſubnaſci videt̃.

¶Subſortitꝰ dr̃ q alicuiꝰ occupati fungit̃ officio. Vñ ſubſortitos iudices dicimus,qui etiã ſubſtituti appellantur.

¶Subſero is.pe.cor.ſubtꝰ ſemino vł plãto.Col.li.v.nã plurimũ ĩtereſt adhuc noua cõſitiõe pedamen omne veſtiri nec mox vinearũ ſubſeri cum fructus capiẽdus eſt.

✣Subſilio,& ſubſulto parum ſalto,a quo Subſultim aduerbium.Cc.

¶Subtal,ex ſub & talo componitur, ſignificatq; cauum pedis.q̃uis & pro vola quandoq; accipiatur.

¶Subtegmen,dr̃ filũ quod ſub flamine texitur. Hie.in exod. Inciditq; bracteas aureas & extenuauit in fila vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſub tegmine.

✠Subtegulanea,loca ſub tegulis,diſtinguntur,a ſubdialibus,quę gręci vocant ὑπαίθρια ſicut priora illa ὑπόστεγα & κατάστεγα ſiue στεγαστά.

¶Subter p̃poſitio,cuiꝰ relatiuũ eſt ſup vt hic mirifice natat duratq; ſubter aqua. Et tã abltõ q̃ actõ iũgit̃,licet quidã nõ niſi figurate hoc fieri putent ſicut poſt,circum,& ante. Ver. Ferre iuuat denſa ſubter teſtitudine caſus.

✣Subtercutaneus,ſubcutaneus idem.

¶Subterraneus a.ũ.qđ ẽ ſub terra. Col. victis q̃ ſaluberrimũ ſubterraneũ ergaſtulũ, plurimis ſitq; id ãguſtis illuſtratũ feneſtris. Idẽ. Nã fere cũ his ptibꝰ ędificia rimas egerũt caua prębẽt & latebras ſubterraneis animalibus.

¶Subturpe, latenter turpe, quando id quod natura turpe eſt verbis tamen honeſtis dicitur.

¶Subuenio. ꝓprie ſubtꝰ venio. Hiero.ĩ expoſitiõe ſymbo. Diſcute ſi potes q̃ habẽt̃ ĩ manibus, & tũc ad horum ſublimiora ſubuenies. per tranſlationẽ ſubuenire eſt auxilium prębere. Plau. Qui toties tibi miſero ſubueni.

¶Subueteribꝰ,eſt loci nomẽ ĩ vrbe roma.ſicut & ſub nouis. Plau.ĩ Cur.Subueteribꝰ tibi ſũt q dãt,qq; accipiũt fenore. Sue.ĩ Aug. Bifariã laudatꝰ ẽ ꝓ ęde diui Iulij a Tiberio & ꝓ roſtris ſubueteribꝰ. Var. Subnouis dicta pars in foro ędificiorum. quod vocabulum eiꝰ peruetuſtum.

¶Subula,pe.cor.ĩſtrumẽtũ Cerdonũ quo pforandis calceis ac ſuẽdis vtũt̃ ſutores. Mar. Q đq; tibi tribuit ſubula ſica rapit. Hiero.in Exod. Perforabitq; autẽ eius ſubula.

¶Subulo,pe.cor.lingua Hetruſca dr̃ tibicẽ. Apđ Aenniũ Subuló vicinas ꝓpter adſtabat aquas. In alio ſignificatu ſubulones dicũt̃ cerui qbꝰ ſunt cornua ſimplicia minimeq; ramoſa ad ſubularũ ſimilitudinẽ, vt docet Ariſto. lib.ix.de animalibus. Pli.li.xj. Alij ſimplicia tribuit,vt in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis.

¶Subucula genus veſtis q̃ fere ex ligno ſit. dicta ꝙ ea ſubter iduamur. Var.de vita pa. Poſtq̃ binas tunicas habere cæperũt ĩſtituerũt vocare ſubulã. Hier. ĩ Leui. Cũq; lauiſſet eos veſtiuit põtificẽ ſubucula linea.eſt & ſubucula libũ quod dijs dabat̃ ex alica,oleo,& melle ꝯpoſitũ.

¶Subulcus,q ſuũ dux eſt,vł cui porcorũ nutriẽdorũ cura cõmiſſa eſt. Var. Altitudinis harę modus ſit, vt ſubulcꝰ facile circũſpicere poſſit,ne qs porcellꝰ a mr̃e opprimatur. ¶Suburbia,plurali tñ̃ numero quaſi via ſub vrbe,hoc eſt vrbi continua,ſunt frequẽtes extra vrbẽ domꝰ inſtar vici vrbani. Vicus enĩ proprie pars vrbis eſt.

¶Suburbanũ p̃diũ ſeu villa ſub vrbe. Col.li.vij. Nã ſuburbanis lactẽs porcus acere nutricãdus eſt. Suet.de aug. Nutrimẽtorũ eius oſtẽdit̃ adhuc locus in auito ſuburbano iuxta velitas permodicus. Pli. eleganter ſuburbanũ appellat Italiã eã partem,quæ erat proxima vrbi romę.

¶Suburra, vicus rome,a quo regio ſuburrana eſt dicta, vt ſcribit Iunius,ab eo ꝙ fuerit ſub vrbe ãtiqua. Var. vero a pago ſuccuſano putat dictã ſuccuſã. Inde mutatis lr̃is ſuburrã. Cuiꝰ rei iudiciũ ẽ ꝙ ãtiqtꝰ p c, lr̃am nõ p b ſcribebat̃. hĩc ſuburranꝰ a,ũ vt regio ſuburrana ĩ qua meretricũ diuerſoria erãt,q̃ ob id ſuburbanę dñr a poetis.

✠Succidus a, um, a ſuccedo vt inquit Lactan. Tardans a ſuccedendo ſiue & fœturæ ſuccedens dicitur. Plinius in Ep̃la. Si hominibus lętũ eſt & glorioſum filios habere cõſimiles, & tunc magis generaſſe delectat ſi id patrem liniamẽtis paribꝰ ſoboles ſuccidua reſpõdeat. Sta.li.iiij. The.dũ prænis obnixo venabula cominus apropolite ſucciduo,id eſt ſummiſſo. Alibi. Vbera ſucciduoſq; op-



portat in artubꝰ agnos. Itẽ ꝓ eo ꝙ eſt pronum ad cadẽdum. Clau. Succidui titubant greſſus. ſed hoc fit a ſuccido is.pen.cor.quod eſt quaſi ſubtus cado.

¶Succedo is.pe.ꝓ.ſigni.eo ſub. Ver.lib.iij. Geor. Aut tecto aſſuetꝰ coluber ſuccedere & vmbrę. Peſtis acerba boum pecoriq; aſpgere virꝰ. Et ſuccedere ẽ ingredi. Idẽ li.vij. Et nr̃is ſuccede penatibꝰ hoſpes. Itẽ in alteriꝰ locũ venire. Cic.lib.iij.offi. Quid ergo hic nonne nocet q quodã quaſi veneno pficiat vt veros hęredes moueat,ĩ eorũ locũ ipſe ſuccedat. Aug.li.iij.cõ. Ipſe eſt deus nr̃, & nõ diſcedit,quia nõ ſuccedit̃ ei. Inde ſucceſſor & ſucceſſio. Item proſpere cedere euenire. Terẽ.in An. Hac non ſucceſſit,alia aggrediamur via.

¶Succeſſus us. ꝓ euẽtu tã malo q̃ bono. De malo, vt ſucceſſus indignos noli tu ferre moleſte. Vergi.lib.ij. Atq; hoc ſucceſſu exultans animiſq; Chorebus.

¶Succedaneꝰ,qui ſuccedit. Cyprianus ad Euagriũ. Nõ poteſt videri ceſſaſſe qui vicarios ſubſtituit & qui pro ſe vno plures ſuccedaneos ſuggerit.

✣Succerda,ſtercus ſuillũ a ſue deductũ Titinniꝰ. Quid habes niſi vnam arcã ſine claui eo cõdis ſuccerdas.Cc.

¶Succido is.pe.ꝓ ex ſub & cędo ſigni.ſubĩcido. Hie. in p̃ſa.p̃s. Cogitis vt veluti quoddã nouale ſciſſum iam aruũ exerceã,& obliquis ſulcis renaſcẽtes ſpinas eradicẽ æquũ eſſe dicentes vt ꝙ crebro male pullulat,crebrius ſuccidat̃. Aliqñ ſuccidere ſignificat metere. Ver. At rubicunda Ceres medio ſucciditur ęſtu. Aliquando poſt cedere ſicut præcidere ante cędere.

¶Succidaneę,hoſtię dicebant̃ q̃ ſecũdo loco cędebantur. Apud veteres eñ̃ ſi primis hoſtijs litatũ nõ fuerat aliæ poſt eaſdẽ ductæ hoſtię cędebant̃ duę quę prioribus iam cęſis luendi piaculi gratia ſubdebantur.

✠Succedaneum,a ſuccedẽdo ponitur pro ſuppoſito vicario ſubdito. Plaut in Epi. Me piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam vt meum tergum ſtultitię tuę ſubdas ſuccedaneum.

¶Succidia,tergꝰ ſiue maſſa carnis porcinę ſalita & ĩ neceſſariũ vſũ ſeruata q̃ quoties opus eſt ſuccidit̃. Nonius ſuccidiã ꝓ larido exponit. Succidia,cõtinet pnã,petaſonẽ & lardũ. Cicer.in Cato. Iã hortũ ipſi agricolę ſuccidiam alterã appellant. Var. non a ſuccidendo,ſed a ſuibꝰ cædendis ſiue edendis. Nã id pecus primũ occidere cœperunt,& vt id ſeruarẽt ſalire. Idẽ. Et qui nõ audierit patres nr̃os dicere ignauũ & ſũptuoſũ eſſe,qui ſuccidiã ſuſpẽderit ĩ carnario potiꝰ e laniario q̃ e domeſtico fundo.

¶Succida,pen.cor,lana a ſuccidendo,ꝙ talis ſit qualis ſucciſa eſt,hoc eſt plena ſordibus. Var.a ſudore deriuat. dicit eñ̃. Tonſurę tẽpꝰ inter ęquinoctiũ,vernum & ſolſtitium cum ſudare inceperunt oues, quo ſudore recens lana tonſa ſuccida ẽ appellata. Iuue. Qualis cœna tamẽ ſ vinum quod ſuccida nollet, Lana pati.

¶Succiſſiuũ tẽpus dr̃,ꝙ ſubtrahitur a rebus neceſſarijs vt ad aliquem vſum accõmodemus. vulgo dr̃ tẽpus furto ſubtractum. Gel. Quantũ autem vitæ mihi deinceps deum voluntate erit,q̃tumq; a cura & a re familiari ꝓcurandoq; cultu liberorum dabitur, eorum ocij,omnia ſucciſſiua & ſubſecundaria tempora ad colligendas huiuſmodi memoriã pelectatiũculas conferã. Menſores autẽ terrę nonnunq̃ dicunt ſucceſſiuam eſſe vnciam agri aũt ſextantem. Dictum ſucciſſiuum a ſuccidendo.

¶Succido.is.pe.cor.ex ſub & cado quaſi ſubtus cado Gel. Iam cõtinuo labore grauia genua ſucciderãt. Plau. in Cur. Genua media ſuccidunt laſſitudine.

¶Succidus,qui eſt pronus ad cadendum ſiue ferme cadens. Claud.lib.iij. Succidui titubant greſſus.

¶Succenſeo es.ſigni.in re re graui & iuxta ex cauſa iraſci & quaſi cenſuram exercere. Terent.in phor. Sed patum ꝙ omnibus nunc ſuccenſet ſenex.

¶Succenturio as. Vide in dictione Centurio.

¶Succino is.pen.cor.ex ſub & cano quaſi ſubmiſſa voce cano. Hic Succẽto ſuccẽtas,frequẽtatiuũ & ſuccẽtor. Inter. Cantores,Occẽtores,& Succẽtores quidam ita diſtingunt vt cantores ſint qui maxime eleuant & acuunt vocem. Succentores,qui minimũ. Occentores,qui inter vtrũq; medium tenent. quę varietates mirabilem ſeruata muſica ratione concentum reddunt.

¶Succollo as.collũ ſuppono,ſubſtollo.ſubleuo q; cerui cibus ſubiectis,ꝙ ꝓprie eorũ eſt qui aliquẽ in lectica geſtant. Suet.de Nerone. Matris ſæpe lectica ꝑ publicum ſimul vectꝰ ẽ,ei ſuccollobant deni duodeniq; ſerui quibus longo in itinere vicarium in laborem alij ſuccollabãt De hoc etiam apud Varro.lib.iiij.de re ruſt.

¶Succũbo is.bui,itũ ſigni,ſubijcior & aliqñ ſubiũgor.

¶Succubo as.pe.cor. Et eſt ſuccubare iniri. Vñ & ſuccubi.demones dñr,q ſub humana ſpecie corporibus aſſũptis ſe viris ſubijciunt,ſicut incubi qui mulieres ineunt.

¶Succurro is.auxiliũ p̃ſto. Verg. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Itẽ ſuccurrere eſt in mentẽ venire. Cice. Neq; eñ̃ mihi ſuccurrebant verba quę ante diſceſſum a Dolobella audieramus.

¶Succutio is.penul.correp.ex ſub & quatio. De quo in dictione Quatio.

¶Succuſſo as.pe.ꝓ ſigni.frequẽter excutio,ꝙ proprie de equo dr̃ qui gradario cõtrarius eſt. Nã eſt qui concutiendo ſeſſorẽ,gradit̃,& equꝰ ipſe ſuccuſſor ſiue ſuccuſſarius & ſuccuſſãtor vocat̃. Actius. Agite ac vulnus ne ſuccuſſet greſſus,caute ingredimini. Lucil.ſuccuſſatoris tardi rariq; caballi. Talis greſſus ſuccuſſatura appellatur.

¶Succus,a ſugo,quaſi ſugus humor quẽ ex alimẽtis mẽbra ſugunt,vt ſe repleant. Teren.in Heau. Corpus ſolidum & ſucci plenum. Item ſuccꝰ dr̃ quod ab aliqua re ꝓducitur,puta ab arbore liquor. Pli. Arborum ex quibus manat ſuccus alię picem,aliæ reſinam mittũt. Hinc ſucculentus ſucco plenus & inſucco,de quo ſupra.

¶Succuſo as.frequenter ſuccum excutio.

¶Suctus us.a ſugo is.ipſa humoris ſorbitio. Plin.lib.x. Caprarumq; vberibus aduolant ſuctum propter lactis q̃ iniuria vber emoritur.

¶Succinũ,pe.cor.Electrũ deſudans ab arboribꝰ. Mart. Cũ phætontea formica vagatur in vmbra Implicuit tenuẽ ſuccina gutta ferã. Eſt & gemma nigri coloris vulgo Ambrũ dr̃. Suidas tñ̃ ait. σούκινοι καὶ ἐλεφάντινοι δακτύλιοι ταῖς γυναιξὶν εἰσὶ σύμφοροι. Id eſt ſuccini & elephantini anuli mulieribus ſunt vtiles.

¶Succula pe,cor.diminutiuum a ſue. Et ſuccule dictæ ſunt ſtellę,q̃ alio nomine hyades vocãt̃ a pluuia. Nã & oriẽtes & occidẽtes,tẽpeſtates & pluuias cient. Exoriũtur.xij.Cal.Iunij. Eſt & ſuccula genꝰ ĩtimę veſtis. Plau. Eſt ſuccula argenteola & duę connexę nauiculę.

¶Sudes pertica ſeu genus teli militaris,hoc eſt paxillꝰ igni torridus. Vergi.ſudibuſve præuſtis. Idem libro primo Geor. Quadrifidaſue ſudes & acuto robore vallos. ſeruius. Vallus & ſudes idem eſt.

¶Sudũ quaſi ſemiudum. Eſt eñ̃ ꝓprie pars ſerena ĩter nubes,ponitur tñ̃ quandoq; pro ſereno poſt pluuiam. Verg. Ergo vbi ver nactę ſudum. ſunt qui dicant ſudum ſine vdo,hoc eſt ſiccum non humidum.

¶Sudo as,ἀπὸ τοῦ ὕδωρ quod aquam vndamque ſignificat,deriuatum exiſtimant. Et modo abſolute ponit̃. Hora.ſudauit,& alſit. Modo cum ablatiuo iungitur. Liui. Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe. Modo cũ actõ,& ſignificat produco. Verg. Et durę quęrcus ſudabunt roſcida mella. Huius compoſita ſunt. Conſudo quod eſt ſimul vel totus ſudo. Cato de re ruſt. Poſtea cũ detonderis,vnguito totas,ſinito biduum aut triduum conſudent,deinde lauato in mari. Exudo,emitto quaſi per ſudorem Plinius. Frutex eſt liquorem exudans. Deſudo valde ſudo a quo Deſudaſco & imperſonale Deſudaſcitur. Plautus. Homo adoleſcens penetrare huiuſmodi paleſtram vbi damnis deſudaſcitur. Inſudo pro defatigor. Præſudo prius ſudo. Claudianus lib.ij. Dum matutinis præſudat ſolibus aer. Et hæc habent penulti. produc. Inuenitur

& ſudeſco is.ꝙ ē a ſucdo es.niſi textus falſus ſit. Colu.li. vlt. Superpoſito copioſo ſale, ita vt oliuā cōtegat, trigita dies pati cōſudeſcere, atq; omnem amurcā extillare.

¶Sudariū, lintheum quo ſudor faciei detergiť & nares purgantur. Sue. de Ner. Adoperto capite & ante faciem obtenſo ſudario equum aſcendit quatuor ſolis comitantibus, & mox. Ligato circa collum ſudario ꝓdierit in publicum. Huius diminutiuum eſt Sudariolum.

¶Sueui, populi germanię Bauaris finitimi qui pluſq̄ cētum pagos habuerunt. Gens valida & bellicoſiſſima. de qua Luca. Fundit ab extremo flauos aquilone ſueuos.

¶Sueſco is. ſueui. etū. cōſuetudinē capio. Cic. Metello. A te id ꝙ ſueſti peto me abſentem diligas atq; defēdas. Clau. lib. iij. Poſt hęc cunabula dulci Ferre ſinu ſummoque Ioui deducere paruam. Sueuerat & genibus ludētē aptare paternis. Huius compoſita ſunt Aſſueſco quod ē alicuius rei cōſuetudinē habeo Lact. lib. vj. Aſſueti dulcibus & politis, ſiue orationibus ſiue carminibus. Conſueſco. Deſueſco q̄ ſunt contraria. Inſueſco, valde vel intus ſueſco. Teren. in Adel. Qui mentiri aut fallere inſuerit patrem tanto magis audebit cęteros. Inſuetus tū non aſſuetus dicitur. Cice. lib. iij. ad Heren. Si autem iſtud artificioſum egregium ducitis, videte ne inſueti rerum maiorum videamini.

¶Suefacio, a quo Aſſuefacio. & cōſuefacio, vnde ſuefio, aſſuefio, cōſuefio. Liui. lib. j. Sed initiū turbandi omnia a fœminis ortū eſt, ea ſecretis viri alieni aſſuefacta. Terē. in Adel. Ea ne me celet conſuefeci filium.

¶Suffarraneus, a farre, quemadmodum confarratio, deduci videtur. & ſignificat eum qui far in caſtra cōuehit, ſed modicum alienumve nō iuſto commeatu aliquo ſed crebris & vilibus inſitorum vecturis.

¶Suffes etis. lingua punica conſul dicitur. Liui. Senatū itaque ſuffetes quod velut conſulare imperium apud carthaginenſes erat vocauerunt.

¶Suffero pe. cor. ſuſtineo patior. Ver. Nec clauſtra nec ipſi Cuſtodes ſufferre valēt. Aliqn̄ ſuppono. Plau. Intro ad vxorē meā, ſufferomq; & meum tergum ob iniuriam.

¶Sufficio, ex ſub & facio. ſigni. ſufficere ſatis eſſe. conſtruiturq; cū dtō. Stat. lib. v. ſyl. Vade puer, tantiſq; enixus ſuffice donis. i. ſatis ſis. Verg. lib. v. Nec nos obniti contra nec tendere tm̄ Sufficimus. Interdū iungitur infinitiuo & fit impſonale ſicut conuenit vacat. Hiero. ad Euſt. Nec ſufficit ſcire ꝙ bonum eſt niſi cuſtodiatur attētius ꝙ electum eſt. Aliqn̄ ſignifi. durare. Ver. li. xj. Nec ſufficit vmbo Ictibus. Aliqn̄ ſubminiſtrare. Idem lib. ii. Georgi. Ipſa ſatis tellus cum dente recluditur vnco. Sufficit humorem. Aliquando ſubſtituere. Idem in eodē li. iij. Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem. Vnde ſuffectos conſules dicimus qui in demortuorū locū ſubſtituti ſunt. Aliquando inficere maculare. Cice. in Horten, vt ij qui conuiuijs purpuram tamen ſufficiunt, poſt ſanant medicamentis quibuſdam.

¶Suffio is. ſuffiui vel ſuffij, ſuffitum, ex ſub & fio ſigni. ſuffumo. Plinius. Hippocrates ruta vuluarum cauſa naturam ſuffire iubet. Verg. lib. iiij. Georgi. At ſuffire thymo cęraſq; reſcidere inanes nec quis dubitet? Et licet a fio componatur eſt tamen ſuffio actiuum.

¶Suffitus a, um. pe. ꝓ. ſuffumigatus. Pli. Aniſum dolores capitis lęuigat, ſuffitū naribꝰ. ſuffitꝰ us. ſuffumigatio. Idem. Et vuluarum conuerſionem ſuffitu excitant.

¶Suffitio, onis. idem quod ſuffitus. Pli. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones commendare.

¶Suffimētū, idē ꝙ ſuffitus. & ſuffitio. Plin. Quod & ſuffimentis quibuſdam facere conſueuerunt. Suffimēta quoque a veteribꝰ dicta ſunt, q̄ fieri ſolebāt ex faba, milioq; molito, mulſo, ſparſo, vt inquit Feſtus. Ea dijs eo tempore dabantur quo vuę calcatę prelo premebantur.

¶Suffitores, qui ignem inſufflant infflatis buccis.

¶Suffibulum, Vide in dictione Fibula.

¶Tufflo as. ſubtus flo ꝙ fieri ſolet cum ignem accnedi volumus. Plin. Lycius Myronis diſcipulus fuit. q fecit dignū p̄ceptore puerum ſufflantem languidos ignes.

¶Sufflamen, retinaculum, quo decurrens rota inhibeť Eſt enim machinę genus quo in deſcenſu, vel procurſu nimio, rota ſolet retineri.

¶Suffoſi equi dicuntur, quos vulgo ceſpitatores vocāt Vergi. lib. xj. ſuffoſo reuolutus equo.

¶Suffoco as. pe. ꝓ. ex ſub & faux, au in o, ꝓductam conuerſa ſigni. ſpiritum p̄cludo, & veluti obſtrictis faucibus. Ouid. Suffocent animam dira venena tuam.

¶Suffragor, pe. prod. ſigni. adiuuo, fauorem fero. cuius contrarium eſt refragor, pro repugno, aduerſor. Ver. Copia me perdit tu refragare rogatus.

¶Suffragium modo auxilium, ſignificat. modo illas voces q̄ dabantur in comitijs. & in tabellis deſcribebanť, quibus vnuſquiſq; ſuam declarabat voluntatē de aliquo in magiſtratum eligendo. Iuue. Libera ſi dentur populo ſuffragia qui tam. inuenitur etiam ſuffragium a frāgo is. fra. ſyllaba correpta. Ouid. de nuce. Quid niſi ſuffragiū nymbis ruitantibus eſſem?

¶Suffrago. pen. ꝓ. dř in poſterioribus pedibus animalium ꝙ prioribus genua, vel eſt nodus ſub crure quo pedis verſura ꝯſtat, tibięq; ita annectiť pes. vt verti poſſit. id ꝙ ſpectamꝰ in bobꝰ, equis & cæteris armētis. Dictæ ſuffragines. ꝙ ſuffringanť, hoc eſt in altū frangantur. Cōſtat ſane genua animaliū q̄ animal generāt ante ſe flectere, ſuffraginum vero artus in aduerſum. quemadmodum igiť poplites dicti ſunt ꝙ poſt plicenť, ita ſuffragines, ꝙ ſupra fraganť. Plin. Victimarū probatio in vitulo, vt cauda articulū ſuffraginis cōtingat. Idem. Aues & quadrupedes alas in priora curuant, ſuffragines in poſteriora. Hinc ſuffraginoſi equi, quorum ſaffragines morbo vitiatæ ſunt. Columel. li. vij. Suffraginoſę hordacea farina imponitur. Suffragines etiam dicuntur vitis ſoboles. Colu. libro quinto. Et ſi ſoboles quam ruſtici ſuffraginem vocant, radicibus adhęret, diligenter explantanda ferroq; alleuanda eſt. vt hibernas aquas reſpuat.

¶Suffulcio, ſuſtento. Var. Vt maioribus perticis ſuffultæ vites auras non pertimeſcant.

¶Suffundo is. Vide in dictione fundo.

¶Suggero ris. pe. cor. ſuggeſſi. ſtū. Vide ī dictiōe Gero

¶Suggeſtus, vel ſuggeſtum. a ſuggero ꝙ ibi ligna ſuggerantur in quibus ſiari poſſit. Significat eñ locum editiorem puta pulpitum. vt apud Varronem libro. iij de re ruſt. Ex ſuggeſto faleris, vbi ſolent eſſe peripetaſma ꝓdeunt aues in ſtagnum.

¶Sugo is. xi. ctum. & ſugitum, hinc ſuctus us. & ſugitꝰ & ſugiturꝰ. Aug. Multi p̄cones p̄ceſſerunt adhuc naſciturū de virgine Mrria futurū infantē, & ſugiturū lac. Diciť & ſugeo es. Vñ exugeo. ſicut aſſugo exugo, ꝙ ē ſuccum extraho. Plau in Epi. Ego me vertam in hirudinē atq; eorum exugebo ſanguinem. Sueto in Aug. Pſyllos admouit qui venenum ac virus exugerent,

¶Sugillo as. ex ꝑcuſſu carnē maculo, a ſugendo, ꝙ ſuccus hoc eſt liuor deducať. Hinc ſuggilati dicūť, qui ex ꝑcuſſione tumorē maculāq; cōtraxerūt. Pli. li. xxvij. Caſeus recens cū melle ſuggillata emendat. & lib. xx. Cinis alij ex oleo & garo illitꝰ, ſuggillata aut liuentia ad colorem reducit. Interdū Suggilare, eſt deridere, detrahere, accuſare, dānare rep̄hendere. Liui. Legati grauiter ferētes ſe ſugillatos eſſe. Hier. in p̄fa, pentatheuci. Qui me aſſuerunt in. lxx. interpretum ſuggillatione noua ꝓ veteribus cudere, non damno non repræhendo ſeptuaginta, ſed confidenter cunctis illis apoſtloos prefero.

¶Suggrundia, partes tecti prominentes. Var. lib. iij de re ruſt. Subgrundas appellat. Aues inquit ſubtus ſubgrūdas ab initio villatico vſæ tecto.

¶Suggrūdaria, veteres dicebāt ſepulchra infantiū, qui necdū. xl. dies ipleſſent, vt inqt Fulgentiꝰ. Placiades cū nec buſta dici potuerūt, quia oſſa q̄ comburerentur non erant, nec tāta magnitudo cadaueris q̄ loco tumeſceret,



¶Suinus a, um, quod ex ſue eſt, a quo fit diminutiuum Suillus a, um. vt caro ſuilla.

¶Sui & eius deriuatiuū Suꝰ a, um. ſunt ꝓnomina reciproca, dicta, ꝙ ſicut reciproceť ſpūs cū recipiť, ita hæc ꝓnomina ad id vnde ꝓdiderāt reuertuntur. Vñ non recte dicimꝰ. Ego dixi ſibi. Nō eſt ſibi curę reſpu. Tu fuiſti ſecū. quia nulla in his eſt reciprocatio. Sed dicēdum. Ego dixi ei. Nō eſt ei curæ reſpu. Tu fuiſti cū eo. Similiter nō dicimꝰ. Vidi Ciceronē & fratrē ſuū, ſed fratrē eiꝰ. Ecōtrario nō recte dř. Omnia a te expectant vt des illis cibū in tēpore. cū ſibi dicendū ſit. Sicut eñ recte dicimꝰ Omnes expectamus. vt det nobis eſcā. Omnes expectatis. vt det nobis eſcam. Ita dicēdū eſt. Omnes expectāt vt det ſibi eſcā. Eſt tñ qn̄ īdifferenter ponitur. prout ad illius de quo loquimur, vel ad noſtram perſonam ſermonem referimus. in quoꝝ primo reciprocatio ē, alter nullā habet reciprocationē vt omnes optant ꝙ ſibi vtile ē, & omnes optant ꝙ ipſis vtile eſt. Illud ad perſonā eius de quo loquimur refertur, & manifeſtā habet reciprocationem hoc eſt ad perſonam noſtram. Ideoq; nulla eſt in eo reciprocatio. Cic. Multi dubitabant quod optimū eſſet, multi quod ſibi expediret. Idem. Legatus in pacem ꝑfectꝰ in ꝓuincia pacatiſſima ita ſe geſſit vt ei pacē eſſe expediret. Notandū ꝙ aliqn̄ ꝓ ſui ſiue ſuꝰ ponitur is, aut ipſe, aut ille, dūtaxat ad euitādā amphibologiā. Cicero in Bruto. Is ſoceri inſtituto quē quia cooptatꝰ ī augurū collegiū nō erat, non admodū diligebat, preſertim cum ille Q. Scœuolam ſibi minorem natu generū prętutuliſſet. Item ſciendum ꝙ ſuus qñq; proprius accipitur, vt velle ſuū cuiq; eſt. Interdū etiam additur ſibi nulla neceſſitate, ſed eñ veluti cuiuſdam feſtiuitatis gratia Cic. Suo ſibi victitant ſucco. Columella. Suo ſibi iure abluuntur. Dicimus etiam ſuus eſt illius mos. Sua eſt iſtius natura. Suus eſt Ariſtotelis modus, Suum Platonis genus. Habetq; hoc pronomen ſuus vocatiuum, vt ſi dicā. Defendite Cæſarem o amici ſui.

¶Sulcus ꝓſciſſio terræ. Vñ tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicimus. i. ter, quater, quinquies arando. Plinius Quarto ſeri ſulco. Verg. Exiſtimatur voluiſſe cū ait. Ipſa ſeges demū votis reſpōdet auari. Agricolę bis q̄ ſolē, bis frigora ſentit, hoc eſt q̄ bis per æſtatem, bis per hyemē aratur. Idē. Spiſſius ſolū ſicut plerūq; ī Italia quinto ſulco ſeri melius eſt. Aliqn̄ ſulcus ponitur ꝓ foſſa, quando & ipſa quædam terrę ꝓſciſſio eſt. Verg. Auſim vel tenui vitem cōmittere ſulco, Proprie vero ſignificat quicquid aculeatum in longitudine eſt. Idem. Et linguis micat ore triſulcis. Hinc Biſulcus a, um. Vnde Biſulcū animal q; non ſolidas ſed fiſſas vngulas habet. Triſulcꝰ ca, cum, vt Triſulcum telum, quod eſt trifidum. i. tres acies habens, a tribus partibus findens.

¶Sulcatim aduerbium ſignificat per ſulcos.

¶Sulco as. ſulcos facio, proſcindo. Col. lib. xij. In ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur.

¶Sulphur, naſcitur in inſulis Aeolijs inter Siciliā & Italiam ſed nobiliſſimum in medio vt ſcribit Plin. li. xxxv. Hinc Sulphureus a, um. quod eſt ex ſulphure.

¶Sulphuratus a, um. quod ſulphur habet. Vnde ſulphurata, dicuntur ligna exilia ſulphure ab vtraq; parte intincta ad accendendas lucernas. Mart. Qui pallētia ſulphurata fractis permutat vitreis.

¶Sulphuraria, æ. locus vbi ſulphur coquitur.,

¶Sulmo, oppidū ī brutiis Pelignæ regionis, Ouidij patria. Vnde ipſe ait. Sulmo mihi patria eſt gelidis vberrimus vndis. Millia qui qui nouies diſtat ab vrbe decem. Dictus Sulmo a Solymo Aeneę comite conditore eius vrbis. Oui. Huius erat Solymus phrygia comes vnus ab ida A quo Sulmonis mœnia nomen habent.

✠Sultis, veteres dixerunt pro ſi vultis. Cc.

¶Sultanus, vocatur rex Aegypti.

¶Sum es. multis capitur modis, varieq; cōſtruitur. Nā ſubſtantiuū dictū eſt ꝙ p ſe ſubſtet, nec īdigeat alio, ſed in ipſum cętera verba reſoluantur. vt ego lego, i. ego ſū qui lego. tu legis, tu es qui legis. Propterea etiā frequēter p̄poſitis ꝓnominibus demonſtratiuis non poſitū intelligitur. Verg. Tu ne ille Aeneas quem Dardanio Anchiſę. Et. Nam Polydorus ego. Exiſtima autem Plato illa non eſſe q̄ orianť vt intereant. augeſcant vt ſeneſcāt Id vero ꝓprie eſſe dicit, ꝙ ęternū ē, neq; mutabile, neq; corruptibile, ꝙ dei ꝓpriū eſt. Vnde eſt illud. Ego ſum q̄ ſum. tunq̄ ſolus deus eſſe dicatur. Deus eñ auctore Auguſti. ſumma eſſentia eſt, rebus aūt eſſe dedit, ſed non ſū me eſſe ſicut ipſe eſt. Et alijs dedit eſſe amplius, alijs minus vnde in Abacuc ſcribitur. Ipſi quoq; erunt quaſi nō ſint. Et in Heſter. Ne tradas dñe regnū tuū ijs qui non ſunt. Copulat hoc verbum qñq; ſimiles caſus. vt Cic. fuit eloquentiſſimus. Qñq; vltra nominatiuū conſtruitur cū datiuo. Hiero. Sicut eñ abſcindendos & erudiendos infideles ac perfidos homines qui ſcandalum ſunt corpori eccleſię dñs p̄cipit. Qui tñ nominatiuus a parte poſt in datiuo poni poteſt, vt qui ſunt ſcandalo corpori eccleſiæ. Qñ cū gtō & hoc multis modis, vt cum poſſeſſionē denotat. vt p̄dicamenta ſunt Ariſtotelis. Cum poniť ꝓ ęſtimo ſiue valeo, ſed hoc dūtaxat in tertia perſona tam pluralis q̄ ſingularis numeri. Saluſt. in Iugurtha. Nunc vos æſtamate facta an dicta pluris ſint. Teren. in Adelphis. Argenti quanti eſt ſumito, id quanto p̄tio valet. Cic. lib. ij. offi. Vt cōmodius putarēt numerari ſibi quod tanti eſſet quam ſuum recuperare. Eſſet. i. æſtimaretur. Similiter cum ſignificat ꝑtinet ſeu officium eſt. Et hoc ī tertia perſona ſingularis numeri tantum vt religioſi viri eſt, pudicitiam ſeruare. i. officiū eſt, vel ad religioſū virū pertinet. Item cum ſignificatur laus vel vituperatio. tu es egręgię laudis. & hęc res eſt magni, laboris vel periculi. Item cum ſignificamus manſionem, vt ego ſum domi meę. Qñq; iungituř dtō. Et tunc ſignificat habeo. Verg. Sunt mihi bis ſeptē p̄ſtanti corpore nymphę. Iungimus plęrunq; duos datiuos. & ſignificat do, vel afficio. Cic. Q. Marco. Si eñ mihi ſtudij fidelitas eſt tantæ voluptati quantę eſſe in iſto, hęc eadem bona debēt additis literis, ſermonibus, humanitate quę ſunt in ipſis his cōmodis potiora. i. dat vel afficit voluptate. Qui modus dicendi frequens apud auctores inuenitur. Ponitur & ꝓ cōuenit, ſiue cōtingit, ſed in tertia tm̄ perſona ſingularis numeri. Valerius Max. lib. j. Non eſt inter patrē & filiū vllius rei cōparationē fieri p̄ſertim diuinitatis faſtigio iunctos. Verg. Necnon & Tityon terræ omnipotentis alūnum. Cernere erat, id eſt licebat. Quale eſt illud apoſtoli. Conuenientibus vobis in vnum. iam nō eſt cœnā dominicā manducare. Apponitur qñq; huic verbo ablatiuus ſine prepoſitione. vt tuo bñficio liber ſum Et tu es magna vi animi & corporis. Aliqn̄ etiā cū p̄poſitione. vt hęc res eſt in poteſtate mea. Ius eſt in armis. Omnes ſub cœlo ſumus. Sum in tribunali. Sum in ludo literario. Hoc eſt ab re ꝓ. i. nō decet, vel eſt indecoꝝ, alienum, abſurdū. A vobis eſt, veſter eſt, ſicut verbum eſt a Cicerone. i. verbum eſt Ciceronis. Qñq; cōſtruitur cum actō mediante apud vel penes, vt hęc ſententia eſt apd̄ Ariſtotelē. Interdū mediante ad. Et tunc eſt ſignificat expoſitū eſt vel vergit. Cęſar. Aquitania a Garūna flumine ad Pyreneos montes, & eā ꝑtē q̄ eſt ad heſperiā. Ponitur nonnunq̄ ſine caſu a parte poſt. vt in Exodo. Qui eſt, miſit me. Et illud. Quę ſunt q̄ fuerāt & q̄ poſt facta ſequēť. Aliqn̄ eſt, ſumiť ꝓ habes, vt non eſt ꝙ moleſte feras mortē p̄ris. Preterea iungiť aduerbio. vt Hic illiꝰ arma, hic currꝰ fuit. Itē iūgiť infinitiuo alteriꝰ verbi, vt magnę laudis eſt vacare ſapiētię. Et animi fortitudo eſt aduerſa cōtēnere. Huiꝰ verbi cōpoſita ſūt Abſū, Adſum, Deſum, Exſū apd̄ veteres ꝓ extra ſum. Sic eñ lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat Hoſtis victꝰ, mulier virgo, exeſto. hoc ē nō ītroito. Inſū, Interſū. Obſū, Poſſum, Preſum. Proſum, Perſū, valde ſū. Gellius Platoni & Socrati perfuit familiaris. Subſum, & Superſum.

¶Sumen,,fit ex papillis ſuillis vno die, poſt ꝑtũ ſectis ac ſalitis. Martia. Eſſe putas ſumini nõdũ ſic vbere largo. Effluit & viuo lacte papilla tumet. Plau. ĩ Cap. Quãta labes larido q̃ta ſumini abſumẽdo. Alij putant eſſe lac ſuis extractũ ad denſatũ ſue occiſa, vel q̃ſi rumen. i. mulieris mamma nomen a ſuggendo deductum.

¶Summa, eſt ſententiæ alicuius, aut rerum de quibus verba fiunt collectio. Verg. lib. iiij. Nauiget hęc ſumma eſt. Huius diminutiuum eſt ſummula. i. parua ſumma.

¶Summus a, um. ꝙ eſt oĩm altiſſimũ, vt hic ſũmũ locũ in vrbe tenuit. Verg. Sũmoq; vlularũt vertice nymphæ. Aliq̃n dr̃ extremũ. Cic. in Hortẽ. Vixit ad ſummã ſenectutẽ valitudine optima. Verg. Venit ſumma dies, & ineuitabile tẽpus Dardanię. Aliq̃n maximum, quo nihil ſit maius. Sic Iuppiter ſummus dr̃. Cic. lib. ij. Tuſcu. Sũme deũ, ꝓ maxime deorũ. Aliq̃n laudabile, glorioſum. Vergil. Me ne igitur ſocium ſummis adiungere rebus Nyſe fugis? Hinc ſummitas altitudo ex quo altior pars montis ſummitas dicitur.

¶Summates, principes in ciuitate, qui & optimates & primates appellantur.

✣Sũmitudo, etiã a nõnullis ꝓ ſummitate capitur. Cc.

✣Summum pretium eſt libertas. Teren. in And. Quod habui ſummum pretium perſolui tibi.

¶Summo ſummas ſummam facio. Hinc conſummo cõſummas de quo alibi.

¶Sũmatim, q ſingulas ſũmas. Apule. Omnia ſummatĩ tetigerit. Itẽ breuiter & oĩbus quaſi ſimul cõprehenſis. Plin. Sed vt hac de re ſũmatim dicã. Huiꝰ ſignificantię ſunt in ſũma & ad ſũmã, q̃ ita ſignificant ac ſi diceremꝰ. Quod vt ſummatim cõp̄hendã, Quint. In ſumma nõ recedo, fas eſt mihi inuitis etiã parentibꝰ pie facere. Cic. lib. off. Ad ſũmã ne agẽde figulis cõmunẽ totiꝰ hũai ſocietatem congregationẽ & cõciliationem colere, tueri, cõſeruare debemus. Sed ſi ad ſummum dicimus, ſiue ſũmum ſine ad. ſignificat ad plus. Cicero ꝓ Milone. Vnꝰ ad ſummũ duo inuenti ſunt, qui Milonis cauſam non ꝓbarent. i. non plures q̃ vnus aut duo ex omnibus. Hoc modo dicẽdi frequenter vti ſolet. Quinti. ꝓ aduerbium ſemel. Et vt ſemel oĩa cõplectar. i. in ſumma. In eundẽ ſenſum etiã q̃nq; ſumitur Breuiter. Quinti. Breuiter tñ longę crudelitatis explicanda ſęuitia eſt, ex omnibus q̃ ꝓtuli leuiſſimũ fuit ꝙ occiſus eſt. Pli. a reliqua vero gallia cultu virorũ morũ dignatione, amplitudine opũ pręferenda, breuiterq; Italia verius q̃ ꝓuincia. Aliq̃n etiam ſummatim a ſummus fit, & ſignificat per ſumma, hoc ẽ alta. Colu. lib. iij. Sin autẽ eouſq; exaruit (ſcilicet vineæ truncus) vt curuari non poſſit, primo anno ſummatim, ita ne radices eruas aut lędas ablaqueato.

¶Summe. aduerbium a ſummꝰ, ſignificatq; maxime excellenterque.

¶Sumo is, pſi. ptũ. ꝓ ſimplex m. ſignifi. multũ & pene nimiũ mihi tribuo. Cic. ꝓ Plan. Quãquã nõ mihi tm̃ ſumo iudices neq; arrogo. Itẽ ſigni. accipio. Salu. Epiſtolã ſup caput temere poſitã ſumit. Itẽ Eligo. Plaut. Sumat aliquem ex populo monitorem officij ſui. Item Cõduco Cic. Quoad em̃ ꝓuentũ quo ſumpta nauis eſt, nõ dñis eſt nauis ſed nauigantiũ. Itẽ Conſumo. Teren. in Adel. I. ergo intro & cui rei opus eſt hilarem hunc ſumamus diem Item impendo. Idem in phormi Nunc argentum attuli fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia, id ſumam. i. impendam vt Donatus exponit. Vnde ſumptus. Huius compoſita ſunt Abſumo, Aſſumo. Conſumo, Deſumo, Inſumo, Præſumo, Reſumo, Tranſumo. q̃ habent penultimam productam.

¶Sumanus, dicitur qui libenter ex alieno ſumit.

¶Sumanalia dicuntur liba farrinacea ĩ modũ rotę facta

✣Summœnium, dicebatr̃ locꝰ lupanaris, ꝙ fere ſub mœnibus eſſet, quaſi ſubmœniũ. Inde ſubmœniæ meretrices dicuntur. Mart. Conuiua quiſquis zoili petit eſſe Sũmœnias cœnet inter vxores. Cc.

¶Sumptus a, um captus vel electus, vt ſumptꝰ eſt cibꝰ

¶Sumptus us. ĩpenſa, ꝙ pecunia ĩpẽdatur vel exponatr̃ Plinius. Qui eã domũ magno ſumptu ædificauerat.

¶Sumptuoſus. qui immoderatũ ſumptum facit. Sũptuoſa cœna, in qua multum impẽſę datũ eſt. Cice. Pæto Expecta igitur hoſpitem tum minime edacem tũ inimicũ cœnis ſũptuoſis.

¶Sumptuarius a, um. quod ad ſũptũ pertinet, vt lex ſũptuaria quę de moderandis ſumptibꝰ lata eſt, quã Cato Cibariã appellat Cicero. Pęto. Ad fungos me tuos cõferã domũ ſi habebo in denos dies ſingulos ſumptuariæ legis dies cõferã. Tertul. in Apolo. ſic ſcribit. Leges ſũptũ comprimẽtes, centum æra non amplius in cœnam ſubſcribi iubebant, nõ amplius q̃ vnã inferre gallinam, & eam non ſaginatam. Centenarias appellauere antiqui cœnas, ab impenſa centum ſeſtertiorum.

¶Sumptifacio is ſicut ſonat. Plau. Si nũc me ſuſpẽdam, meã operã luſeri, & preter operã reſtim ſumptifecerim.

¶Sũmito, clanculũ & furtĩ immito. Suet. in Cęſare. Sũmiſſis nonnũq̃ lictoribꝰ atq; militibꝰ. Et ſũmittere eſt ꝓmittere, creſcere. Idẽ in eodẽ. Audita Clade Tituriana barbã capillãq; ſũmiſerit. Nãq; ſũmittere barbã & capillũ dicimur, quãdo neq; tõdemꝰ, neq; radimus, ꝓmittentes ad enormitatẽ adoleſcere, quod ſpecimẽ eſt maximi doloris. Id etiã ꝓmittere & imittere dicitur. Aliquãdo ſubdere, ĩclinare, ſupponere. Luci. Sũmitas alios ſi quos poſſe cenſeas. Aliq̃n Demittere, Verg. Paſcite vt ante boues pueri ſũmittite tauros. Hinc ſummiſſũ humile dicimꝰ Cice. Neq; ſũmiſſũ nimis, neq; ſe nimiũ efferentẽ.

¶Summiſſus humilis De quo modo. Vergi. Sũmiſſi petimus terrã. Et ſũmiſſus, murmurator qui nõ aperte loquitur. Hinc ſummiſſim, aduerbiũ. Sueto. in Aug. Nã ad cõmunionem ſermonis tacẽtes etiam ſummiſſim fabulantes prouocabat.

¶Suo, ſuis ſui. ſutũ, ſartio. Vñ ſutores qui calceos ſuũt. Et a ſue quidam hoc verbum deducunt, quia huius animalis pilis in ſuendo ſutores vtuntur. Per trãſlationem ſuere ponitur pro coniungere, nectere, ligare, ſtringere, Gelli. Sed hi plerasq; naues loris ſuebant. Huius compoſita ſunt Aſſuo, ꝙ eſt ad aliquid ſuo, ſiue ſuendo annecto. Conſuo. Circũſuo. Plin. lib. vij. Etiã nunc in Britannico oceano vtiles corio circũſutæ fiunt rates. Deſuo ꝙ ſutum erat diſſoluo. Similiter Diſſuo. Cicero ĩ Lęlio. Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſiore vſu eluendę, & vt Catonem dicere andiui, diſſuendę magis q̃ diſcindendæ. Exuo, Inſuo, intus ſuo ſiue ligo. Valerius Max. libro. j. Tarquinius. M. Tulliũ duũuirũ, ꝙ librũ ſecreta ciuilium ſacrorum continentem cuſtodię ſuę cõmiſſum pecunia corruptus Petronio ſabino ſcribendum dediſſet, culeo inſutum in mare abijci iuſſit. Interſuo, interpono, intermitto. Perſuo, in totum ſuo. Præſuo, anteſuo. Reſuo, rurſus ſuo. Aliq̃n etiã eſt ꝯtrariũ ſuo ſimplici. Reſuimꝰ em̃ q̃ ſuta ſunt, ſicut recludimus q̃ clauſa. Sueto de Auguſt. Sumenti virilem togam tunica laticlaui reſuta ex vtraq; parte ad pedes decidit. Subſuo ſubterſuo ad modum acꝰ tranſeo. Colu. lib. vij. Media pars deſcriptiorbiculi eadẽ fibula tranſuitur.

¶Suppar, ex ſub & par, quaſi ęqualis. Amb. lib. Hexa. Præſtantiſſimũ quoq; candidũ munus eſt & viſui ſuppar gratia. Idẽ lib. de Abel. Tertiũ genꝰ eſt peccati quidem minoris, ſed ſupparis arrogantię, eorũ ſcilicet qui datorem bonorum deum non negant, ſed quæ acciderint ea ſibi propter prudentiam ſuam cęterarumque merita virtutum iure delata arbitrantur..

¶Supparus vel ſupparũ, pen. cor. vtroq; modo dicitur ꝓ gñe leuis atq; anguſtę togę, ꝙ eo ſuperinduamur. Luca. Suppara nudatos cingũt anguſta lacertos. Feſtꝰ. Supparũ, veſtimentũ puellare lineũ, ꝙ etiã ſubucula, hoc ẽ camiſia dr̃. Eſt & ſupparũ nauiũ inſigne. Sene. libro. xi. Epiſtolarũ ſcribit ſupparum Alexandrinarũ nauiũ inſigne indiciũ eſſe. Sunt enim ſuppara, vela velorũ q̃ ſuper antennas explicantur. de quibus Luca. Iamque pandẽs Suppara velorum perituras accipit auras.



¶Suppariũ, velũ tenuiſſimũ ad ſcęnas velãdas. Cice de ꝓuincijs cõſularibꝰ Quibus cũ iã ex orcheſtra helluatur antea poſt ſuppariũ ſolebat. Apule. ĩ Me. Oro te inquã, aulęũ tragicũ dimoueto, & ſuppariũ ſcænicũ cõplicato.

¶Supellex. & hęc ſupellectilis, & hoc ſupellectile. Nã in plurali hæc ſupellectilia facit. in abltõ ſingulari ſupellectile & ſupellectili. Var. lib. ij. de Anal. Sępe itaq; ex eadẽ ſupellectili licet videre ſupellex, dicitur domeſticũ patriſfamilias inſtrumentum, ſicut docent iuriſconſulti, apud quos titulus eſt de ſupellectili legata. Cuius nomine vt inquit Pompo. continentur menſę, trappę, ãphora, delphica, ſubſellia, ſcãma, lecti, margaritę, culcitræ, & oralia, ĩperialia, pelles, laquiminaria, cãdelabra, lucernę, & trulla, vaſa, ęnea, vulgaria, i. q̃ noon ꝓprio ſũt loco attributa, capſę, armaria, vitrea, eſcaria, & potoria.

✣Supellecticarij dicuntur ſerui qui ſũt in ſupellectile.

¶Suppilones dicti ſũt emaſculatores pedicones ꝙ ſubtus podicis pilos tondant.

¶Sup, & ſupra, ὑπὲρ vὲις ου λατίνοις καὶ Δασέ[illegible] εις ς[illegible] ἔπεται ✣Id eſt ὑπὲρ in ου latinis & aſpirata in σ vertitr̃. Prępoſitiones a ſupera, deductę idẽ ſignificãt. Sup quidẽ ꝑ apocopẽ, ſupra ꝑ ſyncopẽ, ſup vtriq; caſui ſeruit, ſupra accuſatiuo tm̃. Et ſuper in ſignificato cõtrariatr̃ ſubter. ſupra vero infra. Quod aũt quidã dicunt ſuper continuum eſſe, vt ſedeo ſuper lapidem, ſupra interiecto ſpatio, vt nubes impendent ſupra nos non vſq;quaq; ſeruatũ eſt ab auctoribus. Aug. li. v. con. Vtrũq; indifferẽter poſuit de luce dei loquens. Nec ita erat ſupra mentem meam ſicut oleũ ſupra aquam nec ſicut cęlũ ſuper terrã ſed ſuperior, quia ipſa fecit me, & ego inferior, quaſi factꝰ ſum ab ea. Liui. lib. xliiij. Vbi citra muros ſupra ſubterq; terram per dies, xxv, pugnatũ eſt. Sciẽdũ eſt ꝙ ſuper ſeparata & ablatiuo iuncta modo ſignificat de Vergi. Multa ſup Priamo rogitãs ſup Hectore multa. Mõ in. vt Fron deſuper viridi ſunt nobis mitia poma. Mõ ꝓ vt. Verg. Nec ſup ipſe ſua mollitr̃ laude laborẽ. Iuncta vero actõ ſignificat Vltra. vt ſuper Garamantes & Indos Proferet imperiũ. Apulei. Iam em̃ ſuper oppidũ profectꝰ nos citra reliquerat. Verg. lib. ix. abltõ iunxit Nocte ſup me dia. i. vltra mediam noctem. Et eſt bona locutio, vt ſi dicas Legi noctem ſuper mediã. Aliq̃n deſuper. Verg. Et ſuper e vallo proſpectent troes. Aliq̃n Valde. vt His ac cęſa ſuper iactatos ęquore toto. Troas reliquias Danaũ atq; immitis Achillei. Q̃nq; abſolute ponitr̃ in ſignificatione naturali. Plau. Hinc atq; hinc ſuper ſubterq; premor anguſtijs. Q̃nq; ponitur pro ſupereſt. Verg. Nec fuga iam ſuper. Q̃nq; ꝓ inſuper, & amplius. Idem. Cui neq; apud Danaos vſq̃ locꝰ, & ſuper ipſi Dardanidę infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Compoſita habẽt ſignificationem naturalẽ. & componitur cũ dictione incipiẽte ab A vt ſuperaddo. C. vt ſupercido. D. vt ſupduco. E. vt ſuperęquo. F. vt ſuperfluo. I. vt ſuperincido. M. vt ſupermeo. P. vt ſuperpono. S. vt ſuperſedeo. V. vt ſupuacuus A ſuper fit comparatiuum ſuperior. ſuperlatiuum ſupremus. Compoſita ſunt Inſuper & Deſuper.

¶Superiorẽ & inferiorẽ dicimus fere q̃n de malis loquimur, vt Dionyſius ſuperior, & Dionyſius inferior. Cum de bonis loquimur, ſi tẽpus denotamus, ſuperior & poſterior dicimꝰ. Vt Cyrꝰ ſuperior & Cyrus poſterior. Sive ro dignitatẽ Maior & Minor. vt Maior & Minor Scipio Et hoc de duobus. Nã ſi de pluribꝰ, vtimur ſuperlatiuo vel poſitiuo. vt magnus Põpeius. Alexander magnꝰ ſuperiores cõparatiue ſumptũ, ſignificat qui magis ſupra ſunt, quibus contrarij ſunt inferiores. Interdũ habet vim poſitiui, cũ intelligunt̃, ij qui ſunt ſupra gradũ quartum cognationis, vel affinitatis, ſicut inferiores qui ſunt infra ipſum gradum. Var. lib. ij. de re ruſt. Itaq; proauos ac ſuperiores de Tremellijs nemo appellatus ſcropha.

¶Supbia, eſt ſupgrediens elatio mẽtis. ✣ Vel vt inquit Augu. Quid eſt enim ſuperbia aliud niſi deſerto ſecretario conſcientiæ foris videri velle, ꝙ non eſt.

¶Superbio bis. ex ſup & eo is, b melioris ſoni grã ĩterpoſita. & e in i mutata, niſi velimus ſuperbio a ſuperbia deriuatũ eſſe, quod tñ non abnuo, ſuperbio tñ naturalẽ ab eo is cõpoſitionem & ſignificationem paſſiuam habere oſtenditur. Vnde quicquid in aliqua re excellit, ſuperbũ dicere poſſumꝰ quaſi ſup alia iẽs. Verg. Ceciditq; ſuperbũ Ilion. Hoc eſt nobile magnificũ. Pli. li. xxxvij. Superbio pro ſuperbus eo vel ſuperbus ſum poſuit cum inquit. Hinc geminæ certe apud Menandrum & Philomenẽ fabulæ ſupbiũt. Claudianus li. iiij. de raptu. Phlegræis ſylua ſuperbit. Exuuijs totumq; nemus victoria veſtit. Hoc eſt nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

¶Supbꝰ, elatꝰ, arrogãs. Ver. li. iij. Aene. Stirpis Achilleę faſtꝰ iuuenẽq; ſuperbũ. Aliq̃n nobilis, magnificꝰ, excellens. vt Hinc populo late regem belloq; ſuperbum. Aliq̃n altus, elatus. Idem Arua petens tyburq; ſupbũ. Aliq̃n ornatus. Idẽ Barbarico poſtes auro ſpolijſq; ſupbi. Aliq̃n Opulentus, vt apud eundem. Simul enſe ſupbum Rhãnetẽ aggreditur. Aliq̃n iniquus. vt Quos illi bello ꝓfugos egere ſuperbo. Antiqui etiam ſuperbos ꝓpter pompam funeris mortuos dixere. Plau. in Am. Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi hinc abis.

¶Supcido. is. pe. cor. ex ſup & cado. Col. li. v. Ne ſi trãſuerſa fuerit cicatrix cęleſtẽ ſupcidẽtẽ aquam contineat.

¶ Teſſo is, ſi, ſſui. i. ſpolio, nudo. Plaut. ĩ Amp. Illic nõ vult me de vno pallio deteſſere. Verg. Dum teſſet Imaona Aleſus ✣ Alij texit legunt Aeneid. x.

¶ Teſtiuilicium. Vide in dictione Licia.

¶ Tetanorhra, eiuſdẽ formæ ſunt cui⁹ & Pſillothra, ſed Pſillothris ad pilos vellendos, tetanothris ad erugandã extendendamq; in facie cutem vtimur.

¶ Tetanici, a tetano morbo dicti ſũt, cũ muſculi q ſcđm ſpinã ſũt, rigẽt ita vt ſe ĩflectere nõ poſſint. Id cũ anterior pars afficitur, vt ſi mẽtũ pectori annectiť. Emproſthotonus, cũ poſterior. Opiſthotonus, vt ſi caput ſcapulis. Cũ vero ambæ rigẽt ex æquo tetanos vocatur, vt ſi ceruix recta & ĩmobilis intẽditur, etiam ſi (vt ait Cęlſ⁹) quidam munus ſubtiliter & diſcrete his nominib⁹ vtuntur



¶ Teter, a, um: dicitur qđ eſt malũ, fœdũ, pollutũ, crudele & inſuaue, tũ ad mentẽ ꝑtinens, tũ ad cęteros ſenſus vt tetra bellua, teterrimus hoſtis, teterrimũ facinus, teterrima mens. Itẽ tetro aſpectu, tetra voce, tetro tactu.

✣ Inde tetrior comparatiuum. Cc.

¶ Tetro as, fœdo, ſeu horridum, obſcurrum ve facio. Pacu. Belluarum ac ferarum aduentus loca tetret.

¶ Tetra gręce, latine quatuor a qua dictione multa cõponuntur.

¶ Tetradoron quatuor palmorum δῶρον enim palmus Pli. li. xxxv. Gręci antiqui dorum palmum vocabant.

✣ Tetraganthium aranei ſiue phalangij genus. Cc.

✣ Tettigometta, dicitur cicadarũ mater. Sunt em̃ Tettigometrę cicadę minores τέττιξ gręce dicitur cicada. & μήτηρ mater. Cc.

¶ Tettragrammaton, quatuor literarum. Gramma em̃ litera dicitur.

¶ Tetragonus, penul. cor. quadrus quadrangularis. Tetragoniſmus quadratio.

¶ Tetrametrum, pe. cor. metrum quatuor pedum.

¶ Tetrarcha, qui quartam regni partem detinet Græci τετράρχης dicitur. Tetraplaſius quadruplus.

¶ Tetraſticia, ordo ex quatuor.

♁ Tetrapharmacũ, cibi genus quod ex quatuor p̃cioſis obſonijs cõſtabat. ſ. phaſiano, ſumine, perna & cruſtulo

¶ Tetrapolis, dicta eſt Antiochia regio cognominata, vt inquit Stra. in qua ſunt quatuor inſignia oppida.

♁ Tetracolon, quadrimembris ſententia.

♁ Tetracordium, cythara cum quatuor chordis.

♁ Tetraptota, quatuor caſuum varietas.

♁ Tetraſillabum quatuor ſyllabarum, vt imperator.

♁ Tetralidos formula incenſi quę fit ex quatuor pigmẽtis tetra quatuor, idos formula.

♁ Tetragnathij ſunt ſcorpiões a maxillarũ nũero ita dicti quas gręci gnathos dicũt, horũ meminit. Pli. li. xxj.

¶ Tetraones, inter genera anſerum. Pli. li. x. enumerat

¶ Tetrici, pe. cor. homines triſtes, ac ſeueri a Sabinorũ modo tetrico dicti, qui aſperrim⁹ eſt. Vergi. li. vij. Qui tetricę horrentis rupes montemq; ſeuerum..

¶ Tetrinnare, proprium eſt anatum natantiũ. vt illud. Influuijſq; natans forte tetrinnat anas.

¶ Tethioppobatę teſte Herod. ſunt populi in Libya.

✣ Tertius, Caballus viri proprium, qui ſub Veſpaſiano & filijs claruit, & propter ſcurrilitatem a calcitratu Caballi nomen adeptus eſt. Cc.

¶ Tethys, tethys & tethyos, Cœli & Veſtę filia coniũx Neptuni & nympharũ mater, vt inquit Sal. At Oui. li. iiij. faſt. videť ſentire illã fuiſſe Titani filiã, qui fuit Saturni frater natu maior Ait em̃ Duxerat Oceanus quondã Titanida tethyn. vnde & Oceani vxorẽ illã fuiſſe cõſtat. Quę qñq; pro mari poniť. Thetis cũ h. in prima & i latino facit gtm̃ thetydis ꝓ Pelei Theſſalię regis vxore, Nerei marini dei filia & Achillis matre. Tethys, aũt maior filia fuit terrę & cœli. Heſiodus in Theogonia. τήθυν τ' ἐρατεινὴν τοὺς δὲ μεθ' ὁπλότατος γένετο κρόνος ἀγκυλομήτης δεινότατος παίδων.

¶ Teucer, qui & teucrus, nomen propriũ Troianorũ regis. quo etiã nomine dictus eſt Telamonis fili⁹ Teucer a. um. idem quod Troianus, vt eſt apud Vergi.

¶ Teuchos, latine vas inſtrumentum, volumen, liber, hinc Pentateuchus.

✣ Teumeſus, Bœotię exiguus mons vide theumeſus.

✣ Teuriõ hęrba ẽ q̃ & tripphiõ. a latinis Saliũca dř. Cc.

✣ Teutones, ꝑpłi ſũt quos Alemãnos vocãt, ſic dictos a teutone eorũ deo quẽ terra ortum exiſtimabant. Cc.

¶ Teuta, regina Illiricorum, quę ob caſtitatis meritum meruit vt longo tempore viris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frangeret.

¶ Teutates pe. pro. lingua gallica dictus eſt Mercurius qui ab illis humano ſanguine placabať. Hunc Plato inuentorẽ fuiſſe Geometrię & Aſtronomię atq; Talorum ſcribit. Luca. li. j. Et qbus immitis placať ſanguine diro Teutates horrẽſq; feris altarib⁹ Heſus. Lact. li. vij. Galli Heſum atq; Teutatẽ humano cruore placabãt, deos q ſane feralis ritus diu ſimiliter apud Italos ſtetit q latialem Iouem & Saturnum humana placabant hoſtia.

¶ Teutrania, vt inquit Plinius libro quinto. Troadis pars eſt in Mediterraneo.

¶ Texo xis. texui textũ ꝓprie telã ſtruo. Terẽ. ĩ Hea. Texentẽ telã ſtudioſe ipſam offendimus. Per tranſlationẽ texere, poniť ꝓ cõponere, facere, fabricare, ſcribere colligare, vt hiſtoriã tabellas, & huiuſmodi. Hie. ĩ ꝓlo. ij. Reg. q̃q̃ diuerſo ſcribãtur metro, tñ eiuſdẽ numeri texuntur alphabeto. i. cõponuntur vel colliganť. Aliqñ pro ornare, proferre, vt neglectũ crinẽ more texere, & alia huiuſmodi. Hui⁹ cõpoſita ſunt Attexo quod eſt appono. Augu. li. xv. de ci. dei. Nã oïa quę geſta narrãtur aliquid etiã ſignificare putãda ſunt, ſed ꝓpter illa q̃ aliquid ſignificant etiã ea quę nihil ſignificant attexũtur.

¶ Contexo, cõpono, cõiungo. Ver. li. ij. ęnei. Cũ iã hic trabib⁹ cõtext⁹ acernis, Staret equ⁹. Detexo qđ textũ erat deſtruo. Interdũ etiã valde texo, finio, ꝑficio. Ver. Viminibus, molliq; paras detexere iũco, nã de nõ minuentis eſt, ſed augẽtis, vt inquit Ser. Intexo int⁹ texo innecto inuoluo. Ver. li. iij. Geor. Vtq; purpurea ĩtexti tollãt aulęa. Britãni. i. int⁹ texti. Et li. ij. Illa tibi lętis intexit vitib⁹ vlmos. i. ĩnectit Pretexo añ texo. Retexo & ſubtexo, qđ ẽ iuxta ſeu ſubt⁹ texo. Pli. li. x. Quapropter vt ingeniorũ prędictorũ ita & reliq̃ ſubtexet diſſertatio.

¶ Teudamedus, nomen patris Pelaſgi, vt inquit Homerus. lib. ij. Ilia.

¶ Textim aduerbium. i. texendo.

¶ Textilis & hoc le. pen. cor. quod texendo factũ eſt vt textilis corona, & textilis veſtis ante cuius vſum fuit nexilis veſtit⁹ vt docet Lucr. Nexilis ante fuit veſtis quã textile tegmen Aegypti primi inuenerunt textilia.

¶ Textor, & textrix qui vel quæ texit, Textricula diminuti. eſt a textrix.

¶ Textura, opus, ſiue actus, ipſe textoris. vel textricis.

¶ Textrina pe. ꝓ. loc⁹ ĩ quo texitur quod & textrinum dř. Vñ. Ci. accuſat Verrẽ ꝙ nulla dom⁹ ĩ Sicilia locuplex fuerit vbi ille nõ textrinũ inſtituerit. Interdũ etiã textrina diciť ars ſeu, ſcientia extendi. Plin. libr. xj. Quã nõ ad hoc videtur pertinere crebra tapexitas telę & quedã pollitura artis ipſa per ſe tenax. xx. textrine.

♁ Texitechnos dř labefactor ſuę artis ἀπὸ τοῦ τύκειν τὴν τέχνην, hóc idẽ ſignificat & cacizotechnos ἀπὸ τοῦ κακίζειν τὴν τέχνην. quod eſt improbare artem ſuam.

## T ANTE H

THalamus. pe. cor. coniugis vtriuſq; cubiculũ. Hic Epithalamium nomen nuptiale.

♁ Thalamegos pe. ꝓ. ταλάμηγους nauis genus qđ Atheneus ædificauit. Ptol. Philo pater nauẽ etiã fluuialem quę thalamegos vocabať. Lõgitudo ei⁹ ſemiſtadiũ latitudo quæ eſſet ampliſſima. xxx. cubitis, altitudo. cũ ſuggeſtu tabernaculi paulo minor. xl. cubitis figura eius neq; longis nauibus, neq; rotundis aſſimilis, hęc nauis alijs nominibus dicitur nauithalamus, nauis cubiculata & bucentaurus, & thalamiphora.

¶ Thales fuit vnus ex ſeptẽ gręciæ ſapiẽtibus q eodẽ tẽpore ĩ Græcia fuerũt. hic obijt cũ certamẽ ſpectaret ęſtu ac ſiti fatigat⁹. Hic fuit geometrię penes Graios prim⁹ reptor, & naturę ſeu rerũ certiſſim⁹ explorator, & aſtrorũ peritiſſim⁹ cõtẽplator, q reperiſſe ferť tẽporũ ãbitus, vẽtorũ flat⁹, ſtellarũ mot⁹, tonitruũ ſonora miracula, ſyderũ obliq̃ curricula, ſolis ãnua reuerticula. Ei⁹ illđ ẽ cũ forte interrogareť qd eſſet difficile, ſeipſũ noſſe. Illđ quoq; cũ ſciſcitareť, quõ optime & iuſtiſſime viueremus, ſi inquit, quę in alijs repręhendimus, ipſi nõ faciamus.

¶ Thalaſſicus color qui ſimilis eſt fructib⁹ matinis, gręci enim thalaſſan mare dicũt. Plau. Neſcio quis tecũ incedit ornatu quidem thalaſſico.

¶Thallaſometra, dr̃ maris mẽſor. Amb. li. Hexa. Geometram audiuimus, thallaſſometram nunq̃ audiuimus.

¶Thallaſio, carmen nuptiale, ita dictũ a voce, quã in nuptijs afferebãt, q̃ erat thallaſius. lege. Liuiũ. Var. ſcribit thallaſſionẽ in nuptijs ſignũ eſſe lanificij, Thallaſſionẽ eñ vocabant quaſillũ, vas lanificijs aptũ. Plut. vero hãc in nuptijs vocẽ pirmohabitã fuiſſe affirmat, ꝙ greci thallaſſion lanificiũ vocant, ea ratione vt prouocarẽtur virgines ad opera, & potiſſimum ad lanificia.

¶Thalia, cũ accẽtu in antepe. a θάλλω germano, vel vireo quoniã in longũ tẽpus poetarũ laus parta vireſcat. nam grece θαλία cum accentu in pe. vna eſt gratiarum.

¶Thali dñr ĩ porris & cepis & allio medij ſtirpes a θάλλειν. i. vireſcere. Vnde & pro germine arborũ ponitur.

¶Thaleſtris, regina Amazonũ, quam alij Mintheam vocant. Hęc cũ trecentis mulieribus occurrit xxxv. dierum inter confertiſſimas gentes itinere facto Alexãdro in Hycarnia res gerente vt liberos ex rege ſuſciperet & vt viſa eſt vterum impleſſe diſceſſit.

✣Thalaſſomeli, vnguentũ qđ fit ęquis portionibꝰ maris, mellis, imbris, fictiliq; vaſe depicato conditur. Cc.

¶Thanatos, latine mors. a quo Athanatos ĩmortalis. Eſt & Thanatos, inſula ĩ oceano gallico Britãniæ ꝓxima, vt ſolinꝰ refert, fiumẽtarijs cãpis fœlix. In ea nullꝰ ãguis viuere poteſt, quin aſportatos ex alia terra ãgues illico perimit. dicta Thanatos a morte ſerpentium.

✣Tharſos, vrbs eſt Cicilię metropolis. Cc.

☿Thapſus, inſula decem ſtadia, a ſicilia diſtãs plana, & penitꝰ iacens verſus ſyracuſas vt vndis merſa videatur Dicta παρά τὸ θάπτω ſepelio. Ver. li. iij. Thapſumq; iacentem Thamnos latine arbuſtum dicitur.

☿Thanein, metropolim fuiſſe Aegypti declarãt in qua Moyſes multa ſigna fecit.

¶Thraſiũ, genꝰ vini a Taſo ĩſula maris Aegęi. vna ex cycladibꝰ q̃ a Thaſo Phœnicis filio qui eã incoluit dicta vel a Thaſone Neptuni filio. Sic thaſię vites. Ver. lib. iij. Georgi. Sunt thaſię vites ſunt & Mareotides albæ. Et thaſia nux quę amygdala a thaſo thaſiæ inſula.

¶Thaſij, populi in thaſo habitãtes. Fuit hęc inſula aurea vocitata propter aurum quod illic effodiebatur.

¶Thauma apđ gręcos miraculũ & admirationẽ ſignifi.

¶Theatrũ, latine viſoriũ a Caſſiodoro, ſpeculatoriũ a Cypriano dr̃, a θεάομαι, quod eſt video, ꝙ turba cõueniens eminus videať & videat. Eſt autem ędificiũ in hemicycli ſpeciẽ factũ ad videnda ſpectacula idoneũ. Aliquando tñ ponitur pro ſpectaculo. Martia. Quicquid in Orpheo Rhodope ſpectaſſe theatro. Dicitur. exibuit Cęſar arena tibi Aliqñ pro multitudine ſpectãte vt magno theatro hęc acta ſunt. i. multis ſpectantibus.

¶Thea, Chironis Centauri filia fuit q̃ cũ in monte Pelio ſeſe venando exerceret, grauida facta, & ob id patris indignationem timens, deorum miſeratione in equam conuerſa eſt, & in cęlum tranſlata. Cc.

¶Theatricꝰ, a, um. nomẽ poſſeſſiuũ. Aug. li. iij. cõ. Rapiebãt m̃ ſpectacla theatrica plena imaginibꝰ miſeriarũ

¶Theatralis, & hoc le, idẽ qđ theatricꝰ, ſeu qđ ad theatrum pertinet. Vnde dicimus theatralia ſpectacula.

¶Theatridiõ dimi. forma gręca a theatro. Var. li. iij. de re ru. Inter has exteriores gradati ſubſtructũ vt theatridiõ auiũ mutuli, crebri ĩ oĩbꝰ colũnis ĩpoſiti, ſedilia auiũ

¶Thebe es, & theba ę, & thebę arũ. Oui. ſine tit. Quid referã Aſopon quẽ cępit Martia thebe. Sta. li. iij. Theb. Viue ſuperſtes ait diræq; ad mœnia Thebę Solꝰ abi. & li. xj. Aut Danais adijſſe rogos aut p̃lia thebis Noĩa quarundã vrbiũ, quarũ vna fuit ĩ Aegypto, a Buſyride Aegypti rege cõdita, q̃ gręce heliopolis. i. ſolis ciuitas, ambitu. cxl. ſta. vt refert Herod. vrbs ĩſignis, publicis priuatiſq; ędificijs, quã Pli. totã penſilẽ fuiſſe ſcribit q̃ centum portas habuit, in quarũ ſingulis memoranť. cc. cuſtodes excelluiſſe equis & curribus, ſubter quẽ reges ſoliti erant maximos exercitꝰ armatorũ educere nullo ex oppidanis id ſentiẽte. Iu. Atq; vetꝰ thebe centũ iacet obruta portis. Ab hac (teſte Pli. lib. xxxvj. regio thebaica Aethiopię cõtermina cognominata eſt. A qua & thebei cũ diph. & fructꝰ palmarũ eiꝰ thebaides & thebaicę dicunť a Pli. Alia thebe fuit ĩ Bœotia a Cadmo Agenoris filio cõdita, quam amphion muris ornauit Bacchi & Herculis clariſſima p̃ria. Ab Alexãdro magno poſtea euerſa. q̃ & Draconigera dr̃, qa a Cadmo cũ quinq; viris ex dracõe ab ipſo interfecto natis cõſtructa fuit. Var. tñ li. iij. de re ruſt. ſcribit hãc vrbẽ ab Ogyge ędificatã. Ab hac thebani dicti ſunt, hãc Heptapliõ vocat. Apul. Ab eo ꝙ ſeptẽ portas habebat inclyta duobꝰ ducibꝰ Epaminonda & Pelopida. Hęc etiã dicta fuit Dircęa a Dirce fõte. Vñ & a Statio Dircęꝰ ager thebanꝰ vocať. Hic Pindarꝰ poeta Lyricorũ princeps habuit ortũ. Bacchꝰ in Aphrica vrbẽ cõdidit Thebas. Vñ Hiero. in cõ. epiſtolę ad Gala. Prętereo thebas liberi quas ĩ Aphrica cõdidit q̃ ciuitas nũc Thebeſtis dr̃. Alia ĩ Theſſalia, a qua etiã thebani & thebei. Fuit & thebe ĩ Italia ciuitas, Fuit & alia thebe, Homero teſte ĩ Cilicia Andromaches vxoris Hectoris patria. Vñ Oui. Nec cruciere minꝰ quã cũ thebana cruentũ Hectora theſſalico vidit ab axe trahi. Alia fuit ĩ Lucania, ab Aonijs colonis cõdita q̃ interijſſe auctor eſt Cato. Fuerũt & thębe Corſicę. Eſt & thebe nomen virginis, e cuiꝰ gremio geminę colũbę, vt eſt in fabulis, cũ euolaſſent altera ad Hammonis fontẽ tetendit & ibidem reſponſa dedit altera ad ſyluam Dododeã vbi futura mortalibus pręcinuit.

¶Thebais aidis. vel idos. & hec thebaida dæ. ab actõ gręco formatũ nomen ſicut Perſis & Perſida, Aegypti regio a thebe denominata. Quod nomen poteſt eſſe patronymicum a thebe. Quo nomine etiam appellatũ eſt Statij opus in quo de thebis tractatur

☿Thebaicę, ſeu thebaides, dicunť palmę generoſiores. Pli. li. xv. Cruſta thebaicę placent ſucco vna, & carice. E t alibi Thebaidis fructus in cados conditur.

☿Thebęi, qui ſunt ex thebis ciuitate Aegypti.

☿Thebani, qui ſunt ex thebe ciuitate Bœotię.

¶Thecla nomen proprium mulieris ſanctiſſimæ.

¶Theca, vagina, ſepulchrum locus.

✣Theligonũ, hęrba habens vuas floribus oleæ ſimiles ſed aliquanto pallidiores. Vide Arſenogonon. Cc.

✣Thelegonus, vlyſſis & Circes filius fuit. C.

✣Thelypteris, filicis ſpecies. Cc.

¶Thelphuſa, vrbs ꝓpe Ochomenũ Archadiæ a thelphuſa Ladõis filia nomẽ hñs. Telfuſſa vero ſine h, & ꝑ duplex ſſ. alia vrbs ĩ Archadia. Telphuſſiũ, ſiue Tilphoſſiũ eſt ĩ Bœotia vbi laudatꝰ Bacchꝰ eſt a Pindaro.

¶Thelphiſſa, fons cuius aquę frigus tireſias vates cum ſenex potaſſet & ferre non potuiſſet extinctus eſt.

☿Theleboę, caprearũ populi quos thelon ſuo ſubiugauit ĩperio, Capreę aũt inſula eſt cõtra Neapolim ſita.

☿Themiſones, ſiue themiſonij ppľi a themiſonio phrygię maioris loco prope Liciam.

¶Thema, atis. latine poſitum ſeu poſitio dicitur.

✣Themes antiquũ oppidum Cypri eſt, in quo repertũ primũ ęs, & ab eo ſumpſit cognomen. Oui. de anu. Lunam deducente Themeſęaq; concutit æra. Cc.

¶Themiſtocles, nomẽ viri Athenięſis clariſſimi. Hic cũ ab ĩgrata p̃ria exul factꝰ ẽet, & a Xerxe prĩceps exercitꝰ aduerſꝰ Athenięſes magno cũ hõre creatꝰ, cũ videret p̃rię ſuę ĩgẽtis cladijs piculũ ĩminere, hauſto tauri ſãguine ſeip̃m interemit, nec aut regi de ſe merito infidelis ẽet nõ pugnãdo viriliter aut p̃rię ſuę hoſtis atq; oppugnator videreť. Vide Plut. ☿Huic vt auctor ẽ Emyliꝰ ob res bñ geſtas nemo p̃ferť & pauci pares putanť.

¶Themis fuit vna ex tribꝰ ſororibus Iouis ex qua Mineruã ſuſcepit. Hæc cœli & terræ filia q̃ Iouis nuptias fugiẽs ab eo in Macedonia ꝯpſſa fuit. Hęc dea putabať quę pręciperet hominibus id petere quod fas eſt. Fuit & alia themis, quę alio nomine carmentis dicta eſt.



☿Themiſtꝰ, philoſophus fuit tẽporibus Iuliani apoſtatę a quo etiã prętor cõſtantinopolis vrbis promotus eſt Scripſit interpretationẽ phyſices. Ariſt. libri de auditu & Analiticorum & multa alia.

✣Thembinaclia, regio quę & Nemęa dicitur. Cc.

¶Thenſę, vt docet Aſco. ſunt ſacra vehicula põpa ordinũ, & officiorũ, ſic dictę ꝙ añ cas lintea tenduť quę gaudẽt manu tãgere qui deducãt vel ἀπὸ τοῦ θείου. i. a re diuina. Et ſic per th, ſcribitur. Cic. de haruſpicũ reſponſis. Te appello Lentule, cuius ſacerdotij ſunt thenſæ, curricula, p̃centio, ludi, libationes. Liui. li. v. Quę anguſtiſſima veſtis eſt thenſas ducentibus triũphantibuſve ea veſtiti medio ędium eburneis ſellis ſedere.

☿Theocritus, poeta gręcus quem Verg. Imitatus eſt in Bucolicis ex Syracuſis ortus dicitur.

¶Theoria, cũ accẽtu ĩ penu. latine ſpeculatio & intellectus dr̃. Hinc theoreticꝰ ſpeculatiuꝰ. Græce eñ θεάομαι cõſydero, contẽplor. Amb. lib. Hexa. Nãq; iſtarũ artiũ, alię ſunt actuoſę, q̃ ſunt in corpis motu, aut ſono vocis. Alię Theoreticę, q̃ vigorẽ mẽtis exercent. Idẽ ad Simplicia. vbi legis diuinę p̃cepta numerauit, atq; annũciauit pplo theoriã, poſtea ĩtelligibilis illiꝰ arcę teſtimonij vľ cãdelabri, vel thymiamatis locuturꝰ ĩmolauit hoſtias

¶Theorema atis. latine ſpeculatio.

¶Theoreſis, contemplatio.

¶Theos, deus. A quo multa per compoſitionem.

¶Theologia, ratio, ſiue ſermo de diuinitate.

¶Theoleptus, numine afflatus.

¶Theodectes, nomẽ philoſophi diſcipuli Ariſtotelis, cui oratorię artis libros donauit vt eos tanq̃ ſuos ederet Hic fertur multę memorię fuiſſe.

¶Theomachus, pe. co. deo repugnans latine dicitur.

¶Theomenia, ira diuina.

¶Theogonius, genitus ex deo.

¶Theophraſtꝰ, philoſophꝰ fuit ex Creſſo Leſbi oppido Tyrtamꝰ initio vocatus. Hic Peripateticorũ eloquẽtiſſimus doctiſſimuſq; fuit, qui ex diuinitate loquẽdi nomen inuenit. Hic dicere ſolebat doctũ hominẽ ex omnibus ſolum neq; alienis locis peregrinum eſſe, neq; inopem amicorum. Dictus theophraſtus, quaſi diuina eloquentia. a theos deus phraſis eloquentia.

¶Theophilus nomen proprium, quo ſignificatur dei amator. Theophiles pius, amans deorum.

¶Theoſebia, pietas, cultꝰ dei. theoſebes, piꝰ, religioſꝰ

¶Theotocos, deum pariens, genitrix dei.

¶Theodorus, cum accentu in penul. proprium nomen viri, quaſi domum dei.

¶Theodoſius, nomen proprinm duorũ Ro. principũ.

¶Theopõpus, nomen propriũ tragici & oratoris. Quo nomine etiam dictus fuit vnus Spartanorum, cuius meminit Quinti. & etiam Vale. Maxi.

¶Theognis, fuit poeta, gręcꝰ, de quo Plato ĩ li. de legibus cuiꝰ opus ĩcipit ὦ ἄνα Λητοῦς υἱέ, Διὸς τέκος οὔποτε σεῖο λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ᾽ ἀποπαυόμενος. ✣ i. O rex Latone & Iouis fili nunq̃ tui obliuiſcar exordiẽs neq; finiẽs.

¶Theon, nomẽ pictoris Samij, de quo Quin. li. xij. inſti. ora. Alter mathematicꝰ q ſcripſit de ſpiritibꝰ ad Ptole. aſtrologũ. Alter etiã interpres Apollonij Rhodij.

☿Theotimus, theos deꝰ, timo honoro, ſic Thimotheꝰ quaſi honorans deum.

☿Ther θὴρ gręce fera, inde therodamas.

☿Therodamas, quaſi ferarum domitor.

¶Thera ĩſula ſub Eubœa iuxta Atticã de q̃ Pli. li. iiij.

¶Protinꝰ ab Io abeſt thera. xxv. millibꝰ paſſuũ. In ea eſt Eleuſis ciuitas, vt lib. iij. Ptol. refert. Ab Herodoto thera ponitur inſula lib. iiij. quã Iuſtinꝰ putat therennẽ alij Corſicam. ✣Therambum, vrbs eſt theſſalię. Cc.

¶Theriace, ſiue theriaca a q̃ & theriaci paſtilli noĩanť ꝙ e viperarũ carnibꝰ cõſtet, aut certe cõtra beſtiarũ venena ꝑficiãt. Dicta ἀπὸ τοῦ θηριακή hoc eſt a feris ſiue belluis vocitata, ꝙ hęc cõpoſitio aduerſus oẽs belluas venenatas inſtituta ſit. Admiſcentur ei viperinę carnes. Hanc vulgus tyriacam a tyro ſerpente appellat.

¶Theriotrophion, locꝰ vbi fere aluntur. Var. li. iij. de reru, Sylua erat ſupra quinquaginta iugerũ maceria ſepta, qđ nõ leporaliũ, ſed theriotrophium appellabant falſo.

¶Theriſtrũ, velamẽ vľ veſtis tenuis q̃ vtebãť mulieres Paleſtinę. Hie. ĩ Geñ. Quę depoſitis viduitatis veſtibꝰ aſſũpſit theriſtrũ. Et apud Eſaiã. In die illa auferet dñs ornamẽtũ calceamẽtorũ & palliola & lithcamina & theriſtra. ¶Thermę, inuẽtę ſũt ad excutiendũ de toto corpore ſudorẽ. Sunt eñ balnea, Ea certe loca, q̃ aut calẽtibus aqs aut ipſo ſine fornice igni calefacto lauãdi, ſudãdive vſibus deputata thermas vocauere. Nã θερμὸν gręci calidũ dixerũt, a θέρος ęſtꝰ. Quę aũt ꝓprie ad ſudãdũ loca habẽť ea Seneca ĩ epiſtolis ſudatoria nuncupauit. Quid inqt cũ ſudatoriis oĩs ſudor ꝑ laborẽ exeat. In q̃ vero deſcẽdimꝰ vt lauemur balneis vocamꝰ & balnearia. Eſt & therme ciuitas in trachia, vñ thermaicꝰ ſinꝰ.

¶Thermopyle, pe. co. mõs longiſſimꝰ, q ĩcipiẽs a Leucade in occidentẽ, & in Aegęũ mare haud lõge a Demetriade ꝓtẽdẽs fauces habet anguſtiſſimas iuxta quas calidę aquę ſcaturiũt Ideo a caliditate portarũ nomen inditũ eſt. Pylas eñ portas gręci nominãt, & thermon calidũ, Ibi ei ſũt (vt ĩquit Stra.) thermę id eſt calidę aquę. Herculi cõſecratę. Liui. xxxvj. ſcribit iugũ thermopylarũ ita mediã gręciã dirimere vt Apœnini dorſo in talia diuidiť. Et qa calidę aquę in ipſis faucibꝰ ſunt, ideo inquit thermopyle locus appellatur nobilis. Lacędemoniorũ aduerſus Perſas morte magis mẽorabili q̃ pugna.

¶Thermapoliũ, locus vbi calida excitamẽta & potatoria vęnduntur. Plau. in Cur. Tum iſti gręci paliati capite operto q ãbulãt ſuper vineas bibentes ĩ thermopolio

¶Termifacio ſignificat eſculẽtis atq; poculentis ingurgitatis, & exhauſtis ĩ thermopolio calefacio, plau. ĩ Sti. Me hercule vero eo quantum poteſt iam ne exta cocta ſunt, quod thermifecerat.

¶Thermodoon ſiue thermodon capadocię fluuiꝰ q̃ eſt regio Aſiatica vt Pli, Sra. & Iuſtinꝰ tradũt iuxta quẽ oli Amazones ꝯſederũt quaꝝ regina, vt Dio. refert, ĩ oſtiis thermodoõtis vrbẽ ꝯdidit thermiſchyrã nũcupatã, priꝰ Ony poſtea Cęſareã. Eſt ẽt thermodõ opidũ capodocię zachã, a thermodõ fiũt adiectiua thermodõtiꝰ, thermodoonteus & thermodõciacꝰ. Vñ pugnę amazonũ appellãť termodontiacæ Prop. Qualis Amazonidũ nudatis bellica mãmis thermodoontęis turba lauatur aquis.

¶Thero nomẽ regis Hiſpanię citerioris quaſi ardens.

¶Therioma vlcꝰ viriliũ ĩteri & ſedes & ꝑtiũ aliaꝝ multo ac nigro ſanguĩe mali odoris, atra fit caro, & corrodiť Ex quo naſci ſolet qñq; Herpes, Eſt Hiomenos (ita vocať vlcꝰ) qm̃ ſerpẽdo corpus oſſa vſq; deuorat inęq̃le ac cœno ſimile. ¶Trepſicore, vna fuit ex nouẽ muſis, a τέρπομαι qđ eſt delector.

¶Therſilocus nomẽ viri proprium.

¶Terſites, pe. ꝓ. fuit græcꝰ qdã vir. Quo nõ deformior alter. Venerat ad troiã, lĩguavc ꝓteruior alter. Iu. Malo pater tibi ſit Terſites dum modo tu ſis Aecidæ ſilis.

☿Terionacha, hęrba inter magicas. dicta ſic, ꝙ torporẽ afferat ſerpentibus, quaſi θηριωνάρκη.

¶Theſaurus, & teſaurũ dr̃. Et eſt, vt Paul. Iuriſcõ. inqt vetꝰ q̃dã depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria vt iã dñm nõ habeat. Sic eñ fit eiꝰ q inuenerit, qđ non alterius ſit. Alioq ſi qs aliqđ lucri cauſa, vel metus vel cuſtodię cõdiderit ſub terra non theſaurus, cuius etiam furtum ſit. Aliqñ tñ theſaurus dr̃, cuiꝰ extat memoria dñm habet, vt in Euangelio. Vbi eſt theſaurus tuus ibi & cor tuũ erit. Poniť interdum ꝓ loco in quo aurum vel alia p̃cioſa reconduntur, vt eſt illud. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera aurum, thꝰ & myrrhã. i. capſis vel vaſis. Nõnũq̃ in malũ accipiť, vt Plau. in Amp. Qui do mi vxorẽ meã ĩpudicitia ĩpediuit teneo theſaurũ ſtupri. Idem in Ru. neutro genere pro auro ſeu argento poſuit:

Quicqđ eſt graue quidẽ theſaurũ hic ego ineſſe reor.

¶Theſaurariũ, locus in quo ſeruantur theſauri. Aug. ſup pſal. Inueniunt nummos & ponunt in theſaurario.

¶Theſaurizo as. theſaurũ colloco repono in depoſito.

✤Theſbytis, lacus per quã tranſit tygris fluuius. Cc.

¶Theſeus, propriũ nomen Athenarũ regis Aegei & Aethrę filius. Hic virtutis Herculeę ęmulus, poſt pręclara edita facinora extorris patria factꝰ, in inſulã Syrũ nauigauit, vbi perijt interẽptus a Nicomede, vel vt q̃dã volunt ex loco edito poſt cœnã deãbulãdo delapſus Primus inſtituit Athenis panathenęa hoc eſt cõmunẽ celebritatẽ in honorẽ Mineruę, quę græce Athena nominať. Idẽ in Iſthmo funebres ludos inſtituit. Huiꝰ geſta natales & obitũ ſcripſit Plutar. De quo ſcripta fabula eſt noı̃e. Theſei. Hic illud Iu. Rauci theſeide Codri.

¶Theſis, latine poſitio, figura, q̃ diſtinguit ſenſus orõnis, ꝓ cõmata. i. ſubdiſtinctiões quas nos virgula ſignamus percola. i. mẽbra nos duobꝰ punctis, ꝓ periodos. i. terminos, finita ſententia puncto. Dicta poſitio vel poſitura, q̃a punctis poſitis cõuenientes denotat ſenſuũ ꝑtes vel q̃a ibi vox ꝓ interuallo dictionis deponitur.

¶Theſſalia. regio gręcię q̃ ſub Attica olim cõprehendebať, ex vna parte Bœotiã, ex altera Macedoniã hñs, priꝰ Aemonia ab Aemone rege, & Pelaſgis, & Conargo atq; Hellas, Vñ reges Hellenes, vt Pli. li. iiij. refert. Dicta theſſalia a Theſſalo Aemõis vł Iaſonis & medeę filio. Hãc Homerꝰ Argopelaſgicon noı̃at. Et Stra. li. x. ſcribit dictã fuiſſe priſcis ſęculis Pyrreã a phyrra Deucalionis vxore. In hac natꝰ ẽ Gręcꝰ rex a quo Gręcia. Ibi Deucaliõ cũ vxore Pyrrha quorũ tp̃e (vt inq̃t Ariſtoteles) ingẽs ibriũ illuuies maiorẽ ptẽ ppłoꝝ theſſaliæ abſumpſit paucis q̃ ad montiũ culmina ſeſe recepant cõſeruatis, ĩter quos Deucaliõ Pernaſum petierat, ratibuſq; ad ſe ꝯfugiẽtes ꝑ ſũma Parnaſi iuba benigne fouebat Propter qđ dictꝰ ẽ genꝰ hũanũ repaſſe. In theſſalia fũt mõtes. xxiiij. quorũ nobiliſſimi Pieria, parẽs domuſq; muſarũ, Peliõ, & Oſſa gygãtũ bello mẽorati. Idẽ Pindꝰ & Otrys. Lapitharũ ſedes. Itẽ Olympꝰ, Flumı̃a ĩ ea, vt ſcribit Hero. ſũt Apidanꝰ, Enieꝰ, Onoconꝰ, Pamiſus, Peneꝰ & Phœnix. A theſſalia fit theſſalꝰ a. ũ. pe. cor. & Theſſalicꝰ a. ũ. ¶Theſſalonica. pe. pro. vrbs metropolis Macedonię a qua theſſalonicẽſes dicti ſunt. Hęc fuit patria Theodori Gazę, q ętate nr̃a in vtraq; lingua doctiſſimus habitus eſt, qui e gręco in latinũ libũ de animalibus. Ariſtotelis traduxit, & alia multa opa edidit.

¶Theſmophoria. i. cerealia, latine ſacra Cereris q̃ gręce dr̃ theſmophora, quaſi legifera. Pr̃ia eñ Ceres leges inueniſſe ꝓdiť, q̃a añ frumentũ inuentũ hoı̃es ſine lege vagabanť & ex agrorũ diuiſſione primo nata ſunt iura. Ouid. Prima dedit leges. Cereris ſunt omnia munus. Gręci τεσμοφόρον legiſlatorem appellant, & legiferum.

¶Theſpię, oppidũ liberũ in Bœotia ad radicem Parnaſi, vt inquit Pliniꝰ, vel vt Strab. inquit Heliconi proximũ. Theſpias nobilitauit Praxitelis Cupido a Glycerio meretrice ibi conſecrata. Hinc theſpiades dictæ ſunt muſę ſeu nymphę theſpias incolentes.

¶Theſpici, populi ſunt Gręcię.

¶Theſtylis, nomẽ ꝓpriũ mulieris, de qua Ver. ĩ Buco.

¶Teſtor, fuit vir troianus Calchantis pater.

¶Theſiphone. vide retro tiſiphone.

¶Theta, nomẽ ẽ literę gręce, q̃ vĩ detinet th. aſpirati.

¶Thetis nomẽ mr̃is Achillis, de qua ſupra in dictione Thetys. De nuptijs huiꝰ Lucia. facit pulcherrimũ dialogũ, cuiꝰ verba gręca ponã multorũ loco latinorũ. ἐ κεβα λενὲς ὁ συμπόσιον ἴδες ὦ γαλήνη χθὲς δια ἐποίησεν ἡ ἔρις μαρά... & ſubdit. μῆλον τι πάγκαλον χρυσοῦν ὅλον ὦ γαλήνη ἐπεγέγραπτο ... λαβέτω κυλινδούμενον δὲ τοῦτο ὥσπερ ... ἥκε ἔνθα ἥρα τε καὶ ἀφροδίτη καὶ ... κατεκλίνοντο ... ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα. ☿. i. vidiſti, o Galene, heri qualia fecit cõtentio ad cęnã Et ſubdit. Iniecit in cõuiuiũ pomũ quoddã ęlegãs atq; adeo aureũ prorſus o Galene. Porro huic inſcriptũ ẽrat formoſa accipiat, voluebať aũt hoc, ſicut de induſtria fit venitq; deı̃de Iuno, Venꝰ, atq; minerua ac diſcubebant verũ ibi Mercuriꝰ accipiẽs. Legiſſet quę inſcripta erãt.

✤Theucitis, iunci ſpecies in Nabathea creſcens, rotũdus, vinoſę mordacitatis ad linguam. Cc.

¶Theuthras, fuit Ciliciũ ac Myſorum rex, a quo theuthrania regio, & theuthrana vrbs iuxta Pergamum.

¶Theumeſus, pe. pro, mons Bœotię a quo Leo theumeſſus dictus inauditę magnitudinis, qui omnibꝰ terrori erat, quẽ Hercules adhuc pene puer occidit, eiq; pellem detraxit, qua poſtea pro pallio ſemper vſus eſt. Eſt eriã hoc noı̃e fluuius & regio & paruulũ oppidũ in thebanis finibus. Hic Leo a Ioue in cęlum tranſlatus diciť vt glorię Herculis conſuleret, q eũ inermis occiderat.

¶Theutoni, pe. cor. populi Germanię q & theutones & theutonici dicunť. Luc. li. vj. Cantaber exiguis & longis theutonis armis. Hi vt Pompo. ſcribit loca incolunt prope mare Aciacũ. Hi duce theutolocho Romanorum fines inuaſerunt, quos Marius deuicit.

✤Thiriomachus vnꝰ ex filij Herculis ex Megara Creontis regis thebani filia. Cc.

¶Thlaſias, dicitur qui habet teſticulos attritos.

¶Tholꝰ, gręca dictio q̃ ſignificať veluti ſcutũ breue qđ medio ĩ tecto poniť, ĩ quo trabes coeũt, & ad qđ dona ſuſpẽdi cõſueuerũt. Ver. li. ix. Si qua ipſe meis venatibus auſi Suſpẽdi ve tholo aut alta faſtigia vexi. Quidã accipiũt tholũ ꝓ teſtitudine alicuiꝰ ędificij, ſiue ꝓ domo rotũda. Oui. li. v. fa. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo

¶Thorax, latı̃e pectꝰ, vñ & munimentũ ſiue laneũ ſiue ferreũ, quo pectꝰ ꝓtegiť, thorax appellať. Sta. lib. The. Propugnat pectore thorax Iuliꝰ Pol. ſcribit thoracẽ eẽ q̃cq̃d ãterioris dũtaxat ꝑtis a collo vſq; ĩ coxẽdicen ꝑtẽ diť, quẽ cõficiũt crates coſtarũ. Qui & ὅλμος hoc ẽ mortariũ dr̃. Medici tñ ĩ reſectionibꝰ hũani corpis thoracẽ accipiũt ı̃ane q̃ddã ĩ pectore extremas coſtarũ ꝑtes vtriq; cõtingẽs. Vñ legimꝰ Pli. dicẽtẽ. thoracis vitia purgat, q̃ videlicet ĩtra ſepta pectoris cõtinenť. Et Cor. Cęlſꝰ docet thoracẽ tuſſi obnoxiũ. Amb. li. hexa. Accipit pro ea ꝑte ĩ quã alimẽta recipiũť. Ait eñ thorax vt ſuſcipit alimẽta, ita ſupflua ciborũ ſuccos ſalubres ſãguinẽq; diſcernit. Iu. Pro tunica q̃ tm̃ pectꝰ tegit cuiuſmodi ı̃fantes geſtare moris ẽ. Viridẽ thoraca iubebit. Suet. de Auguſto Hyeme q̃ternis cũ pı̃gui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo & femoralibꝰ & tibialibꝰ muniebať. Eſt etiã qñ thorax turrĩ ſignificet, & ẽ gñis maſ. A cuiꝰ actõ gręco θώρακα. q̃dã hęc thoraca cę. declinãt. Vñ thoracatus.

¶Thoracatus, qui thorace indutus eſt. Pli. lib. xxxv. Parrhaſius pinxit nauarchum thoracatum,

¶Thoa fuit vna ex nymphis filia Oceani & tethyos.

¶Toas ãtis, fuit rex in Thaurica regiõe de quo Oui. li. iij. de põ. Regna Thoas habuit męotide clarꝰ ĩ ora. Nec fuit Euxinis notior alter aq̃s. Alter rex Lẽni fuit Liberi pr̃is filiꝰ, & pr̃. Eſiphyles. fuerũt & alij hoc nomine.

¶Thomas, nomẽ hebraicũ viri ꝓpriũ. i. abyſſus vel geminꝰ. vñ & gręce didymꝰ appellať qđ ĩterp̃tať geminꝰ

✤Thoniꝰ, vnꝰ ex Cẽtauris Ixionis & Nubis filiꝰ. Cc.

✤Thonia, vrbs ẽ & caput Gebanitarũ, diſtatq; a Gaza nr̃i littoris Iudeę oppido. M. D. xxxvij. mil. paſſuũ. Cc.

¶Thonthonos fuit primꝰ qui apud Aegyptios medicinam in artem redegit. Aliter fuit rex Canopi. Thoon vero per geminum oo. fuit vir troianus.

¶Thoota, Phorci filia ex q̃ Polyphemũ Neptunꝰ genuit. ¶Thous, fuit vnus ex principibus troianis.

¶Thrace, es. & thraca ę. & thracia. Europe regio inter ꝑtes Scythię poſita. Macedoniã ſequẽs. q̃ a ſeptẽtrione Iſtrũ hẽt. ab oriẽte Pontũ. A meridie Aegeũ mare. Olı̃ Scythõ. poſtea thracia a thrace Martis filio, ſeu aſpitate dicta. gręce eı̃ τραχὺς aſperũ dr̃. Eſt eı̃ regio vt Põ. ſcribit nec cęlo nec ſolo tractabilis, & niſi q̃ mari ꝓpior ẽ infœcũda frigidaq;. Hẽt feros hoı̃es aſꝑo cultu. In ea ſunt vrbes celebriores. Apollonia, Eunos, Nicopolis, Bizãtiũ, Perinthos, Lyſimachia, Calipolis. Amnes ſunt Hebrus & Neſtos, Montes Hemꝰ, Rhodope, & Orbelos. A thracia fiũt adiectiua thrax, thrachius & thracẽſis. A thrax fit fœmininũ thręſſa vel thraiſſa diuiſa diphthongo. & adiectiuũ thraicꝰ & thraiciꝰ. Itẽ a threix qđ thracẽſem indicat fit fœmininũ threſſa & threiſſa. Et adiectiua Threicꝰ, threiciꝰ de q̃bꝰ habẽť exẽpla apđ poetas

¶Thraſceas, ventus qui & thaicias & thraſcias dicitur Ariſt. Poſt Argeſten vẽtum flat thraſceas, ſpirat inter ſeptentrionem & occaſum ſolſtitialem.

¶Thraſyllus, nomen viri proprium. & latine dicitur temerarius, audax.

¶Thraſybulꝰ. vir Atheniẽſis de quo Aemi. Probꝰ ait. Qđ ſi ꝑ ſe virtus ponẽda ſit dubito an hunc primũ oı̃m ponã. Illud ſine dubio, neminem huic pręfero fide, cõſtantia, magnitudine animi, & amore in patriam. Hinc Athenas a triginta tyrannis oppreſſas in libertatem redegit. Fuit & alius Myleſiorum tyrannus.

¶Thraſymedes, fuit filius Neſtoris.

¶Thraſus, nomen viri quod apud nos fiduciam ſignificať, quę gręce θράσος dicitur.

¶Thraſumenꝰ, pe. pro. lacꝰ ĩ agro peruſino, quẽ ſemel totũ arſiſſe ſcribit. Pli. ij. De hoc Oui. lib. vj. fa. Sunt tibi Flamieus Thraſumenaq; littora teſtes. ☿ Dictꝰ a Thraſumeno puero quem ægyla nympha rapuiſſe dicitur.

¶Thraſo, nomen viri proprium apud Terentium.

¶Threnos generis neutri latine dicitur lamentum qđ in funeribus fit quo primum Symonides vſus eſt apud gręcos θρῆνος enim planctus dicitur.

¶Threnodia, cantus lugubris.

¶Thryps, tynea, ἀπὸ τοῦ θρύπτειν, quod ſignificat terere id eſt frangere.

¶Thryus, untis, vrbs in Helide. a Thryunte Atheniẽſi conditore dicta, Et eſt fluuius Helidis qui in Alpheũ decurrit de quo Home. lib. ii. Ili. meminit.

¶Thronus, a noſtris ſedes, ſiue ſoliũ diciť, q̃uis in ſcripturis ſacris Throni qñq; nõ pro cathedris ſed pro virtutibus aliquibus in celeſtibus, in quibus deus ſemper ſedeat quaſi in quadriga ſua ſupponantur.

☿Thrullo, & thruliſſo as. vide infra in dictiõe Thrulla.

☿Thulę inſula oceani inter ſeptẽtrionalẽ & occidẽtalẽ plagã vltra Britãniã & orchadas. Solinꝰ. Multę & alię circũ Britãniã inſulę e quibꝰ Thulę vltima vltra thulas accepimus nigrum & concretum mare, a græcis θουλη.

¶Thriallis, gñs hęrbe quę hodie in Ethruria vocatur ſthrella, cęteri eam bibinellam ruſtica voce dicunt.

☿Thianas, fluuius vt Thucidi. ait qui Theſprotidem ceſtrinamq; diſcriminat.

☿Thyamon mons in thracię regione.

¶Thyas bacchi ſacrificula.

¶Thucidides is. & dę. propriũ nomen hiſtorici græci.

¶Thyaſus ſaltatio & chorea dr̃, q̃ Baccho exibebať, a θύω ſacrificio. Ver. Inſtituit Daphnis thyaſo ı̃ducere baccho. ✤Thyella, nympha ẽ ἀπὸ τοῦ θυέω dicta qđ ı̃petũ facio ſignificat ἐλάω voluo. qđ cũ impetu oı̃a voluat. Cc.

¶Thyeum, electri ſpecies. a Scytis Sacrium (vel meliꝰ Dacrium) dictum. Cc.

¶Thyeſtes, fuit filiꝰ Pelopis ex Hippodamia, & Atrei frater ex Tantali nepos, de quo poetę ſcripſerũt. Inde thyeſtęus a. um. Ouid. li. xv. Metamor. Neue thyeſtęis cumulemus viſcera menſis.

¶Thyella, a noſtris procella dicitur, poniturq; ab Homero pro vna Harpyarum.

¶Thurinus, genus eſt piſcis marini, Thurinum oppidum inter duos amnes Cratim, & Sybarim, vbi Herod. condidit hiſtoriam. Thurini populi ſunt, quos Plin. in tertia Italiæ regione collocat.

¶Thurion, ciuitas fuit in ſinu Tarentino, quæ vt quidam putant etiam Thurana vocatur.

¶Thunnus, per duplex nn. nomen piſcis.

¶Thus & thuſcia vide in dictione Thus.

¶Thymbra genus herbæ aromaticę abundãs in Phrygia quã Thymalem vocamus. Ver. li. iiij. Geor. Et grauiter ſpirantis copia thymbrę. Hęrba hæc eſt calida & ſicca, & latine dicitur Satureia. a Satyris, q̃ ſint in venerem nimis hac animalia prona.

¶Tymbręꝰ, Apollo dictꝰ eſt ab agro troię vicinos ymbre pleno, in quo eiꝰ eſt & nemus & tẽplum. Sane per e ſcribiť q̃a a θύμβρη. In deriuatiõe eñ a in diphthongum ſępiꝰ mutať vt αἴτνη ętnęus. δίρκη dircęꝰ κρήτη cręteus, vel thymbreꝰ quaſi τὸ ὀμβροθέειν hoc eſt ı̃bres excitans.

☿Thymbrius auctore Steph. Fluuiꝰ apđ thymbrã fuit.

☿Thymbrana, ciuitatis nomen a qua thymbrarenſes & thymbraręi ſecundum pactolum appoſiti.

¶Thymele, pe. cor, nomẽ mulieris, quę prima ſaltationem in ſcęna docuit Gręci thymelen ſcęnã vocãt. hoc eſt eam theatri partẽ, vbi geſtiunt hiſtriones. Mar. Qua thymelen ſpectẽs deriſoremq; Latinum. Suydas ſcribit fuiſſe aram in theatris thymelem.

¶Thymelici, ludij, hiſtriones. Vñ Vict. dictũ eſt, Scęnici & melici, gręce ſeparatim nominantur. In decretis diſ. vlt. de conſe. ſacerdotes admonentur de conuiuio ſurgere debere anteq̃ thymelici ingrediantur.

¶Thymiama, atis. odor ſuauiſſimus thymi naturã referẽs. Hoc incẽdebať in ſacrificijs. appellabãtq; gręci thymiateria vaſa odorũ, q̃ maiores noſtri Acerras dixerũt.

¶Thymꝰ, & thymũ, hęrba appibꝰ gratiſſima. Ver. Dũq; thymo paſcenť apes, dũ rore cicadę. Macer. Si deſit thymꝰ ꝓ thymo ponere thymbrã. Pręcipiunt medici. Sũt aũt thymi duo gña. albũ. ſ. & nigrũ vnde Bithymũ mel quod ex vtroq; thymo collectum eſt. Et thymꝰ, vt inquit Iul. Pollux. verrucula eſt Aegyptię fabę magnitudine ſcabra & ſubrubẽs ſanguı̃e, cuiꝰ ſumma pars, vt Cęlſus inq̃t florẽ thymi reprę ſentat, in genitalibus ſede fœminibus palmis & inferioribus pedum partibus.

☿Thymos, gręce θυμός, latine excandeſcentia.

☿Thuſſagetę, populi de quibus Põpo. Thuſſagetę turcęq; vaſtas ſolitudines occupant, aluntur q; venando. Idem thyrſagetę, appellantur.

¶Thymallꝰ, genꝰ piſcis p̃tioſi, de quo Amb. li. Hexa. Neq; te inhonoratũ noſtra ꝓſecutiõe thymalle dimittã cui a flore nomẽ inoleuit, ſeu ticini vndate fluminis ſeu amœni Atheſis, vmbra, nutrierit flos es. Quid ſpecie tua gratius? quid ſuauitate iucundiꝰ? quid odore fragrãtius? Quod mella fragrant hoc tu corpore tuo ſpiras.

¶Thyoneus, cognomen bacchi, quod a θύω pro ſacrificio deductum putant, q̃ illi adhuc inter humanos verſanti ſacrificia reddebantur.

☿Thya, nomen cuiuſdam mulieris quę prima liberi patris initiata ſit orgyis, a qua thiade & thyię.

☿Thyricos populus in attica regione ex Acamanteide tribu Auctor Strab..

¶Thyre, ciuitas Meſſeniorũ. Sed diuꝰ Auguſtꝰ Lacedęmonijs aſcripſit, q̃ Miſſeni cũ Antonio ſenſiſſe videreť. Papi. Et Lacedęmoniũ thyre lectura cruorẽ. hic tæyriatycę Spartanorũ corollę q̃dã appellatę. Sciendũ eſt thyrę nũero pł̃i gñe neutro ꝑ ſynęreſim efferri. θυρέα καὶ θυρη etiã ſi nũero ſingulari thyrea quoq; dici poteſt. Stra. thuriã appellat. Eſt & thyreũ oppidũ in Archadia thyrę etiã gręce latı̃e oſtia dñr. A quo thyridiõ oſtiolũ.

¶Thyrſis, nomen paſtoris proprium.

¶Thyrſus, virga & caulis cuiuſlibet hęrbæ præſertim lactucę. Pli. Inuentũ omnes thyrſos vel folia lactucarũ prorogare vrceis conditos ac recentes in patinis. Idem Folia lactucæ toſta thyrſuſq; ex aceto bibuntur. Alij accipiũt thyrſum ꝓ haſta aculeata hederis obtecta, quas in orgijs bacchicis q̃tiebant. Tacitꝰ Meſſalina crine fluxo thyrſum quatiẽs. Scribit Diodo. Dionyſiũ ĩ exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et Mac. ait. Liberũ patrem tenere thyrſum, qđ eſt latens telũ, cuius mucro hedera lambente protegitur. Vnde thyrſigerus dictus eſt

Bacchꝰ. Seneca in Medea. Cādida thyrſigeri ꝓles. Lucretius accipit thirſum ꝓ furore ſeu ardore & inſtinctu, cū ait. Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

¶ Thyſba, thyſbæ. vel thyſbe es, nomen puellę Babylonicę. de qua Ouidius.

¶ Thyſſagetę populi fuerūt in Scythia vltra Sauromatas. In horum agro ſunt quatuor flumina, videlicet Lycus, Oarus Tanais, & Syrgis.

## T ANTE I

Tiara, generis fœminini pe. pro. ornamentū capitis Perſicarū priꝰ mulierū, Quo poſtea vſi ſunt reges & ſacerdotes. Iu. Et Phrygia veſtitur bucca tiara. Ver. Per vſurpationē dixit. Sceptrūq; ſacerq; tiaras. Hi. ad fabiolā: Quartū ē genꝰ veſtimēti rotūdū pileolū q̄ſi ſphæra media ſit diuiſa; & pars altera ponaꝛ in capite. Hoc gręci & nr̄i Thiarā nō nulli Galerū vocant. Non habet acumen in ſummo nec totū vſq; ad comas tegit, ſed tertiā partē a frōte inopertā relinquit, atq; ita in occipitio vita cōſtrictius eſt, vt non facile labaꝛ ex capite.

¶ Thiatira, vrbs in Myſia ad ſiniſtram Caici fluminis partem quę fuit vna ex ſeptem eccleſijs ad quas Ioannes apoſtolus ſcripſit Apocalipſim.

¶ Tibia ꝓpriē os cruris oppoſitū ſurę. Itē inſtrumentū muſicū quo tibicines canūt ſic dicta ꝙ prio ex gruūtibijs facta ſit, a qbꝰ nomen habet, cū ex arūdinibus facta ſit. Hora. Tibia non vt nunc orichalco iuncta tubęq;.

¶ Tibialis & hoc le. qđ ē idoneū ad tibias faciēdas. Pli. Tertia harūdo eſt tibialis calami quē Aulericon vocāt.

¶ Tibialia, ſubſtantiuum dn̄r velamenta tibiarū, quinetiā arma quibus crura muniuntur tibialia vocanꝛ. Sue. de Au. Hyeme quaternis cū pingui tota tunicis & ſubuculę torace laneo & fœminalibus & tibialibus muniebatur. Plau. Iuriſcon. Si tibiale vel humerale miles alienauit caſtigari verberibus debet.

¶ Tibicen. pe. ꝓ. q tibia canit. Dꝛ & tibicina fœ. genere Gel. Fœminas etiā tibicinas in exercitu habuit. Mar. Ebria nos madidis rūpit tibicina buccis. Et tibicines, ī ędificijs appellanꝛ colūnellæ qbus ruſtici tecta ſua fulcire ſolēt, a ſimilitudine tibia canentiū, qui vt cātantes ſuſtinēt, ita illi ędificorū tecta. nec habet in hoc ſignificato niſi ablt̄m in ſingulari. Iu. Nos vrbē colimꝰ tenui tibicine fultā. Quicqd etiā in ſuſtētaculū alteriꝰ poniꝛ, tibicē dꝛ. Oui. li. iiij. faſt. Hęc mō verſabat ſtantē tibicine telā. vn̄ Ver. ꝑ trāſlationē ſua hemiſticia tibicines vocauit. Ipſe quoq; ꝑticulę qbus verſus replenꝛ tibicines a grāmaticis appellāꝛ. Ver. Sic forte p̄caꝛ. Nā forte vacat

¶ Tibareni, vt Herodo. lib. iij. teſtatur, fuerunt populi Scythici in Aſia. De quibus Hiero. Tibareni quos dilexerint ſenes ſuſpendunt in patibulis.

¶ Tyberius, nomen imperatoris Ro. Auguſti ſucceſſoris Tyberij autē ex eo dicti ſunt ꝙ iuxta Tyberim fluuium naſcerentur. Vnde & per y ſcribi ſolet.

¶ Tibiſis, fluuiꝰ in Scythia, vt auctor eſt Hiero. li. iiij.

ꝺ Tibin inquit Origenes ſup Exodū eſſe genus tegminis ex virgis aut ex papyro cōtextū, vel etiā ex arborū cortice formatū intra quod Moyſes expoſitus fuit.

¶ Ticinus, fluuius Inſubrię in eridanū fluens, a quo Ticinum vrbs quę nunc Papia dicitur. inſignis diui patris Augu. corpore, Serenus penu. huius nominis corripuit cum ait, alia pręcepit Ticini ſententia necti.

¶ Tignus maſculini gn̄is & Tignū neutri trabs qua varie diſpoſita domꝰ extruiꝛ. Et ꝓprie cui ſupponiꝛ tectū a tegendo nomen deductū. Et Tigni noīe omne genus materiei, ex qua ędificia cōſtant, cōtinenꝛ. Sed & in vineis Tigni appellatione oīa vineis neceſſaria cōtinenꝛ vt puta ꝑtice, pedamēta. Hinc Cōtigno as, qđ eſt tignis tectū iūgo. Pli. li. ix. Alexādri magni claſſiū prefecto ꝓdidere in domibꝰ fores maxillis belluarū. ſ. balenarū facere oſſibꝰ tecta cōtignare, ex quibꝰ multa quadragenū cubitorū longitudinis reperta. Cōtignatio textura ipſa trabiū tignorum Coaſſatio vero Aſſium dicitur.

¶ Tignariꝰ, faber nō ſolū is q tigna dolat, ſed etiā q ſolaria lignea hoc eſt qui trabes cęteraq; ad tabulata domꝰ vtilia, & omnis q ędificat, intellitur, inquit Caius.

¶ Tigillus diminutiuum eſt a tignus. Tigillum a tignū ſicut Sigillum a Signum.

¶ Tigranes is. & Tigrane pe. cor. proprium nomen regis Medorum. ſeu maioris Armeniæ. Luc. li. ij. Tigranemq; meum nec Pharnacis arma relinquas.

¶ Tigrana vrbs in media regione.

¶ Tigris aīal velociſſimū & truculentū, a velocitate nomen trahit. Nā Medi tigrim ſagittā appellāt. Abūdat Hyrcania tigribꝰ. Ver. Hyrcaneq; admonunt vbera tiges. Arrianꝰ q res geſtas Alexādri cōdidit, tigrim ferā īdicā nō eā eſſe voluit, quā vulgꝰ tigrim noīat, ſed hāc eſſet thoa. Tigrim vero equi magnitudīe, flumēq; magnū tigris etiā appellaꝛ ꝓpter velocitatē, qui inſtar beſtię nimia ꝑnicitate decurrit. Hic de paradiſo exiens iuxta ſcripturę fidē, ꝑgenſq; cōtra Aſſyrios & poſt multos circuitꝰ Ioſepho teſte, ī mare rubrū defluit Solinꝰ, tigrī fluuiū ī Armenia caput attollere dicit ī loco edito, ex lucido cōſpicuoq; fōte. Nec ab exordio ſtatī totū eē, prio pigre fluere nō cū ſuo noīe. At cū fines Medorū īuectus ſit tigrī ſtatī vocari. Aretuſā lacū īfluere grauia pondera ſuſtinētē, cuiꝰ piſces nunq̄ ſe alueo tigridis īmiſceāt, ſicut nec amnici ſtagnū attingant Aretuſę. Mox Arabas p̄terfluēs Meſopotamiā āplectiꝛ, & Hidaſpē accipiens Euphratēq; deferꝛ ī ſinū Perſicū. A tigri fluuio dicti ſūt trāſtigritani, q trās tigrim habitāt, ſicut trāſpadani. Et tam ꝓ fluuio q̄ ꝓ aīali tigris vel tigridis genitiuū facit.

¶ Tigurini, fuerunt populi Germanię, qui quartā partem Heluetię continebant.

¶ Tile, nomē duarū inſularū, quarū vna ē ī oceano īter ſeptētrionalē & occidentalē plagā, vltra Britanniā quę vltima fuit ex cognitis a Romaīs. Ver. li. j. Ge. Tibi ſeruiat vltima tile. In ea ſolſtitio ęſtiuo nullas eſſe noctes. Pli. Tradit. Ecōtrario vt Solinꝰ refert brumali ſolſtitio nullꝰ pene dies. vltra eā pigrū & concretū mare eſſe ferunt. Altera in Aphrica cōtra ſignū Carthaginis. Sunt tn̄ qui ſcribant tyle per ypſilon. alij thule, prout ſupra.

¶ Tilos, īſula eſt (vt ſcribit Pli. li. vj.) cū oppido eiuſdē noīs ī mari īdico, celeberrima plurimū margaritis. Ipſa fert palmas, oleas creat, vineis abundat. In ea oīs arbor nūq̄ folijs ſpoliaꝛ Mōs Caucaſus lōge ab ea īcipit, q maximā orbis ꝑtē ꝑpetuis iugis penetrat. E adē inſula habet lanigeras arbores, vt ſcribit Pli. li. xij. Quę cotonei mali amplitudine cucurbitas ferūt, & maturitate ruptæ oſtendūt lanuginis pilas, ex quibꝰ veſtes pretioſę fiūt.

¶ Tilia, arbor, quā gręci phyllira appellant, q̄uis & ex alijs arboribꝰ tilię dicanꝛ. Nā de interioribꝰ corticis vlmi tunicis e quibꝰ vicula, tilię vocanꝛ. Vn̄ Pli. de vlmo differēs, Corticis inquit interior tilia lepras ſedat. De arbore tilia. Ver. li. ij. Ge. Nec tilię leues, nec torno raſile buxū. Hinc tiliaceꝰ a, um, vn̄ faſcię tiliaceę Iul. Capitolinꝰ de Antonino Pio. Cū ſenex inquit & lōgꝰ eſſet, incuruareturq;, tiliaceis tabulis in pectore faſciabatur.

¶ Tilium, vrbs littoralis a latere occidentali Sardiniæ.

¶ Timauꝰ, pe. pro. nomē flumīs iuxta Aquileiā. Qui e mōtibus delatꝰ decidit in profundū deinde infra terrā abſorptꝰ ſtad. circiter. xxx. & centum erumpit in mare.

¶ Timęus nomen propriū philoſophi Locrēſis, cui diuinum illud opus Plato inſcripſit., in quo de rerū creatione differit quod Cic. poſtea latinum fecit.

¶ Timarchides nomen viri proprium compoſitum ex τιμη qui eſt honor, & ἄρχοντος principis. Facitq; in genitiuo timarchidis & timarchidę.

¶ Timantes, nomen pictoris celeberrimi, Parraſij vernuli. Inter eius vero ingenij monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur.

ꝺ Timagoras nomē phı̄, de quo fit mētio apud Cicero.

ꝺ Timiopole, a gręcis dn̄r q pręmercanꝛ res vt rerū precia accendāt annonāq; flagellent, i. duriorem faciant, &



ingraueſcat quaſi pretio non parcentes.

¶ Timor (vt Cicero lib. iiij. Tuſc. inquit) eſt metus mali appropinquantis.

¶ Timeo es, ui. varijs modis conſtruiꝛ. Dicimus em̄ timeo te tanq̄ inimicū. timeo tibi tanq̄ amico, ne qđ mali tibi accidat. Teren. Pāphili vitę timeo; timeo mihi abs te. Idem. Hei mihi timeo a Chriſide. Inuenitur etiā cū ablt̄ō mediante de. Oui. lib. iiij. faſt. Nec timui de morte tn̄ metꝰ abſtitit. Itē dicimꝰ timeo furē tauro. Iuue. Cū furē nemo timeret Caulibus aut pomis. Et timeo mihi abs te mortē. Sciendū eſt hoc verbū timeo, idē efficere, vel cū negatiōe vł ſine ea, vt timeo vt moriaꝛ, & timeo ne moriatur. Hoc idē facit metuo, vereor & hmōi. Compoſita ſunt Extimeo, qđ eſt valde timeo. Plau. in. Ciſ. Extimuit tn̄ illa. Hinc extimeſco. Cic. in Cato. Quđ igiꝛ adoleſcētes & hi qdē nō ſolū indocti, ſed etiā ruſtici cōtemnūt, id docti ſenes extimeſcunt. Pertimeo ſimiliter valde timeo. Idē lib. ij. ad Heren. Defenſor ſi ꝑtimuerit magnitudīe ꝑiculi, nō cōſciētia pctī, cōmotū ſe eſſe dicet. Si nō ꝑtimuerit, frętū inocētia, negabit ſe eſſe ꝯmotū Hinc ꝑtimeſco. Lact. li. iij. Quare nō eſt ꝙ philoſophis tn̄ honoris habeamꝰ, vt eorū eloquētiā ꝑtimeſcamꝰ. Hiero. Huic verbo addidit valde. Ex quo timeo & valde ꝑtimeſco. Pretimeo, an̄ tp̄s timeo. Lactā. lib. vj. Nā ꝑcere. i. mediocriter vti pecunia, q̄ſi q̄dā animi puſillanimitas eſt, aut p̄timētis ne ſibi deſit. Plau. ī Amp. Humana matre natꝰ, humano patre, mirari nō eſt ęquū ſibi ſi pretimet. Et habent ti, ſyllabam correp.

¶ Timens, & timidus, ſic differunt, quia timens ex cauſa ad tempus timet, timidus ſemper timet.

¶ Thimotheꝰ. pe. cor. nomen ꝓpriū Cononis Atheniēſis filij, q acceptā a patre gloriā multis auxit virtutibus Fuit em̄ diſertꝰ īpiger laborioſꝰ rei militaris ꝑitꝰ, & qđ ſup oīa eſt ἐυτυχὴς. i. fortunatꝰ imperator habebatur cui ſtatua publicitꝰ in foro Athenis poſita eſt ob victoriā q̄ victis Lacedęmonijs imperiū Athenienſiū auxit. Poſt huiꝰ obitū nō fuit qſq̄ fere Athenis dignꝰ mēoria. Fuit alter Timotheꝰ in arte tibiarū clarꝰ, quē ferūt, duplices ab his quos aliꝰ inſtituiſſet ſolitū exigere mercedes q̄ ſi rudes traderēꝛ, geīnatū ſibi opꝰ dicebat dedocēdi priꝰ mox docēdi. Dictū Timotheꝰ ex τιμὴ honor, & θεὸς deꝰ

¶ Timon, Apolloniates philoſophꝰ, q apđ Chalcedoniā philoſophiā & oratoriā exercuit, charus Ptolemęo philadelpho Scripſit tragœdias, & comœdias, & ſatyras Dictꝰ amarulētꝰ & mordax, Syllographus. i. dicacitatū ſcriptor de quo Gel. Timon amarulentꝰ, librū maledicentiſſimū cōſcripſit, q Syllos inſcribitur. Fuit & aliꝰ Timon Athenienſis, qui ob naturę aſperitatē inhumanꝰ, ac inhoſpitalis appellatus eſt, & miſantropos. i. oſor hominum. Fugiebat em̄ hoīm cōgreſſus atq; colloquia p̄ter vnius Alchibiadis. In eiꝰ ſepulchro hoc erat epitaphiū, qđ ip̄e ſibi facit. Hic ſum poſt vitā miſerāq; inopēq; ſepultus. Nomen non quęras, dij lector te male perdant.

¶Transeo, is, iui. & transii, itũ, vltra eo. A quo transitio & transitus, & compositum pertranseo.

¶Transitorius, a, um, qđ cito transit. Leo papa. Hęc ergo ñ trãsitorię, sed cũ ingēti tremore debemus attēdere

¶Transeunter, aduerbiũ a trãsiēs trãseuntis, formatũ. Aug. lib. iii. de ci. dei. Quod vitiũ Sal. magis trãseunter attigit. hoc est in transitu, siue transeundo.

¶Transenna, per quam aspectꝰ transire põt. Cic. li. i. de Oratore pro fenestra seu cancello posuit cum ait. Nunc petas a Crasso vt illã copiamquam constructam vno in loco quasi per trãsennã prętereũtes strictim aspeximꝰ in lucē proferat. Transenna etiã funis extētus dř. Sall. lib. ii. Historiarum. Trãsenna demissum victorię simulachrũ cũ inclinato strepitu tonitruũ coronã capiti ĩponebař Metello. Qñq; p decipulo, laqueo & funiculo ad decipiēdũ concĩnato. Plau. in Bac. Nunc te transenna hic turdus lubricũ petit. Et ĩ Rud. In ętate agunda hominũ plurimę fiũt trãsennę, vbi decipiuntur dolis, atque ędepol ea plęrũq; esca imponitur, quã si quis auidus poscit escam auariter, decipitur in transenna sua auaritia.

¶Transfero pe. cor. tãsferri dř res quũ nõ remanet apđ eos a quibꝰ trãsfeř. Cic. li. i. Offi. Quod ab Aennio positũ in vna re transferri in multas potest. Hinc translatio quę fit quoties vel deest verborũ pprietas vel vitatur iteratio, Cic. autē translationem verborũ maxime pbat libro de aptimo ganere dicendi quũ inquit Sed Phalereꝰ Demetrius meo iudicio pręstat cęteris, cuiꝰ oratio cũ sedate placideq; loquitur, tum illustrãt eã quasi stellę quędã translata verba atq; immutata. Trãslata dico vt sępe iam per similitudinē ad aliã rem aut suauitatis, aut inopię causa trasferuntur. Quintil. autē q̃ sint verba propria queq; translata, quomo do transferantur, quę sit vitiosa trãslatio & cur reptasit trãslatio, diffuse tradit li. i. ĩstitu. dicens. ppria sũt verba cũ id significãt in qbꝰ denoĩata sunt translata quũ aliũ natura intellectũ, aliũ loco prebēt Vsitatis tutius vtimur, noua nõ sine periculo quodã fingimus. Et li. viii. Trãsfeř igiř nomen aut verbũ ex eo loco in quo proprium erat, in eum in quo aut proprium deest aut trãslatũ pprio melius est. Id facimꝰ aut quia necesse est, aut quia significantius est, aut vt dixi decentiꝰ Vbi nihil horum pręstabit quod transfertur impropriũ Asconius scribit. Translatiua dicta esse nõ noua nec nuper inuenta sed aliude translata. Translatiuũ gręce μεταφορὰ, id est promiscuum, vulgare, publicũ indiferens. Translatitia sunt & verba per metaphoram in alienum migrantia. Sene. Traslatiuas siue translatitias quę sua oratorum supellex est, pro locis comunibꝰ intelligit. Sũt & sacra translatitia apud Macrobium.

¶Transfugio, de loco ad locum fugio. Liu. li. ii. Magna clientiũ comitatus manu transfugit.

¶Transfuga pe. cor. qui trãsfugit. Idem in eodē. Deiñ metuēs ne si ꝯsulũ ĩiussu & ignaris oibꝰ iret dephēsꝰ forte a custodibꝰ romanis retraheref vt trãsfuga, fortũa tũ

vrbis crimen affirmante, ſenatũ adit. Nec ſolum vt iuriſcõſul. inqt trãſfuga is accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes aut a bello tranſfugit ſed & qui ꝑ induciarũ tẽp⁹ ad eos cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſpecta tranſfugit.

¶Tranſfigo, pe. ꝓ. trãſfodio ſeu tranſuerbero. Liui. li. j. Stricto itaq; gladio ſimul verbis increpãs trãſfigit puellã

¶Trãſfũdo is, de vaſe ĩ vas fũdo. Cato. Vbi dies. xxx. p̄terierint trãſfũdito, ita relinquito vſq; ad vĩdemiã. Cice. ꝑ trãſlationẽ Dolobellæ ſcripſit. Libẽtius oẽs meas laudes, ſi mõ ſint aliq̃ meę laudes, ad te tranſfuderim.

¶Tranſgredior, trãſeo, a pedũ greſſu ꝓprie dr̃ ſed auctoritas vetuſta liberiorẽ loquẽdi vſũ dedit. Sal. li. i. hiſt. & de is q nauigaſſẽt, & de ipſis nauib⁹ eo verbo vti voluit, in quibus gradus nõ ſit deceptio. Nact⁹ obſcurã noctẽ ęſtu ſecũdo & inde traſgreſſus oẽs recipit, mõs p̄ceptus eſt Luſitanis. Sic & trangreſſus, pro tranfretatione

¶Trãſigo is, pe. co. ex trãs & ago ſigni. trãſeo ſeu vltra traduco. Sal. Sed multi mortales dediti vẽtri atq; ſomno indocti, incultiq; vitã ſicuti peregrinãtes tanſegere. Hiero. Et immolantes deo ſacrificiũ laudis noctẽ totã trãſegere. Aliqñ ſigni. tracto. Terẽ. Intus trãſigetur ſi quid ẽ quod reſtat. Aliqñ cõuenio, concordo, paciſcor. Cicero. Treba. Puto cũ Auiano tranſigere poſſemus.

¶Trãſilio is, pe. cor. ex trãs & ſalio, ſed s, abijcit̃ ſigni. vltra ſalio. Colu. lib. vij. Si foſſam ſine cõtatione trãſilit.

¶Tranſlego, pe. co. legendo trãſcurro, ſiue vltra lego. Plau. in Aſi. Age quęſo mi Hercle tranſlege.

¶Trãſmigro as, pe. cõmuni. ſigni. habitatũ eo ſiue trãſeo, vel in longiorẽ locũ domiciliũ habitationẽq; ꝯmuto. Hiero. Et perſecuti eos ſunt de ciuatate in ciuitatẽ expellentes de Iudea, vt ad gẽtiũ populũ tranmigrarent.

¶Trãſmitto is, vltra de loco ad locũ mitto. Pli. li. xviij. Itẽ cibaria q̃ ſimili mõ in tertio remãſit cribro ãguſtiſſimo, & tm̃ arenas trãſmittẽte, aliqñ celeriter trãſeo. ver. Alia de parte patẽtis tranſmittunt curſu cãpos.

¶Tranſpicio vltra aſpicio. Lact. De Opifi. Per eas igit̃ mẽbranas ſẽſ⁹ ille q dr̃ mẽs ea q̃ ſunt foris tranſpicit.

¶Traſtra ſunt loca vel tabulę ſuper quas ſedẽt remiges Verg. Tranſtra per & remos. Et apud Ezechielẽ. Quęrcus de Baſan dolauerũt in remos tuos, & tranſtra tua fecerũt tibi ex ebore indico. Hęc etiã iuga dici ſolẽt. Ver. Inde altas animas quę per iuga longua ſedebant. Deturbat, laxatq; foras. Et trãſtra tigna quę trãſuerſa a pariete in parietem porriguntur. Vict. li. v. Trabes etiam ſupra colũnas & paraſtata & ãtes ponũt̃ in contignationibus, tigna & axes ſub tectis, ſi maiora ſpatia ſũt & trãſtra & capoli, ſi ꝯmoda columẽ & cãterij, ſed & ſedilia ĩ nauib⁹

¶Trãſtyberin⁹, dicit̃ aliquis ihabitãs vltra tyberĩ. Cc.

¶Trãſuador, & trãſuado as, pen. cor. ꝑ vadum traiicio Hier. ad Helio. ꝑ tranſlationẽ. Sed qm̃ ſcopuloſis locis enauigauit oratio, & inter canas ſpumeis fluctib⁹ cautes fragilis in altum cymba proceſſit, expandenda vela ſunt ventis, & quęſtionũ ſcrupulis tranſuadatis, lętantiũ more naturam epoligi celeuma cantandũ eſt.

¶Tranſueho, vltra veho. Salu. in Iug. Ex eo numero medi & Perſę & Armenij. cũ nauib⁹ in Africã trãſuecti proximos noſtro mari locos ocupauere. Aug. Caro Ieſu ẽ marię quã ſuper aſtra trãſuexit honorans omnem humanã naturam, & multo magis maternam.

¶Tranſuerbero as, tranſfigo. Cice. Mario. Sed quę poteſt eſſe homini policito delectatio, quum aut homo imbecillus & valentiſſima bellua laniatur, aut pręclara beſtia venabulo tranuerberatur.

¶Tranſuerſus, a tranuerto eſſe debet, quod eſt in obliquũ verto licet nondũ legerim. Colu. li. ij. Sed in arãdo maxime obſeruandũ eſt vt trãſuerſ⁹ mõs ſulcet̃. Cic. li. iiij. ad Herẽ. Ecce ib iiſte de tranſuerſo, heus inquit adoleſcens pueri tui modo me pulſarũt, ſatis facias oportet

¶Tranſuolo as, pe. co. ad aues ꝑtinet. Sed ꝑ trãſlationẽ ponit̃ ꝓ trãſcurro vel ꝓ repẽte accedo. Hier. ad Dama. Neq; dubiũ & quid facerẽ neſcientem ita feſtinus exteruit, vt oĩb⁹ p̄termiſſis ad ſcribẽdũ tranſuolarem. Plau. ĩ Epi. pro tranſfugio poſuit. tranſuolauerunt ad hoſtes.

¶Trãſumo is. ex alio ſumo. Vñ q̃ ex primis tabulis trãſcripta ſũt ſolẽnitate iuris adhibita, dñr trãſſũpta, & actꝰ ipſe tranſumptio. Idẽ tranſumptio figura eſt quã Gręci μετάληψιν vocãt, quũ rẽ ex alio ad aliud tranſmouemus.

¶Trãſuo is. ex trãs & ſuo, ſed s, abijcit̃. Colu. libr. vij. Media pars deſcripti orbiculi eadẽ fibula tranſuitur.

¶Trapetes, vel trapetũ. pe. ꝓ. mola olearia. a τρέπω voluo ſeu verto. Var. a terendo deducit. Verg. lib. ij. Geor. Teritur ſicyonia bacca trapetis glande ſues.

¶Trapeza menſa ſeu tabula qua argentarij vtuntur.

¶Trapezitę, pe. ꝓ. mẽſarij pecuniarũ campſores. Plautus in Cap. Subducã ratiũculã quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet. Hiero. cõtra Ruf. Quaſi bonus trapezita adulterinæ pecuniam reprobet.

¶Trapezus oppidũ eſt ponti. Capdocum non longe a Subųe. vt auctor eſt Ptolo. lib. j. v. ca. vj. Iñ trapezũti⁹. Cc

✠ Traſton, ſpecies eſt hammoniaci thuris ſimilitudine, & maxime probatur.

¶Trauli, q maiori difficultate loquunt̃ vñ & traulis. Lucre. lib. iiij. Magna atq; manicata cataplexis plenaq; honoris balba loqui non quit traulis muta pudens eſt.

¶Trebia, fluui⁹ extra placentiã, apud quẽ Annibal Romanos vicit. Eſt & trebia. Celtiberorũ ciuitas quę pars eſt hiſpaniæ. ✠ Inde trebellicum vinum dicimus.

¶Trebula, oppidũ fuit haud lõge ab vrbe vt ſcribit Pli. Et olĩ trebulanis ciuitas data fuit. Hĩc caſei trebulani dicti ſunt De qb⁹ Mart. Trebula nos genuit cõmẽdat gratia duplex. Sue leui flamma ſiue domamur aqua. Prope trebulanos ſunt & alij populi noĩe trebiani anctore Pli. lib. iij. Suet. in Tybe. Iterũ eo ſentiẽte vt trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem vię transferre concederetur, obtinere non potuit.

¶Trechedipna, veſtis. Iu. Ruſticus ille tuus ſumit trecedipna quirine & cæromatico fert niceteria collo.

¶Tremo is. a ſimilitudie vocis quæ tũc cũ valde tremit apparet. Quo etiã ĩ corpore pili vt ariſta in ſpica hordei horrẽt. Et tremere quidẽ ꝯmoueri ſeu agitari ſignificat. Plau. ĩ Aſi. Nõ placet, ꝓ mõſtro eſt quãdo qui ſudat tremit. Interdũ ponitur ꝓ timere. Ver. lib. ij. Hic aliud maius miſeris multoq; tremẽdũ. Huius compoſita ſunt. Cõtremo. Intremo intus ſeu valde tremo. Verg. lib. iij. Et feſſum quoties motat latus in tremere omnem murmure trinacriam. Pertremo valde tremo. Et habent pen. cor.

¶Tremiſco, tremore cõcutior. Verg. lib. iij. Sonitũq; pedũ vocẽq; tremiſco. Hĩc cõtremiſco & pertremiſco. Lactã. lib. vij. Itaq; trepidabunt omnes & ad luctuoſum illum ſonitum cotremiſcent. Hiero. contra Vigilantium Ita totus & corpore & animo pertremiſco.

¶Tremefacio, ſicut ſonat. Verg. Tum vero tremefacta nouus per pectora cunctis inſinuat pauor.

¶Tremor, mõ ipſam ꝯmotionẽ ſeu agitationem modo timorẽ ſignificat. Verg. lib. ij. Georg. Vnde tremor terris? Et alibi. Cur ante tubam tremor occupat art⁹. Venit tamen ex græco τρέμω, & illa quæ deducuntur.

¶Tremebundus, abunde tremens. Cicer. lib. iij. ad Heren. Sin erit ſermo in iocatione, leuiter, & tremebunda voce, cum parua ſignificatione riſus.

¶Trepidus a, um. idem quod pauidus. Cuius dimi. eſt. trepidulus. Gel. Pulli trepiduli circunſtrepere. Et trepidus feſtinus. Ver. lib. iij. Hinc medium trepidi crudelia limina linquunt. Immemores ſocij vaſto cyclopis in antro Deſeruere. Ser. Trepidi feſtini, vt per timorem non per odium relictus fuiſſe videatur.

¶Trepido as. pe. cor. timeo. Ambro. Trepidare virginum eſt, ad omnes ingreſſus viri pauere, omneſq; viri affatus vereri. Et trepidare feſtinare. Verg. lib. iiij. Dum trepidant alæ ſaltuſq; indagine cingunt.

¶Treueri, populi Galliæ inter belgas in confinibus Germaniæ Neruijs finitimi.



¶Treſſis, tres aſſes. Perſius. Non treſſis agaſo.

¶Tris a gręco. Nam gręci τρεῖς dicũt. Vñ trias adis. trinitas. Aliquando ſignifi. valde. Hinc trifur. trimegiſtus

¶Triãgul⁹, figura eſt tres angulos habẽs, quam Græci τρίγωνον vocant. Hinc triangularis & hoc triangulare.

¶Triarch⁹, nauis triremis p̄poſit⁹. Ab archõ princeps

¶Triarij, erant milites fortiſſimi, quẽ in legione Romana vltima erãt. Hi ſi qñ res fuiſſet ĩ ꝑiculo in frõte acierũ poplitib⁹ flexis ſtabãt, ita vt poti⁹ animã amitterẽt. quũ de loco decederent. Vñ ortũ eſt illud prouerbiũ cũ res ſunt dubię. ventum eſt ad triarios. Varro triarij dicti ꝙ in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponerentur. Plau. Agite nunc, ſubſidete omnes quaſi ſolent triarij.

¶Tribus us, a tributo dãdo. vel qđ ager Roman⁹ prío diuiſus ĩ tres ꝑtes fuerit, & tres partes populi factæ vna Tatiẽtiũ a Tatio Sabinorũ rege iam amico poſt fœdera Alia, Rãniũ ſiue Ramnẽſium a Romulo. tertia Lucerũ a Lucumone. Varro em̃ ſcribit Romulũ dimicãtẽ ꝯtra Titũ Tatiũ a Lucumonib⁹, hoc ẽ tuſcis auxilia poſtulaſſe. Vñ quidã venit cũ exercitu cui recepto iam tatio ꝑs vrbis eſt data. Vnde in vrbe tuſc⁹ dict⁹ eſt vic⁹, Siue vt aliqui volũt a luco, quẽ Aſylum vocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuiſ⁹ erat popul⁹, adeo vt q etiã vni pręerat parti, tribun⁹ diceret̃, & ſumpt⁹ dati populo tributa vocãt̃. Sed poſtea aliæ quoq; partes vrbis factę quę ſimiliter trib⁹ appellatæ ſunt. Nã ĩ ſex partes fuit diſtributa ciuitas ĩ primos ſecũdoſq; tatiẽſes Ramnes Luceres. Quęlibet ex tribub⁹ decẽ curias cõtinebat, q̃ de nominib⁹ Sabinarũ appellatæ ſũt. Varro. Feſt⁹, Plutarchus, & Aſconi⁹. Diſſẽtit paulũ Liui⁹ ſcribẽs a Romulo Centurias eqtũ tres fuiſſe cõſcriptas Rãnenſes & Tatienſes & Luceres. nec vr̃ exiſtimare totũ populũ in hos fuiſſe diſtributũ ſed ſolos equites. Aug. ĩ pſal. ĩterpretatiõe ſic ſcribit, trib⁹ alio noĩe dici poſſũt curiæ ſed nõ ꝓprie. Nã proprie ſi diximus curias, non intelliguntur niſi curię q̃ ſunt ĩ ciuitatib⁹ ſingulis ſingulę vñ Curiales & decuriones. i. ꝙ ſint in curia vel decuria. Et nr̃is qa tales ſingulas curias hñt ſingulę ciuitates. Sũt aũt vel erãt aliqñ in iſtis quoq; ciuitatib⁹ curiæ etiã populorũ & vna ciuitas mltas curias habet ſicut Roma. xxxv. curias habet ppl'i Hæc dñr tribus. Has popul⁹ Iſrael. xij. habebat ſecũdũ filios Iacob. Plinius refert quatuor ſolas vrbanas tribus fuiſſe appellatas a ꝑtib⁹ vrbis in quib⁹ habitabant. Nã Saburrana, Palatina, Collina, & exquilina dicebantur.

¶Tribulis, pe. pro qui ex tribu eſt. Hora. ĩ Epi. Vt cum pileolo ſoleas cõuiua tribulis. Cic. Se. lucio Coſſinio amico & tribuli tuo valde familiariter vtor. Hinc contribulis qui ex eadem tribu eſt. Hiero. lib. ij. Machabeorum. Quod quum rex annuiſſet ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos tranſferre cœpit.

¶Tributim, aduerbium ſignificat per ſingulas tribus.

¶Tributum, a tribubus. Var. dictum oſtendit, ꝙ ea pecunia quæ populo imperata erat tributi ſoluebatur. Feſtus. Tributum dictum quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi poſtea hoc vocabulum cœpit largius pro omni munere quod a ſubbditis ſoluitur.

✠ Dicitur & tributus. Plautus in Epiſto. Tributus maior

¶Tributarius, qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. Iuſtinus lib. j. Sed ciuitates quæ Medorũ tributariæ fuerãt.

¶Tribuni dicti, ꝙ tunc in tres partes populus diuiſus erat & ex ſingulis ſinguli creabantur, vel quia tribuum ſuffragio crearentur. Vel quia vt Vegetius. inquit, tribuebant iura militibus tribuni etiam vocati ſunt, qui magiſtratum gerebant, vt Regum tempore tribuni celerum, qui centurijs pręerant. Poſtea facti ſunt tribuni militares in caſtris, qui parem cum conſulibus haberent poteſtatem, qui imperatori opponebãtur militib⁹ tribunorũ militariũ ſicut docet Aſco. duo ſũt gña. Alij Rufuli dñt qui in exercitu creari ſolẽt. Alij ſunt comitiati q Romæ comitijs deſignatur. tribuni militaris officiũ eſt vt miles veſte nitidus, armis bene munit⁹, exercitationis vſu & diſciplina erudit⁹ incedat. Olim tribuni militum ꝯſulari poteſtate promiſcue ex ꝑtibus & plębe creati ſunt. Alij fuerunt tribuni plębis qui in diſſentione plębis a patribus facti ſunt anno fere. xvij. poſt exactos reges. Alij tribuni ęrarij dicti, ab eo ꝙ his attributa erat pecunia quã militi reddebant. ¶Tribunitius, qui tribunus fuit.

¶Tribunitius a, um, quod ad tribunos pertinet. Salu. Nã poſtquã Cn. pompeio & M. Craſſo conſulibus tribunitia poteſtas reſtituta eſt.

¶Tribunatus, us. ipſa tribunorũ dignitas. Cice. in Lęl. de caij aũt gracchi tribunatu qd expectẽ ñ libet augurari

¶Tribunal, pe. pro. locus excelſus in quo reſidebat qui ius tribubus redderet.

¶Tribuo is, ui, utũ, quaſi tributũ do, cõcedo. Sed hoc beniuolentię eius tribuendũ eſt. Aliqñ capitur ſicut vẽdo. Hiero. in Deuter. Aquam pecunia tribue & ſic bibemus. Aliqñ ſumitur pro aſſumo, vt tu tibi multũ tribuis. Aliqñ pro fauere. Cic. Craſſipedi. Quũ vniuerſo ordini publicanorum ſemper libentiſſime tribuerim. Huius cõpoſita ſunt attribuo. contribuo ſimul tribuo, hoc eſt alijs partem facio, diſtribuo diuerſis modis tribuo. Terent. in Adel. Argentũ annumerauit illico dedit pręterea in ſumptũ dimidiũ minę id diſtributũ eſt ſane ex ſentẽtia. Retribuo, quaſi retro tribuo hoc eſt remunero.

¶Tribulus pe. cor. ſpinę genus a ſemine triangulari dict⁹ vel quo cuſpidatus trifariam feriat. Ouid. li. x. Meta. Lolium tribuliq; fatigant triticie meſſes.

¶Tribula ę. & tribulum genus vehiculi quo frumenta in area teruntur a tribus lateribus ſic appellatũ. Aug. li. de ciui. dei Nã ſicut ſub vno igne aurum rutilat & palea fumat & ſub eadẽ tribula ſtipulę comminuũtur, frumenta purgant̃. Ver. li. j. Geor. Tribulaq; traheęq; & iniquo pondere raſtri. Var. E ſpicis in area excuti grana, quod fit apud alios iumentis iunctis & tribula.

¶Tribularium a tribula fieri viderur, & ſignificat locũ vbi tribulę recundunt̃, vt eſt apud Collu.

¶Tribulor verbũ factũ ab anguſtia & dolore illorũ qui tribulum ferri vel tribulum hærbã calcauerint quę orit̃ in lacubus & paludibus tricoli vel ferrariæ vulgariter ẽt murex, angulta eſt iacitur vt vis, ſemper cuſpis eſt erecta bellicum ferramentum eſt.

¶Tribrachus, pe. cor. pes ex tribus ſyllabis conſtans a τρεῖς & βραχὺς quod ſignifi. breue, vt te Corydon o Alexi. Vbi don o a, tribrachus eſt, quum vocalis ante vocalem breuis fiat. ✠ Verum don producitur.

¶Tribades, mulieres dictę ſunt fricatrices quę portentuoſo coitus genere in ſexum ſuum libidinẽ exercẽt à τὸ τρίβειν quod ſignificat fricare.

✠ Tribaces, viri attriti flagris, nam tribo ſignificat tero.

✠ Trichila pe. cor. ſunt vaſa habentia tria labra e quibus liquor efflui poteſt de quibus, & apud Cęſarem cõ. belli põpiani, & apud Col. fit mentio.

✠ Tricaptũ, veſtis genus eſt ꝙ tantæ ſubtilitatis fuit. vt pilorũ & capillorũ habuiſſe credatur, ꝓ quo Hier. interpretatus eſt illud Ezechielis. Et circundedi te tricapto. id ſubtilibus nouis em̃ rebus, noua fingenda ſunt noĩa.

¶Trica, Apuleiæ oppidũ. Vide in dictione Apina.

¶Tricæ, capilli pedibus pullorũ gallinaceorũ inuoluti. Quoniã vero greſſum illorũ impediant, factũ eſt vt omnia impedimẽta tricę vocẽt̃. Plau. in Cur. Quod argẽtũ tu mihi, quas mihi tricas narras. Inde Extricare & intricare pro expedire & impedire.

✠ Tricenum a triginta dicimus g, litera in c, mutata ſicut pro vigeno vicenum. Capitur autẽ tricenũ pro tricẽteno, a trecentis per ſyncopam. Cc.

✠ Tricerberus magnus cerberus. Cc.

✠ Trichomes hęrba eſt quã capillũ. Veneris nõnulli appellant. Alij Calitrichon, ꝙ pulcrhos facit crines. Cc.

¶Tricephalus, pe. cor. qui habet tria capita.

¶Triceps, trium capitum Sene. Tricipitẽ ſecum belluã manibus trahens.

¶Tricliniū latine diſcubitoriū dici poteſt. Eſt enī locꝰ in quo diſcumbebant & cœnabant pcipue in conuiuiū accepti a tribus quos ſternebant cōtiguis. Nā treis mēſas in cōuiuio apponere veteres ſolebant, & iaciendo cœnare, ſicut turcę faciūt τρεῖς enī tres κλίνη lectꝰ dr̄. hic Hora. Sępe tribus lectis videas cœnare paternos. & q̄bus vnus auet quāuis aſpergere cunctos. Preter eū qui prębet aquā. Iuue. Ergo duos poſt ſi libuit mēſes neglectū adhibere clientē. tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto. Vua ſimus ait. Ver. Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto. Quint. Locū itellexit dū ait. Vix eo limen egreſſo triclinū illū ſupra conuiuas corruit. Apul. l. x. Iā deniq; cœnati triclinio domini deceſſeramus. Hūc locū Cic. appellat. Conclaue. Cuiꝰ hęc ſūt verba. Nec iter cōclaue illud cecidit. Proprie tū conclauū dr̄ quicūq; locus ſecretior vbi colloquia fieri ſolent. Habet vnam clauem cōmune domeſticis, nec eſt omnibus ad eū eundi poteſtas. Vect. Inde triclinijs ceteriſq; cōclauibus maximus eſt vſus luminū. Cōſtat igit̄. Tricliniū & lectos diſcubitorios & ipſam cœnationē id eſt locū vbi ſuper lectis cœnaturi diſcumbebant ſignificare. Sed poſtea tricliniū per abuſionem, apparatus ad menſam factus dici cōſueuit & coacta in locū vnū parandę paucorum cœnę ſupellex neceſſaria. Hinc Architriclinus qui huic miniſterio pręeſt vnde Cic. Sternitriclinia & in foro ſterni iubebat. Sic Biclinū locus attributus conuiuio a duplici ordine diſcumbētium. Plau. in Bac. Auortite Mneſiloche & tu piſtocle re iā facite in biclinio cū amica ſua vterq; cubitū eatis.
¶Triclinarius, miniſter q in triclinio miniſtrat.
¶Triclinarius, a, um. & triclinaris & hoc triclinare qđ ad tricliniū ptinet vt mappę triclares, & lecti triclinarij
¶Triclinariū. Pli. li. ix. Qua purpura quis non (inquit) triclinaria facit.
¶Tricolon pen. prod. latine trimembre dicitur.
¶Tricones, moroſi & ad ridendū duri. ℥ vel vt īquit Ioannes Baptiſta Egnatius, vir vtiq; eruditiſſimus ex ſententia Feſti. Tricones dr̄r cōtentioſi & litiū peramātes Vñ Iul. Cap. in Aelio vero fertur, & nocte perpete alea luſiſſe, cum in Syria cōcepiſſet id vitiū, atq; in tantū vitiorū. Traianorū & Neronianorū ac Vitellianorū fuiſſe ęmulum vt vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commiſceretur cum triconibus, & committeret rixas diſſimulās qs eſſet, ſępeq; afflictum liuida facie rediſſe & in tabernis agnitum, cum ſeſe abſconderet.
✠Tricōgius, cognomen Nouelli mediolanenſis, qui geſtis honoribus a ptura ad cōſulatum vſq; peruenerat, hic enim tribus congijs epotis ſpectante miraculi gatia Tyberio principe pclarum cognomē ſibi vēdicauit. Cc.
✠Tricornium dicimus quod tria cornua habet. Cc.
✠Tricꝰ, gēma ē q licet nigra ſit tres tñ ſuccos refert a radice nigrū, a medio ſanguineū, a ſummo candidū. Cc.
¶Tridacna, oſtrea tantę magnitudinis eſſe voluit nomēclator quidam, vt ter mordēda eſſent δάκνω enim mordeo ſignificat. Cc.
¶Triduum, ſpatium trium dierum, a quo triduanus a, um. vnde triduanas inducias legimus.
¶Tridens Neptuni ſceptrum, & quicquid habet tres dentes tridens dicitur.
¶Triemeros. latine triduanus penul. correp.
¶Triennis trium annorum. Nam triennis, trimꝰ, & trium annorum idem ſignificant. Vnde Hierony. in teſtamento veteri. Sume mihi vaccam triemē, & capram trimam, & arietem annorum trium. Hinc triennū ſpatiū trium annorū. Triennale adiectiuum.
¶Triēs, numi genus tertia pars aſſis. Iuue. Nec habet infœlix quem porrigat ore trientē. Itē ſumitur pro calice. Proper. Cū fuerit multis exacta trientibꝰ ora. Apud Vitru. Trientes, ſiue quod idē eſt Triētalis materia nomē habent a menſura, q aſſeres inſtrumenti eius trientales hoc eſt craſſitudine quatuor vnciarum eſſent.
¶Trientalis hærba a menſura dicta eſt id eſt quę ſolio trientem æquet amplitudine.
¶Triental. vaſis genꝰ. tertiam partem ſextarij capiēs. Perſius calidumq; triental. Excutit e manibus.
¶Trieris, pe. p. nauis magna q græce Durachona tribꝰ ſeſſionibꝰ. Latie triemis, aut pene idē. Hier. in lib. Nu. Venient in triremibus de italia ſuperabunt aſſyrios.
¶Trierarchus, pręfectꝰ triereris. Cic. i ve. acti. iij. Qua de re Chari demum Chium teſtimonium priore actione dicere audiſtis ſeſe cum eſſet trierarchus.
¶Trieteris, pe. pro. ſpatium trium annorū. Stat. lib. iiij. The. Ludus & atra ſacrum recolet trieteris ophetem. Mart. Aſpicis vt paruus nec adhuc trieteride plena Regulus auditum laudet & ipſe patrem.
¶Trietericꝰ, triēnalis a τρεῖς & ἔτος ἄνꝰ. Hic trieterica appellata ſunt ſacra bacchi, quia triennalia, quę tertio quoq; āno ſumptuoſiora ānuis eius orgijs agitabāt. Inſtituta ſunt eū cū ex India victor rediſſet a trieno quo peregrinatꝰ ē. Ouid. li. ix. Meta. Vtq; tuo moto, ples ſemeleia thyrſo Iſmarię celebrāt repetita triēnia bacche.
¶Trifaux tres fauces hñs. vñ Cerberū trifaucē vocāt.
¶Trifax, vel triforū, telū longitudine trium cubitorum.
¶Trifariam aduerbium ſignificat tripertito.
✠Inde trifatius a, um. Cc.
¶Trifer a, um. quod in anno ter fructus producit.
¶Trifidus a, um. p. cor. qđ in tres partes diuidi poteſt.
¶Trifinium dicitur vbi trium agrorum terminus eſt.
¶Trifolium ſimoniamum hærba eſt. quæ inuenitur frago ſis locis. efficaciſſima traditur cōtra viperæ venenū, odoris grauis. neque ab ſi milis bituminī. Et idcirco græci eam ἀσφάλτιον appellant, noſtri autem propter figurā acutum trifolium vocant. Nam longis & hirſutis folijs viret caulemq; robuſtiorem facit quam pratenſe.
✠Trifolinum vinum dictum a nomine agri. Cc.
¶Trifur, trifurcifer, tricerberus, pluſq; fur, pluſquam furcifer magnus cerberus. Nam tris pro valde quandoq; accipitur a græcis Plau. Non fur, ſed trifur.
¶Tria, quaſi triaga a tribus equis iunctis, currus quia tribus equis trahitur. Inde trigarium dictum trigarum currule certamen Plin. lib. xxviij. Ferunt Neronem principem hacpotione recreari ſolitum, cum ſic quoq; ſe trigario approbare vellet. Et lib. xxj. digeſt. Et ſi triga venierit retinenda erat tota, etſi quadriga adhibeatur. Trigarius locꝰ, iuxta campū martiū. Pli. lib. vlti. Ne equos quidem in trigarijs pferri vllis vernaculis animaduerto. Apud Martianum quoq; Capellam lib. ix. qui de muſicainſcribitur. Trigarium inquit ſupplicātis ſemper germanitatis adueniet hoc eſt trigemina (inquit) illa mulier ſiue tres in vnius nominis vocabulo conſpirantes. Trigam etiam humū veteres vocabant.
¶Trigamus pe. cor. qui tres duxit vxores. Hiero. cōtra Ioui. Currit ad Habraham Iſaac & Iacob. ex quibus prior trigamus, ſecundus monogamus, tertiꝰ quatuor vxorum eſt. Lię Rachel Balæ & zelphæ.
¶Trigo, trigās. ſtringo. Vnde obtrigo, quod eſt iureiurando adſtringo.
¶Trigon, pilæ genus & turtur.
¶Trigonia ætas tertia.
¶Trigonus, pe. pd. triangulus triangularis. Hic trigonalis forma quæ tribus lineis conſtat. △.
¶Trigēmis, quid ſignificat declarat. Colu. li. iiij. cū ait. Vallis & vliginoſi cāpi ſitu ferimꝰ etiā trigēmē, q ē paulo minor dodrante, longior vtiq; ſemipede, iſq; nō ab eo trigemmis dictus eſt, q omnino trium oculorum eſt, cū fere circa plagam qua matri abſciſſꝰ eſt plenus ſit gēmarum, ſed q his exceptis quibus eſt frequens in ipſo capite tres deinceps articulos totidemq; gemmas habet.
¶Trigeminus, idem quod tres. Columel. lib. viij. de Capella Parit autē ſi eſt generoſa proles frequenter duos, nonnunquam trigeminos.
¶Trigla, genꝰ piſcis qui a nr̄is Mulus dicitur & barbo,



Hinc trigles lapillus qui muli calorem habeat.
¶Trilices, veſtes quæ ex tribus licijs conſtant. Interdum tamen trilicem triplicem dicimus.
✠Trilinguis, qui tres linguas habet, vel vnū dicit aliđ cogitat.
¶Trimus a. um. quod eſt trium annorum a quo Trimulus diminu. & Trimatus us. & trima dies.
¶Trimetrū pe. cor. carmen ex tribus pedibus cōſtans.
¶Trimma, dicitur vinum ex aromatis, in quod iuncus & myrrha & calamus inijci ſolebat.
✠Trimyxos, lucerna eſt ad tria ellychinia ferenda. Cc.
¶Trimorion, a tribꝰ ſignis dictū eſt, tria vero ſigna ptibus nonaginta cōſtant. Erit ergo trimorion pars ab horoſcopo geſturę nonageſima. Itēq; a ſitu lunę altera nonageſima. vnde vaticiniū vitę ſubſtantiarūq; ſumatur.
¶Trimeſtris, trium menſium.
¶Trinundinum, vide in dictione Nundinę.
¶Trinacria, inſula quæ & Sicilia, Sicania & Triquetra appellat̄ a tribꝰ pmōtorijs dicta eſt Trinacria, Pachynoſ. Lilybœo, & Peloro, & ἄκρα ſummitas. Hinc trinacris. Ouid. in faſt. Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in ęquor Trinacris a poſitu nomen adepta loci.
¶Trinepos pe. cor. abnepotis filiꝰ, q ſit poſt tres a nepote.
¶Triobolus. pen. cor. quaſi homo parui pretij a tribus obolis. Plau. Nō ego homo trioboli ſum. Hinc fit Triobolaris vilis q prætij trium obolorum.
¶Triodos, latine Triuium dici poteſt.
¶Triones, quaſi teriones, boues aratorij. Vnde ſeptē ſtellas ſeptemtriōnes noſtri veteres a bobus iunctis appellarunt, ex quibus figurantur.
✠Triopas Theſſalorum rex fuit. Cc.
¶Triophthalmus, lapillus trium oculorum effigiē præ ſe ferens. Cc.
✠Triorchis, auis ē ex accipitrū gñe, a teſtiū nūero. Cc.
¶Triparcus, valde parcꝰ. Vnde triparcos homines vetulos dixerunt.
¶Triptior i tres ptes diuido. A quo triptito aduerbiū.
¶Triplex, qđ eſt triū plicarū. Vñ triplico as. Interdū triplex ſumit̄ p quodā tabellę genere quo ſcribi epiſtolæ ſolebant. Mart. Tunc triplices noſtro non vilia dona putabis. Cum ſe veturam ſcribet amica tibi. Vide ſupra in dictione duplex in alio ſignificato.
✠Tripes dr̄ habēs tres pedes, vñ tripedaneus a. ū. Cc.
℥Triphyllon, greci vocant hęrbā quā nos trifoliū. Cc.
✠Triplium, vas eſt ſimile caniſtro. Cc.
✠Tripoliū, hęrbā græci vocāt quā nos Saliſicam. Cc.
✠Tripontium, Vmbrię oppidum ſic dictum q tres habeat pontes. Cc.
✠Tripondium, a pondo pondus trium aſſium. Cc.
¶Triplus a. um. eius ſignificationis eſt cuiꝰ & triplex.
¶Triplaris, numerus dicitur, cum ex duobꝰ minor ter in maiore numeratur, vt ſunt tria ad vnum.
¶Tripolis, oppidū trigeſimū, qm̄ tyrij Sidonij & arabij illud obtinēt. Hinc tripolitana regio dicta eſt. Sunt aūt duæ hoc nomine. Africana. ſ. & Syriaca in fœnice. Oppida tripolis Africanę ſunt. Abrotonum, tophia, & Leptis magna. Pom. Locus ex numero tripolis dicitur.
¶Triptota, nomina ſunt quę tribus tantum caſibus declinantur. penul. pro.
¶Tripus tripodis, & tripoda dę. pe. cor. dr̄ omne quod habet tres pedes. Vñ ſūt veteres tripode tū ad delicias tū ad edendi neceſſitatē. Tripodes erāt mēſę in templo Apollinis delphici, qbꝰ ſupponebant Phœbades, q̄ & Cortinę dicebant̄, vaticinabant̄. Pli. li. xxxiiij. Ex ære factitauerūt & cortinas tripodū noīe delphicas. Græci viros fortes tripodibꝰ donabāt, qa nō facile ſuccumbēt Ver. li. ix Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Hor. li. j. car. Donare tripodas pręmia fortiū Graiorum.
¶Tripudiū, quaſi terripauiū. Sic enī primo dictum eſt poſt tripudiū deinde terripudiū eſt dictū, a pauio ferio. Vñ tripudia ſoliſtima, dicebant̄ anguria quę fiebāt quoties offa q; pullis dabat̄ aliquo mō cadebat ī ſolū. Ita enī a ſolo ſoliſtimū vt a medio mediaſtimū dr̄. Cū igit̄ offa ex ore pulli cecidebat. tū auſpicāti tripudiū ſoliſtimū nūciabat̄. Tripudium etiam ſaltatio dicitur ſimiliter a pauienda terra, q. ſ. ſaltando terra pauitur. Liui. Ferre ad vrbem ire cum tripudijs ſolenniq; ſaltatu iuſſi.
✠Triptolemus, auctore Ouidio Cœlei & Menalinę filius fuit quem ceres agriculturam edocuit. Cc.
¶Triquetra, pen. pro. figura triangularis. Quo nomine dicta eſt Sicilia. Hora. Quid militibus pmiſſa triquetra? Inde triquetrus a, um. Syrius lib. v. Hunc ętna cohors triquetris quam miſerat oris.
¶Triremes, pe. p. dictæ ſūt q̄s vulgꝰ galeas vocat licet duos tñ remorū ordines habeāt i lateribꝰ. Nā biremes naues duorū ordinū ſūt, triremes triū, q̄driremes q̄tuor. greci trieres vocāt. Triremes iuenit Amodes corinthiꝰ
¶Triſmegiſtus. Mercuriꝰ quaſi ter maximꝰ dictus. vel valde maximꝰ. ℥q nepos maioris Mercurij quā fabulāt̄ fuiſſe filiū Nili. Hunc tñ ſecundū aſſerunt occidiſſe argū Aegyptijſq; pręfuiſſe, & leges literaſq; tradidiſſe, ſed literarū characteres animaliū arborūq; figuras habuiſſe. Hic cōdidit vrbē quā a ſe hermopolim noīauit. Dictus eſt aūt Trimegiſtꝰ, q & philoſophꝰ maximus & ſacerdos & maximꝰ deniq; rex fuerit. Conſueuerūt, enī ęgyptij ex omni philoſophorū nūero ſacerdotes, ac ruſus ex ſacerdotibꝰ reges eligere. Hic aūt vt philoſophos ſapientia, ita religione ſacerdotes excelluit, ac mox ī imperio adminiſtrādo ſupiores oēs reges ſupauit. Hic primus a phiſicis ad diuinorū ſpeculatiōe ſe erexit. Primꝰ de maieſtate dei, de dęmonū ordine, aiarumq; mutationibus ſapiētiſſime diſputauit. Scripſit multa volumina quibus arcana myſteria & oracula pandunt̄. Non enī vt philoſophus ſolū. ſed vt ppheta futura ſępe prędicit.
¶Triſtega, pe. indifferente, ſignat tricameratū nomen cōpoſitū a ſtega. qui eſt locus nauis. Stega e ſto ſtas ſit. Plau. in Bac. forte vt aſſedi in ſtega. ℥ Vel verius dictio gręca. ἀπὸ τῶ ςέγος deducit̄. Eſt aūt ςέγος tectū vel ἀπὸ τῦ ςέγης. Et eſt ςέγη caſa ſiue tectū. Vnde Δίςεγα & τρίςεγα. i. bitecta & tritecta, ſeu bicamerata & tricamerata. Eſt aūt nominatiuus pluralis, a ſingulari triſtegum.
¶Triſtis, proprię mœſtus dr̄. Ver. Triſtis at ille tñ cātabitis arcades inquit. Sed quia triſtitia in frōte hoīs cū delitatis, grauitatis, irę, minarū, ſtudij, difficultatis indiciū eſt, fit vt triſtis aliqū p ſeuo accipiat̄. Verg. Illi mea triſtitia facta Degenereq; Neoptolemū narrare mēmeto Aliqū p graui. Cic. q nūero optimarū & principū religt grauitatis ſuę illū triſtē & plenū dignitatis. Aliqū p Irato. Luci. Timeo certe ne mihi ſit triſtior. Aliqū p minaci Hiſq; adytis hęc triſtia dicta reportat iqt Ver. Aliqū pro docto. Lucil. Addo eoſdem triſtis ac ſeueros philoſophos. Cic. Iudex triſtis ac integer. Aliqū pro Amaro. Ver. triſtiſq; lupini Suſtuleris fragiles calamos. Aliqū p difficili. Ci. in Cato. Facilius in morbos incidunt adoleſcentes graui, ęgrotant, triſtius curantur. Aliquando p horrido. Martia. Amator ille triſtium lacenarum
¶Triſto as. triſtem facio. vñ & contriſto. Ver. Et pluuio cōtriſtat frigore cęlum. Eſt & triſtor deponens. vnde & contriſtor, vt contriſtatus eſt rex propter iuſiurandum.
✠Triſulcum telum dicimus, trifidum. i. treſacies habēs & a tribus partibus findens.
¶Triptolemus, nomen proprium viri qui fertur in Attica regione vſum frugum primus inueniſſe.
✠Tritauus, & tritauia, attaui pater & mater. q ſint tres ab auo. Cc.
¶Triticum, dicitur, quod tritum eſt ex ſpicis. Hic Triticeus a, um. vt panis triticeus.
¶Trito tritas. frequentatiuū eſt a Tero is. & ſignificat minutim tero.
¶Trituro as. pe. ſigni. tero & ad ſegetes ptinet. Et habet primā ſyllabā lōgam. quaſi ab tero triui tritum. Hic

tritura. Ver. Magnaq; cum magno veniet tritura calore.

¶Tritonia dicta eſt Minerua, ꝙ tẽporibus Ogygij regis ad lacũ tritonis virginali primũ habitu apparuerit. Triton aũt fingiť eſſe maris deꝰ Neptuni & Salacię marinę deę filiꝰ, ꝙ primũ in tritone africę palude viſus fuerit vbi ait Herodotus virgines annis ſingulis ſe purgare lampadibus & lignis in venerationẽ Palladis. Diodo. ſcribit dictam tritoniam a Cretę filio Tritone.

¶Triteles, ãbroſię ſpecies ſic dicta ꝙ ter floreat. τάλλ enim floreſcere eſt. Cc.

¶Triũuir, nomen magiſtratꝰ quẽ tres collegæ adminiſtrant Triũuiri triplices fuere, Capitales, Mẽſarij, Nocturni. De capitalibꝰ ſic habet Põpo. de origi. iuris Triũuiri capitales ↄſtituti ſunt qui carceris cuſtodiã haberẽt & cũ animaduerti oporteret interuentu eorũ fieret. de Menſarijs, Liui. cõmemorat. Triũuiri mẽſarij creati ſũt Hiq; numularijs & monetę oĩs gñis, & formę curſoribꝰ p̃erant. De nocturnis meminit. Co. Taci. Triumuiri nocturni ꝙ ad incendiũ in ſacra via ortũ tarde venerant, a tribuno plebis die dicta damnati ſunt. ¶Triũ literarũ homo dicitur fur, & eſt prouerbium ex Plauto. Cc.

¶Triuiũ & quadriuiũ, quamuis pro loco in quo tres vel quatuor ſunt vię poni cõſueuerũt ſumunť tñ q̃nq; p loco frequẽti quo antiqui cõuenire ſolebant. Catul. omnibus ĩ triuijs vulgeť fabula paſſim. Iuue. Nõne libet medio ceras implere capaces quadriuio? Erant etiã ruſticorum ſacris attributa. Nã illic oues cędebãtur & ſerta appendebantur. Tibul. Nam veneror ſeu ſtipes habet deſertus in agris Seu vetus in triuio florida ſerta lapis.

¶Triuialis & hoc triuiale a Triuio fit. Vñ triuialis ſcientię magiſtri a Quint. dicuntur qui in triuijs docẽt. Hinc triuialiter aduerbiũ, quod ſignificat paſſim, vulgo, vbiq; Grãmatica dicitur triuialis ſcientia quia in triuijs docebatur. Triuialis vero lingua vulgaris, qua in triuijs pueri grãmaticam diſcentes vtebantur.

¶Triuia dicta eſt diana, ꝙ triuijs pręeſſet, propter qđ tris facies habere fingebatur. Vergil. Tria virginis ora Dianę. Ouid. Ora vides hecates in tris vergẽtia partes, Seruet & in ternas compita ſecta vias.

¶Triũphus, quidã gręcũ putant. Nã θρίαμβον appellãt gręci. nos aſpiratione ex prima in nouiſſimã ſyllabam trãſlata, & b mutata in p. dicimꝰ triũphum. Varro a Baccho huiꝰ rei inuẽtore Tranquillus dici exiſtimat triumphũ quia qui triũpharet triplici iudicio honorareť. Primo eñ exercitus de triũpho diſcernẽdo dici iudicabat. Scđo ſenatꝰ. Tertio populus. Erat aũt triũphus omniũ honorũ qui a populo Romano dari ſolebat maximꝰ. Nã illa põpa ſolẽnis erat q̃ redeũtibus in vrbẽ cũ victoria. Michalꝰ aũt ĩ etymologicis ait. θρίαμβος ἡ πομπή ἐν τοῖς πόλεσι ἱστάμενοι ἄνδρες καὶ παῖδες περιάγοντες σὺν αὐτοῖς τοῖς θρίοις ἐπεζόν προφερόμενοι ἰαμβεῖα τετραμμένα καὶ ἐπινυμφα... τοῦτο γίνεσθαι καὶ τὰ πολλὰ γράφει.

¶Triũpho as triũphum ago. Cic. in Cato. Mar. Curius cũ de ſamnitibus triũphaſſet. Qui aũt triũphabant apud Romanos equis albis vehebanť curru inaurato, capite coronato lauro, & añ ipſum triumphãtem victus hoſtis oneratus colla catenis, & p̃eunte ſenatu capitoliũ aſcendebant ad templum Iouis optimi maximi, vbi mactato tauro albo domũ redibãt. Lege plutarchũ & Liuiũ. Aliqñ tñ triumphare poniť p exultare. Cęſar. Qđ eueniſſe nobis gaudeo & triũpho. Huius paſſiuũ eſt triumphor.

¶Triũphatus a. um. de quo triumphatum eſt. Ver. lib. iij. Geor. Biſq; triumphatas vtraq; ab littore gentes.

¶Triumphatus us. ipſa triumphatio. Pli. Ne triũphatu ſuo nimis ſuperberbiat Antonius.

¶Triumphator, qui triũphat, vel qui aliqñ triũphauit.

¶Triũphale, quod ad triumphũ pertinet. Vñ triũphales coronę, quibus imperatores in triũphis coronabanť Triumphalis vir, qui triũphauit. Sicuti cõſularis, qui cõſul fuit. Suet. de Auguſt. Solos triũphales, q̃q̃ & ſocios expeditionũ, & participes victoriarũ ſuarũ nunquã donis impartiẽdos putauit, quod ipſi quoq; ius habuiſſent tribuenda ea quibus vellent. Triumphalis porta Romę dicta eſt ꝙ per eam triumphi agerentur. Triũphale territoriũ etiã Romę quod nunc vaticanũ dicitur. Vñ Damaſus papa ſcribit beatum Petrum ſepultum fuiſſe in vaticano iuxta triumphale territorium.

✣Triuncis, a tribus vncijs dicebatur quadrans. Inde triuncium quod trium vnciarum eſt. Cc.

✣Triaxalis vermis eſt locuſtę ſimilis ſine pennis græce. Nam latinum nomen non habet. Cc.

✣Tros, nomẽ viri ꝓpriũ & nomẽ adiectiuũ a troia formatũ, & facit gtm̃ trois & troos, quia vt inquit. Ser. oĩa noĩa monoſyllaba gręca quę in latinũ ſermonẽ tranſeũt tertię tantum ſunt declinationis, & tam latine quã græce declinari poſſũt, vt Tros trois, troos. Pã panis panos

¶Troas, vt inquit Hiero. li. de. xij. quęſtionibꝰ ciuitas eſt q̃ prius Troia appellabať. Eſt & regio quã Ptole. minorẽ phrygiã appellat. Adiacet Helleſpõto. vt Pli. li. v. ſcribit. Alij Myſię tribuũt quę ad occidentẽ ſubiacet tota mari expoſita. Ho. ab Eſapo vſq; ad Caici fluminis oſtia eius fines ꝓducit. In ea Ilion, q̃ & troia, mille quingẽtis paſſibꝰ a portu diſtãs oĩm q̃ ſub ſole ſunt inſigniſſima Ciuitates troadis nobiliores, Dardanon. Simoẽtis fluminis oſtia, Antandrus, Smirna, Clazomene, Epheſus, miletꝰ, Pergamꝰ, tyatyra, Phildelphia, laodicia, anthiochia, mõtes clari Ida & tmolꝰ. A troas fit troadẽſis.

¶Troia, vt Seruiꝰ ſcribit regio minoris Aſię ĩ qua Iliõ vrbs & regia Priami, q̃ etiam Troia dicebať a troe rege ãtea teucria a Teucro, & Dardania a Dardano. Scribiťq; gręca diph. nec diuidiť i, conſona. adiectiuũ vero o & i vocalibꝰ & diuiſis. Et cũ ꝓuinciam ſignificat principale nomen eſt, & breuis & tro. Qñ aũt nõ eſt principale & deriuatio eſt tro longa eſt. Ver. Et troia gaza per vndas A troia fit tros. Idẽ Tros tyriuſq; mihi nullo diſcrimine ageť. Eſt & tros nomen viri ꝓpriũ. Troianꝰ a. ũ. vt troianas vt opes. Troicus a. ũ. vt troica caſtra apud Vergi. Troius a. ũ. vt troia gaza Troiugena, Ennius. Troiugenas bello claros. Sane Troiugena & Graiugena cũ gemino ii ſcribi debuerint mutarũt i ſequẽs in u alternitatis cauſa, vt ꝓ troijgena & Graijgena, troiugena & graiugena factũ ſit. Troia etiã ludꝰ puerilis eq̃ſtris ab ęnea ↄſtitutꝰ. Sue. de Cęſa. Troiã luſit turma duplex maiorũ minorũq; puerorũ. Verg. Troiaq; nunc pueri troianũ dr̃ agmen. Et troia locus eſt in agro Laurẽte in quo primũ æneas conſtitit. Aſcen. Semper autem prima longa.

¶Trochus, quo luſitant pueri turbo eſt, a rotãdo dictꝰ nã trocho curro & trochꝰ rota, reuolutio q̃ rota vt ĩquit Acron a ludẽtibus pueris ſcutica agitabať & rotabatur.

¶Trochiſcus dimi. parua rota. Vnde cõpoſitiones quędam medicorum in formam rotulę trochiſci dicuntur.

¶Trocheus, pes celer volubilis ꝙ rotatim & celeriter dicereť. Nã τροχός latine rota dicitur a Mercurio repertus tenet locum vltimum, conſtatq; ex duabus ſyllabis. prima longa. vltima breui. Vel diciť ἀπὸ τοῦ τρέχειν. id eſt a currendo quia curſum ſuum habeat de longa ſyllaba in breuem & a gręcis τροχαῖος appellatur.

¶Trochum, neu. genere eſt genus ſellę.

¶Troclę ſiue trochalia inſtrumẽta cũ orbiculis ad ſubleuãda & deprimẽda onera. Vel rotulę ſtriatę ſũt e ligno vel ęre quibꝰ aquas haurimus fune ductario & hydria. Lucre. Multaq; p trocleas, & tympana põdere magno Cõmouet, atq; leui ſuſtollit machina nixu. Et interp̃tatione Diogenis Laertij ſic ſcriptũ eſt. Ego ita hiſce iampridẽ aſſuetꝰ ſum ac ſi ſonũ iugiter troclearũ hauriã. Nã dũ ſaxa atq; ligna marmora & id genꝰ cętera p trocleam ſurſum, ductario fune trahuntur crepitus concitatur.

¶Trochilos, penul. pro. parua auis, rexq; auium diciť qui alio nomine Regulus, ſiue vt Sueto. inquit Regaliolus ab Ariſto. πρέσβυς quaſi rex & pręſes auium. Vide ſupra in dictione Regaliolus.

¶Troglodytę ꝓpľi Aethiopię, cauernas incolentes. D.



qbꝰ Pli. & Hie. ↄtra Iouinia. Nomades & troglodytę & ſcythę & hũanorũ noua feritas ſeĩcrudis veſcũť carnibꝰ.

☩Troezene, fuit oppidũ Peloponeſi in ſinu argolico a troezene filio pelopis. in eo educatus fuit Theſeus Eſt & Troezena regio in minore Aſia, a qua troezenij ꝓpľi ſunt appellati. ☩Troizenus, fuit trax vnus ex his qui venerunt in auxilium troianorum.

¶Tropheũ, cũ ę diph. a τροπή hoc eſt ab hoſtiũ conuerſione, vbi in fugã verſi ſũt hoſtes. Nã qui hoſtẽ fugaſſet merebať tropheũ Eſt eñ tropheũ qđ ĩ teſtimoniũ victorię publicę in loco ſtatuiť. vt apud Cic. li. ij. ad Heren. Qui thebani equũ ęneũ in monumentũ victorię contra Lacedęmonios ſtatuerãt trophęa. Apud gręcos fuerũt arbores ãputatę in eo loco vbi hoſtes viciſſent atq; in fugã vertiſſent. Amputabãt eñ ramos arborũ, ac deinde ſpolijs hoſti detractis ornabãt, vt eſſent poſteris monumentũ victorię in eo loco ꝑtę. Deinde etiam cepta ſunt poni in mõtibꝰ & locis eminẽtioribus. Hic. Sal. de Põpeio ait. ꝙ deuictis Hiſpanis trophęa in iugis pyrenei mõtis poſuit. Et Romę in arcubꝰ figebať ex ædificatis. Quę vero ſpolia in trophęo figerenť docet Ver. lib. xj. Mezẽti ducis exuuias tibi magne tropheũ Belli potẽs aptat rorantes ſanguine criſtas Telaq; trunca viri & bis ſex toraca petitũ. Perfoſſumq; locis, clypeũq; ex ære ſiniſtrę. Subligat, atq; enſem collo ſuſpẽdit eburnũ. Accipitur & trophæũ, pro victoria ſeu pro virtute qua parta eſt victoria. vt in hymno. Trophęa ſacra pangimus.

¶Tropei, dñr q̃ſi verſarij qui alios vellicãt ĩfeſtãtq; & ne deprehẽdanť cõuertunt ſe. Suet. in Clau. Et quoties poſt cibũ obdormiſceret, olearũ ac palmularũ oſſibus inceſſebať. Interdũ ferula flagro vevelut p ludũ excitabať a tropeis τρέπω eñ græce ſignificat verto & τροπή verſionẽ. Inde & tropei venti vocantur cũ e mari redeunt.

✣Tropthalmo gemma quę in Sicyone naſcitur. Corrige & lege triophthalmos. Cc.

¶Tropus, dici poteſt modꝰ figura cõuerſio. Et diffiniť a Quint. ꝙ ſit verbi vel ſermonis a ꝓpria ſignificatione ad aliã cũ virtute mutatio, Inde fit tropicꝰ a. um. p figuratiuo. Aug. Qđ ea locutione dictũ quam græci dicunt hyperbolen quę vtiq; tropica eſt non propria.

¶Trophimus gręce, latine alumnus dicitur.

¶Tropologia, figurata locutio latine dicitur.

¶Troſſulum oppidũ Thucię dictũ ꝙ ſine peditũ adiumento equites cœpiſſent, a quo Troſſuli dicti ſunt eius incolę. Troſſuli eñ dicebanť equites cũ antea celeres a Celere Remi interfectore, poſtea Fluxumines a flectendis animis qm̃ iudices erãt, ſiue a flectẽdis equis. Iuue. Qđ ad equeſtrẽ ordinẽ ꝑtinet antea troſſulos vocabãt, nunc equites vocãt. ☩Eſt & alia ſignificatio quã Philippus Beroaldus bonomẽſis nunq̃ ſatis laudatꝰ vt eſt vir ingenio & doctrina tam gręca quã latina pręſtãtiſſimus quã deus ſopiter oro ſtudioſis attulit, qua ſignificatur. Troſſulos dici delicatos, obeſos, ſucculentos, opimos, quaſi toroſulos, a toroſa. ſ. carne. Hiero. ↄtra Ioui. Vniꝰ tm̃ philoſophi excellẽtiſſimũ poſui vt formuloſi noſtri & troſſuli & vix ſummis pedibus adumbrantes veſtigia imitenť ſaltẽ gentiliũ parcitatẽ. Varro. Nunc emũt troſſuli nardo nitidi vulgo attico talento equum.

☩Troximon, apud grecos τρώξιμος vua edulis q̃ cibaria a Plini. vocať. Apđ iuriſcõ. troximos vuas eſſe, quas nõ vini cauſa habemꝰ. Paul. in pandect. Qui fundũ vẽdidit pomũ recipit nuces & ficos & vuas duntaxat duracinas & purpureas, & q̃ eiuſdẽ gñis eſſent quas nõ vini cã haberemus quas gręci troximos τρωξίμους appellarent recepta videri nunc τρωγάλια τραγήματα τραγημάτιους μονε. Idem ſignifi. ἐδώδιμους quãuis etiam ad alia pertinet.

¶Trua, vaſis genus a tẽrẽdo dr̃ quaſi terua quã nos diminutiue trullã dicimꝰ. Siue vt Var. docet a trauolando abijciendo ve. ꝙ per eam aqua traijciatur.

¶Trulla, diminutiuũ a trua. Var. Trulla ad ſimilitudinẽ true, q̃ ꝙ magna & hæc puſilla, vt trula. Trullę q̃ e culina, in lauatrinã aquã fundũt. Hinc detrulare de quo alibi. Fuit etiã trulla vas ĩ quo vẽtris onus deponiť. Mart. Clinicꝰ Herodes trullã ſubduxerit ęgro. Itẽ capiť ꝓ vaſe lato ꝓfundoq; qđ in mẽſam inferri plerũq; ſolet. Qđ licet potui ineptũ videať tñ vſurpatũ fuiſſe legimꝰ. Hora. Qui velẽtanũ feſtis potare diebꝰ Cãpana ſolitꝰ trulla vappãq; ꝓfeſtis. Iuue. Si trulla inuerſo crepitũ dedit area fundo. vbi bibacẽ arguit ꝙ ĩ trulla bibat, ineptũ ꝙ crepitus inter bibendũ edat. Pli. Sunt ergo vaſa tantum corinthia quę iſti elegãtiores nunc æs ſculpẽdo transferunt modo in lucernas, modo in trullas nullo mundiciarum deſpectu. Eſt & thrulla cũ aſpiracione Cęmentarij inſtrumẽtũ quo fabri murarij tectorijs linẽdis cõplanãdiſq; delutare ſolent, vt nõ ſolũ parietes pulchritudinẽ accipiant, ſed & fortitudinẽ cõtra iniuriã imbriũ & creberrimas tẽpeſtates. Inde Thrulliſſare apđ Victruuium legiť. Scribunt quidã Trullã eſſe fœlicis Arabię portũ.

¶Trulleum, vaſis genus quo manus perluuntur ſimile trullę niſi ꝙ latius erat. Var. de vi. pat. Itaq; ea ſibi non ponere ac ſuſpendere quę vtilitas poſtularet trulleum, matellionem, peluim, naſſiternam.

¶Truo auis q̃ alio noĩe Onocratalus dr̃. Cecil. Irrides magnitudinẽ naſi proh dij ĩmortales vñ proceſſit truo.

¶Trudo is. ſi. ſum. ꝓprie ſignificat violentia quadã expello. Plau. in Aſi. Ille ęcaſtor hinc trudeť. Aliqñ trudere eſt obijcere, ſeu ꝓducere. Idẽ in epidi. Quę te intemperię tenẽt? quas tu mihi tenebras trudis? Terẽ. ĩ And. Fallacia alia, aliã trudit. i. inſequiť. Huiꝰ cõpoſita ſunt. Abſtrudo, Contrudo, Detrudo, Extrudo. Intrudo, Obſtrudo, Obtrudo; & Retrudo quę habẽt primam produ.

¶Truſatilis, pe. cor. vt mola truſatilis. i. mola manuaria ꝙ manibus trudatur. i. pellatur.

¶Trux, ferox, crudelis a quo truciditas, crudelitas.

✣Et truciter aduerbium. i. crudeliter. Cc.

¶Truculentus, q vultu crudelitatẽ p̃fert alioſq; terret. Terẽ. ĩ Adel. Ego ille agreſtis, ſeuꝰ, parcꝰ, triſtis, truculentꝰ, tenax. ✣Iñ truculẽtia q̃ & truculentias dicta eſt.

¶Trucido as. pe. p. crudeliter neco. Lact. li. j. Liberos ꝓpľos aut trucidare aut ſubijcere ſeruituti. Verg. Fit via vi rapiũt aditꝰ primoſq; trucidant. Huiꝰ cõpoſita ſunt. obtrucido, quod eſt auide trucido. Retrucido iterũ trucido. Liui. Offerre ſe corpora ira retrucidaret.

¶Truncus pars arboris quę ramis truncatis ſupeiſtat. Col. lib. iiij. vt ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt & maxime fertiles.

¶¶Truncus a. um. quod eſt truncatum. Ouid. Trunca manu. Col. lib. iij. Cum deinde truncam reddideris, acute feramento plagam lenito.

¶Trũco as. ãputo, cuiꝰ cõpoſita ſunt dẽtrũco, diſtrũco obtrũco ꝑtrũco, qđ eſt ꝑfecte trũco. Plau. ĩ cap. Arripuit gladiũ, ꝑtruncauit tribꝰ tergoribꝰ glandia. i. colla. Et a truncus fit trunco, quia veteres plerũq; truncũ pro vno quoq; genere interemptum dixerunt, vt inquit Ser.

¶Trutina, pe cor, ſtatera. Hora. Trutina põderis eadẽ Vict. li. xj. Id autẽ ex trutinis q̃ ſtaterę dñr licet cõſyderare. Per tranſlationẽ poniť ꝓ iudicio. Cic. lib. ij. de ora. Ea probãdo quę nõ artificis ſed populari quadã trutina examinanť. Cornutꝰ tñ ſcribit trutinã foramen eſſe, intra quod eſt lingua bilancis ad qđ eſt exanimatio qđ alij ęquamentũ, alij libramentũ, alij ęquilibrũ vocant. Trutino as. pe. cor. exanimo pẽſiculo. Hiero. ad Dama. Sint alij diſerti, laudenť vt volũt, & inflatis buccis verba ſpumantia crutinent. Eſt & trutinor depo. Perſi. Atq; exporrecto trutinantur verba labello. Apule. Trutinatam ſententiam vocat grauem & recte examinatam.

## T ANTE V

TVatim, aduerbium ſignificat tuo more.

¶Tuba inſtrumentũ muſicũ vulgo notũ. a tubo canali ſic dicta. Nã ex lignis tubę fiũt & ex cornibꝰ. Et q̃ ex ęre ſũt, tube ductiles appellanť. Quę ex ligno vľ cornu, lignę vel cornee. Tuba vtunť milites ad excitãdos

animos in prælium, hinc tubicen qui tuba canit.

¶Tubuluſtrum, dictum ꝙ eo die in atrio ſutorio ſacrorum tubę luſtrabantur.

¶Tubꝰ & diminutiuũ Tubulꝰ, cãna ſeu phyſtula maior fictilis, qua aqua deducit̃. a rumore. Hĩc ẽt tubos viſcerũ dicimꝰ. Tubulũ vocamꝰ auenam quę & Cicuta appellatur. Grece ſiphon. Hinc Iuu. tubũ per quẽ vrina deſcẽdit ſiphonẽ vocat. Effigieq; deę lõgis ſiphonibꝰ ĩplẽt. Tubulos Pau. Iuriſcon. diffinit eſſe ꝑ quos paries calore torretur. Non erat tunc ignis vſus ĩ cubiculis, nec ędes ſpiracula habebant vnde fumus exiret.

¶Tuber gñis neu. genꝰ ſibi collectũ ex tumẽtibꝰ & q̃ſi ꝑgnãtibꝰ arenis, a tumore dictũ. Puto id eſſe qđ vulgo tartufus dr̃. Tubera eñ vndiq; terra circundata nulliſq; fibris nixa aut ſaltẽ capillamẽtis, nec vtiq; extuberante in quo gignũt̃ loco aut rimã ĩgerẽte, neq; ipſa terrę coherent, nec etiã ĩcludũt̃, vt plane nec terrã eſſe poſſimꝰ dicere, nec aliud quã terrę callũ. Cũ fuerĩt ĩbres autũnales ac tonitrua crebra naſcũt̃ & maxĩe e tonitribꝰ nec vltra annũ durãt. Naſcũt̃ autẽ ex pituita arborũ. Mar. Rũpimꝰ altricẽ tenero de vertice terrã Tubera boletis poma ſecunda ſumus. Sue. Subſtantiuum fecit & gene. maſcu. Pridie quam periret cũ oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet. Sũt ẽt tuberes poma pegrina ex Africa ĩ Italiã deportata. Mar. Nõ tibi de libycis tuberes & aporina ramis, proprie tñ tumor quidã rotũdꝰ in quocũq; corpore. Vñ ĩ facie & quacũq; corporis parte tubera dñr, ſiue ꝑ diminutionẽ Tubercula. In arboribus duricies illa extãs ad nodi ſimilitudinẽ tuber dicit̃. Pli. Reperitur & in alno tuber, tanto deterius quanto ab acere alnus ipſa diſtat.

¶Tubero as. pe. cor. tubera facio, ſeu profero.

¶Tuburcinor aris. raptim comedo. Tit. Tuburcinari ſi ne me vultis reliquias. Plautꝰ in perſa. Tuburcinari de ſuo ſi quid eſt domi.

¶Tuceta, cibaria cum carne, ſeu vt quidã interpretantur, cibi regij.

¶Tudertũ, & tuders tis. oppidũ ĩ ducatu Spoletano Syrius. li. iiij. Et granditicolam cęlſo de colle tudertem.

¶Tudites, pe. cor. mallei a tundẽdo dicti. Vñ & cuidã cognomẽ Tuditano fuit ꝙ caput malleo ſimile haberet

¶Tudicula, inſtrumentũ ſiue ſtylũ quo vaſis ſigna ĩprimunt̃. Quidã etiã accipiũt tudiculã pro cocleari maiori quo ad carnes & iuſcula e cacabis extrahenda vtuntur.

¶Tudiculo as. pe. cor. imprimo ac ſculpo. Et ꝑ tranſlationem Tudiculare ponitur pro cõmouere. Var. Hęcci ne nobis cernis hanc mala tudiculaſſe vetulam.

¶Tudito as. pe. cor. ſignificat lucri gratia negociũ ago Enni. Nec tuditantes rem ceſſant extrinſecꝰ vllã. Tractum a fabris qui malleis ſępe percutiẽdo opera faciũt.

¶Tueor eris. ꝓ defendo ſcđe cõiugatio. eſt, a quo Tutꝰ quãuis tuitꝰ eius participiũ ſit quo vſum. Quintilianũ in decla. cęci legi. Tuitus ſum adoleſcẽtis miſerrimi cauſam. Quẽ nemo imitatꝰ eſt niſi Laurentius Valla Qui in Raudẽſem ſcribit. Quis narrat Verrẽ ſupaſſe dacos? Tñ ſiciliã cõtra piratas fortiter tuitũ eſſe accepimꝰ. Hiero. ad Pãma. Quod leges publicæ, quod hoſtes tuent̃. qđ inter bella & gladios ſanctũ eſt, hoc nobis inter monachos & ſacerdotes Chriſti intuitũ fuit? Et qudẽ ꝓ pticipio verbi tueor tuitꝰ accipiendũ cẽſeo, nõ tutꝰ & tuitio nomẽ verbale, nõ tutio. Aug. li. iij. de ci. dei. Nimis multos deos grãdi fumo ſuo tanq̃ ſigno dato ad tuitionẽ cõgregauerat. Et ſimiliter in cõpoſitis. Intuitũ nõ intutũ. Nõ eñ dicimꝰ Tutꝰ ſum illũ qppe cũ magis noĩs q̃ pticipij vĩ habeat. Licet actiuã & paſſiuã ĩ ſe gerat ſignificationẽ, vt Valla docet, vt tutꝰ, portꝰ, tuta vrbs ꝙ tueat̃ alios nõ ꝙ ab alijs defendat̃. Tñ ſępe paſſiue ĩ hoĩbꝰ vt tutꝰ ſũ ab hoſtibꝰ, ꝙ munitꝰ & ſine piculo ſũ. Nec vllũ ɔpoſitũ habere legi ĩ hac ſignificatiõe niſi cõtueor quo vſus eſt. Cic. in Clodiũ. Videãt hi q illũ Põpeij inimicũ ob eãq; cauſam tot tantiſq; ſceleribꝰ cõtuebant̃, & nonnunq̃ eius indomitos furores plauſu etiã ſuo ꝓſequebãtur, q̃ ſe cito inuerterit. Tuor vero tueris ꝓ video tertię cõiuga. ẽ, & tria cõpoſita habet. Cõtuor, Intuor, & Obtuor, a qbꝰ cõtutũ ĩtutũ & obtutũ ſiũt ĩfinita. Plau. ĩ Aſi. At hercle ipſũ adeo ɔtuor q̃ſſãti capite ĩcedit. Et iterũ. Nã ego illđ argẽtũ tã paratũ filio ſcio eſſe q̃ me hũc ſcipionẽ cõtui. Et ĩ muſt. Profecto nullã eqdẽ illic cornicẽ ĩtuor. At tu iſtac ad nos obtuere qm̃ cornicẽ ne quis cõſpicari, ſi vulturios forte duos poſſis cõtui. Ci. ꝓ ſe ad qrites. Qui excellẽti tumulo ciuitatis ſedẽ capitolij ĩ ſaxo ĩcolitis cõſtitutã vt nõ ſolũ cũctã ĩtui, ſed etiã tueri poſſitis ciuitatẽ. Leo papa. Hãc deferẽdorũ munerũ ſeruauere rationẽ niſi ꝙ p̃ter illã ſtellę ſpeciẽ q̃ corporeũ ĩcitauit obtutũ. Ex his patet aliud Tutor, aliud Tuor ſignificare qđ ẽ cõtra Priſc. Quia Tuor ſẽp pro video capit̃ ſicut Cõtuor & Intuor ĩdicãt, Tueor vero ꝓ defẽdo, licet qñq; ꝓ video capit̃. Lact. li. vj. Si hac de cauſa ſũt hoĩes ɔgregati vt mutuis auxilijs ĩbecillitatẽ ſuã tuerẽt̃. i. defẽderẽt. Ver. ꝓ video poſuit. cũ li. iiij. ait Talia dicẽtẽ iãdudũ auerſa tuet̃. i. huc illuc voluẽs ocl'os. Et in hoc ſignato tñ habet ĩtueor. Sal. ĩ Iur. Pręterea nr̃ę p̃claros viros ciuitatis ſolitos ita dicere cũ maiorũ imagines ĩtuerẽt̃ ſibi aĩm ad virtutẽ accẽdi. Itẽ Cõtueor, cũ tñ Cõtuor ſit in eodẽ ſignificato, qđ cõtui ĩfinitũ facit, vt ſupra ĩ Plauto oſtẽſum eſt. Cic. vero cõtueri dixit li. j. Tuſ. Qđ tãdẽ ſpectaculũ fore putamꝰ cũ totã terrã cõtueri licebit? Quin. & Plau. ipſo verbo vſus eſt ĩ cap. Vidẽ tu hũc q̃ in inimico vultu cõtuet̃? Illđ vero Tutꝰ quo Valla vſus eſt a tueor pro defẽdo ſumẽdũ puto, ſicut & obtuitꝰ pro aſpectꝰ ab obtueor. Cic. li. j. officio Ex oculorũ obtuitu, ex eleuatione aut remiſſione ſuperciliorũ. Tuor igit̃ Cõtuor intuor & ſi qua alia forte reperiantur. a tuor cõpoſita iã pene obſoleta ſunt, fortaſſe ꝙ priſca ſũt nimis, vel nõ adeo plena ſicut tueor cũ cõpoſitis. Id circo pro eis Tueor Cõtueor & intueor ĩ ſignificatiõe vidẽdi ſupplere videmꝰ.

¶Tuguriũ, dictũ eſt quaſi tegurium a tegendo, e in u, mutata ruſtica habitati tecta ex vlua paluſtri. Et tegurij appellatioẽ oẽ ædificiũ qđ rei ruſticę magis cuſtodiẽdæ cõuenit q̃ vrbanis ędibus, ſignat̃. Quę autẽ itẽ ita ędificãt̃, vt nec parierẽ habeãt nec luto cruſtata ſunt, ſed ſtramẽtis vel harundinibus alio ve ſimili genere tegũt̃ Tuguria appellant.

¶Tuguriolũ cũ accẽtu in añpe. paruum tugurium. Qđ ſi anguſtius ſit gurguſtiũ noĩat̃ a Gurgulione verme.

¶Tulit, mõ attulit ſignificat. Terẽ. ĩ And. Nã ſi illũ obiurges q vitę auxiliũ tulit quid facias illi qui dederit dãnũ aut malũ? mõ ptulit. Ver. Nõ tulit hãc ſpeciẽ furiata mente Chorebus. Mõ ſuſtulit. vide in dictione Fero.

¶Tum, vide in dictione cum. Tum demũ. i. nouiſſime Verg. lib. xij. Tum demũ mouit arma deo.

¶Tumba locus concauus infra terram. Vnde & pro ſepulcho poni conſueuit.

¶Tumeo es, ui ĩflor a quo tumeſco tumidꝰ fio. Ver. li. j. Geor. Cõtinuo vẽtis ſurgẽtibꝰ aut freta põti. Incipiũt agitata tumeſcere. Hĩc cõtumeſco, extumeſco, & ĩtumeſco. Au. Videt ĩ ea ɔtumeſcẽtes venas in guture. Plau. ĩ tru. Equidẽ vteri illi qđ ſciã nunq̃ extumuere, q̃ſi extra vel valde tumuere. Lact. li. iiij. Sine vllo attactu viri, repẽte vterꝰ ĩtumuit. a tumeo fit ɔtumax a quo ɔtumacia

¶Tumor inflatio, per trãſlationẽ ponitur pro ſuperbia tumidus inflatus.

¶Tumulꝰ terra tumẽs. i. collis. Ver. li. ii. Eſt vrbe egreſſis tumulꝰ, aliqñ dr̃ ſepulchrũ qa ibi coaceruari terra cõſueuit. Idẽ li. iii. O fœlix vna añ alias priameia virgo, hoſtilem ad tumulũ Troię ſub mœnibus altis iuſſa mori.

¶Tumulo as, ſepelio, tumulũ facio. Vñ & attumulo qđ eſt quaſi iuxta tumulũ facio. Plin. li. xix. Dein ſi terram fugiẽtes coliculos feces, a terra ꝓceritate luxurioſa attollentes ſe exaggerando aliam attumules.

¶Tumultus, (vt auctor eſt Hier.) vxor plurimorũ eſt & nimiæ multitudĩs clamor & pariter emiſſꝰ. Ci. quid alĩđ eſt tumultus niſi pturbatio tãta vt maior timor oriat̃? vñ



eſt nomẽ ductũ tumultus, quaſi timor multus. Itaq; maiores nr̃i tumultũ noĩabant. Tumultũ gallicum, ꝙ erat Italię finitimꝰ pręterea nullum tumultum nominabãt.

¶Tumultuoſus qui turbas excitare ſolitus eſt.

¶Tumultuo as in perturbatione ſum.

¶Tumultuarius a. um. quod ſine pręmeditatione factũ eſt. Vnde tumultuaria oratio dicitur.

¶Tunc aduerbiũ tẽporis ſigñat eo tẽpore. Et de oĩbꝰ tẽporibꝰ dr̃. De pręterito. Ver. tunc decuit cũ ſceptra dabas. De pręſenti. Plau. Tunc ad eã accede cũ potes. De futuro. Idẽ. Ego tunc adero cum tui vidẽdi mihi copia erit. Additur quandoq; temporis ad, apud Iuſti. Tunc temporis perſarum Cambyſi mediocri viro.

¶Tundo is, tutudi tunſum ſcđm Priſcianũ licet eiꝰ cõpoſita ipſum n nõ habeãt, vt obtundo obtudi obtuſum Ver. lib. iiij. Geor. Profuit & tunſum gallę admiſcere ſaporẽ. Pli. tñ. li. xxj. tuſum ſine n poſuit. Hęc tuſa cribrataq; vino q̃tũ poſſit excellenti. Diome. docet habere duplex p̃teritũ & duplex ſupinũ, ſcilicet tutudi tuſum & tunſi tunſum. Significatq; tũdere pcutere pulſare, & in vaſe aliquo quippiam cõminuere. Plaut. in Aſi. Sed qđ hoc ꝙ picꝰ vlmũ tũdit? Colume. li. ij. Ipſę aũt ſpicę melius fuſtibꝰ tundunt̃. Et li. vij. Quibꝰ in vnũ tunſis. Refert̃ iterdũ ad verba. Terẽ. in Hecy. Tundẽdo atq; odio effecit ſenex. i. ſępe dicẽdo ſiue iterãdo. Et eſt trãſlatio ſumpta a malleo fabrorũ ſępe pcutiente. Huiꝰ cõpoſita ſunt Cõtundo, extũdo, Obtũdo, Pertũdo valde pcutio aut pcutiẽdo frãgo. Colu. li. vij. Si forte ſarculũ calcauerit aut acuta tecta vel lapide vngulã ptuderit. Idẽ. li. ix. Sępe euenit vt aluus exitũ nõ habeat. Itaq; pinna pertundit̃, & iter digeſtis cibis p̃betur. Hinc ptuſa vaſa dicimus q̃ nõ ſunt integra. Protundo vltra tũdo, frango. Gel. li. j. Hauſtri vero & africi ad meridianũ orbis circulũ & ad ptẽ axis infimã dep̃ſſi ĩferiores & humiles ꝑ ſup̃ma ęquoris eũtis ꝓtundũt magis fluctꝰ quã eruũt. Retũdo repcutio rurſus frãgo, hebetẽ facio redarguo. Lactã. li. iij. Cũ fortiter ĩimicorũ ĩpetꝰ retudiſſet. Et li. iiij. Neceſſe eſt verã eſſe hanc religionẽ q̃ & rõnẽ dæmonũ nouit & aſtutiã intelligit q̃ vim retundit. i. cõfringit. Colu. lib. v. Quod euenit in retuſo & craſſo ferramento.

¶Tunetũ, ſiue (vt quidã dicunt) Tunitiũ. Scipionis tẽpore tumulus erat editior, vñ Scipio ſpectauit Carchedonios ad Romanã claſſem exurẽdã ꝓficiſcẽtes, noſtra tẽpeſtate regis libyci ciuitas metropolis eſt in qua veluti ampliore & magnificẽtiore cõſueuit habitare, & Tuniſęꝰ rex appellat̃. Tunetũ nõ ſane ob hanc cauſam habitarunt ꝙ Carthagine carerẽt a Scipione diruta, cũ denuo ãpliſicata ſurrexerit, ex qua velut ex equo troiano manarũt literarũ ꝓceres. Ad cuiꝰ celeberrimũ gymnaſiũ. Au. ſe ꝓfitet̃ cõtẽdiſſe. Hãc Eutrop. li. iiij. cõtinuis xvj. diebꝰ arſiſſe phibet. Hęc ſeptingẽteſimo ãno. poſt q̃ cõdita erat delata eſt. Hęc vt idẽ auctor ait. L. Cęcilio Metello & Tito flaminio cõſulibꝰ ĩ Africa iuſſu ſenatꝰ repata ẽ, q̃ nũc manet ãnis. xxij. euolutꝰ poſtq̃ a Scipione fuerat euerſa. Abeſt tunetũ a carthagĩe. xij. mil. fere paſſuũ. A tuneto. Tunetęi dicti ſũt quos Sidonꝰ tuniſęos appellat. ¶Tunica, veſtis erat apđ Rõanos breuior & ſine manicis q̃ ꝓprie viris cõueniebat. Lõgas vero tunicas fœmiĩs ɔuenire exiſtimabãt. Ver. Et tunicę manicas & habẽt redimicula mitræ. Plau. Manuleatã tunicã hr̃e hoĩem decet. Dicta eſt aũt tunica a tuẽdo corpore.

¶Tunico as. pe. cor. tunica induo. Var. Hæc lanigeras detũderi docuit tunicareq; homulũ. Vñ Tunicati dicũt̃ tunicas veſtiti. Et aliqñ etiã expediti & nullam aliã ſupra tunicã veſtem habẽtes, quales nobiles incedere ſolent cũ tuti ſunt. Iuue. Tunicati fuſcina Gracchi. Ad opulentiam latinę lingue augẽdum nihil impedit, vt ait Priſ. formare verba Tunico, tunicor, tunicatus.

¶Turba, & Rixa idẽ ſigñant. Eſt eñ turba pturbatio. Vlp. Turbã appellatã eſſe (Labeo ait) ex gñe tumultus. Si duo rixã cõmiſerit vtiq; nõ accipimꝰ ĩ turba id factũ, ga duo turba nõ ꝓprie dñr. Si vero fuerĩt decẽ aut qndecim hoĩes, turba dicetur. Turba ergo multitudinis, rixa duorũ. Sed quia multitudo fere nõ vacat pturbatione factũ eſt, vt eã quoq; appellemꝰ turbã. Cic. Cecinę. Exponerẽ ẽt queadmodũ hic & quãta ĩ turba viuerẽmꝰ. Ter. Dij veſtram fidem quid turbę eſt apud forum.

¶Turbella. diminutiuum parua tuba. Plau. Hanc mihi ancilla turbellam fecit.

¶Turbidus, conturbatus, confuſus, non clarus, tumẽs. Hora. lib. car. Qui vidit mare turbidum.

¶Turbulẽtꝰ. cõmotus, iratꝰ, turbidus cõtẽtione plenꝰ.

✣Turbaſis, lapis ſpumę candidę nitentiſq; non tamen tranſlucentis alij ſtibiam vocant. Cc.

¶Turbo as. cõfũdo, cõmoueo. Plau. in capti. Aduenĩẽs turbauit totũ cũ carne carnarium id eſt cõmouit. Teren. in Eunuc. Neſcio quid ꝓfecto abſente nobis turbatũ eſt domi, id eſt innouatũ. Huius compoſita ſunt. Cõturbo. Terent. in Eun. Neq; edepol quid nunc conſilij capiam ſcio ita conturbaſti mihi rationes omnes, vt eã non poſſim ſuis ita vt ęquũ fuerat atq; ſtudui tradere. Deturbo, deorſum velociter deijcio. Exturbo, ex loco eijcio, extraturbo, expello. Plau. in Curgu. Si recte facias phędro me auſcultes mihi, atq; iſtam exturbes ex animo ęgritudinẽ. Col. li. ix. Et in tranquillo conſiſtens piſcis ſedibꝰ ſuis non exturbatur. Diſturbo, varie turbo, ſeu diſſipando deijcio. Teren. in And. Nec eſſet nobis ſpatium ad diſturbandas nuptias. Quin. Non enim diſcuſſos alicuius operis angulos aut diſturbatos parietes obijcimꝰ. Interturbo. Obturbo ab omni parte turbo. Teren. in And. Ita ne vero obturbat? Perturbo valde turbo.

¶Turbo, turbinis ventus cum frigore maximo, obiectaq̃q; deturbans, proſternenſq; ex depreſſæ nubis ſpecu. Ver. Et terras turbine verſat. Eſt & turbo genus inſtrumenti luſorij pueros maxime delectans a cuius faſtigata & p̃acuta, cuſpide fit turbino as. Tibullus. Nãq; agor vt per plana citus ſola verbere turbo Quẽ celer, aſſueta verſat ab arte puer. Item vaſculi genus quo pruna & cotana inter ſaturnalia xeniola miſſitabantur cuius effigies turbinis, in imo anguſtiſſima erat, in ſũmo latiſſima q̃lis eſt figura pirorũ. Itẽ turbo dicitur quicquid forma acuta eſt. Pli. de Aloe. In turbinibꝰ cadorũ. Ouidi. Caua buccina ſumitur illi tortilis in altũ quę turbine creſcit ab imo.

¶Turbiſtum, medicamentum eſt cogens ſorbere, & pro colore tincturę etiam capitur. Cc.

¶Turbo, onis. proprium nomen gladiatoris. Hora. lib. ij. Ser. Corpore maiorem rides turbonis in armis.

✣Turbulento, as. exagito perturbo. Apulei. Me ſtrepitu turbulentauit.

¶Turbino as. pe. cor. acutũ facio. Pli. li. xxxvij. Siquidẽ & colore traſlucido non differt, & laterũ ſex anguli lęuore turbinatus in mucronem, aut duabus contrarijs partibꝰ quę magis miremur, vt ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus iungantur, magnitudine etiam auellani nuclei. Idem. turbinatior pyris figura quam malis.

¶Turci populi. Vide in dict. Thuſſagetę.

¶Turdus, auis nota, & inter primas a ſaporis bonitate collocata. Hora. Nil melius turdo, vulua nil dulciꝰ ãpla. Turdarium locus quo turdi aluntur ad ſaginam.

¶Turduli, populi hiſpanię eius quã bęthycã, nũc Granatã vocãt. Et ab incolis Turdetania dr̃. Hi etiã turdetani appellantur q̃uis ſint qui eos diuerſos afferant.

¶Turgeo es, turſi inflor. Verg. Torrida iam lęto turgẽt in palmite gẽmę. Huiꝰ cõpoſita ſunt Deturgeo, qđ eſt cõtrariũ ſuo ſimplici. Signi. eñ deſcreſco. pli. deturgẽte nilo muſculi repiũt̃, obturgeo, circũturgeo. Lucil. Obturſi ebriꝰ a turgeo fit turgeſco. Perſi. Nõ eqdẽ hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis pagĩa turgeſcat dare põdꝰ idonea

¶Turgidus, ĩflatꝰ, tumẽs Aug. li. iij. cõ. per trãſlationẽ dixit. Ego dedignabar eſſe cũ paruulis, & turgidus faſtu mihi grandus videbar. Hinc fit diminutiuum, Turgidulus. Catul. Flendo turgiduli rubent ocelli.

¶Turiones, dicuntur teneritates arborū vel arbuſtorū.

¶Turia, nomen fluuij, ſecundū aliquos generiſ maſ. ſecundū Priſci. & Aug. gen. neu. Vide in dictione Duria.

¶Turris, a terrēdis hoſtibꝰ dicta eſt ſicut arx ab arcendis. Vel ꝙ aſpectu torua ſit hoc eſt terribilis. Fiunt etiā turres ābulatorię. de quibꝰ. Vege. li. iiij. hęc ſcribit. Turres dñr machinamēta ad ædificiorū ſpeciē, tabulis tabulatiſq; cōpacta. Et ne tm̄ opus hoſtili cōcremeť incēdio diligētiſſime ex crudis corijs, vel centonibꝰ cōmunitur quibꝰ ꝓ modo latitudinis addiť altitudo. Nā interdum tricenos pedes ꝑ quadrū, īterdū quadragenos, vel quinquagenos, latæ ſunt, ꝓceritas aūt ipſarū tanta ſit vt nō ſolū muros ſed etiā turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotę mechanica arte ſubdūť quarū lapſu volubili magnitudo tā alta moueať. Pręſens autē periculū ciuitatis eſt, ſi ad murū fuerit turris admota. Plures em̄ accipit ſcalas & diuerſo genere conať irrūpere. Nam in īferioribꝰ habet arietē cuiꝰ impetu deſtruit muros. Circa mediā vero accipit pontē factū de duabꝰ trabibus ſeptūq; de vimine, quē ſubito prolatū inter turrē murūq; conſtituūt, & ꝑ eū egrediētes de machina bellatores in ciuitatē tranſeūt & occupant muros. In ſuperioribꝰ aūt turris illiꝰ ꝑtibꝰ, conati & ſagittarij collocanť qd defenſores vrbis ex alto cōtis ſaxis miſſilibuſq; proſternant.

¶Turritꝰ a. um. altus & excælſus, vt domꝰ turrita. i. alta & ſublimis & ad turris ſimilitudinē facta. Aliqñ Turritus dicitur turribus plenus. Vnde & turrite vrbes. Et mater deum cognominatur turrita quia terra eſt quę vrbes ſuſtinet. Verg. Qualis berecynthia mater læta deū partu phrygias turrita per vrbes.

¶Turriger, gerens turres. Pli. Sed turrigeros elephantorum miramur humeros.

¶Turricula, diminutiuū parua turris. Eſt & vaſculi genus a turris ſimilitudine, quo iactari tali ludēdo ſolent. Eadem pyrgus & orca dicitur.

¶Turarius, vicus Romæ Aſco. Signum Vertumni in vltimo vico turario eſt ſub baſilica ſe flectentibus.

¶Turma, ordo militaris & equitū eſt dicta q̄ſi terdena ꝙ terdeni equites ex tribꝰ tribubꝰ. Tatiū Ramnanſiū & Lucerū fiebāt. Cōſtabat em̄ ex triginta duobꝰ equitibꝰ & qui illi præerat, decurio dicebatur. vt Varro. & Vege. tradiderunt. Vel dicitur quaſi terma. e in u mutata. Vel per onomatopeiam a ſtrepitu vngularum equinarū terram pulſantium, vel a terrenda terra.

¶Turmales, dicti qui in turma ſunt. Turmatim aduerbium per turmas.

¶Turnus, nomen viri proprium apud Verg. Eſt & nomen piſcis paluſtris, & nomen fluuij.

¶Turtur, ꝓ aue ge. tā maſ. q̄ fœ. Plau. Obuſtos turtures tibi. Ver. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Pro piſce eſt ge. maſ. q alio noīe paſtinaca, & Trygon a gręcis dicitur. In huius cauda ſtat radius præſentiſſimi veneni Auſo. Letaliſq; trygon & bina trygoria corui.

☿Turūna, panificia & buccee qbꝰ farciūt altilia ad ſaginā. Var. gallinas farciūt turūdis ordeacijs. Apd̄ Cato. ſignifi. lineamētū illud ex filis qd̄ in vlcꝰ īmitti, a medico ſolet ait. em̄ Et ſi phyſtula erit & turūdam nō recipiet. Alias apd̄ Cato. ſignifi. id qd̄ gręce ψῶμον appellāt q̄ſi buccea ſiue bolꝰ dicať, quē nutrices ingeiūt infantibus.

¶Turpis deformis eſt em̄ cōtrariū pulchro. Transferť etiā ad aīm vt turpe ē doctori cū culpa redarguit ipſum Interdū poniť ꝓ magno. Ver. Forma bouis cui turpe caput cui plurima ceruix. Idē. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas, Item pro crudeli, vt ſemper apud Saluſtium.

¶Thus incenſum libamen quo deū veneramur, a tundendis glebis quia glebę tunduntť cū quibꝰ fluēs ex arboribus coaleſcit auctoribus. Priſ. & Var. & Seruio ſupprimū. Ge. Alij cū h ſcribūt ἀπὸ τοῦ θύω deriuātes qd̄ eſt ſacrifico. Naſciť ī fœlici Arabia, & duplici vindemia colligiť, quarū priorē circa canis ortū. Scd̄a eſt verno tp̄e. Incidiť em̄ cortex arboris thurriferę quę maxime videtur eſſe p̄gnans, & vbi tenuiſſimꝰ tendiť cortex. Laxať hinc plaga, inde proſilijt ſpuma pīguis, q̄ cōcreta dēſať Probať thus cādore, āplitudine, fragilitate, carbone, vt ſtatim ardeat, & frieť poſtq̄ dentē recipiat. Quidā thus nabatheū vocant ꝙ nabathęa regio eſt ab Arabia incipiens. Huius arbor Libanotus dicitur.

¶Thureus a. um. Col. lib. iiij. Iam thuream plantā mature ampliatam florentiſq; hortos myrrha & croco.

¶Thurribulum vas quo thus adoletur.

¶Thurrifico as. thure ſuffio.

¶Tuſculū dimi. a tus. Plau. in Aul. Hoc tuſculū emi & haſce coronas floreas. Et Tuſculū oppidū latij ſic appellatū ꝙ aditū difficilē habeat q̄ſi τοσκύλον hoc eſt fatigās vexās qm̄ in p̄alto atq; arduo mōte erat ſitū. Hic tuſculani hoīes, & tuſculanus ager Hæc ciuitas a Telegono Vlyſſis & Circes filio fundata eſt qui per ignorantiam partē occidit. Ex tuſculo Cato Cenſorius ortū habuit.

¶Tuſcia Italię regio celebris a ſacrificijs, vt quidā arbitranť dicta. Gręci em̄ θύειν ſacrificare dicunt, vel a iure qua maxime in ſacrificijs vtimur. Vel a tuſculo Herculis filio qd̄ veteres grāmatici probāt. Vñ & ſine h ab eis ſcribiť. Hęc tyrrhenia dicta fuit a thyrreno Athys filio qui e Mœnia diſcedēs in Italiā venit, & eā partē occupauit quę ad mare inferū ſita eſt, quod & tyrrhenū dicitur. Hęc a liguribꝰ Romanis finibus cōtingitur iugis inacceſſis & difficilibꝰ referta. Eiꝰ fines Macra & tyberis amnes centū & ſeptuaginta quatuor. M. inter ſe diſtantes. In ea ſciētia faciēdorū ſacrorū ita floruit, vt Romani qui nō ſeruādę tm̄, ſed etiā amplificādę religionis cupiditate incendebanť decē principū filios ſenatuſcōſulto ſingulis tuſcię populis ꝑcipiēdę ſacrorū diſciplinæ gratia traderēt. Longior eſt ea ꝓuincia q̄ lata ab oriētali plaga in occidentalē porrigiť. Nam ſi ab aquilonari in hauſtralē ꝑambulemus arctis finibus cōtenta eſt, ab occidēte qua ligurię ꝓxima eſt habet Piſas Senas & Lucā Florentiā inclytas ciuitates. Ad ſeptētrionē habet vrbē veterē. In meridionali vero littore Piſaurū, aretiū, & Aſiſium. Et tyber Romanus inde labiť ex apennino effluens ſeptentrionalis regio cum Faminia iungitur.

¶Tuſcus nomen poſſeſſiuum a tuſcia. Vide tuſci, qui tuſciam habitant.

¶Tuſcus vicus Romę, in quo habitauerunt tuſci a Porſena ex obſidione relicti, de quo Horatius in ſermo. At tuſci turba impia vici.

¶Tuſcania oppidū tuſcię prope Tarquinios, a quo tuſcanenſes. ✣Tuſſicula parua tuſſis. Cc.

¶Tuſſis quę gigniť, vel ex frigore vel ex pituita ī pulmonē deſcendente. Quę ſi cōtinue vexet a Seneca pertuſſis nūcupatur. Eſt em̄ continens tuſſis & inueterata quę vix vnq̄ editur, ex qua multi conficiuntur.

☿Tuſſedo, idem quod tuſſis. Apule. Aſſiduo pulſu tuſſedinis hiuſci pectora.

¶Tuſſio is. iui. itum. Plau. in Aſi. Forte ſi tuſſire occœperit ſic tuſſiat, vt cuiquā linguam in tuſſiendo nō proferat. Plin. lib. xx. Semen eorum cum cumino tritum potumq; in vino tuſſientibus auxiliatur.

¶Tuſſilago hęrba quę tuſſim ſedat.

¶Tute tu ipſe, a tu formať ꝑ epētheſim; te correpta. Nā te magis additio eſt quā ꝯpoſitio, additurq; dūtaxat nominatiuo nō etiā alijs caſibus. Et hoc fit cū pronomen ad eam reuocatur perſonam a quo ſumitur, vt cum dico, tu lege, ille reſpondeat, Cur tute non legis?

¶Tutus a. um. & actiuā & paſſiuā ſignificationē habet vt tuta vrbs quę nos defendit. Tutus ſum ab hoſtibꝰ. i. munitus & ſine periculo ſum. De hoc vide in dictione Securus. Huius compōſitum eſt intus de quo alibi.

¶Tuto aduerbium ſignificat ſine periculo.

¶Tuto as. ꝓtego, defendo. Plau. ī Merca. Inuoco vos lares diales vt me tutetis. Hie. ī li. Sap. Et a ſeductoribꝰ tutauit illū. Tutor aris. depo. qd̄ Priſ. docet eē cōmune Hora. in Epiſt. Res Italas armis tuteris moribus ornes.



¶Tutor, nomen verbale, quo is ſignificať q vim ac poteſtatē habet in capite libero ad tutandū eū qui ſe ꝑ ętatē nondū tueri pōt. Hęc aūt ętas ſcd̄m iuriſcōſultos eſt vſq; ad pubertatē. i. ad. xiiij. annū. Nā ide vſq; ad xxv. dāť curatores, qui etiā furioſis & mēte captis dare ſolēt

¶Tutela, ipſa poteſtas a iure ciuili data, ac ꝑmiſſa, ex qua ipſi tutores nomen acceperunt, quaſi tuitores atq; defenſores, ſicut ęditui qui ędes tuentur.

¶Tutelaris diuus, quem aduocatum dicimus.

¶Tutorius a. um. quod ad tutorem pertinet.

¶Tutanus, pe. pro. deus qui homines tueri putabatur Varro. tutanū deū Romæ omnes qui laborant inuocāt.

¶Tutilina dea. Idē. Tuā fidem tutilina inuoco q̄ adeſſe mortalibꝰ ſoles. Hanc Aug. li. iiij. de ci. dei. preeſſe frumētis collectis atq; reconditis ſcribit, vt tuto ſeruareť.

¶Tutulus ornamentū capitis flaminearū, & vitta purpurea innexa crinibꝰ & in altitudinem erecta, ꝙ per eā flaminica a cęteris mulięribus diſcernebatur.

## T ANTE Y

Tyana gręca ciuitas, a qua tyaneus dictus eſt Apollonius philoſophus.

Tyber eris. & tybris is. fluuiꝰ Italię, e media fere lōgitudine A pēdini Aretinorū finibꝰ defluēs duobus & quadragīta fluuijs augeť, prīo ab aquarū colore. Albula dictus. Deīde tyberis appellatꝰ, vel a rege Tuſcorū huiꝰ noīs q piraticā exercēs iuxta eū in bello periit. Qd̄ etiā ſenſiſſe videť. Ver. cū inquit. Aſperq; immani corpe tybris. A quo poſt Itali fluuiū cognomīe tybrim, Diximꝰ amiſit verū vetus albula nomen. Ouid. lib. ij. faſt. Albula quē tyberim merſus tyberinus in vndis Reddidit hibernis forte tumebat aquis. Sunt qui hoc nomē trahāt a gręco ὕβρις quę eſt iniuria. Aiunt em̄ hunc eundē tuſcorum regē, circa huiꝰ fluuij ripas latrocinari cōſueuiſſe, q trāſeuntes crebris afficiebat iniurijs, ex quo tyberim cognominatū fuiſſe aſſerūt, quaſi eſſet fluuiꝰ [illegible]. i. iniurię. Ex qua ratiōe cū ὕβρις aſpireť, tybrim quoq; cum aſpiratiōe annotari volūt. Alij volūt eos qui de Sicilia venerūt tyberim dixiſſe, ad ſimilitudinē foſſæ ſyracuſanæ quā fecerūt Afri & Atheniēſes iuxta ciuitatis murū. Nā qd̄ Liui. dicit ab Albano rege tybrim dictū, nō ꝓcedit quia etiā ante Albani tybris dictus inuenitur. Sciendū eſt ſecundū Ser. ꝙ hic fluuius in ſacris tyberinꝰ dicitur. In cœnolexia. i. in cōmuni ſermōe tyberis & in poemate tybris. A tyberis fit tyberinus a. um. vt piſcis tyberinus, & tyberina oſtia, tranſtyberim, tranſtyberinus.

¶Tybur, ſiue tyburtū, vrbs ad ſextūdecimū lapidē diſtās ab vrbe Roma. Hāc Cato, Solinꝰ, & alij quidā a Catyllo arcado claſſis Euādri p̄fecto conditā ſcribūt. Pliniꝰ vero tyburis ipſiꝰ originē antiquiorē eſſe docet quā vrbis Romæ, & extare adhuc tp̄e ſuo memoriā ſilices tres etiā tyburto eiꝰ vrbis conditore veſtutiores, apud quas inauguratꝰ tradiť fuiſſe tyburtꝰ dū vrbē eſſet cōdituius. Sextiꝰ gręcꝰ hiſtoricꝰ ſic habet. Catyllꝰ Amphiarai filius fuit. Hic poſt ꝓdigialē patris apud thebas, añ Iliacū bellū interitū, iuſſu dei cū oī ſuorū cœtu & ſacris miſſis tris liberos ī Italia ꝓcreauit, Tyburtū, Coracē & Catilū, qui expulſis ex oppido haud lōge ab vrbe roma poſito veteribus ſicanis, a nomine tyburti maximi filij oppidū vocauerunt. Priſcia. tamen cum i. latino ſcribit.

¶Tyburs tyburtis. gen. omnis vel hic & hæc tyburtis, & hoc tyburte quod eſt ex tybure. Suet. Inchoauit autē aquę ductū regione tyburti. Hora. Picœnis cedunt pomis tyburtia ſucco.

¶Tyburtinus a. um. pe. pro. quod eſt ex tyburto.

¶Tycha, fuit (Heſiodo teſte) nympha filia Oceani & tethyos.

¶Tydeus, cū accētu in prima fuit filiꝰ Oenei regis Calydonię & Euribœę vir fortiſſimꝰ, qui thebanos oēs ad qd̄libet certaminis genꝰ vicit. Inde fit patronymicū Tytides. Nā Diomedes Tytides dictꝰ eſt q fuit filiꝰ tydęi.

✣Tylus, vermiculꝰ eſt pluribꝰ pedibꝰ colore fuſco ſub lapidibus aut figulinis vaſis viuēs, qui tactus ſe arcuať atq; in globū cōtrahit ad ſimilitudinē paruę pilę. Cc.

¶Tymœtes, fuit regis Priami filius.

¶Tympanū, inſtrumentū ex vna parte Planum, membrana clauſum, intus vacuū, qd̄ baculo pulſať. Eo vti ſolebant in ſacrificio matris deū. Eſt & tympanū vehiculum tectū, vt inquit Seru. ſiue vt aliqui putāt teſtudo ſupra radios. Radij dicuntur in media parte rotarū. Verg. Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plauſtris. Item tympanū accipitur pro machina tractoria, quæ rota vocatur, vt Vict. ait ad hauriendū aquā celeritate, qd̄ hominibꝰ calcantibus verſať ad irrigandos hortos & ſalinas vtile. Pli. lib. xxxiij. accipit pro vaſe eſcario.

¶Tympaniſta, qui tympana pulſat, tympaniſtria vero mulier tympanum pulſans. Sido. lib. j. epiſtolarum tympaniſtria pſalteria canit.

¶Tympanizo as. tympana pulſo. Sue. de Augu. Et aſſenſu maximo comprobauit verſum in ſcęna pronūciatum de Gallo matris deum tympanizante, videſne, vt cinœdus orbem digito temperet.

¶Tympanites, pe. pro. genus hydropiſis eſt.

¶Tymber nomen viri, & nomen fluminis.

¶Tymbra, troadis cāpus. per quē fluit tymber fluuiꝰ in ſcamandrum. Ibi & templum tymbrei Apollinis eſt. At thymbra cum h hęrba aromatica. Ver. lib. iij. Georgic. Grauiter ſpirantis copia thymbrę.

✣Tymolus vide tmolus.

¶Tyndarꝰ fuit œbaliæ rex pr̄ Caſtoris & Pollucis Clytēneſtrę & Helenę. Hinc tyndarides & tyndaris patronymica. ☿Tymphei, Aetolię theſprotię ve populi vbi & perrhoebi ſunt, a quibus tymphcticū ac tymphaicū, gypſum. Eſt & ibi mons tympheton, ſiue tymphe, oppidum quoq; tymphea.

¶Typhon onis. & typhos & typhoeus ei dictio triſſyllaba eu dipht. in vltima habēs. Iñ typhois idis. vnꝰ e gigātibus terrę & Titani filiꝰ, prima corripiť. Sene. Nō tā ferū typhonē neglecto Ioue irata tellus edidit quondā parēs. Lucanꝰ. Cōditꝰ in arimes ęterna mole typhoeꝰ Quando vero diriuatiuū eſt diuiſa diph. ꝓnunciať. Ver. Nate pr̄is ſummi qui tela typhoea tēnis. Eſt & typhon ventus turbulentꝰ a typhone dictꝰ, & capiť ꝓ fulgure. Typhonas etiā vocāt fumigātes globos & figuras quaſdā nubium metuandas & ibi prima producitur.

¶Typus, latine poteſt figura, adūbratio exēplar. Hinc protypa dicta ſunt opera, q̄ ante typos facta ſunt. Ectypaq; ex ipſis ſunt formata. Archetypus prima & principalis forma. Plinius Dibutades primus perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit, quæ inter initia prōtypa vocauit poſtea idem ectypa fecit.

¶Tyrannus, per duplex nn. apud veteres in bonā ꝑtē dicebať dñs, qui plenā habebat in ſubditos poteſtatem. Vñ Trogo teſte. Quęq; ciuitas & gēs rerū pub. imperiū ab initio penes reges habebat, quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis nō ambitio popularis, ſed ſpectata īter bonos moderatio ꝓuehebat, q & tyrāni ob fortitudinē vocabāť. Vñ. Ver. pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni. Sed creſcēte malitia cū ſuꝑbe reges regnare cœpiſſent tyrāni nomē ad illos ſolū reſtrictū eſt qui ꝑ inſolentiā imperij viribus abutebanť. Quidā etiā tyrannos dici putant a Tyrrhenię gentis pręcipua crudelitate.

¶Tyrannis idis. ſęuum ac violentum imperium. Iuue. Quid Nero tam ſęua crudaq; tyrannide fecit.

¶Tyrannicus ca. cum. quod eſt tyranni. Tyrannice crudeliter, violenter.

¶Tyrānoctonꝰ, latine dr̄ tyrānicida, q tyrannū accidit ab tyrāno & κτείνω interficio quē an liceat īterfici legať Cic. li. iij. offi. nā nomen ipſum declarat quid mereatur cū a tyrijs ſuperbiſſime & iniquiſſime dominantibus ſit deductū; vel a verbo per methateſin literarū qd̄ ſignat lacero, tero, īterimo. De bonis nō loquuntur ſi reperiātur.

✣Tyrins & vrbs & fluuius eſt diuerſo tm̄ genere fœmi.

ge vrbs Achaiæ. inde Tyrinthius heros .i. Hercules. Aliqui tamen hęc tyrinthis dicũt alij hęc tyrintha. Cc.

❡Tyros quondã vrbs phœnicię quę eſt in ſyria. Iulius Pollux. li. j. τύριοι λέγουσιν ὡς ἡρακλῆς ἠράσθη νυμφης ἐπιχωρίου τύρος δὲ ἦν τῇ νύμφῃ τὄυνομα εἵπετο δὲ ἄρα τῷ ἡρακλεῖ καὶ κύων κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον, ✠. i. Tyrij aiunt vt Hercules adamauit nymphã epitorij filiã. Tyros vero erat nomen nymphę ſequebaꝛ aũt vtiq; Herculẽ & canis ſecũdum antiquũ morẽ. Ideo tyrus dicta eſt. Quo etiã noĩe dicta eſt inſula Alexãdri magni opibus cõtinenti annexa clara vrbibꝰ Lepti. Vtica, Gadibꝰ & Carthagĩe. nũc oĩs eiꝰ nobilitas cõchylio & purpura cõſtat, olim Sarra nũcupata, vt ait Gel. Vñ ſarranũ oſtrũ dr̃, & oſtrũ tyriũ, & purpurã tyriã dicimꝰ. Phœnices accolę fuerũt maris rubri dicti a palma, cuiꝰ regio plena erat. Palma enim phœnix dicitur. Hinc terręmotu pulſi in maritimam ſyriæ partẽ ſe contulere, condita vrbe Sidonem a piſce appellarunt. Eam ſyrij vocabant ſarram. lingua ſyra piſcis ſear dicitur. Poſtea condidere tyrum in ipſo mari propter merces. Tyros etiam gręce latine caſeus.

✠ Tyrus, oppidum eſt in ripis phaſidos fluuij. Cc.

❡Tyrius a. um. quod eſt e tyro inſula. Et ponitur pro purpureo. Tibul. Quid tyrio recubare toro.

❡Tirianthina, veſtis violacea purpurea. ab Iãthino. i. violaceo colore & tyrio, hoc eſt purpureo.

☿Tyrotarichus genus obſonij ex caſeo ſalſamẽtiſq; cõfecti τυρὸς enĩ caſeus τάριχος ſalſamentũ. Cice. ad pœtum. Et ad Atticũ. Tyrotarichꝰ, & patina Tyrotarichi.

☿Tyrocneſtis, inſtrumentum coquinatorium, quo foraminato caſeus diſteritur minutatim.

❡Tyrus, nomen propriũ paſtoris, cui vt ait Ver. Regia parent armenta, & late cuſtodia credita campi.

❡Tyro, nouus miles & fortis ad militiã exercendam. Cuiꝰ diminutiuũ eſt tyrunculus. Referꝛ quoq; ad omnẽ artẽ. Vñ ꝓ gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipiꝛ. Sue. De Cęſare. Tyrones neq; ĩ ludo neq; ꝑ laniſtas. Sic adoleſcẽtes qñ togã ſumebant & barbã ponebant, eloquentiãq; in foro auſpicabanꝛ, tyrones dicebantur. Et illa prima actio tyrociniũ. Se. li. iij. decla. Ille in foro primũ dictꝰ tyro dictꝰ eſt. a Hieronymo tyrociniũ rudimentũ, a tyrocinatio q recẽtes diſciplinas tyrunculas appellat. Ab eadẽ ſiĩitudine canis adoleſcẽtior tyrũcula dr̃. Col. li. viij. Quoniã tyrũcula nec recte nutrit & educatio totius habitus aufert incrementũ. Pli. in epiſto. ſe tyrunculum dicit quaſi rudẽ in cognitione ſignorum Tyrocinij die induebatur toga, quę purpurea eſt cognominata. Fuit etiã Tyro vt inqt Iuſtinꝰ lib. xviij. nomen ꝓpriũ patris Didonis, q ab aliſs Belus vocatus eſt.

☿Tyronianus a. um. a Tyro poſſeſſiuum. Gel. lib. j. In oratione Ciceronis quinta in Verrem libro ſpectatæ fidei tyroniana cura, atq; diſciplina facto.

❡Tyrrhenos, Romani Hetruſcos appellãt atq; tuſcos gręci vero hoc eos noĩe noĩarunt a tyrrheno Atys filio q ex lydia colonos hac in regione dimiſit. Atys enĩ ex ꝓgnatis Herculis & amphales vnus cũ ſterilitate ac fame ppl̃m ſuũ emittere cogereꝛ e duobꝰ filijs ſorte iacta. Lydũ quidẽ regni ſucceſſorẽ tenuit, Tyrrheno aũt maiorem applicans populũ foras abire iuſſit. hãc ille ingreſſus oram de ſuo nomine vocauit Tyrrheniam. A cuius gentis pręcipua crudelitate tyranni dicti ſunt.

❡Tyreſias eſt quorundã latinorũ hoĩm cacographia. i. mala ratio ſcribẽdi, quin ꝑ ει ſcribiꝛ in prĩcipio. τειρεσίας τιρεσίου μαντις ἰσῶς ἐφησονὶ Δας ✠. i. Tireſias ę. vates ẽ vt ait Suidas. Hic igiꝛ rex Thebanꝰ & augur, de quo Ci. li. v. Tuſ. Meminit cęcatꝰ fuit ira Iunonis, cui Iuppiter ſcire futura dedit crimẽq; leuauit hõre. Scribit Strabo Tyreſię monumẽtũ fuiſſe ĩ typhoſio mõte Bœotię iuxta fõtẽ typhoſã vbi ꝓfugꝰ diẽ ſuũ obijt. Ibi thebani ciues ſepl̃to diuinos hõres tribuere. Iu. cũ cęcũ dicere vellet dixit. Tyreſiã illo verſu nec ſurdũ nec tyreſiã quęq̃ ẽẽ deorũ. Hic habuit filiã noĩe Mãto, q̃ oppidũ ĩ Italia ꝯdidit qd̃ poſtea ab Ocno eiꝰ ex typerino thuſcorũ rege filio, Mãtua a matris noĩe nuncupatũ eſt id tñ græci negant.

❡Tyrſis, ambitus murorum & viarũ, per quẽ curri poteſt ſic dictus quia Tyrrheni primi inueneriũt ☿ etiã Tyrſis nomen paſtoris de quo Verg. in bucolicis.

Y LITERA, VOCALIS EST quæ ſępe in conſonantẽ trãſit, & modo vim ſimplicis habet. vt Verg. Et venꝰ haud aĩo nequicq̃ exterrita mater. Modo ꝓ duplici conſonãte ponitur, vt cupiui, cupiuerã, in qbꝰ i, ante u, cõſonãtẽ poſita ꝓducitur & eadẽ ſubtracta corripitur. Aliquando u conſonans pro vocali correpta ponitur. Horatiꝰ in epo. Niueſq; deducunt Iouem, Nunc mare nunc ſyluæ. Interdum a vocali tranſit in cõſonãtẽ vt nauta, nauita gaudeo, gauiſus, quandoq; amittit vim literæ cũ poſt q, ipſum u, ponitur. Nam non conſonans eſt. vt aliquis. Hoc idem patitur inter g, & aliquã vocalem vt ſanguis lingua. Idẽ fit intercedente . ſ . vt ſuauis ſuetus. Tranſit quandoq; per diriuationes in a, vt veredus veredarius. In e, vt pondus ponderis, deierat ꝓ deiurat. Antiqui etiam auger pro angi dicebant. Similiter in ijs quę a tertia coniugatione naſcuntur, quotieſcũque n, & d, ipſum e, ſequebantur loco e, u, ſcriptitarunt, vt faciundum ꝓ faciendũ, in i, correptã nominũ habentium vltimã ſyllabã deſinentẽ i u, cũ verbis ſiue pticipijs, vt cornu corniger, & cornicẽ. Arcꝰ arcitenẽs, fatũ fatidicꝰ, aurũ aurifex, luctus luctificus, fluctus fluctiuagꝰ, magnꝰ magnificus, opus opiſex. Scribebant etiã antiqui carnufex ꝓ carnifex, & lubens pro libẽs, peſſumꝰ ꝓ peſſimꝰ.

## V ANTE A

VAcca. ꝑ duplex cc. bos fœmina, cuiꝰ diminutiuũ ẽ vaccula. Vergi. Vaccula nõnunq̃ ſecreta cubilia captãs. Vaccinꝰ a, um pe. pro. quod eſt ex vacca. Pli. li. xxiiij. Cortex illinitur decoctus lacte vaccino.

❡Vacerra. vecors & veſanꝰ dr̃. quo etiã nomine accipiꝛ ſtipes ad quem ligantur equi in ſtabulo. Col. Clatrorum genꝰ vacerras appellat, qbꝰ e robore factis caueę muniũtur. Nã li. ix. de vinarijs faciẽdis ſic ĩquit. Vbi neutrũ patrifamilię ꝯducit ratio poſtulat vacerris includi. Sic enĩ appellaꝛ genꝰ clatrorũ. Idq; fabricaꝛ ex robore querceo.

❡Vaciniũ, a quibuſdã flos dr̃, a qbuſdã viola ſeu hyacithus. Verg. Alba liguſtra cadunt vacinia nigra legunꝛ. Pli. ipſum inter arbores numerat. Et li. xvj. vacinia Italiæ in aucupijs ſata, Gallię vero etiam purpurea tingendi cauſa ad ſeruorum veſtes.

❡Vacillare, eſt ꝓprie incõſtãter eſſe, & quaſi alternatĩ mouere. Quint. Eſt & illa idecora in dextrũ ac lęuum latus vacillatio alternis pedibꝰ ĩſiſtẽtiũ Vtiq; & naues vacuę dicũꝛ vacillare. Cic. Tyroni. Accepi tuã epiſtolã vacillãtibꝰ literis. i. nõ recte pręvalitudine ſcriptis. Et in Phil. In gallia mutilatũ ducit exercitũ cũ vna legione & ea vacillãte. Trãſferꝛ etiã ad animũ vt apd̃ Iuriſcõſultos de fide teſtis vacillãte, q icõſtãtia & diuerſa teſtimonia dixerit. Cice. li. iij. offic. Iuſtitia vacillat vel iacet potiꝰ.

❡Vaco as, do operã, & cõſtruiꝛ cũ datiuo, vt vaco ſapiẽtię, & vaco rei diuinæ. Interdũ vacare ſignificat vacuũ eſſe, & modo abſolute ponitur. Plaut. in Caſſ. Fac vacẽt ædes. Cęſar. Id ea maxime rõne fecit ꝙ noluit eum locũ vñ heluetij diſceſſerãt vacare. Mõ cũ ablatiuo, vt boni viri dant operam vt perturbationibꝰ vacẽt. Verg. Hoſte vacare domos, ſedeſq; adſtare relictas. Cice. Nullum eſt tempus quod iuſtitia vacare debeat. Mõ prępoſitionem accipit, vt vacas a labore, vacas a componendo, vacas ab occupatione. Interdum ſignificat ad nihil vtile eſſe, ſuper abundare, ſuperfluum eſſe, ꝙ ocioſum eſſe videatur, quod ſuperabundat, ſed nõ niſi in tertia perſona. Aug. li. iiij. con. Nõ vacãt tẽpora, nec ocioſe voluuntur per ſenſus noſtros. Idem. Vacent opera miſericardię, vni inſtẽt ſciẽtię. Imperſonaliter qñq; ſignificat eſt ocium vel vacuũ tempus eſt. Vergi. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Et vacat ãnales noſtrorũ audire laborũ. Iuue. Si vacat & placidi rationẽ admittitis edã. i. ſi ociũ eſt. Qñq; ponitur ꝓcure eſſe. Quĩtilia. Et cui eſſe diſerto vacet. Vacare populo eſt operam populo dare & iſeruire. Aliter vacare pplo, ſignificat liberũ eſſe a populo, populariq; iudicio. In quẽ ſenſũ. Cice. videtur. lib. ij. Tuſ. Accipite cũ ait. Amplitudinẽ animi pulchriorẽ futurã, ſi non ſit ſubiecta populi iudicio, ſed vacuã ab eo ſeipſa contentã non captãtem plauſus & auras populares. Huius verbi compoſitum eſt interuacuo.

☿Vacatio, exemptio. Val. lib. j. Et cuſtodia liberatus & inſuper agro & vacatione donatus.

❡Vacuus a, ũ. & inane & magnũ ſignificat. Verg. Saltibus in vacuis errãt. Idẽ vacua atria ditis. Vñ vacuũ aerẽ dicimus. ꝙ vacua omnia impleat. Nihil enim pati natura vacuum poteſt. Vnde & inanem vocamus aerem. Lucre. Longum per inane reſoluit. Inde fit ſuperuacuo.

❡Vacuo as. & vacuefacio idem ſignificãt. ſic & euacuo.

❡Vaciæ & vacieni. vide in dictione Vari.

❡Vacuna, pe. pro. a vacando dicta eſt dea, quę pręeſſe vacantibus & ocioſis putabatur. Cui cum agricolæ a laboribus ruris vacarẽt, & poſt perceptos fructus requieſcerent per hyemem, vota ſoluebant & ſacrificabant. Vnde Ouid. lib. vj. Faſt. Nam quoq; cum fiũt antiquę ſacra vacunæ, Ante vacunales ſtantq; ſedentq; focos.

❡Vado is. ſi. ſũ. iter facio, q̃ſi viæ do. Verg. Vadimꝰ immixti danais. Aliqñ vadẽ p̃ſto. Huius cõpoſita ſunt Circũuado, qd̃ eſt inuadẽdo circũdo. Plin. lib. ix. Hic redeũtẽ circũuaſere noctu. Euado, Inuado & Peruado pe. ꝓ. Liui. Cũ ex eo pauor ac trepidatio totã vrbẽ peruaſiſſet.

❡Vadũ, fundũ fluminis, lacus maris, & cuiuſcũq; aquę ꝑ quã via datur. Pli. Lignũ vado hęrebat. Hic vadũ quoq; appellatur locus qui propter breuitatẽ a q̃ pedibꝰ trãſiri poteſt. Vñ prouerbiũ eſt, In vado eſt, ꝓ eo quod eſt in tuto eſt. Nã vt in profundo periculum conſiſtit, ita in vado eſt ſecuritas. Teren. in An. Omnis res in vado eſt.

❡Vado as. per vadũ eo. Papinia. Flumine publico iter ueniente via conſtitui poteſt, ſi aut vado tranſiri poteſt aut pontẽ habeat. Secus autẽ ſi vadari nequeat ſed pontonibꝰ traijciatur. Solinus. flumen quod propter breuitatem facile vadari poterat. Huiꝰ prima corripiꝛ. Ouid. de reme. Iamq; vadaturus lectica prodeat inquit.

❡Vadoſus a, um. vt vadoſus amnis qui frequẽtia habet vada, quæ tranſiri pedibus poſſunt.

❡Vadis, primo, deinde per ſyncopen vas, dictꝰ eſt ſpõſor alteriꝰ ĩ re capitali. vt inqt Feſt. Cic. lib. ij. offi. Factꝰ eſt alter vas eiꝰ ſiſtendi. vt ſi ille nõ reuertiſſet moriẽdũ eſſet ſibi. Inuenitur etiã pro quolibet fideiuſſore, qui ꝓ alio vadimonium promittit certo die affuturus. Dictus vas, ꝙ qui vades dederit vadere eſt diſcedere interim liceat. Hor. Ille datis vadibus q rure extractꝰ in vrbe eſt.

❡Vadimoniũ, eſt ſponſio quędã ſiſtẽdi cõparandiq; in iudicio ad diẽ p̃ſtitutã ꝑ ſe, vel ꝑ aduocatos, quod deſerere nõ licet. Sene. Vadimoniũ ꝓmittimꝰ & tñ deſeriꝛ. Cice. ꝓ Quintio. ad vadimoniũ nõ venit, q tibi p̃ſto ſemꝑ fuit. Nõ dubitauit inquit, cũ vadimoniũ deſertum eſt.

❡Vadium ij. idem quod vadimonium.

❡Vador aris. verbũ commune ſecundũ Priſc. ſignificat fideiubeo, vadio, obligo. Vadari reꝰ diciꝛ, & vadimoniũ ſiſti quoties aliquis pro alio ſpondet vt in iudicium veniat & ſiſtaꝛ. Differre vadimonia, eſt prorogare tempus ſiſtendi alterius in iudicio quoties ſponſio facta eſt.

❡Vadimonis, lacus eſt in quo fluctuant inſulę, de quo Plin. Cecilius quadam Epiſto ſic ſdribit. Exegerat ſocer meus vt amerina ſua prædia inſpicerem, hæc perambulanti mihi oſtenditur ſubiacens lacus nomine vadimonis. Vadimonis lacum intelligunt qui in agro viterbienſi feruet ſcatetq; ſulphureis aquis.

❡Vęh, ĩteriectio ĩ his rebꝰ quas execramur, vt vęh miſero mihi. Et diphthõgaꝛ vt differat a ve, q̃ mõ eſt cõiũctio diſiũctiua, vt dies nocteſve. Mõ habet vim augẽdi, vt vetus vehemẽs. quorũ alterũ ab ætatis magnitudine cõpoſitũ eſt. alterũ a mentis vi atq; impetu dictũ eſt. Modo habet vim diminuẽdi, vt ve grandis, ve Iouis. i. male grãdis, hoc eſt paruus minutuſq; & paruꝰ Iupiter. Vẽ ei ſyllabã re paruæ veteres p̃ponebãt, vnde apud Aſco. Ve, grandes meſſes legimus, pro paruis. Et apud Varronẽ in re ruſt. Oues fiũt vegrandes atq; ĩbecilæ. Similiter Pli. lib. vij. Corpe veſcos eſſe ſed eximijs viribꝰ. Modo etiam habet vim priuatiuã, vt vecors, quaſi ſine corde, ſine prudentia. E contrario cordatus dicitur prudẽs.

❡Venũ, ꝓ ſupĩo verbi vęneo, vt venũ ire, vl̃ venũ irẽt & huiuſmõi nobis licet vti quẽadmodũ & peſſũ, vt peſſũ ire & peſſũ ibit & ſimilia. vñ & peſſũdo. Sal. in Iug. Quippe cui omnia vænũ ire in aĩo hæſerat. Liui. lib. iij. Tum etiã legẽ fecerunt ſanciẽdo vt qui tribuniſplębis ędilibꝰ iudicibus decẽuiris nocuiſſet eius caput Ioui ſacrũ eſſet. Familia ad ædẽ Cereris liberi liberæq; vænũ irent. Sciẽdum eſt ꝙ dicemꝰ vęnũ ire, nõ vęnũ iri, ſicut vapulatũ ire, non iri. quia ſemper ſunt paſſiuæ ſignificationis, ne duo paſſiua copuleꝛ. In cęteris vero q̃ ambigua ſunt, ꝙ actiue & paſſiue accipi poſſint. ad diſtinguẽdũ ſẽſũ, accõmodamus ĩfinitũ hoc vel actiuũ, vel paſſiuũ vt video te amatũ ire vl̃ iri, qa talia ſupĩa ſũt ãcipitis ſignificatiõis.

❡Vænundo as. ex vænũ & do, ſequiꝛ tã in p̃terito q̃ in ſupino do, niſi ꝙ in pręterito pluſq̃pfecto venũdaſſẽ & vęnundaſſe dicimꝰ. Pli. liꝰ. xxx. Octoginta talẽtis vęnũ datas. Hinc vænundatio, permutatio rerum cõtractus ex conuentione prouenĩens.

❡Vændo is. ex vęnum & do ſecũdum Apule. abiectis u & m. Et conſtruitur cum ablatiuo ſi exprimatur pretium rei que venditur, vel cũ gtõ tãti, quãti, & hmõi, cũ ſunt ſine ſubſtantiuo. Plau. in Mer. viginti minis opinor poſſe me illã vęndere. Cic. lib. iij. offic. Vęndo meũ nõ pluris q̃ cęteri fortaſſe etiam minoris cum maiore eſt copia. Quod ſi addantur ſubſtantiua ſtatimn iablatiuos reſoluuntur, & ſicut non dicimus quãto vęndidiſti, ſed quãti ita nõ dicimꝰ quãti p̃tij vęndidiſti ſed quãto p̃tio. Varro tñ abltõ vſus eſt ſine ſubſtantiuo. cum ait vęneunt propter pœnuriam magno. Huiꝰ cõpoſitum eſt Diuændo.

❡Vęndax, qui facile ſeu libenter vendit. Ca. de re ruſt. Patremfamilias vęndacem & non emaſſem eſſe oportet

❡Venditarius, qui vęndere ſolet. Plau. in Sti. Linguam vænditariam.

❡Vęndito as. ſępe ſeu cõtinue vęndo. pli. li. xxxii. hęc eſt quã Ariſtophanes, Euripidi poetę obiicit iocularitet matrẽ eius, neholus quidẽ legitimũ vęnditaſſe, ſed ſcandycẽ. & eſt vęnditare quaſi oſtẽdere. Hic & forma, & oratio vęndibilis, quaſi plauſibilis & alectrix.

❡Vęndibile quod facile vęndi põt. Cic. ĩ Rul. Accedẽt ſalicta ad Minturnas adiũgẽtur, & illa uia vęndibilis. herculantea, multarum fit delitiarũ & magnę pecunię. Per trãſlationẽ ponitur pro vulgari & vulgo grato. Idẽ in Lęli. Tñ illiꝰ vẽdibilẽ orationẽ religio deorũ ĩmortaliũ nobis defendentibus facile vincebat. i. fauorẽ populi captantẽ. Et in Bruto Horũ ætati ꝓ pe coniũctus. L. Gellius nõ tam vendibilis orator, q̃ vt neſciret qd ei deeſſet

❡Vęneo is, vænĩui vel venij ſupino vęnitũ exigit analogia ſiue cõpoſitio. Nã cõponiꝛ ex vęnũ & eo abiectis duabꝰ literis, ſicut in vęndo, ſed ipſo ſupino nõ vtimur. Eſt autẽ verbũ neutrũ paſſiuũ, eo in delinatione ſequẽs licet apud veteres inueniatur veneor, pro vẽditus ſum. Plau. Ego ne illi vęneat? verũ in hoc verbo væneor pro vęndor ipſũ qd̃ vændiꝛ in ntõ poniꝛ, & is a quo vęndiꝛ in ablatiuo cũ ppoſitiõe & p̃tiũ in ablõ ſine prępoſitiõe Cui autẽ vęndiꝛ in dtõ, vt centũ aureis nummis a mangone væniere mancipia mihi. Sed nunq̃ vænditor & p̃tiũ rei nõ explicãtur. Plaut. in Menæ. Quibꝰ hic prætiis porci væneũt Vat. Væneũt ꝓpter pœnuriã magno Cic. pro Sex. Quæro primũ quare ciuis optimi bonũ vænierit? Lact. li. vj. Vxor ac liberi vęniẽt, ipſe iterficere. Vęnalis & hoc le. qd̃ vẽdẽdũ ẽ vl̃ vẽditiõi expoſitũ. Cice. li. iij. offi. Vænales hortos ſe non habere dicit. Aliqñ

ponit̃ ꝓ ſordido auaro, q pecunię gr̃a ſeipſū venderet. Sal. O vrbē venalē & cito perituram. Venales etiā ſi nihil addas. Serui nouitij intelligũt, qui ad vendēdū ſunt expoſiti. Seruorū enī alij nouitij ſunt, alij veteratores. Vlpian. Aediles pręcipiũt neveterator pro nouitio veneat

¶ Venalitiꝰ, vēditor, & ī oratiōe Corneliana. Neq; me diuitiæ mouēt, quibꝰ oēs Aphricanos & Lęlios multi venalitij mercatores ſuperarũt. Aliqñ vænalitius, capitur pro vendito corpore. Plin. lib. xxxv. Alioſq; deinceps, quos enumerare iam nō eſt, e ſanguine quiritiū & ꝓſcriptionis licētia ditatos hoc īſigne venalitatis gregibꝰ opꝓbriūq; īſolētis fortunę. i. vænditis ſeruis. Et ſic adiectiuū eſt. Sic Pōponi. Iuriſcōſul. lib. dig. xxiiij. Q̃d ſi familiā domeſticam vxoris, aut vænalitiam parauit.

¶ Venalitium corpus ipſum, vel venditio, vel locꝰ vbi nouitij vendũt. Paulus. de ædilitio edicto. Nam quicūq; ex vænalitio nouitiorum emptus alicui miniſterio p̄poſitus ſit ſtatim eum e veteratorum numero eſſe.

¶ Venalitiarius apud Var. & Plini. dicit̃ mago & nouitiorum ſeruorum negociator.

¶ Vafer, ra, rū ꝓ callido & aſtuto accipit̃, q̃ſi valde afer. Mira enī ſemper fuit eius gētis calliditas. Cice Nō ſunt in diſputatione vafri, non veteratores, nō malitioſi. Et lib. j. de natura deoꝝ. Cryſippꝰ, q Stoicoꝝ ſomniorum vaferrimus habetur interpres. Hinc vafre aduerbium.

✠ Vageni, populi inter alpinas gentes Plin. lib. iij. Inter alpinas gentes finitimi centrones & corteanæ ciuitates & caturigibus orti Vageni ligures. Syl. Tū pernix ligur Et ſparſi per ſaxa vageni.

✠ Vagecia, hebraice, leuiticꝰ græce, miniſterialis latine

✠ Vagedaber, hebraice arithmus græce, numerus latine liber numeri.

¶ Vagio is. iui. itū. vñ vagitus pe. ꝓd. quod ꝓprium eſt vocis infantiū dū plorāt. Et vagor pro eodem ploratu. Lucre. lib. ij. Et ſuperātur item miſcetur funere vagor.

¶ Vagus, qui ſine negocio, modo huc, modo illuc inutiliter diſcurrit, dictus ꝙ vacuus. i. ſine negocio agatur.

¶ Vagor aris. īutiliter peragro, ſiue paſſim eo. & differt ab erro, quia vagari eſt per diuerſa, errare ꝑ aliena. Cic. lib. j. de ora. Ne vagari & errare cogatur oratio. Inuenit̃ etiam vago vagas. Plaut. in Mili. Te alloquor vitij probriq; plenus qui circum vicinos vagas. A vagor fit compoſitum Euagor pro extrauagor.

¶ Vagabundus, abunde vagans.

¶ Vagagina pe. ꝓ. alicuiꝰ rei theca. Cuiꝰ diminu. eſt vaginula Plin. lib. xviij. Et far in vaginulis ſeruāt ad ſatꝰ. Hinc euaginare, q̃d eſt enſem nudare Hiero. in Ezeh. Gladium euaginabo poſt eos.

¶ Vah, īteriectio eſt īſultātis. Hie. ad Dama. Sicuti nos in lingua latina habemus īteriectiones quaſda, vt inſultādo dicamꝰ vah, & ī admirādo papę, & in dolēdo hei. Et quando ſilētiū volumus imperare ſtrictis dentibꝰ ſpiritum coartamꝰ & cogimus tantū ſibilum in ſonando ſ. z ita & hæbrei inter reliquas proprietates linguę ſuæ hñt interiectionē. vt qñ volunt dñm deprecari ponant verbum petētis affectu & dicant anna domine. quod ſeptuaginta dixerunt. o domine Plau. Vah homo imprudens. Et in Euang. Vah qui deſtruis templum dei.

¶ Valeo es. valui. itum. i. ſanus ſiue potēs ſum. Sēp enī in bonā partem ſumitur, niſi aliud addatur. vt male valeo. i. æger ſum. Hier. ī Geñ. Sanuſne eſt īquit? Valet iniquum. Et ablatiuū exigit ſi ipſum dari expoſcitur. Cic. lib. j. offic. Alios videmus velociter ad curſum, alios viribus ad luctandum valere. Iuue. Quę mœchum ſequitur ſtomacho valet. Similiter cum ad pretium pertinet, ſi pretium exprimatur in ablatiuo ponit̃. Plin. libr. xxx. Aureus nummus poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt quam argenteus, ita vt ſcrupulus valeret ſeſtertijs vicenis. Hiero. in Geñ. Tertia quā poſtulas quadringentis ſiclis valet. Var. Tamen accuſatiuum dedit dicēs, Denarij ꝙ denos æria valebāt, quinarij ꝙ quos.

¶ Vale, vox ſalutātis eſt. Qua verbo & qui recedit vtit̃ dicēs vale. Et q remanet reſpōdēs, tū quoq; vale. Sic ſalue & aue ſalutationes ſunt venientis. quibus vocibꝰ ſimiliter vtũt & qui ſalutāt & qui ſalutati reſalutāt. Reperit̃, tamē aliqñ ſalue in diſceſſu in calce epiſtolarū. Ci. Vale mi Tyro, vale & ſalue. Qm̃ vero abeuntes per hęc verba ſalutare ſolemus vale & ſalue, inualuit cōſuetudo vt hęc ſumātur pro diſcedo, etiā ſi cū ſtomacho & indignatiōe loquamur. ter. Valeāt q īter nos diſſidiū q̃rũt quod perinde ac ſi diceremus. Diſcedāt a nobis, ſiue eos cum ſuo odio & maledicentia relinquamus. Cice. Si deus talis eſt vt nulla gratia, nulla hominū charitate teneatur, valeat. Var. Vale & ſalue cū ad mortuos referũt non id dictū ē, ꝙ aut valere, aut ſalui eſſe poſſint, ſed ꝙ ab his recedimus eos nunq̄ viſuri. Verg. Salue eternū mihi maxime Palla ęternūq; vale, Huius verbi cōpoſita ſunt cōualeo, quod eſt ſalutē recupero, a quo cōualeſco. vt eſt illud Cōualuerũt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Hier. Legimus quoſdā morbo articulari & podagrę humoribus laborātes, proſcriptiōe bonorū ad ſimplicē mēſam & pauperes cibos redactos cōualuiſſe. Eualeo, inualeo, Aequiualeo in eodē pretio ſum vel ęque potēs ſum pręualeo, Reualeo a quibus fiunt. Eualeſco, Inualeſco, pręualeſco, Reualeſco. Eſt & valefacio pro diſcedo.

¶ Valitudo ſeu magis valetudo, & bona & mala dicitur Cic. Ser. ſulp. Scripſit ad me te moleſte ferre, ꝙ me propter valetudinē tuā cū ad vrbē acceſſiſſem nō vidiſſes, Bona, vt apud eūdē. Sed nunc valitudini tribuamus aliquid. Diſtinguit̃ autē epitheto, vt bona valitudo vl̃ mala. vel locis. Hora. lib. j. Epiſt. Quid voueat dulci nutricula maiꝰ alūno Q̃d ſapere & fari poſſit q̄ ſentiat, & cui gratia fama valitudo cōtingat abunde. Dicta eſt autē valitudo per ſincopen a validus quaſi volitudo, ſicut ab habitus habitudo.

¶ Valitudinarius, qui male ſanꝰ ē, & qui frequēter egrotat. Sene in quæſtionibus naturalibus. Non video quare ſibi placeat qui robuſtior ſit valitudinario.

¶ Valitudinariū, loqꝰ quo valitudinarij & īfirmi curāt̃ vt valitudinē malā bona permutent, qualia ſunt in cœnobijs ſacratorū. Sene. ad Lucil. Tanquā in eodē valitudinario iaceā de comuni malo tecū colloquor, remedia conuinco. Et Columella præcipit valitudinaria languētibus ſalubria eſſe conſtituenda.

¶ Valentia, potētia, firmitas, cuiꝰ cōtrariū eſt inualentia. Gel. Nō morbꝰ in lege febriculoſꝰ neq; omniū grauis ſed vicium aliquod imbecillitatis. atq; inualentiæ.

¶ Validus a, um. pen. cor. quod eſt firmum potenſq;. A quo pręualidus valde potens, vt aput Catonem. Cū tibi pręualidę fuerint in corpore vires.

¶ Valde aduerbiū ſignifi. multū. Eſt enī ſyncopatū a valide. Iō ꝓducit e. Et valdꝰ ꝓ validꝰ, ſicut caldꝰ ꝓ calidꝰ

¶ Valor pretium a valeo es. Plinius. Victoriati valore redimi poteſt.

¶ Valerius. nomē Romani ciuis, qui, primum de veientibus, iterū de ſabinis, tertio de vtriſq; triūphauit. Hic cū domū in velia tutiſſimo loco haberet in ſuſpitionē regni venit quo cognito apd̃ populū cōq̃ſtꝰ ē, ꝙ tale aliqd de ſe timuiſſēt, & miſit q domū ſuā diruerēt, ſecures faſcibus dēpſit, eoſq; ī populi cautiōe ſubmiſit, legē de ꝓuocatione ad populū tulit. Hic publicola cū diē obijſſet publice ſepultꝰ, & annuo matronarū luctu honoratus eſt.

✣ Fuerũt & valeriꝰ maxi. hiſtoricꝰ & valeriꝰ Mart. epigrāmatiſta, & valeriꝰ flaccus qui ſcripſit argonautica.

¶ Valeria, nomē propriū Meſſalarū ſororis. quæ amiſſo ſeruio viro cū rogaretur cur alteri non nuberet, ait ſibi ſēper per maritū Seruium non viuere.

✣ Valeſſus pro valerius dixerũt antiqui, & poſtea vſus inualuit vt in familiæ cognomen tranſierit. quo cognomine regia Francorum cælſitudo nunc inſignitur.

¶ Valgij vide in dictioue Vari.

¶ Valles is, & vallis is, planities, ij. lateribꝰ īcluſa dicta



ꝙ hic, atq; hic vallata ſit. Verg. lib. xj. Eſt curuo āfractu valles accōmoda fraudi. Ser. ait valles plenū eē ſed metri neceſſitate cōpellimur vt vallis dicamꝰ. Statiꝰ Vallis in amplexu nemorū ſedet. Q̃d vero valles dicendum ſit diminutiuū indicat. Nā vallecula, facit vt vulpes vulpecula. Sed & vallicula legit̃. Hinc cōuallis, quæ eſt planities ex omni parte comprehenſa montibus vel collibꝰ.

¶ Vallicula, diminutiuum a vallis. Nam vallecula a valles fit. Hiero. in Leui. Et cum viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſeu robore deformes.

¶ Valleſtria, a vallibus, ſicut campeſtria a cāpis. Ambr. lib. Hexa. Per omnem fere orbem terrarum, cōcaua mōtium planitiemq; camporum.

¶ Vallonia. putabatur dea quæ vallibus præerat.

¶ Vallus firmior palus, quo vitis alligat̃, & caſtra muniuntur. Verg. Exacuunt alij vallos furcaſq; bicornes. Vallum ipſa munitio. Ex vallis enim. i. palis fit vallū. Inuenitur etiam vallus pro caſtrorum munimēto. Tibul. Nō arces non vallus erat. Et vallus diminu. eſt vannus.

¶ Vallū, vulgo pallifica, munitio caſtrorum, ꝙ ex vallis fiat. a quo interuallum ſpatium quod inter pallos eſt vallum caſtrenſe conſtituentes, quamuis etiam ad omne ſpatium interuallum dici poſſit.

✣ Valeſcit, veteres pro perierit vſurparunt ꝙ qui vallo obijciuntur pro perditis habentur. Cc.

¶ Vallaris & hoc vallare pe. produ. quod ad vallum pertinet vt vallaris corona, qua donari ſolebat qui primus vallum hoſtium fuiſſet ingreſſus.

¶ Vallo as. munio firmo & q̄ſi vallū facio. Lact. lib. vij. Qui libratā magnitudine ſua terram vallauit montibus. Hinc cōponitur circūuallo. Idē lib. ij. Ipſumq; paradiſum igne circumualauit ne homo poſſet accedere

¶ Valuuli, folliculi fabę & alioꝝ leguminū. Col. lib. viij. De ouibꝰ dictis. Singula capita ꝑ hyemē recte paſcūtur ad pręſepia tribꝰ hordei vel freſæ cū ſuis valuulis fabę.

¶ Valuę, oſtia quæ in ſe replicantur.

¶ Vannus, per duplex nn. generis fœmi. Vas vimineū latū hoc eſt cribrum cereale. in quo propter capacitatem ruſtici cogere primitias frugū ſolent, & frumenta purgare. hæc & vallus dicitur, in quo connextę ſunt virgæ, & eſt formę oblongę. dicta quia in eo inſtrumēto virgę ſūt vt pali in vallo. vel vt Var. inquit a volatu, ꝙ inde dum iactantur leuia volent. Verg. Et myſtica vannus Iacchi. Col. lib. ij. Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur vannis expurgantur.

¶ Vāno as. i. vētilo, vt fit vānis cū frumēta purgantur. Var. de re ruſt. Vt quod leuiſſimū eſt in ea, atq; appellat̃ acus ac palea, vannatur foras extra aream. Hinc euanno extrauanno. Noni. Euannetur dictum eſt ventiletur vel moueatur a vanno in qua legumina ventilantur.

¶ Vanꝰ ꝑ ſimplex n. adiectiuū, & accipitur mō pro vacuo. Ver. Sed illos Expectata ſeges vanis eluſit auenis. Mō ꝓ ſtulto, quaſi mente vacuo, & q in rebꝰ inanibꝰ ſtudiū collocat. Iuue. Sic libitū vano qui nos diſtinxit othoni. Modo pro mentiente & infido & leuia inaniaq; pro grauibus & veris aſtutiſſime componente. Verg. Ni fruſtra augurum vani docuere parentes. Nam mendax. ꝓprie dicitur, qui ad decipiendum mentitur. vnde idem vtrumq; complexus eſt. Nec ſi me miſerum fortuna Sinonem Finxit vanū etiam mendacemq; ī ꝓba finget.

¶ Vanitas, mēdaciū, fallacitas, & leuitas. Cic. lib. iij. of. Quā ſi vituperādi q reticuerũt, quid de ijs exiſtimādum eſt qui orationis vanitatem adhibuerunt? Sal. Huic homini nō minor vanitas inerat q audacia. Idē ſignificat valitudo. Plau. Vt rem video tu inuentus a valitudine.

¶ Vano vanas. fallo. Actius. Sic illū vanans in angiportum deduxit.

¶ Vaniloquentia. Apul. Nihil hominis vaniloquentia commotus.

¶ Vaneſco is. a vaneo es. eē cōuenit, & ſignificat vanꝰ ſio, in nihilū redigor, fruſtra glorior. Aug. li. iiij. de ciui. dei. Nō vaneſcamus inani ventoſitate iactātię. Hic euaneſco. Vergi. Et procul in tenuē ex oculis euanuit auram. Vbi euanuit eſt pręteritū ab euaneſco, quod Sipontinus negat habere. Lact. li. v. Euanituras breui religiones falſas.

¶ Vādalia regio europę ſeptētrionalis, a Vādalo fluuio q regionē īterfluit, a qua ppl̃i vādali īmanes ferociſſimi.

¶ Vappa, per duplex pp, genus vini, quod ſpōte deferbuit & odorē ſaporēq; amiſit, vt illud quod inexhauſto vaſe reliquū fuit & vaporauit vernacula lingna dicimus Suanito. Hora. Qui veiētanū feſtis portare diebꝰ Cāpana ſolitꝰ trulla vappāq; profeſtis. Iñ ponit̃ ꝓ hoīe ignauo, vili. ac nugatore & in quo nihil prudētię. Idē. ī Ser. Nō ego auarū. Cū veto te fieri vappā iubeo aut nebulonē. pli. vitiūq; muſto qbuſdā in locis ſpōte feruere q̄ calamitate cū deferbuit deperit ſapor, vappeq; accipe nomē

✣ Vappo, animal eſt volās, quod vulgo animā vocant. Lectū eſt apd̃ Lucretiū hos vappones. ꝓbꝰ ī catholicis

✣ Vapor & vapos dr̃. Lucr. v. Peruolitās ꝑmanat odos friguſq; vapuſq;, & eſt exalatio calida. Vnde vaporariū pro trepidario capimus. Cc.

¶ Vaporo, as, pe. pro. voporē emitto. Amb. lib. Hexa. Etiā aqua exūdauit in terris, ne eas ſurgētis ſolis & ſtellarū micātiū ardor exureret, & tenera reꝝ exordia īſolitꝰ vapor lęderet. Quāti fōtes, fluuij. lacꝰ, irrigat terras, qa eas interitus quidā ignis vaporat̃. Lāp. Indicos odores heliogabalus ad vaporādas zetas ſine carbonibus iubebat incendi. ✠ Vapulo, as, pe. cor. verberor.

✠ Vapularis qui vapulat, vt apud plau. in Perſa.

✠ Variegatus, varij picturis diſtinctus exornatuſq; variegare enim variare, & varietate diſtinguere.

¶ Vari dñr qui introrſum pedes vel crura obtorta gerũt Hora, li. j. Sermo. hūc varū diſtortis cruribꝰ, vñ varū frequēter ꝓ obtorto accipit̃. Per. Et non fallit pede regula varo. Hic obuaro as, q̃d eſt deprauo peruertoq; vaciæ, quibus in exteriorē partē deflectūtur. varro lib. ij. de reru. de canibus ſcribit. Cruribus rectis, ac potius varis, q̄ vacijs. Hinc vaciæ, & vaciennorū cognomina fluxerũt. ꝙ pedibus eſſent vitioſis. Sene. in quadā Epiſtola. Seruilius vacia latere ſciebat nō viuere. Hier. ī Euſebij chronicis. Vaciēnus nobilis narbonēſis orator habet̃ de quo mart. Docti pria narbo vacienni. valgi autē ſunt q diuerſas ſuras hñt, hoc eſt in diuerſum actas, cuiuſmodi lacertarum pedes ſūt quorum videlicet ꝑs intra cōdit̃, ꝑs extra procedit. Plau. in Mili. Maiorē partē videas valgis ſuauis. De qua ſimilitudine īſtrumētū quoddā ruſticum ad areas cōplanādas valgiū. pli. appellat fortaſſe li. xvij. Serit̃, īquit, mēſe aprili area æquata cilyndris aut valgio alias dēſū. Alioqui & ſermo agreſtis valgiare vſurpat hodie, ꝓ eo ꝙ eſt pauire coęquareq; oīno id fere videt̃ eſſe ꝙ cato ait. Cōminuto terrā & cilyndro ac paulula coęquato. In cāpania certe haberi genꝰ id teſtat̃ tali ſpecie, quaſi ſurę duę ī diuerſum colocatę, quo vt cilyndro ſupplanātur areę. varꝰ ēt nomē fluuij qui narbonēſem ꝓuīciā ab Italia diſterminata flexibus tortuoſis ſic appellatꝰ. Eſt & nomē poetę, ſed & vari, ſeu varioli, ſunt puſtulę cū febre naſcentes pueros maxime infeſtātes. Pli. lib. xxiij. Cōtra ſerpētiū ictꝰ trita drachmis duabꝰ bibit̃, vitia cutis ī facie varoſq; & lētigines & ſugillata emēdāt, & cicatrices.

¶ Valguſtus, fuſtis vncus.

¶ Varices pe. cor. maſ. vl̃ fœ. Et varicę, & ꝑ diminutionē variculę, ſūt venę plꝰ ęquo ītumeſcētes, in tēporibꝰ in vētre ī teſtibꝰ, & inguine, potiſſimū in cruribus, quas Gellius ſcribit ac Pli. li. xj. In cruribꝰ viro tm̄, mulieri raro pręnimio labore naſci. Hora. varice ſucciſo. Inde varicoſꝰ q huiuſmodi venas habet. Gręci varices ixias vocant Auicenna author eſt varices accidere curſoribꝰ & onera baiulātibꝰ & diu ſtātibꝰ. Iñ eſt illd̃ Iu. varicoſꝰ fiet aruſpex. Ex grādi. ſ. cōſiſtiōne & q̄ſi q̄dā ſtabulatiōe ac lōgo ſtatu. Varicū legimꝰ ꝓ eo q ampliore paſſu gradit̃

Ouid.libr.iij.de arte. Illa velut coniunx vmbri rubricunda mariti. Ambulat ingentes varica fertq́ gradus.

☿Varicꝰ, aduerbiũ, ſignifi. cruribus diuaricatis diuiſiſq́ quod fieri ſolet a fœmina micturiente. Apul.lib.j. Varicus ſuper faciẽ meam reſidentes veſicam exonerant.

¶Varico, as. penulti. correp. & varicor. deponẽs. a varo, & ſignificat deflecto, tranſgredior, quaſi varices tranſcendo, vide in dictione Diuaricor.

¶Varius, varia varium. multiforme, ꝙ vari inęquales ac diuerſi ſunt.

☿Varro nomẽ auctoris Romani. Hic vt Quĩti.lib.x.ait Romanorũ vir eruditiſſimus, plurimos & doctiſſimos cõpoſuit libros, peritiſſimus, linguæ latinæ & oĩs antiquitatis, & rerum græcarun noſtrarumque, plus tamen ſcientiæ collaturus quam eloquentię. Hunc diuꝰ Auguſti. literatorum doctiſſimum appelat.

¶Variæ, dictæ ſunt pãtherę a macularum varietate quibus ſunt ſpectabiles. Plin.lib.viij. Nunc varias & pardos, qui mares ſunt appellant in eo omni genere creberrimo in aphrica ſyriaq́. Quidam ab his pantheras, ſolo candore diſcernunt.

¶Vario as. diuerſum facio. Lactan.lib.vj. Aliud eſt igitur ciuile ius quod pro moribus vbique variatur.

¶Varietas, variantia & variatio idẽ ſignifi. Luc.lib.iij. Principis vnde hæc oritur variantia rerum.

✣Varolꝰ edax dr̃. Et ẽ piſcis ꝗ & lupꝰ, egręcis λαβραξ. nam λα grecis intenſiua particula eſt βορὸς edax. Cc.

¶Vas vadis gñis maſ. ꝓ vadimonio, de quo ſupra vas vaſis neutri plurali ſecũdę decli. ꝓ ĩſtrumẽto ad aliquid capiẽdũ idoneo. Cuiꝰ diminuti. eſt vaſculũ & vaſillum.

¶Vaſcularius, qui vaſa conficit.

✣Vaſum etiam inſecundo flexu dixerunt antiqui vt author eſt Gellius. Cc.

¶Vaſcones populi vlterioris Hiſpaniæ quę in gallicũ & britãnicum vergit oceanum in cantabrica poſiti. Hi a Metello Romanorum duce obſeſſi in tantam famem compulſi ſunt, vt humana carne veſcerentur.

¶Vaſterna, vehiculũ ſeu portatura duorum equorum.

¶Vaſtꝰ a, ũ. magnus. Verg. Vaſtũq́ caua trahe currimꝰ ęquor. Aliqñ ponit̃ pro feroci, deſerto. Hiero. Quoties in illa vaſta ſolitudine. Actiꝰ. Hanc vrbẽ ferro vaſtam faciet. Hin vaſtitas, vaſtitudo, & vaſtities. Colu.lib.iiij. Pari tñ in hac terra vaſtitate belluas ꝓgenerari quis neget. i. magnitudĩe. Et lib.vj. Sed cum ſim ꝓfeſſꝰ ruſticę rei ꝑcepta ni fallor nõ aſſeruauerã ꝗ vaſtitas eius ſcientię cõtineret. Apul. Cui in primis tanti corporis vaſtities horrori fuit. Aliquando etiam vaſtationem ſignificat. Acti. Propterea tot tantaſq́ habemus vaſtitates funerum.

¶Vaſto as, deſtruo. Lactã.lib.j. Exercitꝰ ducere aliena vaſtare, delere vrbes, oppida excidere. Huiꝰ ꝯpoſita ſũt Deuaſto, & Peruaſto, quæ ſignificant depredor, ſpolio, ꝓfligo, & quaſi vacuum reddo. Liui. Cortonam vrbem Traſymenumq́ lacum omni calde peruaſta.

¶Vaſteſco, deſtruor, relinquor, ſeu horridꝰ fio. Noniꝰ. Vaſteſcant, inhorreſcant vel deſerantur. Actius. Iuſſit proficiſci in exilium quouis gẽtium, ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri.

¶Vates, a fãdo dicti ſunt, quaſi fates, diuinatores, ſacerdotes & prophetæ. Et vates poetæ a viendis verſibus, viere enim vincire eſt.

¶Vaticinor, penulti.cor. ſignificat diuino, quaſi faticinor. vaticinium ipſa diuinatio.

✣Vatidicum, propheticum & quaſi fatidicum. Cc.

¶Vaticanus a, ũ. pe.pro. a vates fit, vt vaticanus ager. Vaticanus collis nõ procul a Tyberi ſupra molã Adriani, cõterminꝰ ianiculo in quo Petri baſilica eſt, ſic dictꝰ ꝙ populꝰ Roma. eo potitꝰ ſit vatũ reſpõſo, expulſis Hetruſcis, vt inquit Feſtꝰ vel ſecũdũ Gellium a vaticinijs, quæ ibi dari ſolebant, vi atq́ iſtinctu dei vaticani. Var. ſcribit vaticanum deum in eo monte fuiſſe, qui infantibꝰ primã vocẽ daret, quę eſt va, quę prima in vaticano ſyllaba eſt. Aug. tñ vagitãſum dixit deũ, tanquã infãtium vagitibus præſidẽtem. Vnde vagire dicuntur. Prima huius nominis corripitur, ꝙ in verſu heroico aliter ſtare non poſſit cũ ſequens ſit breuis & penul. longa.

¶Vatrax & vatricoſus dr̃ qui crura vitioſa habet.

## V ANTE B & D

VBi, aduerbiũ loci ſignificat in quo loco, & mõ interrogatiuũ eſt. Plau. Vbi id audiſti ? mõ relatiuũ. Verg. Vbi Aeacide telo iacet Hector. Mõ ĩfinitũ vt ſcio vbi ꝑpetraſti ſcœlꝰ. Ponit̃ qñq́ ꝓ aduerbio tp̃is poſtquã. Verg. Hęc vbi dicta dedit. Qñq́ ꝓ qñ. Terẽ in An. Vbi voles accerſe. Verg.li.vj. Eſt iter in ſyluis vbi cælũ cõdidit vmbrã Iuppiter. Ab vbi, fiũt ꝯpoſita alicubi, necubi, ſicubi, ſi in aliquo loco vbiuis, vbilibet ĩ quolibet loco, vbicũq́ ĩ quocũq́ loco, vbinã ĩ quonã loco & interrogatiuũ eſt. ¶Vbiubi, ſignifi. vbicũq́, quẽadmodũ vtut ꝓ vtcũq́. Ter. ĩ heau. Vbiubi ẽ diu celari nõ põt

☿Vbiq́ itineris ſignificat in omni itinere. Apul.li.j. Nihil rerũ iſtarũ quę itineris vbiq́ nos comitãt̃ indigemꝰ.

☿Vbi imaginũ id eſt in omnibus imaginibus.

☿Vbiq́ locorum in omnibus locis. Vbiq́ gẽtium in omnibus gentibus.

¶Vdum, quaſi ſudũ a ſudãdo dr̃ humidũ. Vergi.li.iij. Geor. Nigra ſubeſt vdo tm̃ cui lingua palato. Hic vuidꝰ a, um, qđ quidã ita ab humido diſtingũt, vt vuidũ ſit qđ intrĩſecus habet honorẽ. Vñ vuã appellatã volũt. Ver. Vuidus hyberna venit de glãde Menalcas Humidũ vero extrĩſecus honorem habet. Sunt qui hudum, cum h ſcribi velint ac per ſyncopen ab humidum fieri.

## V ANTE E

VE, coniunctio diſiunctiua, vide in dictione veh.

¶Vecors queſi ſine corde, qui eſt turbati & mali cordis. Hic vecordia. Sal. Igr̃ color exãguis, fœdi oculi, citus, mõ, mõ tardus inceſſus, prorſus infacie vultuq́ vecordia.

¶Vectis ge.maſ. inſtrumẽtũ quo clauditur oſtiũ, ꝙ manibus ꝑcutiẽdo vehatur. Verg. Cẽtũ ęrei claudũt vectes ęternaq́ ferri Robora nec cuſtos abſiſtit limine Ianus. Vectẽ Cyniras Agriopę filius inuenit. Et vectis palus e ferro vel ligno grandior ruſticis & fabris cæmẽtarijs ad multa neceſſarius. Plin. Cato vectes aquifolios laureos vlmeos fieri iubet. Itẽ vectis dr̃ lignũ quo aliquid vehit̃ & portatur. Sic vectes, erant ſudes in circulis poſitę ad portãdã arcam vt eſt apud Exodũ. Facies quoq́ vectes de ſignis ſethim. Rurſus vectes ſunt inſtrumenta ad aliquid ſubuertendum euertendũq́. Hora.lib.ij. Car. Hic hic ponite lucida funalia, & vectes & arcus oppoſitis floribus minaces. Eſt & vectis inſula in oceano ſeptentrionali verſus Tylen.

¶Vectigal pe.cor. vſu nõ rõne dr̃, ſicut ceruical, capital, tribunal, aĩal. Noĩatiuꝰ eñ pl'is, a ſingulari plꝰ vna ſyllaba creſcere non debet. Ego vectigale ſcđm artẽ. In gtõ plurali vectigaliũ. Cice. dixit Meſſala vectigaliũ. Et eſt vectigal qđ ex vectura pẽdit̃, vnde a vehendo dicit̃ cũ ex fundis fruges in vrbem vehũtur. Sed eiꝰ ſignificatio latiꝰ patet. capit̃ nãq́ ex publico & ex priuato. vñ publica vectigalia, intelligere debemꝰ ex qbꝰ vectigal accipit fiſcus. priuata. quę qſq́ ſumit ex redditibꝰ & fructibus. Cice. in Parado. Ex meo tenui vectigali capio ego ducẽta. Paul. Cęſe arundinis vel pali cõpẽdiũ ſi in eodẽ fundo vectigal eſſe conſueuit ad fructuariũ ꝑtinet. Cic. li.ij.of. vt bõa valitudo voluptati añponat̃, vires celeritati externoꝝ aũt vt gloria diuitijs vectigalia vrbana ruſticis ędicis ędibꝰ & mercibꝰ. i. ꝓuẽtꝰ, reditꝰ ĩtroitꝰ. Dr̃ ẽt hic & hęc vectigalis & hoc vectigale, ꝓ tributario. Sic ꝓuicię. agri hoĩes ꝗ tributa ꝑſoluũt, vectigales dñr. Ci. lib.iij.offi. Quas ciuitates. L. Sylla pecunia acccepta ex ſenatuſconſulto liberaſſet vt hę rurſus vectigales eſſent Sue. in Cęſa. Agrũ cãpanũ ad ſubſidia reip. vectigalẽ relictũ diuiſit extra ſortẽ. Cice. in Catil. Et ſyluas lucoſq́ publicos Romani vectigales habuere. Liuius. Vtrum Annibal hic ſit æmulꝰ itinerũ. Herculis vt ipſe fert an



vectigalis ſtipediariuſq́ & ſeruꝰ ppl'i Ro. a pr̃e relictus.

¶Vecto as. frequen. eſt a veho is, a quo vectatio, quod nomen ſemper paſſionem ſignificat contra aliorum verbalium naturam. Hinc vectito as. frequen. a vecto.

¶Vectabulum, vehiculum.

¶Vector, qui aliena naui, vel equo, vel plauſtro vehit̃ ꝑtio. Quint. In nauim filij mei male permutatus vector imponor. Aliquando dicitur is qui vehit. Cic. Etiã ſummi gubernatores in magnis tempeſtatibus a minoribus vectoribus admoneri ſolent.

¶Vectorius a. um. quod vehit vel aptum eſt ad vehendum. Varro. Neq́ idẽ qui vectorios facere vult. ſ. equos ad ephippium aut ad prædam, quam vt ad rem militarẽ ꝙ ibi habere ad caſtra volunt acres.

¶Vectura, non modo actum ipſum, hoc eſt vectionem denotat, ſed etiam mercedem, quæ pro vectura ſoluitur vt puta pro naui ſiue equo meritorio.

¶Vecticularia, vita dicitur eorũ qui vectibus parietes perfodiunt alienos furandi gratia. Cato vecticulariã viuere, & repente largiter habere, repente nihil.

✣Vediouis ſiue veiouis & meliꝰ a veteribꝰ dicebat̃ deꝰ cui dẽpta atq́ detracta eſſet iuuãdi facultas. Nã quoſdã deos vt prodeſſent celebrabãt, quoſdã ne nocerent placabant. De qbꝰ abũde. Gel.li.iiij.cap.xij. Vbi venit corrigendus locus in fine capitis. Sic enim legitur in omnibus quos vidimus codicibus. Arungus quoq́ habetur & rubigus. vbi Auerũcus legendum foret. Cc.

☿Vegetꝰ nomẽ auctoris ꝗ de re militari librũ cõpoſuit.

¶Vegeo es. gui. in ſanitate ſum. Nonius veget pro vegetat, vegerit, vel vegetum eſt. Pom. Animos venus vegeret voluptatibus.

¶Vegetꝰ a, ũ, pe. cor. qđ ſanũ & ĩcolume eſt. & ad corpus proprie ꝑtinet. vigens ad animũ. Gel.lib.ij. Quid igit̃ ĩqt dicimꝰ ꝙ multos videmꝰ eſſe pecunię cupidos & eoſdẽ cũ corpe eſſe vegeto ac valenti. Suet. de Cęſa. Nigris, vegetiſq́ ocl'is. valitudĩe ꝓſpera. Scribit Apul. Lunę lumine cũcta animãtia vegetari. i. ali, & vigorata fieri. Sene. quoq́ li.iiij. Quęſtionũ refert. terrę ineſſe ſpiritũ illũ vitaliter vegetũ & alẽtẽ oĩa. Hunc eñ ĩquit niſi haberet quõ tot arbuſtis ſpiritũ infunderet non aliunde viuentibꝰ? quõ tot radices aleret? Hic vegetatiuam animã philoſophi recentiores appellãt animam ſeminalẽ, quę a Plinio dicit̃ alens cuiꝰ motu ĩteriore plãtę vigeſcunt, creſcũt, frõdeſcũt, germinãt, breuiterq́ viuunt. Cicero tñ li.j. Tuſc. ad animã retulit. Horum inquit animꝰ eſt aliquid ne tã vegeta mẽs aut in corde cerebroue aut ẽpedocleo ſanguĩe demerſa iaceat. Et Auſo. vegetũ cor appellauit, & quia mobile eſt, & ꝗa vigoris domicilium.

¶Vegeto as. pe. cor. recreo, fortifico, & vegetũ facio, cõſeruo, ſeu lõgo tẽpore in ſanitate eẽ facio. Hiero. ĩ Geñ. Recordabor fœderis mei vobiſcũ & cum omni aĩa viuẽte quæ carnem vegetet. Gel. Memoriæ vegetãdæ gratia quod dicimus bonæ memoriæ faciendæ gratia.

¶Vegrãdis paruꝰ & male grãdis. Auſ.lib.ij. Epi. Hic ſæpe falſꝰ meſſibꝰ vegrãdibꝰ. Var.lib.ij. de reru. Quod quę poſtea concipiunt fiunt vegrandes atq́ imbecilę.

✣Vehã nõ viã veteres dicebãt, ꝙ per eã vehebãt. Cc.

¶Veho is, xi. ctũ. cõduco proprięq́ de naui, equo, ceteriſq́ quadrupedibus & de paluſtris dicitur. Cuius cõpoſita ſunt. Aueho alio veho Vergili. Creditis auectos hoſtes. Aduehо aliquo veho. Conueho, Circunueho. Deueho deorſum veho. Eueho extollo, Inueho ĩtro veho, Pręueho anteueho. Proueho produco. Reueho reduco, intro veho. Liui.li.j. Prędaq́ inde maiore quam quanta belli fama fuerat reuecta ludos opulentius inſtructiuſq́ quam priores reges fecit Subueho ſubtus veho. cęſar cõmen.j. Eo aũt frumento qđ flumine arare nauibus ſubuexerat propterea vti minꝰ poterant, ꝙ iter ab arare Heluetij auerterant, a quibus diſcedere nolebat. Seueho ſeorſum veho. Propert. Cur tua præſcripto ſeuecta eſt pagina gyro. Pręterueho vide in dictione Velabrum.

¶Vehia, vehie plauſtrũ, Vnde veiatura ꝓ vectura apud veteres vſurpatur.

✣Vehiare veteres dixerũt vehere qđ tractũ eſt ex oſcorum lingua apud quos vehia plauſtrũ dicitur. Cc.

¶Vehes plauſtrũ. Pli.li.xxxvj. ãplitudinẽ canis eã feciſſe ꝓdit̃ vt vehẽ fœni large onuſtã tranſmittere. Colu. li.ij. Iugerũ autẽ deſiderat quod ſpiſſius ſtercorat̃ vehes quatuor & viginti, quod rarius duodeuiginti. Eſt & menſuræ nomẽ in fœno ſtercore aliaue materia, idem li.xij. Materies ſi roborea eſt ab vno fabro dolari ad vnguem debet ꝑ quadratos pedes xx. hoc eſt inquit vehis vna.

¶Vehiculũ ĩ quod aliquid, vehitur, quod cum quatuor rotis Phriges tradunt inueniſſe.

¶Vehicularíꝰ ꝗ vehiculũ ducit vehiculare ꝙ vero ad vehiculũ pertinet. vt equꝰ vehicularis, & rotę vehiculares

¶Vehemẽs ex ve & mẽs cõponi arbitror, tametſi qdã dici velint ꝙ vehat̃ eminẽtiꝰ, vel duod vehatur mente A mẽtis enim vi atq́ impetu. ſicut docet Gel. dicit̃. Nã ve in hoc loco intẽtiua eſt. Dicitur autẽ vehemẽs graue magnũ, vrgens, acre a quo vehemẽtia grauitas acritudo

✣Veiouis vide vediouis.

¶Veios, dicimus vrbẽ in Hetruria, quã Camillus cœpit Hæc inſignis fuit bellorũ frequẽtia cũ romanis. Vnde cũ Nero domũ ædificaret ampliſſimã, editi fuerunt illi verſus. Roma domus fiet, Veios migrate quirites. Si ñ. & veios occupat iſta domus. A veij fiunt veiens, ientis. populus Veientanus a ũ, vt vinũ veientanũ. Hora. Qui veientanum feſtis potare diebus.

¶Vel, coniũctio plęrũq́ diſiũctiua, vt vel ſcribã vel adte veniã. Interdũ copulatiua eſt. vt maxime me tibi amicũ facit, vel virtus vel doctrina tua. Interdũ ponitur pro etiã. Terẽ. in And. Vel hoc quis non credit. Verg. Vel Priamo miſeranda manus. Interdũ pro valde. Cice. pro Murena, vel maximũ bellũ populũ Ro. cũ rege Antiocho geſſiſſe. Inerdũ ꝓ maxime. Idẽ. Trebatio Quã moroſi ſint qui amãt, vel ex hoc intelligi poteſt. Interdũ ꝓ veluti. Teren. in Hecy. Vel hic Pamphilus iurabat quoties bacchidi. Interdum pro ſaltem, vt ſi mihi non creditis vel operibus credite. Inuenitur etiã vel duarũ ſyllabarũ quod eſt nomẽ oppidi in Vfrica apud. Pli. lib v. natu. hiſt. Sicut Suel in Hiſpania.

¶Velo, as per. ſimplex l, ſignificat tego Lact.li.vj. Dãda eſt opera, vt indumẽto iuſtitię pietatiſq́ velemur. Et velare ligare. põp. Reſte velet gulã. ꝓ trãſlationẽ ponit̃ pro veſtire. Plau. Muliebri velatus toga. vñ velati ſicut docet Feſtus appellabãtur veſtiti & inermes qui exercitũ ſequebantur. quiq́ in mortuorũ militũ loco ſubſtituebãtur. Hi poſtea mutatis literiſ velites dicti ſunt, qui & ferẽtarij & auxilio ferendo. Huius verbi cõpoſita ſunt Euelo, & reuelo, quæ ſunt cõtraria ſuo ſimplici. Nã euelare & reuelare ſignificant vellamẽtũ tolere ſeu rẽ velatã detegere & manifeſtare. Pręuelo de quo alibi. Et habet pen. pro. ¶Velamen, modo pro veſte accipitur, modo pro re quę aliquid velat.

☿Velatꝰ ornatus, vittatuſve. ver. Iamq́ oratores aderãt ex vrbe latina velati ramis oleę. Vbi Ser. velati inſtructi & ornati. i. in manibus oliue ramos tenentes.

¶Velabrũ, pe. cor. a velo as, vel vt quidã volunt a veho, locus in vrbe Roma iuxta auẽtinũ mõtẽ, qđ ratibus ac velis eo veherentur triũphantes Romani cũ pompa. Suet. de Cęſare. Qđ gallici triũphi die velabrũ ꝓterueхens pene curru excuſſus eſt, axe defracto. Hinc velabrenſis caſeus, qui ibi conficiebatur cũctis pręferẽdꝰ ☿Et velabrũ, locus in quo vela obtẽdebãt̃ ſub quibus olearij venditabant. Plau. in Cap. Quaſi in velabro olearij.

¶Vetatura, pretiũ qđ nautæ dat̃ ab his ꝗ nauigio vehuntur. Velaturam facere inquit Var.li.i. de re ruſt. Dñr qui vecturis viuunt. Nã antiqui vellam non villam dicebant.

¶Velũ, tegmen a velo as, qđ vela ventis agitota volitare videãt̃. Var. a velleribus, qđ ex ouiũ velleribꝰ fierent

vela quibus homines tegebantur. q̃uis nauium vela ex lino aut ſparto fierent. Velum, etiam accipitur pro cortina quæ lectis circunducitur. Vnde apud Euangeliſtam legimus velũ templi ſciſſum eſt a ſummo vſq; deorſum. Diuidebat enim ſancta a ſanctiſſanctorum.

℥ Velis equiſq;.i.omni conatu, & mari terraq;.

¶ Velaria, dicebantur vela, quibus theatra tegebantur. Papinianus. Iam velaria lintea pluebant. Vnde etiã velaria dicuntur loca abdita quæ velis claudũtur. Iuue. Et pueros inde ad velaria raptos.

¶ Veliuolũ, penult. co. mare dr̃, ꝙ velis velatur. Vergi. Deſpiciens mare veliuolum. Veliuolę naues quę velis volãt. vt Aennius. Naues veliuolas, qđ & ꝓprie dixit.

¶ Velifico as nauigo a faciendis id eſt ponendis velis. Dicitur & velificor verbum commune. Vnde & paſſiuũ protulit. Iuue. Cum dixit. Velificatus athos, & quicquid grecia mendax: audet in hiſtoria.

¶ Vello vellis velli vulſum. Extirpo. Suet. de Ceſare. Circa corpis curã moroſior, vt nõ ſolũ tõderetur diligẽter, ac raderetur, ſed velleretur etiã. vñ vulſa corpora a Quintiliano dicuntur fœdiſſima. Huius compoſita ſunt Auello. Cõuello. Diuello. Euello. Peruello. Interuello, & Reuello quod eſt rurſus vello. Colu. Cũ ab ope boues diſiũxerit ſubſtrictos cõfricet, manibuſq; cõprimat deorſum & pellẽ reuellet nec patiatur corpori adhærere. Et omnia quæ verba per duplex ll. ſcribuntur.

¶ Vellit. i. mouit. Verg. Poſteſq; a cardine vellit,

¶ Vellico. as. pe. cor. frequenter vello, quod proprin fit cũ extremas corporis partes digitis vellimus, preſſãdo infeſtam9. Propertius Nec mihi tam duris inſultes motibus & te. Vellicet heu ſero flebilis amara diu. Aug. lib. xiiij. de ci. dei. Ita ſe auferebat a ſenſibus & iacebat ſimillimus mortuo, vt non ſolum vellicantes atq; pungẽtes minime ſentiret, ſed aliquando etiam ſi igne vreretur admoto ſine vllo dolore niſi poſtmodũ ex vulnere ꝓbabatur. Per trãſlationẽ vellicare, ponit̃ ꝓ criminari, mordere ac lacerare. Gel. lib. iiij. Plura in Sal. Inſite aut maligne vellicãt. Ho. Vellicet abſentem Demetrius.

¶ Vellus, lana ex ouibus detonſa, ꝙ ante tonſurę vſum lanam veteres vellerent, quam demptam & conglobatam alij vellera, alij velumina appellant.

¶ Vellina, regio ĩ vrbe palatino mõti rõ iũcta, ĩ qua Valerij publicolę & victorię deorũq; penatiũ ædes erãt. Dicta vellia, ꝙ ibi paſtores palatini vellere lanã ſint ſoliti.

¶ Veles itis, pe. co. q leuiſſime oĩm armat9, q & velatus & ferrentarius. Refert Aelian9 ordinẽ pedeſtrẽ ĩ militia diuidi trifariã. In armatos, quæ grauis armatura dicitur & velites, qui leuiſſime omniũ amãtur. Vñ & expediti nũcupantur. Non em̃ coreas, aut loricã induunt ſed tm̃ iaculis, & fundis vtuntur. In tertio ordine ſunt peltati, a pelta dicti, qđ ſcutũ eſt paruũ & leue. Hi medij erant inter grauẽ armaturã & leuẽ Speciati Rorarij, accenſi, ferẽtarij milites leuis armaturæ vocantur. Per tranſlationẽ velites, dicuntur qui verbis altercantur. Ouid. in Ibim Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ. Nondũ calfacti velitis haſta ſolũ. ℥ Dicti velites quaſi volites. Cicero lib. de repub. Militari more veterũ velociſſimi cũ ſcutis leuibus pedites ad hoc ipſum exercitari iiſdem miſcẽdi quos expeditos q̃ſi volitãtes volites appellabant, inde verſa litera o, in e. velites, vel ἀπὸ τοῦ βαλλειν. Id eſt a iaculatione. Eo ꝙ tale tantum miſſilia ſecum gerant.

¶ Velitor, pe, cor. cõtẽdo, & digladior, pugno. Plaut. in Menæ. Neſcio quid velitati eſtis inter vos. Poſtea de re tranſlatũ eſt ad verba. Vñ & pro Iugari ponitur, Cicero. Cum inquinatiſſimis hominibus non eſt cõuicio decertãdũ, neq; maledictis, aduerſum imprudentes & improbos velitandũ, qa tantiſper ſimilis & cõpar eorũ fias, dũ patria & comſimilia dicas atq; audias. Vnde & velitatio quæ teſte Feſto dicta eſt vltro citroq; probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ.

¶ Velito as. fit a velo as. & ponitur pro velifico.

¶ Velitaris & hoc velitare, qđ ad velites pertinet, vnde velitaris pugna. Saluſt. in Iugur. Pręterea iere ſagittatij & choros peligna cũ velitarib9 armis, itineris ꝓ ꝓpãdi cauſa, neq; his ſecus aq; alijs armis aduerſum tela hoſtiũ ꝙ ea leuia ſunt, muniti erant.

¶ Velitatim aduerbiũ, ſignificat per ſaltus & interualla ꝙ velites pugnãdo ſaltib9 vtãt̃. Siſen. Nos vna eſtate ĩ Aſia & Gręcia geſta idcirco continentia literis mãdauimus ne velitatim aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.

¶ Velitrę, ciuitas volſcorum inſignis fuit, quibus victis Romani agrum Veliternum ademerũt. Eo coloni ab vrbe ſunt vt inquit Liu. li. ij. Refert Diony. li. vii. Peſtilentiam adeo Velitras eſſe depopulatam vt ex decem partibus veliternorum vix vna ſuperfuerit.

¶ Velia palus Italiæ apđ calabros non lõge a Palinuro Helia olim dicta. Eſt & Velia, Lucanię oppidũ ſic dicta. quia paludib9 cingr̃, pal9 ἕλος latine dr̃ helia, poſtea aſpiratio vertit̃ in u, & fit velia. Alta velia in Latio eſt, dicta quia loco paluſtri ſinit̃ poſita a pelaſgis. Mos fuit vt ait Diony. nominib9 q̃ inciperẽt a vocalib9 b. pręponere.

¶ Velut aduerbiũ ſimilitudinis.

¶ Velox, celer, a volando, quaſi volax a quo velocitas & velociter.

¶ Vena dicta eſt ꝙ per eã veniat ſanguis. Nã eſt cõceptaculũ ſauguinis mixti confuſiq; cũ ſpiritu naturali, in qua plus ſanguinis min9 ſpũs. ℥ Venę ſuaptę vi ĩmobiles ſũt & ſanguinis tm̃ demittẽdi gr̃a explorãt̃. Arterię autẽ motu atq; pulſu ſuo, habitũ & modũ febriũ demonſtrãt. Vena affert ſp̃m nutritiuũ, qm̃ ſãguis ẽ nutrimẽtũ corporis. Neu9 affert ſpm̃ ſenſitiuũ. Nerui magni ſunt cã mot9 toti9 corporis. Vbicũq; eſt vena ibi ẽ neru9, & arteria, ſuper arterias locãt̃ venę p̃terquã in dorſo ĩ quo magna arteria q̃ trachea dr̃ ẽ poſita ſuper venã. Arteria q̃ tendit ad pulmonẽ accipiẽdi reddẽdiq; ſpũs officio fũgit̃, iñ fit venoſ9 a, ũ qđ ẽ venis turgẽtib9 plenũ. trãſfertur ẽt ad alia, vt ad orationẽ, q̃ tãq̃ corp9 cõſtituit̃ quod ſuccũ & ſanguinẽ habet & venas & oſſa, & neruos & carnẽ & toros & robur, & colorẽ decorẽq;. Vñ a Perſio dict9 eſt liber venoſus pro aſpero duro & horrido cum ait Eſt nunc briſe quẽ venoſ9 liber acti. ℥ Per trãſlationẽ tñ venę in terra dñr ſubterranei meatus ꝑ quos vnda manat aut ali9 liquor. Vñ venas argẽti, venas auri dicim9.

¶ Venenũ, dictũ eſt ꝙ cito per venas eat, ſiue ſalubre ſiue noxiũ, quod Græci φάρμακον dicũt Nã & medicamenta venena ſunt. Et eſt generale ad omnia quæ naturam eius cui adhibita ſunt mutãt. Plin. Galbanũ aduerſat̃ venenis maxĩe toxicis cũ myrrha & vino. vñ ꝑ quãdã ſimilitudinẽ color q a veſtibus imbibitur venenũ appellat̃. Verg. li. ij. Georg. Pro colore purpureo poſuit qui eius conchę ſpuma eſt. Alba nec aſſyrio fucat̃ lana veneno. Deniq; omne quod vel ſumptum vel tactũ nocet, venenũ dicitur. Vnde & pro veneficio capitur.

¶ Venenoſ9 a um, quod venenum habet, vt venenoſus ſerpens. ¶ Venenatus a um in quod eſt venenum cõiectũ. Fit eni a veneno as.

¶ Venerarius, qui parat, vel conficit vel vendit venenũ Apul. Qui venerarium accuſat ſcrupuloſi9 cibatur, qui furem arguit, ſua cuſtodit.

¶ Veneficus & venefica, qui & quę venera cõficit, & q incantationib9 & cęteris malis artib9 vtit̃. Hic triueneſic9. i. excelellẽs venefic9. Pla. muſſas adhuc triuenefica

¶ Veneficiũ, ipſe act9 venenãdi. Plin. Hęc arbor ante atrium ſata omnibus veneficijs remedio eſt.

¶ Venio, is veni, vẽtũ. Venire ꝓprie ẽ quaſi verſ9 nos ire. vnde apud auctores frequẽter pro ire ponit̃. Vergil9 Veniſti tãdẽ. Terent. Niſi ego ad mercatum venio. i. eo Sic ecõtrario ire pro venire, vt eo ad te. Et ambo inngi poſſũt datiuo, vt Id clamor cœlo & hoſtis venit excidio id eſt ad excidiũ. Aliqñ cõſtruit̃ cũ ablõ mediãte ĩ quaſi ſignificet ꝑmanẽtiã. Hier. Ne forteſi venerit vr̃is ĩ manib9 illud apocryphũ, dubia ꝓ certis recipiatis. Et licet Venio neutrũ ſit, tñ ei9 cõpoſita qñq; mutant terminationẽ vt. Cõuenio, cõuenior. Inuenio inuenior. Reliqua cõpoſita ſũt. Aduenio. Circũuenio. Cõtrauenio. Deuenio. Euenio. Interuenio. Obuenio. Peruenio. Prouenio. Præuenio. Reuenio. Subuenio & ſupuenio. Horatius. Grata ſupueniet q̃ nõ ſperabit̃ hora. Poetę tñ aliquãdo venire ꝓ Imminere vſurpãt. Verg. Se ſatis ambob9 teucriſq; venire latiniſq;. Aliqñ pro creſcere. Idem libro. j. Georg.. Hic ſegetes, illic veniũ fœlicius vuę. Aliqñ ꝓ portari. Plin. Spes Sinopidis tres, rubra & min9 rubẽs, & media inter has. Ei9 quę ex africa venit octoniaſſes.

¶ Venire in mẽtẽ. nõ ad recordationem tantum eſt, ſed ad conſiderationem & reputationem & intelligentiam. Teren. Vbi in mentem eius aduẽti venit. Veni in ſuſpitionem, in obliuionem, in vituperationem. i. ſuſpectus fact9 ſum alijs, alij me obliti ſunt. Vituperor ab alijs. Veni in opinionem. id eſt opinionem habeo. Aliquando tamen paſſiue dicitur, cum opinio pro fama accipitur.

¶ Vento as frequuẽtatiuũ quo veteres vſi ſũt, ſed ꝓ eo vtimur alio frequentatiuo. Vẽtito. Plin. Gratior Alexãdro magno erat frequenter in officinam ventitanti.

¶ Vẽt9 a Venio fit. Nã proprio eſt cum impetu ventãs aer. cũ nihil aliud ſit ventus, quã aer cõmotus atq; agitatus. Vñ Augſt. lib. de quantitate animæ. Nihil aliđ q̃ iſtũ aerem commotũ ac agitatum eſſe ſentim9. Quod in loco tranquilliſſimo & ab oib9 vẽtis quietiſſimo vel breui flabello approbari poteſt, Quo etiam muſcas abingentes aerẽ cõmouem9, flatuq; ſentim9. Quod cũ euenerit occultiore quodã motu cæleſtiũ vel terrenorum corporũ per magnũ ſpatium mundi ventus vocatur, ex diuerſis partibus cœli nomina etiam diuerſa ſortitus. Victr. Ventus inquit eſt aeris fluens vnda cum incerta motus redũdantia. Naſcitur cum feruor offendit humorem, & impetus fractionis exprimit in ſpiritus flatum.

¶ Ventulus diminutiuum paruus ventus. Teren. Cape hoc flabellum & ventulum huic ita facito.

¶ Ventoſus a. um. quod eſt vento plenum. vt vẽtoſa religio. Aliquando dicitur inane. vt ventoſa verba. i. ſine pondere & ſine effectu.

¶ Ventilo as. pe. cor. ad captãdũ ventũ pono aut iacio. Proper. Hanc venus vt viuat ventilat ipſa facem. Hinc ventilari frumẽtũ dr̃, dũ in area purgatur. Pli. Multi vẽtilare quoq; granũ vetant. Leo papa ꝑ trãſlationẽ dixit. Omnium diſcutit conſuetudinẽ, vẽtilat curas, ſcrutatur affect9. Interdum Ventilare eſt per man9 verſare e digitis eximendo. Apul. Ad hęc inſperato lucro diffuſus in gaudium; & in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam. Iuue. Cum vernacanopi Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas ventilet ęſtiuum digitis ſudantibus aurum. Huius ẽ cõpoſittum Euentilo extra ventilo. Collu. lib. Et celeriter frumenta deterunt̃ non cedente ſolo pulſibus vngularum tribularumq;, & eadem euentilata mũdiora ſunt lapilliſq; carent.

¶ Ventilabrum, penult. produc. inſtrumentum quo aliquid ventilatur. Colu. libr. ij. Nam cum acerinis paleis graniſque mixtus in vnum fuerit cõgeſtus, paulatim ex eo ventilabris per longum ſpatium iactetur.

¶ Ventilator qui frumenta ventilat.

¶ Venia, dicta eſt ꝙ optanti adueniat. Eſt em̃ remiſſio culpę & ꝯdonatio erroris. Qui. Peccaui, veniã peto. Qñq; ponit̃ ꝓ bñficio, indulgentia & permiſſiõe. Cic. lib. j. de ora. Date nobis hãc veniã, vt ea que centis de omni genere dicendi ſubtiliter proſequamini. i. concedite. Terẽt. Da pater veniam, ſine te exorem. Et cum venia dicimus hoc eſt cum pace tua & te permittente.

✥ Veneris gemmam lapillum appellant excellentẽ colore. Hunc nonnulli Anterota vocant. Cc.

¶ Ven9, dea putata ẽ, ꝙ ad oĩa veniat. Cic. Que aũt dea ad res oẽs veniret venerẽ noĩauerũt. Grece ἀφροδίτη dicitur. ab ἀφρὸς ſpuma. qm̃ ex ſaturni teſtib9 & maris ſpuma nata ſit. Eſt & venus infima quinq; errantiũ ſtella & terræ ꝓxĩa q̃ phophoros grece lucifer latine dr̃ cũ antegraditur ſolẽ. Cũ aũt ſubſequitur, heſperos, veſper, & veſperugo. ponitur etiã ꝓ libidine & coeundi appetitu. Seneca. Quod in venerẽ ꝓnior eſſet. Interdũ ꝓ pulchritudine. Qui. Quod cũ gratia quadã & venere dicit̃. Hinc venuſtas pulchritudo. Mnaſalchus aũt in epigrãmatis. ἀσύζιγξ τεῖτοι ὦ φεπαρἀφρογένειαν δρόσοις τιπτ. ἀπὸ ποιμενι ου χειλέων ὦ σπάρει ὄυτοι πρῶνες ἔδ᾽ ὦ δ᾽ ἄγκεα πάντα δ᾽ ἔρωτες καρ πότος ἄδ᾽ ἄγρια μοῦ σέρ δεῖ νεμεται.

✥ Venerũ quatuor meminit Cic. li. de natura deorũ tertio, cuius verba ſunt. Venus prima cœlo & die nata cui9 Eli delibrũ videmus. Altera ſpuma procreata. Ex qua & Mercurio cupidinẽ ſecũdũ natũ accepimus. Tertia Ioue nata & Iunone q̃ nupſit Vulcano, ſed ex ea & Marte nat9 Antheros dr̃. Quarta Syria Cirro q; cõcepta, q̃ Aſtarte vocatur, quã adonidi nupſiſſe prædictũ eſt. Hęc ille.

¶ Venuſtas, a venere cũ pulchritudinẽ ſignificat. Venuſtatẽ fœminis, dignitatẽ viris cõuenire docet Cicero. Si luna a Ioue defluat ad venerẽ facit venuſtos, & quib9 (vt ait Firmicus) in quarto Matheſeos ex venuſtate poteſtas maxima cõparetur. Hic venuſtas capitur pro gr̃a dicẽdi & venere, amabiliq; ſuauitate. Vñ venuſt9 a, um, vt venuſtus homo & venuſta oratio, ſicut lepidus homo & lepida oratio, quę ita inter ſe differunt, ꝙ venuſtũ vocamus qđ cũ gr̃a quadã & venere dr̃. Lepidũ qđ rotũditate quadã & breuitate atq; acumĩe verborũ venuſtũ eſt.

¶ Venuſto as orno. Ambro. lib. Hexa. Ideo primũ fecit deus poſtea venuſtauit, & eũdẽ credam9 ornaſſe qui fecit & feciſſe qui ornauerit. Huius contrarium eſt deuenuſto. Gel. Tanq̃ pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

¶ Venero, ex venia & orãdo cõpoſitũ eſſe videt̃, quaſi veniã oro. Eſt aũt venerari colere, & veneratio honor & cultus. Poetę tamẽ quandoq; veneratum pro venerabili ponunt. Verg. Curſuſq; dabit venerata ſacerdos.

¶ Venerabilis qui cultu & veneratione dignus eſt. Pli. Vir grauis & ipſa ſenectute venerabilis. Nomina em̃ q̃ in bilis deſinunt a verbis venĩẽtia, qñq; infinitũ paſſiuũ eius verbi ſignificant cũ dignus. vt ſpectabilis, dignus ſpectari. Admirabilis dignus qui ſit admirationi. Qñq; infinitũ vel actiuũ vel paſſiuũ cũ poteſt, vel natura aptũ eſt. vt Riſibilis q põt vel natura apt9 eſt ridere. Penetrabilis qui põt vel natura apt9 ẽ penetrari. Stabilis qui poteſt vel natura aptus eſt diu ſtare. poſſibilis qui fieri põt

¶ Venarandus. idẽ ꝙ venerabilis. Seneca vocẽ ęſtimatione dignã & omni ſeculo venerandã. Vnde non deſino admirari inſcitiã vel potius inſolentiã quorũdã ſacratorum, qui indignantur nõ ſibi ſcribi cũ literæ dantur. Veneraudũ aut reuerendũ, dicentes venerabilem omnibus conuenire, venerandum autẽ vel reuerendum ſolis p̃latis, & reuerendiſſimum, o barbaries.

¶ Veneranter ſignificat cũ veneratiõe. Apul. Et ab eo veneranter exceptus populum quieui.

¶ Venor raris, feras indago, & quaſi circũuenio. a venio vt quidã arbitrati ſunt, deductũ, ꝓpterea ꝙ veteres venari paſſiue ꝓ circũueniri poſuerũt. Aenni9. Teneor correpta & vndiq; venor. A quo per trãſlationẽ venari capimus ꝓ captare. hoc eſt artificio quodã & ſolertia quęrere. vt venor laudẽ, gloriã. Quod etiã aucupari dicim9.

¶ Venatus us. ipſa venatio, vt eſt in gene. Cũq; venatu aliquid ceperis.

¶ Venaticus a. um, quod ad venationem pertinet. Vnde venaticos canes dicimus quibus feras perſequimur. Var. Canum duo genera. vnum venaticum, alterũ quod cuſtodiæ cauſa paratur.

¶ Venatorius. a. um. idem quod venaticus. vt venatoria inſtrumenta quibus in venerando vtimur.

¶ Venabulum, telum quo venantes vtuntur aciei longiſſimæ apud nos cornib9 hinc & inde extãtibus. Mar. Si directa geres lõgo venabula roſtro, Hic breuis in grãdem comminus ibit aprum.

¶Venaphrũ,a venere & aphros cõponitur. & eſt nomẽ oppidi in campania,in cuius agro fiebat optimum oleũ. Mart. Hoc tibi campani ſudauit bacca Venaphri.

¶Venetia,regio Italiæ,quę a Mintio amne vſq; Tiliauẽtiũ protenditur. Ab Enetis populis dicta,qui poſt bellũ troianũ cũ Antenore ſalutem conſecuti, curſum huc e Paphagonia tenuere. Auctor. Pli. Alij a Gallis eiuſdẽ appellationis originem traxiſſe dixerunt. Fuerunt enim Veneti populi inter Celtas litora oceani gallici incolentes,quos Cæſar nauali prœlio ſuperauit. In hac regione ſunt vrbes illuſtres Verona vincentia.pataiuum. & venetię ciuitas & virunus placida & amæna.

¶Venetię ciuitas,inſignis, quæ anno a natali Chriſtiano quinquageſimo quarto ſupra quadringẽteſimũ cõdita,fuit quo anno Attila rex Hũnorũ Aquileiã euertit: De cuiꝰ laude quoniam apud Iacobi Philippi chronicã a nobis late congeſtum eſt,duximus omittendum.

¶Venetꝰ a.ũ.pe.co.qđ e venetijs eſt. Veneti ciues Venetꝰ color vt ait Vege. Cæruleus dicit̃ qui color eſt marinis fluctibꝰ ſimilis. Scribit Lampri. Heliogabalum comediſſe piſces coctos cõditura veneta quaſi in marina aqua cũ colore ſuo. A quo colore aurigarum factio veneta nominatur. Et qui eo colore induebantur, Venetiani dicebant̃. Vege.libr.iiij. de re militari ſcribit nautas veſte veneta eſſe induendos,& vela nauium exploratoriarum colore veneto eſſe tigẽda. Hic color etiã Thalaſſicꝰ id eſt marinꝰ dicit̃. Græci enim Thalaſſam mare appellant. Idem a colore ferri ferrugineus dicitur.

¶Vendico as.pe.cor.ap.ꝓprio & meũ eſſe dico. Amb. Aues cœli ſpeciale ſibi nihil vendicãt. Vindico vero vlciſcor,quaſi vim dico.

¶Vẽter capit̃ ꝓ eo qui videtur,hoc eſt qui a pectore ad pubẽ terminat̃. Hicq; extẽditur.qm̃ ex pelliculis cõſtet quas vocant pantices. Iuue. Mõtani quoq; vẽter adeſt abdomine tardus. Sed proprie eſt vbi ſibi cõficiunt̃ Cuius diminutiuũ eſt vẽtriculꝰ. Cor.Cęl. Ventriculus autẽ qui receptaculũ cibi eſt,cõſtat e duobus tergoribꝰ iſque inter lyenẽ & iecur poſitꝰ eſt. Superiore deuorata recipiunt̃,inferiore q̃ excreturi ſumus,emittũt̃. Aliquando ponitur pro ſtomacho. Iuue. Ventre nihil nouifrugalius. Aliqñ pro aluo. Cęl.libro.iij.vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, ventrem eius ante ſoluendum eſſe. Vterus ideo dicitur quia continet,& tanq̃ vter eſt.

✣Ventriculi præterea ſunt cerebri cõcauitates, ex quibus ſeptem paria neruorum oriuntur. a græcis σιζυγίαι.i. coniunctiones ſiue coniugationes vocantur. Cc.

¶ Vitium,proprie dicit̃ quod virtuti opponit̃ a vito,ꝙ vitandũ ſit ac fugiẽdũ.Sene.Si quid vitij cõmiſit. Aliq̃n dicitur error. Plin. Librũ vitijs plenũ. Aliquãdo morbꝰ quanuis ab inuicẽ ſeparent̃,ꝙ morbus quidẽ cõrta naturam,qui vſum rei facit deteriorẽ,vt febris inſania. Vitiũ vero perpetuũ corporis impedimẽtũ,vt cęcitas,claudicatio,vecordia. Et non ſolum in homine,ſed ĩ alijs quoq; rebꝰ dr̃.Cic.peto.Si nihil eſt in parietibus aut tecto vitij cæterã mihi probabũt̃. Põt tñ qui morboſus eſt ẽt vitioſus dici,ſed nõ ecõtrario.Equꝰ mordax & calcitroſꝰ vitioſus nõ morboſus eſt.Claudꝰ vero aliquo actu fractus & morboſus & vitioſus dici põt. Vitio dare eſt culpare,vituperare. Teren.in an. Nũc quã rẽ vitio dẽt q̃ſo animaduertite. Et palopoſt ,p eodẽ. Id iſti vitupãt factũ

¶ Vitioſitas( vt Cice.li. iiij. Tuſ.inquit) ẽ habitꝰ aut affectio in tota vita inconſtans.

¶ Vitioſi magiſtratus,dñr vitio creati. Vñ apud Liuiũ legimus expuguatũ eſſe, vt vitioſus dictator p augures fieret. Cic. ĩ Phi. Vitioſum cõſulẽ appellat hoc eſt vitio creatũ ex augurũ diſciplina. Q ñ em̃ comitia Romæ habebãtur cauſa magiſtratuum creandorũ,ſolebant augures de cœlo ſeruare, ſi aut fulmẽ vidiſſent, aut tonitrua audiuiſſent.Quare per augures nũciata illi magiſtratꝰ vitio creati eſſe dicebantur,& ita ſe abdicare cogebantur.

¶ Vitio,as,corrũpo,deſtruo.Lact.li. vij. aer vitiabit̃ ac corruptꝰ & peſtilẽs fiet.pla. ĩ ,plo.au. eiꝰ filiã lyconides vitiarat.nã vitiatã virginẽ dicimꝰ cũ pudicitiã amiſit & vitiare eſt fœcare. Apul.vtroq; oculo vitiatus.hinc corpore vitiatos dicimꝰ,q cęci vl' manci,vel claudi nati,factiue ſũt. Hic vitiatio,corruptio vitioſitas vero vitiũ dr̃

¶ Vitupero as. vitio aliqd do. q̃ſi vitiũ paro. Ter. Id iſti vituperãt factũ. Hic ẽt vituperatio, q̃ ſi cũ verbo venio vel ſimilibus iũgat̃,paſſiue accipitur, Cicer. Vt propter cũ in ſermonẽ hoĩm atq; in tãtã vituperationẽ veniret.

¶ Vituperium,idem quod vituperatio Cice. Vel etiam a vitio dictum vituperium.

¶ Vituperones,qui & vituperatores.

¶ Vitrũ,materia trãſlucida,q̃ ex arena & cinere fieri dr̃.

✤ Vitriolũ,paruũ vitrũ ſignifi. ẽt attramenti ſpeciẽ.Cc.

✤ Vitriarius vitrorum factor. Cc.

✤ Vitreolum,hærba muralis quę mirum in modum vaſa confricata purificat. Cc.

✤ Vitreum quod ex vitro eſt. Cc.

✤ Vitroſus,quod abundat vitris vel vitrum habet. Cc.

¶ Viuo is.xi. ctũ. q̃ſi vĩ & vigorẽ habeo,qd̃ licet abſolutũ ſit,dicimꝰ tñ q̃nq; viuo fœlicẽ vitã. Interdũ viuere,ẽ lętã vitam agere. Huius verbi compoſita ſunt conuiuo: vnde & conuiuium. Peruiuo, quod eſt vſq; ad finem viuo. Plau. in Cap. Etiam ſi peruiuo vſq; ad ſummam ętatem,tamen breue ſpatiu eſt,perferundi q̃ minitas. Reuiuo,a quo reuiuiſco,turſus viuꝰ fio. Supuiuo. Hie. ĩ Exo. Si vno de te vel duobꝰ ſupuixerit nõ ſubiacebit pœnę. Huiꝰ verbi frequẽtatiuũ eſt victo as,a quo fit victito as.

¶ Viuere in diẽ dicitur,qui quotidie parant noua cibaria nihil reſeruãtes,nec recõdito vtũt̃, hodie apperẽtes hoc,cras illud,quorũ varia eſt vita & victus. Cicer. li.v. Tuſc. Nos in diẽ viuimꝰ. Col. lib. iiij. Nec ,puidẽt futuro tẽpori,ſed quaſi plane in diẽ viuãt ſic ĩperant vitibus,& eas multis palmitibꝰ onerãt,vt poſteritati nõ conſulãt.

¶ Viuꝰ a,ũ. qd̃ vitã habet q̃nq; ponit̃ ,p naturali. Ver. li. ij. Geo. Et viua ſua plãtaria terra. Q̃nq; ,p eo qd̃ vĩ aliq̃ habet. vñ viuũ lapidẽ dicimꝰ ignitũ,ꝙ vĩ habeat emittẽdi ignẽ. Q̃nq; ,p valido ac vehemẽti. Ver. Paulatĩ abolere Sichęũ ĩcipit & tẽtat viuo p̃uertere amore. Hic ſemiuiuũ,qd̃ mõ ſigni. ſemimortuũ, mõ debile ac vigoris exigui. ♣ A Viuꝰ fiũt viuior & viuiſſimꝰ .i. magis viuẽs. Cc.

✤ Viuꝰ lapis dicitur naturalis. quidã tamen viuum lapidẽ vocant ignarium ꝙ vim habet emittendi ignem. Cc.

✤ Viuum ferrum dicitur,quod ad magnete vim ſuſcipit & aliud appręhendit ferrum.

¶ Viuax,validũ,vigoroſũ, diu viuens, & quod abſumi nõ poteſt. Hic viuacior, viuaciſſimꝰ, viuacitas, q̃ eſt vigor ac robur, & viuacia ciæ.

¶ Viuidꝰ,a,um. quaſi viuũ. Prop. Quattuor artificis viuida ſigna boues, quaſi ſpirantia atque viuentia. Alias viuidũ dr̃ robuſtũ ac plenũ vigoris. Alias ĩtegrũ. Plau. ĩ Ru. Nõ vides me rẹferre viuidũ ræte ſine ſquãmoſo pecu. ✤ Legitur & viuidum.

¶ Viuariũ,locꝰ in quo vel aues vel piſces,vel ferę cõtinẽtur quę ad victũ dũtaxat pertinent. Plin. Oſtreorũ viuaria primꝰ Sergiꝰ orator in Baiano inuenit. Idẽ leporarium dicitur,& roborariũ. Proprie tamẽ piſcinæ vbi piſces cõtinentur. ſicut apiaria,loca in quibus aluei apum tenentur,quæ meliſſones & mellaria nominantur.

¶ Viuiradix,vitis q̃ cum radice ſeritur, quaſi viuam radicẽ habẽs ad differentiam malleoli, & talearum. Plin. In arido ſolo viuiradix quoq; fruſtra ſeritur. Col. Sationis autem duo ſunt genera malleoli vel viuiradicis.

¶ Viuerra,aĩal paruũ quidẽ ſed magni vigoris. Muſtella ruſtica dicitur,vt ait Strabo Aphrica ĩportata. His vtuntur adoleſcentes ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Gręce dñr γάλη. Ariſtoteles libr. ix. de aĩalibus. In Prodoſelena via ĩteriacet,cuiꝰ vltra alterũ latꝰ gignitur gale,citra alterũ gigni nõ poteſt. Plin. In ,pdoſelena ĩſula viã muſtellę non tranſeunt. Eſt aliud muſtellarũ ſyluestriũ genꝰ q̃ lõge domeſticis maiores ſũt a gręcis Ictydes vocãt̃. Ariſtoteles. Ictys ſylueſtris muſtellæ genꝰ ẽ, magnitudĩe melitẽſis catelli,ſed pilo,facie,albedĩe partis ĩferioris & morũ aſtutia muſtellę ſimile eſt,mãſueſcit maiorẽ in modũ,officit aluearibus Genitale eius oſſeum eſt. Sed ſylueſtriũ quoq; muſtellarũ, duo gñã ſũt alterum ſub ventre rufeſcit. Matrẽ appellãt. Mart. Venator mater ſupbꝰ adeſt. Alterũ cãdidiꝰ & viuerra vocatur. Plin. Magna ,p pter venatũ eorũ viuerris gratia eſt, ĩmittunt eas in ſpecus,qui ſunt multiformes in terra, vñ & nomẽ animali. ſ. cuniculus. Vtrũq; genus græci γαλᾶς ἀγρίας noſtri ſylueſtris muſtellas nuncupant.

¶ Vix, aduerbiũ ſignãt cum vi ac difficultate & labore. Ver. li. ij. Geo. Vix humiles apibꝰ caſias roręq; miſtrat. Ter. Vix retraxi filiũ ab amore ancillę. Aliq̃n refert̃ ad tẽpꝰ. Verg. vix e cõſpectu ſiculę telluris in altũ, Vela dabãt lęti .i. ſtati. Idẽ Et quos ſydonia vix vrbe reuelli id eſt nuper. Aliquãdo ponitur ,p nõ. Luc. Carcer vix carcere dignus. Ouid. Vix priamus tanti totaq; Troia fuit.

¶ Vix tãdẽ,ſignifi. poſt multũ tẽporis. Cic. Appio pul. Vix tãdẽ legi literas dignas Appio Ver. Vix tãdẽ Ithaci magnis clamoribus actus Compoſitio rupit vocem.

## V ANTE L

VLcꝰ,ẽ tecta & clauſa malignitas. Eſt eĩ ſanies cõcreta ĩtra cutẽ latitãs,q̃ vt ,ppere abrupta cute eiũpat ẽplaſtris ſuperne alligatis ſolet ↄfoueri. Ver. lib. iij. Georg. Quam ſi qs ferto potuit reſcindere ſũmũ vlceris os alit̃ vitiũ viuitq; tegẽdo. vulnꝰ vero eſt hyãs patẽſq; aptura corpis ictu facta. Vlcera capitis manãtia ſunt,q̃ græci ἀχῶρας vocãt, imperitum vulgus temam. Quidã hoc nomẽ aſpirandum putant,quoniam a gręco originem ttahat. Illi enim ἕλκος helcos dicunt.

¶ Vlcero as. pe. cor. dilanio. & quaſi vlcus facio. Hic ex ulcero vlcus dilanio. Colu. lib. viij. Fere autem per ęſtatem ſic muſcis aurẽs canũ exulcerantur ſępe vt amittãt. Per tranſlationem ſignificat exaſpero,exacerbo. Cice. Ita mihi animum exulcerauit.

¶ Vlciſcor eris. vltꝰ, vĩdico & ĩiuriã nõ ĩpunitã relĩquo.

♣ Vltor,format fœmininum vltrix. a quo etiam vltricia habemus vt victricia a victrix. Cc.

¶ Vlex,frutex roris marini ſĩlis,aſper,aurum retinens.

¶ Vligo,pe. ,pd. terræ humor ex ea nũq̃ recedẽs, vñ vliginoſus ager,q ſemp eſt humidꝰ. Humidꝰ,q aliq̃n ſiccat̃ Var. Solũ oportet eſſe eruderatum & ,pcliuũ, vt euerri facile poſſit,ac fieri purũ. Nõ em̃ ſolum ea vligo lanam corrumpit ouium,ſed etiam vngulas ſcabras fieri cogit.

¶ Vliꝰ, Apollo dicebat̃,ꝙ ſalubritatis eſſet auctor. Cc.

¶ Vllus aliquis,q̃ſi vnꝰ aliquis, qd̃ nunq̃ nomẽ affirmatiue ponitur. Neq; enim dicimus vllus homo currit, ſicut aliquis homo currit,ſed ponitur vel negatiue vt non eſt vllus qui currat. vel interrogatiue,vt eſt ne vllus qui currat. vel ſubiunctiue,vt ſi vllus me vocabit,ſtatim veniam. Ab vllus fit compoſitum nullus.

¶ Vlna,cubitꝰ ſeu brachiũ,q̃tum vtriuſq; manus extẽſio. Vlna inquit. Ser. in Buc. proprie eſt ſpatiũ inquantũ vtraq; extẽdit̃ manꝰ. Dicta. vlna πὸ τῶν ὠλενῶν .i. a brachijs licet Sueto. Vnum cubitum velit eſſe tantummõ.

¶ Vlpicũ,pe. cor. gręci oppellauere genꝰ alij grãdiꝰ inter pulmẽtaria ruris. auctores. Plin. & Col. Quidã vlpicũ vocant alliũ punicũ. Græci autem ἀφροσκόροδον appellant lõge maioris vis quã alliũ. Plaut. in Pe. Tu autẽ plenior alij vlpici q̃ Romani remiges. Col. Luna infra terrã ſit,q̃n alliũ vel vlpicum ſerimꝰ,vel in tabulatum reponimus. Sic enim neq; acerrimi ſaporis exiſtere,neq; mandentium halitus inodorare exiſtimantur.

¶ Vltra,p̃poſitio eſt,cũ actõ deſeruit & nõ niſi ſeparata ĩuenit̃. Cuiꝰ elegãtiã oſtẽdit. Salu. in Iug. Mauriq; vagũ genꝰ vt alij aphricę,contendebant antipodas vltra Aethiopiam cultu Perſarum & iuſtos & egregios agere. Aduerbium eſt,cum ſine caſu ponitur, vt aſſidue lego nihil vltra faciens. Et tunc ex ſe facit vlterior & vltimus. Fit autem vltra ab vls, quo veteres vtebãt̃ ſicut citra a cis. Vltra famam .i. opinionem ſignificat perq̃ multum, ſicut intra famam,quod eſt huic contrarium. Quint. Hortenſij ſcripta tantum intra famam ſunt.

¶ Vltimꝰ,p. cor. ab vltra idẽ eſt quod poſtremꝰ. Aliq̃n etiã dr̃ primꝰ. Verg. li. viii. Tu ſanguinis vltimꝰ auctor Dictꝰ vltimꝰ ꝙ vltra oĩa ſit,ſiue añ reſpicias, ſiue retro

¶ Vltro ab vltra fit & ſignificat vltra ſiue inſup. Ver. Et miſereſcimꝰ vltro. i. vltra id quod rogauit pręſtitimꝰ. Interdũ ſignificat ſine requiſitioẽ, vt vltro ad te veni. i. nõ requiſitus,ſed ſponte veni. Iuterdũ praue ac puerſe ſeu verſa vice aut prior. Tetẽ in Adel. Niſi me in illo credidiſti eſſe hominũ numero,qui ita ſibi putãt fieri iniuriã vltro ſi quam facere ipſi expoſtulant & vltro accuſant.

¶ Vltro citroq; ſignificat quod vulgo dr̃, huc & illuc & tam in factis quã in dictis dr̃ Quint. Iuuenis ſicut ſolet vltro citroq; cõmeare. Cice. multiſq; verbis vltro citroq; habitis ille nobis conſũptus ẽ dies. Quidã in hac ſignificatione vtuntur ſurſum & deorſum. Teren. Sex ego te totos Parmeno hos mẽſes qetũ reddam ne ſurſum deorſumve curſites. Tractũ ab Athenis, cuius portus ĩ imo vrbs vero in ẹditiore loco ſita eſt. ¶ Vltroneꝰ vltronea vltroneũ,idem qd̃ ſpõtaneꝰ. Hiero. in, Exod. Ab homine qui offert vltroneus accipitis eas.

¶ Vlubrę,ciuitas in Italia. Horatiꝰ. Eſt vlubris animus ſi te non deficit ęquus.

¶ Vlula,pe. cor. auis a fletu denominata, hoc eſt ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν,qd̃ eſt vlulare & flere. Ver. Certẽt & cygnis vlulę

¶ Vliſſes fuit filius Laertę regis Ithaces. vnde & Laertius cognominatsu eſt. Et Ithachus,ab ithaca inſula in qua regnauit. Et dulichius, ab Dulichia inſula quę in illiꝰ regno habitabat̃. Similiter & Naritiꝰ,a naritio. Eſt & q̃nq; ſecundę declinationis ſicut & Achilles. Ver. Et terram altricẽ ſęui execramur Vlyſſi.

¶ Vlys bona,ciuitas in Hiſpania ab Vlyſſe cõdita. Sunt tamẽ qui p̃cipiant & Vlyxem & Vlyx bonam ſcribi per x, ſed tales gręcas literas ignorant.

## V ANTE M

VMbo,media pars clypei eminentior,licet q̃nq; ,p toto clypeo ponatur. Liui. Gallum vmbone ictũ deturbat. Iam clypeus clypeis vmbone repellitur vmbo Ciuilibus bellis.

¶ Vmbilicus pe. pro. dr̃ quicquid in aliena re eſt mediũ vñ de libro quoq; Vmbilicũ dici oſtendit. Catul. Relata carthæ regiæ nouẽ libri Noni vmbilici lota rubra membranæ. Et pli. Vmbilicũ Italię circa lacũ reatinũ dixit. Suidas nr̃. ὀμφαλητομία ὅτε τὸν ὀμφαλὸν τοῦ βρέφους ἀμῖναι ἀποτέμνουσι καὶ αὐταὶ δὲ ὀμφαλητόμοι λέγονται καὶ ὀμφαλιον ὁ ὀμφαλὸς τῆς ἀσπίδος. ✤ Id eſt Omphaletomia q̃n Infãtis vmbilicũ obſtetrices ſecant q̃ etiã Omphaletomę. i. vmbiliſecæ dicunt̃. Et in hac ſignificatione accipitur, quia illuc tãq̃ ad cenſum liberorum membra conueniunt Itẽ vmbilicus,dicitur,ligamentum inteſtinorum ꝙ mediam fere ventris planiciẽ obtinet. A cuius ſimilitudĩe paruus circulus in terra deſcriptus ad cognoſcẽdos ventos vmbilicus dicitur. Plin. Per huius mediam longitudinẽ duci ſarculo ſulcũ vel cinere linneã, med. ãq; circũſcribi circulo paruo qui vocatur vmbilicus. Itẽ parui ac rotũdi pollitiq; lapilli eadẽ ratioẽ vmbilici dñr. Cic. Tũc duo excellẽtiſſimi viri repueraſcere maxime videbãt̃ cũ ex vrbe tanq̃ e vĩculis ãbulaſſent,& ad Caietã Laurẽtũ q; cõchas & vmbilicos legere conſueuiſſent, Itẽ vmbilici ornamẽta & veluti clauiculi quidã quibꝰ libri ornant̃ & gẽmę ligãt̃. Mar. Quid ,pdeſt mihi tã macer libellus. Nullo craſſior vt ſit vmbilico. Pli. & alios ↄuenit ſi oportere pforari quorũ ſit abſoluta bonitas vmbilicis ſtatĩ ex auro capita cõpræhẽdẽtibus. Et poetę frequẽter vſi ſũt cũ exactũ opus ſignificarẽt, vt ad vmbilicos ſe veniſſe diceret. Hora. in Epo. Promiſſum carmẽ iãbos. Ad vmbilicũ adducere,qd̃ exponit Porphy. ab vmbilicũ adducere p̃ finire & ↄſũmare opꝰ poſuit. Hor. Quia ĩ fine libri ex ligno aut oſſe vmbilici ſolẽt poni. ĩ quẽ ſenſũ & mart. finẽ tertij clauſit,ohe iã ſatis eſt ohe libelle. Iã ,puenimꝰ vſq; ad vmbilicũ. Tu ,pcedere adhuc & ire q̃ris. Hic vmbilicatũ dicimus quod vmbilicos habet, vel qd̃ ad vmbilici ſimilitudinẽ factũ eſt, Huiꝰ diminu. eſt vmbiliculus.

Quo nomine etiã dictũ eſt genus oſtrei marini, ꝙ in vmbiliculi modum ſuauiter coeat.

¶ Vmbilicatim ſignificat per vmbilicos.

¶ Vmbra aer carens ſole quod fit alicuiꝰ corpis obiectu pręſertim nubiũ. Hiero. vmbra fit ex lumine & corpore Quidã ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, quod eſt imber, vmbrã appellatã exiſtimant, ꝙ oẽs vmbræ humidæ ſint, vmbrę etiã dñr quas faciũt pictores, vt imagines quę planę ſunt ſolidę videantur, quod dicunt adumbrare, vmbræ etiam dicũt inferorũ imagines. Verg. Vmbrarũ hic locus, ſomni noctisq; ſapore Corpore viua nefas ſtigia veſtare carina.

¶ Vmbella diminutiuũ ab vmbra, & vmbella que ponebatur in theatris ad arcendum ſolem.

¶ Vmbraculũ locus in quo eſt vmbra. Var. li. j. de re ru. Prope areã faciunda vmbracula, quo ſecedant hoĩes in ęſtu tpe meridiano. Et apud Eſaiã. Derelinquetur filia ſion & vmbraculũ ĩ vinea & ſicut tuguriũ ĩ cucumerario ♁ Vmbraculũ quod facit vmbrã & a ſole defendit qđ ponit ꝓ vmbra, vt ſũt aulea litea, cortica frõdes. Val. li. ij. Q. catullꝰ primꝰ ſpectãtiũ ꝯſeſſũ velorũ vmbraculis texit

¶ Vmbro as, tegẽdo vmbrã facio, cuius cõpoſita magis ſunt in vſu. ſ. Adũbro., Inũbro, Obũbro. Col. li. v. Dũ id incremẽto ſuo vites inũbrẽt. Et in Euan. Et virtꝰ altiſſimi obũbrabit tibi. Aug. Abũbrato myſterio Helias loqtur. Aliqñ ponit pro defendo tractũ ab arboribꝰ.

¶ Vmbro, nomen fluuij Inſubrię nauigabilis qui & lambera Pli. dicit.

¶ Vmbraticꝰ, a, ũ, qđ eſt ex vmbra ſeu ad ſimilitudinem vmbrę. Aug. li. ii. Cõ. Non ſaltem vt eſt q̃dam defectura ſpecies & vmbratica vitiis falentibꝰ. Vmbraticus homo dictus eſt a Pla. trapezita q in vmbra ſub tecto vitã agit otioſam. Artes quoq; & negotia vmbratica nominãtur, in qbꝰ ꝑ deſidiam in vmbra elangueſcimꝰ.

¶ Vmbratile, p. c. qđ vmbratũ eſt, vt vita vmbratilis q̃ vmbra atq; opaco marceſcit, ſeu ĩ vmbra & otio domeſtico degit. Studioſi vitã vmbratilẽ colũt, quos libri docẽt in vmbra & otio, vt inqt Cice. pro Corn. Bal. Item pro Murena cedat inquit ſtilꝰ gladio, vmbra ſoli. Res etiam vmbratiles dñr q̃ fiũt ꝑ ĩuolucra & inanitatẽ q̃lis vmra ẽ

¶ Vmbria, regio quã Pli. in ſexta regione collocat ἀπὸ τῶ ὄμβρου hoc ẽ ab vmbre, ꝙ vmbria gręcis quaſi ymbri dicant, & omniũ Italiæ populorũ antiquiſſimi inũdatione terrarũ ymbribus ſuperfuiſſe credantur vel dicta eſt. Vmbria, ab vmbra, ꝙ ea regio ꝓpter altitudinẽ mõtiũ & vicinitatẽ Appennini vmbroſa ſit, Luca. li. ij. Iuſq; ſui pulſo iã ꝑdidit vmbria thermo. Incipit Vmbria ab Apẽnino & vltra ac vſq; ad ſinũ Adriaticũ extẽdit, multis pręclara vetuſtiſſmis oppidis. Sed in primis Sẽtino, ac fano fortunę. In ea etiã ſũt Spoletũ. A quo nũc ea regio ducatus Spoletanus dr. Narſia, Reate, Ameria, Tiphernũ, Fulgineũ, Nuceria, Aſſiſa, Tudertũ, Narnia trecenta vmbrorũ oppida Tuſci debellaſſe reperiuntur.

♁ Vmber, bra, um, poſſeſſiuum ab vmbria.

## V ANTE N

VNa, aduerbiũ acuitur in fine ad differẽtiã ablatiui noĩs vnꝰ & ſignifi. ſimul. Aliqñ etiã in orõne ponit geminata & habet quaſi eãdẽ vim quã habẽt tũ & cũ. Cic. Vna & id ꝙ facio ꝓbauit, vna & ĩ hac cã ꝑfecto neminẽ proponendũ mihi eſſe exiſtimabit.

¶ Vncꝰ, fuſtis ab vnco latere incuruꝰ, ac ſeſe retorquẽs quo inſtrumẽto puniebãtur dãnati. Iuue. Impactꝰ Seianus ducitur vnco. Huius diminuti. eſt, vncinus.

¶ Vncus a, um, incuruus. Cuiꝰ cõpoſita ſunt aduncꝰ & reduncꝰ, Quæ duo Pli. li. x. Cõplexꝰ eſt dicẽs. Et acuta volucribꝰ roſtra, eadẽ rapto viuẽtibꝰ adunca collecto recta herbas ruentibꝰ limũq; redunca, Vt ſuũ generi. Hic fiũt adunco, & inunco. Aug. in Expo. Pſal. Pars noſtri eius ſuperior quę ſupra partẽ inferiorẽ aduncatur.

♁ Vncinus, pe. pro. diminutiuũ eſt ab vncus pro fuſte,

¶ Vncinatꝰ, vncinis armatꝰ. Ci. Nec vt ale aſperis & lenibꝰ armatis vncinatiſq; ꝯpluſculis ꝯcretata hęc eẽ dicat

¶ Vncia dicta eſt, ꝙ vna ſit ex xij. ꝑtibꝰ aſſis. A quo Semiũcia, duæ ſextulæ, tertia pars vnciæ. i. ſcrypuli octo. Sicilicꝰ ſcrypuli ſex Sextula ſcripuli. iiij. Eſt ẽt vncia mẽſuræ genꝰ exiguæ vñ & diminutiuũ vnciola. Iuue. Vnciolã Proculeiꝰ habet ſed Gillo deũcẽ. Partes quiſq; ſuas ad mẽſurã inguinis hæres. vñ quincũcẽ vocamꝰ vaſculũ quinq; vnciarum capax. Mart. Quicũces puto poſt decẽ peractas. De alijs aſſis partibꝰ vide in dictiõe As.

¶ Vnciarium, ab vncia deriuatur. A quo ſemunciarium Liuius, lib. vij. Semunciarium tantum ex vnciario factum fœnus & inpenſiones æquas triennij.

♁ Vnciola, cũ accentu in antepe. diminutiuum ab vncia.

¶ Vnda proprie pars aquæ in ſe collecta, & in vnã partem tendens. dicta ꝙ ſit vna & in ſe coacta. Aliquando ponitur pro aqua vt pars ꝓ toto. Ouid. Et terris miſcuit vndas. Huius diminutiuum eſt vndula.

¶ Vndoſum, mare dicitur fluctuoſum.

¶ Vndiſonus a, um. pen. cor. quod vndis ſtrepit. vnde mare vndiſonum dicitur, ꝙ fluctuando ſonitum reddat.

¶ Vndiuomꝰ a, um, pe. cor. quod vndas. i. aquas vomit. vnda enim quandoq; pro aqua ponitur.

¶ Vndatim, aduerbitm ſignificat fluctuatim vel ad vndarum ſimilitudinem.

¶ Vndo as. fluctuo, vndas facio. Cõpoſi. ſũt Abũdo exũdo, ĩũdo, & redũdo. De qbꝰ ſupra in dictione Abundo.

¶ Vndabũdũ mare apud Gel. dr abunde vndas faciẽs.

¶ Vndulata veſtis, quę fit ex hircorũ & caprarũ pilis potiꝰ quã lanis, ꝙ ad vndarũ ſimilitudinẽ picta ſit. Nã & Cymatillis veſtis a fluctu. vt apđ Plautũ & Ouid. dicebãt vero & vndones quidã Cilicij. forteq; ab vndis, quales mõ in his textis videmꝰ, quę tanq̃ ἀπὸ τῶ συμβαλλ... συμβάλλοντα oẽs appellamꝰ, ceu origine ab illo veſtiũ genere acepta de quibꝰ Plin. ita ſcribit. Lanæ & Perſe coactæ veſtẽ faciũt. Erit ergo Symballoton quaſi συμβλητος hoc eſt coacti ĩplexu potiꝰ q̃ textu cõditũ. De vndone Hiero. quoq; meminit. Var. de vi. pa. A quibuſdã dicit eſſe fortunę virginis, ab eo ꝙ duabus vndatis togis eſt optũ, ꝑide vt reges nři vndulatas & prætextatas togas ſoliti ſunt habere. Nonius Varro (inquit) vndulatum, noue, pro puro poſuit. Ita fit vt vndula veſtis aliud genus ſi fortaſſe quam Cymatilis, a fluctu dicta.

✤ Vndones. vide in dictione vndulata.

¶ Vñ aduerbiũ. q̃ſi de quo vno loco vt vñ venis. Interdũ ſignat a quo. Verg. Genus vñ latinum. Interdum ponit ꝓ ad qđ. Terẽt. in Heau. Vñ petitur aurũ? Vnde mihi lapidẽ, quorſũ eſt opus, vñ ſagittas? inquit Hora. Hic venuſte deeſt putas vel dicas mihi eſſe. Quinti. Vnde hunc illi animum? & alibi. vnde tantum virium cæco?

♁ Vndeũde. ſignifi. vñcunq;, de qua parte voglia cheſia.

¶ Vndeuis, vndelibet, ſignificant ex vno quouis loco ſic vndecunque.

¶ Vndeuiginti, vno dempto de viginti. quod eſt decem & nouem. A quo vndeuigeſimus. Sic vndetriginta. vndetrigeſimus, vndecenteſimus, vndemilleſimus.

♁ Vndiq; laterũ. i. ab oĩ latere, ab oĩ pte. Sic vbiq; gẽtiũ.

¶ Vngo is. xi. ctum & vngo is, gui, ctũ. ſecundũ Priſcia. quaſi vnum ago. Vngendo enim copulatur atq; vnit caro A quo fiunt Compoſita Inungo & Perungo.

¶ Vnguentum, quod & vnguentum dicitur, non eſt illa compoſitio tenax qua Cirurgi vtuntur ad vulnera curanda, ſed commixtio diuerſorum odorum addito oleo aut balſamo ad vngenda corpora delitiarum & luxuriæ cauſa inuenta. vnde in canticis Odor vnguentorũ tuorũ ſup oĩa aromata. Plau. Non poſſunt omnes olere vnguenta exotica. Pompo. tamen Iuriſcõſ. ſcribit vnguenta eſſe q̃ voluptatis & valitudinis cauſa cõparant. Sed hæc magis medicamenta dicuntur. Ser. ait hoc nomen vnguentũ nõ recipere u. ſicut nec vngo, vnguen vero u habere.

¶ Vnguẽ idẽ qđ vnguẽtũ & accipit ꝓ oĩ eo qđ ſuccũ habet ex quo aliqd vngi põt. Plini. Epiphoras bubulo ſeuo cũ oleo cocto allinunt. Ceruini cornu cinis ſcabricies



eodẽ vnguine ſanat. Sũt qui dicãt vnguẽ, ab vncto deduci, & eſſe vnctũ pigue in ſuis dorſo, ſiue axũgiã vel ſęuũ. Palladius. Sumes tñdẽ vnguinis quod vocamus axungiã vl ſęuũ Perſi. fœniſecę craſſo vitiãt vnguĩe pultes.

¶ Vnguentarius, qui vnguenta cõficit ac vændit qui a gręcis Myrola dicitur. Hiero. in Exo. Facies vnguentũ compoſitum opere vnguentarij.

¶ Vnctũ, ſignat illud pingue qđ in porci dorſo mollius eſt. Col. lib. vij. Frigoris fomenta adhibentur. capite & ſpina tepenti adipe vel vncto linuntur. Perſius adiectiue poſuit. Vncta vixiſſe patella Semper.

¶ Vnguis maſc. ge. ab vngo is. ꝙ politꝰ & trãſlucidꝰ ſit & q̃ſi vnctꝰ. Et eſt ꝓprie eorũ aĩaliũ q̃ digitos habent ſeparatos, vt ſũt homines, ſimię, aues. Pli. Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus vnci, cæteris recti, vt canibus, ꝑter eũ qui a crure plæriſq; dependet. Idem de aquila. vngues quoq; huic generi inuertuntur.

¶ Vnguis, morbꝰ eſt oculorum quem gręci Pterygium vocant. De quo ſupra.

¶ Vngula, ab vnguis denominatiuũ eſt, nõ diminutiuũ q̃uis forma diminutiuã habeat, & dr de his q̃ digitis carent. Plin. in quadrupedibus ſolidas hñt vngulas q̃ non ſunt cornigera. Idẽ. Oĩa digitos habẽt q̃ pedes excepto elephãto. Huic em̃ informes numero quidẽ quinq;, ſed indiuiſi ac leniter diſcreti, vnguliſq; non vnguibꝰ ſiles. Ouid. Quoq; idẽ fecit dũ lo deſcripſit e bouis effigie in primã formã redeũtẽ. Vngulaq; in quinos delapſa abſumit vnguis. Oĩbꝰ vngulis, ꝓuerbiale eſt qđ ſignat oĩbꝰ viribꝰ manũq;, pedũq; & conatu totiꝰ corpis, vt etiã vngues q ſũt ĩ extremitate collocati ĩtẽdãt, quos. Pli. exiſtimat eſſe ſummas neruorũ clauſulas. Cic. li. ij. Tuſ. Toto corpe atq; oĩbꝰ vngulis (vt dr) cõtẽtiõi vocis aſſeruiunt.

¶ Vnguicula, diminutiuũ eſt, & de his tm̃ dr, q̃ vngues hñt. Vñ a teneris vnguiculis dicimꝰ ꝓ eoqđ eſt ab ĩfãtia & ab ineunte ætate a pueris. ab ĩcunabulis. Cicero. Lẽtulo. Sed ꝑſtat teiꝑm q mihi a teneris vnguiculis es cognitus. ¶ Vngulanos. cato vocauit, qui magnos vngues habent ac ſcabros, quaſi vngulis ſimiliores q̃ vnguibus.

¶ Vngulũ, annulũ ſignificat. quod ideo quidam appellatum putant, ꝙ ſicut in digito vnguis carne, ita in illo gemma vel ſignum aliquod auro clauditur.

¶ Vngulata veſtis, ab vngulis hoc eſt annullis. vngulũ enim Oſcorum lingua (vt ait Feſtus) annulum ſignificat. vel etiam dici poteſt ab vnguibus.

¶ Vnus, nũeri pricipiũ eſt. Ouid. Vnus erat toto naturæ vultꝰ in orbe Quẽ dixere chaos. Aliqñ dr ſolꝰ. Plautꝰ. Vnꝰ tũ domi erã, & fores erant clauſę. In qua ſignificatione qñq; gtõ iungit. Pli. Accipenſer vnꝰ oĩm ſquãmis ad os verſis cõtra aquã natando meat. Aliqñ accipit pro primo. Verg. Cadit & Ripheus iuſtiſſimꝰ vnus Qui fuit in Teucris. Sciendũ auctore Hieronymo ad Damaſum, ꝙ vnus eſt numeri. quũ dicimus, vnus homo, vnꝰ equꝰ. poteſt enim & alius homo & tertius vel equus. Vbi aũt alius vel tertius non poteſt iungi. vnus ſi dicatur, nõ numeri ſed vniuerſitatis eſt nomen. vt ſi dicamus vnũ ſolẽm, hic vnus ita dicitur, vt alius vel tertius addi nõ poſſit. vnus eſt enim ſol multo magis Deus, quum vnus dicitur, non numeri ſed vniuerſitatis vocabulo nuncupat. id eſt qui propterea vnus dicitur, ꝙ alius non ſit.

¶ Vnꝰ & alter, ſignat duo ſicut alter & tertius. Tacitus Sed & alter & tertiꝰ dies contatiõe coeternum abſumit.

¶ Vnicus, ſingularis vt phœnix eſt vnica auis. Hic fit aduerbium vnice ſingulariter. vt dilexi te vnice.

¶ Vnuſquiſpiam. aliquis vnꝰ, vnuſquiſq;, dictio vniuerſalis. vnuſquilibet, & vnuſquiuis idẽ ſignificãt quod quilibet omni loco. ex omni parte, ex omni regione.

¶ Vnanimis & vnanimꝰ, vtroq; mõ dr, ꝓ eo q vniꝰ animi ẽ & vniꝰ ſentẽtię cũ altero. vñ & vnanimẽ conſenſũ dicimꝰ, quũ amicorũ concordia eſt. Hinc vnanimitas.

¶ Vnicaulis, herba que vnum caulem habet, nec in ramos ſpargitur. ¶ Vnicolor pen. cor. vnius coloris.

¶ Vnicornis ge. ma. ſiue vnicorniꝰ & vnicorniũ declĩari põ ꝓ aĩali, qđ vnicũ ĩ frõte cornu lõgũ gerit, qđ ad ſaxa limat, & cũ ipſo ꝑforat elephantẽ. Gręce monoceros dr. Hoc aĩal, vt Alber. ĩquit eſt moderatę quãtitatis, buxei coloris & fixe ĩ duo vngulę pedis, ĩ deſertis habitãs

¶ Vnicuba pe. c. mulier q̃ vno tantũ viro cõcũbit. Hie. Legant anteq̃ religio noſtra fulgeret in mũdo vnicubas ſemper habuiſſe inter matronas decus.

¶ Vnigenitus filius qui vnicus eſt, quaſi ſolus genitus nec fratrem vllum habuit aut ſororem.

¶ Vnioculus, qui & monoculus. qui vnũ tãtũ habet oculum. Plau. vniocule ſalue. Gręci Monophtlamõ dicũt.

✤ Vniiugę vinæ dñr ſi haſtilibus ĩ terra defixis ſingulę tranſuerſę perticę in vnã tm̃ ptẽ ordinis adnectant. Cc.

¶ Vniuira pe. cor. quæ vnũ dũtaxat virũ cõiugẽ habuit. Hiero. Vniuira Anna inducitur ſemperq; ieiunans.

¶ Vniuerſus, quaſi oĩs ad vnũ verſus. i. ſine aliqua exceptione, & in ſingulari quidẽ idẽ eſt quod totꝰ, & vniuerſus ager, vniuerſus exercitꝰ. In plurali ſignificat oẽs cõiunctim. Nã ſi dicimus. Omnes ſibi domiciliũ cõſtituerunt intelligitur domiciliũ ſibi vnũquẽq; conſtituiſſe. Si vero dicimꝰ vniuerſi ſibi dommiciliũ ꝯſtituert, ſignificatur omnes ſimul vnũ ſibi pro omnibus domiciliũ feciſſe. Hinc fit inuniuerſum quod ſignifitat vniuerſaliter.

✤ Vniuerſipotẽs dr Deus ꝙ vniuerſa poſſit. A quo vniuerſipotentia diriuatur. Cc.

¶ Vniueſale quod ad vniuerſos pertinet, vniuerſalitas generalitas.

Vniuocũ pe. cor. cuiꝰ & nomẽ comune eſt & eadẽ ſuſtãtię ratio, qđ græce ſinonymũ dr ſicut ęquiuocũ, cuiꝰ nomẽ tm̃ cõmune eſt ſed ſubſtantię diuerſa ratio & a Græcis Homonymon appellatur. Homo & equus vniuoca ſunt, quia ſub vno animalis noĩe cõꝑhendũt, & eadẽ eſt vtriuſq; ſubſtantia. Homerus & hõ pictus, equiuoca ſũt quia de vtroq; aĩal prędicatur, ſed ſubſtantia eorum diuerſa eſt, grãmatici dicunt Homonyma eſſe, q̃ voce ſed nõ ſignificatione cõueniũt, vt nepos & filius filii vel luxurioſus. Synonyma quę nõ voce ſed ſignificatione conueniũt enſis & gladiꝰ. Hic vniuoco as, pe. c. & vniuoce

¶ Vnedo, fructus arboris ſimilis terreſtribꝰ fragris & arbor ipſa etiã Vnedo dr folio citro ſimilis, fruticoſa, pomũ inhonorũ eſt. Ideoq; vnedo dr ꝙ vnũ tm̃ mandi poſſit. Gręci Comarũ vocãt, Latini Arbutũ.

¶ Vnio, is, iui, itũ, coniũgo quaſi vnum facio. Vnde vniti animi qui ſunt vnius voluntatis.

¶ Vnio, onis, mõ ꝯcordiã ſignificat. Aug. Nã hoc fieri poſſe in tãta aĩorũ vnione qs dubitet? mõ margaritã, ꝙ in cõchia nulli duo reperiãt ĩdiſcreti ĩquit Plin. Dos oĩs vnionũ ẽ ĩ cãdore, magnitudine, orbe, leuore, & põdere

✤ Vno ſe ab vnus quo veteres vſi ſunt pro ſimul. Cc.

¶ Vnni, populi qui mariti Cronio vicini caſpiũ accolũt quos quidã Turcos vocari exiſtimant, ſunt Hungari.

¶ Vnq̃, aduerbiũ ſignificat aliquo tẽpore, quaſi vno quouis tempore. A quo Nunq̃.

## V ANTE O

VOberca, nulla eſt iuxta Bilbinim amnem, curſu fluminis vmbra arborum & frigiditate ſcaturientiũ fontium amœniſſima. Cc.

¶ Voces, dñr ea oĩa quę ſanant, vox enĩ fit ἀπὸ τοῦ βοᾶν quod ẽ voco. Verg. Fractaſq; ad littora voces.

¶ Vocula, pe. co. diminutiuũ parua vox. Cic. ad Q. Fratrẽ. Quãto molliores ſunt delicatiores in cãtu flexiones ac falſæ voculę q̃ certe & ſeuerę. Interdũ ponitur pro detractione. Idem. M. Cælio. Si incurrit hæc noſtra lautus non ſolum in oculos, ſed etiam in voculas maliuolorũ.

¶ Vocabulũ, dicitur quo res ſingulę nominantur.

¶ Vocalis & hoc vocale, qđ eſt ſonorũ & ſummę vocis. Plin. li. xviij. Ranę quoq; vltra ſolitũ vocales, ſunt ſigna tẽpeſtatis. Vñ vocales, literę dictę, quia per ſe voces faciũt, & ſine his literalis vox proferri nõ põt. Hinc Semiuocales, quæ q uaſi dimidiatum vocalium ſonum habẽt

Sciēdū ē q̃ qñ dictio finit ı̃ vocalē q̃uis lōguā, ſi ſequēs incipiat a vocali illa finalis breuis eſt, vt Ilio alto.

❡Vocalitas, conſonantia, quā Greci euphoniā vocāt.

❡Vociferor, ſignificat cū dolore ſiue indignatione maiorē vocē emitto. īterdū ſine effectu vehemēter exclamo

❡Voco as, clamo vt voca operarios. Itē vocare appellare. Lact. li. iii. Qd ſi deū naturā vocāt, q̃ puerſitas naturā potiꝰ q̃ deū noīare. Itē inuitare. vnde vocatores dicti ſunt, quibꝰ inuitādi datū eſt negociū, ſiue qui per ſe vocant, ad cœnas. Plin. Inuitatus ad regis cœnā venit. Indignatiq; ptolomeo, ac vocatores ſuos oſtendēti vt diceret a quo eorū inuitatus eſſet; ille arrepto e foculo carbone extincto imagine in pariete delineauit. Itē poſcere ſeu vendere. Iuuē. Bis quīgēta dedit, tāti vocat ille pudicā. Itē denūciare. Ver. li. i. geo. Tū cornix plena pluuiā vocat improba voce. Huius compoſita ſunt. Aduoco, Auoco, Cōuoco, in vnū voco, cōgrego. Cice. li. i tuſcu. Qui diſſipatos homines cogregauit, & ad ſocietatē vitæ conuocauit. Circūuoco. Vndecūq; voco, Deuoco, Euoco Inuoco, Prouoco, Peruoco, qd eſt omnes voco. Reuoco Retrouoco, & ſeuoco, quę habent penult. correptam.

❡Vocito as, pe. cor. frequēvter oco. Plau. in Capti. Pecunū vocitatus eſt, poſt vos indidiſtis Tindaro.

❡Vocatiuus caſus dictus eſt, q̃ per eū vocamus.

❡Voconia gña ſunt pirorū, quēadmodū & volema. Cc.

❡Vogiſonus, ſiue vigiſolus, lacus ı̃ patauino agro.

❡Volo as ꝓpriū eſt alas habētium vt Volat ille per aera magnū Remigio alarū, Trāſfertur etiā ad alia quę celeriter currūt vt nauis volat, fama, & hmōi pro celeriter vadit. Teren. Ne fruſtra illic expectet vola. Hinc veliuolū mare dicitur. Eius cōpoſita ſunt. Aduolo, quod eſt iuxta vel aliquo volo. Pli. li. x. in agrum volaterranū palumbiū vis e mari quotannis aduolat. Aduolo, alio volo. Circunuolo, Idē in eodē. Ne vnq̃ tā longo naues tamq; continuo curſu recedunt a terra, vt non circunuolitent eas appodes. Deuolo, deorſum volo. Euolo extra vel ı̃ altū volo. Vnde per tranſlationē. Cic. Lentulo. Quia altius me euolare noluerunt, Inuolo, Interuolo, Obuolo, cōtra volo. Peruolo, celeriter volo. Preuolo añ volo, ꝓuolo, ꝓcul volo. Reuolo, rurſus volo. reuertor Gel. Vbi ſatis ſęuierāt coruus reuolabat in galeam. Tribuni. Subuolo latenter volo Col. li. ix. Pulli facilius ſub matribus pinguſcunt ſi iam firmis priuſquā ſubuolent paucas ſubtrahas pinas & obteras crura, & vno loco quieſcant. Superuolo, & tranſuolo quæ habent pen. corre.

❡Volito, as; frequēter volo. pli. Super aquas aſſidue volitans. Ponitur & pro diſcurro. Cic. qui per forū volitāt.

❡Volatus us, ipſa volatio & volandi actus

❡Volatile pe. cor. quaſi volans, vt aīa volatilis, & volucres volatilia dicuntur quia volant.

❡Volaticꝰ a, ū, qd volat & cito trāſit. Aug. li. v. cō. turpes ſūt tales & fornicāt. abs te amādo volatica ludibria.

❡Volatura idē qd volatꝰ. Varro. Ibi in prima volatura cū veniūt morāt dies paucos requieſcendi cauſa.

✤Voligo piſcis genus a volando dictū. Dr & loligo. Cc

❡Volucris pe. co. oē id qd volat, nō ſolū aues, ſed apes quoq; veſpe, tabani, & reliqua hmōi. Hiero. cōtra Ioui. Quis nr̃m leonē, quis viperā, qs volucrē, qs ciconiā, qs miluū, qs reptētes ı̃ litore vermiculos vnq̃ comeddetit!

❡Volucer adiectiuū ponit pro celeri. Mart. Et volucrē longuo porrexit vulnere pardum.

❡Volucra, genus animalis, quod pręrodit teneros pampinos. Col. li. iij.

Volo vis, a volo, las, q̃ animꝰ ı̃ quo velle eſt, talis ſit vt puncto temporis peruolet quo vult. Hinc voluntas & volētia. Cōpoſita ſunt Nalo. Malo & peruolo.

❡Voluntas, vt Aug. li. de libe. ar. ait, eſt qua appetimꝰ recte honeſteq; viuere, & ad ſummā ſapiētiā peruenire. Hinc voluntarius, a, um, quod fit ſpōte. Aug. volatariū bellū indicit paſſionibus. Hinc aduerbium voluntarie.

❡Volentia, idem quod voluntas, quæ quid cum ratiōe deſiderat. Sal. tamen volentia plębi pro placētia plæbi ſcripſit hoc, eſt quæ plebs vellet. A volentia, fiunt Beniuolentia Maliuolentia pro amore & odio. quaſi bona & mala voluntas. Beniuolus & Maliuolus.

❡Volones, dicti ſūt ſerui, q bello punico quū deeſſēt q ſcriberēt, ꝓ dñis pugnaturos ſe polliciti ı̃ ciuitatē recepti ſūt, & volones appellati, quia hoc ſponte voluerunt.

❡Voluptas eſt, elata ꝑter modū lætitia opinione pręſētis alicuiꝰ boni Vñ quicquid cū delectatiōe animum demulcet voluptas dicitur, q̃ id maxime velimꝰ. Referf q; ad animum & ad corpus, q̃uis nonnulli inſimulent ſoliꝰ corporis eſſe ac turpē. Sed de honeſta ſcribitur in Pſal. Torrēte voluptatis tuæ potabis eos. De turpi. Cice. Diuinus plato eſcam malorum appellat voluptatem.

❡Voluptuoſus, habituationem & vehemētiā ſignificat & affectionē, vt voluptuoſus hō, q pq̃ amat voluptatem voluptuoſa res q̃ in ſe habet voluptatē, & plena eſt voluptatis & q̃ voluptate efficiat. Ille recipit hæc recipitur.

❡Volupe, delectabile. Plautus. in Amp. Nam quia vos tranquillos video, gaudeo & volupe eſt mihi. Alioqui ꝓ voluptate ponitur.

❡Voluptuariꝰ a um. quod voluptatē affert. Augu. li. x. Cōf. Et ſæpe ı̃certū fit vtrū adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat, voluptarius homo, qui ſe voluptati dat. Plau. in Menę. Voluptarij atq; potatores maximi, tum ſycophantæ & palpatores plurimi.

❡Voluptabile, gratum voluptuoſum. Plau. Voluptabile mihi cum aduentu tuo tuliſti.

❡Voluptia, voluptatis dea habita eſt. ♣ Dr & volup.

❡Vola media pars manꝰ ſiue pedis. A quo volo las. qd ſignāt volas. i. pedes moueo. Ver. li. vj. Ille em̃ ꝓdire volādo. Nā ad pedū volas retulit. Ad manus retulit. Terē. Vix me cōtineo quin inuolē in capillū. A volo fit cōpoſitum Inuolo qd eſt rapio & ſuffuror & in vola abſcōdo.

❡Volua. vide in dictione vulua.

❡Volema, pe. prod. Galli appellant pyra bona & grandia eo q̃ palmam impleant.

❡Voluo is. ui. duarū ſyllabaꝝ, volutū notę ſignificationis. Cuiꝰ cōpoſita ſūt. Adunluo ꝓ agglomero. Cōuoluo Circūuoluo, Deuoluo, Euoluo Inuoluo, Prouoluo, añuoluo vt ꝓuolutis pedibꝰ. Reuoluo explico. ſeu iterū voluo

❡Voluto as. pe. prod. ſępe voluo, & aliquando mente voluo, & cogitatione perquiro. Verg. Id quidem & tacitus Lycida męcum ipſe voluto.

❡Volutabrum pe. prod. locꝰ vbi ſues volutantur. Ver. Sæpe volutabris pulſos ſylueſtribus apros Latratu terrebis agens.

❡Volubilis, qui facile voluitur.

❡Voluox, vermis q & Cōuoluolus & inuoluolus dicit.

♁Voluola, vermis, a voluendo q̃ inuoluat ſe frondibus eaſq; amputet hunc Plaut. Inuoluolum. Cato Conuoluolum. Græci Iulum nominant.

❡Volumen, pen. ꝓ. a voluendo, q̃ maiores noſtri in libris arborū. i. codicibus ſcribebant, & libellos illos quo ferrent commodius complicabant. Ideoq; volumina appellata ſūt, libellis familiora q̃ libris. Eſt em̃ ꝓprie volumen pars codicis. vt puta Metamor. liber in. xv. volumina diſtinctus eſt. Ouid. Sunt mihi mutatæ ter quinq; volumina formæ. Pli. Iunior. Libri. iij. in. vj. Volumina ꝓpter amplitudinem diuiſi, quaſi in. vj. minores libros, vt ſint volumina aliquanto minora quam libri. Igitur volumen pars libri eſt, liber vero pro toto codice & ꝓ volumine accipitur. Inde dicimus Euoluere libros. i. aperire lectitandi gratia, quaſi rem complicatam explicare ſicut. Euelare, rem velatam detegere.

❡Voluſiꝰ, poeta fuit Patauinꝰ, q Enniū ſecutꝰ reꝝ geſtarū populi Romani ānales carmine ſcripſit. Huiꝰ meminit Catul. At voluſi annales Paduā morientur ad ipſam. Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas. Cc.

❡Volſella, ſūt iſtrumēta ad pilos euellēdos a corpore.



♁Volutatim, ſignificat iterum atq; iterum voluendo.

❡Vomo is. ui. tum. eijcio, & ꝓprie de cibo dicit, q̃uis ad alia transferatur. Inde vomitus. Huiꝰ cōpoſita ſunt. Euomo. extra vomo. Reuomo. retro vel ruſus vomo. Pli. lib. x. Simili modo auibus deuoratis ſolidis contentione plurima & cętera oſſa reuomunt.

❡Vomer, & vomis dictus, q̃ terram vomat.

❡Vomica pe. co. a vomēdo, q̃ pus in manet. vel q̃ qui habēt, inſaniē reijciāt. Nā eſt tumor excreſcēs, ſiue groſſities illa, q̃ naſcit in aliqua ꝑte corpis ſaniē frequēter emittens. Serenus. Sunt odio quos dira vomit natura tumores. vomica qualis erit vel eidē ꝓxima quędā. Hinc Plaut. nō infeſtiuiter vomicā appellat crumenā nūmis refertā atq; tumentē, quū ait in Perſa. Quid in hoc collo tibi tumet? reſpōdet, vomica eſt. Sumit & ꝓ receptaculo ex eadē ſilitudine. vñ apd Pli. lapis legit, e venis cuius vomica liquoris eterni argentū viuū appellat. Nonius. Caua & vetuſtate obeſa vomicę nominantur.

❡Vopiſcus, dicit qui ex duobus cōceptis, vno abortu excluſo, ad partū legitimū deducit. Quo nomine dictꝰ eſt Hiſtoricus quidam qui de imperatoribus ſcripſit.

❡Voro as. cibū nō ↄfectū deglutio. Hinc ꝑ trāſlationē vorare capit ꝓ auide ſumere. Vñ voraces guloſi, & voracitas, guloſitas. Compoſi. eſt Deuoro, de quo ſupra.

❡Vorago, pe. pro. pro barathrum dicitur. q̃ in eam cadentia non emergant, ſed deuorari videantur.

❡Vortex, vide vertex.

❡Voueo es. ui. tū. deo aliquid facte ꝓmitto. Liui. In re trepida. xij. vouit Salios fanaq; pallori & pauori. Huius cōpoſitū eſt. Deuoueo, quod eſt deſtino. Vnde & Deuotum deſtinatum. Var. Tu deuoto tibi animo vtere.

❡Votū, ꝓmiſſio facta deo. Sed qa ea valde deſideramꝰ q̃ voto a deo poſcimꝰ, fit vt aliqñ votū ꝓ volūtate & deſiderio ſumat. Vñ voti cōpotē, dicimus eū qui deſideriū ſuū aſſecutus eſt. Et ꝓ voto ſuccedere, i. pro deſiderio.

❡Votiuꝰ a. um. pe. pro. quod ex voto dari promittitur Hora. Paſcitur in veſtrū reditū votiua iuuenca. Votiua verba dicimus quibus in faciendis votis vtimur, & votiuas preces quibꝰ aliquid cum voto poſcimus. Pli. li. vij. Ludis ꝓ ſalute diui Augu. votiuis. Cic. in Ver. actio. ij. ludos votiuos appellat quos vouerat. Hiero. votiuū tūc chriſtianis erat pro nomine dei gladio percuti.

♁Aliqñ votiuū ſignificat qd voto deſideratū eſt. Apul. li. vij. Tota ciuitas ad votiuū conſpectum effunditur.

♁Votiuū, veteres dici voluerūt religiōe aliqua ꝓhibitū Plau. in Aſſ. Nolo illū habere cauſam, & votitā dicere.

❡Voto as. A quo fit frequentatiuum votito as.

❡Vpupa, auis criſtis a capite exeuntibus galeata in fimo ſemper commorans.

## V ANTE R

Vragus, ab antiquis dictus eſt, quē orchū dicimus quaſi ab vrgendo, q̃ is deus maxime nos vrgeat.

❡Vrana, pe. cor. vna ex muſis & apud nos celeſtis dr. Ouid. li. v. Faſt. Excipit vranię fecere ſilentia cunctę οὐρανὸς em̃ celū dr. qd viros eruditos in cęlū tollit, vranos vero dr quaſi oranos, vt inquit Amb. li. Hexa. ab ὁράω, q̃ ſit viſui peruiū & minime penſum, vt eſt aqua & aer.

❡Vrbs, oppidū muro cinctū, ab vrbo aratri curuatura, q̃ antiqui iūctis bobꝰ tauro & vacca Hetruſco ritu ı̃ cōdēdis vrbibꝰ ı̃teriore aratro circūagebāt ſulcū, ı̃tra quē vrbē ędificarēt. Hoc faciebāt religionis cauſa, die auſpicato vt vrbs foſſa, muroq; munita eſſet, & locū vñ terrā fodiſſent foſſam vocabāt. Ver. li. iij. Geor. Apta dies legitur, qua mœnia ſignet aratro. Quidā ab orbe, vrbē appellatā putāt q̃ ſulcꝰ in orbē duceret. Nā ciuitates antiquę in orbē fiebāt. Et ꝓprie Roma, vrbs dicta ē ꝑ Antonomaſiā, cū cętera dicāt oppida. Eſt aūt vrbs mœnia ipſa. Ver. Vrbs ātiq̃ fuit Tyrij tenuere coloni Carthago Ciuitas, coloni q ciues dñr. Apul. Qd oīs ciuitas ap ꝓbauit. Sed cōfundunt qñq; q̃ vrbs ꝓ ciuitate ponat. Ver. Inuadunt vrbē ſōno vinoq; ſepultā. Et ciuitas ꝓ vrbe. Sene. Quū plęraſq; ciuitates videremus terręmotu funditus collapſas. Ab vrbe fit Suburbiū & ſuburbanū, vrbanꝰ & vrbicꝰ, ſicut ab Oppido oppidanꝰ & oppidicꝰ.

❡Vrbicula, dim. pua vrbs, q̃ vulgo Citadella appellat.

❡Vrbicus a. um. qd ad vrbē ptinet, ſicut Ruſticꝰ a. um. qd ad rus. Gel. Si quod aūt poſſet remediū eſſe, vt ne tā aſſidue domus Romę arderent, vęnum hercle dediſſem res ruſticas & vrbicas emiſſem. Suet. in Aug. vt feraciorem habilioremq; annonę vrbicę redderet.

❡Vrbanꝰ a. ū, idem qd vrbicꝰ. vt vrbani mores. vrbana curia. Aliqñ vrbanꝰ dr cultꝰ, diſertꝰ, facetꝰ, hoc eſt qui in verbis & ſono & vſu ꝓpriū quendā præ ſe fert vt bis geſtū & ſumptā ex cōuerſatiōe doctorū tacitā eruditionē. Et differt a dicaci, q̃ dicax eſt cuiꝰ ſermo cū riſu aliquē inceſſit. Ideo Demoſthenē vrbanū fuiſſe dicūt. dicacem negāt. Quēadmodū autē vrbanū & dicacē hominē dicimꝰ, ita vrbanū & dicacem ſermonē. vnde vrbanitas & dicacitas tam de oratione q̃ de homine dicitur Ab vrbanus fit Suburbanum, & Anteurbanum.

♁Vrbanitas, vt idem auctor ait, illa eſt in qua nihil abſonum nihil agreſte, nihil incōditū, nihil peregrinū, neq; ſenſu, neq; verbis, neq; ore, geſtu ve poſſit deprehendi.

♁Vrbanicani, milites, dicūtur non tam qui vrbani ſunt & Romani q̃ qui ad vrbem.

♁Vrbicaria procuratio, a iuriſcon. dicitur q̃ vrbanam intelligi volunt.

♁Vrbare, aratro definire.

❡Vrbanatim, idem quod vrbane, hoc eſt modeſte, eleganter. Pōpo. Ego ruſticatim tangā, vrbanatim neſcio.

❡Vrceus, vt Paulus Iuriſcōſul. ait, eſt vas quo aqua in vrnam infunditur. Cuius diminutiuum eſt vrceolus.

✤Vrceolaris, hęrba a veteribus dicta eſt quę & Parietaria ſiue vt alijs placet Muralis, q̃ muris & parietibus adhæreat. Cc.

❡Vrgeo es. ſi, cogo, ꝑmo, ı̃pello. Ver. Ima ſoluūt latera atq; oculos ſtupor vrget iertes. Et vrgere ı̃ſiſtere. Luci. Cęde hoſtiū gnato, vrgere, inſtāt, perimꝰ. Item tegere. Ver. Qui ſaxo ſemꝑ atq; ingētis pōdere teſte vrgerent. Itē accelerare vt apd eundē. Veſte tegens tibi q̃ noctes feſtina dieſq; vrgebam, & tela curas ſolabat aniles.

❡Vri, boues agreſtes, quos vulgꝰ bubalos vocat. feri ſūt & velocitate excellētes. cornua taurinis ſiīa, vt auctor eſt Soli. capaciſſima ſunt, adeo vt in mēſis vicē prębeāt poculorū. Quinetiā Alber. Mag. li. xxiij. de animalibꝰ ſcribit tantā eſſe vris in cornibus vaſtitatem ac robur vt hominē cum equo ventilent. In Germania peculiariter gignuntur vt Cęſ. & Pli. teſtātur. Dicti vri ἀπὸ τῶν ὀρέων id eſt a montibus quia in montibus eſſe conſueuerunt.

❡Vrina, a gręco οὐρέω meio. A quo οὖρος vrinā dicūt latini lotiū a ſupino lotū lo tñ ſyllaba ꝑter naturā pritiui corripit. Neq; ſolū ꝓ excremēto potꝰ, ſed ēt ꝓ genitali ſpmate accipi ſolet. Pli. li. viij. Incōtinēs aſinę vterꝰ. genitalē vrinā reddit, ni cogat in curſū verberibꝰ, a coitu.

❡Vrino as, ſiue vrinor pe. pro. qd eſt in aquā mergi & natando emergere. Nā & vruū ita flexū deorſum eſt, vt redeat ſurſum, vrinare ergo dictū quaſi ad ſimilitudinē vrni nare. i. natare. Pli. li. xj. Eadē eſt cauſa qa ſub aqua diuranę & Phocę vrinent. Hinc vrinatores apud Var. qui in aqua merguntur. Calliſtratus Iuriſcōſul. appellat eos qui merces e mari extrahunt nauigij gratia iactatas Hinc fit cōpoſitū Inurino. Colu. lib. ix. Lacus piſcinaq; fiant, vt ſint quibus in vrinare poſſint aures.

❡Vrna, ꝓprie vas aquariū, qd in aqua hauriēda vrinat. i. mergit atq; emergitur. Cuiꝰ diminutiuum eſt vrnula.

❡Vrnariū, mēſa quadrata q̃ vrnas cū aqua poſitas ibi potiſſimū haberēt in culina. Hoc apud nos plurimi marmoreum faciūt foramine per quod aqua effluat relicto, ac ſuper id eſcaria vaſa epulis vncta per ancillas lauantur. Eſt & vrnarium balnei ab vrna vaſe aquario.

❡Vro is. vſſi ſtū. ardeo, qd & de frigore dr. Nā & frigꝰ vrit. Luc. vrebāt mōtana niues. Ver. aut borex ꝑtrabi=

le frigꝰ adurat ꝑ tranſlationẽ ponit̃ ꝓ cruciari. Ver. vrit atrox Iuno. Huiꝰ cõpoſita ſunt. Aduro, qđ eſt circũuro Ver. Rapidi ne potẽtia ſolis Acrior, aut boreę penetrabile frigꝰ adurat. Deuro, Exuro, Conburo, Peruro valde vro, A quo Pruina. Inuro, qđ eſt adhibito igni fingo.

¶ Vredo, morbꝰ hęrbarũ, fruticũ, arborũq;, q in vitibus ẽt Carbũculus dr̃, & in cęteris rubigo ſata, plãtas, arboreſq; adurẽs. Interdũ vredo ſignificat incẽdiũ ac pruritum, Pli. de vrtica piſce. Hæc tactu vredinem excitat.

✤ Viriculum, Latini dicunt qđ Gręci Encauſtum. Cc.

¶ Vropygiũ, & Oropygiũ, eſt ãguſta & vltima ſpinę ps ſiue vt Iul. Pol. inquit ſphõdylis finis podici imminẽtis q̃ſi terminꝰ pygæ, ſiue finis vertebrę Græce ὀυροπύγιον Ariſt. li. vlti. de partibus aĩalium vt caudã quadrupedũ vult eſſe, ita volucrũ vropygiũ & earũ duntaxat q̃ ſciſſas alas habẽt. Oropygiũ ita datum volucribus ad dirigendos volatus quemadmodum nauigijs temones.

¶ Vrſus, animal ferum. A quo fiunt diminutiua vrſulꝰ vrſellus, & vrſiculus. & adiectiuum vrſinus a. um. quod eſt ex vrſo, vt caro vrſina.

¶ Vrſa fœmi. ab vrſus. Eſt & ſidus cęleſte figurã habẽs ſimilẽ plauſtri. vñ antiqui Gręcorũ Amaxã hoc eſt plauſtrum dixerunt. Noſtri quoq; a bobus iunctis Septẽtriones appellauerunt. i. a. vij. ſtellis ex quibus quaſi iunctiones figurantur. Sunt autẽ duę vrſæ. Maior & minor, quas Gręci ἄρκτους vocant. De quibus alibi.

¶ Vrtica, genꝰ hęrbe. ab vrẽdo, ꝙ eiꝰ folia tactu acerrime vrãt. Quo ẽt noĩe dictꝰ ẽ piſcis quidã, ꝙ vredinẽ tactu excitet. Cõſtat ſi eq̃ marẽ nõ admittãt & vrtica ĩfricet̃ natura, libẽter coitũ pati. Scribũt phyſici vrticam in cibis coctam vtiliſſimã eſſe lyeni, ventris duritię articularibus & podagricis morbis arterię, tuſſi ventris diſtillationi, ſtomacho. Pectus pręterea purgare, vrinã eijcere, ſanguinem narium ſiſtere, calculos rumpere, vuã reprimere, Gręce autem ἀκαλήφη vrtica dicitur.

¶ Vruũ aratri curuatura. a quo vruo as. qđ eſt aratro definio.

## V ANTE S

VSia, cũ accẽtu in pe. latine eſſentia ſiue ſubſtantia dr̃. Aug. in Dia. vſia. eſt ꝓprię & principaliter dicta q̃ neq; ĩ ſubiecto neq; de ſubiecto ſignificatur vt eſt hic hõ, vel hic equꝰ Scdę dñr vſię genꝰ & ſpecies. i. aĩal & hõ, ꝙ ſole indicẽt primã. vt ſiquis nolit vel neſciat dicere ſocratẽ, dicat animal vel hoĩem. i. genꝰ vel ſpeciem quibus dictis quid ſit Socrates agnoſcitur.

¶ Vſitor, penul. cor. frequẽtẽr vtor. A quo vſitatus vſitatiſſimus.

¶ Vſpiã, pro vſq̃, & ĩ loco & ad locum ſignificat. Terẽ. in Adel. Aut vſpiam ceciderit.

¶ Vſq̃ alicubi, q̃ſi vno quouis loco, a quo Nuſq̃ nullibi.

¶ Vſq; mõ ꝑpoſitio eſt ſignificans cõtinuationẽ & finẽ actus puta loci, tẽporis, & hmõi, vt vſq; ad diẽ dominicũ tecũ futurus ſũ. Ver. vſq; ſub extremũ brumę ĩtractabilis imber. Tibul. vera cano ſic vſq; ſacras innoxia laurus veſcat & æternũ ſit mihi virginitas. Sed cum nominibus ꝓprijs locorũ vel domꝰ, rus, militia iũgit̃, ſimplicẽ actũ reqrit, vt vſq; rus ꝓpero, Q ñq; addit̃ ad Ci. ꝓ de iota. vſq; ad Numantiã miſit. Cũ alijs vero iũgimꝰ ad vł in, vt vado vſq; ĩ Hiſpaniã. vado vſq; ad Padũ. Interdũ etiã de loco eſt. Teren. in Eunu. Ex Aethiopia eſt vſq; hęc. Q ñq; aduerbiũ eſt ſignificãs diu aut multũ aut prope. Idẽ in Adel. Ctheſipho me pugnis miſerũ & iſtam Pſaltriã vſq; occidit. i. ꝓpe vel vehemẽter occidit. Nã occidere ad cędẽ veteres referebãt. Aliqñ ſignificat aſſidue, pſeuerãter. Cic. cornifi. Mihi curę vſq; erit qđ agas Ver. li. vj. Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat vſq; morari.

¶ Vſq; duo, quaſi ad vnum aliquod tempus vel locum, vt vſq; quo ebria eris,

¶ Vſq; quaq;, paſſim, aſſidue, ſemp. quaſi in vnoquoq; loco ſiue in vnoquoq; tempore. Cicero. Treba. vſquequaq; ſapere oportet.

¶ Vſq; eo, & vſq; adeo. i. intantũ, Cic. vſq; eo vt ego miſerer eius. Aug. vſqueadeo inter frementes permãſit intrepidus, & inter lapidum fuit cruciamenta ſecurus vt incredulitatem Iudęorum fidenter argueret.

¶ Vſq; ante hac. i. anteq̃ ſicut exponit Do. Ibi iũgit̃ duę ꝑpoſitiones, ſed vna eſt velut aduerbiũ. Nulla eñ ꝑpoſitio ꝑpoſitioni iũgi ſeparatim põt, ſed vſq; eiuſmodi eſt vt ſine aliqua ꝑpoſitione raro inueniat̃. Terẽ. in An. vt animus in ſpe atq; in timore vſq; antehac attentus fuit.

¶ Vſus, ipſe vtendi actus. Ver. Nã neq; erat corijs vſus Interdũ cõſuetudo. Quin. Mulierẽ cũ qua illi lõgꝰ fuerat vſus. Interdũ opus & exercitiũ. Ver. lib. viij. Arma acri faciunda viro nunc viribus vſus Nunc manibus rapidis. Interdũ fructus & vtilitas. Apul. Quum id ex vſu meo non eſſet. Hinc vtilis & vtilitas.

¶ Vſura, vſus dr̃. Sene. Si mihi vniꝰ diecule vſurã pmiſiſſet. vñ & pecunia q̃ in fœnore ſorti accedit vſura dr̃, q̃m ex vſu acquirat̃. Hãc Var. Impendiũ vocat, ꝙ inter ſe iungat vnũq; fiat quaſi cõpendiũ. Sido. Apollina. Poſteriora vocat, q̃m qui fœnꝰ agitãt & ĩ vſuras extendũt vident̃ aggregare poſteriora prioribꝰ & ortis oritura cõnectere. ob id gręci τόκον vocãt eas q̃ſi ptꝰ poſteritatẽ.

¶ Vſurarius a. um. ex quo capitur vſus. Plaut. in Amp. Alcumenam vxorem cœpit vſurariam.

¶ Vſuariꝰ, dicitur ille cuius eſt vſus, qui rei vſum capit.

¶ Vſuuenit. i. accidit. Cic. in Cato. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi vſuuenirent omnia & reliquis maioribus natu. Plin. Id enim frequenter vſuuenit vt mali bonis pręferantur.

¶ Vſucapio is, duo verba vident̃. vñ vſucaptio ſiue vſucapio. onis. q̃ eſt ab vſu acquiſitio vel adiectio dñij ꝑ cõtinuationẽ poſſeſſionis tpis lõge diffiniti, vt puta. xxx. aut. xl. annorũ ſi res ĩmobilis ſit quã poſſidemꝰ. Triũ annorũ ſi mobilis. Recẽtiores primã illã ꝑſcriptionẽ, hanc vero vſucapionẽ vocãt. Ita eĩ dr̃ vſucapio ſicut pignoricapio Cato. Hęc pignoricapio ob ęs militare facta ẽ, qđ ęs a Tribũo ęrario miles accipe debebat. Paul. Qui alienã rẽ mortis cã traditã vſucepit, non ab eo videt̃ accepiſſe cuiꝰ res fuiſſet. ſed ab eo qui vſucapionis ꝑſtitiſſet

¶ Vſus fructus dicitur, quũ res aliqua nõ noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructũ atq; vtilitatem capimus ac ſi noſtra eſſet. Diffiniturq; ab Vlp. ꝙ ſit ius alienis rebus vtendi fruendiq; ſalua rerum ſubſtantia.

¶ Vſurpare, eſt frequẽti vſu hr̃e. & hoc ſiue verbis ſiue factis fiat. Col. li. ij. Nã illđ qđ in qbuſdã ꝓuincijs vſurpatur, vt cornibꝰ illiget̃ iugũ, fere repudiatũ eſt ab oĩbꝰ Cic. Qđ ſemp vſurpamꝰ in or̃onibꝰ dictis ac factis minimis aut maximis, quũ hoc decere dicimꝰ, illđ non decere igit̃. Vſurpare eſt frequẽter dicere, ſeu frequẽter facere. Amb. li. Hexa. ꝓ ſolere poſuit. Ipſum mundũ ſemper fuiſſe & forẽ Ariſto. vſurpat dicere. Iuriſcõſulti vſurpare ꝓ pręter ius vti vtunt̃. Gel. li. ij. Mutiũ iuriſcõſultum dicere ſolitũ legi nõ eſſe vſurpatã mulierẽ q̃ cũ Kalendis Ianua. apud virũ cauſa matrimonij eſſe cœpiſſet, añ diẽ. iiij. Kalẽdas Ianuarij ſequẽtes vſurpatũ eſſet nõ poſſe impleri trinoctiũ qđ abeſſe a viro vſurpãdi cauſa ex. xij. tabulis deberet, q̃m tertiæ noctis poſterioris ſex horę alterius anni eſſent qui inciperet ex Kalendis.

¶ Vſtulo as. pen. cor. ab vro fit. Pacu. Cadenti ferro crines vſtulare. Liui. Pauci ſemiuſtulati venere ĩ poteſtatẽ

¶ Vſtrina, pe. pro. locꝰ in quo metella cãdeſcunt vt laborent̃. Pli. vſtrina ter ſiccantur, ita vt torreantur carbone puro ac toties vino reſtinguantur albo.

¶ Vſtrigo, pe. pro. vredo dicitur. Amb. lib. Hexa. Non deſinit eſſe triticum, ſi aut vſtrigine aduratur, aut imbre madidetur.

## V ANTE T

VT, cõiũctio cauſatiua. vt dedi tibi librũ vt legeres. i. ꝓpter hãc cauſã. Cic. Lẽt. Nõ illi qdẽ vt mihi ſtomachũ facerẽt. Interdũ adiũctiua ẽ. Plau. Is mihi ſuaſit vt ad te irẽ. Interdũ elegãtię cauſa ponit̃. Cic. Inuitꝰ feci vt C. Flaminiũ de ſenatu eijcerẽ. Nihil enim ſignat



niſi inuitꝰ eieci. Interdũ ponit̃ ꝓ ꝙ Terẽ. Nihil do vt ẽt ĩpuratꝰ ille me irrideat. Interdũ eſt aduerbiũ tẽporis & ſigni. ſtatim poſtq̃ ex quo primũ. Ver. Vt regẽ æquũ crudeli vulnere vidi. idẽ. Turnꝰ vt ĩfractos aduerſo marte Latinos. Interdũ aduerbiũ qualitatis & ſigni. quomõ Ver. vt vidi, vt perij vt me malus abſtulit error. i. ſtatim poſtq̃ vidi, ſiue cũ primũ vidi quomõ perij, vñ amicos interrogamꝰ, vt vales. i. quomõ vales? Significat etiam qualitatẽ certã & incertã. Terẽ. in Adel. Non me hanc rẽ vtut erat geſta patri ĩdicaſſe. q. d. quoquo mõ bñ male Aliqñ admirãtis. Plau. in Ru. vt in ocellis hilaritudo eſt Et illud. vt nunc fluctuat mare? i. quantũ ſiue quomõ. Aliqñ ſimilitudinis. Idẽ vt imbrices fluũt oculi. i. ſicut. Qñq; ei poſtponit̃ ita. Cic. li. de Orat. Vt quiſq; optime gręce ſciret, ita eſſe nequiſſimũ, vbi notãdũ ꝙ licet quidã ꝑceperint in hac iunctura, ita & vt ſemp reſpondere gradꝰ. Oui. tñ li. Hero. dixit vt ferꝰ eſt multoq; ſuis truculẽtior euris Spectaſſet ſiccis vulnera nr̃a genis. Non eñ ſicciorib dixit Ponit̃ nõnunq̃ ꝓ vtpote. i. tanq̃. Liuiꝰ. Gẽs vt in ea regione diuitijs ꝑpollẽs. Q ñq; ꝓ quippe. Quin. Nec ignoro quos trãſeo, nec vtiq; dãno, vt q dixerim eſſe in oĩbus vtilitatis aliquid. Interdũ ſignifi. ita vt, ſiue propter qđ vel quapropter, vt ſi dicã Quotidie hoſpites ad me veniũt, vt incipiã iã ſtomachari tãtam frequẽtiã. Itẽ eſt aduerbiũ optãdi, & ponit̃ ꝓ vtinã vñ Terẽ. in Heauton. Vt illũ dij deęq; oẽs perdant. Itẽ ſignificat ſcđm ꝙ Quint. At vero orator vt eſt ſemp ad dicendũ paratꝰ. Cic. Qui ſermo, quæ ꝑcepta, quãta notitia antiquitatis, ſciẽtia iuris augurũ. Multæ etiã vt in hoĩe Romano literę. Interdũ ſignifi. quãtũ, Plau. ĩ Aſi. Vt nr̃ę fortunę ꝓcedũt libane. Terẽ. ĩ And. Ego poſtq̃ te emi a puulo vt ſemp tibi apđ me iuſta ac clæmẽs fuerit ſeruitꝰ ſcis. Ponit̃ ꝓ q̃uis. Plau. Vt iſtuc periculũ ingẽs ſit, me tñ nõ tremefacit. Ouid. ad Ruf. Vt deſinit vires tñ eſt laudãda voluntas. Pro q̃. Ver. Vt te poſt multa tuorũ funera. Pro ne nõ. Terẽ. in And. Dies hic mihi vt ſatis ſit vereor ad agendũ. Iũgit̃ mõ ĩdicatiuo. vt ſuſtinui. Mõ optatiuo, vt faciã. Mõ ſubiũctiuo. Vergi. Infandũ regina iubes renouare dolorẽ, Troianas vt opes & lamẽtabile regnũ. Eruerint Danai. Ab vt fit vti, & addẽdo nã fit vtinã. Sicut ſicuti. velut veluti. Prout. i. ſicut

¶ Vtut, come ſe voglia. Teren. in Adel. Immo hercle hęc quæſo ſcire vtut hæc facta ſunt.

¶ Vtcũq;, ſimiliter ſignificat quomodocũq;. Liuiꝰ. Vtcũq; erit iuuabit tñ reiũ geſtarũ memorię principis terrarum populi pro virili parte & meipſum conſuluiſſe.

¶ Vtinam, aduerbium optantis. qñq; etiam dicimus. O vtinã. Ouid. O vtinã tũc cũ Lacędemona cũ claſſe petebat. ¶ Vtputa, ſignificat quemadmodum.

¶ Vtiq;, aduerbiũ ſimilitudinis, & qñq; ponit̃ ꝓ certe, vel prorſus. Quin. Solent huiuſmodi negociatores aliquid propriũ ac priuatũ ſtipulati vtiq; cũ rem alienã vẽdant. Hiero. in prologo. Paralip. Quę vtiq; in codicibꝰ noſtris non habẽtur. Suet. in Tito. Cęterum Titum qui prope adſtabat vtiq; imperaturum.

¶ Vtquid, ſignificat quamobrem, ꝓpter quid, vtquid repuliſti nos in finem.

¶ Vtpote, aduerbiũ cõfirmãtis, & cauſatiuũ, ſignat eñ q̃m, qñquidẽ. Sal. Antoniꝰ aberat a bello, vtpote æger ac iacẽs. Ponit̃ ẽt ꝓ tanq̃. Suet. ĩ Aug. Aedes ſacras vetuſtate collapſas, aut ĩcẽdio abſũptas refecit, eaſq; opulẽtiſſimis donis ordinauit̃, vtpote q ĩ cellã Capitolini Iouis ſexdecim millia põdo auri vna donatione cõtulerit. Amb. li. j. offi. Erat Iſaac dñm timẽs vtpote Abrahę indoles deferens patri honorem. id eſt. q̃m vel tanquam.

¶ Vter a. um. ſignificat quis vnus ex duobꝰ, poniturq; ĩterrogatiue, vt vter veſtrũ fecit hoc? Indefinite, vt ſcio vter veſtrũ hoc fecerit. i. quis vnus veſtrum hoc fecerit. Dicimus vter alterum. Pli. Vter alteri dixerit neſcio. Similiter dicimus vter vtrum. Cic. Vter vtri inſidias fecerit. Hinc fiunt. Compoſita quę ſequuntur.

¶ Vterq;, ſignat ãbos, licet ĩter ſe differãt, ꝙ cũ vtrũq; aliquid feciſſe dicimꝰ, & ab hoc & ab illo ſeparatim id factũ intelligimꝰ, vt vterq; ſibi domũ ędificauit, hoc eſt & hic ędificauit ſibi domũ & ille. Cũ vero ãbos dicimꝰ feciſſe, ab vtroq; cõiunctim id factũ. oſtẽdimꝰ, vt ãbo ſibi monumentũ cõſtituere. hoc eſt hic & ille ſimul vnũ ſibi cõmuue monumentũ fecere. Propter qđ vtrũq; alterum verberaſſe recte dicimꝰ, hoc eſt hũc illũ, & illũ hũc verberaſſe. Cic. Quorũ vterq; ſuo ſtudio delectatꝰ cõtẽpſit alterũ. Quin. Cũ eũ vterq; alteri obijciat, palã eſt vtrũq; feciſſe. Eodẽ mõ vtrũq; vtriq; aliqd feciſſe dicimꝰ. Teren. Quia vterq; vtriq; eſt cordi. Ambos aũt alterũ verberaſſe, vel ãbos verberaſſe ãbos nõ recte dicimꝰ, quia ſignificaret̃ ãbo ſeipſos verberaſſe, ſed ãbos ſe mutuo verberauerũt. Aug. Vterq; ſignificat ãbos, & tñ ſingulari ſono ẽ, ſed ſignificatiõe duali. Nã cũ dixit Ver. Cõſtitit ĩ digitos ex tẽplo arrectꝰ vterq;, duo ſignati ſũt cũ dixit vterq;, cũ aũt arrectꝰ noluit exprimere pluralitatẽ vt ſit in pl̃i vtriq;. Sed hoc ĩtereſt, quia licet vterq; duo ſignificet, tñ ſolũ duo. Vtriq; aũt duo ſignat, ſed ſic vt in ſingulis multi ſint. Si dicas vtriq; exercit̃, duo ſignifico ſed ſicut in ſingulis turbã intelligi velim. Hęc quidẽ diſtĩcta ſunt, ſed itẽ auctoritate cõfuſa. Nã cũ ait. Ver. Sup vtraq; quaſſat tẽpora, cõfundit. Dicere eñ debuit ſuper vtrũq; tẽpus, cum de duobus temporibus loqueretur.

¶ Vterlibet, pe. cor. alter ex duobus, hoc eſt vter quem tibi capere libet.

¶ Vteruis, vter quẽ tu vis, ſic quis & qlibet. Nihil eñ eſt aliđ quiuis, q̃ vnꝰ quẽ tu vis. & qlibet, q̃ vnꝰ qui tibi magis libet. Hoc eĩ differũt vteruis, & vterlibet, a quis & qlibet. ꝙ illa vnũ ex duobꝰ ſignãt, hęc vnũ ex pluribus Terentius. abs quiuis hoĩe cũ eſt opus bñficiũ accipere gaudeas. Quint. Periculoſũ & cũ cura intuendũ genus, ꝙ ſi in ꝓponẽdo vnũ quemlibet amiſerimꝰ cũ riſu quoq; tota res ſoluit̃, tutiꝰ ſic ĩterrogare ſi hæc actio nõ ſit q̃ ſit. Simul eĩ remouet̃ oĩa vł cũ duo ponet̃ ĩter ſe cõtraria, quorũ tenuiſſe vtrũlibet ſufficiet. Ecce in eodẽ loco vtrũlibet & qđlibet vſus eſt. Altero ꝓ eo qđ eſt vnũ de duobꝰ. Altero ꝓ eo qđ eſt vnũ de pluribꝰ. Hier. Adducetur ad Aaron vel ad vnũ quemlibet filiorũ ipſius.

¶ Vtroq;, aduerbium loci, hoc eſt ad vnum aliquem locum & ad alterum. Liui. vtroq; loco.

¶ Vtraq; per vtrumq; locum.

¶ Vtrum, aduerbiũ, modo interrogãtis eſt. Plau. Vtrum id verũ putas, an non? Modo dubitantis. Seneca. vtrum id nobis cõueniat adnimaduertendum. Cõponitur quãdoq; cũ nam. Hiero. lib. Reg. Et conſuluerunt poſt hæc dominum vtrum nam venturus eſſet illuc.

¶ Vter, vteri & vterus vteri, dicitur quẽ alio noĩe locos appellant & vulgo falſo matricẽ, cum matrix ſit fœmina quę fœtꝰ gratia tenetur. Exiſtimat Pli. vuluã dici in cęteris animalibus, in muliere vterum. Ideo vterus, dicit̃ quia continet & tanq̃ vter eſt, ad pręgnãteſq; pertinet. Qñq; tamen ſumitur pro ventre. Verg. Vterũq; armato milite complent. Cęcil. Nunc vter creſcit non poteſt cęlari. Huius diminutiuum eſt vterculus.

¶ Vter vtris generis maſculini pellis qua vinũ aut oleũ deferri ſolet.

¶ Vterculus. Pli. Et in vterculos congeſtus apũ liquore eñ eum euomunt. Diminutiuũ eſt ab vter ꝓ vẽtre.

¶ Vtriculos in farina videtur. Plin. accipere. lib. xviij. quos Galli Ciſalpini redundaginem in venetia prouincia pleriq; Subuentres vocant.

¶ Vtricularius qui inflat ex vtre phyſtulã. Et a gręcis. Aſcaules dicitur. Suetonius in Nero. Vouerat ſe proditurum hydraulam & choraulam & vtricularium.

¶ Vtor vſũ habeo. Et ſemp de rebꝰ bonis ac neceſſarijs necnõ & diuinis ĩanimatiſq; dr̃, vt vtor domo. diligẽtia cõſuetudine, ſtudio, & hmõi. Terẽ. Scio te nõ eſſe vſum añ hac amicitia mea. Sed cũ de pſonis loquimur accipit̃ ꝓ cõuerſari. Cic. Lentu. Trebonio multos annos vtor

valde familiariter. Iñ vſus ꝓ cōuerſatione. Quint. Mulierē cū qua lōgꝰ illi fuerat vſus. Et qa aliq̃ re vtimur vt ex fructū ꝑcipiamꝰ, factū eſt, vt dicamꝰ vſum ꝓ vtilitate. Cōſtruit̃ q̃nq; cū actō. Cic. li. Acad. Et q̃ a ſuperioribꝰ acceperāt vtebant̃. Var. Vtile vtamur potiꝰ q̃ ab re abutamur. Huius compoſita ſunt Abutor & Contor.

¶ Vtenſile, pen. cor. quod eſt ad vſum neceſſariū. Col. lib. xij vtenſilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam extollitur.

☿ Vtilis & vtibilis homo dicitur, quo vtamur. Sed de re potius dicimus ſicut vtenſile.

☿ Vtica, pe. cor. ciuitas Aphricæ diſtans a Carthagine. xxx. millia paſſuum, apud quam Cato ſe interemit. vnde & vticenſis dictus eſt.

### V ANTE V

VVa eſt q̃ in vite fit, dicta ab vuido. Aliq̃ñ ponit̃ ꝓ vite. Ver. Et turpes auibꝰ prędā fert vua racemos. Et vua morbꝰ quē gręci *Staphylē* vocāt. Inflāmatio eſt eiꝰ ꝑtis q̃ in ore *Columellæ* dr̃, & Staphylophoros Ariſtoteli. Diſtēdit̃ hęc, & luteo colore ſubrubeſcit acino ꝑſimilis. Eſt aūt vua id qđ in fine palati depēdet circa fauces, & inhiāte hoīe cōſpicit̃, ſic dicta qa vt vua depēdet. & humiditate variat̃, & eſt vocis moderatrix. Serenꝰ. Agreſcūt teneræ fauces cū frigoris ora. Vis ſubijt, vel cū vētis agitabilis aer vertit̃ atq; ipſas flatꝰ grauis īficit vuas. Sub vua eſt minor lingua q̃ Epigloſſis dr̃. Dr̃ etiā vua de Apibus, cū collectę ſunt & in modū botryonis depēdēt. Col. Cū examen glomeratū in ꝓximo frondētis arbuſculę ramo cōſederit aīaduertito an totū examen in ſpeciē vnius vuę depēdeat. Pli. li. xj. Tunc oſtenta faciūt priuata ac publica vua dependente in domibus tēpliſq;. Ver. Et denſis vuā dimittere ramis Seruius. Vuā dimittere. i. in morē vuę botryonem defluere

¶ Vuidum, humidū, pingue, quod præcipue habet aliquid humoris intrinſecus. vnde & vua dicta. Humidū quod habet humorem extrinſecus.

✤ Vueus ſuccus, vinum dicitur. ab vua. Cc.

¶ Vulcanꝰ, deꝰ ab ātiqs putatꝰ eſt, qđ ſignificat̃ ignis ꝙ canꝰ ꝑ aera volet. volat ēm flāma & cādida eſt. Hic & Mulciber appellat̃, ꝙ ferrū mulceat. Fingūt ēm poetę hunc fuiſſe deum, & Iouis ex Iunone filium. Qui faber Ioui fulmina contra gigantes fabricauit. Hinc vulcanię inſulę appellatę ſunt. Vulcanum in cornu concluſum gēris. ſignificat ignem in laterna portas.

¶ Vulcens tis. ſine s. poſt l. & per u.

¶ Vulga, ſacculus ſcorteꝰ ſiue ex alia materia ī quo pecuniā vl̃ alia vitę neceſſaria ferre ſolēt hoīes. dicta ꝙ nūmos aliaſq; res inuoluat. Lucil. in vulgā penetrare piloſam. Var. Vt viaticū ex arcula adderā ī vulgā. Hęc etiā a veteribꝰ Bulga dr̃. Eſt & vulga ſiue bulga folliculꝰ ad brachiū pendēs gerēdę pecunię gratia. Lucil. Cui neq; iumentū eſt, nec ſeruꝰ, nec comes vllus, bulgā & quicqd habet nūmorum ſecū habet, cū bulga cœnat, dormit, lauat. Q̃nq; ponit̃ ꝓ vulua, & ecōtrario vulua pro ſacculo Idē. Ita vt quiſq; nr̃m e bulga eſt matris in lucē editus.

¶ Vulgꝰ, neut. gen. & indeclinabile. & vulgꝰ vulgi maſcu. gñis ſignat multitudinē ignobiliorē. Vergi: Sequitq; animis ignobile vulgꝰ. Cic. Saturnū maxīe colūt vulgi. Ver. In vulgū ambiguas & quęrere cōſciꝰ arma. & a volue nbo quidā dici putant, ꝙ ſtultę huc atq; illuc voluat̃.

¶ Vulgo, aduerbialiter poſitū ſignificat paſſim ꝑ oēs cateruatim. Ver. Hinc lętis vituli vulgo moriuntur in hęrbis. vulgo concepti dicuntur qui patrē demonſtrare nō poſſunt, vel qui poſſunt quidem ſed eum habent quem habere non licet. Qui & Spurij vocantur.

¶ Vulgaris & hoc gare. qđ eſt vulgi, hoc eſt vile ac cōmune. vñ & reſpōdet ſingulari. Cic. in arte veteri. Magna an parua, facilia an difficilia, ſingularia ſint an vulgaria. vera an falſa. Aliquando vulgare dicitur quod eſt tritum & conſuetū. Quint. Simul ne vulgarem viam ingreſſus eſt alienis demum veſtigijs inſiſterem.

¶ Vulgo as. in vulgꝰ do, & quaſi multis audiētibꝰ ac nō taciturnis dico, & cōmune oibꝰ facio, manifeſto, vile habeo. Ver. li. xj. Quid me alta ſilētia cogis Rūpere & obductū verbis vulgare dolorē? Lact. li. vij. Quæ vaticinia eorū cū paulatim fama vulgaſſet. Liui. li. j. Sūt qui Laurentiā vulgato corpe lupā inter paſtores vocatā putēt. Plaut. in Am. Cui me abſente corpꝰ vulgauit ſuū. Huiꝰ cōpoſita ſunt. Diuulgo, Euulgo, qđ eſt extra in vulgus exeo. Liui. li. ix. Ciuile ius repoſitū in penetralibꝰ pōtificū euulgauit. Inuulgo. Gel. Libris foras edictis, inuulgaret. Peruulgo valde vulgo. Teren. vbi rem ſciui, cœpi inhumaniꝰ neq; vt aīm decuit ęgrotū adoleſcentuli tractare, ſed vi & via ꝑuulgata patrū quotidie accuſabam.

✤ A vulgo, fiunt verbalia vulgator vulgatrix & vulgatio. Cc. ¶ Vulnus, vide in dictione vlcus. Hinc vulnero as. ſaucio, vulnus infero. Transfertur quādoq; ad animum, & ſignificat ango. vnde & vulnus animi pro angore accipitur ſeu damno. Pli. Maximū illi fortuna vulnus intulerat duobus filijs immatura morte ſublatis.

¶ Vulnerarius medicus, chirurgus qui vulnera curat. vulnerarium emplaſtrum quod vulneribus imponitur.

¶ Vulpes & volpes aīal teſte Varrone ꝙ pedibꝰ volet. Huius diminutiuū eſt vulpecula. Hora. Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimā. Adiectiuū vulpinus a. um. qđ eſt a vulpe. Sueto. Vbi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt. Aliquando ponitur pro aſtuto. Plaut. vulpinus animus ne quid moliatur mali.

¶ Vulpinor aris. ſignificat mēdacijs ac fraudibus vera puerto ſiue effugio. Tractū eſt intorto vulpium curſu.

¶ Vulſinꝰ, pe. pro. lacus a vulſinijs oppido cui adiacet noīatus in Hetruria, piſciū fertilis. vulſinij ēm oppidū fuit opulentiſſimum, a quo vulſinienſes dicti ſunt.

¶ Vultur, & vulturis & vulturiꝰ, in noīatiuo dici poteſt Enni. Vulturis ī ſyluis miſerū mādebat homonē. Auis eſt rapax carniuora a volatu tardo dicta, ꝙ propter magnitudinē corpis tarde volet. Plaut. in Tru. Iā quaſi vulturij triduo prius p̄diuinabant quo die eſurituri ſiēt. De hac aue ſic ſcribit. Amb. Negāt vultures indulgere cōcubitui, & iugali quodā vſu nuptialiſq; copulæ ſorte miſceri, atq; ſine vllo maſculorū cōcipere ſemīe, & ſine cōiunctione generare, natoſq; ex his in multā ętatē longe vitę procedere, vt vſq; ad centum annos vitę eorum ſeries producatur. Eſt & vultur mons in Apulia.

✤ A Vulturio fit vulturinus, vt vlturina caro. Cc.

¶ Vulturnꝰ, ventꝰ qui ab oriēte hyberno ſpirat. Dictꝰ a vulturis volatu (vt quidā aiūt) q̃m alte reſonat. Græci Euronoton vocant, ꝙ inter notū & Eurū ſit. Hoc noīe etiā dictꝰ eſt fluuiꝰ qui per Campaniā labens haud longe a Cumis mergitur. quod & vulturnum dicitur Silius lib. viij. Fluctuſq; ſonorum vulturnum.

¶ Vulturnum, oppidum Campanorum eſt, & fluuiꝰ de quo modo eſt dictum.

¶ Vultus a volo vis, ſicut a colo cultus, proprie ſignifi. voluntatē hominis quę pro motu animi in facie oſtēditur. Cum facies ſit ipſa oris ſpecies quę permanet. Vultum ſibi fingere multi poſſunt, formā nemo. Lucre. lib. iiij. protulit vulta neutro genere. Sed quos vtriuſq; figurę. Eſſe vides mixtim referentes vulta parentū, vultus autem in nullo animante eſt pręter hominem. Huiꝰ diminutiuum eſt vulticulus, quo vſus eſt Cicero.

¶ Vultuoſus, triſtis. Cice. de optimo genere dicendi. in quo cum effeceris ne quid ineptum ſit, aut vultuoſum. Hinc aduerbiū vultuoſe, qđ Dona vſurpat pro eo quod eſt indignanter facie mœſta & fronte ſubducta, & cū geſtu rebus accommodato, vultuoſa frons apud Apul. pro mœſta accipitur. Ait enim lib. iiij. Meta. Longe diſſimilis aduenit, non ex lęta facie ſed vultuoſam frontem rugis inſurgentibus adſeuerabat.

¶ Vulua, ſeu volua, idē qđ vterꝰ & matrix vulgo dr̃ licet falſo, dicta ꝙ fœtꝰ īuoluat. In ea ei cōceptus fit & fœtus cōtinetur. Hanc multi ex Romanis ex porca in delitijs



habuere quę duplici nomine appellabatur. Eiectitia. ſcilicet & porcaria. Eiectitia a ꝑtu eiecto ſiue enecto. Porcaria ab edito, Eiectitiā. Pli. optimā eſſe ait, quæ fuerit porcę occiſę, cum eiectus ſiue enectus eſt partus. Porcariam cū editus eſt, melior q; erat quæ peperiſſet q̃ virginis. Nā a partu ſtatim ſuem primiperā interficiebant tum habendę vuluę gratia, tum vt lumen optimū efficerent. Mart. Te fortaſſe magis capiet de virgine porca, Me materna graui de ſue voluta capit. quandoq; accipitur vulua pro ore vulue. Iuue. Adhuc ardens rigidæ tētigine vulue. Pli. quoq; boletorū prorūpentium in oui ſpeciem album illud inuolucrum voluam nuncupat.

### V ANTE X

VXor, quaſi vnxor ab vngēdo. Nā cū puellę nuberent apud veteres ac mariti domū intrarēt, axūgia poſtes vngebāt, putantes ex hoc oīa mala ab ea domo arceri, vel ꝙ lotos maritos vngebāt. En. Ex. in. Tarquiniū bona fœmina lauit, & vnxit. Ser. in con. li. iiij. Aen. ſic habet. Mos fuerat vt nubentes puellæ ſimul cū veniſſent ad limen mariti poſtes anteq̃ ingrederentur ornarent laneis vittis & oleo vngerent. Et inde vxores dictę ſunt, quaſi vnxores. Plinius quoq; ſcribit nouas nuptias lupino adipe poſtes inungere ſolitas ne quid mali medicamenti inferretur. Huius diminutiuū eſt vxorcula. Hiero. ad Oceanum. Tu mihi olim emor tuam de ſepulchro vxorculam protrahis.

¶ Vxorius a. um, quod eſt vxoris, vel quod ad vxorem pertinet vt res vxoria. Aug. lib. ij. con. Non curauit hęc quia metus erat ne impediretur ſpes mea cōpede vxoria. Aliquādo vxorius dicitur, qui vxori nimis inſeruit. Ver. Pulchramq; vxorius vrbem extruis.

X LITERA SEMI VOCALIS EST q̃ vim duplicis cōſonantis habet, ꝑ qua modo cs, modo gs, primitꝰ vtebant̃, vt apecs gregs, ꝑ quibꝰ nūc apex grex dicimꝰ. Sciendū ꝙ x. trāſit in u. cōſonantē, vt nix niuis in ct. vt nox noctis, & in aſpirationē ſubijt. vt veho vexi. Quotieſcunq; aūt p̄poſitio ex cōponitur cū dictione incipiēte a vocali vel c. p. t. & s. remanet integra, ſed quando cū s. s abijcitur vt Exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro, excutio, explodo, extraho, exequor, expes.

### X ANTE A

XAntha, nympha eſt a colore. ξάνθον enim græci ſubrubrum dicunt. Cc.

¶ Xanthus, latine flauꝰ dr̃. Quo noīe dictꝰ fluuiꝰ Troianus, qui & Scamēder dr̃. Nam ꝙ in campis Troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophea naſcantur, ideo flumen id, Ilienſes Xanthū appellauiſſe dicuntur. Eſt & nomen viri & nomē vrbis Lyciæ a fluuio ſic nuncupatę. Eſt nomen equi Hectoris.

¶ Xanthij populi Aſię, qui cū eorū vrbs ab Harpacto p̄fecto Cyri obſideret̃, vxores ſuas ac ſeruos & omnes opes in arce poſuerūt deinde adhibito igni cremauerūt Ipſiq; in bello irruentes cuncti cecidere.

¶ Xanthicus, aprilis menſis Hebręorum lingua appellatus eſt.

¶ Xantho, fuit vna ex nymphis Oceani & Thethyos filia. Ver. lib. ij. Geor. Drymoq; Xanthoq;.

¶ Xāthippe, nomē vxoris querulę Socratis philoſophi

### X ANTE E

XEnos, latine hoſpes ſiue peregrinus Xenia hoſpitalitas, amicitia externorum.

¶ Xeniū, dici poteſt munꝰ hoſpitalitatis. Vñ Martialis librū. xiij. in quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit, Xenia noīauit, ꝙ verſus ipſos ꝓ Xenijs mitteret. Oīs in hoc gracili xeniorū turba libello, Cōſtabit nūmis quatuor empta tibi. Quatuor eſt nimiū? poterit cōſtare duobꝰ. Et faciet lucrū bibliopola Triphon. Hęc licet hoſpitibꝰ ꝓ munere diſticha mittas, Si tibi tā rarꝰ q̃ mihi nūmus erit. Huiꝰ dimi. eſt xeniolū paruū xeniū. Apul. Cōmodiū meridies acceſſerat & mittit mihi xeniola, porcū opimū & quinq; gallinulas & vini cadū in ætate p̄tioſ.

¶ Xenodochium, & xenodocium. hoſpitale, locus publicus quo peregrini & hoſpites hoſpitaliter recipiunt̃ ξένος hoſpes. δοχεῖον receptaculum, quaſi hoſpitum receptaculum. Hiero. Xenodochium in portu Romano ſitum totus pariter mundus audiuit.

¶ Xenocrates, pe. cor. nomē philoſophi Calcedonij auditoris Platōis, qui in academia Speuſippo ſucceſſit, & vigintiquīq; annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeo vt cū illū Plato Ariſtoteli cōpararet, alterū freno, alterum calcaribꝰ indigere dicebat. Hic philoſophorū ſeueriſſimus extitit. Fuerūt, cū Phyrne nobile ſcortū dedita opa a quibuſdā intra eiꝰ cellā miſſa eſſent, atq; ab eo orās lectuli partē accepiſſet, demūq; īperfecto ope diſceſſiſſet dixiſſe nō a viro ſed a ſtatua veniſſe. Eiꝰ verbis tāta fides adhibebat̃, vt cū iniurati nullius teſtimoniū admitteretur, huic ſoli iniurato crederetur. Hunc Atheniēſes aliq̃ñ vendiderūt vt ita in exilio degēs frangeret̃. Obijt ſecundo & octogeſimo ętatis ſuę anno cū noctu forte in ſartaginē offendiſſet. Fuere & alij hoc nomine.

¶ Xenodotus, fuit hiſtoricus patria Trœzenius.

¶ Xenodorus, quaſi ξένος. i. peregrinū quid & egregiū denotans, & δῶρον donū. Fuit nomen ſtatuarij nulli veterum cęlandi arte poſtponendi.

¶ Xenophanes, pe. cor. poeta Colophonius, qui cōtra Homerum & Heſſodon elegias ſcripſit. Fuit & alter xenophanes ex Leſbo poeta Iambicus.

¶ Xenophon, nomē philoſophi & ducis inſignis Athenienſis Socratis diſcipulus, & Platonis ęmulus fuit, ſpecioſus, moratꝰ & oībus gratꝰ. Hic primus oīm philoſophorū ſcripſit hiſtoriā. Exercitū quoq; ex vltimis Babylonię finibus per aſpera & difficillima itinera incolumen reduxit. Fuere & alij xenophontes.

¶ Xenophilus, pe. cor. nomen muſici Chalcidēſis Pythagorici de quo Vale. Maxi. Biennio minor q̃ Gorgias qui centū & quinq; vixit annis. xenophilus Chalcidēſis Pythagoricꝰ ſed fœlicitate nō inferior. Siquidem vt ait Ariſtoxenus muſicꝰ oīs incōmodi humani expers ſummo perfectiſſimæ doctrinę ſplendore, extinctus eſt.

¶ Xerāpellinę veſtes vt inquit Probus fuerūt ad vſum matronarū ampellini coloris, qui inter coccinū & muriceū medius eſt. ξηρὸν ſiccū ſignificat. Itaq; xerampellinꝰ coloris eſſe creditur, quē vulgo Roſam ſiccam nominamus. Alij xerampellinas dicunt latine dici Atrabaticas hoc eſt quę colorem atrum. i. nigrum habent.

✤ Xerolophus, pe. cor. dici poteſt ſiccus tumulus ξηρὸς ſiccus, λόφος tumulus. Namq; ex lapidibus conſtrui conſueuerant principium tumuli.

¶ Xerolibya, latine ſicca Libya dicitur.

¶ Xerophagium, comeſtio ſiccorum ciborum.

¶ Xerophthalmia arida lippitudo, cum nec tumēt, nec fluunt oculi, ſed graueſcunt.

¶ Xeria, emplaſtra ſicca. ſicut Hygremplaſtra vocātur liquida emplaſtra.

¶ Xerxes, latine bellator. Vñ Artaxerxes magnus bellator fuit Perſarū rex, qui cōtra Atheniēſes magnū collegit exercitū. Tradunt ſcriptores numerū copiarū terreſtrium quas in Gręciā ducit xerxes, fuiſſe. clxx. myriades. i. decies ſepties ſentena millia. Myrias ēm numerꝰ eſt continens decem millia. Tranſiuit eius exercitꝰ per ſeptem dies totidemq; noctes nullo tēpore intermiſſo. Sed nauali ꝓlio a Themiſtocle Gręcorū duce victus rex ipſe cū paucis aufugit. Fuit filius Darij regis ex Atoſa Cyri filia. Hanc hiſtoriam Herodotus late ſcripſit.

¶ Xylon gręce, latine lignum dicitur. Vnde xylobalſamum lignum balſami.

¶ Xilinum, quod & xylon dicitur. i. quod vulgares Bābatium dicunt vnde Xylinę veſtes.

¶ Xilocaſſia. lignum Caſſię.

¶ Xylophagus. pe. cor. vermis q̃ albus obeſus nigelloq; capite eſt, ac naſcitur in lignorum carie lignū corrodens

in Põto & Phrygia comediꝛ, vt auctor eſt Hiero. cõtra Ioui. Et quomodo(inquit)apud nos ficedula & Attagen mullus & ſcarus in delicijs cõputantur, ita apud illos ξυλοφάγιον conced iſſe luxuria eſt.

¶Xiphis, græce ξίφος ſignificat enſem. vnde xiphiæ ſtellę ex cometarum genere in mucrones faſtigiatę.

¶Xyſtus a gręcis dicitur porticꝰ ampla latitudine, exercitationi accõmodata, in qua Athletę per hiberna tẽpora exercenꝛ. Hinc Xyſtici dicuntur Athletę in pyſtis pugnãtes. Suet. in Augu. Nec tñ eo minꝰ aut Xyſticorꝫ certationes, aut gladiatorũ pugnas ſeueriſſime ſemper exegit xyſtici etiã dicunꝛ qui Xyſto ludunt. Significat eñi Xyſtos ſpiculũ vel haſtile telũ. Vnde Xyſtophorus latine ſpiculator. Interdũ Xyſtus poniꝛ pro ambulatiõe in qua arbuſculę ſunt in plurimas ſpecies effigiatę. Pli. Ante cryptoporticum xyſtus eſt violis adoratꝰ. Aliter Pli. li. v. Epi. Añ porticũ xyſtꝰ cõciſus in plurimas ſpecies diſtinctuſq; buxo. Idẽ. Nõ tã ſtatuarũ & tabularum pictarũ ornatu ędes ſuas q̃ Xyſtis & nemoribꝰ excoluit Victr. Latini xyſta, ambulationes appellant quas græci paradromidas dicũt. Cic. in Bruto. Cum ambularem in Xyſto & eſſem ocioſus domi. Quando vero Xyſtus adiectiuum eſt ſignificat ornatum terſum politum.

¶Xyſtis. vrbs Cariæ, a qua Xyſtiani dicti ſunt populi vt ſcribit Plinius.

Z LITERA MVTA EST PRO QVA primitꝰ nõnunq̃ ſimplex. ſ. vt ſacynthꝰ ꝓ ζάκυνθος ſethꝰ ꝓ zethus. Q ñq; duplicatum ſcribebamꝰ, vt patriſſo ꝓ πατρίζω pytiſſo ꝓ πυτίζω. aliqñ ꝓ illa d, ponebamꝰ, vt Medẽtius ꝓ Mezẽtius. zeta etiã ſiue zetecula dimi. apd̃ Pli. in Epi. Erat locꝰ capax vniꝰ lecti cũ ſellis duabꝰ, q velis obductis, & reductis mõ adijciꝛ cubiculo mõ auferꝛ. Noiẽ q̃m tribꝰ e ptibꝰ feneſtras, & ꝓſpectus habeat, atq; ſolẽ multipliciter accipiat, quaſi ἀπὸ τοῦ ζεῖν, qd̃ eſt feruere. Q ñ & heliocaminꝰ in ipſa zeta poniꝛ. hoc ẽ vaporariũ quoddam ſolare nõ ad ignis vſum, ſed ad ſolis, velut id qd̃ vulgo noiare dr̃, & in Paduana Gallia Lucerio vel ἀπὸ τοῦ ζῆν. ꝙ in ea ꝯmodiſſime viuatur vt quã delicias & amores ſuos vocet Cæcil. ſicut a conuerſatione victuq; dieta. De Heliocamino Vlpi. in ſeruitutibus vrbanis. Si arbor (inquit) heliocamino vel ſolaria ſolẽ adimat dicendũ erit, quia vmbrã facit in loco cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutẽ impoſitã fieri. de zeta Lãpridius. Indicos odores Heliogabalus ad vaporandas zetas ſine carbonibus iubebat incendi. De zetecula. Pli. Mox zetecula refugit quaſi in cubiculum.

## Z ANTE A

Zacynthos, iſula Ionij maris parua, cũ vrbe eiuſdẽ nominis, zacintho Dardani filio, in qua imperauit dicta, cuiꝰ incolę zacinthij vocanꝛ. De hac Ver. li. iij. Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthos.

¶Zagrus, vt inquit Strab. mons eſt quo Media a Babylonia diuiditur.

¶Zachanthei fuerũt zacynthiorũ coloni in medio Pyrenei montis ſiti, & iuxta fluuiũ Iberum habitantes.

¶Zacharias, nomen prophetę proprium.

¶Zamolſis teſte herodoto lib. iiij. hiſtoriarum fuit Pythagorę ſeruus cui Getę putantes illum Saturnum eſſe ſacrificia impendebant.

¶Zancle, Pelopõneſi oppidũ fuit in regiõe Meſſenia In qua ipſa Meſſene. Fuit & zancle, oppidum Sicilię a Meſſenijs conditũ in pelori ſinu vbi ad orientẽ maxie flectiꝛ quã a ſuo noie dixerũt Meſſanã. Hĩc zãclei Meſſeniorũ apud Pli. Et zanclea charybdis, Vel a fonte dictam vrbẽ putant vel ab occultata ibi a Saturno falce, q̃ lingua ſicula zanclon vocant vel a gygante zanclo. vel a loci curuitate. Curua enim zanclia vocant.

¶Zancleum, ſaxum in freto ſiculo dictum a zancle ꝓpinquo Sicilię oppido.

✠ Zathene, gemma eſt modo nigri, modo flaui electri colore. Cc.

## Z ANTE E

Zea, genꝰ frumẽti ſimile farri, q̃ vulgo ſpelta diciꝛ. Ex hac fit aliqua. Ex zeatico hordeaceo ve cibario q ſunt principũ Equiſones, quos equos alere ꝯſueuerũt. ¶Zedoron, dicitur terra zean donans.

¶Zelo as. & zelor deponẽs, ſigñat ęmulor. Aug. lib. j. cõ. Vidi ego & expertꝰ ſum zelantẽ paruulũ necdũ loquebaꝛ & intuebaꝛ pallidꝰ amaro cõſpectu collactaneũ ſuũ. Poniꝛ interdũ zelari ꝓ iraſci ſcd̃m. illud ꝙ p ꝓphetam dr̃. Indignatione magna zelatus ſum Sion. Et zelare eſt imitari, vt illd̃. Neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ.

¶Zelus, modo inuidiam, modo amorem, modo æmulationem ſignificat.

¶Zelotes, pe. pro. idẽ eſt quod ęmulator. Vnde Simõ apoſtolus dictus eſt zelotes. quandoq; dicitur amator. Et ſic dominus noſter appellatur. quoniã ita nos amat, vt nolit fornicari poſt deos alienos.

¶Zelotypus, pe. cor. zelator ſeu ęmulator formæ. Nã ζῆλος ęmulatio eſt. tipos, forma. qui igitur ita amat vt ſollicitus ſit ne quis amore ſuo perfruaꝛ zelotypꝰ eſt. Iuue. Ponere zelotypo iuuenalis pręlatus hiarbę. zelotypia, ęgritudo animi ex eo proueniens ꝙ timeat ne adſit alteri quod cum nemine velit habere commune.

¶Zeno, fuit philoſophꝰ ex Cypro gręca ciuitate, Stoicorũ ſectę cõditor, tãto in honore apud Atheniẽſes habitus, vt apd̃ eũ claues vrbis deponerẽt, ornarẽtq; ip̃m aurea corona & imagine ęrea. Hic adoleſcẽti cuidam in ętate multa loquẽti ait. Ideo duas habemꝰ aures, os aũt vnũ, vt. ſ. multa audiamꝰ, pauca vero loquamur. Deceſſit nonageſſimo ętatis ſuę anno ſine morbo. Nã vt ferũt cũ abiret ex ſchola lapidẽ offendẽs, digitũ perfregit, manu vero terrã feriens illud ait. Ex Niobe venio qd me vocas: cõtinuoq; ſe ſtrangulans interijt. Fuit & aliꝰ zeno Eleates quẽ dialecticę inuẽtorẽ fuiſſe ſcribit Ariſtoteles. Huius celebratiſſima fuit in perferẽdis cruciatibꝰ patientia. Qui cũ adoleſcẽtes nobiliſſimos cupiditate liberandę patrię inflãmaſſet cõtra Nearchũ tyrannũ, facto iudicio cõpręhenſus traditusq; eſt tortoribꝰ torquẽdus. Qui cũ laceraretꝛ, vt cõſcios cõiurationis nominaret, nẽminẽ illorũ nominauit, ſed amicos intimoſq; tyrãni participes cõiurationis eſſe dixit. Deinde cum quippiã ſe in aurẽ tyranni loqui velle ſignificaſſet, eã mordicus correptã non ante dimiſit q̃ rapta aure populatũ caput reliquiſſet. Sed cũ cõplices cõiurationis ꝓferre cogereꝛ, cõciſam dẽtibus linguã in os tyrãni cõſpuit. Quo facto ciues tyrannũ lopidauerunt. Fuit & alius zeno philoſophus Epicureus Ciceronis ſynchronos. i. contẽporaneus. de quo idẽ. Cice. li. j. de fi. meminit, & eum cum Attico frequenter audiuiſſe Epicuri ſententias explicãtem. Fuere & alij zenones, quos nunc prętereo.

¶Zenobia, fuit mulier q̃ a Ptolomeis originem ducẽs gręcis ac latis literis ornatiſſima nec nõ & rebꝰ bellicis celeberrima in palmita Syrię vrbe regnauit. Hęc cũ Saporẽ Perſarũ regẽ ſupaſſet, tãdẽ ab Aureliano Auguſto victa Romã in triũphũ ducta fuit. Quę in vrbe ſummo ĩ honore conſenuit, a qua zenobia familia nuncupata eſt.

¶Zephirus pe. co. Fouonius ventus occidẽtalis. Flat enĩ ab occaſu ęquinoctiali aduerſus eurũ, quaſi ζωήφορος vitam ferens, vel quia fert quæ ſunt ad vitã. Eo ſane plãtæ omnes germinant & pullulant.

¶Zephirium vero promontorium eſt.

¶Zeros cryſtalli ſpecies eſt, alba ac nigra macula diſtiguente cryſtallum. Cc.

✠ Zeratra archades vocãt vadi foramina quędã p quę Eraſinꝰ fluuiꝰ e lacu Stymphalo erũpit ĩ argiuã terrã. Cc

✠ Zeta, vnũ ex elemẽtis. Sed zetę fuere veſteſque nũc non ſunt vſitatæ, & eius diminutiuum zetecula. Plini. Mox zetecula fugit quaſi cubiculum. Cc.

¶Zetis, fuit filius Borę ex Orithya & frater Calais.

¶Zethus, cũ h, & u, fuit Iouis Antiopa filiꝰ & frater Amphionis.



¶Zeugma, tis. latine connexio ſiue adiunctio dicitur. Figura cum plures ſenſus vno connectuntur verbo, qd̃ tribus modis fit. Aut præpoſito verbo ad quod reliqua reſpiciant vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, aut verbo poſtpoſito. vt neque is es Catilina, vt te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo aut ratio a furore reuocarit. aut in medio ſenſuũ poſito verbo. vt troiugena interpres diuum &c. Aeneid. iij.

✠ Zeugites calami arundiniſq; ſeu tibiæ genus, a paritate dictum. ꝙ eo duplices fiebant tibiæ. Cc.

¶Zeuſis, latine iugatio dicitur. Quo nomine appellatus eſt clariſſimus pictor Heracleotes, qui in certamen picturæ cum Parrhaſio deſcendit. Fertur hic pinxiſſe puerum vuas ferentem, ad quas cum aduolaſſent, aues iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo & dixit. Vuas melius pinxi quam puerum. Nam ſi hunc cõſummaſſem, aues timere debuerant. Hic etiam pinxit Helenæ ſimulacrum.

¶Zeuxo fuit teſte Heſiodo vna ex nymphis filia Oceani & Tethyos.

## Z ANTE I

Zigęna, nomẽ piſcis marini, vt eſt apd̃ Amb. Quid gladios loquaꝛ aut zigænas.

✠ Zigia aceris ſpecies rubens fiſſili ligno cortice ſcabro & liuido. Cc.

✠ Zignis lacertæ ſpecies. Cc.

✠ Zimilaces lapillus qui in Euphrate naſcitur in medio glaucus. Cc.

¶Zigarũ ea terra fertur ex qua populi exierint q nr̃a ætate cum liberis & vxoribus Europam peruagantur zigari appellati, inſignes fures & ſine tecta viuentes.

¶Zinziber, radix. Et apud nos immutatis literis dicimus Gingiber.

¶Ziph, nomen vici, a quo ziphæi dicti ſunt, de quibꝰ in lib. ij. Reg. fit mentio.

¶Zizania nię. & zizaniũ zizanii, quid ſignificet Amb. li. Hexa. declarat dicẽs. Loliũ & reliq̃ adulteria ſemina q̃ frugibꝰ ſępe miſcẽꝛ. Zizania nũcupari euãgelij lectione cognouimꝰ, ſed ea propriũ quoddã genꝰ hñt. nã ex tritici ſemie in alid̃ genꝰ ſeminis decolora mutatiõe trãſlata degenerẽ traxere naturam. Hoc docet dñs dicens Venit inimicus & ſupſeminauit zizania inter triticum.

¶Ziziphus pe. cor. genus arboris quam noſtrates zibebos vocant. Zizipha fructus dicunꝛ. pli. lib. xv. Aeque peregrina ſunt zizipha & tuberes, quæ ipſa nõ pridem venere in Italiam. Hæc ex Aphrica, illa ex Syria.

## Z ANTE O

Zodiacus pe. cor. dicipõt aĩalis ab effigie aĩaliũ Nã circulꝰ eſt ĩ quo. xij. ſigna ſũt ĩformã aĩalis figuratꝰ vt aries, taurꝰ. Gręce enim ζῶα animalia dicuntur. Zographia. aĩalis pictura. Alexan. aũt Aphrodiſęus dicit Galaxiã circulũ realẽ eſſe in cœlo, & ſubdit in cõmẽtariis meteorologicorũ Ariſtotelis ἱστορεῖ δέ τῶν μὲν καλουμένων πυθαγορείων τινὰς γαλαξίαν ἱδὸν λέγειν εἶναι τῶν κύκλον τοῦτον καὶ ἥλιον πρότερον τοῦτον φέρεσθαι, Id eſt Refert Pythagoricum aliquos Galaxiam dicere, eſt autem circulum, & ſolem ante hunc ferri.

¶Zographos, pictor animaliũ, zographia ipſa pictura

✠ Zoilus, poeta fuit Ptolomęi temporibus, qui Homeromaſtix cognomen ſortitus eſt. Et ꝓ inuido capiꝛ. Cc.

¶Zona, cingulũ quo cingimur. Mar. Lõga ſatis nunc ſum dulci ſed pondere venter. Si tumeat fiam tum tibi zona breuis. Hæc lorum dicitur & Baltheus, quãuis baltheus ſit etiã a quo arma dependent. & cinctus & cingulum a cingendo.

¶Zoophthalmos, hęrba eſt a ſimilitudine oculi animalis dicta. Cc.

¶Zopyrus, pen. cor. Phyſſonomiſta dictus eſt, ꝙ profiteretur hominum mores naturaſq; ex corpore, oculis, vultu, fronte. ſe poſſe pernoſcere. Qui cũ turpia quędã & a virtute aliena de Socrate dixiſſet, ac a multis idcirco derideretꝛ. Nõ errat, Socrates reſpondit, Zopyrus. Huiuſmodi enim natura eſſem niſi naturã philoſophia ſuperaſſem. Fuit & alius Zopyrus. De quo dicere ſolebat Darius, ſe Zopyrũ malle integrũ quã viginti capere babylonas. Zopyri eĩ aſtu babylone potitꝰ erat dariꝰ

✠ Zopyrocheron, hęrda eſt quã alij Lectipedẽ appellant.

¶Zopiſſa apud pli. viuã picẽ ſignificat, vl' zopiſſa pix quę ex nauibus raditur admixta cęra & marino ſale macerata multo ad omnia efficatior q̃ alię pices, ſed ꝓprie reſina ex pinu. Quãuis Dioſcorides addit alia ẽt ſignificata cũ ait ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥητίνην μετὰ τοῦ κηροῦ καλουμένην ὑπ᾽ ἐνίων ἀπόχυμα, οὖσαν διαφορητικὴν διὰ τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ βρέχεσθαι. οἱ δὲ τὴν πιτυΐνην ῥητίνην οὕτως ὠνόμασαν ✠ Id eſt zopiſſam aliã dixerunt deraſam nauigijs picẽ cũ cæra appellatã a nõnullis Apochyma quę vim diſſipandi habet quoniã mari madeat. Alij reſinam pini ſic nominarunt.

¶Zoroanda, lacus quem efficit Tigris fluuius ab vno latere Tauri montis.

☿ Zoroaſtres ζοροάστρης magiæ conditor.

☿ Zomos ζωμὸς latine dicitur ius pro brodio, vnde & zomopœos coquus.

✠ Zoronyſius, gẽma quę naſcitur in Indo flumine. Cc.

✠ Zura, Aphrorum lingua ſemen Paliuri vocatur contra ſcorpiones efficaciſſimum. Cc.

¶Zyme fermentum. Zimes panis fermentatus. Azymus a, um, ſine fermento.

¶Zythus, quid ſit nemo põt dubitare ex verbis Suidæ noſtri qui ita ſcribit (etiã Dioſcorides tractat ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος ✠. i. Zythꝰ vinũ ex ordeo factũ

☿ Zygos ζυγὸς, latine iugum: Vñ zygia iuno, quaſi iugatiua ſiue iugalis. ab eo quod preeſt martiali cõiugio cuĩ ſunt iugalia vĩcula curæ.

☿ Zygia a gręcis Carpinꝰ arbor appellatur, ꝙ ex ea materia fiũt iuga iumentis. quæ apud eos zyga vocanꝛ. Eſt & zygia tibia nuptialis. Apul. Et ſonꝰ tibi zygi emittaꝛ.

☿ Zuthum, eſt compoſſo facta ex Gith qua vtebantur Alexandrini, vt inquit Galenus in expoſitione ſententiarum Hippocratis. Τέλος

¶Excuſſum eſt hoc præclarum Calepini Bergomatis viri de lingua latina bene meriti Lexicon, in alma Pariſiorum academia. Auctum & omni ſtudio ac diligentia, ſecundum ſeriem alphabeticam. ſua integritate donatũ Ac rurſus paucis multo emaculatius (nullo authoris verbo extorto) illuſtratum per Nicolaum Sauetier calcographum in vico Carmelitarũ ſub Interſignio hominis ſyueſtris Anno a partu virgineo. 1533

¶REGESTRVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z &

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Et

Omnes ſunt quaterniones